Bibliothèque numérique
medic@

Horst, Johann Daniel. **Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque huius generis celeberrimos itriusque medicinæ doctores practicos adornata selectissimisque medicamentorum compositionibus, experimentis, & observationibus spagyricus rarissimis & novis, nec non morborum omnium appropriatis remediis probatissimis adaucta accesserunt institutiones pharmaceuticæ methodo elegantissima præparandi pharmaca & doctrina de tota materia medica, cura Joannis Danielis Horstii archiatri Hassiaci.**

Francofurti ad Mœnum , , impensis Joannis Godofredi Schônwetteri, MDCLI., 1651.
Cote : BIU Santé Pharmacie 58

Licence ouverte. - Exemplaire numérisé: BIU Santé (Paris)
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?pharma_000058


HORTIVS
PHARMACOP
MEDICA.




VERSANTUR HIS TRIBUS
Pharmacopœi Parisienses
Ex Dono Magistri
GILLET
1765





D. O. M. A.

DISPENSATORIVM MEDICO-CHYMICUM UNIVERSALE

M. DC. LI.



PHARMACOPOEIA GALENO-CHEMICA, CATHOLICA

POST

RENODAEVM, QUERCETANUM, ALIOSQVE HVIVS GENERIS CELEBERRIMOS VTRIVSQVE MEDICINÆ DOCTORES PRACTICOS ADORNATA

SELECTISSIMISQVE MEDICAMENTORVM COMPOSITIONIBVS, experimentis, & observationibus Spagyricis rariſsimis & novis, nec non morborum omnium appropriatis remediis probatiſsimis adaucta

ACCESSERUNT INSTITUTIONES PHARMACEVTICÆ Methodo elegantiſsima præparandi Pharmaca & doctrina de tota Materia Medica,

Cura

JOANNIS DANIELIS HORSTII.

ARCHIATRI HASSIACI.



ECOLE SUPÉRIEURE DE PHARMACIE DE PARIS BIBLIOTHÈQUE

Francofurti ad Mœnum,
Impensis Joannis Godofredi Schônwetteri,
M. DC. LI.



EMINENTISSIMO PRINCIPI AC DOMINO DN. JOANNI PHILIPPO, ARCHIEPISCOPO MOGUNTINO, SACRI ROM. IMPER. Archi-Cancellario & Principi Electori, Episcopo Herbipolensi, Orientalis Franciæ Duci. Domino meo Clementissimo.

ÉCOLE DE PHARMACIE DE PARIS

DVm de felicitate illa, qua Tuo quidem merito ad summa rerum evectus es, universa Germania sibi gratulatur, & restauratæ pacis decus Tuis potissimum laboribus asscribit, patere quæso, Eminentissime Princeps, ut inter tot populorum faustas acclamationes ego quoque cum tenui munusculo Te accedere possim. Bonitas enim tua, & omnium ore celebrata singularis clementiæ fama, ad istam me confidentiam erexere, ut veritus non fuerim, humilis erga Te obsequii cultum publicè qualicunque monumento hoc testari, quod ut sereno vultu, atque ea benignitate suscipias, qua omnium animos Tibi devincire soles, supplex & demissè expeto.

Eminent. T. subject. & addictiss. humil. servus

Joan. Daniel Horstius.



Lectori S. P. P.

PHarmaceuticos Labores *Renodæi* & Quercetani reviſos & auctos ante vicenos annos, felici & tanto cum applauſu divulgavit *Vffenbachius* diligentiſſimus, ut deficientibus exemplaribus operæ duxerini illam operam reſumi. Uterque enim tam exactè, & beneſcripſit, ut ſine illis dubitem, an quis artem hanc diſcere poſſit. *Renodæus* quidem ante duos & quadraginta annos Diſpenſatorium elegantiſsimum Lutetiæ emiſit, ex quo diſcere licet methodo elegantiſſima Pharmaceuticas Inſtitutiones, totam Materiam Medicam, antitodoſque ſelectiſsimas. Suppetias variis ſcriptis & elegantiſsima Pharmacopœia tulit *Quercetanus* Armeniacus. Horum itaque Virorum labores in hoc volumen redegi, ita quidem ut in *Parte Prima*, Beni vole Lector, habeas Pharmacopœiam Catholicam Generalem uberrimam; in *Parte Secunda* ſpecialem inſtructiſsimam. Præter enim *Renodæum* & *Quercetanum* Optima quæque ab Auguſtanis, Noribergenſibus, Bruxellenſibus, Fabro, Mynſichto, Sala, Schrôdero, Sennerto & Aliis (ut ex textu patet) mutuatus ſum, non retentis aut omiſsis propriis quoque obſervationibus variis. Id doleo me non prælo adeſſe, & hinc opus hoc pluſquam mendoſum prodiiſſe. In Iſagoge Partis Poſterioris multa correcta ſunt, aliaque ad ductum Erratorum notatorũ corrigi poſſunt. Veniam mecũ petit Typographus, & in futur. majorem, ſpondet diligentiam. In Parte Prima *Renodæi*, ut plurimum, verba retinui, quædam tamen ſuperflua omiſi, multa noviter inventa, antehac incognita addidi, non pauca quoque ad ſecundam Partem reieci. *Prima* autem *Pars* nil continet præter Inſtitutiones Pharmaceuticas, & ipſam Materiam Medicam ex qua auxilia medica fluunt. Inutilis enim eſſet tractatio pharmacorum compoſitorum, niſi præſupponeretur cognitio *ipſius artis Pharmaceuticæ* & maxime ſubjecti *Materiæ Medicæ* ex qua pharmaca componuntur. In *Prima* itaque *Parte* Medicamentorum electio, præparatio, compoſitio & formulæ cum legibus ac requiſitis in genere proponuntur, ipſaque Materia Medica ex Regno Vegetabili, Minerali & Animali eruenda explicatur. In *Altera* vero *Parte*, Pharmacopœia ſpeciali, nec *Renodæi* nec *Quercetani* fila anxiè ſecutus ſum, ſed ex dictis aliiſque Authoribus & Amicis meis ſelectiſsimos *Syrupos, Succos Mellitos, Quintas Eſſentias, Tincturas, Elixiria, Aquas deſtillatas, Spiritus, Purgantia varia, Decocta, Infuſa, Vina Medicata, Aceta, Rob, Conſervas, Loch, Eclegmata, Electuaria, Confectiones liquidas, Antidotos humidas, Theriacas, Opiatas, Narcoticaſque Antidotos, Extracta, Trochiſcos, Pilulas, Salia, Magiſteria, Pulveres, Species, Confectiones Aromaticas, Morſulos, Rotulas, Gargariſmos, Lixivia, balnea, ſuffimenta, Epithemata, Clyſteres, Peſſos, Suppoſitoria, Olea,*

Olea, Balsama, Vnguenta, Emplastra, quo ad compositionem & usum genuinum exposui. Disposueram cuncta ordine Alphabetico, sed ex incuria & neglectu numerorum voto meo & forsan tuo non respondsum est à Typographo, me Absente à nemine hujus lapsus causa admonito. Quod festinanti cani quo ad Partum accidit, nobis hic evenit. Tantillo enim Temporis spacio omnia penitus enucleata dare non potui, cum non integros sex menses & horis saltem nocturnis inter concatenatos labores & itinera varia, operi huic operam dederim. Tu, Lector Benivole, æqui bonique consule, & spongiam simul accipe, ut corrigas, mutes, deleas. Meliora edoctus sequar lubens. Vale. E Musæo Darmstadij In ipso Æquinoctio Autumnali 1650.

Ioan. Daniel Horstius.

PARTIS PRIMÆ
Liber Primus,
IN QUO PHARMACIÆ UTILITAS, DIGNITAS, ET MEDICAMENTORVM QVALITAS, EFFECTVS & delectus explicantur.

CAPUT I.

Quid Pharmacia, & eius vtilitas.

PHARMACIA [*Cor. Celſ. cap. 1. lib. 1.*] eſt *utiliſſima Medicinæ pars, quæ per medicamenta* [*Gal. com. ad part. 1. 6. li. 1. de vict. acut.*] *abſolvitur. Vel, eſt ars, quæ modum docet medicamenta ſeligendi, præparandi, & miſcendi.* In his ſiquidem tribus tota Pharmacopœæ doctrina conſiſtit, quę ſalutare morbo omni pollicetur ſubſidium: Rerum enim optima parens Natura, ſuum cuique contrariũ oppoſuit, ſed fatiſcentis naturæ [*Fernel. præfat. ad lib. 4. Meth.*] hebetudo idipſum perpetuo conſequi minime poteſt; Tum quia hominis vita brevis eſt, [*Aphor. 1. lib. 1.*] qui citius fatiscedit, quam vt artem perfecte nanciſcatur. Vnde conqueritur Hippocrates *Epiſt. ad Damoget.* quod iam ſenex nondum peruenisſet ad Medicinæ finem. Hæc ſiquidem ars longa eſt, quæ de omnibus ſublunaribus in hominis [*Ariſt. lib. 5. Polic.*] favorem à DEO creatis diſſerit, vt primo ſint illi nutrimentum, dein medicamentum, vel aliud ad ſanitatem auxilium.

Medica materies ampliſſima.

Ampliſſima igitur patet materiæ medicamentariæ ſeges, qua & terræ viſcera gravidata turgent, & tota ipſius facies luxuriat, nihilque in aere volitat, aut voluitur, aut in aqua natat, vel naſcitur, quod non trahi queat in hominis ſolatium. Nam ex angue [*Galen. cap. 1. lib. 11. de ſimplic.*] ſæpe ſanitas, ex luto levamẽ, ex lumbrico vita, ex fimo morborum profligatio: Ex medicamentis alimenta, [*cap. 17 lib. 3. ſimplic.*] ex alimentis [*Hippocr. libr. de aliment.*] medicamenta ſæpe depromuntur.

Pharmacia dignitas.

Eſt vero Pharmacia encomio multo celebranda, quæ Medicinæ inſtrumenta, medicamenta nempe, ſuggerit ac miniſtrat. Vtramque enim à mundi primordio non ſolum extitiſſe, ſed ab altiſſimo ortam Sacræ paginæ teſtantur, *Eccleſ. 38.* Animantia namque, ſtirpes, vniuerſamque medicam materiem DEVS creauit, *1. Geneſ.* qua prioris ſæculi Magnates ſuæ ſanitati feliciter proſpiciendo multos ad annos ætatem duxerunt.

Antiquitas.

Ægrotauit vſque ad mortem Rex Ezechias, *cap. 20. lib. 4. Reg.* & Eſaiæ præſcripto malagmate ex ficubus ſuper affecta parte admoto conualuit.

Ab omni peſte & veneno ſeſe vindicauit Mithridates, [*Galen. lib. 2. de Antid.*] antidoto, quæ ab ipſo nomen habet, cui cum ceſſiſſet toxicum ſumptum, ferro in viſcera adacto ſibi mortem conſcivit.

Reges olim multos medicamenta parasse.

Regium quidem olim putarunt Imperatores, medicamenta parare, vel parata ſecum ferre, & his offerre, quorum gratiam aucupabantur. Eam ob rem vnguenta & aromata Cambyſes miſit Ægyptiorum regi, quibus ſuam optimè tueretur ſanitatem. *Præſtat enim Regem, vel Ducem militum in caſtris eſſe ſine clypeo & caſſide, quam ſine medicamentis. Hinc ſapienter multi pluris faciunt aliquod ſalutare medicamentum, quam theſaurum.* Aiunt, Darium tanti feciſſe quoddam balſamum, vt non modo inter precioſiſſimam ſupellectilem repo-neret, ſed cunctis opibus præponeret. Idem ſcribitur de Tiberio Imperatore, qui trochiſcos ad herpetas apud ſe perpetuo ſervabat.

Darius quanti medicamẽta duxerit.

Nunc vero Reges ad caſtra non modo pixidem, aut parvulam lagenam oleo plenam aut balſamo, ſed officinam pharmaceuticam circumferri jubent, præſidiorum omni genere refertam, quibus & ſe & totum exercitum ab ingentibus malis & morte ſæpe liberant. Hinc Medici Dii tutelares, vel, vt cum Galeno *lib. de Med. cap. 3.* loquar, Deorum filii merito perhibentur: hinc medicamenta Deorum manus Herophilus *libr. 6. comp. med. locis.* vocat, quod præſenti quaſi numine & ſanandi celeritate ægros ab interitu vindicent. Vnde Antidotus quædam Ἰσόθεος appellatur, quod parẽ Deo vim obtineat: Et apud Mirepſium *cap. 280. ſect. 1. de Antidot.* cujuſdam deſcriptio legitur, cui cum morbi cedant quam plurimi [*cap. 245.*] SANITAS nominatur. Ob vires tot egregias ab eodem alia deſcribitur, dicta THEODORETOS, [*cap. 214. 215. 216. Mirepſ.*] quaſi munus divinum, immiſſum cœlitus morbis interioribus abigendis, vt Emplaſtrum divinum externis.

Medici Dii tutelares. Medici Deorum filij.

Emplaſtrum divinum.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 14 sur 955

Infinita pene ac mirandæ virtutis è ſuo penu medicamina promit ars Pharmaceutica quib' nulla domus, aut civitas, ſine magna civiũ jactura & Reipubl. detrimento carere poteſt. Hac ſiquidem arte noluit Deus carere tabernaculum teſtimonii, quod vnxit Moſes *c.* 30. *Exod.* vnguento ſancto, *ex myrrha, cinnamomo, calamo, caſſia, & oleo.* opere vnguentarii compoſito.

Vnguentum ſanctum.

Magni quoque duxit Pharmaciam Joſeph, qui mortuo patre Jacob, [*Gen. c.* 50.] præcepit ſervis ſuis & pharmacopœis, vt corpus ejus aromatis conderent. Non vulgari igitur commendatione digna eſt Pharmacia, quæ ſano corpori conſervationem, ægrotanti ſalutem, mortuo honorem præſtat.

CAP. II.

Quid Pharmacopœus, qualis eſſe debeat, quale itidem illius ſubjectum, objectum, & finis.

Chirurgus qui dicatur, & quid præſtet.

VT à manuũ opera, qua quis dextere, ac cito, tuto, & jucunde morbis medetur externis, Chirurgus; ſic ab arte ea, quæ pharmaca docet facere, vel potius componere, *Pharmacopœus* nominatur: vt *Pharmacopola*, qui rudes ac magna ex parte ſimplices medicamentorum materias, præſertimque exoticas vendit. Vocatur & *Apothecarius* ab apotheca, id eſt, à loco, in quo medicamenta reconduntur & væneunt; olim *Seplaſiarius*, à Seplaſia, foro Capuæ, in quo vnguenta optima conficiebantur. Sed hæc nomina ſæpius indiſtincte vſurpantur, eorumque eſt inanis concertatio, quando res ipſa intelligitur.

Pharmacopœus.
Pharmacopola.
Apothecarius.
Seplaſiarius.

Vitæ probitatem in Pharmacopœo deſiderari.

Vitæ autem probitas non tam in Philoſopho, quam in Pharmacopœo, qui vel tuendæ, vel reſarciendæ ſanitatis gratia, medicamenta parat & porrigit, expetitur; in ejus enim manibus morbus & ſanitas, vita & mors. Atque illi cum mala mens eſt, vel neſciare ecti, libera patet nocendi & necandi poteſtas: ſicque præſtat Pharmacopœum eſſe virum bonum, quam Socratem.

Qualis eſſe debeat Pharmacopœus.

Debet autem inprimis eſſe pietatis ſtudioſus, divini nominis cultor, invidiæ & livoris omnis expers, ſanus mente, artis Grammaticæ gnarus, bonorum fortunæ nec indigus, nec auri vel pecuniæ ſitiens, & laboris diurni nocturnique patientiſſimus. Atheos enim vt nihil ducit Creatorem, ſic nec creaturã; Et *invidus alterius marceſcit rebus opimis. Fatuus* vero *id habet proprium, vt velit nocere, Et imperitus nil niſi quod ipſe facit, rectum putat, atque eo nunquam quicquam injuſtius. Avarus autem nulli bonus, adeo vt ſibipſi peſſimus ſit, & egenus facile fit veneficus; Ad turpia enim cogit egeſtas.*

Indigni Pharmacopœi qui.

Indigne quoque ſunt Pharmacopœi nomine & dignitate ſcurræ, bibuli, hiſtriones, mimi, erriones, garruli, impoſtores, agyrtæ, tenebriones, jactationibus, promiſſis vanis, adulatione & mendacio plebeculam decipientes, ipſius crumenam exhauriunt; nihil enim Reipubl. magis infenſum id genus hominibus, cane quovis peioribus & angue.

Pharmacia ſubjectum.

Cum autem idem ſit ſubjectum Pharmaciæ & Medicinæ, nempe *corpus humanum, quatenus ſanitatis eſt vel morbi ſuſceptivum*, multa habent inter ſe communia Medicus & Pharmacopœus, vt prudentiam, probitatem, diligentiam, & medicamentorum cognitionem; Sed cum Pharmacia inſerviat, miniſtret, atque ſubjecta ſit Medicinæ, habeatque tantum pro objecto *medicamentum*, & pro ſcopo & fine formam debitam medicamenti, dum vlterius progredi Pharmacopœus audet, pro Pharmacopœo veneficus & circulator habendus eſt.

Pharmaciam Medicinæ inſervire.

Qui Pharmacopœi periclitatores.

Multos Pharmacopœos in Gallia vniverſa, ſed inter eos periclitatores ſemper expertus ſum, qui verborum lenocinio ditiores mulierculas decipiunt, quas argento non tantum emungunt, ſed fucos & purgantia gratiſſima, ut temere loquuntur, exhibendo, morbidas in poſterum relinquunt. Sunt & horum nonnulli, qui viros etiam prudentiores, vt Senatores quoſdam ſuis technis circũveniant: [*Plin. cap* 1. *lib* 29.] Medicos enim ſimulant, pulſum contrectant, vrinam inſpiciunt, atque de morborum cauſis, ſymptomatis, prognoſi & curatione differentes, ridicula multa fingunt & dicunt: ſicque impie ſuam falcem immittunt in Medicorum meſſem, & iniquiſſime pharmaciam exercent maximo mortalium damno. Nec ſciolis quibuſdam fidendum, qui medicamenta quævis, modo benigna, quovis tempore ſine cõſilio, poſſe tuto exhiberi pronunciant; *Lactuca enim non opportune, & nimia quantitate ſumpta interficere poteſt, vt cicuta*; Et *vino licet natura familariſſimo plures ſæpe pereunt, quam gladio*, licet enim ſit valde cardiacum, & velut ſenum lac, ac principiorum vitæ reſtaurativum, datum tamen non apto tempore, valde nocet.

Qui Pharmacopœi improbandi.

Lactuca medicamentum eſſe poteſt alimentum, & venenum.

Officium Pharmacopœi.

Officium igitur Pharmacopœi eſt *medicamenta ſolummodo tractare, atque ad vſum ſalutarem Medici juſſu adhibere.* Quod vt feliciter conſequatur, primo debet ea ſeligere, ſecundo præparare, tertio componere. Sed antequam ſeligatur medicamentum, quid ſit, noſcendum eſt.

CAP. III.

Quid Medicamentum, quid Alimentum, quid inter vtrumque medium.

TOtus homo totus morbus eſt, inquit Hipp. *Epiſt. ad Damog.* Talis enim ex vteri inquinamentis in lucem prodiit. Nam ex diſſidio quatuor qualitatum, quibus conſtat illius corpus, [*Gal. de Elem. cap.* 24.] ex jugi fluore, cui obnoxium eſt, & ex pravo rerum non naturalium vſu, in morbos pene innumeros incidit, quos ars Medica docet abigere, vel optima victus lege, vt docet Hip. *lib. de diæta.* & Gal. *lib. de ſanit. tuend.* partim medicamentis, tum interius aſſumptis, tum topicis, ſeu exterius admotis.

Homo morbis infinitis obnoxius.

Ea autem ſunt vel *ſimplicia*, quibus vt plurimum vtebatur Hippocrat. vel *debita arte compoſita. Simplicia* dicuntur, quæ talia ſunt, qualia natura produxit, vt *caſſia rhabarbarum, polypodium, colocynthis*, & infinita alia, quæ naturalem tantum compoſitionem, ex quatuor videlicet elementis ſunt conſecuta. *Compoſita* vero, quæ ex multis virtute diverſis arte & induſtria ſimul vnitis conſtant.

Diſſident autem inter ſe Medicamentum & Alimentum. Nam Medicamentum dicitur, *quicquid intro ſumptum, vel foris admotum noſtrum corpus immutare poteſt, vt piper, euphorbium, pyrethrum, nymphea, cichorium.*

Medicamentum quid.

Alimen-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 15 sur 955

Alimentum quid.

Alimentum vero, *quod intro ſumptum noſtrum corpus nutrit, & auget*, vt panis, vinum, caro animalium volatilium & quadrupedum non rapacium: *Quæ enim vivunt ex rapto, pravi ſunt ſucci, pravumque ſanguinem generant*, & tanquam immunda rejicienda. Propterea divina ſanctione prohibitum eſt filiis Iſrael, ne comederent aquilam, vulturem, gryphem, corvum, accipitrem, & ſimilia. Et prudenter nunc juxta divinum hoc decretum abſtinemus à carne vulpium, luporum, leonum, & ſimilium rapacium.

Alimentum medicamentoſum. Medicamentum eſſe medium inter alimentum & venenum.

Inter vtrumque medium eſt alimentum medicamentoſum, *quod ſcilicet vtriuſque eſt particeps*; partim enim nutrit, partim alterat & immutat, vt *lactuca rhaphanus, cucurbita, allium*, & infinita alia. Atque vt inter alimentum & medicamentum quoddam velut medium datur; ſic inter alimentum & venenum: Illud enim reficit, conſervat, auget; hoc deſtruit, enecat, corrumpit. Inter autem vtrumque medicamentum eſt, quod neutrum efficit.

CAP. IV.

De antiquitus ſolummodo ſimplicium vſibus, & mirabilibus eorum proprietatibus.

Medicamenta quædam compoſita, quomodo ſimplicia dicuntur.

RECTE Galen. *lib. 1. de Elem.* ex Hippocrate ſcripſit, hominem nunquam dolere, aut vnico egere medicamento, ſi vnico elemento conſtaret: Eſſet enim vniuſcujuſque vnica natura, vnicus effectus, ratio redeundi ad naturalem ſtatum vnica. Id quod abſurdum eſt, cum infinitæ ſint morborum ſpecies, vt etiam præſidiorum tam ſimplicium, quam compoſitorum.

Inter ſimplicia numerantur *oxymel ſimplex, diairis, diaprunum*, & alia plurima, quæ comparate tantum, & improprie ſimplicia dicuntur, quatenus ſcilicet ad alia magis compoſita referuntur. Proprie vero *roſa, endivia, plantago mentha, abſynthium, plantarũ genus omne*, atq; vt vno verbo dicam, omnia creata, quæ ab arte nullam compoſitionem & mixtionem acceperunt. Simplicia à Medicis vocantur, quibus ſolis nonnunquam vtuntur, vt ſucco *plantaginis, vel ſedi, aut nenupharis* ad Erysipelata & ignem ſacrum, *ſucco veronicæ* ad cancrum, cui mirum in modum convenit, vt *ſucco capreolorum vitis* conſilio Galeni, ad herpetas, vt *carne cutoniorum* adhibita regioni ſtomachi ad choleram morbum, & aſſumpta, ad dyſenteriam, corpore prius repurgato, vt *betonica* ad cephalalgiam, vt fere omnibus plantis ad ſingulorum morborum expugnationem.

Paonia antiepileptica eſt.

Superat vero fidem, quod de ſtirpibus multis ſcribitur, quæ videlicet effectus plane mirandos proferunt: Nam *paonia radix* vel capiti appoſita, vel collo tantum adnexa Epilepſiæ paroxyſmos eludit, eamque ſanat. *Mentha* lacti impoſita ipſum coagulari, & in caſeum denſari non ſinit, vt ex probatæ fidei authoribus creditur.

Æthiopidis herba mira vis.

Æthiopis herba, ſic vera narrat Plin. *cap. 4. lib. 26.* ſolo attactu ſarras ferreas evellit. Idem aſſerit Matthiolus de *Lunaria*, quæ quod ſoleas ferreas ab equis tranſeuntibus quaſi extorqueat, *Sferra cavallo* ab Italis vocatur.

Author *libri ſanitatis* aſſerit, cum Tribio plicum, avem, cuneum, ſeu clavum ligneum nidi orificium obturantem, herbulæ cujuſdam ſolo contactu foras excutere nonnulli hanc vim avi illi tantum tribuunt. Theophraſt. rei herbariæ peritiſſ. alicujus plantæ meminit, quæ tam potenter congreſſus venereos concitat, vt ii vera narravit grauiſſimus author, credibile eſt, eam ipſam ſolis frigidis & maleficiatis voviſſe naturam, vt ſalacibus viticem & nympheam.

Ficaria herba.

Clymenum rubrum hortenſe, Scrophularia ſeu ficaria, tanta vi pollet ad fici ſanationem, vt qui radicem herbæ hujus geſtaverit, ab hoc morbo tutus erit. Ad cœcas hæmorrhoides in hac herba remedium latet certiſſimum externum & internum. Vix credi poteſt, quod Joſephus ſcribit de planta mirabili, quæ à Baaran valle Judææ *Baarà* dicta fuit. Ea extra terram erumpens fulgur quoddam igneum emittebat, & vt fax accenſa noctu lucebat. A nullo autem hominum attingi patiebatur, niſi prius vrina, aut ſanguine muliebri irrigita, alioquin illam, qui contrectarent, illico morti ebantur: Evulſa vero deleteriam qualitatem amittebat. Et quod mirum eſt, maniacos, & à dæmonibus obſeſſos perſanabat. Quod cum adverterent regionis ejus incolæ, illi canem prudenter & artificioſe alligabant, qui poſtea fame coactus, aut accitus plantam trahebat & evellebat.

Baarà.

Alia multa Deus miracula in hoc pedũ ſuorũ ſcabello quotidie oculis objicit, quorũ fidẽ vnica tantum experientia facit: Nihil tamen humano generi modo quocunq; infenſum educit, quin ex adverſo ſalutarem illi antidotum proferat & ſuggerat. Contrarium enim opponit contrario, diſſimile diſſimili, vt aconito, Ariſtolochiæ longæ radicem; Cicutæ, Apii ſemen; Hyoſciamo, allium; Napello, ſemen Raphani; Viperæ Anchuſam; Scorpionibus Polemoniam. Cujus radicem qui geſtaverit, à ſcorpionibus non icitur, aut ictus nulla moleſtia afficitur. Manus quoque illitæ ſucco cotulæ fœtidæ, apum aut veſparum aculeis nunquam punguntur.

Contrario contrarium Deus opponit, Quæ cuique veneno contraria.

Mirę plantarum naturæ.

Non præter rem hic notantur miræ & variæ plantarum naturæ. Quædam enim inter nives & gelu medium virent & florent, vt Aconitũ hyemale, & Eleborus niger: Aliæ vernum æquinoctium expectant: Quamplurimæ calorem æſtivum: Et quædam Autumno tantum floribus coronantur & induuntur, quo tempore reliquæ pene omnes foliis, & floribus ſpoliantur.

Ita mirabiles dantur antipathiæ & ſympathiæ, de quibus legendus doctiſſimus Laurentbergius horticult. p. 68. l. 1. c. 11. Quoad radicem Baraz lege Ignem lambentem Ezechielis à Caſtro.

CAP. V.

De materia medicamentorum, & vnde ſumatur.

PRÆCIPVÆ medicamentorum ſimpliciũ tam noſtratium, quam exoticorum differentiæ ſumuntur, vel ab eorum materia, vel à facultatibus. Ex materia cum triplex ſit Dioſcoridi & Galeno, tres ſtatuuntur medicamentorum generales differentiæ. Aut enim ex plantis ſumuntur, aut ex mineralibus, aut ex animalibus.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 16 sur 955

Medicamenta ex plantis sumpta.

In primo genere continentur omnia stirpium genera, earum partes, & quę ab ipsis proveniunt, vt radices, cortices, thyrsi, ligna, rami, folia, flores, fructus, semina, gummi, resinæ, succi, lacryma, fungi, liquores, visci, aquæ stillatitiæ, muscus, cachrydes, lanugo, nucamenta.

Medicamenta è mineralibus sumpta.

In secundò continentur elementa ipsa elementata, vt ignis, flamma, fumus, Aer serenus, aut ventis agitatus, calidus, frigidus, humidus, siccus; Aqua dulcis, salsa, pluvialis, marina, bituminosa, sulphurea, nitrosa, ænea, ferrea; Terræ omnes species, vt bolus armena, terra Lemnia, Melitea, Chymolia, rubrica, Ampelitis, Etithrea, Ochra, Creta, & vt paucis absolvam, omnia mineralia, quæ scilicet è terræ visceribus effodiuntur, vt lapidum varia genera, vt lapis Æthites, Cyaneus, seu Lazuli, Judaicus; vt metalla, quæ septè à multis agnoscuntur, aurũ, argentũ, stannũ, plumbũ, ferrũ, cuprũ, & hydrargyrus, pro numero septẽ planetarũ, quorũ nomen mutuãtur, secundũ Spagyricos. Ad mineraliũ ordinẽ referuntur adhuc salis genera, bitumen, naphta, calchantum, succinum, & ambra.

Metalla septem.

Quæ remedia improprie ad mineralia referantur.

Syderũ influxus, musici cantus & numeri secundũ quosdã crisim moventes, cum vix ad materiã medicamentariã spectẽt, improprie à nonnullis ad istud genus secundum referuntur.

Medicamenta ex animalibus sumpta.

In tertio genere continentur animalia, vel integra, vel eorum partes. Integra, vt gallus gallinaceus annosus in jusculo ad ciendam alvũ & corporis nutricatum, Hyrundo in pastu ad oculorũ aciem, galerita assa ad colicum dolorem, Cancri fluviatiles tabidis, Scorpiones triti ad ipsorum punctũras ac morsus, cantharides ad ruptoria.

Partes animalium ad multa commendari.

Partes animalium sunt cerebella passerum ad stimulum Veneris; Cerebellum leporis ad odontalgiam infantulorum; Pulmo vulpis ad phtisim; Hepar lupinum ad vitia jecoris; asininum ad epilepsiam; intestina lupi ad colicum affectum; Stincorum renes ad mentulæ tentiginem; sanguis hirci ad frangendum calculum; fel perdicis & milui ad visus charitatem; ossa cranii ad morbum caducum, os de corde cervi ad animi deliquium, dentes apri ad pleuritim nascentem, pudendum cervi ad natam & progressam; dentes Elephanti ad cordis robur; cornu cervi, Monoceroris & Rhinoceroris ad infringenda venena; vnguis Alces ad morbum sacrum, seu comitialem.

Multæ sunt adhuc aliæ partes animalium, à quib. medicamenta sumuntur, vt medullæ; sevum; pinguedo vitulorum, cervorum, suum, hœdorum, anatum, caponum, anserum; lac muliebre, asininum, ovillum; caseus, butyrum, coagulum, serum; ova gallinarum, perdicum, pavogallinarum, senecta serpentis, testæ piscium, pili animalium & excrementa, vt ex medicamentorum compositione, quæ inferius describuntur, patet.

CAP. VI.

De facultatibus medicamentorum: Et quotuplex secundum generales facultates medicamentum.

Facultas medicamenti quid.

FACVLTAS medicamenti est *causa quædam effectrix, à qua pendet eius actio.* [*Galen. lib de plenitud. & lib. 1. simplic.*] Vnde colligere est, tot esse facultates, quot actiones, vt apparet in *aloe*, & permultis aliis simplicibus medicamentis. *Aloe* siquidem facultatem habet purgandi, ventriculum roborandi, vermes enecandi, tergendi, & palpebrarum humores exiccandi.

Aloes facultas.

Triplex est igitur omne medicamentum secundum facultates, Alterativum, purgativũ, & Roborativum. *Alterativum* dicitur, quod intro sumptum, vel foris admotum, manifestam corporibus nostris adfert mutatioẽ; idque trifariam, vel secundũ temperamentũ, vel secundũ materiã, vel secũdũ formã, ex Fernelio. Vnde tria medicamentorũ alterantiũ genera constituuntur: Primũ ꝙ impense calefacit, refrigerat, humectat, aut siccat: Secundum, ꝙ materiæ cõmoderatiõnẽ & consistentiã mutat, vt ꝙ nimis indurat, vel emollit, quod rarefacit, vel densat, quod adstringit, vel laxat, quod incrassat, vel attenuat: Tertiũ, quod substantiã & formam ipsam corrumpit, vel labefactat; cujusmodi sunt, quæ præter manifestã qualitatẽ, qua calefaciunt, erodunt, vel refrigerant, & stupefaciunt, occulta etiam proprietate substantiam ipsam destruunt ac corrumpunt, & putredinem cum fœtore inducunt, vt *cicuta, anthora, napellus, aconitum, sublimatum*, & alia quamplurima. Atq; horũ alia toti corpori, vt quæ dicta sunt; alia certis partibus inimica, vt lepus marinus pulmonibus, cantharides vesicæ, aconitum vtero, cerebro cicuta.

Tria medicamentorum alterantium genera.

Medicamentum substantiam corrumpens.

Roborativum, seu Confortativum, vt vulgus loquitur, medicamentum est, *quod proprietate quadam partem nostri corporis aliquam respicit, roborat, ac conservat*, vt cephalica caput, otica aures, ophthalmica oculos, odontica dentes, stomatica os, stomachica stomachum, cardiaca cor, hepatica hepar, splenem splenica, renes nephritica, vterum hysterica, nervos nervalia. Quæ singula, aut eorum multa aptius suo loco postea docebuntur.

Roborativum quid.

Catharticum, seu purgativum dicitur, *quod vitiosum, & sibi familiarem è corpore trahit humorem.* Quod enim sine delectu, ac promiscue quosvis humores evacuat, vere purgatorium dici non debet, ut Antimonium, Catapuria maior, & similia; sed quod familiarẽ ac proprium, ad quem ipsa ejus facultas dirigitur, educit ac purgat. Ista enim violentiora ad interitum sæpe præcipitant; de hisque loquitur Galenus *c. 12. lib. 2. de vict. acut.* dum scribit, cathartica qualitatem quandã deleteriam & venenosam habere. Quod sic confirmat Actuarius *cap. 7. lib. 3. Medicamenta*, inquit, *purgantia communi quadam generis ratione, ex censu sunt eorum, quæ perniciem creant, atque deleteria & nostri venenosa ac mortifera appellant. Verum ab his, quæ magna sunt corrumpendi vi prædita, dissident, quod hæc eadem quantitate non perinde ac corrumpentia interimant.*

Catharticum quid propriè.

Tanta vero est antipathia inter purgantia & nostram naturam, vt odore solo displiceant, qui multis vix nares ferit, quin simul corpus totum concutiat; aliis ventriculum subvertit, & quibusdam aliquando alvum subducit. De purgantium facultate quomodo agat & vnde erumpat, paulo post, nempe cap. 9. fusissime dicetur.

Purgantium odor ingratus.

Eius vis.

***

CAP.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 17 sur 955

CAP. VII.

De primis & secundis medicamentorum facultatibus.

CVM simplicia medicamenta sæpe duas habeant facultates, & aliquando tres simul, Prima dicitur simplex & elementaris, quæ ex elementorum quatuor permixtione consurgit. Altera materialis, ac secunda, quæ ex commoderatione & consistentia materiæ, cui diversa proportione quatuor qualitates inhærent, emergit. Præter has nonnunquam tertia conspicitur, nempe purgatoria, quam Fernelius occultam nominat. Sylvius cum quibusdam non vulgatioris doctrinæ, quatuor simplicium medicamentorũ facultates in vniversũ cõstituit, sed tertiã parũ notam, & quartam adhuc incognitam asserit. Verũ vtraq; pro vnica passim vsurpatur. Nam quæcunque medicamenta proprietate quadam inexplicabili, aut non satis conspicua, nec à primis aut secundis prodeunte agunt, tertiis qualitatibus, aut totius substantiæ proprietate, aut viribus occultis agere dicuntur.

Qualitates primæ medicamentorum.

Facultas autem prima medicamentorum cõmunis est, & tanquam basis reliquarum ex ipsis elementis prodiens. Eaq; consistit maxime in calefaciendo, refrigerando, humectando, siccando: in quibus singulis vel obscure conspicitur, vt cũ primo gradu agit; vel manifeste, vt secundo; vel vehementer, vt tertio; vel summe, vt quarto: atque in horum singulorum aut principio, aut medio, aut fine; ita vt medicamentorum & calidorum, & frigidorum, & humidorum, & siccorum ordines duodecim constituantur. Quod etiam locum habet in his, quæ conjugatas sortiuntur qualitates, quæ scilicet vires habent calefaciendi & humectandi, vel calefaciendi & siccandi, vel refrigerandi & humectandi, vel refrigerandi & siccandi. Has siquidem exerunt non tantum obscure, manifeste, vehementer, aut summe, sed in singuli gradꝰ principio tantũ, aut medio, aut fine.

Qualitates singulorum medicamẽtorum quot.

Qualitates secundæ.

Qualitates secundæ primas, seu elementares ac simplices cõitantur earumque adjutu vt sint, & vires suas patefaciant, opus habent. Nam aperiendi facultas, rarefaciendi, attrahendi, tenuandi calfactionem sequitur: Crassandi, densandi, claudendi, repellendi refrigerationem: Molliendi humectationem: Indurandi siccationem. Siccitas enim indurat, vt ex luto, aquilonio, vel æstivo statu indurato, & ex lateribus igne siccaris videre est: vt etiam humiditas emollit, modo cum calore modico perseveret. Glaciei enim humiditas dura, quod omnino sit expers caloris.

Vires autem qualitates secundæ in austeris acerbis, acribus, amaris, aperientibus, tenuantibus, resolventibus, contrahentibns, repellentibꝰ, emollientibus, stupefacientibus, & dolorem lenientibus sunt manifestissimæ, atque evidenti ratione, quod possunt, præstant, perinde ac primæ seu elementares.

CAP. VIII.

De tertia medicamentorum facultate seu proprietate occulta.

PRÆTER primas ac secũdas medicamentorum facultates, tertia quædam dicitur occulta & inexplicabilis, quod ejus certa ratio minime reddi possit, nec scientia exactissima comprehendi, sed per solam cognoscatur experientiam: *Nam cur jaspis*, inquit Galenus *cap. 7. lib. 3. meth. tacto vulnere, unde sanguis prorumpit, eum sistat, nondũ novi. Atque si particulatim cujusque naturam explorare ad vnguem scirẽ, vtique qualem fuisse Æsculapium mente concipio, talem me esse putarem.* At vero proprietates quædam omnino dici, aut explicari non possunt ex Galeno *ibid. & Com. in 6. epid.* Nullus enim rationem adferre validissimam potest, cur cantharides vesicam inflammatoria dispositione lacessant, ab ipsa etiam longius adhibitæ; vt neque cinis cancrorum, exiccatorius cum sit, cur & per se mirabilis sit proprietate specifica ad canis rabidi demorsos, & tur efficacior sit & præstantior *gentianæ & thuri* potius, quam aliis medicamentis commixtus.

Facultas inexplicabilis.

Cineris cancrorum proprietas.

Certum ad securum hujusce medicamenti successum admiratus Galenus *c. 30. lib. 11. de simplic.* in causæ persuasione non sese parum exercuit, tandemque librũ pollicitus est. De his, quæ occulta proprietate quid agunt; non tamen promissis stetit, forsan veritꝰ, ne famæ injuria fieret, si susceptum opus imperfectum relinqueret, nec in eo docte, vt in omnibus aliis consuevit, perageudo, sibi & lectoribus satisfaceret.

Illa autem tertia facultas magnam habet latitudinem, complectiturque sub se purgantia, morbos occulta vi curantia, partem quandam respicientia, periammata seu suspensa medicamenta & venena, de quibus particulatim disserere cogitamus.

Tertia facultatis medicamentorum latitudo.

Neque vero tantum ineffabilis quædam proprietas agnoscitur in medicamentis & venenis, qua illa medentur, hæc perimunt, & quosdam aliquando morbos expugnant, sed etiam in alimentis, quæ perennis effluvii jacturã resarciunt. Esculenta enim multa multi fastidiunt, alii appetunt avidissime; quæ licet primum dissimilia, post multas coctiones similia reddũtur, & naturæ nostræ familiaria, vnde magna inter nutriens & nutrirum similitudo perhibetur, quam vix vllus possit definire, & quare hic potius hoc edulio, ille alio delectetur. Carnium & piscium esus vniversæ genti familiaris est: At *plures novimus*, inquit Amatus Lusitanus *curat. 36. cent. 2. qui ab esu carnium in totum abhorrebant: alios quibus caseus non solum comestus. sed odoratus pro veneno habebatur: Sed & alium novimus, natione Hispanum, qui nunquam pisces gustarat: at cum ab amico semel ad cœnam fuisset invitatus, ovaque degustasset, quibus siccati piscis pulvis caute fuerat admixtus in animi angustias, cordis pressuras, cum vomitu & secessu incidit, ita vt prope exanimis defecerit.* Vidit & idem author celebris Monachum Venetum, qui sine animi deliquio rosarum odorẽ nõ poterat perferre: quod etiã obiervavi in nobili matrona, & Jul. Scaliger in illustrissimo Cardinali vt asserit *in exercitationibus contra Cardanum exerc.* scil. 153. *part.* 10. vbi meminit cujusdam fœminæ spectatæ formæ & virtutis, cui Franciſca nomen erat. quæ ante 14. annũ suasu nullo flecti potuit, vt carnibus vesceretur. Asserit & vnum ex liberis omnino brassicam aversatum, vt eũ ipsum Cressones: & in civitate Mediolanensi familiam quandam hausta cassiæ

In alimentis qualitas inexplicabilis notatur.

Historia notatu digna.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 18 sur 955

Vinum tanquam venenũ multi adversantur.

fistulæ interire: *Peculiare enim suum cuique est.* & multi vinum quasi venenum respuunt, alii tanquam Deum colunt.

In cæterorum animantium pabulo observatur adhuc illa inexplicabilis & occulta qualitas. Quis enim rationum momentis aperire posset? cur Struthiocamelus ferrum habeat in deliciis? cur cervus serpentes, vrsus formicas asinus ferulam, quæ perimit equos? Quædam enim tantum piscatu, alia venatu, quædam granorum cultu, alia plantarum solo naturali proventu vivunt. Optime siquidem anas, ardea, fiber piscibus aluntur; accipiter, aquila, vulpes aviculis; gallina, perdix, equus cerere; bos, dama, cervus parvulis stirpibus integris, aut earũ partib. tenellis. At cur illa potius illo, quam hoc alimento gaudeant & pinguescãt, hæc potius hoc, quã illo, ratione nõ satis dilucida explicatur. Fame enim citius perit vultur, quam triticum attingat; phasianus, quam ex rapto pabulum quærat.

Cap. IX.

De facultate medicamentorum purgantium, vnde promanet, & quomodo agat.

Medicamentorvm purgantium facultatis disquisitio multorum exercuit ingenium: in illa enim dignoscẽda quot capita, tot fere sensus. Chymiatri manifestam credunt, vt quæ à mixtorum sale suboriatur, & sales omnes purgatorios mordicus asserunt. Alii prorsus abditam tenent, nec ratione evidenti explicabilem. Sunt, qui à speciali mixtionis temperie oriri credunt; alii veluti quintam qualitatem concedunt. Mesue illam deducit à cœlo, & cœlestem facultatem nominat: *Medicamentum*, inquit, *purgans non est à temperamento tale, non vt contrarium agens in contrarium, non vt simile trahens simile, neque vt grave deorsum, aut leve sursum humorẽ exagitans, sed quia talẽ cœlitus fortitũ est facultatem.*

Chymistarum opinio de purgatoria facultate.

Est vero cœlestis ea facultas, forma cujusque medicamenti purgantis; aut formæ ipsius proprietas, quæ nullo sensu, nullaque ratione manifesta deprehendi potest, sed sola experientia, & ex effectis, quæ substantiæ ipsius facultatem demonstrant.

Varia qualitatis purgantium appellationes.

Appellatur autem ipsa cœlestis facultas à quibusdam Medicis [*Fernel.*] & Philosophis [*Scaliger.*] facultas occulta, aliquando proprietas rei totius, aliquando intimum cujusque rei principium, aliquando causa incognita, virtus superelementaris, totius substantiæ proprietas, & à quibusdam quinta qualitas; sicque diversa rei eiusdem nomenclatura. Quia tamen vis illa cathartica ex primæ notæ philosophis, à syderibus ortum ducit, non improprie cœlestem Mesue vocat: sed male putat humores educere, non tanquam simile trahens simile, contra veterum decreta, rationem & experientiam. Hippocrates enim *lib. de nat. human.* medicamentum purgans humoribus detrahẽdis esse simile, sic docet: *Pharmacum*, inquit, *cum torpus intraverit, primo id, quod omnium maxime sibi secundum naturam cognatum, atque simile est in corpore trahit; deinde reliqua ducit & purgat.*

Id ipsum autem manifestissime probat hac eleganti comparatione, quemadmodum semina & stirpes terram ingressa, sibi quæque, quod in terra idoneum est, ac naturale, trahunt, vel acre, vel dulce, vel amarum, vel salsum, vel quodcunque, primumque & plurimum, quod ipsis maxime secundum natutam est, alliciunt.

Opinio Galeni de purgatrice facultate.

Hoc pluribus ostendit Galenus *lib. 1. de natural. facul. & c. 23. lib. 3. de simplic. & lib. de Ther.* verbis expressis scribens, qualitatum, quæ in substantiis sunt, proprietate actiones perfici. Idcirco medicamentorũ purgantium quædam, vbi forte purgatione frustrantur, non modo corpori nullam noxiam afferunt, sed etiã homini alimentum præbent; alia vero in corruptionem & venenum vertuntur, non tamen perpetuo est permista vis venenosa. Quare non perpetuo licet non purget, incommodabit. Verum coctionem accipiet, talemq; producet humorem, qualem trahere natum erat, quod nunquam contingit in medicamentis mochlicis, seu valentioribus.

Medicamenta igitur pũrgantia similitudine quadam substantiæ humores attrahunt & educunt: eâque ratione magnes attrahit ferrum & succinum paleam; non autem ferrũ magnetem, aut palea succinum. Licet enim magna sit similitudo inter magnetem & ferrum, tamen simile non est idem, nec magnes est ferrum, nec ferrum magnes. Trahens autem esse debet validius tracto, propterea ferrum non trahit; sed trahitur.

Objectio.

At vero cum tractio fiat propter substantiæ similitudinẽ, quare magnes magnetẽ, & ferrum ferrũ non trahit? Respondeo, vnam & eandẽ rẽ seipsam non trahere, sed quod cum ea ipsa affinitatem quandam habet & similitudinem. Sic agaricus pituitam attrahit, Rheum bilem, sena melancholiam, quod inter illa sit quædam affinis conditio, aut convenientia magis, quam similitudo. Illa autem conformitas nec plane manifesta est, longe siquidem rheum à bile distat, agaricus à phlegmate, à melancholico humore senna.

Responsio.

Quæ purgent trahendo.

Quæ comprimendo.

Quæ lubricando.

Licet autem omnia cathartica humores attrahant, eorum tamen quædam specialius dicuntur purgare attrahendo, quæ nempe sunt potentioris virtutis, & humorẽ habent excrementitiũ, inquit Mesue, vt *scammoniũ, turbith, euphorbiũ*: alia cõprimendo, vt *myrobolani* omnes, & *rhabarbarum*: alia, quæ lubricando & leniendo alvum subducunt, vt *cassia fistula, tamarindi*: alia denique, quæ tantum molliendo, vt *atriplex, viola, vt malva, lapathum*, & multa olera.

Cap. X.

De Medicamentis, quæ citra ventris solutionem, occulta proprietate morbos multos sanant.

Innvmera & mira sunt medicamenta simplicia, quæ per os sumpta, aut exterius tantum adhibita, cœca vi, ac specifica proprietate morbos futuros arcent, & factos perfecte sanant, aut mirabiles alios effectus proferunt, vt in paucis quibusdam *supra* demonstravimus, & mox in quam plurimis demonstrabimus. Illa autem abdita facultas non in plantis modo, verum etiam in animalibus & mineralibus cernitur. Nam literarum monumenta fidem faciunt, pollicem Pyrrhi lienosos solo tactu sanasse, & Christianissimus

Pollex Pyrrhi quid præstiterit.

nſſimus ac potentiſſimus Galliarum rex ſolius manus attactu ſtrumas ad perfectam reducit ſanitatem.

Os aurum trahens. In corporibus quoque demortuis occulta & efficaciſſima illa qualitas cernitur. Os enim milui piſcis aurum trahere author eſt Simplicius, cui aſſentitur Scaliger *exercit.* 102. & 112. Et renes Scincorum triti,& cum vino poti, aut cum idonea conſerva ſubacti & ſumpti veretri tentiginem excitant, & ad Veneris ludibria potenter movent.

Priapus cervi ſiccatus,in pulverem lævigatus, & cum aqua cardui aut tuſſilaginis ſumptus, valde pleuriticos juvat.

Idem efficit dens apri in ſcobem tenuem redactus & hauſtus, maxime in hujus morbi principio.

Cornu monocerotis mirabiliter cor tuetur à venenis,& peſtilentibus morbis omnibus ſuccurrit.

Effectus fere ſimiles experiuntur, qui cornu cervi & rhinocerotis ſumunt. Bovis aſtragalus cum oxymelite potus lienem minuit.

Cato leporis vſta,trita,& pota, calculos attetit & expellit.

Senecta anguium. Viperæ exuvium pulveratum, & impoſitum alopeciis, mirum in modum pilos regenerat. Idem pollicentur vſta murium capita partibus glabris ex melle illita.

Galerita ſeu alauda criſtata aſſata, vel elixa,ſæpe comeſta colicis affectibus obnoxios, vel detentos,efficaciſſime juvat. Galen *lib.de Theriac.*

Vngula capræ,aut ejus veſica, vel etiam ovilla cremata, & ex poſca ſumpta, medetur his,qui noctu ſtragulas permingunt.

Hepar lupi hepaticos proprietate ſpecifica juvare ſcripſit Gal.*lib.8.comp.med.local.*

Aſpidis ſenecta pulverata ex melle illita, viſum facit acutiſſimum.

Excrementa animalium. Excrementa quoque animalium occulta proprietate morbos quoſdam abigunt,vt ſtercus pavonum epilepſiam, ſtercus canum, vt etiam nidi hyrundinum anginam.

Pauca hæc pro multis ex animalibus ſumpta ſufficiant,vt ea omittam, quæ lædunt, vt leporem marinum & torpedinem. Hæc enim nervoſum genus vi abdita afficiendo ſtuporem inducit, ille ſolos hominis pulmones lædit; vt etiam cantharides, quæ veſicam inflammatione tenrant, & vrinam ſiſtunt, vel ſtranguriam movent.

Occulta proprietas ſtirpium. Hanc proprietatem occultam in multis ſtirpibus admiratione dignam obſervamus: nam ſarſaparilla, guaiacum, ſaſſafras & illa radix, quæ à Chyna nomen habet,ſpeciali & occulta proprietate luem vencream perfecte curant.

Satyrium & eruca penem erigunt, Venerẽ accendunt,& frequentiores congreſſus efficiunt.

Vitex & nymphea contra libidinis ardores mitigant, ſemen extinguunt, & teſtium accretionem impediunt.

Opium phreneticos & delirantes juvat, & placidum ſomnum cõciliat,etiam parvula quantitate ſumptum.

Vilcus quernus tritus & potus, epilepſiam fœliciter curat.

Vva paſſa familiaritate quadam ſubſtantiæ hepati benefacit.

Staphiſagria vi non ſatis cognita pediculos enecat,vt conyza pulices.

Braſſica ebrietati reluctatur, vt etiam hedera.

Ptarmica ſternutationem movet. Nec non eloborus vterque.

Dictamnus facultate prorſus abdita ſpicula evellit.

Fraxinus ſerpentes fugat, & eorum venenis medetur.

Lithoſpermon, ſaxifraga, & ſanguis hirci calculos expellunt.

Sabina menſes & fœtum, ſeu vivum, ſeu mortuum educit.

Symphitum maius vulnera cito glutinat.

Veronica vlcera maligna corrigit, ad ſanitatemque accelerat.

Therebinthina vulnerum eſt balſamum optimum,quæ facilime & citiſſime ſanat.

Plantas quaſdam contrarias habere facultates. Mirum eſt autem, plantas quaſdam quadam ſui parte hunc effectum præſtare, alia alium & ſæpe diverſum, vel etiam contrarium: nam flores chamæmeli olfactu proſunt capitis dolori, folia ſumme nocent, ſi Galeno *cap.2.lib.2.comp.med.* fides non denegatur.

Lapathi folia ventrem ſubducunt, ſemen aſſumptum retinet.

Braſſicæ decoctum alvum ſolvit, ipſa braſſica comeſta vel comprimit, vel pigriorem reddit.

Gallorum vetulorum jus ventrem quoque movet,caro ſiſtit. Idem adhuc aſſerit Galenus *lib.1.de Ther.c.6.* de oſtreis,& cochleis marinis.

Lactis pars ſeroſa, ac butyroſa ſubducit ventrem,caſeoſa cohibet,ac ſiccat.

Miraculo autem tribuit Galenus, quod trifolii decoctum morſibus phalangii aut viperæ pro fotu adhibitum, ſtatim dolores ſedet, & virus adimat: Parti verò ſanæ idem admotum, dolores ſimiles his,quos invehit, excitat. Hujus tamen effectus ratio non videtur valde obſcura, neca reliquarum ſtirpium natura & conditione aliena. *Non miranda trifolij qualitas cum Galeno.* Mirum enim non eſt, ſi fotus, cujus ope pars inquinata liberata eſt, & ab ea venenum eductum,parti ſanæ adhibitus,eidem impreſſum, veneni,cujus eſt particeps, relinquat veſtigium.

De ſpecifica & admiranda hydrargyri virtute ad luis Indicæ curationem, deque aliorum mineraliũ virtutib⁹ occultis,& fere divinis ſpeciatim fuſius *lib.3.de materia medica* diſputabimus.

CAP. XI.

De ſimplicibus medicamentis, quæ proprietate ſpecifica partes quaſdam reſpiciunt.

MVLTA ſimplicia certis partibus tanta amicitia conjunguntur, vt eas vel ſumpta, vel admota, vel ſæpe ſolo odore juvent, reficiant,& à morbis multis liberent. Non tamen illa obid ita particularibus mẽbris devota cenſeo, vt omnes earum affectus tollant, aut aliis quoque partibus nõ cõferant,ſed ſpeciali dote,quædã hanc *potius*, quã illã partẽ reſpiciant & tueantur, alia aliam.

Cephalica. Sic multa Cephalica dicuntur, quod tota ſua ſubſtantia capiti ſint amica & conferentia,

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 20 sur 955

longa virorum doctorum experientia & vsu sic comprobata, vt inter aromata *moschus, ambra, zibethum, caryophilli, macis, calamus aromaticus, schœnantum, caphura*, & inter alia simplicia vulgatiora, *bethonica, rosmarinus, salvia, majorana, melissa, stœchas, cneoton, mirthus, flores vethonicæ caryophillatæ, & arantiorum.*

Ὀφθαλμικά. Ophthalmica sunt *euphrasia, chelidonium, feniculum, ruta, & hormium*, cujus grana oculis imposita nullum molestiæ sensum adferunt. Facile enim sub palpebris continentur, & oculos à sordibus purgant.

Ὀδοντικά. Odontica quædam dicuntur, quæ dentes roborant & nitidiores reddunt, vt *lentiscus, salvia, mirthus, laurus.*

Pulmonibus dulcia omnia conveniunt, sed peculiari facultate herba quædam *pulmonaria* dicta ad illorum affectus commendatur.

Pulmonica. *Pulmo vulpis* si hominis pulmoni conferat, vt veterum multi crediderunt, id propter familiaritatem substantiæ contingit.

Passa, strobyli, pistacia, dactyli, jujuba, mel beneficiunt quidem pulmonibus, sed tantum dulcedine; iris, *hyssopus, & prassium* attenuatione.

Cardiaca. Cardiaca sunt *aurum argentum, lapides pretiosi, cinnamomum*, & alia aromata suaveolentia. Item & *borago, buglossum, carduus benedictus, scabiosa, ulmaria, oxytriphillum, viola, rosa, crocus.*

Stomachica. Quæ stomachum respiciunt, stomachica dicta, sunt *nux moschata, mastiche, absynthium, mentha & anethum*; hæc enim proprietate particulari illi prosunt. Alia quoque pene innumera beneficiunt quidē, sed potius calore, quā speciali virtute, vt *piperis* genera, *zinziber, sinapi, vinum.*

Hepatica. Hepati familiaria sunt, *hepatica* quædam dicta, vt *agrimonium, cichorium, fumaria, rhabarbarum.*

Splenica. Splenica sunt *ceterach, hemionitis, capparis, tamariscus, epithymus*, vt & alia multa, quæ causa brevitatis omitto.

Nervalia. Nervos proprietate roborant *salvia, rosmarinus, & primula veris*; articulos & hæc, & *chamæpitis.*

Quæ speciatim singulas partes respiciunt, huc nolo reducere, cum his lector etiam morosus contentus esse poterit. Granum enim salis ei sat esse potest, qui ipsius saporem voluerit dignoscere.

Cap. XII.

De Periammatis seu Amuletis, quæ gestata, vel appensa mira & cœca virtute morbos multos curant.

AD medicamenta, quæ abdita facultate quasdam ægritudines solvunt, pertinent, quæ periamata, periapta & amuleta, hoc est, alligata & suspensa remedia vocantur. Ea autem duūm sunt generum: Aliæ enim solis characteribus & verbis constāt: Alia simplicibus collo, aut alteri mēbro subnexis. Priora tanquam infida, incertaque aspernantur Medici; de his enim nec loquitur Physicus, nec Metaphysicus, nisi forsan cacodæmon aliquis ad suam metaphysicam referat. At Medicus & Philosophus est moralis, qui vitæ probitate, omnia secundum bonum & æquum molitur, nec illicitis artibus ignaros & credulos decipit; & naturales, qui rerum omnium causas perquirit. *Scire enim est rem per causam cognoscere & felix, rerum qui poterit cognoscere causas.* Vnde Galenus, *Medicina fit non morbo, sed causa morbificæ, qua sublata tollitur effectus.*

Amuleta duplicia.

Periammata. At periammata nec causam, nec morbum tollunt, neque symptoma, vt falso sibi persuadent hi, quibus fuerunt appensa, eorum suasu decepti, qui dæmones colunt & invocant, atque eorum nomine & virtute omnia fieri sine alia causa putant; de quibus, horumque similibus nequissimis viris sic ait Poeta:

Gens invisa diis maculandi callida cœli,
Quæ nunc stare polos & fulmina mittere novit,
Æthera sub terras adigit, montesque revellit.

Duobus autem modis id præstant: nam alii malos dæmones virtute quadam maxime divinorum nominum advocant, & cogunt, quippe cum *omnis creatura timet & reveretur nomen illius, qui fecit eam*: alii istis pessimis viris nequiores se dæmonibus submittunt, illis sacrificant, & cultum quendam reddunt.

Cur cacodæmones à perditis viris invocentur.

Cur vero illi Goetici solis vtantur malis dæmonibus, ea ratio in promptu est, quia boni angeli difficile comparent, quia Dei jussum exspectant, nec nisi mūdis corde & vita sanctis hominibus cōgrediuntur. Mali autē faciles se exhibent ad invocandū, falso faventes, & divinitatē mentientes, semper præstò sunt, vt astu suo decipiant, vt venerentur, vt adorentur.

Libri improbatæ lectionis qui.

Ex horū dæmonicolarū taberna profluxerunt omnes isti tenebrarū libri, quos improbatæ lectionis Vlpianus IC. vocat, protinusq; cōburendos esse statuit: cujusmodi primus excogitasse dicitur Zabulus quidam, illicitis artibus deditus; deinde Barnabas quidam Cyprius, & nostris temporibus Cornelius Agrippa, atque alii.

Characteres unde prodierint.

At vero cùm ex ejusmodi virorū nefariotū officina characteres & verba suspensa prodierint, nullis rationibus stabilita, & humano generi pestifera, non solum Medici, sed omnes Deicolæ debent aspernari.

Vis verborum secundum Hebræos.

Fernelius tamen summus & Medicus & Philosophus, & nostrâ ætate inter clarissimos maximus magnam vim verbis & omnib. amuletis tribuit. Et certe si Hebræos virtutis & omnium disciplinarū optimos authores sequi velimus, majorē in verbis, quam rebus naturalibus vim inveniemus: *Quicquid enim*, ajunt, *est in mēte, in voce, in verbo, in oratione, totū hoc in scriptura est, cujus literæ mysteriorum cœlestium plenissimæ sunt, ac in syderum positionē exaratæ: unde rerum altissimus creator seipsum nomine duarum literarum* A & Ω *vocare voluit.*

Literarum figura.

Præterea secretiores Hebræorū mechubales ex literarum figura, & simplicitate, cōpositione, tortuositate, defectu, abundātia, coronatione, apertura, ordine, transmutatione, colligātia, & revolutione literarum, punctorum & apicum omnia explicare promittunt.

Circa finem lib. II.

Verba igitur & characteres vim habere dicuntur ad multorū morborū profligationē, hanc q; curandi viā Trallianus non omisit: *Ad podagram*, inquit, *curandam, effodito ante solis occasum, cum luna est in Aquario, aut piscibus altercum herbam, dicasque: Adiuro te herba sacra per sancta nomina Ioath, Sabaoth, Adonai, Eloi, Deus, qui terram*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 21 sur 955

Morbi verbis curati.

terram firmavit, & fixit mare fluviis abundans fluentibus, & qui exsiccavit uxorem Loth in statuam salinariam. Adjuro, inquam, te, ut sistas fluxionem pedum.

Addentium dolorem ridiculum hoc à nonnullis appenditur, *Galbes, galbat, Galde, galda.*

Ad fluxum sanguinis sistendum quidam hæc verba obmurmurant, *Charat, Cara, Sarite, Confirma. Consona, Imaholite.*

Ad canis rabidi morsum, pani comedendo hæc verba à quibusdam inscribuntur. *Iriom, Rhiciori, Eslera, Rhuder, fere*, vel pomi frustulo, *Hax, Pax, Max, Deus adimax.* deinde voratur.

Vulgare est illud Quint. Serini Samonici adversus Hemitritæum, *Abracadabra*, quod ita depingitur, vt in conum ad extremam vsque literam desinat, sicque collo appenditur.

Lamella aurea; in qua voces hæ scriptæ sint ἐρύω, ἐρώδη, collo subnexa lippientem sanat, ex Marcello.

Profluentem sanguinem vt sistas, digito annulari partem ranges, & vicies septies dices, & quoties volueris, repetes, donec fluorem pervincas, *Socnon, Socnon*, mire prodest.

Ad paronichiam digito parietem continges, inquit Marcellus, & rursum digitum ducens, dicens ter, *Pu, pu, pu, Nunquam ego te videam per parietem repere.*

Inepte sic mederi suadet lippitudini Marcellus: *De manu sinistra*, inquit, *cap. 8. lib. de Medic. Muscam capies, & dum capies, dicere debebis nomen eius, cui remedium facturus es, te ad curandos oculos eius muscam prendere: tum vivam eam ligabis in linteo, & suspendes collo dolentis, nec retro respicies.*

Quamplurima farinæ similis exempla leguntur apud Mercurium, Marcellum, Trallianum, Albertum Villanovanum, & inter recentiores apud Fernelium *lib. 2. de abdit. rerum caus.* qui omnes gravissimi viri verbis tantâ inesse vim, pronuntiant, vt pene omnem naturam subvertere credant. Apuleius enim vir perdoctus asserit magico susurramine amnes agiles reverti, mare pigrum colligari, ventos inanimes expirari, solem inhiberi, stellas avelli, diem tolli, noctem teneri, de quibus sic ait Poeta:

Levis Poetarum credulitas.

Carmine vel cœlo possunt deducere Lunam.
Carminibus Circe socios mutavit Vlyssis.
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis,
Atque satas alio vidi traducere messes.

Et Ovidius:

Cum volui, ripis ipsis mirantibus, amnes.
In fontes rediere suos, concussaq; sisto.

Item Lucanus:

Cessavere vices rerum, dilataque longa.
Hasit nocte dies, legi non paruit æther.
Torpuit & præceps audito carmine mundus.

Vis autem verborum maxime patet in morborum profligatione. Illa enim & prolata & inscripta, ac gesta multos affectus mira celeritate solvunt. Quod Medici cujusdam talia dimirantis non parum exercuit ingenium, vt refert Pomponatus: cum enim duorum puerorum curam suscepisset, quorum alter morbo velut Erysipelate laborabat, alter vero in igne inciderat, quidã supervenit, qui hos pueros solis verbis & carminibus liberavit: Additque aliũ fuisse, cui ferrũ infixũ erat, & nulla arte Medicorũ poterat evelli, ab eodẽ tamen eadẽ curandi methodo evulsum.

Historia notatu digna.

Authoris opinio.

In oppidis fere singulis quædã anus reperiuntur, quæ verbis aliquot nulli hominũ notis, matricẽ relevant, sic n. loquuntur; hocque etiã in vitis pollicentur, licet matricem non habent.

Mille exẽpla alia possem recensere, quæ quod ridicula sint & inepta, præstat reticere, qui enim ipsis vel suspensis, vel prolatis melius se habere fatentur, id fit potius quadam opinione, quam illorum virtute.

Quidam asserere nõ erubuit, se à febre liberatum ex Amuleto, cui hæc erant inscripta, *Sancti Petre & Paule stultum hunc persanate.* Alius hoc Amuleto convaluit: *Rapiat eum dæmon & similes eius.* Sed hæc æger refero: de aliis, quæ magis probantur, nunc sermo noster instituetur.

Illicita enim esse amuleta certis figuris exornata fusius exponit *Del Rio disquis. Magic. l. 1. c. 4. q. 1.* & *Kircherus de Magnet. p. 690.* Non sequitur profunt & sanant. E. licita sunt, *Adulteria sua (Hos 2. p. 3.) aufferre debent de medio* &c. V. *Freitag.* Noct. cap. 37.

Amuleta ex simplicibus medicamentis.

Quæ vero amuleta simplicibus medicamentis suspensis vel alligatis constant, non omnino à Medicis improbantur. Et re vera proprietate quadã abdita effectus sæpe salutares proferunt. Experientia enim docet, *radicem peoniæ* collo appensam epilepsiam sanare. Idem præstat *viscus quercinus*, vt etiam *ungula Alces* annulo tantum inclusa. *Stercus lupi* ad ilia gestum, instar amuleti, inquit Aetius *cap. 31. tet. 3. ser. 4.* colicos dolores sedat. Similis effectus tribuitur ipsius intestinis siccatis, & ventri adhibitis. *Radix cynoglossi* circa collum alligata linguæ nigredinem, quam vulgus imperite cancrum nominat, delet. *Res enim quædam parva molis solo tactu nonnunquam maximas inducunt alterationes*, ait Galen. *cap. 5. libr. 6. de loco aff. Dictamnus* adhibitus incredibili proprietate spicula trahit. *hydrargyrus* gestatus à morbis pestilentibus tuetur. *Æthites lapis* inter, mãmas aut ventriculo alligatus fœtum retinet femori adnexus præcipitat: quod & de *radice hyosciami* traditur. *Selenitis* annulo inclusus nudæ carnis contactu sanguinem è parte quavis manentem sistit. *Viridis jaspis quadam proprietate auxiliatur stomacho & ori ventris appensis*, ait Aetius *ca. 35. tet. 1. ser. 2. Heraclius lapis*, magnes vulgo dictus, præter miram vim, quam habet ad trahendum ferrum, manu tantũ detentus Chiragricorum & podagricorum dolores levat. Qui gestabit pedes & chelidas anteriores cancri, aprorũ incursum vitabat, Democritus *in Geopon.*

Icteri curatio miranda.

Non præter rem est Icteri miranda curatio quæ tum accidit ægro, si ipse hanc avem, quam Holerius *galbulam*, Galli *loriotum* vocant, attente cõspexerit. Est & mirum, avem ægre conspectum icterici perferre.

Curatio morsus venenati per musicam.

Huc spectat & tarentulæ morsus curatio, quæ frustra medicamentis quibuslibet tentatur; feliciter autem sola musica sanatur.

Similes multorum morborum curationes aliæ quam plures narrantur, quas brevitatis causa omitto.

CAP.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 22 sur 955

CAP. XIII.

De venenis.

OCCVLTA quoque qualitas venenis ineſt, de quibus Phyſilogi ac rerũ naturaliũ indagatores aliquando loquuntur, item & ſcelerati veneficij; illi, vt omnipotentis naturæ prudentiam & ſagacitatem in bonis ſimul & perniciosis rebus agnoſcant, & ornatum mundi contemplentur; hi peſte peiores, & humani generis hoſtes pernicioſiſſimi, vt ſingulos, quorum vitam, ac fortunas moleſte ferunt, exaniment, atque ex rerum natura tollant. Miro ſiquidẽ artificio ſaporẽ, odorem, coloremq; venenorũ adulterare ſolent, quæ adeo aſtute cibis & medicamentis recondunt, vt etiam prudentes & cauros decipiant, & pro pane lapidem, pro piſce ſerpentem, pro ſacharo ſublimatum porrigunt: Sicque boni à malis non tam poſſunt eſſe tuti, quam omnes homines ab omnibus ſerpentibus & aliis belluis.

Improbantur, qui venena componunt.

De illis vero loquitur Medicus, vt Logicus de Sophiſmate & fallaciis, quas docet advertere & & avertere, Theologus de vitiis, quæ monet fugere. Nec mala ſuadet, vt inde bona contingant; in quo ſane diſcrepat à Medico, qui nefarios quidem veneficos damnat, de venenis tamen loquitur, quatenus in corporibus noſtris vel generantur, vel mala ſorte ingeruntur, vel ad malignorũ morborũ curationem expetũtur, alioquin eorũ tractatio pernitioſa, & revera eos damnat Galen. *cap.* 42. *libr.* 2. *de antid.* qui venenorum compoſitionem tradiderunt, vt Horum mendeſium, Aratum, Heliodorum Athenienſem, & Orpheum.

De ſimplicibus autem venenatis libere ſcribit, vt ante hunc Dioſcorides, & poſt vtrumque Nicander, vt dignoſcãtur, vitentur, & in quibuſdam morbis feliciter à docto Medico vſurpentur. Ad carnem enim vlcerum cadaveroſam arſenicum aliquando adhibetur; Oleum viperarũ ad luis Indicæ ſtigmata, puſtulas & duritates gummoſas: Oleum ſcorpionum ad ipſorũ ictus; pilus canis rabidi ad vulnus ex ipſius demorſu inflictum: Trochiſci de vipera intus & extra ad venenatos quoſvis affectus.

Venena in corpore hominis interdum genita.

In corpus vero non ſolum ingeruntur, ſed aliquando generantur, ex Galen. *cap.* 5. *libr.* 6. *loc. aff.* ſimileſque producunt & affectus & effectus his, qui pernicioſo epoto veneno contingunt. Nam peſtis venenum eſt, quæ interdũ ſponte ſine cauſa manifeſta in corpore generatur, atque in mulieribus hiſtericis retentũ ſemen venenatæ qualitatis eſt particeps. Et canes per æſtatem fervidiſſimam facile rabie percelluntur. Hæc autẽ Medicis præſcienda ſunt, ut ſanitatem ab omni labe tueantur, & morbos quoſvis profligent.

Venena aliquando nutrire. Hiſtoria.

Etſi autem venena deleteria ſint, conſuetudine tamen, quod valde mirũ, alimenta fiunt. Nota enim hiſtoria, puto, de puella quadam, cujus Avicenna, Ruffus, & Gentilis meminerunt, quæ à primis annis, veneno ſolo educata, halitum peſtiferum, & proxime aſtantibus deleterium inſpiraret.

Alia Agrippinæ vixit, referente Alberto, quæ araneas in deliciis haberet, cum tamen pauco vino epoto, in quo ſuffocata ſit aranea multi perire poſſint.

Rex anguivorus.

Porus quidam Indorum Rex ſerpentibus & venenis quotidie veſcebatur, hocque alimenti genere diutiſſime alitus, adeo venenoſus factus eſt, vt cæteros homines vel tactu, vel halitu, vel ſcreatu perinde ac ſerpentes alii perimeret.

Ophiogenes.

In Heleſponto genus eſt quoddam hominum, qui venenis ſolum aluntur, Ophiogenes propterea dicti.

Marſi & Pſilli ſimili victu delectabantur: nec ſerpentũ morſus & venena reformidabant: Cujus rei certum dedit experimentũ vnus ex iſta familia Exagon vocatus, qui conſulum Rom. juſſu in dolium ſerpentibus plenum injectus, intactus evaſit. *Plin. cap.* 29. *lib* 6.

Athenagoras Argivus dicitur à ſcorpionibus nunquam lædi potuiſſe, vt neque Æthiopes hydaſpidis fluvii incolæ.

Alia hiſtoria.

Refert Galen *lib.* 3. *ſimpoſ. c.* 17. anum quandam Athenienſem innoxie magnam ſæpe cicutæ quantitatem eſitaſſe. Idem narrat Sex. Empiric. de alia vetula.

De Liſide ferunt hiſtoriæ, quod opii vnciam dimidiam ſine ſanitatis jactura vorabat. Vidi mulierem Nemoxii, quæ quotidie ſemidragmam ſumeret.

Familia quædam in Creta ſolo aſpectu faſcinabat, & pueros in tabem deducebat. Quid plura? venenis aſſueti ab his tandem ſunt immunes.

A quibus venena ſumantur.

Deſumuntur porro omnia venena vel à plantis, vel animalibus, vel mineralibus. A *plantis*, vt à papaverum genere, ab hyoſciamo & mãdragora, quorum licet qualitas peſſima habeatur venenata, vſus tamen quotidie feliciter ad morborum curationem celebratur. Et quæ hominibus ac belluis præſentiſſimũ ſunt aliquando venenũ, ſi rite tractentur & dentur, ſæpe ſecurũ ſunt auxilium.

Venena ſunt ſæpe medicamenta.

Aconitum pharmacum quidem toxicum eſt, oculorum tamen medicamentis levandi doloris gratia adjicitur. Et cicuta ſacros ignes & vlcera ſerpentia illita reſtringuit.

Nerium quoque contra ſerpentium morſus præſidium eſt è vino potum. *Sedum maius* Eryſipelata & herpetas extinguit. *Solanum* omne adhibitum dolores quoſvis mitigat.

Adhæc omnia venena ſunt Dioſcoridi, vt etiam *ranunculus, eſula, hermodactylus*, quorum vt quotidianus, ſic ſaluberrimus eſt vſus. Præterea *Napellus, herba Paris, taxus, ſtibium*, & alia pleraque ſunt & medicamenta & venena; interficiunt namque & medentur.

Fungi vero non quidem medicamenta ſunt, ſed aliquando alimenta, aliquando venena, horum enim eſu ingenui quinque adoleſcentes Lutetiæ literis operam dantes interierunt. Aulici tamen taliũ eduliorũ avidiſſimi ſunt liguritores.

Alias ſtirpes venenatas, quæ medicis vſibus quotidie feliciter inſerviunt, nolo recenſere, cũ pauca quædam attigiſſe ſufficiat; Omnia ſiquidem hoc capite complecti nec opus, nec facile eſt.

Ex animalibus venenatis medicamenta ſumta.

Ex animalibus autem venenatis quotidie medicamenta parantur. Nam caro Stincorum pigrioribus maritis ad ciendum libidinis æſtum ſæpe datur.

Viperæ Elephanticis & venenatis affectibus deterrimis quaſi miraculo proſunt. Itẽ & Colubri quorum,

quorum, vt decet, apparata caro multa ad venena securissimum est alexipharmacum.

Draconem marinum esse alimentum & venenum.

De Dracone marino superat fidem, quod narratur: Is enim aculeũ osseum in dorso gerit, adeo homini infensum, vt quæcunque punxerit, nisi mature succuratur, ad interitum præcipitat. Illius autem caro salubriter & suavissime hominem alit, vulgus Gallorum Vivam nominat, sicque mirum videtur, quod animalia quædam simul & alimentum, & medicamentum, & nonnunquam venenum homini suggerant. In ipsorum enim parte quadam vita est, in alia interitus.

Adhuc vero valde mirum, animalia venenata, cum corporibus suis nostro prorsus inimica sunt, subitoque nos interimant, morsibus ac punctu ris à se illatis secure mederi, & fere sola ab ejusmodi vulneribus & periculis liberare; quia nempe simile sibi simile allicit, & quasi suam substantiam revocans, partem læsam à veneno & damno vindicat. Sic à Crocodilo læsos ipsius adeps impositus sanat, & à Scorpionibus icti, ab iisdem tritis & admotis convalescunt. Idem efficit mus araneus, vbi aliquem momordit, si tritus adhibeatur.

Venena venenum trahere.

Admiratione quoque dignum est, venena non solum venena trahere, sed plurima etiam spicula & aculeos à corporibus nostris sine dolore foras educere, quæ ante vix vi, aut arte vlla extrahi potuerant.

Multa autem animalcula tota homini malefica sunt, vt cantharides, buprestis, salamandra, pinorũ erucæ, lepus marinus, rubeta, rana palustris muta, non tamen semper inutilia & sanitati incommoda. Nam cantharidibus, lacertis, scorpionibus, formicis & similibus animalibus extra audacter vtimur, interius vero non ita libere.

Idem facit maledictus ille Hebræus Francofurtanus, Aaron vocatus, qui ante 17. annos ad Cacodæmones suos abiit: adsunt adhuc alii, ejusdem farinæ nebulones.

Turum enim minime est, quæ prava qualitate à natura donata sunt, in corpus ingerere. Sic nefacie egit circumforaneus quidam & imperitus Agyrta, qui probo, sed parum prudenti viro mihi noto, medicamentum ad tentiginem mentulæ proritandam postulanti, cantharides exhibuit, eumq; non ad campos Veneris amœnos, sed Charontis cymbam demisit.

Nonnulla vero etsi malefica, quæque vel morsu vel instratu lædunt, ab expertis artificibus præparata, à Medicis doctis præscripta, & opportune data non modo non nocent, sed mirabiles & salutares præstant effectus. Vinum enim, in quo vipera quodam casu extincta fuit, elephanticum jamdiu à communi civium societate sejunctum perfecte sanavit. Idem polliceri & præstare potest colubet. Quid igitur vtriusque caro vt decet apparata?

Ex mineralibus venena multa.

Ex mineralibus denique venena quamplurima habentur efficacissima, tam sponte nascentia, vt *hydrargirus, cinnabaris, gypsum, myst, sory, sandaraca, magnes, antimonium crudum*, atque etiam *adamas*: quam arte talia reddita, vt *sublimatũ, calx, erugo, cerussa, aqua fortis* vulgo dicta, & alia pene innumera, quæ præstat ignorari, quam sciri. Sat enim est, simplicia quædam attingere morbis quibusdam vtilia, quorum alia aliis vt naturæ minus infensa, & rebus sanitatis magis idonea præferuntur.

CAP. XIV.

De facultatibus medicamentorum in genere, quæ ab effectis denominantur.

MEDICAMENTA multa specifica virtute quasdam partes respicere & roborare, vt cephalica caput, ophthalmica oculos, pulmonia, hepatica, splenica, pulmones, hepar, lienem, & alia alias, ab ipsisque denominari, paulo superius ostendimus: Nunc quæ ab effectis suam nomenclaturam habent, brevi & generali dilucidatione recensemus, vt in promptu sint medicinam facturo, ad propositos & consequendos effectus, medicamentorum qualitate requisita dignotio & appellatio. *Verba* enim cum sint *notæ rerum*, & ipsis convenientissima, vt decet, aptentur, aptius docent, & artificem melius regunt & dirigunt.

Medicamentorum appellatio à quibus.

Medicamenta autem fere omnia idioma Græcorum, à quibus primo fuit impositum, retinent: Nonnulla ex Arabum balbutie profecta, vix ad antiquam euphoniam redierunt, & annorum lapsu quandam gratiam compararunt. Ab effectu igitur medicamenta sic à classicis authoribus appellantur.

Καθαρτικὸν.

Catharticum medicamen dicitur, quod modo quovis è corpore noxios humores, seu per vomitum, seu per secessum educit.

Χολαγωγὸν.

Cholagogon Medici vocant, quod biliosum humorem ducit: *Phlegmagogon*, quod pituitosum: *Melanagogum*, quod melancholicum; *Hydragogum*, quod aquas seu serosos humores purgat; & *Panchymagogon*, quod omnes.

Polychrestum.

Polychrestum sic nominatur, quod multos exhibet vsus.

Eccoproticum.

Eccoproticon inter benigna medicamenta numeratur, atque id dicitur, quod tantum feces deturbat.

Ὑπερκαθάρτικα.

Hypercathartica, hoc est, superpurgantia sunt, quæ primum humorem sibi familiarem purgant, dein alios ad sequendum paratiores, postremo sanguinem, adeo vt dysenteriam suscitent.

Ἔμετικὰ.

Emetica vocantur, quæ vomitum excitant, & foras humores per os excludunt.

Alliotica.

Alliotica, hoc est, alterantia, quæ intemperiem quandam emendant, vt calida frigidam, frigida calidam, humida siccam.

Euchyma & cacochyma ad alimenta spectant; Illa quæ sanguinem optimum, hæc, quæ parvum gignunt, dicuntur. Epicerastica, quæ succum optimum paulatim sufficiunt in locum pravi paulatim vacuati, vnde Epicrasis.

Hypnoticum, quod somnum potius, quam soporem conciliat. [*Galen. lib. 9. Method.*]

Narcoticum, quod non modo soporem, sed stuporem & sæpe necrosim, sive mortificationem adducit.

Vreticum, ℘ vias diducendo, laxando & pellendo vrinas & arenas movet, & sæpe expellit.

Lithontriptica, hoc est, saxifraga, quæ lapides seu calculos frangunt, seu atterunt, & foras ejiciunt.

Anodynum, quod moderato calore dolorem aliquem delinit & sedat. Vocatur quoque Pategoricum, & aliquando Lysiponium, hoc est, laborem solvens, seu dolorem sedans.

Chala-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 24 sur 955

Chalaſticum medicamentum generali ſignificato vocatur, quod partem quandam, cui adhibetur, lenit, & temperato calore ſolatur: Strictius vero ſumptum, quod relaxat & tenſioni medetur, ſine qualitatis exceſſu, vt, adeps, butyrum, œſypus.

Quod venenatum orificia diducit ac reſerat, & ſanguinem ad exitum ſuo calore & acrimonia excitat, ἀναστομωτικὸν dicitur, cujuſmodi eſt *allium, ſabina, porrum, cyclamen*, & alia quamplurima. Ἀναστομωτικὸν.

Ἀποκρουστικὸν. Repercuſſivum medicamentum Græci ἀποκρουστικὸν nominatur, quod qualitate refrigerante & aſtringente humores in membra irruentes repellit, vt *plantago, ſorba, pilofella*. Quædam tamen ſola qualitate refrigerante repellunt, vt aqua & alia ſimilia repercuſſiva [*Gal. lib. 14. method.*] Omnia autem repellentia medicamenta tantum admovenda ſunt in principio fluxionis, ex Galeno & Oribaſio.

Ἑλκτικὸν. Ἐπισπαστικὸν. *Helcticum*, ſeu *epiſpaſticum* vocatur, quod humores ex alto evocat, contrariumque eſt repellentibus; calidum enim eſt, & partium tenuium, repercuſſiva frigida, & craſſarum. [*Gal. lib. 10. compoſ. med. loc. cap. 25. lib. 1 ſynopſ. c. 16. lib. 5. ſimplic.*] Et *quodcunque calidum trahit; frigidum quodvis repellit.* Quod gradu ſecundo calidum eſt, manifeſte trahit: quod tertio, partim trahit, partim digerit, vocaturque μεταξυγκριτικὸν. Μεταξυγκριτικὸν.

Attrahentia quadruplicia. Attrahentium autem medicamentorum quatuor ſunt differentiæ. Quædam enim qualitate elementari trahunt, vt quæ calida ſunt ſecundo receſſu; Alia caſu, vt puttrefactione, eoque modo fermentum validiſſimum eſt tractorium: Alia quadam ſimilitudine, ut venena venenum; alia occulta proprietate, vt dictamnus ſpicula, magnes ferrum.

Διαφορητικὸν. Διαφορητικὸν eſt, quod ſeu intro ſumptum, ſeu foris adhibitum, attenuando, & detergendo non ſolum meatus aperit, ſed obvios humores incidit, digerit, ac ſudore vel halitu reſolvit. Eorum duo traduntur diſcrimina, quædam debiliora ſunt ῥαιωτικὰ dicta, hoc eſt, relaxantia, quæ calida quidem ſunt ac tenuium partium, ſed non deſiccant, & magis humores ad reſolutionem apparant, quam reſolvant. Materia reſolventium multa eſt: nam quæ à medio ſecundi gradus ad finem tertii calefaciunt, & ſunt tenuium partium, reſolvunt.

Στυγνωτικὸν. Στυγνωτικὸν, ſeu συνακτικὸν, hoc eſt, ſtipans ſeu obſtruens, anaſtomotico contrarium eſt: Vaſorum enim oſcula claudit, & vacuationes ſiſtit: Ejus ſiquidem ſubſtantia craſſa eſt, proinde facile occludens.

Πυκνωτικὸν. Πυκνωτικὸν, ſeu condenſans, vim quidem habet occludendi, ſed imbecilliorem, atque cutis tantum meatus ſtipat; Stegnoticum orificia venarum.

Ἐμπλαστικὸν. Ἐμπλαστικὸν, ſeu glutinoſum vocatur, quod parti cuipiam illitum tenaciter adhæreſcit, & cutis meatus obſtruit, multoque infarctu implet, vt reſinæ & gummi. Quædam Emphractica dicuntur, quæ ſcilicet poros ſuo lentore obſtruunt, & viſciditate opplent.

Παχυντικὸν. Incraſſans, Græce παχυντικὸν dictum, ſuccos conſiſtentia tenues & liquidiores, multo craſſiores reddit: Illius vis ſita eſt in materia craſſa & terreſtri, acrimoniæ omnis experte.

Huic contrarium eſt λεπτυντικὸν, quod nempe craſſos & compactos humores attenuat, varieque diſſolvit. Valde tenui ſubſtantia conſtat, ſeu frigidum ſit, vt acetum; ſeu calidum, vt aqua vini, quâ vulgus aquam vitæ, & Chymiſtarum multi Elixir nominant. Λεπτυντικὸν.

Ἐκφρακτικὸν, id eſt, infractu liberans, quod humore viſcido & lento vias expedit. Ejus autem facultas varia eſt, pro varia humoris obſtructionem committentis ratione. Nam quæ à glutinoſo ſucco naſcitur, Ecphractico attenuante & incidente opus habet; Quæ ſimul duritiem coarctat, emolliente qualitate ſimul eget. Ἐκφρακτικὸν.

Μαλακτικὸν, ſeu emolliens appellatur, quod durum corpus, vt ſcirrhum, emollit, & in ſtatum naturalem reducit, eſtque ſaltem gradu ſecundo calidum, & in humiditate & ſiccitate temperatum, [*c. 4. & 8. lib. 5. ſimpl.*] Quod in calore temperatius eſt, poti⁹ ſuppuratorium exiſtit. At φ duritiei ex ſiccitate natæ adhibetur, eſſe debet humidius, & in calore moderatius, ut oleum, & medullæ multæ. Μαλακτικὸν.

Διαπυητικὸν, ſeu ſuppuratorium vocatur, quod noſtræ naturæ ſimillimum eſt, atque calore & humiditate quaſi ſymmetrum; [*c. 5. 7 & 8. lib. 5. ſimpl.*] Vnde manus admota cuipiam parti, in qua materiam *in pus* vertere cupimus, ſi in ea diutius detineatur, facile ſuppuratum efficiet & movebit. Remollientia vero calidiora ſunt, non ita tamen, vt ea qualitate humiditatem exuperantem diſcutiant. Itaque ſuppurantia potius quantitate, remollientia qualitate idipſum, quod pollicentur, præſtare dicuntur. Διαπυητικὸν.

Πεπτικὸν, ſimillimum eſt, ſed peculiariter id dicitur, quod humorem concoquit, Diapyeticum, quod in pus mutat. Πεπτικὸν.

Ῥυπτικὸν, ſeu detergens ac mundificativum, humores quoſvis craſſos & tenues, & ſordes omnes expurgat, vnde expurgativum quoque dicitur: Sapore id fere amarum eſt, at ſalſuginoſo & aliquantum exiccante. Ῥυπτικὸν.

Ἐναιμὸν dicitur, quod cruentis vulneribus adhibetur: vocatur ἔσκαιμον, hoc eſt, ſanguinem ſiſtens. Ἐναιμὸν.

Σαρκωτικὸν, quaſi incarnativum, ſeu medicamentum, quod vim regenerandæ carnis habet, dicitur. Eſtque ſiccum primo gradu & modice, ac ſine morſu detergens. *cap. 15. lib. 5. ſimpl. & 3. Meth.* Σαρκωτικὸν.

Κολλητικὸν, hoc eſt, glutinatorium, medicamentum appellatur, quod agglutinat & conjungit ſolutas partes, vt in naturalem vnitatem redeant. Dum cruentis vulneribus adhibetur Ἐναιμὸν & τραυματικὸν, à quibuſdam Symphyticum & aggregativum dicitur. Κολλητικὸν.

Κατεγματικὸν, quod fractis oſſibus ſolidandis & poro ſarcoide citius meliuſque ferruminandis convenit. Κατεγματικὸν.

Ἐπουλωτικὸν, vel Synuloticum, quod vlceri cicatricem inducit, hocque præſtat efficaciſſima ſiccitate & aſtrictione moderata; Siccat enim tertio receſſu, Colleticum ſecundo, Sarcoticum primo tantum. Ἐπουλωτικὸν.

Καθαιρετικὸν, medicamentum eſt, quod ſuperfluam carnem, cui adhibetur, abſumit, & ad nativam ſuperficiem reducit; vnde à quibuſdam Καθαιρετικὸν.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 25 sur 955

Βαρυφθόρ. busdam σκληροφαγὸν nominatur: Calidum est tertio gradu.

Εσχαρωτικὸν. Εσχαρωτικὸν, quasi crustificum, quod vehementissimo ac igneo calore partem adurendo ei crustam relinquit, cuiusmodi est sublimatum & pyrotica.

Σηπτικὸν, id est, putrefaciens, malignæ qualitatis est particeps, & partem, quam attingit, fœtorem & pravam qualitatem inducendo, destruit ac putrefacit, vt *Sandarach, aconitum* & alia multa.

Quædam ἀντιθωπικὰ dicuntur, quæ callum absumunt, quæ vere catharetica sunt, aut hæc facile in illorum locum substituuntur.

Hæc præcipua cum sint facultatum medicamentorum ab effectis sumpta nomina, cætera non persequemur.

Cap. XV.

De generali delectu medicamentorum purgantium.

TRIA si bene noverit Pharmacopœus, artis suæ peritissimus habetur, *Simplicia* nempe *medicamenta seligere, eadem præparare & componere.* Electio cognitionem pronuntiat; Vix enim bonum à malo secernet, & seliget illud, nisi noverit vtrumque. Præparatio quoque supponit industrium artificem, qui in arte diu exercitatus, multis modis, aqua, igne, manu simplicia maligna castigat, bona meliora reddit, imbecilla validiora efficit. Compositio autem sine electione & præparatione nulla: *Simplicium* namque *cumulus confusio, non compositio est.*

Delectus quid. Erit itaque delectus medicamentorum; primum Pharmacopœi officium, qui sic solet definiri. Delectꝰ est *boni à malo discretio ac distinctio, noxii ab innoxio, malefici à benigno.* Benignum medicamentum purgans, seu beneficum dicitur, *quod clementer purgat, & placide alvum subducit*, vt *cassia, manna, thamarindi, rhebarbarum.* *Benignum medicamentum quid.*

Malignum. Malignum & insalubre, quod *violenter trahendo purgat, nostraque corpora conturbat*, ob eam, quam habet nostræ naturæ essentiam adversam.

Medicamentum malignum quoduplex. Est vero medicamentum malignum duplex. Vnum toto genere tale, cujus nempe genus vniversum effrene est, & violentum, quale cunque sit, & vndequaque desumptum, vt *Euphorbium, Laureola, Antimonium.* Alterum specie aliqua & ex accidenti secundũ aliquod individuum sui generis, quod à natura sui descivit, atque degeneravit, vt *agaricus niger, turbith nigrum, Colocynthis* vnica in planta, vel ex vnica planta in agro, [*Mesue*] quia sola in agro planta, vel solum in planta pomum, omnem vel agri, vel plantæ amarorem & malignitatem creditur ad se rapere.

Quando malignis purgantibus liceat vti. Ab his autem ambobus malignis purgantib. abstinere debemus, nisi in magnis quibusdam affectibus, quibus benigna aut nihil, aut parum prosunt, aut desunt. Tunc enim malignis rite correctis & præparatis peritus Medicus poterit vti, quandoquidem morbis multis venena etiam sæpe sunt salutaria, vt vipera Elephantiasi, caro scorpionum vulneribus ab iisdem excitatis, sanguis canis rabiosi à cane rabioso demorsis; Vnde proverbium: *A scorpionibus icti, solent ab ipsis remedium accipere.*

Quando à benignis abstinendum. Ab his etiam, quæ blanda vocantur, abstinendum, nisi ea optime, vt decet exhibeantur justa quantitate & tempore, & quibus conferre creduntur. *Sanas enim carnes habentibus*, ait Hippocrates *Aphoris. 16. lib. 4. medicamentum purgans noxium*, juxta illud [*Matthæi 9.*] *Bene valentibus non opus est Medico.*

Cap. XVI.

Vnde sumatur purgantium medicamentorum delectus.

Essentia medicamenti quid. ELECTIO medicamenti purgantis desumitur ex ipsius essentia, seu natura & facultatibus. Essentiam vocamus *ipsam cujuscunque medicamenti rationem*, quæ ex materia & forma consurgit: Vel, id omne, quod in medicamento spectatur, & inest absolute citra vllam comparationem.

Facultas medicamenti quid. Facultatem vero *vim ipsius medicamenti*, quam in nostris corporibus exercet, vel exercere potest.

Substantia medicamentorum. Bonam vel malam medicamenti purgantis essentiam ostendunt illius substantia, qualitates primæ, seu temperamentum, qualitates secundæ, temperamentum sequentes, & dispositio intrinsecus acquisita. Substantiæ nomine intelligitur *materiæ commoderatio & consistentia*, quæ ab elementis certa inter se proportione mistis, nascitur; vnde alia gravia, vel levia, alia, densa, vel rara, alia crassa vel tenuia, alia lenta vel friabilia dicuntur. Ex quibus differentiis dispositio quædam nascitur, & virtus ipsi medicamento, per quam in eodem genere bonum à malo distingui potest.

Temperamenti quot differentia. Secundo à primis qualitatibus delectus sumitur, hoc est, à temperamento, cujus octo constituuntur differentiæ calidum, frigidum, humidum, siccum, quæ simplices qualitates vocantur, & totidem compositæ calidum humidum, calidum siccum, frigidum humidum, frigidum siccum, quibus adjungitur medium temperamentum, seu temperatum in quo consistit hominis natura, à qua cum variæ recedant aliæ temperaturæ quædam vno, quædam duobus, quædam tribus, quædam quatuor gradibus, ob eam causam gradus varijexcessus distinguuntur.

Secundæ qualitates quot differentiis includantur. Tertio sumitur electio medicamentorum à secundis qualitatibus, quæ quatuor potissimum generibus distinguuntur: Etenim aliæ tactiles sunt, aliæ odoratiles, aliæ gustatiles, aliæ visibiles. Audibiles omittuntur, quoniam ab his certus non potest sumi medicamentorum delectus: Tactiles dicuntur, quæ tactus judicio discernuntur, quarum aliæ sunt elementorum propriæ, quibus scilicet qualitates primæ, calidum, frigidum, humidum, siccum, tactu dijudicantur. Aliæ temperamentum sequuntur, & dicuntur secundæ, quarum ratione medicamentum grave dicitur, aut leve, durum vel molle, lentum vel friabile, asperum aut leve, vt dictum est.

Odor quid. Quarto medicamenta seliguntur ab odore, qui *vaporosa quædam est substantia, quæ à re odorabili expirans, & adnares delata sensum movet*

odoratus. Ejus autem tot sunt species, quot saporum: *Odores* enim *saporibus proportione respõdent*, ab hisq; denominationē plerumque mutuantur. Non ita tamen sunt distinctæ species odorum atque saporum, quia sensus odoratus in hominibus est admodum obtusus; hinc fit, vt mille sint odorum species, qui propriis nominibus careant: Generaliter tamen omnia odorabilia in beneolentia & graveolentia distinguuntur.

Sapor quid.

Quinto à sapore de medicamentorum delectu sumitur judicium, certius quidem, quam odore; quia saporum quam odorum magis sint species discretæ, [*lib. 4 simpl. med. Gal. cap.* 21.] Est enim sapor *qualitas gustu perceptibilis*, cujus novem differentiæ constituuntur; quarum tres à vinceente caliditate in substantia vel crassa, vel tenui, orrum habent; acer nempe, amarus, salsus; tres ab exuperante frigiditate, acidus seu acetosus, austerus, acerbus; & tres à moderato calore, dulcis, pinguis insipidus; horum postremus ad frigiditatem, dulcis & pinguis ad calorem magis inclinant.

Sapores quot.

Selectio medicamentorum à dispositione extrinseca.

Sexto medicamenta seliguntur à dispositione extrinsecus acquisita, quæ oritur à tempore aut loco [*Galenus capit. 2. lib. 4.* Addit Mesue magnitudinem, parvitatem & numerum; his enim medicamenti qualitas validior aut imbecillior redditur. De temperie & delectu medicamentorum à colore & sono certa satis & vniversalis regula statui non potest, per quam maligna à benignis discerni queant. Cum enim potissimum à substantia, temperamento & facultatibus benignitas vel malitia medicamenti pendeat, in singulis coloribus frigida, humida, calida, sicca reperiuntur, nec colores ipsi medicamentorum temperamenta insinuant. Potest enim facillime color medicamenti extrinsecus immutari.

A sono etiam vt à colore incertissima est benignitatis vel malignitatis medicamentorum indicatio: Vniversalis enim non est illa dignotio, sed particularis tantum, & ex accidenti in quibusdam, vt in *cassia*, *carthamo*; & paucis quibusdam.

Cap. XVII.

Quomodo sumatur medicamentorum electio à rebus enumeratis.

Cathartic̄um quidem omne consocialem sibi humorem primum attrahit in alvum, sed specialius quædam dicuntur à Mesueo trahendo purgare, vt omnia valentiora; alia comprimendo, vt styptica, alia leniendo, vt viscida ac lubricantia; & quædam molliendo, vt malactica multa. *Inter ea* vero, *quæ trahendo purgant, quo leviora, eo meliora judicanda; graviora vero maligna*: levitas enim substantiæ tenuitatem & raritatem indicat; gravitas densitatem & crassitiem. Quæ vero crassa materia constant, gravius afficiunt. Quæ etiam humiditatem habent superfluam, quo leviora, eo meliora, nisi exoleverint: leviora siquidem minus habent superfluæ humiditatis, quæ ventriculum subvertit & tormina concitat.

Eorum, quæ trahendo purgant, quænam meliora.

Quæ comprimendo pur-

Contraria est eorum ratio, quæ purgant comprimendo facultate quadam styptica in terrestri materia residente, quæque nativa conditione ac temperie solida sunt, non rara; Quæ etiam pleno & vacuo judicantur, ceu quæ natura sua plena debent esse non vacua. Hæc enim quo graviora sunt, eo meliora, vt etiam quæ purgant, leniendo, lubricando, & molliendo. Molliendi siquidem facultas, vt & lubricandi, ab humiditate est, quæ gravitatem inducit. Humiditas a. illa naturalis est, & à proprio temperamento, non excrementitia, quæ deteriora semper efficit medicamenta.

gant, quomodo seligenda.

De reliquis autem substantiis, videlicet de rara vt de levi, de densa vt de gravi judicandum est. Levitas enim est comes raritatis; vt gravitas densitatis, eaque inter se reciprocantur. At non est eadem friabilis & tenuis ratio: *Non* enim *quicquid friabile est, idem & tenue, nec quicquid lentum, idem & crassum*; nec contra: Sed si quod tenue est, id quoque purum fuerit, erit & friabile ac tenerum: Et si quid crassum est, idē etiam impurum fuerit, erit quoque glutinosum ac viscidum: His exceptis, quorum substantia est lenta humida, vt *mel, manna, butyrum, oleum*. In his enim quod purius, idem & melius: quod impurius deterius. Crassum proprie dicitur, quod ægre lævigatur, seu quod vix in tenues partes comminuitur; Tenue quod facile; Densum, quod nullis aut perexiguis meatib⁹ est peruiū; Rarum, quod multis; Grave, quod in se coactum, pondere, quam mole magis est conspicuum; Leve, quod laxius mole quam pondere. Lentum & Friabile sic inter se opponuntur, vt vix illud rei trahenti & terenti cedat; Hoc vero sæpe digitorum attactu & compressu in pollinem minuatur.

Crassum. Tenue. Densum. Rarum. Grave. Leve. Lentum. Friabile.

Ratione autem temperamentorum calida medicamenta frigidis, humida siccis in simplicibus temperaturis sunt meliora. In compositis calida humida salubriora, frigida sicca pessima. Si ab intentionis gradu delectus capiatur, cum hominis temperamentū in mediocritate sit constitutum, quanto medicamentum est hominis temperamento medio propinquius, tanto salubrius judicatur: Quanto remotius, tanto malignius; Ita vt quæ à medio quatuor gradibus dehiscunt, deterrima sint: & quæ extreme, quatuor nempe gradibus superant, venena potius dicenda sunt, quam medicamenta.

Ratione vero qualitatum secundarum, vt tactilium, sic judicandum est. Quando in eodem genere medicamentorum quæda dura, alia mollia esse contingit, aut aspera vel lævia, in his mollia duris, & lævia asperis anteponenda sunt. Durum id vocamus ex Gal. *cap. vlt. lib. 3. de differen. pulsuī nostra caro cedit*: molle contra, *quod cedit nostræ carni*: Estq; tale vtrumq; bifariam, natura nempe, vel arte sic effectum. Læve autem vocatur, *cuius superficies est æqualis*: Asperum, *cuius hæc eadem inæqualis est*, propter partes quasdam eminentes, alias vero depressas, vt in *prunis, Sebestēn, myrobalanis*, & aliis multis.

De delectu in secundis qualitatibus.

Durum quid Molle.

Læve quid. Asperum.

Ab odore autem ea de causa fit medicamentorum delectus, qui odor suavis spiritus reficit, vires instaurat, partes principes exhilarat, & facultates roborat. Gravis odor & fœtidus contrà caput ferit & gravat, mentē percellit, ventriculū subvertit, inficit spirit⁹, nauseā mover, & difficilē ac la-

Delectus ab odore.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 27 sur 955

ac laboriosam purgationem efficit, & vomitum sæpe concitat. Propterea medicamentis purgantibus & electuariis cardiacis aromata solent misceri, quibus illorum ingratus odor emendatur, & partes principes adversus qualitates malignas medicamentorum muniuntur. *Aromata enim omnia corroborant vitæ fontem & principium.* Proinde suavis odor olido & fœtenti præferendus. Hic enim cordi & cerebro inimicus, ille vero vtrumque exhilarat [*Galen. cap. 21. lib. 4. simpl.*] Est enim spiritui contento in ventriculis cerebri familiaris, quem dum reficit, facultates vegetiores redit.

Omnia aromata esse cardiaca.

CAP. XVIII.

Particularis saporum disquisitio.

EX novem saporibus diximus cum melioris notæ Medicis [*Oribas. cap. 5. lib. 14. collect.*] tres esse calidos, tres frigidos, & temperatos tres. Calidissimus omnium est acer, qui à calore nostro excitatus, à quo in actum de potentia reducitur, mordicat, rodit, igneæ qualitatis sensum exprimit, & propemodum exurit, vt *capsicum*, seu *piper Indicum*, vt *pyrethrum*, vt *flammula*.

Sapor acer qualis.

Sunt autem acrium multa genera [*Galen. cap. 17. lib. 4. simpl.*] nam alia sunt ignea & sicca, quartum caloris gradum superantia, & venena sunt, vt *sublimatum, calx, & arsenicum.* Alia cum igneo calore multam habent humiditatem admixtam, à qua dulcia quodammodo sunt, & esui apta, vt *allium, cepa, porrum, nasturtium hortense*, & similia. Alia intra tertium ordinem continentur, vt *galanga, piper, sabina, thlaspi, arum, beleniũ.* Alia moderate talia sunt, vt *hyssopus, thymus, anisum, coriandrum, raphanus, origanum.* Sunt & acria quædam absolute & simpliciter talia, & quædam aliis saporibus permixta, vt quæ actia sunt, simul & amara

Acrium multa genera.

Amarus sapor proximus est, præsertim qui ex tenuium partium terrestrium assatione oritur, habetque vim non rodendi, vt acer, sed detergendi magis, quam salsus, adeo vt linguam molestè exasperet. [*Paul. Ægin. cap. 1. lib. 7. Galen. cap. 10. lib. 4. simplic.*] Est vero duplex; vnus calidus, jam dictus, qui ex partium terrestrium assatione generatur, quo modo dulcia fiunt amara, vel coctione, vel vetustate: alter frigidus, qui ex vehementi congelatione fit, velut in *opio*, in *cichorio sylvestri*, in *lactucis, cicuta*, & fructibus quibusdam immaturis, vel qui fit à coctione inchoata, seu imperfecta, vel potius à calore remisso, qui pro frigore habetur, vt alius ab intenso. Vix enim mixtum datur, quod naturis & qualitatib⁹ diversis non sit præditum. Vnde mirum non est, si *opium* & *cicuta* partim sint calida, partim frigida. Scriptulus enim *colocynthidos* poterit aquæ duabus libris amarorem, non calorem, nisi valde occultum & perpusillum inducere. Schegkius tamen putat, nonnulla propter amaritudinem calida esse, sed abstrusa & occulta vi refrigerare, vt *opium* & *cichorium*. [*lib. de occulta medic. facul.*] Est autem amarus sapor vel simpliciter talis, vt in *aloe*; vel aliis saporibus permistus, vt in *absynthio*, cui conjuncta est stypticitas seu astrictio, vt etiam in multis fructibus experimur, qui perfectam magnitudinem nondum adepti, sæpe sunt acidamari, maturi vero simul & amari, & acido dulces.

Amarus sapor.

Amarus sapor quotuplex.

Salsus sapor amaro finitimus est, sed minus calidus & siccus propter aqueam humiditatem, à qua substantia terrena in eo temperatur. [*Orib. & Gal. cap. 20. lib. 4. simplic.*] Proinde moderate abstergit, linguamque abluit moderatius, quam amarus, estque gustantibus satis gratus, aliquid habens astrictionis, non tamen quæ linguam contrahat, vt sapor austerus, vel acerbus. *Salsus.*

Est autem salsus sapor duplex; vnus naturalis; artificialis alter. Naturalis, vt in sale, in aqua maris, & in salibus multis fossilibus. Artificialis, vt in lixivio, calce, capitello, & in salibus chymicis. *Quotuplex.*

Acidus omnis sapor ex se frigidus est, sive talis sit à natura, vt in his, quibus frigida intemperies tenuitati substantiæ conjuncta est, vt in *succo limonum, arantiorum, acetosæ, agrestæ*, & similium; sive ex accidenti, vt à putredine, [*Aet. cap. 1. tetr. 1. serm.*] qua ratione vinum acidum dicitur, non tamen absolute; Est enim acrimoniæ cujusdam particeps, vt docet Galenus *libro 1. simplic.* *Acidus.*

Hinc acidi saporis alta statuitur divisio, in eum videlicet, qui exacte talis est, nullius alterius saporis particeps, cujusmodi sunt enumerati succi; & in eum, qui nõ exacte acidus est, sed cum alio sapore conjunctus, sive dulci, seu amaro, vel acri. Hinc acidodulces fructus, vt *mala punica, pruna, mora, cerasa*. Multi quoque fructus cum aciditate amarorem habent adjunctum, vt *mala persica & cerasa quædam.* Acetum autem est acrimoniæ particeps, & mistæ qualitatis, vt loquitur Galenus *cap. 19. 21. & 26. lib. 1. simplic.* propter caliditatem acquisitam. Vincit tamen in eo aciditas acrimoniam, vt acrimonia aciditatem in oleis sulphuris & vitrioli, arte Spagyrica eductis, quæ propterea linguã vellicant & rodunt, & sola exhibita insigniter calefaciunt. Porro sapor acidus, quantum ad impressionem in lingua attinet, penetrat, mordicat, deterget, vellicat, sed citra calefactionem, nisi mixtam habuerit aliam qualitatem, inquit Galenus *cap. 2. lib. 4. simplic.* in quo discrepabat ab acri, quanquam acida terram fermentent ob partium tenuitatem, cum caliditate à putredine nata. *Divisio.* *Acetum.*

Austerus sapor sive stypticus moderate linguam & os constringit, exasperatque, atq; quodammodo siccat & refrigerat, estque valde peculiaris multis fructibus immaturis, vt malis cotoneis, cornis & pyris multis, præsertim agrestibus. Consistit in media materia, quæ scilicet terrestris & aqueæ est naturæ particeps, & in qua frigiditas dominatur. Quare *sapor omnis austerus frigidus est, moderate astringit, & fluxiones repellit*: differtque ab acerbo, quia magis aqueus minusque stringit & exasperat: *Cuiuscunque enim saporis vires aquea retundit ac hebetat humiditas*, inquit Galenus *cap. 7. lib. 4. simpl.* *Austerus.*

Cum autem naturalis calor in ea ipsa materia dominari cœperit, & aquea illa materia terrenæ mista pepansim, hoc est, maturatione acceperit, tunc depulsa, ac evicta austeritate in eadem materia succedet dulcedo: sicque dulcescunt

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 28 sur 955

fructus austeri post maturationem, non tam materiæ, quam qualitatis mutatione.

Acerbus. Acerbus sapor ponticus & stypticus aliquando dictus, ab austero majoris tantum & minoris ratione dissidet [*Aet. cap. 1. tetr. 1. ser. 1.*] Eo enim gravior & molestior, atque os & linguam magis cõstringit, & asperitate validiora coarctat. [*Act. cap. 4. lib. 2.*] In materia siquidem magis terrena siccaque cõsistit, nec aqueæ humiditatis manifeste particeps, in eaque non calor, sed frigus cum siccitate dominatur: nam *acerbum omne frigidũ est.* Est vero maxime conspicuus hic sapor in *galla*, in *mespillis* & *sorbis immaturis.*

Dulcis. *Dulcis sapor gustu suavis est, & jucundus, & vẽtriculo visceribus amicus*, inquit Gal. *c. 14. lib. 4. simpl. com. ad aphor. 37. lib. 5.* quia caliditatem habet mitem, seu temperiem laudabilem, quare dulcia solum nutriunt, & infans in utero solum trahit sanguinem dulcissimum. *Ab vnctuoso vero dulce distinguitur*, quod minus sit gustu jucundum, cum alioquin temperamento conveniant, & fere similes in lingua impressiones faciant. Quod enim dulce est, linguæ fibras lenit & dilatat, asperitatem demulcet, & quicquid inhæret linguæ, abluit. Elucet vero dulcis sapor potissimum in *saccharo, melle, manna, glycyrrhiza, lacte, passulis, jujubis, & fructibus maturis.* Ejus saporis à Theophrasto quatuor species constituuntur, lacteus, melleus, aquosus, vinosus.

Vnctuosus. Vnctuosus sapor, qui & oleosus, & pinguis dicitur, dulcis est, & nutrit. *Et quicquid nutrit, ex genere est dulcium*, ait Gal. *c. 9. lib. 4. simpl.* Inter se tamen dissident, quod dulcium humiditas aquea sit, pinguium aerea, vnde celeriter in igne liquescunt, & eduliorum sunt potius condimenta, quam alimenta [*c. 10. lib. 3. de aliment.*] Exasperatas enim linguæ partes leniunt & implent, vt *butyrum, medulla, oleum.* Est vero sapor vnctuosus, vel exquisite talis, vt sunt oleosa & pinguia; vel moderate, vt *radix althææ & liliorum.*

Insipidus. Insipidus sapor ad dulcem accedit, deflectit vero magis ad frigiditatem, ob aqueam substantiam ab insito calore minus elaboratam, inveniturque in rebus imperfecte coctis & frigidis; nam *alimentum omne ex insipidis pituitosum est*, [*Galen. cap. 64. lib. 2. de facul. alim.*] Proprie vero in *aqua citrullo, cucurbita, blito, spinachis*, & similibus observatur: nulla enim manifesta qualitate linguam afficit, nec proprie sapor est, sed saporis velut quædam privatio, vt nominis indicat notatio. Latini *fatuum* solent appellare, quod nulla qualitate manifesta sensum excitet, impressionem vero relinquat ei fere similem, quæ ab hydræleo excitatur.

CAP. XIX.

Quis medicamentorum delectus à saporibus sumatur.

NATVRÆ *nostræ conservatio in sanitate; sanitas in temperamento consistit*: à quo quæ magis recedunt, maligniora sunt judicanda; & quæ naturæ nostræ magis sunt affinia, eo salubriora. Ex saporibus autem acer & amarus maxime sunt naturæ nostræ alieni & ingrati; dulcis familiaris & amicus. Quapropter, quando medicamentum purgans ab acri & amaro magis recedit & longius, tanto minus malũ putandum est. Nam quæ exacte acria sunt, pessima habentur & nocentissima, vt *euphorbium & thymelea*, quæ ob acrimoniam & caloris vehementiam vlcera exulcerant. *Exacte acria pessima.*

His proxima sunt acria simul & amara, vt *succus rhamni.* Ab his quæ exacte amara, vt *colocynthis, & cucumeris sylvestris succus, elaterium* dictum.

Quæ acria & amara sunt simul, & stiptica, vt aloe, (quæ *venas potius occludit, quam aperit*, contra Serapionem) non ita mala. Minus adhuc mala, quæ acria sunt & stiptica simul, vt *epythymum.* [*Dioscor. c. 24. lib. 3. Galen. cap. 4. lib. 5. meth. Plin. cap. 4. lib. 27.*] *Acria & amara. Aloen venas occludere.*

Amara & stiptica omnium minime mala, vt *rhabarbarum, & absynthium ponticũ.* Licet enim amara omnium minime putrescant, minimeque vermes procreent, attamen quæ exacte talia sunt, cum omnibus prope animantibus, nedum hominibus, esui inepta sint, authore Galeno, *cap. 19. lib. 4. simplic.* quo sapor aliquis est minus amarus, eo magis seligendus. *Amara & stiptica.*

In bonorum & salubrium genere, saluberrima sunt dulcia, vt *cassia, manna, mel, glycyrrhiza, zizipha.* *Dulcia saluberrima.*

Secundo his proxima insipida, vt *althea, lapatum, viola.* *Insipida.*

Tertio, dulcia & acida simul, vt *pruna, tamarindi.*

Quarto, dulcia, & amara, vt *polypodium.*

Quinto, dulcia, amara, & stiptica, vt *rosæ.* Quæ enim astrictionem habent, salubriora judicantur. Ideoque quibus medicamentis purgantibus à natura non datur astrictio, ea sæpe adjicitur arte.

CAP. XX.

De tempore colligendi medicamenta, quamdiu vis eorum perduret, & quo tempore melior.

ILLA medicamenti dispositio, quæ extrinsecus acquiritur, quæque magnam vim habet ad ea ipsa seligenda, vel ortum habet à tempore, quo colligenda sunt, vel à loco, in quo sunt asservanda. De tempore vero tria hæc scitu dignissima sunt: *Primum*, quando sint colligenda. *Secundum* ad quod vsque tempus vis eorum integra perduret. *Tertium*, quo tempore melior ac vtilior existat. Quædam enim recentia meliora sunt, quam vetera: alia contra, vetera, quam recentia: alia medio tempore.

Quod attinet ad primum, dicimus, medicamenta tunc esse colligenda, quando vis eorum melior est, ac vtilior. Verum enimvero non æque ac vno & eodem tempore omnes stirpium partes efficaces sunt & salutares; Nam alio tempore radices, alio tirsi seu caules, alio folia, alio flores & fructus, semina, succi, lachrymæ colligi debent. *Quo tempore colligenda medicamenta.*

Sicque radices singulis anni constitutionibus possunt colligi, & non autumno tantum, vt placuit Dioscoridi, Avicennæ, & aliis multis. Neque etiã vere solo, vt voluit Saladinus: sed nonnullæ quovis tempore effodi queunt, & colligi, quæ scilicet semper vegetæ sunt & succulentæ, licet *Quovis tempore quædam radices colligendæ.*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 29 sur 955

licet caulis aruerit, cujuſmodi ſunt radices *bugloſſi, acetoſæ, glycyrrhizæ, oſmundæ regalis, apii, ruſci, cyperi, cyclaminis, liliorum, altheæ*, & aliorum quamplurium. Nonnullæ cum primum ſuis foliis exuuntur, quo videlicet tempore vis plantæ confugit ad radicem, tuncque magis eſt percoctus humor, quam alio tempore, vt *enulæ campanæ, angelicæ, paeoniæ, brionia, bugloſſum*. Quædam vero evellendæ ac colligendæ antequam in ſtolones, folia, flores, & ſemen tota plantæ vis abeat, vt *polypodium, iris, ſigillum beatæ Mariæ, gentianæ, ſatyrii*. Quædã tamen vere & autumno collectæ optimæ ſunt, vt radix *altheæ, liliorum, eryngiorũ, acori, oxalidis, raphani*, & multorũ, quæ copioſum naturalem ſuccum continent.

Quando ſtipites. folia & flores, &c. Stipites autem & caules colligendi ſunt, cum perfecti fuerint: folia & flores, antequam ſponte decidant; ſemina, cum ſiccari cœperint, & antequam excidant; tunc enim magna ex parte perfecta ſunt: Fructus, vbi maturuerint. Succi herbarum & foliorum, germinantibus adhuc caulibus.

Lachryma. Omnia. Lachrymæ vero eliciendæ & exprimendæ inciſo caule per adoleſcentiam, vt vere novo, aut æſtatis initio, dum in ſtipitem ſuccus aſcendit. Omnia vero, ſi fieri poſſit, cœli conſtitutione ſerena colligenda ſunt, conſilio Dioſcoridis.

De durationi virtutis medicamentorum. Quamdiu autem vis medicamenti non modo purgantis, ſed etiam alterantis & roborantis perduret, non definite ſtatui poteſt, ac judicari. Cum enim ſua ſit cujuſque ætas, & ſuum in ſingulis vetuſtum ac recens, non idem eſt omnium durationis tempus. Nam *rhabarbarum* trium annorum adhuc recens eſt ac maſculum, hoc eſt, potens ac validum. Alia citius exoleſcunt, vt ex radicibus, quæ tenues ſunt & ſubſtãtiæ raræ, velut radix *phulaſati, ſatyrionis*, quæ efficaces & valentes anno tantum durant.

Nonnullæ quinque vel ſex, vt *ariſtolochia. cyperus, tuſcus*; aliæ decem, vt *centaurium maius*. Et, vt placet Theophraſto, aliæ triginta annos durant, vt *veratrum*: aliæ quadraginta, vt *chameleo niger*: & quædam centum, vt *elaterium*. Et ſi vera narrat idem author, *elaterium* repertum eſt ducentorum annorum, quod optimum erat & pretioſum. Ideoque in genere vix ſtatui poteſt, ad quod vſque tempus vis medicamenti, præſertim purgantis, perduret efficax, ſed ſpeciatim tantum de ſingulis, cum de his particulatim diſſereturin officina pharmacopolarum, vbi medicamentorum compoſitio fuſiſſime declarabitur.

Hæc tamen regula generalis de his ſtatui poteſt, ſi non perpetua, ſaltem in pleriſque vera, vt *quæ medicamenta rara tenuique ſubſtantia conſtant, quæque plurima luxuriant humiditate, breviore tempora durant efficacia. Quæ vero craſſa & ſolida, minuſque humida, longiore*; quia vis eorum non ita facile exoluitur aut perit.

Quando vis medicamentorum præſtantior. Tertium ſupereſt inveſtigandum, quo ſcilicet tempore vis medicamentorum purgantium ſit melior; cum alia recentia ſint meliora, quam vetera; alia contra; alia ætate media. Atque vt hæc dignotio certa ſit, & electio optima fiat, deſumi debet ex quibuſdam ſaporum differentiis, & ex ſubſtantiæ varietate, quibus judicamus, recentia quædam vetuſtis eſſe meliora, vt ſyptica & amara. Quæ cum propter inſitam ſiccitatem mala ſint, vetuſtate fiunt deteriora, quia ſiccitas in his tempore augetur. Recentia vero humiditatem obtinent, quæ in ipſis exceſſum tum caloris, tum ſiccitatis temperat. *Quando recentia meliora.*

Quæ etiã virtute imbecilla ſunt, vt flores *violarum, borraginis, hyacinthorum, bugloſſi, roriſmarini*, vel quorum in ſuperficie virtus eſt poſita, ob idque facile reſolubilis, propter ſubſtantiæ raritatem, ea recẽtia vetuſtis ſunt meliora, vt flores pene omnes, quorum præſertim odor cito perit.

Quando vetuſta meliora. Contra vero vetuſta quædam recentibus meliora ſunt; primum quidem acria, quæ tenuium ſunt partium, quia igneus calor in ſuperficie poſitus, à quo mordent & vrunt, vetuſtate exſpirat. Quæ vero acrimonia intus remanet, tempore miteſcit ac frangitur, vt de *euphorbio* narrat Galenus *cap. 2. lib. 3. de comp. med. gen.*

De *allio* & *cepa* non eſt eadem ratio, quoniam acrimonia à calore eſt cum humiditate multa conjuncto, qua abſumpta, redduntur acriora: proinde recentia ſunt meliora.

Secundo, quæ validam habẽt à temperamento virtutem, & difficile reſolubilem, ob ſubſtantiæ denſitatem, nec in ſuperficie poſitam, ſed intus reconditam, ea vetera recentibus ſunt meliora: quæ enim eſt in his excrementitia humiditas, ac ſuperflua, tempore abſumitur, manente naturali, ob ſubſtantiæ denſitatem.

Quæ media ætate meliora. Media vero ætate multa meliora ſunt: Primo, dulcia: Secundo, inſipida: Tertio, ſalſa. Dulcia quidem, quia recens collecta ob humiditatem multam indigeſtam flatulenta ſunt; vetuſtate vero amareſcunt.

Inſipida etiam recentia humore ſuperfluo abundant, à quo flatulenta ſunt & nauſeabunda; antiqua vero exanimata ſunt.

Salſa denique nec valde recentia, nec vetuſta debent eſſe: hæc enim propter auctam ſiccitatem & deſumptam humiditatem propriam amara fiunt & acria, proinde deteriora; illa vero propter ſuperfluam humiditatem ventriculum turbant ac ſubvertunt.

Vetuſtum & recens non omnibus æquum. Antiqua autem & recentia pro cujuſque natura, non ex dierum, menſium, vel annorum pari numero ſunt intelligenda: vnde vetuſtum ac recens in omnibus æque ſtatui non poteſt, cum non eodem dierum numero omnia perdurent omnino, ſed alia citius, alia tardius ſeneſcant.

CAP. XXI.

Quis medicamentorum purgantium ex loco ſumatur delectus.

MEDICAMENTVM purgans benignum à malo ſecernitur loco; vel natali, in quo plantæ naſcuntur & vivunt; vel alteri plantæ vicino aut remoto; vel ſoli propinquo, aut remoto magis, vel illi expoſito, aut obtenebrato. Neq; enim parvi eſt momenti, quo quæque loco planta proveniat, cum ab eo vnà cum alimento virtutem quoque alliciat, quã ipſa natura ipſi loco impertivit, [*Galen. c. 1. lib. 3. de ſympt. cauſ.*] Arbor enim ex Perſide non ſolum in Numidiã & Ægyptum

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 30 sur 955

translata, malignam qualitatem deponit, sed etiam apud nos advecta salutaris est, & poma fert esui gratissima & salubria.

Cloacarum fœtor ac putredo plantas insalubres reddit.

Locus autem, in quo planta & medicamenta à plantis desumpta proveniunt, vel est congestitius, & fimo, cœno, terrisque halitibus conspurcatus, vel liber ab omnibus olidis inquinamentis, vel calidus aut frigidus, humidus aut siccus.

Hortorum suburbanorum insalubria olera.

In loco libero, cloacarum sentinam & sordes non admittente, plantæ medicamentosæ, atque etiam alimentares proprietatem acquirunt suo generi & propriæ naturæ debitam ac convenientem, dum naturali sua facultate attractrice humore ex terra sibi familiare attrahunt, & in sui nutricatu convertunt; vt quæ dulci gaudent humore, dulcem; quæ amaro, amarum; quæ salso & nitroso, salsum & nitrosum.

In loco vero non libero & coacto, vt sunt horti suburbani, qui magis fimum, quam terram redolent, alioqui melones, cucumeresque alere minus idonei, non suo generi, vel naturæ debitam, sed rei admixtæ, vt fimi vel alterius rei acquirunt proprietatem. Proinde melones, lactucæ, aliaque olera, quæ in ejusmodi locis putidis aluntur, insalubriores. Et omnia medicamenta, quæ in loco libero nascuntur, meliora, & potius eligenda.

Calida loco calido nata, qualia.

Quæ vero immoderate calida sunt, in loco calidiore nata, deteriora sunt; frigida, in frigidore. Loci enim ad plantas similitudo qualitatem & malitiam intendit & auget, dissimilitudo temperat ac reprimit. Vnde quæ humido abundant excrementitio; vt *turpethum*, *hermodactili*, *polypodium*, in loco humidiore nata & educata, quia propter humiditatem terræ siccitas & acrimonia retunditur, vt ex *pyrethro*, *hydropipere*, & aliis quam multis est notum.

Vicinia autem & societas plantæ vnius ad alteram, qualitatem aliquando meliorem & sæpe deteriorem efficit: proinde nec est ad medicamentorum delectum aspernanda.

Lupini enim vitem meliorem reddunt, quod racemos ferat dulciores, si juxta eam serantur; raphanus hermodactilos.

Epithymus ex *thymo* laudatur: improbatur, qui colligitur ex *ocymo*. *Polypodium quernum* optimum est: quod ex muris & parietibus vetustis colligi solet, damnatur.

Cassia quoque arbor in agro sola, vel ejusdem arboris vnica siliqua melior. Contrarium vero de *colocynthide* verum esse *superius*, *cap.* nempe 8. *huius lib.* ostendimus. Quædam enim vicinia & numero meliora, alia deteriora fiunt.

A loco autem subsolari, seu soli, vel astris quibusdam magis propinquo aut remoto, quædam meliora existunt, aut deteriora. Sic *senna orientalis*, *iris Illyrica* & Florentiana, angelica Hispanica, *thymus* Creticus, *bitumen* Judaicum, *cuminum* Æthiopicum, *petroselinum* Macedonicum, *capillus Veneris* Mompellensis, *stœchas* Arabica, *opium* Thebaicum; *amomum* Scythicum, *mastiche* Chia; *pruna* Damascena; *manna* Calabriensis, *rhabarbarum*, hoc est, Radix Barbariæ, *Arantia* ex agro Narbonensi advecta meliora, quam aliunde creduntur, ob terræ proprietatem, & causæ efficientis, nempe cœlestis, virtutem.

Verum à Solis & syderum aspectu, & à vicinia parum certa est indicatio, & maligni à benigno parum tutus delectus; quoniam vix scire possumus, quo loco quæque proveniant, vicina aliis necne: aut quæ astra benigna vel maligna quæque respiciant, estque fides penes eos, qui vel radices effodiunt, vel reliquas plantarum partes colligunt.

Et quemadmodum in quibusdam numerus vim immutat & qualitatem, vel intendit, vel remittit, vt pomam *colocyntidos* in planta vnicum ostendit; sic etiam magnitudo, aut parvitas: nam vis plantæ & terræ diffusa, multisque remissior est: coacta vero in plantam vnicam, aut vnicum fructum, valentior. Multi tamen fructus parvitate, vt *cappares* & *Massilienses ficus*; alii magnitudine, vt *semen carthami* & medullosa semina laudantur.

CAP. XXII.

De delectu medicamentorum purgantium à facultatibus sumpto.

QVOMODO medicamenta purgantia seligi debeant, indicatione sumpta ab illorum substantia, temperamento proprio qualitatibus secundis tēperamentū sequentibus, à dispositione extrinsecus acquisita; ratione loci, temporis, numeri, magnitudinis & parvitatis, breviter, perspicue tamen ostensum est. Superest, vt eorundem delectum, qui à facultate purgatrice sumitur, paucis adhuc perstringamus. Ea autem licet juvetur à primis & secundis qualitatibus, cœlestem tamen, ait Mesue, sortitur originem, & eam proprietatem habet specificam, qua medicamentum in ventriculo receptum, & à nostro calore solicitatum, humorem sibi familiarem, vt alibi notavimus, ex venis & meatibus corporis sensum effugientibus, ad se, ac in alvum attrahit: tuncque gravata natura & medicamenti & humoris attracti onere, viam vtrique parat ad excretionem; aut vomitu per os, aut dejectione per inferiora. Vnde purgantium medicamentorum duo genera distinguuntur; vnum vomitorium seu ejectorium; alterum dejectorium: quæ distinctio ab excretionis seu vacuationis modo sumitur.

Purgantium duo genera.

Est vero dejectorium vomitorio per se optabilius, cum natura viam inferiorem expurgandis recrementis dicaverit; superiorem vero excipiendis alimentis. Vnde frequentius, dum sua sponte agit natura, nulla lacessita causis morbificis, per loca conferentia, inferiora nempe ducit, seu dejicit. Interdum tamen vi medicamenti per se vomitorii, aut humoris turgentis impetu proritata, medicamentum & humores simul foras per os excludit. Quo fit, vt ejectoria dejectoriis aliquando potiora & vtiliora, vt his accidit, quibus prima corporis, & maxime superioris ventriculi regio multa bile saturata est, quæ propter levitatem & tractionis facilitatem facilius & citius per vomitum extruditur. Propterea his & gracilibus, qui vt plurimum bilioſi sunt. Hippocrates imperat vomitum, præsertim æstate: *Graciles*, inquit *Aphor. 6. lib. 4.*

κωλικοὶ & ἀνω quomodo purgandi.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 31 sur 955

& ad vomendum faciles, per superiora purgandi, cavendo hyemẽ. Et *Aphor. 40. lib. 4 Æstate superiores magis ventres hyeme inferiores purgare decet.* Humor enim crassior & frigidor hyeme collectus per secessum facilius educitur. Vnde peritus Medicus aliquando dejectoriis & nonnunquã ejectoriis vtitur, prout humoris turgẽtis cõditio postulat, & ægri natura facile fert. *Nemo enim cogendus est vomere,* ait Galenus *libr. 1. de loc. affect. nisi sit ad vomendum proclivis Et tabidi nunquam per vomitum purgandi. Nec qui pectus habent angustum.*

Quæ vomitoria seligenda.

Quod si vomitus aliquando, quibus convenit, imperandus, per ea concitetur medicamenta, quæ sine molestia gravi ventriculum subvertunt, minimeque per *elleborum album*, Galeni judicio [*libro quos, quando & quibus medicam.*] ne vas aliquod thoracis disrumpatur. Minus adhuc multo per stibium, quo vafri circulatores multos, & interdum seipsos interimunt, vt ex mirabili constat historia apud Cornelium Gemmam *cap. 4. lib. 2 pag. 239. lineat. 14.*

Advertant juniores Medici, vomitoria etiam fortissima cuiuscunque ætatis hominibus indifferenter præscribentes, nulla habita ratione morbi.

Idem delectus servandus in cæteris purgantibus, vt benignioribus semper vtamur morbificis humoribus analogis: *Nam oportet biliosis dare cholagogum*, ait Galen, *pituitosis phlegmagogum, melancholicis melanagogum: aliter graviter peccatur.*

Sanguini purgando medicamentum non dandum Historia notanda.

Sanguini autem per os, aut sedem purgando, nullum præscribitur medicamentum hæmagogum, quia jugulare, non purgare homines foret, ait Galenus *cap. 6. lib. de purg. med. facul.* Quod confirmat historia cujusdam rustici Thracii Bithinensis, qui herbam invenit, quam si quis assumpsisset, sanguinem primo, tum vitam emittebat. Multis itaque hoc pacto morientibus, cum hoc facinus diligenti inquisitione dignum arbitraretur magistratus, veneficum comprehendit, qui interrogatus, à quo tam deleterium edidicisset venenum: Respondit, à nullo didicisse; verum cum in suburbanum aliquando jecur suillum deferret, vrgente ventre super herba quadam jecur deposuisse, quod aliquando post, cum sustulisset, vidisse ex vniverso jecore vniversam saniem ad herbam confluere. Ex hoc conjectura facta corpori sanguinem ea detrahi posse, periculo mox in obvio quodam facto, vt verum comperit, quod fore judicabat, ad malos vsus herbam deinceps transtulisse; se tamen alicui hanc herbam, quæ in illa regione erat plurima, monstrasse negavit. Hæc veneficus inter tormenta retulit, & vinctis oculis ad crucem ductus est, ne inter eundum herbam indicaret.

Herba sanguinem purgans.

Relictis igitur medicamentis, quæ sanguinem ducunt, tanquam venenis, alia aliis humoribus analoga non modo seligenda, sed etiam quæ partes quasdam affinitate respiciunt. Sic prudenter Medici præscribunt *agaricum, stœchadem, betonicam* ad capitis multos affectus; *mannam & cassiam* ad thoracis & renum morbos; *Aloen, myrobalanos, absynthium* ad ventriculum purgandum & roborandum; *Sennam, asplenium*, seu *scolopendrium* ad lienem; *Hermodactilos & chamepytim* ad articulos; *Salviam & rorem-marinum* ad nervos. Non ita tamen astricta sunt cuipiam parti hæc medicamenta simplicia, quin aliis quoque conveniant.

Medicamenta partibus affinia.

Et quemadmodum familiaritate quadam multa medicamina, sive simplicia, sive composita, peculiariter certam partem roborant: Sic nonnulla opposita rationem partis corporis quasdam destruunt, vel manifeste lædunt, vt *lepus marinus* pulmones, *cantharides* vesicam, *cicuta* cerebrum, vt *superius* notatum est. [*Gal. cap. 1. lib. 1. compos. medic. per genera.*]

FINIS LIBRI PRIMI.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 32 sur 955

PARTIS PRIMÆ
Liber Secundus,
IN QUO DE MEDICAMENTORUM PRÆPARATIONE agitur.

CAPUT I.

Medicamentis omnibus, vt alimentis, aliquam præparationem deberi.

NOn modo medicamen compositum, antequam ex multis arte & industria simul vnitis emergat, varia præparatione eget, sed etiam, quod sua sponte & naturaliter tale est, ac simplex, ad vsus humanos vix refertur, apparatu quodam non immutarum. Alimenta etiam, quibus vescimur, si assatione, aut elixatione, aut alia præparatione conuenienti careant, belluarum magis, quam hominum videntur esse. Bonum siquidem est & jumentorum fœno vesci & ervo, naturæ solius opera paratis; quæque simul & creat, & apparat maris insecta piscibus, & piscibus pisciculos. At homini quasi ingrata tellus & male feriata, neque vinum, neque panem porrigit, sed messoribus tantum post indefessos labores & exspectationem longam, triticum pollicetur, quo solo multa cœli volatilia, quadrupedaque nutriuntur optime: homo vero nequaquam, nisi ex eo aqua & fermento conficiat panem. *Homini enim non sufficit idem cibus ac potus*, ait summus dictator, *lib. de veter. medicam. qui bovi aequo, & omnibus aliis, veluti sunt ex terra nascentia, fructus, herbæ, & fœnum, ex quibus aluntur & vivunt. Nam differt corpus à corpore, natura à natura, alimentum ab alimento*, inquit idem *lib. de flatibus*. Non enim omnia animantium generi, eadem aut non conferunt, aut commoda sunt, sed sunt alia aliis magis conuenientia.

Medici panificium docuerunt.

Quæ vero nuncinventa sunt edulia, multa arte sunt à Medicis excogitata, qui ex tritico cortice purgato, molito, cribrato, subacto & cocto panem conficere docuerunt.

Sic igitur esculenta, potulentaque hominis temperamento familiaria, præparatione quadam, vt assumantur, egent: multo magis medicamenta simplicia. De compositis enim dubium non est, cum talia esse non queant, nisi arte prius & præparatione multa condita fuerint ac concinnata.

Inter autem simplicia, quod catharticum appellatur, naturæ nostræ qualitatem aduersam habet, ac pene deleteriam [*Actuar. cap. 7. lib. 3.*] qua ratione tale est, & vincere, non vinci natum, *habetque medicamentum omne purgans quidpiam ipsi ventriculo, & præcipue stomacho infensum & ingratum*. Proinde vt noxia vis ab eo removeatur, aut gratia quædam ipsi concilietur, præparatione & correctione, priusquam exhibeatur, eget, vt ejus actio sit melior, & ægro ipsi minus molesta: *Nihil enim à natura gignitur, quod in hominis mensam trahi debeat citra quandã præparationem.*

Præparantur autem medicamenta, vt vsui & compositioni reddantur commodiora: Ea enim vel gratiora, vel validiora, vel salubriora, vel magis miscibilia, vt loquitur Sylvius, efficit præparatio. Sic vtimur radicibus & foliis locis & coctis, non crudis, vt etiam pulveribus, infusionibus, succis aquis stillatitiis, liquoribus, decoctis, non plantis integris. Sic medicamenti facultatem vnam noxiam tollimus, vt cum viperæ virgis cæsæ, ac capite & cauda abscissis, minus venenatæ redduntur; vel desideratam detegimus, vt cum sanguis hirci ad comminuendum calculum redditur efficacior, si prius *saxifragis & lithospermo* educatus fuerit; vel novam acquirimus, vt cum capram aut asinam *scammonio, esula*, aut aliis purgantibus herbis alimus, vt lac purgatoriam facultatem nanciscatur.

CAP. II.

De præparationum differentiis.

Præparationes tantum tres generales.

OMnis medicamẽtorũ præparatio generaliter fit trib⁹ modis *additione, detractione, & immutatione*. Additione præparatur *agaricus* cũ *zinzibere & vino: coriandrũ* cum aceto: caro viperarum præmissis flagris cũ *pane & aniso*. *Detractione* præparantur *cantharides* abscissis pedibus & alis: *hordeum* detractis glumis & cortice; *amygdalæ* dum mundantur: radices dum lavantur, purgantur, & illarum medullia nervea eximuntur. *Immutatione*, cum artificiosa quadam industria ipsum medicamentum sic paratur, vt vis ejus noxia ab eo removeatur, vel melius ipsum aut ad vrendum, aut ad componendum efficiatur. Indiget vero sæpe artificiosa ista præparatio aliis duobus modis, adjectione scilicet eorum, quæ prosunt, & eorum detractione, quæ obsunt. Sic additur *castoreum & crocus opio*, vt illius malefica vis emendetur: sic cyaneus lapis vritur, vt illius pereat purgatoria facultas antequam abeat in confectionem Kermeticam.

Præparationis autem medicamentorum artificiosæ

tificioſæ quatuor modi magis particulares à Meſue traduntur, *coctio* nimirum, *lotio*, *infuſio* & *tritura*; præter quos alii plures traduntur à Medicis recentioribus, qui Pharmacopœam excoluerunt, vt lotio, purgatio, infuſio, humectatio, maceratio, diſſolutio, clarificatio, emollitio, colatio, extractio, ſolutio, digeſtio, fermentatio, tritura, pulveriſatio, cõfricatio, raſio, limatura fiſſio, coctio, calefactio, vſtio, frixio, aſſatio, liquatio, putrefactio, inſolatio, extinctio, refrigeratio, deſpumatio, exſiccatio, induratio, deſtillatio, mixtio, fartura, cõſervatio, duratio. Generaliter tamẽ humectatio, maceratio, diſſolutio, emollitio, & q̃ aqua vel humido quodam emolliuntur, ſub infuſione ſolent comprehendi; pulveriſatio, raſio, & quæ attritu, lævigantur, ſub tritura; calefactio, vſtio, frixio, & quæ igne aut calore parantur, ſub coctione: ſicq; infiniti pene præparationũ modi ad aliquot ſumma genera facilius reducuntur.

Quatuor præparationes ſecundum Meſuem.

Spagyricis frequẽtes ſunt iſti præparationum modi, calcinatio, digeſtio, fermentatio, deſtillatio, circulatio, ſublimatio, fixatio. Ad deſtillationem pertinent exaltatio, exhalatio, circulatio, cohobatio, rectificatio. Cohobationem vocant diſtillationẽ iteratam, qua liquor deſtillatus denuo affunditur ad ſuum caput mortuum, & rurſus deſtillatur.

Cohobatio quid.

Verum relictis præparationibus chymicis, quas ſæpe præſtat ſcire, quam experiri, medicamentorum ſolitos apparatus & principum Medicorum ſalutaria remedia perſequamur, quibus ſecure, ac ſine metu periculi, quivis ad morborum depulſionem & ſanitatis tutelam vti poſſit: cujuſmodi ſunt ea, quæ à Pharmacopœis quotidie palam ac coram omnium oculis parantur: atque vel in rem præſentem, vel ad multum tempus in officinis conſervantur. Ex his enim pro rei exigentis neceſſitate, modo hæc, modo illa ſeligit Medicus; & quantum & quale huic vel illi morbo conveniat abigendo, præſcribit. Non vero parat, neque præbet, ſed fidus Pharmacopœus, qui propterea Medici manus vocatur. *Sic enim tutius eſt ſanitatem & vitam duobus committere, quam vni, qui dum ſolus medicamenta præſcribit, parat & præbet, vt jus habet vitæ & necis, ſic impune ſæpe occidit.* Quod cum ſit impium, inſtituendus eſt Pharmacopœus, qui ſolito more medicamina paret, & ad futuros vſus conſervet.

Quæ potiſſimum medicamenta probanda.

Pharmacopœus Medici manus.

Nolo tamen omnia Chymicorum remedia à Pharmacopolio ablegare: multa enim ſunt eximiæ virtutis ad plures affectus contumaces ſolvendos, ſed quibus docti tantum debeant vti non ignari circulatores & agyrtæ vafri, qui vix norunt antimonium calcinare & vitratum efficere, quin Galeno & Gebro doctiores ſe profiteantur.

Chymica remedia non negligenda.

Qui debeant vti chymicis remediis.

Ad rem igitur reverſus, varias eſſe dico medicamentorum præparationes; quas vt ordine perſequar, initium ſumam à lotione: mox de his actũrus, quæ interdum cum aqua etiam ſimpliciter fiunt, ſæpe cum medicamentaria, vel alio ſucco aut liquore: Tum eos apparatus oſtendam, qui ictu, aut attritu & confricatione perficiuntur. Quarto, quos calor abſolvit, explicabo, quibus eos adjiciam, qui mixto modo peraguntur.

Lotio. Infuſio. Trituratio.

CAP. III.

De lotione.

LOTIO medicamentorum vltimus eſt præparationis modus Sylvio, quibuſdam medius; nobis vero primus, quod plura medicamenta priuſquam vſui noſtro inſerviant, ante omem præparationem debeant primo lavari, licet quædam non niſi vſta, aut trita, vel pinſita abluantur.

Primus præparationis modus, & cur.

Eſt autem lotio medicamentorum duplex, 1. *vna* ſuperficiaria tantum, quæ ſordes in ſuperficie radicibus herbarum & aliorum medicamentorum ſimplicium inhærentes detrahit: Eſtque communis etiam cæteris rebus, quæ luto, aut aliis inquinamentis conſpurcatæ abluuntur. 2. *Altera* vero magis intima, quæ ſcilicet fit foris & intro, & per totam rei abluendæ ſubſtantiam; Fitque ea medicamentorum præparatio in aqua vel alio liquore ad noxiam quandam qualitatem removendam, vel vtilem aliquam introducendam, prout morbus, vel ægri natura, vel occaſio poſtulat.

Lotio duplex.

Lotio quid.

Res autem abluenda vel dura eſt, ſolida, & lapidoſa, qualis eſt teſtarum, oſſium, lapidum, ſuccorum concretorum, lacrymarum ſiccarum, & metallorum; vel per ſe liquida, vt *terebinthina*, vt *oleum*; aut facile liquabilis, vt *cera*, *pix*, *reſina*, *butyrum*; aut diſſolubilis, vt *calx*, *bolus armena*, *lythargirium*.

Quæ dura ſunt & ſolida, ante lotionem tenuiſſime pulveriſanda ſunt; aut vrenda, deinde terenda, ſi citra vſtionem teri non queant, vt ebur, aut cornu: ſicque humor aut liquor partem quamlibet attingit, abluit & purgat.

Quæ facile liquantur, vt *cera*, prius calfacienda ſunt, vt liquata facilius cedant, & permeabilia fiant. Si per ſe prompte diſſolvuntur, aqua vel ſucco quodam perfundenda ſunt, deinde lavanda. Si per ſe liquida ſunt, talia ſunt abluenda, qualia ipſa ſunt.

Liquor autem, in quo fit lotio, aut aqua pura eſt, vt fontana, vel pluvialis; aut medicamentoſa, qualis ſulphurea, marina, bituminoſa; vel alius humor, vt lac, vinum, acetum, ſuccus plantarum, aquæ ſtillatitiæ, & decocta ſimplicium medicaminum. Eſt vero lotio vel multa & fortis, vel pauca & levis, vel mediocris. Res enim, quæ lavantur ad ſordium detractionem, vel fortiter vel leviter ablui poſtulant, toties aqua mutata, donec pura remaneat, & omnis impuritas fuerit ſegregata & ejecta.

In quibus liquoribus fiat lotio.

Quæ vero medicamentoſo liquore lavantur, ea in ipſo per noctem aut horas aliquot reſidere debent, vt ex liquore majorem vim attrahant, aut malignam à ſe qualitatem magis abjiciant. Abuſive tamen lotio dicitur Sylvio, cum ſit potius infuſio, aut maceratio, vel, vt ipſe loquitur, imbutio. Liquor enim medicamento facultates vel non, vel raro adfert, ſæpius aufert, vt infuſo rheo videmus, cujus vis purgatrix in ſucco, aut liquore remanet.

Imbutio quid.

Medicamenta autem non tam lavantur, vt eorum facultas abolearur, quam vt angeatur. *Sic aloe* lavatur, Meſuei judicio, cum aqua ſpecierum aromaticarum, vt magis roboret; & aliquando cum

Quid efficiat ablutio.

Aloe cur abluatur.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 34 sur 955

cum decocto purgante, vt alvum magis subducat. Non tamen semper lavatur, vt ejus purgatrix facultas intendatur, sed calor illius obtundatur, vt cum aqua endiviæ, vel cichorii, aut simili abluitur, ne jecur illius vsu nimium exæstuat; frequentius autem nutritur, quam lavatur.

Itaque lotio medicamentis vel adfert, vel aufert, efficitque non modo, vt sordes detergeantur, sed ut acrimonia quorundam hebescat, malignitas perear, violentia obtundatur, & felicius assumantur, vel admoveantur.

Metallica vt abluenda. Metallica vt commode laventur, debent tenuissime lævigari, deinde in aquam puram, aut aliam medicamentosam immissa, totum diem in fervido sole rudicula commoveri, & per noctem residere: Mane vero aqua effunditur, & alia denuo affunditur, atque simul omnia, vt prius agitantur, donec aqua tandem effusa pura remaneat ac limpida: hoc que pacto mordacitatem & acrimoniam, si quæ sit, deponunt. Pompholix enim sic lota, mordacitatis omnis est expers, atque ob id ea vtimur ad tenues & acres fluxiones oculorum, ait Gal. *c.* 2. *lib.* 4. *de comp. med local.* Idem sentiendum de calcitide, misy & pluribus aliis metallis, quæ vsta & lota acredinem multum remittunt, vt pluribus docet idem 4. *compos. med. gener. cap.* 2.

Tutiæ lotio.

Cadmiæ lotio & præparatio. Vlcerib. oculorum cadmia lota convenientissima. Veteres *cadmiam vstam* lacte asinino mitigabant: Secundo & tertio vrebant & extinguebant, tum in mortario diutissime aqua affusa ducebant, siccatam rursus bis aut ter in mortario cum aqua ducebant: Tandem siccabant, & ad vlcera oculorum siccanda, & arcendas fluxiones servabant.

Cerussæ lotio. *Cerussa* sæpe in lacte lavatur, nonnunquam in aqua pluvia; & aliquando in stillatitia pro vario Medici scopo.

Chalybis lotio vulgaris. Vulgus Pharmacopœorum *chalybis* scobem in aceto lavat, Arabum consilio; deinde siccat in latere calido, vel fervente sole, siccam rursus ex aceto terit, siccat vt ante: idque septies repetit. Iste tamen apparatus simplex non est lotio, sed multiplex præparationis modus. Laboriosus adhuc à Chymicis præparatur limatura ferri, quo suum Crocum martis efficiunt, de quo *lib.* 3. *offic. pharmac.* differimus.

Plumbi lotio. *Plumbum* dicitur ablui, quando aqua pluvia in mortario plumbeo tamdiu pistillo plumbeo agitatur, ac ducitur, donec aqua instar limi cujusdam nigricantis crassescat: Tunc liviescens ille liquor colatur, exsiccatur, in pastillos formatur, & servatur.

Adipum & medullarum ablutio. *Adipes, & medullæ* liquantur, deinde percolantur, vt eximantur fibræ, venulæ, & membranæ: Tum in aqua succussantur, quæ postea effunditur, & rursus alia affunditur, donec pura remaneat.

Iecoris lupi præparatio. *Iecoris lupi* præparatio, illius lotio est & exsiccatio. Lavatur vino odorato simplici; sæpe & eo, in quo *absynthium* fuerit incoctum. Probe lotum exsiccatur in clibano, deinde cum *absynthio sicco* aut *menta* reconditur in loco sicco.

A quibusdam cõmendatur ad hepatis atoniam & imbecillitatem, illius tamen saporis & odoris insuavitas officit, & apud me vix commendatur, sed omnino rejicitur.

Intestini lupi præparatio. Eodem modo lavatur & servatur intestinum lupi, sed in aere tantũ aquilonio exsiccatur. Laudatur à quibusdam proprietate speciali ad colicum dolorem, vt notavimus *supra.*

Olei lotio. *Oleum*, dum in aqua lavatur, non est multum verberandum, ne aquæ adeo misceatur, vt post ablutionem vix possit ab aqua separari, sed ita, vt paulisper quiescere si veris, facile queas innarans detrahere, ait Galenus *cap.* 15. *lib. simpl.*

Resinarum & picis lotio. *Resinæ, cera, pix* liquantur primum ad ignem, deinde in aquam puram fontis demerguntur, vbi permoventur & expurgantur, ex Gal. *c.* 14. *lib.* 1. *comp. med gener. c.* 58. *lib.* 9. *de simpl. med. fac. c.* 3. *lib.* 6. *Meth.*

Calcis ablutio. *Calx* quoque, licet vehementer vrat, abluta tamen bis, terque, mordacitatis est expers, & nervo puncto exquisitissimo sensu prædito salubriter admovetur. Melius nonnulli septies vel etiam pluries aqua nova abluunt, & postea cogunt in offas, quæ siccantur & servantur.

Minutius autem singulas cujusque medicamenti præparationes investigare superfluum, ac lectori onerosum videretur: tum quia de his jam fusissime Sylvius egit: tum quia in officina nostra multas multorum medicamentorum lotiones, aliasque præparationes adjunximus, quæ compositiones in illa descriptas ingrediuntur.

CAP. IV.

De purgatione medicamentorum.

LOTIONE quidem sordes permistæ medicamentis eluuntur, sed pars illorum inutilis, aut superflua, vel noxia non repurgatur. Millies enim elotum hordeum vix decorticatur; neque alia semina à suis glumis & involucris, nec fructus à cute ac corticibus, aut nuces à putaminibus, neque adipes à suis membranis sola lotura repurgantur. Proinde *cremor hordei*, jussu Hippocratis, ab eo ipso prius mundato, seu cortice purgato elicitur. Et prudenter artis Pharmaceuticæ proceres semina quatuor frigida majora in Catholici descriptione à suis squamis polienda esse statuunt.

Radicum purgatio. In vniversum omnia pene medicamenta plus minus repurgantur detractione, quæ non tam lotione fit, quam sectione, rasione, fractione, aut alia quadam artificiosa manus industria. Sic radicum cortex exterior abraditur, aut capillamenta præscinduntur, aut medullium eximitur. Aliquando tamen medicamenta non quidem à cortice purgantur, sed cortex ab illorum partibus singulis tanquam superfluis vel inutilibus. Ex *cinamomo* enim sola cortex, multum experitur, ex *Zinzibere* radix; ex *santalis*, lignum; ex *cannis* medulla; ex *capillatibus* folia, ex *rosis* flores. ex *pipere* semen. Reliquæ partes fere inutiles cum sunt, repurgantur, vel minus experuntur.

Malum Medicum. Eam ob rationem medulla fistularis secernitur è canna & seminibus, *passulæ* purgantur ab acinis. *dactyli* à nucleis, ex *rosis* ejicitur lanugo, ex *colocynthide* semen, ex multis seminibus cortex, ex multis fructibus nihil. Cortex namque *citri*, seu *mali medici* succus, semen, odor, omnia vtilia.

Nucum & amygdalarum præparatio. *Nuces & amygdalæ* cum triplici induantur involucro, ter debent repurgari. Primum siquidem corium

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 35 sur 955

corium aliis crassius eximitur, dein nucamentum confringitur, tum quod proxime nucleum, tanquam amnios fœtum involuit; sejungitur.

Debent vero in aqua calente macerari, & digitorum contrectatu confricari, vt facilius repurgentur: *hordeum* tamen vix exuitur post mapurgentur cerationem, nisi multo pistilli attritu varie ductum fuerit ac commotum.

Adipum purgatio. Adipes vt purgentur à membranis, frustratim solent dividi, & cultello aut digitis separari. Nonnunquam igne liquantur; & per linteum trajiciuntur, sic enim pinguedo sola facile transmittitur; remanentibus in linteo pelliculis & membranis.

Metallorum purgatio. Metalla solent repurgari attritu, fusione, & aliis præparationibus, de quibus postea fusius agemus. Quibusdam vero major purgatio debetur; aliis minima, quibus scilicet rei inutilis est perpusilla portio.

CAP. V.

De infusione.

Infusio quid. INFVSIO *est præparatio medicamentorum, qua in humore aliquo nostræ intentioni conveniente medicamenta minutim incisa, aut trita infunduntur*; idque per horam tantum, aut plures, vel dies, etiam hebdomadas, pro varia medicamenti natura, & Medicorum scopis. Quæ enim duram habent substantiam, compactam; & qualitatem firmiter substantiæ inhærentem, diutius terenda & infundenda sunt: Quæ raram & imbecillem, minus.

Infusionis vsus. Infusionis autem tres potissimum vsus traduntur; vt malefica vis medicamentorum emendetur, aut penitus absumatur; vt bona melior reddatur; vel vt eorum, qualitas in humorem aut succum vtendum transferatur.

Turpethi præparatio. Mezerei & laureolæ apparatus. Infunditur *turpethum* in lacte recens mulcto, deinde siccatur, vt minus ventrem, dum assumitur, torminibus exerceat. *Mezereon & laureola*, quibus conveniunt, antequam dentur, in vino albo solent infundi, dein siccari, vt eorum vis nimis effrena magis hebescat.

Quinque radicum aperientium præparatio. Vrtica semen quibus conveniat. Cathartic orum infusio. *Radices quinque aperientes* in aceto sæpe macerantur, vt viscidam pituitam magis incidant, & viam exercendo lotio dicatam citius diducant. *Semen vrticæ* infusum in decocto *tragacanthi*, & assumptum ad vitia thoracis (tussiculosis enim & asthmaticis prodest) guttur, & alias partes, quas permeat, vrere desinit.

Maxime vero purgantia medicamenta & aromata infunduntur in vino aut aqua simplici, vel in decocto conveniente; aut aqua stillatitia; vel succo ex plantis extracto, pro variis Medicorum scopis, vt qualitates proprias amittant, & in succum aut liquorem transmittant. Sic *rheum, agaricus*, & *radix Mechoacana* solent infundi, non modo, vt illorum virtus in liquorem idoneum abeat, sed vt melior reddatur.

Vinum hypocraticum. Ex vino simplici componitur *hypocraticum*, relictis in illo per infusionem *cinamomi* viribus ac dissoluto *sacharo*. Sæpe tamen caute aliquid ex *zinzibere* permiscetur à Pharmacopolis, vt bibulorum palato magis arrideat.

Gummorum infusio. Infunduntur in aceto, & interdum in vino gummi, *ammoniacum, galbanum, opoponax*, & *sagapenum*, antequam vel accedant ad mixturam emplastri de mucaginibus, vel dissolvantur ad alios vsus.

Florum infusio. Flores *nymphææ*, *rosarum*, & *violarum* infunduntur in aqua simplici calente, vt inde colatura facta, & addito *sacharo*, syrupi coquendo conficiantur.

CAP. VI.

De humectatione, aliisque infusionum differentiis.

AD infusionem reduci solent humectatio, infectio, seu tinctura: Ad humectationem immersio, & irrigatio, seu insperſio. His enim modis humescunt medicamenta aceto, lacte, aut aqua, vel alio humore insuccata; vt commodius & felicius in compositionem & vsum veniant.

Quæ medicamenta egeant humectatione. Vtilis est humectatio ad exotica medicamenta, quæ ad nos è longioribus plagis advecta, sicciora sunt, & minus succulenta: Proinde nativam humiditatem resarcimus, vel fovemus immersione levi, vel irrigatione: Sæpe etiam sola repositione & asservatione in vdo loco, vt cum *cassia* in cella vinaria asservatur; vel *theriaca* in pyxide plumbea reponitur, ne vis illorum tam cito exhalet.

Aromatum humectatio. Aromata etiam multa, vt *caryophilli, ambra, moschus* solent humectari, si terenda sint, ne subtiliores partes ac magis odoratæ dissipentur.

Vtilissima vero est humectatio ad condiendos fructus, atque à corticibus repurgandos. *Amygdalæ* enim siccæ vt facile exuantur, aqua tepente pri⁹ humectandæ sunt. Et *nuclei pinei*, & *nuces virides*, ante condituram pluries in aqua sunt infundendi, humectandi & macerandi, vt illorum acrimonia & amaritudo retundatur. Mitescunt enim omnia, quæ insignem habent qualitatem, si in aquam, aut alium liquorem sæpe immergantur.

Caphura, colocynthis, euphorbium, & alia pleraque pulveranda, ante trituram pauco *oleo amygdalino* aut alio humectantur, vt cominuantur facilius, & eorum vis difficilius expiret.

Ad humectationem reducitur *irrigatio*, quæ velut parva quædam humectatio est. Quæ enim improbantur, vt sicciora, levi aspergine humescunt, & vsui sunt aptiora.

CAP. VII.

De nutritione.

VIx probabili ratione medicamenta dicuntur nutriri, nisi quatenus mutua appositione duorum vel trium, aut plurium medicamentum aliquod accretionem capessit, quam vulgus Pharmacopœorum nutritionem vocitat. Fortassis etiam id nominis inditum est, quia medicamenti miscendi, vt nutrimenti nutriendi fieri debeat alteratio.

Nutritio humectationi affinis. Est autem nutritio humectationi non multum dissimilis: In vtraque enim humor aliquis, aut succus necessario permiscetur, sed qui copio-

copiosius est in humectatione, in nutritione paucus, inquanon affatim, vt in illa, sed paulatim ac subinde affunditur. Nam quod semel humore pauco irrigatum est, illico siccatur Sole, aut igne, dein adhuc humectatur, atque ter, quater, aut quinquies iterum irrigatur. Quemadmodum *Sarcocolla* lacte mulieris, aut asinæ nutritur, sed pauco: copiosiore enim lactis copia macerata liquatur, aceſcitque lac ante sarcocollæ deſiccationem.

Sarcocollæ nutritio.

Spagirici solent metallica humore cognato certo modo apparato nutrire, vt facilius liquescant, aut diluantur; vel succo velut nutrita & aucta tumescant.

Vnguentum crudum quibus constet.

Ad confectionem *vnguenti crudi*, seu de *lithargyro*, quod paratur ex parte vna *lithargyri*, *quatuor olei*, *& aceti quinque*, tamdiu terendo nutritur his succis *lithargyrus*, vt in vnguenti consistentiam absque ignis ope, & ceræ mixtura coeat.

Myrobalanorum nutritio.

Radices multæ nonnunquam vino, interdum aceto irrigantur, vt turgeant, quemadmodum & *myrobalani* lacte nutriuntur aliquando, vel alio liquore, pro vario Medicorum proposito.

Aloe nonnunquam nutritur decocto aromatum, aut alio liquore idoneo pro Medici scopo: Sæpissime vero succis herbarum, foliorum & florum, vt *rosarum* vel *rubrarum* ad robur, vel *pallidarum* ad purgatricem ejus vim augendam: aliquando in succo *endiviæ*, ad calorem ipsius mittigandum. Dissolvitur autem primum in succorum ipsorum aliquo, deinde exsiccatur: teritur rursus, eademque succi ejusdem portione diluitur, agitatur, nutritur, & denuo exsiccatur, atque hoc toties iteratur, donec succi aut liquoris expetitam quantitatem *aloe* ebiberit.

CAP. VIII.

De maceratione infectione & digestione.

MACERATIO humectationi tam finitima est, vt pro vno eodemque præparationis modo vsurpentur. Ad eosdem enim vsus, & eodem artificio medicamenta infunduntur, humectantur, & macerantur: longiori tamen spatio temporis est opus ad macerationem; flores enim populi & semen abietis, Galeni consilio, *cap.* 14. *lib.* 2. *de sanit. tuend.* macerantur oleo, sæpe tres, aut quatuor vel plures etiam menses: postea oleum exprimitur, ad omnem lassitudinem solvendam aptissimum.

Oleum aconum.

Zinziber, radices duriores, *amygdalæ* virides & duri fructus ante condituram tanto tempore macerantur, donec mollescant, vel inutilem aut ingratam qualitatem amittant.

Syrupus de papavere.

In *syrupo de papavere* simplici macerantur *capita papaveris* in aqua diem integrum aut alterum, & sæpe triduum, donec teneresc ant, & illorum qualitas ad aquam transmittatur.

Guaiacum Radix China.

Lignum pali sancti, & illa radix peregrina, quam Orientales Indi *Lampatan* vocant, suas qualitates vix suggerunt, nisi longa maceratione prius maduerint ante concoctionem.

Idem fit in cæteris lignis & radicibus, quæ diutissime macerantur in apto liquore, vt vires eorum, qualescunque sint, in decoctum aut aquam transmittantur.

Dactyli tres dies integros aceto macerantur, Mesuei decreto, antequam ad *Diaphœnici* mixturam trahantur. Macerantur quoque *tamarindi & myrobalani* infero lactis capræ, aut aqua, vel succo conveniente, ne lædant stomachum, ait Mesue, & nocumentum emendetur.

Affinis quoque est infusioni, humectationi, & macerationi *tinctura* seu *infectio*: quæ enim inficiuntur, debent in succum quendam immergi. Non tamen semper medicamentum immergitur, vt colorem solum acquirat, sed etiam qualitatem præstantiorem; vt cum *sericum crudum succo cocci baphicæ* tingitur, antequam confectionem Alkermes ingrediatur, vt vim magis cardiacam nanciscatur, coloremque magis rubellum, imo totum ipsum, quod habet laudabile, ab eo succo mutuatur.

Infectio seu tinctura.

Ad macerationem adhuc *digestio* reduci potest, per quam res digerenda vase tanquam ventriculo includitur, & maceratur, ejusque pars minus & tractabilis, & mitis edomatur digerendo, & mitior evadit, atque operibus aptior, superaddito vino, vel aceto, vel oleo, aut succo conveniente. Latius tamen patet Chymicis digestio, sub qua rectificationem, insolationem, & nutritionem aliquando complectuntur.

Digestio.

CAP. IX

De tritura.

CVM medicamenta per se dura & solida assumi vel cõvenienter adhiberi non queant, à Pharmacopœis tanta iuduſtria solent præparari & immutari, vt eorum vsus postea facilis & salutaris. Ea enim ipsa percussu vel friatu comminunt, & in pulverem reducunt, aut tenuiorem, aut crassiorem, pro vario Medicorum proposito.

Sunt autem tres præcipui terendorum medicamentorum scopi, vt alia nempe medicamentis exacte cõmiscеantur, vel vt ipsis nova facultas conquiratur, vel vt malefica corrigatur.

Tres scopi trituration.

Modus vero terendi plurimum varius; multa namque mortario lapideo, vt marmoreo; alia metallico, vt ferreo, æneo, plumbeo, & aliquando vitreo: alia in ligneo, vt buxeo, cum pistillo, simili fere materia concinnato, teruntur. Pistillus siquidem ferreus mortario ferreo aptior est, ligneo, plumbeo plumbeo, vitreus vitreo.

Terendi modus varius.

Nonnulla minime possunt ita exacte pulverari percussu, atque friatu, qui fit super lapidem planum, ac marmoreum, seu porphyrium, qui pistilli loco apponitur parva mola marmorea, quæ manu concepta, hac illac circumducitur, vt nihil intactum ex medicamento terendo relinquatur. Hocque modo gemmæ, & lapides pretiosi solent lævigari, donec amplius nulla digitis inæqualitas percipiatur. Sic lævigatum tum *pulverem* vulgus *porphyratum* vocitat; quo modo solent ea medicamenta attenuari, quæ vel tabellas cardiales, vel vnguenta ophtalmica ingrediuntur.

Gemmarum tritura.

Quædam molis versatilibus colliduntur seu moluntur, perinde ac triticum aut horteum in pistrino.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 37 sur 955

pistrino. Sic enim magna seminum duriorum quantitas facile & pauco tempore colliditur, & in pollinem abit.

Quæ paucam trituram desiderent.

Pauca autem debet esse tusio eorum medicamentorum, quæ ad coctionem tantum apparamus, atque eorum, quæ rarã habent texturam, & virtutem facile dissipabilem, quæ nimirum multa tritura exoluuntur prompte, cujusmodi sunt flores pene omnes.

Quæ multam trituram desiderant.

Multam vero trituram patiuntur medicamenta dura, crassa, solida, nervosa, & fractu contumacia, quæque maligna qualitate participant, vt *colocynthis*, quæ cum leviter trita sumitur, ejus portio crassior gyris intestinorum inhærens, partem eam exulcerat, ac dysenteriam movet.

Quæ moderatam.

Quæ mediocri substantia constant, vt aromata multa, moderate terenda sunt, ne tenuior eorum portio ac magis odorata exhalet, atque dissipetur. Si quando tamen ad electuarii alicujus confectionem trahenda sint, tunc tenuissime læviganda.

Quæ tenuissime lævigenda.

Quæ partes remotissimas petere volumus, in pollinem reducenda: si eadem in ventriculo, intestinis, & primis venis diutius immorari, nec prompte vasorum ora subire cupimus, crassiuscule pulveranda, modo nulla sint prædita maligna qualitate. Non nulla quoquo levissime terantur, vt citius id actu sint, quod potestate esse dicuntur, hoc est, vt celerius suas vires exerant.

Radices & herbæ nunc teruntur viridis, nunc siccæ, nunc crudæ, nunc coctæ in varios vsus. Semper vero mediocriter teruntur, dum concoqui debent. Major tamen tritura radicibus, quam foliis semper debetur, fructibus minor, seminibus mediocris. Medio siquidem modo inter herbas & radices semina teri desiderant.

Colocynthis, caphura, & sericum quomodo facile terenda.

Porro multa vix possunt sola in pulverem reduci, nisi quid admisceatur, vt *pomum colocynthidos, sericum crudum*, *caphura*, & alia multa, quæ terendo latescunt, si quid ex oleagino sis non superaddatur. Nonnunquam vino quædam irrorantur, vt etiam aquæ tantillo, tum vt commodius teri possint, ac pulverati, tum vt felicius intentioni nostræ inserviant.

Partes animalium duriores, vt ossa, cornua, & vngues: si assatione, vel vstione, vel alio modo torrida sunt, pulverantur facilius.

Male sericum aduritur, vt pulveretur.

Sunt, qui sericum crudum, lanam & pilos animalium ante trituram adurant, sed vires amittunt priores, & novas conquirunt. Proinde minutim præstat eadem secare, deinde valenter terere, & in pulverem minutulum reducere.

Quæ pistillo vix queunt pulverari.

Semina quædam oleosa, vt quatuor frigida majora, quia sub ictu pistilli percutientis latescunt, ac pinguescunt, minutim crebro cultelli verberatu inciduntur, cortice tamen ante spoliata.

Multa tamen gummi, lacrymarum, & succorum genera fibrosa, & velut coriacea, ac fractu & solutu contumacissima, atque per se sicca minus, quam vt sola pulverari queant, minutim inciduntur, dein cum aliis siccioribus teruntur. *Tragacanthum, mastiche, gummi Arabicum, thus, sarcocolla*, & succi, qui lentum retinent humorem, non facile tundendo pulverantur, nisi pistillus velut friando per fundum ad latera mortarii ducatur, & in quibusdam prius affusis aliquot aquæ guttis.

Quæ facile ac cito lævigantur.

Quædam adeo sunt friabilia, vt etiam digitis summis attrita cito lævigentur, vt *amylum, agaricus albissimus*, & multæ terrarum species. Alia & valide & diutissime contundenda, ac terenda, antequam in vsum veniant, quæ scilicet crassam, duram, accompactam habent substantiam & virtutem profundam, ac validam, & ægre vanescentem, vt metallica, ligna, ossa, cornua: hæc enim omnia tundendo vix pulverantur.

In genere autem *quæcunque validam concoctionem postulant, eadem & majorem trituram: & quæ minus aut mediocriter coquenda, minus quoque vel mediocriter terenda.*

Debet vero inter terendum corio quodam aut charta mortarium operiri, ne dum aromata aut gemmæ teruntur, pars subtilior exhalet, aut fragmenta foras evolent & pereant: vel dum *euphorbium* & *veratrum* pulverantur, tenue pollen nares aromatarii molestę feriat & sternutationem moveat importunam.

Is vero servandus est ordo, inquit Sylvius, *in medicamentis pulverandis, vt primum injiciantur in mortarium crassa, dura, lenta, deinde minus solida, tandem quæ pistillo minus reluctantur.*

Pulvis plumbi.

Plumbum si ex Fernelio *cap. 26. lib. 6. method.* pulveratur in laminas tenellas primum ducitur, quæ minutissime concisæ, aceto quam acerrimo immerguntur, macerantur que triduo, permutato quotidie, si videtur, aceto, postea exemptæ, & igni siccatæ citra vstionem, in mortario laborioso teruntur, sic tandem in tenuissimum pulverem rediguntur, cujus vis eximia est ad maligna vlcera blande corrigenda, & expurganda, vel ad cicatricem perducenda.

CAP. X.

De variis triturę speciebus.

VT multiplex est materia terenda, sic multiplex ac varius terendi modus, non solum enim medicamenta comminuuntur terendo, molendo, ducendo & friando, sed etiam atterendo, confricando, secando, frangendo, tradendo, limando: hinc triturę multæ species constituuntur, quæ pistillo quidem & mortario minime peraguntur, sed aliis instrumentis vt cote, malleo, securi, scalpro, lima: vnde attritio, confricatio, sectio, fractio, rasio, limitatio.

Attritio.

Attritio dicitur Sylvio *præparationis quidam modus, quo medicamenta nonnulla in cote medica*, qualis ad nos Naxia ex Cypro insula advehitur, [*Plin. cap. 7. lib. 16.*] *atteri solent*, vt lapis Judaicus, aut collyria in pastillos formata & sicca, quæ ad cotem cum aliquo humore idoneo conficiantur, vt materia hoc apparatu tenuior facta dolentem oculum, cui adhibebitur, minime lædat vel exasperet. Galen. *cap. 4. lib. 4. comp. meditam. local.*

Atteritur nonnunquam butyrum in mortario plumbeo, cum pistillo materiæ similis, donec similem colore acquirat, ad pruriginẽ & cutaneos affectus mitescendos; sicq; butyri qualitas non cõmunicatur butyro, sed plumbi qua-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 38 sur 955

litas isto attritu butyro permiscetur. Idem sentiendum de cæteris liquoribus aut succis similiter in simili materia attritis.

Confricatio. Confricatio *levis quædam* est *attritio*, per quam res facile pulverabiles, digitorum friatu aut solidioris corporis confricatu cito lævigantur, vt *amylum*, aut *cerussa*, quæ statim vt confricantur, pulverantur: sicque confricatio & attritio secundum magis & minus tantum discrepare videntur.

Sectio. Ex arboribus radices & ligna primum serra aut securi præscinduntur, dein ad Pharmacopolium advecta minutius secantur, vt in pyxidibus aut solio commodius queant asservari; tandem minuruli fiunt pulveres vsibus nostris inserviendi. Ossa, vngulæ, cornua iisdem ferramentis dividi solent, vt frustulatim veneant: vsus tamen tempore scalpro rasorio & tusione assuescunt lævigari. Hic autem apparatus, qui per sectionem fit, ab instituendo Pharmacopœo non parum remotus censetur, cum potius ad medicamenti venditorem, quam emptorem spectet: Proxime tamen ad eum spectat subtilior illa sectio, per quam semina oleosa, vt *cucumeris, citrulæ, melonis, peponum*, *pistaciorum*, & similium, scalpro sutorio, huc, illucve identidem inclinato, vel frequentissimo cultelli verberatu in tenuissimas partes inciduntur, pro Medici instituto.

Secantur crassiusculæ forcipibus aut cultello radices multæ, caules, & folia plantarum, antequam terantur, vt elixentur ad medicinales vsus.

Fractio. Franguntur herbæ tenellæ, dum manibus prehensæ in torquendo trahuntur: partes vero illarum sicciores non nisi extremis ad sese adductis per medium quasi crepitando abrumpuntur. Mineralia sæpe casu franguntur, sæpius industrioso percussu.

Fissio. Finduntur eo modo radices cultello, nec non caules multi, quo doliarii sua vimina findunt. Crassiora & duriora ligna interdum ascia egent, interdum & cuneo ferreo, & malleo.

Rasio. Raduntur multæ radices tum ad corticem eximendam, tum ad inutilia expurganda. Ligna vero seu duriora, vt *buxus*, *guaiacu*, seu min⁹ cõpacta, vt *xyloaloe*, *santala*, *dentes apri*, *cornua cervi*, *vnicornis*, *& rhinocerotis*, *vngulæ Alces*, priapi animalium siccati, & pleraque alia, vt facilius post ea pulverentur, vel coctione suas vires in humorem transmittant.

Rheum, *agaricus*, *Zinzibir*, *nux moschata* & *sacharum* sæpe lamina ferrea, incurva, multis exasperata foraminibus abraduntur: nonnunquam & *malacytonia*, vt ex his major succi quantitas eliciatur, quam si in mortario terantur, inquit Sylvius.

Limatio. Limantur præsertim metalla, quæ rasione aut tusione pulverari non queunt, diutissime namque percussa, vel rudi aut pistillo non cedunt, aut latescunt potius, quam lævigentur.

Aurum & argentum ideo limantur, vt illorum scobs minutula citra præparationem aliam exhibeatur. Chalybs, ferrum, æs, plumbum fere limantur, vt vrantur, atque postea teruntur, vt rei exigenti inserviant. Limantur & dentes, vel verius cornua elephanti, ossa calvariæ humanæ, & quædam ligna perdura: sic enim minutius, quam rasione, dividuntur: nam limaturæ ramentis sunt tenuiores.

CAP. XI.

De Coctione.

VT medicamenta gratiora, salubriora, & vsui ac compositioni magis idonea reddantur, solent concoctione convenienti commutari: Est enim coctio [*Probl. 7. sect. 12. Problem.*] *rei coquendæ alteratio, vel commutatio.* *Coctio quid.*

Ejus autem tres [*c. 3. lib. 4. Meteor.*] constituuntur differentiæ, *maturatio*, *elixatio*, *& assatio*. *Differentia.* Sed quia maturatio, *πέπανσις* Græcis dicta, naturalis quædam est coctio, hic omittitur, quoniam de artificiali tantum agimus, ad quam *elixatio*, *vstio*, *calfactio*, *frixio*, *desumatio*, & quæ calore mutationem quandam acquirunt, tanquam ad genus solent referri.

Pro rerum autem coquendarum substantia & viribus, fit coctio levis, aut valida, aut mediocris. Quædam enim levem tantum coctionem sustinent, quorum scilicet virtus longiore coctione facile resolvitur, vel quia imbecilla est, aut in superficiei posita, aut quia rara substantiæ textura constant, vt semina quædam, aromata multa, & flores pene omnes.

Alia longiorem coctionem desiderant, vt quæ contrario modo affecta sunt, quorum nempe virtus non facile resolvitur; aut quia valida est, ac firma; aut quia in substantia crassa ac densa residet; aut quia in profundo est sita: cujusmodi sunt radices, ligna, gummi, lapides, & acria, vt *cepæ* & *allium*, quæ coctione mitescunt. Quædam mediocrem coctionem patiuntur, quæ inter dicta extrema media sunt, in substantia & viribus, vt *santalia* omnia *iuiuba*, *passulæ*, *tamarindi*, Molliusculi fructus & semina multa.

Coctio autem, *quæ fit in humido à calore moderato*, *elixatio* dicitur. At humidum illud, cui medicamenta incoquuntur, magna ex parte aqua est, eaque vel simplex, vt communis; vel medicamentosa, & composita, ad quam reducuntur lixivium, hydromel, lac, serum, vinum, acetum, succi plantarum, aquæ salsæ, vel sulphureæ, & liquor omnis, in quo medicamenta excipiuntur & incoquuntur. *Elixatio quid.*

Est vero multiplex elixationis vsus: *Primo* siquidem humorẽ medicamenti excrementitium coquendo resolvit; vnde *colocynthis* & *elleborus* coquuntur, ne molestè ventrem perturbent, & torminibus exerceant. Contrarium tamen accidit his medicamentis, quæ leniendo & lubricando purgant, quæque cum plena sunt, eadem meliora, vt *cassia* & *tamarindi*: coctione namque deteriora fiunt, quia humiditas illorum nativa imminuitur, & vis purgativa deperditur. *Multiplex elixationis vtilitas.*

Secundo, elixatio flatus crassos & mordaces ad nauseam ventriculum lacessentes, ab eodem medicamento dissipat, vt in *senna*, *polypodio*, *carthamo*, *ebulo*.

Tertio acrimoniam, violentiam & qualitatem vlcerantem frangit, vt de *scammonio* scribit Mesue, quod illius jussu, in *malo austero*, vt *citonio*, *vel succo rosarum* coquitur, & præstantius red-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 39 sur 955

redditur, vt omnia actria coctione fiunt meliora.

Quarto, vehementiorem medicamenti attractionem & maligniorem obtundit: proinde *elleborum album*, & medicamenta valentiora incoquimus, vt illorum violentia fracta maneat; sicque omnia medicamenta redduntur benigniora, dum in aqua vel succis herbarum, seminum aut fructuum coquuntur.

Ordo coctionis medicamentorum.

Deniq; elixatio facultates medicamentorum diversas optime permiscet, vt ex his omnib. vna resultet, veluti concreta facultas: quæ si fuerit imbecilla in planta quadam, levius coquenda est; si potentior ac validior, validius; eoque magis, quo substantia illius crassior, solidiorque fuerit. Idcirco primum ligna, dein radices, tertio semina, postea lignorum cortices, tũ fructus, postremo flores igne lento, tetri fumi experte concoquuntur, dum arida duraq; mollescant, cætera contabescant, & in aquam aut liquorem suas vires deferant.

Quo modo fiant apozemata.

Hic elixationis ordo semper tenendus in omni medicamentorum & maxime apozematũ apparatu, quæ fiunt ex decocto radicum, foliorũ, seminum & florum, sacharo aut syrupis quibusdam dulcorato.

Tempus coctionis.

Tempus autem coctionis, non vna hora, aut aliquo temporis certo spatio, vt quidam arbitrantur, sed vno artificis periti judicio definitur. Quædam enim ad elixationem multum temporis, alia parum exigunt.

CAP. XII.

De assatione & frixione.

Assatio quid.

ASSATIO est *medicamentorum cum succo tantum proprio coctio*: Quo præparationis modo carnes, radices, & fructus sine aliquo humore adventitio coquuntur.

Assationis modo.

Ea autem assatio fit modis pluribus: Carnes enim veru transfixæ versatil ad igné coquuntur; vel catino figulino exceptę in clibano; vel suprapositæ crati suppositis prunis ardentibus assantur. Radix quoque *betæ nigræ* sub cineribus assatur, vt & *castaneæ* in pertusa sartagine: sed hæc cuncta magis ad popinam, quam pharmaciam pertinere creduntur.

Beta Romana.

Assationis varij usus.

Assantur vero medicamenta multa, vt qualitatem inutilem deponant, & retineant salutatem: alia, vt fiant mitiora: nonnulla, vt facilius & citius pulverentur. Sic *rheum* assatur aliquando, vt minus sit purgatorium, & valentius astringat: quemadmodum & *scylla*, vt illius vehementia obtundatur, qua interanea lædit, ex Dioscoride. Sic & cerebella passerum assantur, vt ficciora sint & magis pulverabila, vt commodius his permisceantur, quæ venerem suscitant.

Cerebella passerum Venerem excitant.

Multa quoque præparantur assando, vt copiosa & excrementitia illorum humiditas absumatur. Dum vero super tegulam ignitam, vel in furno aut sartagine assantur, cochleari aut rudicula quadam ferrea debent versari, ne vrantur, atque amoveri, antequam nigrescant.

Frixio.

Hoc autem discrimine dirimuntur inter se assatio & frixio, quod illa fiat cũ succo proprio: hæc vero cum adventitio, vt cum oleo, butyro, vino, aceto, aut alio succo vel liquore: quo modo multa alimenta friguntur, vt *fabæ & cicera*, tum vt suaviora sint, tum vt flatum magis deponant, ex Gal. *cap. 29 lib. 2. de aliment.*

Coriandri præparatio.

Coriandrum frigitur, hoc est, præparatur cum aceto, vt illius qualitas cerebro noxia obtundatur. Frigitur & *viticis semen*, vt flatus magis discutiat, & Venereos appetitus inhibeat. Nonnulla vero friguntur in *oleo amygdalarum dulciũ* vt *myrobalani citrini*, *chebuli & nigri* in compositione Trypheræ Persicæ: alia in *omphacio*; & quædam in vino, aut alio succo, pro vario Medici scopo, vt qualitatem meliorem acquirant, vel deteriorem amittant.

CAP. XIII.

De vstione.

MVLTA medicamenta præsertim solidiora, vt mineralia, vel quæ malignam habent qualitatem, priusquam veniãt in vsus humanos, vruntur: nonnulla etiã vruntur, vt citius queant pulverari, vt ossa, cornua, vngues, sericum, & pili animalium: alia, vt mutent colorem: alia vt facultatem, & novam nostro proposito idoneam nanscisantur: multa acria interdum vruntur, vt mitescant, & acrimoniam amittant: & quædam non acria, vt eandem acquirant. Sicque acria, vt notavit Galenus *in proœmio lib. 9. simplic.* multum caloris amittunt vsta; at quæ ejusmodi non sunt, assumunt. Hoc probat exemplo *calchanti*, quod mitius moderatiusque redditur per vstionem. Nonnulla vero non acria, vrendo redduntur calidiora, & magis erodentia, vt *fex vini*, *hydrargyrus*, *calx*, *cruda*, & alia multa.

Cur actria per vstionem acrimoniam amittant, non acria vero eandem acquirant.

Qua autem ratione idem efficiens effectus tam oppositos promat, sic sentiunt medicinæ proceres. Acrimonia acquiritur, aucto calore ad certum gradum, quem dum per adustionem excedant acria, suam acrimoniam amittunt. Quæ vero acria non erant, cum ad istum caloris gradum, seu secundum aut tertium pervenerunt, eandem acquirunt, quorum vsus à Galeno improbatur. Laudat enim æs vstum rubrum, rejicit nigrum, quod nimis sit vstum.

Spagyrici tamen malunt acrimoniam amitti vstione propter dissipationem sulphuris & salis volatilis; acquiri vero in non acribus, discusso sulphure volatili, cui nulla aut exigua erat acrimonia, acre manente sale fixo, cujus acrimonia hebes erat, & obscurata à sulphure ante vstionẽ.

Multiplex vrendi modus.

Porro varius est vrendi modus. Quædam n. in clibano vruntur; in patina; alia in olla fictili cruda; alia in vreeolo æneo, alia in catino cupreo: & quædam in fornace aurifabrorum, vel in reverberio Chymistarum.

Pulvis leporis vsti ad calculos atterendos.

Vritur lepus in clibano, quo vsq; possit in pulverem lævigari, ad calculos atterendos & saburram renum pellendam vtilissimum. Vruntur viperæ, Galeni consilio, *cap. 2. lib. 11. simpl.* in olla nova ad salem theriacum, lepris & impetigini agresti discutiendis maxime idoneum. Sed inter vrendum cavendum est, ne vapor teter, ac venenatus cerebrum lacessat.

Viperarum vstio.

Vruntur animalia pleraque integra, si pusilla sint; vel partes grandiorum, vt ossa, cornua, pili, pennæ, corium, vngues. Excipiuntur vero fictili novo, & in furno, vel fornace, & interdum solis circum circa prunis subditis vruntur, donec

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 40 sur 955

facili negotio pulverari queant. [*cap. 33. lib. de theriac.*]

Rami arborũ, arbusta, sarmenta, & multa simplicia per se accensa, interdum & vase quodam terreo aut metallico concepta solent vri.

Pulvis cancrorum vstorum quos affectus sanet.

Cancri nonnunquã vruntur in sartagine ærea, quãdoq; in olla, sæpe inter carbones ignitos, donec cinefiant; vel salté quousq; ex his torridis fieri queat pulvis tenuissimus, qui cõmendatur ad cancerosos affectus, & eos, qui à rabioso cane infliguntur.

Lapidum vstio.

Lapides inter prunas ardentes à follibus excitatas vruntur. Cyaneus tamen, Phrygius, & alii pretiosi in partes exiguas, ante vstionem frangi debẽt, & olla fictili, nova, operculo tecto perforato, excipi, vt facilior exhalationi pateat exitus, dein tamdiu vri, donec igniantur.

Vstionis terminus.

Vstionis enim terminus in quibusdã est ignitio; in aliis, dũ nihil fumidũ amplius exspirat. Multi tamen lapides ter aut quater igniuntur, & toties humore quodam suffunduntur ante triturã.

Fœcis vini vstio.

Fex vini tamdiu torretur, donec albescat, atq; tantam acrimoniam acquirat, vt linguam & palatum quasi vrendo mordicet.

Ovorũ putamina, ostreorũ, & limacum testæ, cornua & dentes animaliũ ita debent accendi, vt conflagrent, & albescant, & fiant pulverabilia.

Accenduntur & vruntur nonnunquam resinæ, *styrax, thus, pix, terebinthina*, & multa similia, vt ex his accensis fuligo quædam medicamentosa excipiatur ad futuros vsus.

Aluminis vstio.

Alumen in patina ignita vritur, quousque bullas excitare desierit. Et *talchandum*, donec colorem mutaverit.

Salis vstio.

Sal vritur olla exceptus & opertus, ne exiliat. Exilit vero & strepit vrendo, donec perfecte crematus fuerit. *Nitrum* quoque est eodem modo vrendum.

Ceruſſæ præparatio.

Ceruſſa, inquit Dioscorides *c. 103. lib. 5. trita in fictili novo, flagrantibus igni carbonibus, assidue versando vritur, donec cinereum colorem traxerit: tunc exime, refrigerato vtitor. Vel, in patinis novis super prunas vrito, & ferulacea rude moveto, donec colore fiat similis Sandaracha*, *Quæ verò sic parata est, Sandix à quibusdam dicitur*, inquit idem author.

Sandaracha. Sandix.

Est autem *Sandarach* non quidem gummi juniperi, q̃ vulgo vernix, & à Mauritanis Sandarax dicitur, sed species auripigmenti rubelli. [*Brasaual, in exam. simpl. ca. 66. lib. 9. simpl. ca. 53. lib. 9. simpl.* Eadem enim in fodina Sandarach & auripigmentum effodiuntur: Imo simul mista sunt, & vires easdem possident. Alio nomine Sandaracha vocatur, à Chymistis *Arsenicum rubrum*, vt & *Auripigmentum*, *Arsenicum croceum*. Porro, *Ceruſſa vsta in Sandica transit*, ait Galenus, *nunquam tamen in Sandaracham, quæ est vrentis facultatis.* Sandix vero nulla sui parte calefacit, sed potius refrigerat: Hacque pictores vruntur, vt *Ceruſſa*, cujus colorem vtendo, & aliquando acetum permiscendo varie permutant.

Arsenicum rubrum. Auripigmentum. Arsenicum croceum. Sandaracha vires. Sandicis qualitas.

Auripigmenti vstio.

Auripigmentum torretur in testa nova, vivis carbonibus subjectis, assidueque versatur, donec igne flagret. & mutet colorem. Et *Sandaracha eodem modo vretur & dos vtriusque eadem*, ait Dioscor. *cap. 80. & 81. lib. 5.* Crustas enim cum vredine vehementi excitant, capillos evellunt, excrescentia reprimunt, & tubercula discutiunt.

Cadmia præparatio.

Cadmia crematur carbonibus obruta, donec translucida spectetur, & scoriæ ferri modo bullet, mox extinguitur, [*c. 45. lib. 5. Dioscor.*] Nonnulli exustã terunt in vino, tursumque fictili crudo vrunt, donec pumicosa videatur: Iterumque tritam ex vino tertio vrunt, donec prorsus in cinerem redigatur.

Pumicis vstio.

Pumex crematur flagrantissimis carbonibus obrutus, & vbi canduerit, extractus vino restinguitur odorato; Iterumque incensus restinguitur, & tertia vstione exemptus, & per se refrigeratus ad vsus conditur. Dioscor. *cap. 125. lib. 5.*

Æruginis vstio.

Vritur *ærugo* minutissime fracta & comminuta in fictili patina flagrantibus prunis superposita, versaturq;, donec se mutet, & colorem cinereum concipiat, *ibid. lib. 5.*

Chalcitεos vstio.

Chalcitis vritur fictili novo vivis carbonibus superposito. Finis autem vstionis in humidiorib. est, ubi ipsa chalcitis bullas excitare desierit, & pefecte inaruerit. In reliquis vero, dum, mutata in floridum colorẽ fuerit, & sanguineum aut miniarum colorem contraxerit, tum demum eximenda est.

Chryſocolla vstio.

Chrysocolla patinis supra carbones vritur: & *Ochra* cadmiæ modo. *Dos* Chrysocollæ ad purgandas cicatrices, excrescentem carnem coercet, astringit, excalfacit, & modice corpus mordendo exest. Ochra vero astringit, erodit, collectiones & tubercula dissipat. Dioscor.

Plumbum multis modis vri.

Plumbum multifariam crematur: antequam tamen vstionem experiatur, solet vel in scobem, vel in laminas attenuari, dein fictili novo excipi, & addito sulphure ita conflagrari, vt in cinerem perfecte redigatur. Interjicitur vero sulphur laminis, & dum vtrumque conflagratur, rude ferrea versatur; interea sedulo cavendum, ne halitus plumbi nocentissimus naribus excipiatur.

Halitus plumbi curat cerebro & nervis noxius.

Cerebro enim multũ obest propter admixtam hydrargyri portionem, cujus ratione nervos etiã lædit; & plumbariis sæpe stuporem & paralysim invehit.

Adjicitur vero ad rẽ comburendam aliquando *sulphur*, aliquãdo *nitrum*, cum scilicet admodum valida est, & indomita rei compages: alioquin volatilia ejusdem citius dissiparentur, quam fixa vincerentur à flamma, vt placet Spagyricis.

Et quemadmodũ assatio finitima est vstioni, imo quoddam velut iter ad vstionem, sic vstio ad calcinationem, & calcinatio ad cinefactionẽ. Proprie tamen cinefactio rebus cremabilibus & flammas concipere natis cõpetit. Ex mineralibus n. in quibus vix comperitur flammæ pabulũ, vix cineres post vstionem relinquũtur; ex lignis succensis, quid nisi cinerum cumulus? Æque tamen cremabilia & incremabilia possunt lævigari; illa, dum cinefiunt, hæc vero, dum post vstionẽ pulverando, vel super tabula marmorea ducendo in alcool, seu pollinem lævissimum attenuantur. Hæc si lectoris animum non expleverint, speciáliorem medicamentorum, quorum est frequens apud nos vsus, vstionem in officina Pharmacopœorum à nobis illustrata competiet.

CAP.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 41 sur 955

CAP. XIV.

De extinctione.

Extinctio quid.

EXTINCTIO est *ignitæ materiæ in aliquo humore suffocatio.* Illa vero materia extinguitur sæpius vsta, sæpe & ignita tantum; vt cum gemmæ, & multa metallica, priusquam vtantur perfecte, vino, aceto, aqua simplici, vel stillatitia, vel succo quodam, aut liquore extinguuntur, donec plane refrixerint.

Multa pluries extinguuntur, vt *lapis pyrites*; nonnulla semel tantum, vt *galla*, & quædam ex extinguuntur, ex se sola, citra materiæ cujusdam humectantis affusionem.

Weckerus Sylvij transscriptor.

Weckerus Sylvii transscriptor argentum vivum saliva hominis jejuni extingui dicit. Improprie tamen non ignita dicuntur extingui, sed emendari, seu præparari. Præparatur autem hominis jejuni saliva, emêdatur salvia: Nam vt melius aliis miscendis concorporetur, recte saliva cogitur, quæ tamen illius qualitatem nihilo meliorem efficit: Salvia vero castigat, & minus efferam reddit. Dicitur enim *salvia quasi salvatrix*: cerebrum namque & nervos plurimum roborat, quibus argenti vivi malefica vis plurimum obest, quæ succo salviæ debet emendari.

Aquæ extinctionis auri.

Auri massa sæpius ignita nonnunquam extinguitur aqua communi, quæ vtiliter datur dysentericis ad occludenda vasorum oscula, & elephanticis ad robur partium principum & exhilarandos spiritus. Non enim temere creditur aurum, vt exteriora reficere, sic & interiora.

Vt aqua salutaris est ad multorum affectuum profligationem, in qua pluries chalybs fuerit extinctus: Sic chalybs ipse in scobē redactus, ignitus, & extinctus aceto eximius est ad multos vsus, de quo alibi fusius.

Tanta vis est extinctionis, vt vires humoris, quo aliquid extinguitur, in se trahat & retineat. Sic *cadmia* interdum vino, interdum aceto, pro varia intentione Medici extinguitur: Et *ferrum* ignitum nonnunquam hydrarĝo extinguitur, vt magis ductile fiat, ad cassides & alia arma facienda: aliquando vero aqua sola extinguitur, & magis fragile redditur.

CAP. XV.

De calfactione, insolatione, & refrigeratione.

Calfactio quid.

CALEFACTIO est *medicamentorum tam simplicium, quam compositorum præparationis quidam modus, quo ea ipsa non quidem coquuntur, aut vruntur, sed moderate calefiunt, vel in sole, vel igne, vel rerum putridarum calore*, vt commodius percolentur, vel malaxentur, vel misceantur, vel facilius & felicius exhibeantur. Sic medicamentum infusum, antequam percoletur, calefit, vt illius qualitas non modo tota in liquorem transmittatur, sed vt liquor promptius permeet, & totus eliciatur.

Clysteres colico dolore laborantibus præscripti, solent feliciter à Pharmacopœis paulo calidiores injici, modo non sit à bile; febrientibus vero tepidiores, ne fervor magis incandescat, sed mitescat: Et vomiturientibus aqua tepida bibenda datur, vt naturæ motum adjuvet, humorisque fiat sursum per os facilior exclusio. Cum vix quidpiam actu frigidum debeat exhiberi, sive topicum sit remedium, vel intro sumendum, vt & balneæ, & ipsa linteamina, priusquam ægrotis inserviant, debent modice calefieri. Multa quoque medicamenta calefactione indigent, vt facilius terantur, misceantur, dissolvantur, & percolentur.

Insolatio.

Insolatio calefactioni tam est finitima, vt altera alterius vicem facile queat subire. Vtraque enim eundem effectum pollicetur, & instar cujusdam coctionis est: vt cum circa caniculam, aut vigintibus cœli squalorib⁹, dies circiter quadraginta insolatur *hydromel*, vt hic magis concoctum vinosum reddatur. Non tamen ea arte sola fit vinosum, sed quod paratur ex libris quatuor aquæ fluviatilis & vna mellis, tamdiuque coquitur ante insolationem, donec ovum crudum supernatet.

Hydromel vinosum quomodo fiat.

Conservæ recentes insolantur, vt omnes earum partes simul fermententur, & humidior quædam materia discutiatur; maxime vero quæ ex foliis aut floribus frigidis paratæ, ad multum tempus debent asservari.

Scillæ succus, consilio Gal. [*cap. vlt. lib. de puero epileptico.*] elicitur insolatione. Obscuro tamen cœlo, igne extrahitur. Et quæ medicamenta insolari hyemis constitutio denegat, eadem igne calefiunt per hyemem, vt æstate per solem.

Olea multa ex infusione florum, vel rerum aliarum permixtione parantur, insolanturque diebus vel pluribus, vel paucioribus, pro infusæ rei quantitate & viribus. Calidiora namque & sicciora, aut nulla aut pauca egent insolatione, frigida & humida diuturniore.

Par est ratio de aceto, variis floribus alterato. Rosaceum enim diutius debet insolari, sambucinum minus, & quod allia, mentam & vetonicæ garyophillatæ flores admittit.

Refrigeratio.

Refrigeratio quoque medicamentorum ad apothecarium spectat. Quæ enim post coctionem cogi desiderat, ea ipsa refrigerat, vt gelatinam: Quæ etiam calore præparata in pharmacopolio reponit, vt electuaria solida, conservam siccam, & emplastra. In hoc vero differt refrigeratio ab extinctione, quod quæ extinguuntur, refrigerantur, non contra.

CAP. XVI.

De putrefactione & fermentatione.

PVTREFACTIONEM ab externo semper oriri calore, in materia humida, ex Aristotele docuit Galenus, *cap. 9. libr. 2. de diff. feb. & comm. ad part. 1. libr. 3. epid.* Vt enim calor internus coquit, non corrumpit: Sic quod omni ex parte siccū est, nunquam manifestè putrescit: neque siquidem tegula, nec aurum, nec argentum putrefieri cernuntur.

Et quia putrida ab alieno calore talia sunt, putrefactio coctio quædam est, vt cū medicamentosa quædam materia putrere relinquitur in ampulla sepulta fimo, seu ventre equi, vt loquuntur Chymistæ (*sic enim forsan arti fictæ ficta nomina donāt*) dies triginta & aliquādo quadraginta, qui postrem⁹ termin⁹ ab illis vocatur mensis Philosophicus, vt & liquor putrefactionis, mēstruum.

Mensis Philosophicus Chymicorum. Menstruum quid chymicis

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 42 sur 955

Hunc autem præparationis modũ Spagyrici tanquam peculiarem sibi vendicarunt: Galenus tamen multis seculis ante illos natos, *calcitim* & *lythargyrum* olla nova cum aceto excepta, & obruta fimo putrefieri docuit. Nostræ ætatis pharmacopœi Galenum quoque secuti, furculos populi nigræ plures menses macerant & putrefaciunt, vel axungia porci, ad confectionem vnguenti populeonis, vel oleo ad medicamenta acopa seu lassitudini conferentia.

Fermentatio. Fermentatio non tantũ ad medicamenta, sed potulenta & esculenta pertinet: fermentatur enim massa triticea subacta, vt ex ea panis conficiatur & suavior, & salubrior.

Fermentantur vinum & zithum, dum efferuescunt, sitque tunc sinceri succi à fecibus segregatio: fermentantur quoque syrupi, conservæ, & electuaria, dũ recens parata in vasis efferuescunt.

Sua est Chymicis fermentatio, quã interdum vivificationem, & aliquãdo resuscitationem vocant. Per eam enim, inquiunt, velut ex mortuis revocatur destructa materia, & vires acquirit novas.

Talem fermentationem vani pollicentur aurifices ad metallorum transmutationem, sed fermenti materiam nondum norunt, nec conficiendi modum.

Cap. XVII.

De dissolutione.

Λύσεως. MEDICAMENTA varie solent immutari, priusquam exhibeantur: vt plurimum vero cũ integra displiceant, tritura quadam & dissolutione in succo quodam apparantur. Est autem dissolutio *velut tritura quædam, per quam medicamenta tam simplicia quam composita diluuntur in humore quopiam idoneo, ad consistentiam mediocrem:* & aliquando liquidiorem, vel crassiusculam pro variis Medicorum scopis.

Dissolutionis vsus multiplex. Ob varios autem vsus medicamenta dissoluuntur: *primo*, vt facilius assumantur: *dein*, vt promptius aliis misceantur ad compositionem: *tertio*, vt citius distribuantur: *quarto*, vt in affectã partem penetrare valeant, & illic, si fuerit opus diutius immorari, vt cum in vterum, vesicam, intestina, aut vlcus sinuosum liquida medicamenta injiciuntur: *quinto*, medicamenta dissoluuntur, vt postea queant percolari, atque vt illorum virtus ab excrementis repurgata, citius partes subeat interiores.

Lithontriptica. Sic medicamenta, quæ calculos atterunt, dissoluuntur interdum in vino albo, aliquando in *succo limonum & aqua parietaria, raphanorum,* aut simili, vt facilius renum cuniculos & vreterũ ductus possint pervadere. Cõtra quæ sputo movendo imperantur; in liquore quodam spissiore, vt syrupo bechico dissolvenda, vt potius eclegma vel linctus, quam potus apparetur.

Anachartasis quomodo movenda. Vt vero dilutioni inservit tritura, sic & infusio, & sæpe calefactio. Quæ enim dura sunt, aut lenta, vel viscida, vix possunt dissolvi, nisi prius terantur aut infundantur, & sæpe calefiant ad ignem aut solem.

Sic multa medicamenta statim diluuntur trita, & multæ terrarum differentiæ: alia non nisi diu agitata, vt *blattæ byzantiæ, concha, opium thebaicum*, & infinita alia: quædam maceratione & calefactione egent, vt gumi multa, quæ, ut dissolvantur, debent prius aceto forti, vel aqua vini, aut vino generoso macerari.

Non quævis in quovis liquore diluit. Non autem in quovis succo aut liquore metallica, atque etiam mineralia facile dissoluuntur, sed vel in *succo limonum*, vel *aceto distillato*, aut aquis illis, quas Spagyrici valẽtes nominant. Ideoque *non omnia in omni liquore dissoluuntur, sed in idoneo & quasi determinato.* Terebinthina enim diem naturalẽ in aqua aut decocto ducta, vix vnquam diluetur, nisi quid ex ovorum vitellis superaddatur.

In summa liquantur igne axungiæ, medullæ, pinguedines, vt dissolvantur, & ingrediantur facilius vnguentorum & emplastrorum compositionem. Diluuntur species aromaticæ in aquis cardiacis, vel alterantibus pro epithematis. Solvuntur catapotia, vel alia purgantia tam simplicia, quam mixta in aqua vitæ, vel alia conveniente, ad extractorum eliciendorum artificiosam sedulitatem. Denique solida quæ sunt, cum ea forma nõ possint aut debeãt exhiberi, prius sunt atterenda, & idoneo succo, aut humore dissolvenda, vt facilius & vtilius assumantur.

Cap. XVIII.

De liquatione.

POSSVNT quidem omnia dissolvi, prius, vt decet, apparata, sed pauca liquari. Vruntur namque lapides, accenduntur ligna, concreta tamen cum non sint à frigore, haud quaque liquantur. *Liquatio quid.* Est enim liquatio, ait Aristot. *cap. 6. lib. 7. meteor. eorum, quæ à frigido concreverunt, in liquidiorem consistentiam ac fluxilem, à calore facta solutio*, vt adeps, medulla, oleum hybernum, & similia, quæ cum levi frigore coeant, levi quoque calore funduntur.

Sed quæ vehementi ac diuturno frigore obriguerunt, ægerrimè liquescunt, vt *aurum, æs, & ferrum* quorum sane fusio ad eos potius, qui metallica, quam qui pharmaceutica tractant, pertinet.

Dissolutio non nisi fit cũ humore. Differt autem liquatio à dissolutione, quod liquatio semper fiat à calore & sine aut raro cum humore, dissolutio vero semper cum humore, & raro cum calore.

A calore solo facile liquatur plumbum, sulphur facilius, pix, & resinæ. In aqua calida nonnunquam liquantur *sal, manna, sacharum, gummi, hederæ, pruni, juniperi*, & pleraque alia, quæ sic sæpe funduntur, vt dissolvantur.

Quomodo metalla facile liquentur. Chymici pyrothecniam illustrarunt, multaque adinvenerunt, quibus ars fusoria ditatur, vt cum illorum doctrina, *sal ammonius* semel sublimatus cum sale communi, postea bis per se, statim fluere facit dura metalla. Aliter quoque brevi cuprum funditur, si inter liquandum aliquid vngulæ caballinæ injiciatur.

Porro magnus est liquationis in pharmacia vsus. Efficit enim, vt medicamenta formam mutent, & [illegible] nanciscantur; tum vt purgentur & eorum pars impurior à syncera & puriore separetur.

Cap.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 43 sur 955

CAP. XIX.

De mollitione & duratione.

MVLTÆ medicamentorum præparationes tantam inter ſe habent affinitatem, vt eædē fere judicentur, ut liquatio & mollitio, quæ tantum ſecundum magis & minus videntur diſcriminari, ita ut mollitio ſit liquationis principium. Cuncta enim, quæ liquantur, prius molleſcunt, & multa poſtquam fuerint emollita, ſi diutius calefiant, liqueſcunt, non tamen omnia. Ebur enim, vngues & cornua poſſunt emolliri, non liquari.

Mollitionem fieri duobus modis.

Fit autem mollitio duobus modis, vel ſolo calore ignis, ſolis, aut animalis, vel rei cujuſdam putreſcentis, vel affuſo humore, vt cum cæra emollitur in aqua calente; aut cum maſſa quædam medicamentoſa durior in aliquo ſyrupo aut ſucco idoneo malaxatur, ut molleſcat, & tactui cedat. *Arbiter* enim *duri corporis & mollis tactus eſt*, ait Gallenus, *cap. vlt. lib. 3. de differ. pulſ.*

Vniones, conchæ, & ovorum putamina, aceto deſtillato macerata adeo molleſcunt, vt ad libitum tractentur, & ducantur. *Ebur* quoque zytho creditur emolliri, atque etiam, dum ſex horas cum radice mandragoræ percoquitur.

Cornua molleſcunt igne rarefacta, aut aqua diutius cocta, vel ſub limo per ſeptem dies ſepulta. Et *corallia ſucco berberum, & margaritæ ſucco limonum*, & lapides multi certis liquoribus, vt decet, apparatis creduntur emolliri.

Duratio.

Porro cum dura ſint, ait Galenus, *cap. 1. lib. 4. de dignoſ. pulſ.* quibus caro noſtra cedit, & mollia, quæ carni, durationis & mollitionis, vt oppoſitorum, eadem erit ratio doctrinæ. Locum autem habet in Pharmacia duratio, in medicamentis compoſitis, quæ ad conſervationem & vſum, plus, minus ſicca, ſolidaque debent eſſe, cujuſmodi ſunt, electuaria, conſervæ ſiccæ, emplaſtra, pilulæ, trochiſci, & minarum genera.

Quot modis medicamenta indurentur.

Indurantur vero medicamenta frigore, calore, & rerum ſiccarum admiſtione. Frigore, quando, quæ liquata ſunt, aut tantum emollita, abigne removentur, & aeri expoſita refrigerantur & coaleſcunt. Calore, dum ad juſtam conſiſtentiam medicamenta coquuntur, & pars humidior abſumitur; tunc enim ſicciora reddita indurantur. Admixtione quoque rerum ſiccarum medicamenta dureſcunt, ſive ut diutius aſſerventur, ſive vt cōſiſtentia facilius & felicius exhibeantur.

CAP. XX.

De ſiccatione.

QVÆ in hyemem ſunt aſſervanda ſimplicia, vel ad nos è peregrinis regionib. advehēda, priuſquam in arculis, aut pyxidibus & ſacculis reponantur, debent accurate ſiccari. Excrementoſa enim illorum humiditas coacta, nec difflata cito corrumpitur, peritque tunc ſalutaris cujuſlibet medicamenti qualitas.

Quare medicamenta ſiccantur.

Neq; vero conſervationis gratia tantum medicamenta ſiccantur, ſed ſæpe vt pulverentur, vel vt viribus polleāt inſigniorib. Quicquid vero humidius eſt, & aridū expetitur, idipſum vel igne, vel ſole ſiccandū, vel in vmbra relinquēdum perflatili, pluviæ & pulveris experte, donec tabeſcat, illiuſque ſuperflua humiditas penitus diſſipetur.

Ignis calore ſiccantur ad pulverationem, quæ in fornace, vel clibano vruntur, vel in carbonib. accenſis, ut oſſa, vngues, cornua, conchæ, vel in olla fictili, vt pili animalium; & quæ ſartagini calidæ imponuntur, vel catino, aut calatho excepta, ſupra aut intra furnum, à quo panis de novo extractus eſt, reconduntur. Sic enim pruna, pyra, ceraſa ſolent deſiccari, fructuſq; alii humidiores.

Quæ in ſole melius ſiccentur.

Solis calore ſiccantur æſtate & autumno potiſſimum folia & flores, quorum color in his aridis expetitur, ut etiam ſemina, quæ collecta ante perfectam maturitatem, vel cœlo pluvioſo, vel neceſſitas rei cogit aliquando, vix niſi ſole aut igne poſſunt exacte ſiccari.

Radices quoque craſſiores & magis ſucculentæ, niſi minutius dividantur, melius in loco ſoli expoſito, vel aeri perflatili & aquilonio, quam in vmbra ventis non agitata ſiccantur, eſtq; multorum minus idonea deſiccatio, niſi præceſſerit inſolatio.

Parvæ tamē radices in vmbra facile areſcunt, vt aliæ majores, quæ per fruſtula, & taleolas inciſæ & transfixæ filo, vmbroſo aeri, ac ventoſo & minime pluviali exponuntur. Facilius vero folia, quæ manipulis ligata, in ſolio penſa, partim aeri externo, partim calori ignis fere jugis officinarum exponuntur: Omnium facillime flores: Papyro enim aut catino excepti & ſubinde verſati cito ſicceſcunt.

Quomodo cortices & flores ſiccandi.

Exſiccata vero folia ſacculis cannabinis, aut papyraceis reponuntur, radices, flores & ſemina, vaſis vitratis aut ligneis.

Flores nenupharis quia craſſiores & humidiores ſunt, filo tranſiguntur, vt ſic aeri expoſiti, commodius areſcant. Eodem modo & *cortices arantiorum limonum, granatorum*, & lignoſæ radices in officinis ſolent deſiccari.

Pulmonis vulpium in vino loti ſiccantur in clibano parum calido, priapi cervorum in aere libero, inteſtina lupi in vmbra, ficus & paſſulæ in ſolatu, vt & confectiones ſolidæ, quæ poſt condituram in ſacharo, ſive ſyrupis debent aſſervari.

CAP. XXI.

De expreſſione.

VT purior tenuiorque medicamentorū ſubſtantia ſeparetur à terreſtri & craſſiore, valido ſæpe compreſſu opus eſt, quem cum ſolæ manus exequi minime valeant, prælū quoddā ſive torcular à Meſueo eſt inventū, quo medicamenta ſacculo excepta, aut panno forti, ut cannabino, aut ſetaceo involuta, tam valide cōprimuntur, vt tenuis ſubſtantia tota exilire cogatur, remanente craſſiore & magis compacta.

Prælum ſeu torcular cujus ſit inventum.

Pomaceum qui fiat.

Sic in torculari ab uvis attritis vinū expreſſū in dolia aut cupas delabitur. Sic pomorū educitur ſuccus ad pomacei aut Syrupi regis Saboris confectionē. Eodēq; modo ſeplaſiarii plātæ frumētaceæ nondū adoleſcentis ſuccū extrahūt, ad condimentū illud cū pauco aceto pane toſto, & ſpecieb⁹ aliquot parandū, ꝙ intinctū viridē nominant. Quibuſdam Græcis οἶνος ἐκ βοτανοειδης, vinum ex herbis vocatur.

Intinctus viridis.

Vinum ex herbis.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 44 sur 955

Aqua aluminosa quibus constet.

Pleraq; tela excipiuntur, dein manibus premẽdo contorta, sufficienter exprimuntur, vt *succus agrestæ, portulacæ & plantaginis*, pro aqua aluminosa, additis ovorum albuminibus & alumine.

Simili modo fit expressio *rhabarbari*, vel *agarici*, aliorumque medicamentorum in decocto, aut aqua convenienti infusorum, vt ex his, quod profuturum est, habeatur, ejiciatur, quod nociturum.

Acacia.

Acacia ex succo seminis spinæ Ægyptiæ exprimitur, qui siccatus in vmbra, niger, si ex maturo semine, subrufus, si ex viridi eliciatur, apparet.

Expressio igitur fit aliquando succi tantum simplicis alicujus medicamenti, nonnunquam ejusdem in decoctione vel aqua macerati, vt cum exprimitur infusio oleorum, & decoctio syruporum & apozematum. *Mel Anacardinum* exprimitur ex Anacardiis exiguis ac recentibus diutius coctis. Ex his enim sic tabefactis, liquor aliquis enatat fere mucaginosus, quem mel Anacardinum appellant. Quod vt probe fiat secundum Arnaldum de Villa nova, *cap. de memor. defect.* debent Anacardi teri, & diebus septem in aceto macerari; octavo coqui lento igne ad duarum partium dissipationem. Colatura autem cũ melle cocta à multis perhibetur mel Anacardinum.

Mel Anacardinum qui fiat.

Quomodo succi diu sine putredine servandi.

Vt expressi succi diutissime serventur absque putredine, sal admiscetur, vel reponuntur in vase oris anguſti, superfuso oleo sufficienti, ut digiti crassitudine.

Infusa medicamenta & succi nunc levi, nunc forti expressione extrahũtur. Olea vero simplicia, vix nisi validissimo cõpressu extrahi queunt, sive cum, sive sine igne. Vtroque enim modo educitur amygdalinum, & quod ex nucibus, pistaciis & fructibus multum oleosis elicitur.

CAP. XXII.

De extractione.

OMNIS expressio quædam extractio est, sed non contra: Nam multa extrahuntur sine expressione, vt succi & resinæ ex plantis incisis vel percussis; Sic enim *euphorbiũ* ex Lybica arbore conto vulnerata extrahitur, nã succus è plaga cõfestim stillat in pelles ovinas arbori circũligatas; Tanta siquidẽ ejus est acrimonia, vt gustũ & olfactũ molestissime feriat, & ardorẽ ori naribusque maximũ excitet. Propterea rustici quidã vocãtur ad hujus succi collectionẽ, qui spe mercedis allecti corticem arboris feriunt è longinquo, vt minus acerrimo *euphorbii* fervore lædantur; nunquam tamen tuti ac illæsi discedunt.

Euphorbium, vnde & quomodo colligatur.

Elaterium quomodo parandum.

Ex fructu *cucumeris agrestis elaterium* extrahitur consilio Dioscoridis [c.148. *lib.*4.] hoc modo: *Decerpti cucumeres, qui tacti protinus exiliunt, servantur vna nocte. Postridie impositi supra craterem aut pelvim rariore cribro, vtrisq; manibus prehensi, sigillatim supino cultro, sursum versus actẽ habente finduntur, atque per cribrũ humor in vas subiectum exprimitur, & quod carnosum cribro læsit, vt facilius exudet, eliditur. Humor in pelvi agitatur, dein residere finitur. Tũ linteo opertus soli exponitur: cũ steterit, supernatans aqua identidem effunditur, qua partim effusa, partim exhausta, quod remanet sedimentũ in mortario teritur, & cogitur in pastillos.*

Ex plantis integris, vel earum partibus, extrahuntur non modo succi, vt *hypocistis* ex germinibus adnatis cisti radicibus; succus *glycyrrhizæ & laserpitii* seu *Cyreniacus*; sed alii quoque varii liquores, ex incisis arborum, & fruticum cortice, & stipitibus, vt gummi, resinæ, lachrymæ. *Succi.*

In gummi erasu numerantur *ammoniacum, sagapenum, opoponax, galbanum, bdelliũ, myrrha, styrax, thus*, & aliæ multa, quæ pro varia cujusque natura facilius, aut difficilius extrahuntur. Nonnulla, sine arboris vulnere, dehiscente per calores æstivos cortice, sponte defluunt. *Gummi.*

Resinæ extrahuntur facilius, quia magis fluxiles, & fere sine manuũ auxilio deciduæ, vt quæ ex Terebintho lacrymatur, quę resinis omnibus antecellit, ait Dioscorides *cap.*67, *lib.*1. Proxima lentiscina, dein, quæ è pinu & abiete extrahitur. *Resina.*

Inter lacrymas multa locum habent, vt aqua è vite resecta defluens, lac tithymalorũ omnium, & papaverum succus ille crassior, qui dum plene coaluit, *opium* nominatur. *Lacryma.*

Sauciatur ergo in plantis multis tantum cortex, inde stillat δάκρυον, hoc est, lacryma in peluim aut aliud vas appẽsum. In multis radix vulneratur, vel secatur omnino: interdum & rami. Ita Balsamum extrahitur cortice fruticis præciso, cultello quodam eburneo. Ferrum enim sine magno sui dispendio tolerare minime potest.

Fit adhuc oleorum extractio, sed modo multifariam artificioso. Vel enim extrahuntur destillatione, quæ fit per ascensum, vel descensum, de qua plenæ sunt Chymicorum farragines; vel expressione; vel infusione: de quibus jam *supra* locuti sumus, fusiusq; loquemur in pharmaceutica officina.

CAP. XXIII.

De extractis Chymicorum.

NON parum est discrimen inter extractionẽ Pharmacopœoruũ & Chymicorum: *Illi* enim liquorem tantum quendam, vt lacrymam, resinam, & gummi, vel quid simile ac fluidũ extrahunt, secernuntq; à substantia crassiore ac solidiore: Hi vero nõ modo corpꝰ illud crassum deserunt, sed & tenuiorẽ substantiã exhalant, relicta ejus portione crassiuscula ac paucula, cui, vt subjecto, virtus vnita adhæresit. Vnde extractũ quasi essentiam à corpore separatam appellant.

Ejusmodi enim extractum parva mole vires habet eximias, illiusque dragma non minoris est efficaciæ, quã vncia medicamenti tota cum sua substantia crassiore exhibita.

Solent vero his extracta dari, quorum nauseat ventriculus super Pharmacopœorum medicinis, & quibus maxima est rei familiaris vbertas. Extractum enim *rhei* aut vnionum pauperi præscribere vitam illi eripere est.

Extractum quomodo parandum.

Fiunt autem extracta ex medicamentis tam simplicibus, quam compositis sæpius hoc modo. Immergitur medicamentũ minutim incisum, vel si fuerit massa catapotiorum aut electuarii, dissolvitur in aquã vitæ optima, vel alio liquore idoneo, ita vt ad duos digitos emineat, in vase bene obturato; tũ relinquitur duos aut tres dies in lo-

in loco calido; dein validâ fit expressio; quæ postea in balneo Mariæ ponitur, vt separetur aqua vitæ à facultate medicamenti, q̃ exigua quantitate crassiusculum remanet in fundo vasis; Tunc que colligitur, & reponitur in vase vitreo, aut fictili, sed vitrato.

Cum validius extractum quis parare voluerit, in priore expressione aliud ejusdem generis medicamentum macerabit, & post diutinam ac perfectam infusionem exprimet, vt ante. Idque ter, aut quater, si extractum potentius expetierit; tandemque facta expressione vltima, vel ignis calore blando, vel balneo Mariæ segregabit aquam vitæ; vel insolatu dissipabit, solo remanente extracto, quod exiguo corpore viribus est eximium.

Rhabarbarum & alia medicamenta pretii majoris, post primâ macerationẽ & expressionem abjicienda non sunt, vt vulgaria, sed bis, aut ter, vel etiam quater, in alia aqua vitæ infundenda, donec colorem & saporem prorsus amiserint, & quicquid illis inerit virtutis, in aquis ipsis reliquerint: tũc enim fieri debet vltima expressio, quæ aliis miscetur, à quibus omnibus aqua vitæ separatur, per balneum Mariæ, quousque subsidentia, seu extractum relinquatur.

Extractum pilularum.

Non vero semper extracta fiunt per aquâ vitæ, sed multoties per herbarum decocta, aquas stillatitias, & aliquando per aquam pluviam vel fontanam. Massæ enim pilularum nonnunquam macerantur in aqua pluvia per octiduũ, adhibitis, si videtur idoneum, succis buglossi, vel betonicæ, vel alterius pro exigentia rei. Postea igni lentissimo coquũtur, filtrantur, & coagulantur.

Extractum rhei.

Hoc modo *rhei optimi* minutim concisi libra vna maceratur per diem integrum, in libris duabus succorum depuratorũ borraginis & fumariæ; deinde igne lentissimo coquitur, donec succi absumãtur: tunc fit expressio fortis, quæ denuo igne coquitur lento in diplomate ad mellis crassitudinẽ. Sunt, qui sachari duas vncias adjiciunt, sed augetur moles, & hebescit extracti facultas.

Multis aliis modis extracta patantur, quos pluribus persequi nostri nunc non est instituti, quandoquidem Pharmacopœi instituendi methodum, non Chymici meditamur.

Cum extractis magna ex parte conveniunt Elixiria, Tincturæ & Quintæ essentiæ, liquores spirituosi & penetrantes de quibus Parte 2. expositum est.

CAP. XXIV.

De cribratione.

VT agricola paleas & acus à tritico excutit vãno, ũc ab optimis marcida secernit semina cribro, ipsiq; potius quam Pharmacopœo, cribratio cõpetit, sed vterq; illo vtitur instrumento ad farinã à furfure secernendã, quod tamisium vulgus nominat, nonnulli incerniculũ, & aliquãdo setaceũ, quod ex seta equina cõcinnetur, interdum ex tela cannabina, & aliquando ex sericea. Cribrum vero fit ex pergamena multis foraminibus rotundis aut longis peruia, per quæ lolium & semina minutula facile descendunt, remanentibus succulentis, ac melioribus. Vsurpatur itaq; cribratio p̃ eo medicamentorũ apparatu, qui cribro, aut incerniculo peragitur.

Cribrationis vsus.

Est autẽ multiplex hujꝰ præparationis vsus; per eã enim flos seminũ molitorũ, seu farina à furfure separatur: Radices coctæ à corticibus mundãtur, & fructus ab acinis repurgantur.

Pulpa quoq; fistularis cannæ cribro equina tela concinnata transmittitur, vt medulla sic à siliquis confractis & seminibus perpurgata sola extrahatur.

Eodem modo & *Tamarindi* & *dactyli* macerati aceto vel alio liquore per setaceum trajici solent ad definitos vsus.

Semina multa coquuntur ad crepaturam, vt radices & folia ad putrilaginem, deinde transmittuntur per setaceũ crinibus equinis concinnatum ad caplasmatum, vel aliorum diversæ formæ remediorum confectionem.

Pulveres cardiaci, vt etiam alii, qui medicamentorum compositiones ingrediuntur, tamisio sunt tenuissimo cernendi, & maxime qui obstructionibus liberandis, vrinæ & mensibus movendis dicantur. Quo enim tenuiores sunt, eo citius ad partes attingendas deferuntur.

In quibusdã pulveribus cernendis tamisia setacea exquiruntur, in aliis multitia, vel quæ ex lineo fiunt tenui & raro.

In summa cribratio fit ad mixtionẽ cõmodiorem rerum pulveratarũ. vel certe jam mole minimarum, & ad tenuioris portionis sæpe melioris, à crassiore sæpe deteriore, separationem.

Varius cribrandi modus.

Vt autẽ varia sunt, quæ cribrationi inserviũt instrumenta, sic varius cribrandi modus, nã proprie Cerealia, vt & legumina cribro excepta suspenso, manu agitantur, & hac, illac versando semina, quæ mala sunt, ablegantur, retinentur, quæ bona.

Pulveres cardiaci quomodo cribrandi.

Eodẽ modo cardiaci pulveres cernũtur, cribro inter manꝰ versato, nec violẽter succussato, vt tãtum pulveris pars tenuiõr transmittatur, relicto crassiore.

Nonnulla vero vt optime transmittantur, debet incerniculũ numeroso percussu in abacũ aut aliud corpus solidũ succussari, ne partes crassiusculæ cribro impingantur. Proinde terenda fere sunt omnia, antequã cribro volutentur. Et quæ cribrũ vix permeatũt ob crassitudinẽ, denuo reterẽda, donec ob tenuitatem tota transmittantur.

CAP. XXV.

De colatione & filtratione.

QVA ratione medicamenta sicca cribrantur, eadem colantur humida: Vt enim sordes omnis secernatur, habeaturque purus humor ac syncerus, colo transmittitur, vel denso, aut raro, vel textura mediocri, pro rei exigentia & commodiore vsũ. Ideoque pharmaciæ proceres jubent in officinis multa cola asservari rara; aut densiora: eaque vel lanea, vel linea, aut cannabina, vel setacea, & sæpe detrita; sæpius tamen nova, vt validiori cõpressu totus succus colandæ rei absque telæ crepatura trajiciatur.

Ad crassorũ & viscidorum colaturam quid requiratur.

Vt recte colentur crassa & viscida, tria expostulant, vt ampliore humore diluantur, vt colo trajiciantur rariore ac novo, & diutius calefiant ante colaturã. Sic n. illorũ dẽsitate magis rarefacta facilius transmeant. Myva seu gelatina carniũ & fru-

& fructuum, ſic prius calefacta colatur. Et mellis genus omne, & manna per os ex liquore quodam ſumenda, vt res quædam extraneas ac ſordida, ſi quæ ſit admixta, per colaturam ſeparetur.

Quæ tenuia ſunt, vt ſuccus herbarum, limonum & multorum fructuũ, tepida ſolari ſolent, & ſæpe frigida; Sic nãq; terreſtrior pars ac craſſior remanet, trajecta puriore ac magis ſyncera, veluti defecata. Lac tamẽ colatur frigidũ, nec nõ aqua turbida; vt ab illo pili, ſi qui ſint allapſi, ab hac vero, vt cõſpurcamẽta ſecernantur. Sæpe tamen per reſidentiam ab aqua id omne ſeparatur, à quo turbida reddita eſt, vt in ciſternis videri poteſt.

Vinum quoque Hippocraticum ter aut pluries colatur frigidum per manicam laneam, oblongam & acuminatam, ad ſachari, vini & aromatum, quibus conficitur, mixturam & conſiſtentiam jucundiorem.

Quædam tamen non niſi calidiſſima percolanda ſunt, alia frigida, quædam repida. Et multa vnica tantum colatura egent, quædam duabus, & nonnulla tribus, donec clareſcant.

Apozemata percolantur ſtamine vulgari extenſo; interdum & ſæculo laneo, aut lineo: Syrupi vero, qui ob ſachari vel mellis admixtionem & longiorem coctionem craſſiores ſunt, nec tam facile tranſmeare queunt, linteo raro, dum percolantur, egent.

Simili modo decocta colantur, quibus vnguenta parantur, vt etiam vnguenta ipſa liquefacta, dum quid craſſiuſculum, quod vim piſtilli aut ignis effugerit, ſecernendum eſt.

Filtratio. Multorum medicamentorum tenuior portio à craſſiore ſegregatur per aliam colationis ſpeciem, quæ filtratio nuncupatur: Quo apparatus modo ſolent vti, qui lac virginale dictum conficiunt vel tenuiorem alicujus medicamenti ſubſtantiam tantum expoſtulant. Faſciam enim laneam, duos, aut tres digitos latam & oblongam aſſumunt, ejuſque extremum in vaſis fundum, quod medicamentum filtrandrum continet, immergunt; Alterum vero extra vas aſcendens in aliud vas propinquum ſpectat ac propendet, in quod humorem, quem à priore vaſe continenter quaſi ſugendo trahit, ſtillatim eructat.

CAP. XXVI.

De ſpumatione.

Spuma quid. DESPVMATIO dicitur, cum ſpuma innatans detrahitur vel cochleari ſolo, vel penna, ſi pauca fuerit, vel colatura. Nam cum ſpuma ſit *ſuccus quidam lentus includens flatum*; *generatio* enim *omnis ſpumæ duarum ſubſtantiarum mixtura perficitur*, inquit Galenus *comm. ad aphor.* 43. *libr.* 2, *quarum ſpirituoſa vna eſt, altera humida, proinde varia agitatione movetur ac diſſicitur*; Idcirco ſpumæ ſecernendæ ovorum adduntur albumina, quæ ſuo lentore & viſciditate eã ipſam cogant, ac colligent, vt quando gelatina, ſyrupi multi & apozemata coquendo deſpumantur.

Spuma efficiens cauſa. Cum autem *motus* & *calor* ſint efficientes cauſæ ſpumæ, nihilq; crudum & immotum ſpumeſcat, deſpumari tantum debent quæ agitatione vel coctione ſpumam edunt.

Vt mel aut ſacharum deſpumetur, humoris æqua portio, & ſæpe dupla adjicitur, dein coquendo, ſpuma cochleari pertuſo deraditur, ne ſimul cum ea ipſe humor, in quo fit concoctio, abjiciatur. Quod ſi hac arte imperfecta videatur deſpumatio, ſingulis libris ſingula ovorum albumina adjunguntur, quæ continuata elixatione ſimul vt indurantur, ſpumã colligant, vnde poſtea ſpumæ facilis eſt à liquore ſecretio, vt quæ per colaturã vna cũ albuminibus in colo ſeu ſtamine relinquantur, humore ſyncero ſolũ tranſmiſſo. Si mel valde impurum eſt, cum triplo humore coquitur ad dimidias, vt optime deſpumetur. Idem judicium de cæteris rebus deſpumandis valde impuris.

Quando mel per ſe deſpumandum. Per ſe autem mel aliquando deſpumatur & purgatur, ſi modo cujuſdam alienæ qualitatis expers ſit, vel cum tam longam coctionem ſuſtinere non poteſt viribus integris, vt ea, quæ cum illo admiſcentur: Tunc enim præſtaret non deſpumatũ miſcere, quã cũ miſcendis deſpumare.

Sacharum deſpumandum tam diu coquendum eſt, vt poſt deſpumationem admixti liquoris vnciæ duæ aut tres ſolum, pro ſachari libra ſuperſint.

Condiendi fructus dum coquuntur cum ſacharo, aut mellis portione, vt nonnulli faciunt, ſolo cochleari deſpumantur; vt decocta & ſucci laneo colatorio. Solent enim trajici per pannum extenſum clavis affixum, vt ſpuma & feces deſuper relinquantur.

CAP. XXVII.

De clarificatione.

Clarificatio quid. CLARIFICATIO eſt *ſordium craſſiorum à medicamentis liquidis expurgatio*; ſic enim gratiora palato redduntur, & facilius diſtribuũtur. Clarificantur autẽ multa per ſe ſola, dũ portio magis fæculẽta ſubſidet, vt ſuccus *pomorũ, aurantiorum, citriorũ, buglooſſi, acetoſæ*: Quædã deſpumatione, alia colatione, nonnulla coctione, additis ſæpius albuminibus ovorum; aliquando etiam ſine his; vt cum ſucci plantarum & fructuum coquuntur ad tertiæ partis conſumptionem, deinde biduum ſinuntur, donec clareſcant. Vnde *Clarificatio quot modis fiat.* clarificatio modis quinque fieri dicitur, *quiete, colatione, deſpumatione, aceti vel acidæ rei mixtione, & albuminum ovorum cum re clarificanda agitatione, & coctione.* Decocta enim & ſyrupi ſi acetum recipiant, per ſe magis ac magis aceti vi purgantur: Ovorum autem albumina ſcopulis agitanda ſunt, donec tota ſpumeſcant, tum ſyrupis admiſcenda vel decoctis, quæ poſtea recoquuntur. Et vbi coctione perfecta perfecte albuminibus ſpuma colligata eſt, artificioſe deradenda ac ſeparanda vel trajectione communi, quæ fit per pannum quatuor angulis totidem clavis firmatum; vel colatura magis particulari, quæ fit per manicam Hippocratis. Debet vero ter aut quater iterari colatio, donec ſyrupus aut decoctum plane claruerit.

Recentiores quaſdam potiones forma julepi conficiunt, quæ cum conſiſtentia valde claræ Claretæ nuncupantur. Talet vero reddunturmodis *ſuperius* enumeratis.

CAP.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 47 sur 955

CAP. XXVIII.

De aromatizatione.

Aromatizatio quid.

AROMATIZATIO dicitur *artificiosus præparationis modus, quo medicamenta magis odorata ac suavolentia redduntur*, ad *gratiam palati, cordis, ac facultatis vitalis, & animalis robur & oblectationem.* Medicamenta siquidem ventriculum subvertentia, si *caryophillis* aut *cinamomo*, aut aliis aromatis condiantur, minus infensa sunt, ac molestia, partibus præcipuis, & salubrius humores excrementitios per secessum, aut etiam vomitum, si contigerit, educuntur.

Quæ aromata hanc vel illam partem corporis magis respiciant.

Licet autem *aromata calida* sint *omnia* Galeno, *cap.* 15. *lib.* 2. *de aliment. facultatem que vitalem exhilarent*, quædam tamen magis respiciunt cerebrum, *vt caryophilli*; quædam cor vitæ fontem, vt *cinamomum*; alia ventriculum, vt *nux moschata*; alia jecur, vt *santali*; & quædam vterum, vt *moschus, ambra, zibethum*; non quod sane his delectetur vterus sub odoris specie; organum etenim non est odoratus, sed afficitur tantum odoribus ratione materiæ tenuissimæ, seu vaporis aerei, quo recreantur spiritus quibus genitalia turgere omnibus est in confesso.

Vterus quomodo afficiatur odorib.

Multas confectiones aromaticas descripsit Mesue, *diacinamomum, aromaticum rosatum, diamoschum vtrumque, diambram, electuarium de gemmis*, & pleraque alia, quorum felicissimus est vsus ad robur principibus membris conciliandum & conservandum, putredinem arcendam aut corrigendam, & reficiendos spiritus.

Qui ex morbo convalescunt, aut valde sunt senes, latisque valent opibus ad jacturam virium resarciendam, consilio Medicorum, conditis solent vti paratis ex conservis, syrupis & pulveribus cardiacis, quorum eximia vis aromatum odori suavissimo maxime tribuitur.

Cur medicamenta aromatizentur.

Similem ob causam syrupi multi aromatizantur *confectione Alkermes*, aut *trochiciscis gallia moschata, vel moschi, ambra, zibetho* & aliis suaveolentibus inclusis nodulo, ita vasi, quod syrupum aut liquorem continent, alligato, vt circa illius medium suspensus maneat. Sic enim aromatica vis æque distribuitur ad totum humorem, quod etiam norunt Oenopolæ, qui vinum fragrantius & suavius reddunt, suspensis in dolio *zinzibere, cinamomo* & similibus.

Quomodo vinum reddatur suavius.

Quibus salaces ad Venerē vtantur.

Qui inter aulicos ditiores sunt, salaciores & magis desidiosi, vt belluarum more potentius ruant in Venerem, ad illiusque ludibria sint vegetiores exercenda, ovis interdum vescuntur forbilibus, vel frixis cum multo *moscho* aut *zibetho*, ita vt naturam destruant magis, quam reficiant.

Multi vero fructus, vt nuces & pyra, ante cōdituram *cinamomo* aut *caryophillis* configuntur: cum vt palato, tum vt cordi gratiora sint; & magis amica. Julepi sæpius aromatizantur *aquarosacea*, apozemata *cinamomo* aut *santalo citrino*; opiatæ & condita confectionibus aromaticis, pomatæ *ambra*, *vel moscha*, vt alia multa medicamenta *styrace, belzoin, capphra.*

***

CAP. XXIX.

De coloratione.

LICET color, docente Galeno *cap.* 2. *lib.* 1. *Simpl. cap.* 30. *lib. de histor. philos.* medicamenti facultatem non ostendat, quia tamen qualitas est corporis visibilis, quæ quod vel obsit, vel prosit magis aut minus expetitur: Vt enim nigredo videndi vires lædit, vt etiam albedo: sic viridis color exhilarat, vt præter experientiā Philosophus scripsit *Probl.* 60. *sect.* 32. Ex medicamentis tamen nonnulla magis expetuntur alba, quædam rubra, alia nigra, vel alius caloris. Color autem illis acquiritur quatuor potissimum modis, *lotione agitatione, coctione, mixtione.* Lotione candida fiunt multa, vt *oleum, terebinthina, cera.* Quædam etiam agitatione talia evadunt, vt *penidia, vnguentum album Rhasis, emplastrum diachylon*, & *ceratum refrigerans Galeni*: Ea n. omnia, quo diutius tractātur & subiguntur, eo magis albescunt, vt *pilulæ albæ, Bechicæ confectiones*, & sacharata omnia: *Motus* siquidem *seu agitatio colorem expetitum medicamentis conciliat.* Hoc non tantum in enumeratis cernitur, sed manifestissime in vnguento crudo, quod ex *lithargyro*, *oleo & aceto* paratur. Hæc enim tamdiu in mortario agitantur, donec formam vnguenti albescentis acquirant. *Coctione* adhuc medicamenta magis colorata fiunt, aut albiora, aut nigriora, prout cōcoctio validior ac diuturnior, vel imbecillior erit. Sic emplastrū ex cerussa cruda paratū candidū est, ex eadē vsta rubrū, & ceratū, ꝙ æruginē crudā recipit, viride est, ꝙ vstā, albū ac melinū. Deniq; pro rerū admixtarū vario colore, varius est medicamentorū color. Quæ enim recipiunt *crocum*, flavescunt; quæ *cinnabarim*, rubent; quæ *cerussam*, albescunt; quæ *cassiæ medullam*, nigrescunt.

Coloratio quot modis acquiratur.

Vnguentum crudum ex quibus conficiat.

CAP. XXX.

De conditura, salitura, & fartura.

VT salitura & fartura potius ad popinā, quam Pharmacopolium spectare videntur, sic cōditura ad artem aromatariā. Medicamēta tamen iisdem interdum egent: nam salitura plurimum facit ad conservationem, fartura ad saporis gratiam, conditura ad vtrumque. Condiuntur enim non tantum fructus, aut flores: sed & cauliculi, cortices, & radices tenellæ, tū vt diutius asservantur, tū vt jucundiꝰ edātur. Sic radix *zinziberis* tenellæ, *siliquæ cassiæ fistularis*, quæ non multū adoleverunt, *nuces moschatæ, myrobalani*, & alii fructꝰ exotici recentes condiuntur, vt felicius ad nos sine magna virīū jactura è longinquis regionibus advehantur. Nostrates fructus dulces subacidis aut alius saporis jucundi palato, statim atque selecti fuerunt, & à cortice nudati, si sit opus (multi enim nō decorticātur, vt *ribes, berberis, agrestia*) cū *sacharo*, aut *melle* vel vtroq; coquuntur. Amari vel acidissimi & acres tādiu in aqua macerantur, donec vehementem qualitatem deposuerint.

Solent vero potissimum Pharmacopœi condituras, vt vocant, humidas parare, sicut dū cum sacharo & aqua, vel cum syrupo fructus; aut radices tamdiu concoquunt, vt humiditatem omnem aqueam amittant, & cum syropo perfecte cocto conditiæ reconditi asserventur.

Aroma-

Aromatarii vero non ſolum condituras ejuſmodi conficiunt, ſed etiam ſiccas, vt loquuntur, quæ fiunt ex fructibus vel ſacharo extrinſecus incruſtatis, vt trageræ omnes ſpecies, vel intrinſecus coquendo ſacharatis & poſtea inſolatu exſiccatis, Fructus vero multi vel ſale condiuntur, vt *cappares*, vel addito aceto, vt *cucumeres* in fruſtula ſecti, vt *portulaca*, *lactucæ*, & multa olera, vt ſine putredine ad hyemem vſque poſſint aſſervari. Sal enim miram vim habet deſiccandi & conſervandi: vnde carnes & piſces ſaliti in plures non tantum menſes, ſed annos, ſine corruptela reconduntur. Ob eam rationem *anima* à Philoſophis quibuſdã dicta eſt *ſal corporis*, quia quamdiu in ipſo remanet, tamdiu ab omni putredine vindicat ac tuetur. Confert etiam vt medicamẽta qualitatem aliam, præter peculiarem nanciſcantur, propterea carnes viperinæ & multorum animalium partes inſperguntur ſale marino, aut foſſili, (ſunt enim omnes ejuſdem facultatis Galeno) eoque pauco, ſi ſaporis; vel copioſiore; ſi condituræ gratia adhibeatur.

Salitura.

Epicureis anima pro ſale.

Fartura.

Quæ autem alimenta medicamentoſa deſiderantur, ſi cavitatem habeant manifeſtam, fructibus aut herbis farciuntur, aut radicibus, quibus etiam ſæpe configuntur. Nunc multa animalia farciuntur ante aſſationem vel elixationem, vt palato magis arrideant, & aliquando vt ſanitati reſarciendæ aut conſervandæ magis conveniant, vt cum *polypodium*, *cappares*, *paſſulæ*, *hordeum*, vel aliæ plantarum partes ventre extenterati caponis vel anſeris includũtur. Gallinaceus annoſus hordeo ſolet farciri, vt ſimul cum facultate alvum ſubducendi, qua pollet ex Galeno & Oribaſio, detergeat & nutriat. Cucufæ ſæpe farciuntur è cephalicis pulveribus, exceptis bombace, ſindone duplici interſuto, vel vt vulgus loquitur, interbaſtato. Simili modo paratur topicum remedium forma ſcuti, quod regioni ſtomachi adhibetur. Excipit vero pulveres roborães & ſtomachicos, quales præſcribi ſolent in ventriculi debilitate. Proprie tamen fartura dicitur, per quam exenterata animalia, vel excavati fructus medicamentoſis rebus, vel alimentoſis, & aliquando aromaticis tantum ad jucunditatem farciuntur.

Cap. XXXI.

De deſtillatione.

Deſtillatio quid.

Deſtillatio eſt *humoris aquei vel oleoſi ex re quapiam vi caloris eductio.* Fit autẽ ea vel per aſcenſum, vel per deſcenſum, idque calore humido aut ſicco. Humido calore deſtillationes fiunt in balneo Mariæ, & in vapore aquæ calentis. Balneum Mariæ, aut maris, vt aiunt nonnulli, dicitur *vas quoddam cupreum aut æneum, aquam calidam continens, in quod vas aliud immittitur, quod materiam deſtillandam contineat.* Cucurbita ſeu boccia vocari ſolet, *cui aliud vas roſtratum ſuper imponitur*, quod vulgus *alembicum* ſeu *capitellum* nominat, dein glutine ex farina & ovorum albuminibus facto, ſimul arctiſſime compinguntur.

Balneum Mariæ.

Cucurbita.

Balneum vaporis.

Deſtillatio in vapore aquæ calentis fit quoque in vaſe duplici, vnum materiam deſtillandam continet, & in alterum vas oblongum cupreum aut æneũ immittitur aqua ſemiplenum, ita vt relinquatur ſufficiens ſpatium inter cucurbitam & aquam bullientem, cujus ſolo vapore ſurſum elato, deſtillanda materia incaleſcat, & ad capitellum roſtratum vapores extollat.

Variæ vtriuſque balnei formæ deſcribi ſolent; quiſque enim pro arbitrio aliquid mutat, innovat, addit, aut detrahit, potius ad vaſorũ elegantiam, quam deſtillationis facilitatem. In omnibus autem *ignis*, qui *cauſa eſt efficiens deſtillationis*, tam convenienti loco eſt aſtruendus, vt negotio facili materiam in boccio contentam calefaciat.

Variæ ſunt formæ balnei.

Debet vero ignis luculentus eſſe, nõ fumidus, aut fœtidus, vt qui ex ligno putri aut carbonibus indebite extinctis paratur; atq; ita regendus, vt nec valentior ſit, & materiam adurat; nec ita parvus, vt ante perfectum opus extinguatur. Antequam aqua fervendo deficiat; alia ſubſtituatur calida, aut ſaltem tepida, atque eo fervoris gradu calefacienda, quem materiæ poſtulat conditio. Quædam enim vapore tantum benigno, alia validiore, nonnulla aqua fervente commodius deſtillantur.

Ignis in deſtillatione qualis.

Plantæ recentes integræ, vel earum partes in fruſta ſectæ in humido balneo convenientiſſime deſtillantur. Siccæ ſi fuerint, humore quodam idoneo madere debent ante deſtillationem. Sic enim aquæ deſtillatæ plantarum vires & qualitates melius retinent; ſed quia ſunt magis excrementoſæ, non ita poſſunt ſervari. Aquæ tamen multæ ſapores plantarum non retinent, quod ſubſtantiæ terrenæ ita inhæreant, vt calore etiam vehementiſſimo non aſcendant.

Plantarum deſtillatio.

Balneum autem humidum aquis deſtillandis, ſiccum vero (ſi modo balneum dici debeat, vt multis placuiſſe video) & aquis & oleis educendis aptiſſime convenit. Proprie quidem dicitur ſiccum, quod cucurbitæ non ſupponatur aqua, ſed ſolus ignis, interpoſitis aliquando cineribus aut arena vel limatura ferri aut chalybis. Quod vt commode fiat, ea induſtria fornax aſtrui debet, quæ ima ſui parte oſtium apertum habeat, per quod cineres eximantur, qui à prunis accenſis craticulæ tranſverſæ ſuperpoſitis deciderint. Super cratem aliud patebit oſtiũ, per quod carbones immittentur, dein ſuper oſtii concamerationem, trabeculæ ferreæ tranſverſim inſerentur. Tum deſuper lebes æneus, aut figulinus, vel ferreus collocabitur, in quem cucurbita imponetur, ſpelieturque adjectis arena aut cineribus: Tandem capitellum roſtratum ſuperponetur. In fornacis parte ſumma, quædã ventilia ſeu foramina cõſtituẽtur, per quæ fumus exilire queat.

Balneum ſiccum.

Fornacis ſtructura.

Frequens nunc eſt vſus inſtrumenti cujuſdam cuprei, quod alembicum vocant, in cujus camera inferiore trabeculæ ferreæ, quæ prunas ardentes ſuſtinent, continentur, in media boccia, in ſuprema capitellum roſtratum ac coniforme, & aliquando rotundum cum refrigeratorio inſtar aheni efformato, vt copioſam aquæ quantitatem continere valeat, quæ dum validius incaluit, per epiſtomiũ in eius parte declivi ſitum, effunditur, vt nova & frigida denuo affundatur.

Alembicus.

In multis alembicis roſtrũ prominet longiſſimum, rectumque, & ſæpe inſtar ſerpentis, à quo ſubinde nominatur, flexuoſum, vt per dolium frigida

frigida plenum traijciatur, & aqua prolectata magis concrescat & contemperetur.

Retorta vesica. Inseruit quoq; destillationi, quæ fit per arenã, aut cineres boccia quædam vitrea, incurua, retorta, dicta, vt etiam alia recta, quæ à vesica nomen habet, figura ouali, vitrea aut cuprea intus stanno obducta, quę his inseruit destillandis, quę facili negotio in altum subleuantur; vt radices, semina, folia, flores, & aromata. Quæ vero difficilius attolluntur, vt pinguedines, resinæ, lactymę, gummi, retorta vitrea, densissima, aptius sublimantur.

Variæ destillandi formæ. Sunt vero tam variæ destillandi formæ, tamq; varia destillandi instrumenta, & instrumentorum materiæ, vt vix possint certis legibus coerceri. Vetus tamen hæc invaluit consuetudo, vt vulgus Pharmacopœorum plantas recentes multaque alia medicamenta destillet alembicis plumbeis intus stannatis, quæ non tantum adferunt nocumenti, vt plerique reformidant. Vitrea tamen & figulina meliora sunt, sed quæ facile franguntur, fracta ejiciuntur inutilia. Quæ autem caloris vehementiam non sustinent, melius in balneo Mariæ destillantur, dein in cineribus, in quibus vt in balneo, calor mitis ac temperatus asseruati potest ac foveri. In arena & limatura ferti non item. Hæc enim vix, nisi calore acerrimo incalescunt, vnde oleis destillatione prolectãdis commodissime vsurpantur. Debent vero aquæ destillatæ dies aliquot insolari in vasis charta foraminulenta obturatis, vt impurior magisque excrementitia portio resolvatur, simulq; impressum deleatur ignis vestigium, quod aquas destillatas solet comitari.

Quomodo aqua destillata insolanda.

CAP. XXXII.

De destillatione per descensum.

VTroq; calore, & humido, & sicco fit destillatio, tã per ascensum, quam per descensum. Per ascensum, quando vi caloris ignis solius, aut aquæ, vel alius corporis interpositi, materiæ in cucurbita latentis portio tenuior sursum ad capitellum advolat, ibique condensata ad rostrum decliue suo pondere delabitur, & ad lagenã aut vas aliud, recipiens dictum, rostro subditum effluit. Atque vt destillatio per ascensum fit pluribus modis, sic etiam quæ per descensum. Alia enim proprie dicitur fieri per descensum, quando sine exaltatione humor eductus stillat deorsum. Alia per inclinationem, alia per transudationem, alia per lacinias seu filtrationem.

Varii destillationis per descensum modi.

Quæ fit sine calore, vt exprimendo & colãdo, improprie destillatio nuncupatur, ad hunc; locum minime debet referi.

Destillationẽ fieri interdum sine calore.

Destillatio a, per descensum, aliquando fit sine calore, vt cum in aere vapido, vt in cella vinaria sacculus suspẽditur impletus *myrrha* aut *tartaro*. Hęc n. vt alia multa, in vdo loco diu asseruata tabescunt, & succum purum velut exudant, atq; in catinum subditum emittunt. Frequentius vero fit cum igne, cujus vi non solum aquæ, sed etiam olea per descensum prolectantur. Sic enim *aqua rosarũ* aut florum quorumlibet optime destillatur. Olla sumitur cuprea, aut ænea, vel figulina, panno tegitur lineo, aut cañabino vndequaque firmiter succincto; rosæ desuper aut alij flores imponuntur, dein patina prunis impleta superponitur floribus, ex quibus calefactis exudabit aqua optima in ollam subiectam. Ignis autem ita regendus, ne flores adurantur, proinde multi prudenter chartam inter vas ignem continens & flores adhibent. Sic enim vim caloris tutius perferunt. Hic vero destillandi modus vt facilis, sic plebeculæ familiarissimus.

Quomodo aqua educatur per descensum.

Destillatio in fimo. Sunt, qui in fimo aut alia re putrente aquas destillãt, sed quib. facile carere possit Pharmacopœus, *penes quem mundities omnis esse debet, & selectiorum remediorum præparatio.* Magis arridet illa destillatio, quæ fit in calore Solis, hoc modo: Rosis aut alijs floribus impleta matula, ollæ alteri subjectæ probe applicetur, & firmiter conjungatur, dein Soli exponatur splendidissimo: Si enim illius radij ollam superiorem verberarint, aqua stillabit optima in inferiorem.

Destillatio in calore Solis.

Oleorum destillatio per descensum. Oleorum autem per descensum destillatio difficilior est, vixq; nisi magno cum apparatu, labore, & tempore perficitur. Est vero Chymicis valde familiaris, qui varijs modis olea per descẽsum prolectant. Ita enim vasa, aliaq; instrumenta destillationi inservientia apparãt, vt via non detur sursum ascendendi, sed velut colliquefactus & eductus humor deorsum instar stillicidij exudet. Locũ habere solet in his, quę calor ascẽsorius destrueret, vel à fortib. spiritibus dissiparentur, antequam consistere possent.

Destillatio per transudationẽ Huius autem destillationis varij tradũtur modi: Alia enim fit in fornace per transudationem, per quam humor prolectatus transudat, & guttatim in excipulum delabitur, igne supra adhibito: Alia quoq; fit per transudationẽ, sed inhumãdo, quando scil. fovea in terra excauatur, in quã demittitur olla, cuius orificio alterius ollæ fundum foram inulentum adaptatur, & optime conjungitur. Orificiũ vero superius superioris ollæ materiam destillandam continentis operculo commodo tegitur, & firmiter agglutinatur; tum adhibita terra sepelitur vtraq; olla vsque ad ventrem superioris, ita, vt commissura lateat: Dein ignis admovetur per gradus, pro destillandæ materiæ conditione & natura. Res enim solidior majorẽ postulat calorem, minus solida minorem.

Destillatio per inclinationẽ. Est vero alia destillatio media inter ascensoriã & descensoriam, quæ fit per inclinationem, in qua scil. parva fit elevatio, indeq; mox deorsum reflexio. Vocatur quoque destillatio per retortam, quia fit in boccia reflexa, in cujus curvatura spiritus coadunati descendere coguntur in receptaculum inferius locatũ, & proboscidi retortæ probe junctum. Debet vero retorta in fornace, vt decet, extructa decumbere, cuius venter in catino arenario vel cinereo sepeliatur, & cornu per rimam extra propendeat.

Quãdo retortæ in destillationibus usurpandæ. Porro solent vsurpari retortæ in his, quæ difficillime ascẽdunt, vt in oleis metallicis & spiritib. mineralium, in quibus educendis, cum ignis sæpius vehementissimus desideretur, cavendum, ne retortæ disrumpantur. Proinde antequam igni adhibeantur, luto, aut argilla aut alia conveniente materia debent incrustari, maxime vero, si ipsis nitrota includãtur, & sine intermedio cinere aut sabulo igni violentissimo adhibeantur. Sed quia nostri non est instituti, Spagyricorum destillationes recensere, necillorum

d ma-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 50 sur 955

matralia, cucurbitas, ampullas, vasa, hermetica, circulatoria, sublimatoria, catinos, ollas & fornaces describere, destillationis præcepta nō vlterius persequemur: hæc enim multo facilius & citius praxi & manuum actione ediscuntur.

Plures autem non modo destillationes, sed præparationes aliæ à Chymicis, traduntur, vt sublimatio, cohobatio, exhalatio, euaporatio, exaltatio, & aliæ multæ, quarum pleni sunt eorum libri. *Sublimatio* dicitur, quando extractum vasis partē sublimem attingit, ibiq; subsistit. *Cohobatio*, quando id, quod prolectum est, denuo capiti mortuo redditur. Caput vero mortuum illius est velut exucca fex, & expers qualitatis excrementum, fit tamen interdum materia salis Chymici. *Exhalatio* est spirituum siccorum per calorem in aera dissipatio. *Euaporatio* humidorū resolutio. *Exaltatio* a non idem ac sublimatio designat. Est n. artificiosa præparatio, per quam res quodammodo immutatur, vt ad altiorem substantiæ & virtutis dignitatem perducatur; vt cum rude quidpiam crudumve maturatur & perficitur. Huic dicuntur inseruire maturatio & gradatio; maturationi, digestio & aliquando circulatio. *Maturatio* est exaltatio è rudi crudove ad coctum & magis elaboratum atque perfectum. *Digestio* est maturatio simplex, per quā res inconcoctæ & intractabiles calore digestorio coquūtur, & mitiores tractabilesq; reddūtur. *Circulatio* est liquoris puri per solutionem circularem, ope caloris in vase Hermetis, seu Pelicano, exaltatio. *Gradatio* vero proprie ad metalla pertinet. Est enim illorum ad bonitatis & perfectionis gradum maiorem exaltatio, qua pondus, & color, & consistentia ad excellentiorem gradum perducuntur. Sed ne longius à proposito digredi videar, Chymicis suas præparationes relinquam. Tractatio enim destillationum eo me impulit, vt hæc obiter attingerem, & velut parergon, ad latus, breuibus lineis depingerem.

Sublimatio. *Cohobatio.* *Caput mortuum.* *Exhalatio.* *Euaporatio.* *Exaltatio.* *Maturatio.* *Digestio.* *Circulatio.* *Gradatio.*

APPENDIX
De *Laboribus Pharmac. Quercetani.*

ETsi destillatio Spagyricum sit inventum, & in Spagyrica potius Pharmacopœa de ea agi conveniat, ita tamen hodie non tantum in officinis, sed apud vulgus quoque innotuit, vt destillationis modum plurimos se intelligere putare videam, paucos vero, qui ea in re aliud recti atque perfecti sciunt. Non possum itaq; nō summatim, quæ ad illam pertinent, hoc loco opportuno cōplecti, maxime cum id pharmacopœæ, quam informare & corrigere intendimus, sit opus haud minimum, reliquum, quicquid esse potest specialioris considerationis, in aliud, quod paramus, opus reseruatur?

Alchymia ergo seu spagyrica, quæ inter quatuor medicinæ columnas à nonnullis recensetur, quęque omnium corporum compositiones, & dissolutiones, eorumque præparationes, alterationes, atque exaltationes patefacit, illa, inquā, & destillationis quoque inventrix est, atque magistra. Vtitur namque ea septem operibus ac veluti gradibus, quibus tanquam organis quibusdam necessarijs rerum transmutationes instituit atque perficit. Per transmutationem autem hoc in loco intelligimus, cum res suam formam extrinsecam amittit, & ita alteratur, vt prorsus priori substantiæ, & formæ suæ pristinæ non sit similis, sed aliam nunc induit formam atque aliam assumit essentiam, alium colorem, aliam deniq; naturam & proprietatem. Exemplum esto, vt cū linteamen fit papyrus: meallum vitrum: pelles seu coria gluten: herba cinis: cinis sal, & sal liquor: mercurius res mobilis admodum quoddam fixum, vt cinnabrium & puluis. Septem autem isti operationum gradus sunt.

Quid transmutatio.

Septem operationes Spagyricæ.

Calcinatio
Digestio
Fermentatio
Destillatio
Circulatio
Sublimatio
Fixatio.

De quorum omnium vtilitatibus hic maximopere à nobis differi nihil attinet, cum eæ in hoc opere passim & alio quodam, si Deus vitam & otium concesserit, exactius sint manifestandæ & aperiendæ. Quanquam autem solutio seu putrefactio vt plurimum præcedat, aut certe præcedere debeat destillationem in ipsa praxi: placuit tamen primo loco de hac agere, tanquā de principāliori operatione, communiori, & ad quam reliquæ fere referantur, vel saltem propter eam fiant. Hic multa dici possent de destillationis Etymo: cur sic appelletur? An destillatio differat ab elixatione? item de antiquitate destillationis, de dignitate, eiusdemque vtilitate: An præstent destillata decoctis dilutisque? Sed ista omnia in aliud tempus sunt reseruanda.

Destillatio autem, de qua hic orationem instituimus, *est liquoris aquei seu partis humidioris in halitus à calore extenuatio atque elcuatio, & ob frigiditatem aeris in aquam conuersio.* Vel est *puræ & liquidæ substantiæ à dispositis adhæc corporibus extractæ per calorem.*

Destillatio quid?

Arabes, & qui eos secuti sunt complures, nonnunquam appellarunt sublimationem latiori nomine, quia in sublime vapores feruntur, sed spagiricis haud satis proprio. Nam alius gradus est à destillatione diuersus sublimatio, in qua in altum vapores à rebus siccis attolluntur, sed non vt in aquam degenerent; verum vt siccio-res, puriores, splendidioresque fiant, adhæreantque ad vasis latera & operculum. Neque enim, quod ad sublimationem proprie dictam pertinet, rostrato pileo opus est, nisi sit colligendi aquam animus, quæ exuudabit. Itaque, vt ex rebus terrestribus partes puriores separentur, sublimantur sulphura volatilia, & sales volatiles. Cum destillatio contra in aquam fluentem seu liquorem eas adducat, ex definitione destillationis facile patet, quænam sint ea, quæ destillari possint. Cum enim destillatio nihil sit aliud, quam *liquoris aquei seu rei humidioris in vapores extenuatio, & in aquam conversio:* satis inde constat, ea tantum destillari posse, quæ & humiditatem in se continent & halitus emit-

Quomodo differat destillatio à sublimatione.

Destillatio quid.

emittunt, qui rursus in liquorem fluentem cogi possint. Peripateticæ Philosophiæ Princeps Architectus Aristot. constituit discrimen inter ea, quæ exhalant, & quæ euaporant. Nam *exhalant*, inquit, *quæ à calido comburente fumum emittunt, in quo siccæ & humidæ partes ita coniunctæ sunt, vt non tanquam duo, sed vt vnum calido subiiciantur, & divelli vna pars ab altera non queat.* Quamobrem hujusmodi fumus neque madefacit, obsit cum combustum sibi iunctum, neque in spiritum vertitur, cum distrahatur, dissipeturque, sed magis inficit, quod in fumo lignorum videtur, qui, vt docet Albert. Magnus, ob siccum terreum adustum atro inficit colore, qui adhæret propter humidum, quod tamen cum exiguum sit, non continuus est, & durus apparet, nisi ab vnctuoso educatur. Tum enim nidorem appellant, quemadmodum è pingui, fuliginem, vt ex resinis fere omnibus fit fuligo. Quid vero intersit inter pingue & vnctuosum, Aristot. insinuat. Nam picem, ceram, thus & quæcumque picem habent, pinguia vocat: Oleum autem & quæcumque oleosa sunt, vnctuosa. Videtur itaque ex his, quæ Aristoteles prodidit, colligi posse, ligna, ossa, oleum, ceram, thus, & hujusmodi destillari non posse, cum horum fumi non madefacant ex ipsius sententia, *sed in aerem extenuentur, nec possint in aquam cogi.* Oleum enim ex sententia Aristotelis non incrassatur, neq; elixatur, quia non est vaporabile, sed exhalabile. Ad hæc cum idem dicat, myrrham, thus, & cætera, quæ lachrymæ appellantur, terrea esse, quæ autem talia sint, non exhalare, cum nequaquam liquantur: Quapropter frustra eorum instituetur aut suscipietur destillatio. Satis etiam perspicue idem Aristoteles asserit, mel, lac, oleũ, salem, nitrum & sanguinem in igne non euaporari, sed crassiora reddi: causamque adferens, ait, ideo id euenire, quod mel sit naturæ terreæ. lac aereæ, & aqueæ, & sanguinem (præsertim fibrosum) aqueæ & terreę, sed magis terreæ, sal, nitrumque ejusdem naturæ, quare incrassari igne, non euaporari.

Differ. inter pingue & vnctuosum & inter illa, quæ destillari possunt, vel non possunt.

At me hercule contrarium nos docet Philosophia Hermetica, ipsa experientia rationum victrice stipata. Nam ex prædictis omnibus stillatitij liquores elici possunt, sed per diversos modos, vti norunt id vel semestres Spagirici, & nos suis locis exactius docebimus. Nec est omittendum etiam illud Aristotelis, & prisci illius ævi ætate multa vera fuisse, præsertim quæ de hac dissolutionum ac eliquationum materia disputari possunt. Vera, inquam, non simpliciter, sed secundũ quid, quia ejusmodi operationes Chymicæ istis temporibus nondum innotuerant. Nondum sane cognitum erat, qua ratione liquores ex salicibus elicerentur, quæ vel corporum durissima metalla dissoluerent. Non olei ex cera conficiendi ratio, non sublimatio corporum fixorum atq; solutio, non coagulatio volatilium atque spirituum. Et vt brevibus rem comprehendam, ad externum & ordinarium naturæ calorem respexit vir ille, cujus vires, & exacte cognitas habebat, & quid in vnam quamque materiam posset, ita in artificialibus hisce ipsum aut non exercitatum fuisse, aut certe de ijs nihil prodidisse, satis constat ex ijs, quæ ab illo prodita ad hanc nostrã ætatem peruenerunt. Si enim cognitas habuisset operationes Chymicas, non ita scripsisset summus ille vir. Sed ex ijs principijs & fundamentis, quæ posuit ille, Geometricorum more & recte, & euidenter, & candide decrevit. At inquies, *vnius rei vnica tantum veritas.* At inquam, *veritas non est, nisi in animo percipientis: veritas*, inquam *considerationum & operum artis, nentiquam vero scientiæ, quæ perpetuo vna est & simplex.* At artis veritas etiam variat, pro artificum ingenio, industria, & inventionis modo, pro quorum diversitate effectus sæpe contrarij consequuntur. Ergo Aristoteles excusandus est hac ratione, & præterea ei gratia quoque habenda, quod tam vivis, & tanta facilitate comprehensibilibus ac externis rationibus posteritatem docuerit. Non tamen ita suspiciendus est, vt huic nihil detrahi, nihil demi posse videatur. Nam artes contrarium docent & ex his potissimũ nobilissima illa pharmacopœa, quam artificiosam appellamus, & à Spagirica nihil nisi nomine solo, differre existimamus.

Hermeticorũ Philosophorũ sententia de derebus destillandis.

Itaque longe aliter atq; diversa ratione de rebus hodie decernendum, statuendumq; est, postquam tot aquarum, tot liquorum, tot præparationum genera (quod dixerim ipsis priscis, si reuiuiscerent) miracula futura sunt introducta.

Enimvero si vel Hippocrates, vel Aristoteles, vel ipse etiam Galenus nunc reuiuisceret, obstupescerent sane tot ornamentis artem hanc adauctam atq; illustratam, tot novis inventis ditatam, tot mirificis operationibus confirmatã. Quod si nuperus illæ Budæus, lumen illud Galliæ, & vniuersæ adeo Europæ præcipuus literarũ cultor & restitutor, conjugis meæ avus, in vltima hac ætate miratus sit Chrysulcam aquam, quam fortem vocant, dissoluere metalla, quod tamẽ illo seculo non vsq; adeo infrequens erat, quid quæso facerent aut dicerent illi, qui nihil istorum nec cogitarunt, ac ne subolfecerunt quidẽ? Verissimum itaq; est, quod sapientum quidam Medicorum nostri seculi ait: *Creuerunt cum ingeniis & ipsæ scientiæ, artesque magnã & inæstimabilia incrementa sumpserunt.* Sed vt (quod nostræ ingenuitatis sit atque modestiæ) tueamur, quantum licet priscos illos Athlantes, fatebimur vel vltro, eo caloris modo, hoc est, externo, eoque artificio ignis vulgari, de quo Aristot. loquitur, & rusticis ac coquis notissimo, dissolui ea non posse atque destillari: At posse tamen & dissolvi, & separari, in sua principia ingeniosis machinationibus artificum, in regimine ignis tam interni, quam externi, nos in hoc & alijs nostris operibus methodo perfacili docebimus atque declarabimus.

Budæus.

Destillationis modi diversi sunt pro diversis rationibus, modis atque subiectis, vnde diversæ destillationis differentiæ exurgunt. Prima à reb. à quibus humorem vel liquorem elicimus, desumitur. Nam alio modo mel, alio sulphur, alio vinum, alio cera, alio terebinthina, gummi, vt mastiche, euphorbium, styrax, & reliqua ejusmodi; alio sales, alio herbæ, alio radices, alio flores, alio denique semina destillantur.

1. *Varia destillationis differentia.*

Secunda ex differentia liquoris stillatitij desumitur: nam aliter aquæ seu stillatitij liquores,

2.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 52 sur 955

longe autem diuerso modo olea ipsa eliciuntur. Exempli causa ex herbis, floribus, radicibus & seminibus non siccis, sed virentibus aquæ per simplicem destillationem eliciuntur sine admixtione alicujus liquoris. At ex radicibus, herbis, floribus & seminibus siccis, & odoratis præsertim, mediãte aqua, aut quouis aliquo alio liquore admixto, olea supernatantia eliciuntur.

3. Tertia differentia à materia & figura vasis dependet. A materia: nam aliud est terreum, aliud æneum, aliud plumbeum, aliud vitreum. A figura: alius namque destillationis modus per alembicum, alius per cornutam, alius per matracium, alius per pellicanum, &c.

4. Quarta à vasis situ: fit enim vel recta cucurbita, vel incurua aut inclinata, cujusmodi destillationes per ascensum dicimus, seu cum vnius matracij (quod vocant) seu cucurbitæ collum in alterius collum immittitur, quod bociam contra bociam, vel botum barbatum destillatores chymici nuncupant. Nimirum quando per concursum vasa ita iunguntur, vt alterum alterius os excipiat, idq, diuerso positu & situ recto, obliquo, procumbente, &c. Atq; his fere destillantur, quæ difficile ascendunt, succiq; minus habent. Multa etiam per descensum destillantur, vase eo, quod materiam continet, inuersim alteri imposito, qui modus per descensum vocatur, & cõtrarius est ei, qui fit per ascensum. Per descensum destillantur gagates, & varij generis ligna, vt Gaiacinum, iuniperinum & resinarum genera. Quod si vero accipiamus latius destillationis nomen, vt sit humidi eductio à calore, ad hanc etiam referri poterit ea, quæ per descensum fit inuerso cucurbitæ ore.

5. *Quatuor ignis gradus.* Quinta à gradibus ignis, qui sunt quatuor, primus, secundus, tertius, quartus. Primus est lentus, qualis est ignis baluri aut vaporis: secundus cinerum: tertius arenæ vel scobis ferri: quartus est ignis nudus, vt vocant.

Cum primo aut secundo ignis gradu destillamus per ascensum: cum tertio & quarto, per cõcursum & descensum. Sic destillantur olea ex salibus, vt sale communi, vitriolo, & reliquis hujusmodi. Item

Destillatio complectitur sub se tanquam partes ac veluti succenturiatas, aut certe haud multum absimiles operationes.

Exaltationem
Exhalationem
Circulationem
Rectificationem
Cohobationem

Exaltatio quid. Exaltatio est *superflui & impuri humoris à puro euaporatio*, in quo differt à destillatione, in qua liquores extrahuntur specie vaporis congelati in liquorem seu aquam.

Exhalatio. At *exhalatio fit penitus euaporato humore aqueo, idq; sola cucurbita absq; pileo, aut patella vitrea*, cuiusmodi operatio frequens est & consueta in parandis extractis, essentia croci, sennę, radicum omnium, rhabarbati, hellebori, & similibus, vti docebimus.

Circulatio. Circulatio est *frequens & crebra rei destillatæ ascensio in vasis ad id accommodatis*, sitque per se, sine fæcibus in organis, quæ pellicani artificib. appellantur.

Rectificatio. Rectificatio est *repetita liquorum destillatio*, quo multum purificentur; & magis exaltentur.

Cohobatio. Cohobatio *est quoq; destillationis repetitio*, qua liquor destillatus rursus fæcibus affunditur & denuo destillatur, vt fit in arcano vitrioli.

Porro per destillationem omnes aquæ liquores & olea proliciuntur ex omnibus lignis, herbis, seminibus & floribus. Ex omnibus vero pinguibus oleum potissimum extrahitur.

Non sufficiat pharmacopœo simplicem tenuisse destillationis modum, de quo jam egimus in genere, sed opus habet insuper, vt præparationes sibi inseruientes exacte cognoscat, si, vt industrius pharmacopœus debet, suas res ex arte parare velit.

Operationes Chymicæ, tam Medico, quam pharmacopœo cognitu necessaria sunt. Ejusmodi autem sunt fermentatio, concoctio atque digestio. Quas operationes si rite intellexerit, naturam quodammodo imitatus, varias pulchras atque vtiles præparationes efficere poterit. Nec pharmacopœum tantum easdem noscisse par est, sed ipsum etiam Medicum, pharmacopœis præcipientem, si suo honori & ægrotantium saluti consultum velit. Sed talia hodie ita in despectum abierunt, vt vel negligant ista multi, vel certe supercilioše contemnant, nescientes nimirum, quid vtilitatis eiusmodi præparationes in recessu habeant. Et certe non video, cui potius causæ ejusmodi pertinacissimum despectum tribuam, nisi meræ ignorantiæ, cum satis notum sit, non contemni aliquid, nisi ab ignorãte. Necessitatem aspiciant vitæ nostræ, vt discant eam coegisse nos quærere præparationes ciborum ad alimenta corporis necessariorum, in quibus tamen præparandis tanta forte necessitas non fuit, quanta debet esse in præparatione medicamentorum sanitatis causa generatorum. Respiciant frumenta, quæ non cruda, qualia ex terra emerserunt, statim pro cibis offeruntur, sed separata prius palea & furfure in farinam rediguntur, quæ etiamnũ non cruda, sed fermentata rite probeque subacta pinsitur & coquitur, vt fiat panis aptus nutritioni. Non itaque vnica tantum & simplex præparatio est panificium, sed multiplex, artificiosa, & insigne magisterium. Nam fermentationem consydera, qua panis leuis & ad nutritionem aptissimus fit, tantoque leuior atque salubrior, quanto magis fuerit fermentatus. Ponderosior vero tanto, nutritioni ineptior & insalubrior, quanto minus fermentatus fuerit. Quæ sane præparatio si non præcedat, sed farinæ simplici aqua affusa, & ita cocta, pro pane, glutinum naturæ noxium parabis. Nunquid vides, vt amylum, res tenacissima, sola aquæ infusione paretur? aut panis non fermentatus, si cum modico aquæ irroretur, digitisque subigatur, in tenacem, ceream, & prorsus glutinosam substantiam abeat? Quid igitur putas futurum in stomacho atque visceribus, præsertim debilioribus, si ejusmodi offeratur? nempe talis nihil aliud, quam obstructiones, materiam calculosam, & plurimorum morborum seminaria procreare potest. Quapropter in regimine therapeutico ejusmodi vsum, cujusmodi sunt placentæ farinaceæ pistæ (fougasses vocant Galli) pistoria opera & similium pastarum non probe fermẽtatarum curiose in-

Panificii præparatio qualis.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 53 sur 955

se interdicere solent. Nec tamen, quod mirum est, satis attente ad causas, cur id faciant, advertunt. At sciant, eam solam ob causam fieri potissimum, quod pastæ, ex quibus ejusmodi panes fiunt, non rite sint fermentatæ. Tantum prodest hæc præparatio, vt Pharmacopœo omnino cognitu sit necessaria. Hæc quippe attenuat omnem substantiam, hanc soluit à suo corpore & impuritate terrestri, vt apta fiat postea ad producendum verum balsamum radicalem atque spiritum viuificum. Huius solius fermentationis beneficio (vt postea pluribus patebit) eliciuntur aquæ vitæ ex omnibus seminibus farinaceis atque adeo ex ipsis etiam rosis, denique ex omnibus floribus, herbis, & in universum vegetabilibus cunctis. Per hanc fermentationem seu fermentum hoc naturæ pari modo omnes corporis nostri humores attenuantur subtiliantur-que. Hinc cognoscas licet, quemadmodum vel modicum acidi fermenti vniuersam pastam fermentat, & panem leuissimum, atque concoctu facillimum reddit, qui alioqui futurus erat grauis, & ad digestionem ineptus: ita etiam per eandem viam fermentationis, quæ consistit in liquore quodam acetoso naturæ, nostros humores attenuari, atque ad excretionem disponi, ideoque sunt quædam acida, quæ sudores mouent, quamuis ea ex Medicorum vulgari sententia sint frigida. Et sane qui ejusmodi præparationem, quæ per fermentationem fit, panificio non adhiberet, sed tantum grana frumenti, sicut à natura producta sunt, aquæ incoqueret, quid quæso gratię tã nobili alimẽto conciliaret? Quid vtilitatis adferret naturæ? Imo quid non molestiæ eidem ex re alioquin nobilissima vtilissimaque crearet? At parantur hoc modo, atque hucusque medicamenta in officinis. Non dicam homines absque panificio etiam fermentato viuere non posse. Notum enim est, & tradunt historiæ, plures nationes magna ex parte simplici hordei, aut leguminum vel radicum (vt hodie solent Indi Americani) decocto vivere. At nostros homines absque eo æque commode atque salubriter victitare posse, illud vero pernego. Digni sunt profecto, qui alia comedant, qui nolunt meliora. Nimis crassa hercle ista medicatio, & suis cultoribus tantum digna. Referamus, exempli gratia, quod omnibus notum est, quid agatur cum vino. Hujus pulchram præparationem, qui non attento & philosophico animo contemplatur, non meretur sanè, vt bibat. Primum separãtur racemi, vinacea, pelliculæ, tum exprimitur succus, hic rursus in dolijs suamet natura effervescit, spumam ejicit, fæces deponit atque tartaream materiam, donec depuretur perfecte. Quæ profecto præparatio, licet naturalis quodammodo sit, iuuatur tamen ab arte. Frustra namque vinum à natura præstoleris, si non exprimas succum, & rite præparatum in dolia infundas. Nec similis vtilitas ex vuis, quæ ex vino. Helueticos milites nonimus, ceu strage quadam, vinera obruisse, vuasque magna voracitate depauisse. At quid accidit? Nimirum crudum nõ coctum, nec rite fermentatum vinum, quod vorare, quam bibere maluerunt, voracitatis inconsideratæ (licet forte ob famem vtcumque necessariæ) dederunt pœnas. Nam dysenteria paulò post maxima eorum pars interijt. Salubrius & lætius egissent, si quo vnice gaudent, merum perfectum & rite fermentatum fuissent præstolati. Quid dicam de reliquis cibis? Carnes non crudæ, sed debite coctæ atque conditæ comeduntur. Eadem quoque ratio est in alijs cibis.

Fermentationis cognitio omnino necessaria.

Ad vini perfectionem quales requirantur operationes.

Nunquid vides, vt industriæ percupidæ mulierculæ nonnullæ, suis ægrotantibus ex carnibus & volatilibus, parare norint colaturas, gelatinas consummata? At hæc extracta sunt. Separantur quippe terrestria à laudatiori substantia, & ægro conducibiliori. Cur non idem facimus de medicamentis? Ægri certe natura, jam plus satis prostrata, crudos istos cibos sustinere nequit, sed ab ijs patitur, aut etiam succumbit. Quanto istud magis fiat à medicamentis non rite præparatis, & ab impuriori sua substantia seiunctis? Nihil profecto aliud, quam impedit ejusmodi impuritas, quo minus medicamenti vis gemina cum hoste suo, morbo, inquam, eiusque causa congrediatur, eumque vincat, commode atque perfundet.

Extractorum præparandorũ ratio, mulierculis haud ignota.

Quid igitur fiet de ijs medicinis, quæ non tantum cruditatem in sé continent, sed malignã quoque qualitatem aliquam: & talem non separatam aut rite præparatam, vel castigatam etiam porro exhibere audebimus? Solent, & (proh dolor) solent ac nimis vere sæpe, inquam, solent, ejusmodi decocta, puluerata, mixta, nec alio ullo artificio parata medicamenta ægris plus molestiæ (ne quid grauius dicam) adferre, quam solatij atque auxilij. Non itaque spernendæ aut negligendæ sunt ejusmodi præparationes, concoctiones, inquam, digestiones & fermentationes. Nam hæc si fiant, ad imitationem fient naturæ, quæ ijsdem vtitur operationib. ad perfecte maturandos fructus, resque, qua producit vniuersas. Sed pergamus.

Crudorum pharmacorũ, & sine artificio digestorum quanta incommoda.

Aristoteles in *quarto meteorũ* tres constituit πέψεως siue concoctionis species. Prima est πέπανσις, quæ est humoris in humido semine existentis & indefiniti à calore naturali facta concoctio. Modus autem hic concoquendi, maturãdi atque perficiendi plantarum & reliquãrum rerum semina, vt germinent, & fructus vberrimos producere possint, est opus solius naturæ, quæ pro instrumento vtitur illo calore viuifico, qui elemento stellarũ proportione respondet, vt idemet ait Aristoteles. Hunc ars si nõ imitari, ipsius tamen sequi vestigia potest. Secunda, concoctionis species est ἕψησις seu elixatio, quæ est indefiniti in humore existentis concoctio, ab humido calore facta. Tertia & ultima est ὄπτησις seu assatio, quæ est ejusdem interminati à calore arido, & alieno facta concoctio.

Concoctionis differentia.

πέπανσις.

ἕψησις.

ὄπτησις.

Hæ duæ vltimæ concoctione ab arte præsertim fiunt, circa quarum moderationem diligentes pharmacopœos erudiemus, diligentes, inquã, & verorum Medicorum artisque obseruantes, non nugiuendulos, qui candelas, faces & nescio quid ridiculi conficere, atque diuendere malũt, & mercatoria merce officinas suas opplere, quam veris artis operibus incumbere, suamque & artis, quam temere profitentur, dignitatẽ tueri. Sint igitur pro liberalibus mercenarij &

Legitimi & veri Pharmacopœi à spurijs distinguũtur.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 54 sur 955

sordidi, non artifices, artisque (quotquot sunt humano generi summe necessariæ, & almæ medicinæ famulæ) cultores, sed mercatores, mechanici, spem in pompa collocantes atque lucro. *Hostem in vrbe malim videre, quam hos nebulones. Ab illo enim cauere norunt sibi ciues: at ab istorum perfidia, quam vel ignorantia, vel malitia, vel sane negligentia sua præstant, quis sibi cavebit, nisi qui eosdem extra vrbium pomeria eiiciet atque exterminabit?* De impostoribus hoc dico, & Pharmacopœis titulum falso vsurpantibus, ac mercatoriam auaritiæ causa cum ea confundentibus, non de candidis, bonis atque diligentibus, ad quos hic noster labor pertinet, quibusque hæc nostra studia & admonitiones in salutem plurimorum, ipsorumque laudem & emolumentum dicata sunto.

Sed latius digressi sumus, ac forte extra ipsa etiam instituti pomeria: placuit tamen in re non parui momenti, vtrumque hoc loco arrepta occasione & nostram sententiam proferre. Nunc vero ad propositum redeamus, ad digestiones, inquam, tantopere operibus pharmaceuticis necessarias, quarum vtilitates ad purificationes & exactas atque veras omnium rerum concoctiones facile percipient, qui eas rite adhibebunt. Opus est tantum vel vnico Balneo Mariæ, vel saltem cacabo pleno aqua, quæ vel tepida, vel calida ad ignem, si opus sit, reddi possit. Nam differentias & earum regimen postea trademus. Hoc medio apozemata atque decocta pura & clarificata parabuntur, non vt illa, quæ vulgo oui albumine repurgata, hoc est, crasso illo modo parata, vel vnius quartæ horæ spatio omnem fæcem in fundum deponunt, quam tamen iterata agitatione cum liquore perfusam misero ægro obtrudere non erubescunt. Has fæces paucis aliquot horulis separabimus per digestionem, viribus nihilominus integris seruatis, aut certe etiam longe valentioribus redditis, dempto nimirum eo, quod laudatioris essentiæ vim atque actiones obtundere, obfuscare, aut penitus impedire posset.

Necessitas & utilitas digestionis.

Sic solatio erimus ægris, sic naturam eius tuebimur, morboque minore ejus molestia fræna iniciemus, donec à natura specifici medicamenti ope adiuta penitus extirpetur exterminetutque.

Eadem porro digestione perfecte depurantur succi radicum, foliorum, florum, uti docebitur in progressu. Et quod magis etiam est, dum digeruntur, coquuntur etiam, hoc est, dulcorantur, atque per Balneum Mar. humido liquore seu vapore separato syrupi consistentiam rediguntur, quem diu seruabis absque melle vel saccharo. Vt vel hinc constet, verissime ab Aristotele prolatum, *omnia concoctione dulcescere*, id, quod experientia vere confirmat. Aut ne quid noui introducere videar in officinas, & à Pharmacopœorum communi methodo, duas tertias tamen sacchari minus, quam solent, in rite digesto atque concocto succo addendas suadeo, vt palato magis deseruiam. Exempli gratia, in quo syrupo antea posuerunt sacchari lib. iij. iam vnam tantum adjicient, eritque talis syrupus minoribus paratus sumptibus, nihilominus longe vtilior, & qui longe minori possit exhiberi dosi, quæ tamen communibus illis longe sit efficacior. Nam cochlear vnicum *syrupi de succo rosarum pallidarum* hoc modo parati sufficiet ad euacuationem sufficiētem moliendam. Cum interim syruporum, vt vulgo solent confici, vix plures vnciæ sufficiant. Nec mirum, quid enim aliud fere in ijs, quā saccharum cum minima succi quantitate? At notum est, saccharum nec purgare, nec refrigerare, quod tamen conditio *syrupi rosarum pallidarum* maxime requirit. Sed de his prolixius suo loco agemus.

Omnia concoctione dulcescunt.

De commodis autem & incommodis medicamentorum Chymicorum pulchrè disserit Primi Rosius diligentissimus.

Quidam, inquit, remedia omnia Chymicè præparata negligunt & reformidant. Alii contra, ea supra modum extollunt, Galenica autem quæ vocant, id est vulgari, & jam pridem recepto modo præparata vilipendunt, & contemnunt. De vtrisque autem agemus, medium siquidem tenuere beati. Et sicut ferme quicunque inter populum grassantur errores, à Medicis olim primum profecti sunt, quorum placita populus nō probè intellexit, ita & de hoc sentiendum. Itaque de prædictis pauca dicenda sunt. Ostendam igitur hoc capite non esse negligenda remedia Chymica, à prudenti Medico, & viro bono administrata. Hæc enim medicamenta præparandi ratio, non à Paracelso inventa est, vt alibi diximus, sed multis ante Paracelsum natum seculis exculta fuit, ab ijs etiam Medicis qui Galeni doctrinam sectabantur, vt Raimundo Lullio, Villanovano, alijsque quamplurimis, qui remedia quædam laudatissima nobis reliquerunt Chymicè præparata. Et post Paracelsum natum plurimi inter Medicos doctissimi Chymicam medicamentorum præparationem à Paracelsi doctrina judiciose distinguentes, illam sequuti sunt, hanc autem improbârunt. Fernelius recentiorum Medicorum princeps artem istam excoluit maximè. Spiritu vitrioli & antimonio Chymicè præparato Matthiolus vtebatur, & Epistola ad Andream Blaw quæ vltima est lib. 4. Epistolarum, non solùm hanc artem probat, & opera ipsius mirifica celebrat; Sed censet neminem absolutum Medicum esse posse, & ne mediocrem quidem, qui in hac nobilissima scientia non sit versatus. Crato trium Imperatorum Medicus in consiliis à Scholtzio editis, Chymica admodum commendat, ijsque se uti profitetur. Ipse Erastus Paracelsicæ hæreseos debellator, in præfatione operum Antiparacelsicorum, fatetur se non improbare Chymicam hanc præparationē, quam laudat & probat maximè. Iohannes Riolanus Medicinæ elegantissimus interpres dū Paracelsistarum machinas omnes jussu scholæ Parisiensis deleuisset, rectè scribit, scholam hanc quæ præstantissimos Europæ Medicos habet, liberum relinquere vsum Chymicorum, modo vetus medendi ratio secundum Galeni & Hippocratis præcepta, maneat. Erat quidem ars ista temporibus Galeni ignota & inculta, non respuenda tamen. Licuit enim posteris & licebit, arti iam probè constitutæ, addere quædam ad vsum & ornatum. Sic remediis multis vtimur,

quæ

quæ ignorabat majorum ætas, ut Senna, rhabarbaro, caſſia, tamarindis, alijſque peplio, colocyntidi, ſimilibuſque præferendis. Sed præterea in vulgari medicamentorum præparatione apparent Chymicæ artis rudimenta; Præparantur autem ſecundum illos omnia medicamenta, vel additione, vel detractione, vel immutatione. Deſiderantur enim medicamentorum vel materies, vel facultas & virtus à materia ſecreta. Materies quidem in medicamentis incraſſantibus, adſtringentibus, ſiccantibus. Virtus ſola in attenuantibus, diaphoreticis, purgantibus, quoniam illorum efficaciæ materiæ craſſities obſtat. Ad id Meſues quatuor facit operationum genera, coctionem, lotionem, infuſionem, triturationem. Quid eſt infuſio, quam extractum inchoatum? quid coctio, præcipuè aſſatio quam principium calcinationis? Verum in hac ſeparandi ratione quam exoptabant, neceſſariamque veteres exiſtimarunt, ars Chymica excellit, nam varijs modis pura ab impuris ſeparat, ſicque medicamentorum varias vires elicit, & aperit, quæ alias Sopitæ fuiſſent, nec à calore naturali unquam educi potuiſſent, ut præcipuè apparet in mineralibus. Præterea ſubſtantias terreſtres, coquit, attenuat, malignas & venenatas alienaſque qualitates alterat, aut prorſus tollit, virtutes auget, plus enim virium eſt & efficaciæ in aqua cinnamomi adverſus Syncopen, alioſque affectus, quam in integro cinnamomo. Idem de oleis deſtillatis, & extractis cenſendum eſt, efficacius eſt oleũ thymi, aut ſulphuris, aut caryophillorum, ſimplicibus ijs ex quibus extractum fuit. Demum plurima naturæ magis familiaria, & amica efficit, variasque vires in exiguam molem contrahit; vt in extractis, aquis, oleis diſtillatis, ſalis varijs generibus & alijs. Cum igitur Medici officium ſit, vt citò, tutò & jucundè curet, haud dubiè id melius faciet inſtructus Chymicis medicamentis, quorum efficacia major, citius operatur, quantitas minor, & præparationis elegantia ad jucunditatem faciunt. Sed dicet forſan quiſpiam: Caruit majorum ætas Chymicis medicamentis, qui melius quàm nos medebantur, & contingit adhuc quotidie, vt abſque illorum vſu mira plurima perficiant Medici. Id quidem non eſt negandum, ſic veſcebantur olim homines glandibus, & diu vivebant, inventis tamen frugibus glandes contemnimus, & porcis relinquimus. Quod ſi veteres ipſi (quorum antiquiſſimus ſuo tempore novus fuit) nihil majorum ſuorum inventis addidiſſent, inchoatas tantum haberemus artes ſingulas. Deinde ſi eas perfecerunt curas tardius tamen & minus jucundè. Additæ igitur fuerunt operationes Chymicæ, ad ægrorum ſolatium, artis decus & ornatum, non quidem vt abſolutè, ſed vt melius & commodius Medici medentur. Quædam tamen deterrent plurimos ægrotantes ab horum remediorum vſu. Primum eſt, quod putent omnia Chymicorum remedia eſſe valentiſſima, curare ſtatim, vel occidere, & eſſe remedia, vt vocant, deſperata, citò quidem & jucundè opus ſuum perficere, ſed minus tutò, & quandam poſt ſeſe labem inviſceribus relinquere, quæ nunquam, aut vix poſtea eluatur. Satius autem eſſe putant, tardius curari, modò tuta, & ſecura ſanitas ſuccedat. Sat citò, inquit vulgare proverbium, ſi ſat bene. Verum hæc ex ignorantia iſtius artis originem habent, & quorũdum nebulonum audacia, qui ſolum vehementiſſimis vtuntur, & præpoſtera operatione præparatis: non enim quælibet Chymica præparatio cuilibet medicamento convenit. Mercurio dulci utimur innoxiè, eodem ſublimato, aut præcipitato, non niſi cum vitæ diſcrimine. Plurima n. habent Chymici medicamenta valde benigna, minimumque violenta. Eadem ſiquidem eſt materia medica pharmacopæi Chymici & vulgaris, ex vegetabilibus, animalibus, mineralibus, & omnibus tam benignis quàm violentis, quæ in vſum medicum venire ſolent. Præparatio autem Chymica in violentis quæ noxia ſunt, emendat, aut tollit, ſecuriora ea gratioraque efficit. Quin etiam cardiaca & roborantia habent Chymici quamplurima, vulgaribus ſæpe elegantiora, Sed ſæpiſſimè plurimi morbi vehementiora poſtulant, qui imbecilliorum vim contemnunt, & eludunt, validioribusque vtebantur Hipp. Galenus, Aëtius, alijque veteres, quam plurimi Chymici ſolent. Extremis enim morbis extrema exquiſitè remedia conveniunt, ex decreto Hippocratis, aphoriſm. 6. lib. primi. Et Galenus ipſe 5. meth. cap. 15. reprehendit Eraſiſtratum, qui levioribus ſolum utebatur, quod noxium eſſe in gravibus & periculoſis morbis contendit, in quibus ſi occaſio quæ præceps eſt elabatur, vel pereunt ægri, vel inemendabiles ægritudines fiunt. Magis igitur familiare eſt Medicis, qui Galenici dicuntur, id eſt veterem ſequuntur diſciplinam, validiſſimis vti medicamentis, quæ Chymici aut rarò in uſum adhibent, aut ſaltem melius præparata. Nec verum eſt à Chymicis omnia valentiſſimo ignis calore præparari, ſæpiſſimè mitiſſimus calor adhibetur; Sed præterea ipſe Galenus docet, igne valido pharmaca plurima acrimoniam, & mordacitatem omnem deponere, & certum eſt arte hac Spagirica dicta, & ferociſſima medicamenta edomari, & plurima aliàs venenata, ademptis deleterijs partibus, evadere cardiaca.

Cauſa etiam altera, cur plurimi Chimica hæc reformident, quia creduntur ſcilicet uti metallicis. Et ſanè certum eſt plurimos nebulones, qui hoc pallio technas ſuas tegunt, metallicis ſæpè, & malè præparatis, & malè adhibitis vti. Verum, vt jam ſupra diximus, eadem eſt materia & ſubjectum operationis, Pharmacopęi vtriuſque tàm Chymici, quàm vulgaris, nec minus vegetabilibus vtitur Chymicus, quam qui dicitur Galenicus, facileque erit illi ægris ſuis, ſi mineralia nimium adverſantur, ſola vegetabilia adhibere. Sed tamen magis erat familiaris vſus metallicorum veteribus Medicis, ante Chymiæ inventionem, quam nunc eſt. Plurimos enim Chymicos novi qui rarò ijs vtuntur, ſola vegetabilia fermè in vſum revocans. Fidem ſiquidem faciunt veterum libri, illos vti ſolitos chalybe, ære uſto, æris ſquama, alijſque ejuſmodi, aut nullo modo, aut leviter ſaltem præparatis. Squama æris integra purgat vehementiſſimè. Farina ſubactam, inquit Dioſcorides, quidam dant in catapotio. Æs vſtum, inquit, vomitum ciet cum hydrome-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 56 sur 955

lite potum, flos æris quatuor obolorum pondere datus crassum humorem extrahit. libr. 5. Armeno lapide vtuntur quamplurimi minimè præparato. Nonne maximè probanda est ars illa quæ si quando ijs vtitur, variè & eleganter præparata, non integra exhibet. Dioscorides argentum adversus venenum aconiti conferre scribit. Avicennas verò vult cordis tremori adversari. Si igitur veterum authoritas apud nos alicujus est pretij, non est Chymicis vitio dandum, quod interdum metallicis vtantur, cùm idem vitium, si vllum est, Galenici dicti admittant: in eo autem superentur à Chymicis, quod ea elegantius ita præparent, vt minori cum noxa possint exhiberi. Marthiolus Epistola citatâ, rectè scribit, graves Chronicosque morbos, vix absque metallicis superari posse & evinci, eadem autem absque Chymiæ cognitione non esse administranda. Et familiaris est vsus aquarum thermalium, quæ omnes vim metallicam in sese possident. Sed objiciet forsan quispiam, metallica omninò esse venenata, & inimica naturæ, & in actum non posse deduci; Etsi autem hæc quodammodo de pluribus mineralibus vera sint, non obstat tamē quia eadem bona fieri possint remedia in contumacibus morbis, qui valentiora præsidia postulant, estque hæc omnium medicamentorum natura, vt nostrum corpus alterent, nam vt diximus, extremis morbis extrema remedia competunt. Hinc contingit interdum, vt Empirici quidam temeritate sua morbos ab alijs relictos, cum Medicorum dedecore curent. Si igitur minus scrupulosè veteres iis integris vtebantur, quàm fœlicia sunt nostra tempora quibus eadem tam eleganter præparare, solvere solemus, vnde facilius à calore nostro in actum deduci possunt: quamvis, vt verum fatear, plurima sunt, quæ non magnam postulant deductionem ad actum, vt squama æris integra, sicut eam veteres præscribebant, à calore nostræ indomita, purgat tamen vehementer. Avicennas vbi aurum statuit medium inter argentum, & hyacinthum, illis tribuit virtutem corroborandi, lætificandi, & veneno resistendi, quas vires ait ab hyacintho promanare, sicut à magnete vim trahendi ferrum, nec dissolvi ac superari à calore nostro, sicut solent vegetabilia: id, enim inquit, substantia, ejus non patitur, sed tantum calor naturalis illius penetrationem juvat. Nō videtur igitur ex sententiâ Avicennæ in actum reduci hyacinthus, nec aurum nec argentum, & à calore nostro nec transmutari, nec dissolvi. Multa quoque sunt similia quæ etiam solo contactu juvant, ut pœoniam Galenus commendat collo appensam, lapidem nephriticum Monardei etiam brachio alligatum, sola scilicet qualitatis diffusione luminis instar, plurimâque ejusmodi à varijs observata fuerunt, quæ recensere foret tædiosum. Præterea non sola metallica, sed etiam vegetabilia quædam venenata existunt, quæ salutariter tamen exhibentur, eâ saltem dosi cui natura resistere potest. Cum igitur certum sit à Chymicis præparari mineralia, eorumque olea, essentias, tincturasque extrahi, certum quoque esse debet, posse commodè, & sine periculo à calore nostro edomari, & intus assumi.

Quamvis supra in genere probaverim Chymicam remediorum præparationem, sciendum tamen, non quælibet quovis Chymico artificio permutata, esse bona, & salutaria: nam plurima haud dubiè præparantur pessimè, quæ forsan aliud genus præparationis postulabant, illam igitur philautiam quæ sua innumeris prædicant encomijs & omnibus alijs præferunt, retundere oportet. Non sunt enim in promittendo parci, miracula se edituros nobis persuadere cupiunt, remedia obtrudunt, quæ, si fides illis habenda est, ad omnis generis febres, ad varios morbos, quos etiam omninò contrariæ causæ produxerunt debellandos; Quis illorum non prædicat auri solutionem, quam probabile aurum vocant, varias conficiendi rationes, docet, extollit, admiratur? Sanè si omnes hoc vnicum remedium præparandi rationes simul describerētur, justum fieret, integrumque volumen, & sunt tamen falsissimæ, omnesque meræ impostura, & tamen audacter remedij nondum inuenti efficaciam prædicant, idemque de alijs multò facilioribus sentiendum: multa enim obtrudunt pro tincturis, oleis, sale, quę tamen aliud quippiam sunt, quam id quod esse dicuntur, vt de plurimis in specie ostendi posset; sed foret hæc tractatio nimis longa, & tædiosa. Rationes tamen illorum audiamus, quas primo capite terigimus, eas hic breviter repetemus. Vulgaria, inquiunt, venenata esse solent, vt cathartica fere omnia, & alterantia quamplurima, crocus, cicuta, coriandrum, si quantitate nimiâ assumantur. Chymica autem à veneno sunt omninò libera, & ab impuritate omni, quæ vim remedij frangere potest. In vulgaribus autem manet hæc eadem impuritas, quæ aliorum permistione non magis emendatur, quā si aves cum nidis, intestinis, stercoribus, sed abjecto cinnamomo, vel saccharo coquerentur. Sed pilulæ, electuaria, tabellæ, opiatæ, omnem tum noxiam, tum vtilem vim remediorum habent, quæ ideò commodè à calore in actum deduci nequeunt. In Chymicis contrà pugnantes rerum vires noxiæ ab vtilibus separantur, facilius ad actum deducuntur, majoris sunt efficaciæ & certitudinis. Mel & saccharum, quæ varijs addunturremedijs, quia Spiritus acutos continent, acres, tetrosque fœtores, malè admisceri videntur. Coctionem pariter improbant, quia sic plurimæ vires pereunt, sapores ingrati remanent, & vires alieni humoris permistione retunduntur. Sua igitur commendant ob puritatem, securitatem, efficaciam, saporis gratiam, minoremque dosin. Et sanè in plurimorum, maximè mineralium, præparatione hæc omnia locum habent, & sunt verissima. Non tamen semper in omnibus. Et primò, falsò supponunt omnia venenata esse, malè enim quicquid crassius est, venenum vocant. Vix enim vllum corpus mistum est, quod non sit heterogeneum, varijsque constet partibus, quarum singulæ seorsim varias obtinent facultates salutares, & vtilissimas, vt ipsa resolutio Chymica demonstrat. Fatendum quidem est, multa venenata Chymico artificio fieri innoxia, At quicquid impurum est, aut videtur, statim vocare noxium, & venenum temeritas est, cùm non absque summa naturæ providentia, eiusmodi

modi variarum rerum permistio facta sit. Id docent cibi & potus, quibus non sine causa Deus partem vtilem invtili admiscuit, ad vsum humani corporis. Annon commodius vino vtimur, quam spiritu ejus, cujus potus ordinarius nocet, potius quam juvat, at vinum integrum vtilem, jucundum, roborantemque potum corpori suppeditat. Igitur, vt rectè dicebat quispiam, quibus partes terrestres adeò suspectæ sunt, Spiritus alendi forent. Spiritu vini, oleo frumenti, carniũ extractis. Non quod præparationem necessariam esse negem, sed saltem non semper eam quæ Chymica est. Sic triticum ad panis confectionem præparamus molendo, furfures secernendo, pinsendo, coquendo, sic & carnes lavando, coquendo, quæ si Chymicè præpararentur evaderent noxia, & funditus perderentur. Cur enim data est corpori secretrix facultas, nisi ad secretionem inutilium? Vnde mihi recentior quidam scriptor Faber, Chymico more magnus pollicitator, injurius in naturæ authorem esse videtur qui & puri & impuri, hoc est variarum partium permistionem, in vno eodemque misto, ex creatoris maledictione profectam scribit, propter peccatum. Quasi si nunquam homo peccasset, solos Spiritus Deus creasset, non corporea crassamenta, oleum cinnamomi, non autem cinnamomum, quod absurdum est. Vnde pessimè idē medicamentum definit purum naturæ, quod naturam nostram læsam & morbo afflictam alterando succurrit, & juvat, & vult purum solùm esse medicamentum, quod solum sit actionis capax, & virtutis. O lepidum capitulum! annon in fœce rerum, in excrementis, in carie, in rebus minimis, obsoletis, ac prope nullis, remedia condita sunt? Quis denegavit excrementitijs etiam illis partibus vim agendi & corpus alterandi? Quis Chymicorum non vtitur excrementis ad medicinam? Nulla sanè pars est medicamentorũ quæ vires aliquas non possideat humano corpori salutares, sive ad internos, sive ad externos usus. Sed ad pensum nostrum redeamus. Non solùm alimẽtis vtilis est mistio hæc crassiorum partium, & subtiliorum; Sed etiam medicamentis. Rhabarbarum sæpe damus integrum innoxiè ad purgandum, sed pulverizatum, & hæc est præparatio quædam, sæpius infusum, vbi crassiore parte non egemus, siquidem in infusione servatur virtus ejus. In extracto autem, quod Chymicum est inventum, & in multis rebus vtilissimum, virtutis portio exhalavit. Infusio ergò Galenicorum extracto Chymicorum præstantior est. Idem Rhabarbarum præparato Chymicè, distillando, sal educendo, spiritus eliciendo, nihil inde boni succedet, purgandi virtus omninò peribit, etiamsi eam in sale Chymici collocent. Præterea, vt primo capite diximus, in medicamentis incrassantibus, adstringentibus, roborantibus, siccantibus, materia & substantia medicamenti desideratur, sic ostendit experientia, tutius sæpe dari conservas, condita, pulveres Galenicorum, quàm olea & Spiritus Chymicorum, nam sæpè integris medicamentis opus est, nec debent omnia Chymicè præparari. Vndè sæpe coguntur Chymici medicamenta hæc sua quæ à proprio ante corpore separaverant, alieno inducere, quis enim ausit olim origani, sulphuris, vitrioli, per se absque alterius liquoris permistione degustare, vnde opiatis, tabellis, julepis, apozematis, minima dosi hæc eadem addunt, aliàs innoxiè vix operarentur, sed solum partem illam quam primum tangerent, non sine insigni damno alterarent. Non quælibet ergò secretio partium crassiorum à tenuioribus corpori salutaris est, sed sæpe pernitiosa. Non est igitur quod hac ratione sua præferãt Chymici, præterquam in quibusdam medicamentis, nec est eadem virtus in integris quæ est in solutis.

Secundò, non solùm populo, sed etiam forsan sibi ipsis imponunt, dum adeò commendant partium crassiorum à tenuioribus separationem, suorumq; remediorum securitatem: non enim semper Chymica præparatione pars noxia secernitur, sed augetur sæpissimè, dum tota in parvam molem contracta fortius operatur. Considerentur quæso extracta omnia purgantia, & reliquæ catharticorum præparationes Chymicæ, an vllæ sunt innoxiæ. Imò sæpè pejores quamvis etiam ejusmodi præparationibus vires suas sæpe amiserint. Virtus enim noxia non semper est in crassamento, sed etiam sæpe in tenuiori illa substantia, quæ extrahitur. Trochisci alandal commodè purgant. Extractum non minus noxium est, magna autem quod ab extracto supereſt, maleficam colocyntidis vim totam fermè amisit, quoniam vis hæc noxia simul cum purgante tota abiit in illum liquorem, quo virtus extrahitur, quem menstruum inepto, vt solent in cæteris, vocabulo appellant. Vnde Chymici extractis ejusmodi non minus corrigentia & roborantia admiscẽt, quam Galenici. Nobile apud illos extractum est laudandum dictum ex opio, sed variorum admistione præparato, ad correctionem opij, quod postquam omni arte immutarunt, non audent tamen exhibere absque correctivis, vt vocant. An igitur præparatio hæc Chymica vim à purgantibus, aut opio noxiam separavit?

Quantitatem autem quod spectat, & saporis suauitatem, non semper Chymicis hæc succedũt. Exempla dabimus in extractis purgantibus, alijsque, quæ majori dosi exhibentur, & non minus sunt ingrata, vis enim purgatrix aliquantulum exhalavit. Si quædam quantitate nimia noxia sunt, id habent cum omnibus alimentis, & medicamentis etiam Chymicè præparatis commune, nec si cathartica vehementiora noxia sunt, ideò prorsus rejicienda, cùm omnia remedia malè adhibita nocere possint. Iucundiora igitur non semper sunt Chymica extracta colocyntidis, rhabarbari, aloes, non minus amara sunt ingrata, quàm integra esse solent, & majori tamen dosi exhibentur, vixque si ingratum saporem habet medicamentum, Chymica vlla operatione tolli poterit sapor, absque virium jacturâ. Tolle amarorem ab aloë & absynthio, perierit simul vis illorum. Quid quæso est extractum Chymicorum quàm infusio Galenicorum, nam quando infusio coctione quantum vis lenta ad extracti consistentiam reducitur, tenuiores partes quib. vis dejectoria inest, exhalant, unde melius euacuabit infusio drachmarum duarum rhabarb. quã extractum drachmarum quatuor. Sic succus rosarum

ſarum purgat eleganter, aqua deſtillata nequaquam. Extractum colocyntidis amariſſimum eſt, quamvis ſit hæc præparatio Chymica, & tamen majori doſi exhibetur, quam ſolent trochiſci ex colocyntide dicti alhandal. Et ſanè quatenus vegetabilia cathartica ſpectat, Chymica præparatio ordinariæ & vulgari cedere debet, ſed in purgantibus mineralibus, præcipuè vomitivis, ſuperior eſt Chymica. Sola autem doſis parvitas, qua gloriantur Chymici, ſæpe ſuſpecta eſſe debet, cũ ſemper non requiratur, & venenatam quandam arguat qualitatem, aut ſaltem non adeò benefi cam, vt apparet in oleis prædictis vitrioli, ſulphuris, caryophillorum, origani, & alijs eiuſmodi, quæ an ſola innoxiè aſſumi poſſint, teſtari poterunt qui ſtultè volunt experiri, vnde guttulas tantum aliquot aliorum permiſtione diluras exhibent. Satius igitur eſt quædam copioſiori mole cum tota ſubſtantia præbere, quam minima doſi eorundem ſpiritus, quamvis in multis rebus non improbemus contractionem bonarum virtutum in exiguam molem, modo cum recta ratione veniat in vſum, obſeruatis ſcilicet ijs quæ ars Medica Galeni & Hippocratis obſeruare docet.

Coctionem autem illi temerè improbant, quia ſcilicet plurimæ vires pereunt, ingrati ſapores remanent, viresque alieni humoris immiſtione retunduntur. Verùm evitabitur primùm incommodum ſi fiat coctio in duplici vaſe, ne Spiritus evaneſcant, ſapores autem illi non magis corrigunt quam Galenici, & pariter etiam aquis vtuntur ad Spirituum vehiculum. Certum autem eſt decocta aquis ſtillatitijs & extractis ſæpe eſſe præſtantiora, quoniam virtus ſimplicium abſque vlla temperiei deſtructione tranſit in liquorem. Sic obſeruat Heurnius decocto aniſi ſe fœlicius colicos dolores ſanaſſe, quam ejus Spiritu, vel oleo. Idem quoque ſæpe obſervavi, quoniam decoctum vires aniſi omni ſui parte imbibit, olei autẽ guttulæ tres vel quatuor partem quamprimum tangunt, afficiunt potentiſſimè, ſed vires ſuas vlterius non diffundunt, nec ſi in juſculo, aliove liquore exhibeantur illi omnifariam poſſunt admiſceri. Diſtillatione ſolet plurimarum rerum craſis amitti, & ſæpe Paracellus ipſe id fatetur, quædam ſcilicet deſtillando noxia euadere, mellis exẽplo, quod ter deſtillatum ait fieri venenũ. Medicamenta infunduntur, quando tenuiorum virtutem ope indigemus, ſi iis non ſit opus, tunc aut integra, aut alio modo præparato exhibẽtur, nec in aquâ ſolum, ſed etiam in varijs liquoribus fiunt infuſiones. Nimis quoque vereri videtur ſacchari & mellis permiſtionem, quia Spiritus inquiunt habent venenatos. Id Paracelſus de melle ter ſublimato prodidit. At integra hęc aſſumpta ſpiritus non exhibent adeò noxios, vnde cognoſcimus non eſſe ſimiles naturæ & Chymicorum ſeparationes. Quis crederet ferventiſſimum triciti Spiritum elici à calore, ſicut & ab arte. Natura ex cibis chylum, ſanguinem, bilem generat, ars verò Spiritus, olea & eſſentias, quæ à naturæ, craſiq; materiæ ſuæ longiſſimè receſſerunt. Quamuis igitur non credam ſimiles eſſe naturæ & Chymiæ operationes, ſufficit tamen ſi quæ ex operatione Chymica reſultant, corpori humano reddantur idonea, ad morbos ejus propulſandos, & laudabilis ars meo iudicio cenſeri debet, quæ naturæ imitatione corpora tàm variè immutat in vſum hominũ. Ex prædictis ergò patet, non ſemper Chymica eſſe reliquis præferenda, Galenici igitur etſi Paracelſi doctrinam iure meritò repudient, Chymica tamen remedia non improbant, ijs ſuũ in medicina locum relinquunt. Chymici ipſi vulgari modo pręparatis carere nequeunt, vt patet ex Quercetano, & aliis, ipſoque Paracelſo, qui multa præſcribunt decocta, infuſa, multis vtuntur integris nullo Chymico artificio corruptis. Vtriſque ergo ſua laus debetur, quod interdum Chymicis vti neceſſe eſt, interdum & ſæpius alijs. Ideò æquiſſimi ſunt Galenici, qui Chymica non repudiant, ſed reprehendendi Chymici qui nunquã alijs ſed ſuis vtuntur, vnde contingit, vt mira ſæpe polliceantur, quæ falſa eſſe oſtẽdit experientia. Imperiti eſt ſemper eſſentijs uti velle. Thus integrum vulnera curat, quæ ipſius oleo nequeunt curari. Conſerva roſarum id præſtat in roborando, & adſtringendo, quod Spiritus, aqua, vel ſal ipſius nunquam præſtiterit, ſolentque olea diſtillata, & Spiritus acres calidum nativum nimis potenter & celeriter afficere. Ratione igitur variarum circumſtantiarũ, interdum Spiritu & extracto vtendum eſt, interdum conſerva, & electuario, & decocto. Non enim omnia Chymicam præparationem poſtulant, ſed ab ea omninò deſtruuntur. Quædam autem non niſi Chymicè præparata in uſum venire commodè poſſunt, præcipuè metallica, quædam forſan vno modo præparantur, quæ aliter præparari debuiſſent. In genere notandum, in remedijs Chymicis ſi quando peccatur, gravius id fieri quàm in vulgaribus. Quæ dicta ſint non ad artis Spagiricæ contemptum, ſed ob empiricos, multoſq; alios, quæ audacter nimis, & ſine judicio, remedia ex libris mendacib. deprompta vſurpant, & modo aliquid Chymicè præparatum fuerit. etiamſi forſan peſſimè, nimis patienter illud laudant & admirantur.

FINIS LIBRI SECVNDI.

PAR-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 59 sur 955

PARTIS PRIMÆ
Liber Tertius;

SECTIO I.

DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORUM GENERALIUM.

CAPUT I.

Cur medicamenta componantur.

VT simplex composito naturâ prius est, sic medicamenta simplicia compositis; primumque veteres Medici, referente Plinio, *cap. 2. libr. 26. nat. hist.* ad morborum curationẽ simplicia tantum præscribebant, vt Diocles, Praxagoras, Chrysippus, & Erasistratus. Hippocrates quoque, qui primus artis Medicæ fundamenta stabiliuit, ac leges condidit, omnibus pene affectibus medebatur solis simplicibus medicamentis. *Necessitas* tamen *exercitatos coegit Medicos*, inquit Aetius, *c. 25. tetr. 4. serm. 2. aliquando noua conquirere remedia, & ex simplicibus quædam componere, cum scilicet simplicia vbique mederi non possunt. Nam si solis simplicibus*, ait Galen. *c. 5. lib. 1. comp. med. general. vniuersos præter naturam affectus curare liceret, nullus utique compositi vnquam vsus foret.* At nullum datur tale simplex, quod præstare id valeat: quare compositionis medicamentorum necessarius est usus, maxime vero in morbis, qui contrarias simul medicamenti facultates desiderant, quæ in his, quæ suapte natura proueniunt, non inueniuntur.

Multa esse causas compositionum medicamentorũ.

Multæ autem sunt compositionis medicamentorum causæ [*Serapio c. 2. lib. 7.*] Prima, quãdo morbo profligando deest aliquod simplex medicamentum omnino contrarium: tunc enim aliquod compositum vsurpatur, quod simplicis suppleat defectum; vt cum ad vlcus moderare detergendum, miscemus duo simplicia medicamenta: vnum, quod potenter, alterum, quod negligenter id præstat, ex quorum concursu ac commissione vnum nascitur moderate detersorium. *Secunda* compositionis causa est, vt violentia medicamenti obtundatur, vel vt ejus ignauia excitetur. Violenta ejus qualitas hebescit admixtione benignioris, aut oppositi, vt cũ acribus lenienda permiscentur, amaris dulcia, impense calidis refrigerantia, malignis cardiaca. *Tertia* ratio deprompta est ab affectum curandorum varietate. Quot enim sunt affectæ partes & humores noxij, tot medicamenta hiç analoga & destinata debent præscribi. Cerebro siquidem & pulmonibus, aut alijs partibus male affectis, id dari medicamentum debet, quod singulis prospiciat, & à causa morbifica liberet. Situs quoque & dignitas partium affectarum compositionem necessariam demonstrant; nam pars quælibet non solum roboranda, quæ principatum obtinet; vt cerebrum cephalicis, cor cardiacis, vt jubet Galenus *cap. 1. lib. 1. comp. med. gener.* sed etiam sæpe alteranda, & ab humore peccante vindicanda, quod vno atque simplici medicamento fieri minime potest. Pars insuper longe à remedijs dissita, ostendit sæpe attenuantia permisceri debere, vt facilius qualitas medicamenti ad partem deferatur, vt ostendit Galenus *lib. 1. de comp. med per genera.*

1.

2.

3.

Sunt aliæ quædam compositionis causæ minus necessariæ, vt cùm ad gratiam palatij, vel cordis medicamenta dulcorantur *saccharo*, aut *melle*; vel condiuntur *cinamomo*, aut alijs aromatis; vel diluuntur in decoctis idoneis, vel in forma boli, aut electuarij solidi componuntur. Ad odorem enim, saporem, colorem, & jucunditatem medicamentorum, atque ad eorundem conseruationem in futuros vsus, multa sæpe adjunguntur, permiscentur, & simul vniuntur.

§.

CAP. II.

De syrupis in genere.

CVM plantæ multæ non semper nobis sint ad manum, sed earum vel folia aruerunt, vel radices in terra latent hyeme, vel earum vis post flores & folia amissa perit, nec dum vrgente necessitate expetuntur, possunt inueniri; ex his futuros vsus aut succi extrahuntur, aut decocta parantur, *mellis*, aut *sacchari*, aut utriusque simul quantitate sufficienti condita, vt possint in tempus longissimum, viribus integris manentibus asseruari, præcedente multa concoctione, vt syrupi consistentiam acquirant. Est autem syrupus *medicamentum quoddam liquidum ex succis, vel decoctionibus, cum melle aut saccharo, ad saporis gratiam & conservationem tamdiu coctum, donec instam consistentiam acquirat*: cujus indicium est, si gut-

Syrupus quid.

si guttula in marmor effusa non diffluat, sed hæreat aut digitis excepta, horum abductione in fila ducatur.

A quibus inuenti. Sunt vero syrupi Arabum inventa, quos Avicenna *lib. 5. serm. 1. tract. 6.* vocat decoctiones, vel succos inspissatos cum dulcedine, juxta vocem Arabicam *Sçarab*, quæ potum quemlibet, modo suauem, vel *Srab*, quæ vinum dulce, vel potius syrupum nostro more paratum, aut potionem medicatam designat: Græci propomata, vel propotismata, vel aliquando ἀποχυλίσματα, vocare solent: Sæpius tamen his nominibus veteres *Oinomel*, aut alias potiones mellitas intellexerunt: nam antiquioribus Græcis vix Syrupi nomen, eiusque paranni modus innotuit.

Scarab.

Nominis syrupi etymologia. Contendunt nonnulli probabilius syrupos dici ab ἐπὶς, id est succis, & σύρω, id est, traho, quasi sint succi extracti: sive quod è Syria primũ sint allati; sive ab eo, quod Alexandro Aphrodiseo dicitur σίρριον, defrutum, mustum, sapa, aut dulcis ex vino & melle potio.

Perfecte autem coquuntur syrupi cum *melle* aut *sachar*o, ne corrumpantur, totoque anno sint vsui, habentque propterea consistentiam crassiorem, eamque mediã inter sapam & iulepum, vt apozema inter iulepum & syrupum. Syrupus enim est minus crassus sapa, syrupo iulepus, apozema iulepo. Sapæ enim vt syrupi, quia crassiores diutius & tutius sine corruptione seruantur; apozemata & iulepia, quia tenuiora minusque cocta, minus: Vix enim integram hebdomodam perdurant, solentque à Medicis in rem præsentem imperari, vt quoties rei necessitas postularit, ægrotis exhibeantur. De his vero fusius *libro sequenti* tractabimus: Nunc enim de his agimus, quæ apud Pharmacopolas in longissimum tempus asservantur ad futuros vsus: ex illis tamen in rem præsentem, vel apozemata conficiuntur, si in plantarum decoctis, vel iulepia, si in aquis stillatitijs dissoluantur. Sæpe quoque eclegmatum, opiatarum, & conditorum confecturam ingrediuntur, tum vt gratiam & vim præstantiorem, tum vt consistentiam acquirant scopo proposito conuenientiorẽ. Per se tamen & impermisti sæpissimè præscribuntur: maxime vero qui sensim lambendo, ad expectoratum mouendum debent assumi, vt syrupi omnes bechici, cujusmodi sunt *syrupus de tussilagine, violatus, de glycyrrhiza, capillorum Veneris, de hysopo*, alijque quamplurimi, qui propter dulcedinem spurum concoquunt.

Materia syruporum. Fiunt autem syrupi ex decoctione herbarum, radicum, fructuum, seminum, florum, vel earum succis, atque etiam alijs quibusdam, quæ feliciter possunt decoqui. Eliguntur vero decoquenda, quæ intentioni respondeant, seu ad partem quandam roborandam, seu ad humorem quemlibet virosum emendandum, vel educendum, vnde syruporum nunc prostat tanta varietas. Componuntur enim ad calefaciendum, refrigerandum, humectandum, siccandum, ad aperiendum, obstruendum, incidendum, incrassandum, & purgandum.

Decoctio vero eorum, ex quibus syrupi parantur, fieri debet in aqua, interdum pluuia, sæpius fontana, aut fluuiatili, eaque optima, qualitatis scilic. omnis experte. Cuius quantitas rerum coquendarum quantitati & duritiei respõdeat. Quæ enim duriora sunt, vt radices & ligna, vix nisi tẽpore multo, & aqua multa coquuntur citra adustionem. Proinde quantitas aquæ augenda est, quando simplicia diutius coquenda sunt, vt etiam quando nimis sunt amara.

Aqua optima quæ.

Decoctum colatum & clarificatum denuo coquitur cum pari quantitate sachari, aliquando mellis, sæpe cum ambobus, & interdum cum sapa & alterutro, vt in Officina patebit.

Absentia mea, & incuria tam *Typographi* quam *Amanuensis* in causa sunt, vt errores & lapsus commissi quoad Syruposin lib. 1. Parte secunda & alibi hujus Operis. *Quidã* n. Syrupi lib. 1. p. 2. omissi, *quidã*, vt *syrupus laxatiuus Mindereri, flor. Persicorum, & Phlegmagogus Dorner.* bis positi; Denique *Rab Sambucinum*, huc non spectans, p. 2. inconcinne hic additum. Hoc vt & pa. 16. fac. 2. quintam lineam deleat *Lector & seq. syrupos* reliquis addat, vt & antepilepticum ad lib. 4. p. 94. relatum.

Syrupus de Agresta Auguſt.

℞. *Omphacii seu agrestæ* ℔ *v*
Sachari clarificati ℔ *iij.*
Coquantur secundum artem

Potenter astringit, refrigerat, & siccat, ideoque à putredine vindicat, conditioniq; pestilenti quã maxime resistit, ventriculum stabilit eumque ab aliarum partium excrementis securum præstat; prægnantum malaciam deijcit, intemperiem calidam stomachi, hepatis, sitimque hehementẽ restringuit, venenis adversatur, febribusq; biliosis benefacit: cholere morbo, ac dysenteriæ, purgato prius corpore medetur. Post cibũ sumptus, vomitionem immoderatiorem, molestãq; stomachi subversionem, ab æstuante, bile, aut inflammatione persanat.

Agrestæ succus ex vuis imaturis expressus, paulo antequam maturuerint, Græcis Omphacium dicitur, quod ad intinctus quandoq; asseruatur. Hoc a loco Agresta sumi debet nondum coctio de densata, sed expressa tantum & depurata.

Syrupus de duabus radicibus. Auguſt.

℞. *Rad. Petroselini*
Fœniculiani ℥. *iiij.*
Aquæ ℔ *v.*
Coque ad medias: colaturæ adde
Sachari albissimi ℔ *j.*
Fiat Syrupus.

Obstructiones viscerum levat, humorẽ crassitiem extergit purgat & renuat: urinas promover, febres compositas & nothas adjuvat, ventriculũ ac pituitâ refertum allevat: renum lienis & jecoris infarctus penetrat.

Syrupus de Scabiosa. Auguſt.

℞. *Succi Scabiosæ defecati* ℔. *iij.*
Sachari ℔ *j.* ß.
Coque in Syrupum.

Pectoris noxis plurimum prodest, & ambelam senum tussim sublevat, pleuritidi confert, malignis febribus resistit, ac apostemata dissolvit, & repurgat.

Syrupus de Scordio. Auguſt.

℞. *Succi Scordii depurati* ℔ *ij.*

Sa-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 61 sur 955

Sachari ℔ *i.* ß.
Fiat Syrupus.

Eius vsus præcipuus est in pestilentibus & malignis febribus: internæ namque putredini maxime adversatur ac humorũ corruptiones emendat, lumbricos enecat, menses ciet, venenis reluctatur, vasa rupta glutinat, nec non sudores prolicit.

Syrupus Veronicæ. Augusti.

℞. *Succi Veronicæ depurati* ℔ *iij.*
Sachari albi ℔ *i.* ß.
Coquantur in syrupum.

Renum calculos & arenulas expurgat, eosque purulentos mundificat, & sanat, pulmonum præterea exulcerationibus eximiè cõvenit, quorum saniem abstergit, vlcera glutinat, nec non sanguinis spuitionem prohibet pestilentibus febribus quàm maximè salutaris.

SYRVPVS NEPHRITICVS. Mynſ.

℞. *Aq. Antinephritic. noſt. Lithontriptic.* ana Vnc. x.
Sal. Lap. Percar. Piſc.
Oc. Cancri ana Vnc. s.

Mixtis & solutis adde:

Flor. Malvæ arb. rub. rec. exſiccat. q. ſ.

Digerantur per aliquot dies, usque dum perfectè tingantur; postea cum sachari albis. Lib. ij. coq. ad Syrupi crassamentum.

Vires, Vſus, Doſis.

Calculoso ab Vnc. j. ad Vnc. js. per se, vel cum appropriato vehiculo manè propinabis; Nam calculos quamvis magnos excedit corroditque, quotidiana etiam experientia in urina arenulas & exesa lapidis fragmenta videbis.

SYRVPVS VITRIOLATO-ROSATVS. Mynſ.

In præparatione Magisterij Corallorum Vitriolato-Rosati nostri remanet & in separatione liquor rubicundissimus; cui si ſ. q. sachari albis. addatur, & ad Syrupi consistentiam coquatur, dat rubini instar, nobilissimum, & efficacissimum syrupum in Peste, morbis Epidemicis, Febribus, Dysenteriâ, fluxu Epatico, Stomachi vitijs, Scorbuto, Iecoris & Lienis obstructionibus, Inflammationibus, & aliis morbis quam plurimis &c. maximè utilem. Cujus dosis est per se, vel cum alijs vehiculis appropriatis ab Vnc. j. ad Vnc. ij.

SYRVPVS CEPHALICVS. Mynſ.

℞. *Suc. Depurat. Card. Benedict. & Millefolij,* ana Lib. j.
Aq. Lavendulæ
Betonicæ ana Lib. s.
Rad. Caryophyllatæ
Paoniæ ana Vnc. j.
Caſſiæ Lignea
Nuc. Moſchat.
Cubebarum ana Vnc. s.
Herb. Maioranæ
Verbenæ
Rorismarin. Orig. ℥ *ij.*
Origani an. Drach. iij.
Flor. Liliorum conval.
Tiliæ
Primulæ veris
Anthos
Roſar. rub. ana Drach. ij.
Sem. Faniculi
Lavendulæ
Salviæ
Paoniæ ana Drach. js.
Lig. Aloes
Viſci quercin.
Croci orient ana Drach. j.

Coq. ad tertiæ partis consumptionem; postea coletur, clarificetur & addirâ sachari albis. ſ. q. fiat justæ consistentiæ Syrupus, qui aromaticetur spec. Diamoschi dulc. & Diambræ ana Drach. j. vt est artis.

Vires, Vſus, Doſis.

In omnibus periculosis Capitis morbis & affectibus, Cephalæâ, Hemicraniâ, Epilepsiâ, Apoplexiâ, Paralysi, &c. mirabilis est juvamenti. Caput, Cerebrum, & Ventriculum corroborat, & ijs, qui Capite, & Corde tremunt, convenit. Dosis ab Vnc. s. ad Vnc. j. per se, vel cum alijs appropriatis.

Syrupus ad Calc. expell. Vnzeri.

℞. *Syr. paciet.* ℥ *j.* ß.
Extr. gr. alkak. ℥ *j.*
Onon. ℈ *ij.*
Salis Tartari.
Mag. Lap. iudaici 6. ℥ ß.
Spir. frag. ℥ *vj.*
Aq. ſaxifr.
Alkak. 6. ℥ *j.*
Arc. vitr. gr. ij.
M. doſis cochlearum.

Mucharum Quercetani ad pag. 39. lib. 1. part. 2.

℞. Succi rosarum pallidarum vel rubrarum ℔ vj. infund. ros. pallid. contus. ℔ iij. stent in B. M. tepido per horas 24. exprimãtur, infund. novas rosas ad ℔ iij. digerantur ut priores, exprim. & adde alias novas ad ℔ iij. idque novies. Vltima expressio digeratur in B. M. tepido per 24. horas, fiat separatio tincturæ per inclinationem, purum denuo per 24. horas digeratur & purificetur, idq; donec nullum sedimentum appareat. Hoc destilletur, remanentiam coq. ad Syrup. consist. ejus dosis sit ℥ ß. vel ℥ ß.

CAP. III.

De Propomatis.

Propomata quid.

MELLE dulcoratos omnes potus, generali significato, veteres Græci [*Aet. c. 30. cent. 3. ſer. 1.*] Aetij & Pauli [*Paul. Æg. c. 15. libr. 7. de re med.*] iudicio Propomata nominarunt. Cum enim illis vix *ſacharum* innotuisset, potulenta multa ad gratiam palati mellita reddebant, quę nunc nos sacharata, vt suaviora efficimus. Quædam tamen non *ſachari* defectu, *melle* condiuntur, tum ad peculiarem saporis conditionem, tum ad qualitatum, quibus pollet, eximiarum consecutionem. *Mel* enim *præter dulcedinẽ, quam adfert linguæ iucundiſſimam, tantam vim habet conſeruandi, vt ſalis loco in multis vſurpetur.* Babylonij [*Dionyſ. Areop.*] enim corpora mortuorum olim in melle sepeliebant. Ita Alexandri Magni cadaver melle olim conditum *Voſſ. Idol.* p. 1580. & Agesipolis *Xenoph. l.* 5. vt & Agesilai *Diod. ſic. l.* 15. & Appius [*Herod. in Thalia.*] cocus, vt sine sale diu

Melle qui corpora condiebant.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 62 sur 955

carnes asservaret, melle contegebat. Multa quoque condita, vt & alia pleraque medicamenta, mel excipiunt, tum vt magis arrideant, palatoq; sint gratiora, tum vt securius absque corruptela conseruentur, & vires acquirant insigniores. Vnde Galenus *cap.* 177. *de simpl. medic.* recte scripsit, *mel omnibus antidotis posse tuto commisceri:* Est enim dulcissimum [*cap.* 11. *lib.* 1. *de alim.*] succumque gignit tenuissimum; & medicamentis admixtum efficit, vt ea permaneant [*Paul. cap.* 14. *lib.* 7. *de remed.*] ac durent. Non tamen omnibus æque salutaris est illius vsus: nam vt [*cap.* 8. *lib.* 2. *de fac. nat.*] senibus & frigidis confert, sic acute febricitantibus, & juvenibus præsertim biliosis obest sæpissime, quia in corporibus calidis cito mutatur, & bilescit, & amarescit, atque igni si plusculum admoveatur [*cap.* 16. *libr.* 4. *simpl.*] amarum efficitur. vt etiam vetustate. Patet enim [*cap.* 11. *tib.* 1. *de Antidot.*] Galeni mel quoddam habuit ita amarum, ac si in Ponto natum foret, eo in tractu, vbi ex absynthio mel apes colligunt: idipsum tamen & Athenienſe & optimum fuisse dicebat: verum temporis diuturnitate amarum euasisse. Mel autem primus ostendit Aristæus quidam Athenienſis, authore Plinio *cap.* 56. *lib.* 7. Et Curetes populi omnium primi, illius vsum docuerunt, licet Bacchus illius perhibeatur author ab Ouidio, dum ait;

Pater Galeni mel amarum habebat.

Mellis primus inventor.

Liber & inuenti præmia mellis habet.

Porro ex melle multa medicamenta parãtur, necnon potiones quædam vel liquidiores, jucundæ Paulo dictæ, *vt hydromel aquosum* & patum coctum; vel crassiusculæ, & diutius coctæ, vel insolatæ, *vt hydromel vinosum* vulgo dictum, vt *oxymel*, & alia pleraque medicamenta, quæ à melle habent nomenclaturam, vt *mella medicamentosa ex violis, anacardis, rosis*, & similibus.

Quid hydromelitis nomine intelligendum.

Hydromelitis vero nomine multa comprehenduntur, vt *mulsa, melicratum, hydromel aquosum & vinosum*, simplex & compositum. Nullum tamen est adeo simplex, quin melle constet & aqua, vt nominis indicat notatio, verum sic ad differentiam magis compositi nuncupatur, cujus multæ differentiæ sparsim describuntur à primæ notæ Medicis, *vt à Galeno lib de Dinamid. & Paulo lib.* 7. *de re med. de his fusius inferius part.* 2. *l.* 2. *pag.* 41.

In hydromelite qua mellis ad aquam proportio.

Varia autem est in hydromelite conficiendo mellis ad aquam proportio, pro vario Medici scopo, atque sumentis temperatura. Æstatis enim tempore, & iuuenibus aquosissimum præscribitur; hyeme, & senibus ac pituitosis magis vinosum seu melleum. Sic enim placuit maioribus nostris hydromel parum aquosum & perfecte coctum, non improprie nominare. Saporem namque & calorem vini cuiusdam generosi, vt maluatici, referre videtur. Sputum enim potenter mouet, pituitam concoquit, calorem fouet nativum, & stomachum roborat. Eius genuina descriptio & parandi modus traditur in officina à nobis edita.

Hydromel vinosum.

Melicratum, mulsa, & hydromel, idem.

Et licet vna non sit aquosi melicrati seu mulsæ, aut hydromelitis (hæc enim nomine tantum, non re discrepant) conficiendi norma, vulgaris tamen præparatio, à Mesue *part.* 3. *distinct.* 6. tradita, est aquæ librarum octo ad vnam mellis, tamdiu solum simul coctorum, donec spuma amplius non emergat, quam opinionem sequitur author luminaris maioris. Multi tamen cuique libræ mellis, aquæ libras decem, & aliquando duodecim miscent, pro intentionis varietate.

Hydromel rusticorum.

Rustici loturam fauorum colatam æstate decoquunt, optimeque despumant, dein in vasis amplissimis reponunt, & suspenso in vase pauco fermento nodulo ligato, biduum aut triduum relinquunt; tum magna voluptate ad sitim explendam bibunt. Est enim potus hic dulcoacidus, & illorum palato suauissimus; alij incoquunt mellis libras sex in aquæ fontanæ libris quinquaginta, optimeque despumant: deinde fermenti vnciam vnam cum dimidia vel vncias duas dissolvunt, & in dolia conjiciunt, relicto quodam spatio, vt duorum, aut trium digitorum vacuo,

Apomeli.

Apomeli vero parum dilutum est, viresque vt æquat hydromelitis vinosi, sic mellis ad aquam proportionem habet eandem, eundemque parandi modum, vt *in officina* demonstrauimus.

Oinomel.

Inter potiones mellitas annumeratur *Oinomeli*, quod fit ex partibus duabus vini veteris, & vna mellis. Interdum etiam ex partibus sex musti & vna mellis secundum Otibasium *cap.* 25. *lib.* 5. *collect.* Et quia mel tenuium est partium, atque dulcissimum, medicamenta, quæ illud admittũt, ad crassorum humorum attenuationem, coctionem & expurgationem maxime conducunt.

Cap. IV.

De syrupis & succis mellitis.

QVOD Græcis *oxymeli* dicitur, & Arabibus *Secaniabin*, Pharmacopœi sæpe, nec improprie acetum mulsum nominant. Est enim acetosus syrupus, ex aqua & melle, seu mulsa, & aceto paratus, vnde dulco-acidus gustu percipitur: Saporemque vt mistum habet & varium, sic quoque vires mistas, tam ratione mellis ad acetum, quam aceti ad se ipsum. Acetum enim pugnantibus qualitatibus constat, estque [*Gal. lib.* 1. *simpl. & lib.* 2. *comp. med. loc.*] frigidum & calidum, discussorium & repulsorium. Proinde *oxymel* morbis calidis prodest & frigidis, humores crassos & lentos incidit & attenuat, abstergit, sputum educit, obstructiones aufert, humores frigidos ad expulsionem præparat, calidos temperat, & sitim extinguit. Mel enim humoribus frigidis reluctatur, acetum illorum lentori, aqua calori: efficitque præterea; vt mel diutius concoquatur, commodius despumetur, & oxymelitis virtus melius distribuatur, non recte Mesuei interpres notauit. Non solum autem mel esse debet optimum, *dulcissimum* nempe & *acerrimum, colore pallidum, nec valde crassum, nec dilutum, & quod spumæ parum egerat*; sed etiam aqua, quæ cum sit tam sanis, quam ægrotis commune solatium, vt loquitur Galenus *cap.* 27. *lib. de renum dignot. & medicat.* omnibusque maxime necessaria purissima, ac optima esse debet. Talis autem indicatur gustu, visu, olfactu: *Gustu*, si nullam plane qualitatem præ se ferat, sed videatur ab omni qualitate immunis: *Visu*, si pura, sincera, & exquisite clara: *Olfactu*, si eorum nihil

Acetum esse calidum & frigidum. Oxymelitis qualitas.

Mellis optimi nota.

Aqua bonitas qui dignoscatur.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 63 sur 955

Acetũ quodnã optimum.

nihil ineſt, quæ in aquis vitioſis eſſe olfactus teſtatur. Acetum quoque optimum ſit, eſt neceſſe, & album potius, quam rubrum, non ſtillatitium, nec aquoſum; ſed acerrimum, quod vim habet ad incidendum & tenuandum potentiorem. Ab aceto ſiquidem id habet *oxymel*, vt inter pharmaca numeretur, cum vix in eorum cenſu ſit mulſa, inter vtrumque eſt *Apomeli*, à Serapione *Axiome* dictum.

Cum autem cuiuslibet aceti non ſit eadem virtus, nec ſingulis hominibus in guſtando eadem delectatio, apud omnes mellis ad acetum: non eſt eadem proportio. Sunt enim, qui magis, alii, qui minus mellitum, aut acetatum deſiderant. Vnde Serapio cenſet, debere fieri ſecundum illum, qui bibit ipſum, vt loquitur: Deſcriptio tamen à Meſue & Oribaſio tradita recipitur, & vbique parata invenitur.

Oxymelitis præparatio.

Fit autem ex *aceti vna parte, aquæ partibus duabus, & mellis quatuor*: omniaque ſimul coquuntur ad conſiſtentiam ſyrupi liquidioris. Licet enim minus perfecte coquatur, ratione tamen mellis, tuto ac diu ſine corruptela ſervatur.

Dicitur vero oxymel ſimplex, collatione facta ad magis compoſitum, quod ſcilicet præter aquam, mel, & acetum, multas excipi radices, aut fructus, cujuſmodi multæ formulæ deſcribuntur à Nicolao Myrepſo & recentioribus.

Galeniabin. Conſerua roſarum.

Ruſticorum *ſacharum eſt mel*, quo ſæpe *ceraſa, ribes agreſtam, & pyra* condunt. Pharmacopœi vero non ſachari defectu, ſed recto Medicorum conſilio ſulti, fructus quoſdam, ſuccos & flores melle conficiunt, efficiuntque velut conſeruam, ſapam & ſyrupum. Conſervam quidem, vt mel illud roſarũ, *Geleniabin* Arabibus, & *Rhodomel* Græcis dictum, quod fit ex *vna parte florum roſarum rubearum contuſarum, & triplo mellis deſpumati*: Sapam, vt mel paſſulatum, quod ex *libra vna paſſularum mundatarum, in libris tribus aquæ per diem integrum maceratarum, coctarumque ad dimidias, & poſtea colatarum, & aquæ mellis deſpumati quantitate conficitur*: Syrupum, vt mel aliud roſatum, quod ex pari mellis deſpumati & ſuccι roſarum rubrarum pondere paratur. Mel quoque mercuriale ſimili modo conficitur, & coquitur in conſiſtentiam ſcilicet ſyrupi craſſioris.

Mel paſſulatum.

Vt autem varia eſt mellis roſati conſiſtentia, ſic varia deſcriptio præparatioque. Multi enim eandem quantitatem roſarum ab vnguibus purgatarum & mellis ponunt, vt Meſueo placuit, nõ tamen, vt ille, excoquunt igne, ſed Soli æſtivo per dies decem aut duodecim exponunt, antequam in Pharmacopolio reponant. Sic citra colaturam paratum *rhodomel*, vt recentioribus vocari ſolet *mel roſatum foliatum*, & à nonnullis, *Conſerva mellis roſarum*.

Rhodomel. Mel roſatum foliatum.

Quod vero ex partib. æquis ſuccι roſarum rubearum, & mellis deſpumati conficitur, propter ſaporem, conſiſtentiamque, *ſyrupus mellis roſati* nuncupatur. Inter vtrumque medium eſt, quod partim ex folijs roſarum & earum ſucco, atq; pari mellis pondere præparatur. Prior tamen parãdi modus magis recipitur, illiuſque inſtar cætera mella medicata ex alijs floribus conficiuntur.

Cur præſtet hac inſolari quam coqui.

Præſtat autem ea inſolari, quam igne decoqui, quia facile diſſipabilis florum odor perit, illorumque qualitates vix integræ remanẽt poſt cocturam. Inſolatum vero facillime ferunt, qui calore potius blando, ac longiore, quam feruido ac breviore agens, iſta medicamenta melius permiſcet. Mel tamen illud, quod ex roſis paratur recentibus, igne lento ſolet concoqui, quod ex ſiccis, tantum inſolari.

Quomodo mel ex fructibus parandum.

Quoquo modo paretur mel roſatum, ſeu ex floribus integris, vel piſtis, ante vſum debet paululum calefieri, vt percoletur, vocaturque tunc mel roſatum colatum.

Vt autem fructus duriores ſunt coctu difficiliores, & minus diſſipabiles folijs & floribus, ſic mel ex illis medicatum diſſimili modo paratur. Inſolatus enim non ſuffiet, ſed longa concoctione opus eſt; idque in aqua, priuſquam mel accedat ad confectionem. Atque vt rite fructus percoquantur, debent viginti quatuor horas in aqua tripla macerari, dein ad tertias aut dimidias feruefieri: Tandem colaturæ par mellis pondus additur, peragiturque concoctio ad conſiſtentiam ſyrupi.

CAP. V.

De Eſſentiis, Tincturis, Elixiribus, Aquis, Spiritibus, & ſimil.

CVM extractis magnam habent affinitatem, vti iam dictum l. 2. part. 1. c. 24. *Eſſentiæ* quidem notant balſamicam rei partem à parte craſſiori purgatam vti pulchrè explicat Schröderus pag. 9. c. 3. libr. 1. *Tincturæ* aliæ magiſteriales dici poſſunt, aliæ ſimplices. Denotant a. ſubtiliſſimam medicamenti partem ſub colore certo ſubtractã. *Elixir* ſpecies talis Tincturarũ eſt ſpirituoſa maximè, facultatibus præcellentibus donata. *Aquæ* continent partem aqueam rerum & ex parte ſpirituoſam, quę tamen evidẽtior *in ſpiritib.* Spiritus n. liquor deſtillatus eſt v. g. plantæ ſpirituoſus, vti aquę aqueus. Ob abſentiam meam, & in lib. 3. 4. 5. 6. 7. Partis ſecundæ quædam omiſſa, addantur ergo ſequentia; & quo ad *Eſſentias* quidem arcanam illam Eſſentiam de Toto citro. *Prævotij*, remedium adverſus peſtiferos morbos celeberrimum. Corticum autem citriflavedo infunditur in ſucco, exprimitur & depillatur ad mellis formam tenuem, cui poſtea additur ſal ex pulpa cõbuſta extractum.

Tinctura ſeu Mumia Satyrionis Heers, ad pag. 106. l. 4. part. 2.

Ineunte vere vel autumno medio aut exeunte, radices Satyrij collectas, aquæ puræ injice, duob. quibus cõſtat orbiculis divulſis; quotquot aquæ innataverint, vt inutiles abjice: quæ fundũ petierint, contunde in mortario lapideo pilo ligneo, ſenſim micam panis albiſſimi & recentiſſimi addendo: & propter lentoris dilutionem affunde Spir. vini Malvatici irrorando paulatim ſuaviſſimè, pone in alembico cæco per ſex ſeptimanas in digeſtione, exprim. & digerantur per menſem. Innatabit liquor rubicundus, hujus ℔. adde ſalis margar. ℥. ß.

Ol. nuciſt.
Aniſi
Cinam. ā ℥. ß.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 64 sur 955

Dosis gutt. X. ad XX. in vino, iusculo aut conserva cardiaca.

Tinctura tart. composita efficacior, ad pag. 116. lib. 4. part. 2.

℞. Salis tart. liquef. ℔. ij.

Sulph. aur. ant. ℔. j liquefiant per horam & extr. postea tinctura cum spir. vini aut spir. cochlear. ardent.

CAP. VI.

De sapis.

EX herbis fructibusque succi educuntur, qui vbi colati & expurgati fuerint, & Solis aut ignis beneficio consistentiam nacti fuerint duriusculam, sæpe & succagines medicatæ, Græcis ἑφθυλίσματα, & Arabibus *Rob*, seu *Robub* nominantur. Sapa tamen proprie loquendo, *vinum est ex vuis albis maturisve expressum, & ad mellis consistentiam percoctum*, estque verum Rob Arabum. Alia vero quævis succago extracta, & ad iustam spissitudinem percocta, generalius *Robub* appellatur.

Rob & Sapa quid.

Robub.

Ista tamen Barbarorum nominum distinctio fere negligitur, & sine discrimine Rob & Robub pro quovis inspissato succo vsurpantur, vt ex Mesue liquet, qui proprij idiomatis non ignarus, quosvis concretos succos, potius Rob, quam Robub nominat, licet aliter senserit interpres.

Extrahuntur autem succi vel prelo, vel solo manuum compressu, dein per mantile trajiciuntur, vt quicquid inest sordium, linteo adhærescat, & purior tantum succus transmittatur; qui postea lebete, aut alio vase exceptus insolatur, vel igni lento coquitur, dum crassescat, & formam solidam acquirat. Sic enim illius aquea humiditate resoluta, in multos menses annosve sine putredine asservatur.

Sapa simplices & compositæ.

Porro succaginum aliæ simplices sunt, aliæ compositæ. Ex simplicibus quædam substantiam habent friabilem, & facultatem purgatoriam; coquunturque diutius, vt perfectam soliditatem acquirant: cujusmodi est *aloe, sciammonium*, & similia: Aliæ substantiam habent magis lentam & viscidam, & qualitatem vt plurimum adstrictoriam acidamque, vt sunt omnia Rob à Mesue *distinct. 6.* tradita. Compositæ succagines dicuntur, quæ præter succos concretos sacharum admittunt, vt *Rob berberis conditum, rob citoniorum, mororum*, & similium fructuum.

De frutum quid.

Vt ergo defrutum dicitur *vinum dulce ad tertias tantum coctum & expumatum, ac liquidum adhuc manens*, sic sapa proprie dicitur vinum expressum in consistentiam duriusculam calore inspissatum, quod & *rob*, & *robub* dici potest. Si quis nominum, quam rerum magis solicitus est, liceat illi Robub ad omnes æque succos potius referre,

Saparum vsus.

Vsus saparum ad multa commendatur præsertim ad morbos oris, sæpeque præscribuntur per se, nonnunquam & alijs confectionibus admiscentur, vt *diamoro, diacodio*, & quibusdam syrupis.

CAP. VII.

De conseruis.

FLorum virtus facile cum sit dissipabilis, vix diu retinetur integra, sed multum coctione, vel tempore imminuitur & resoluitur sæpe. Vt autem retineatur, flores sacharo, aut melle cõditi solent, efficiturque conditum, quod multos mẽses annosve sine magno vitium dispendio conservatur; vnde conserva non improprie nominari consueuit: cujus duæ differentiæ statuuntur; vna dicitur liquida seu mollis: digitis enim prementibus cedit, illisque nonnihil lentoris relinquit; altera vocatur sicca, quæ solidior est multo, atque in pastillos efformatur, quibus potius digiti cedunt.

Conservarum differentia.

Quia vero flores omnes substantiam non habent æque compactam, nec eandem temperiem, non omnes modo simili condiuntur, nec eandem sachari quantitatem in sui conditura postulant.

Qui humidiores sunt, in loco, nec humido, nec valde calido, diem vnum aut alterum parum tabescent, vt superflua illorum humiditas resolvatur. Sicciores, quo recentiores & magis succulenti, eo meliores.

Inter humidiores, ex quibus conservæ fiunt, numerantur flores *nenupharis, rosarum, cichorij, violarum, borraginis, & bugloſſi*. Sicciores sunt flores *saluiæ, hyssopi, rorismarini, arãtiorum, iasmini, betonicæ, persicorum*, atque multorum aliorum simplicium, qui nunquam aut rarissime conduntur.

Humidiores majorem quantitatem sachari ad sui confectionem desiderant, sicciores minorem. Quibusdam æquum sachari pondus sufficit; alijs sesquiportio: multis duplum requiritur, *rosis & nympheis* conceditur triplum.

Nonnulli cum sachari duplo pondere, aut quantitate idonea integri comiscentur, & vnum aut duos menses, pro florum crassitie vel tenuitate relinquuntur insolari.

Conserua rosarum qui fiat

Alij, vt *rosæ* ex vnguibus purgatæ, in mortario lapideo, cum pistillo buxeo laboriose teruntur, & sachari triplo exquisite permiscentur: postea reconduntur in vase figulino, vitrato, charta recte obturato, non foraminulenta, ne florum vis dissipetur.

His peractis vas mensem integrum aut dies quadraginta insoletur. Sic enim nulla virium aut odoris dissipatione, optima fiet condituræ fermentatio, cujus singulas partes calor solis feliciusperuadet, si singulis hebdomadis bis aut ter rudicula quadam agitetur.

Quidam sacharo liquato, & ad electuarij consistentiam cocto, flores aliquando integros, sæpius tamen tenuissime tritos, immergunt, perfecteq; commiscent. Dein vbi ejusmodi mistura refrixit, pyxidibus recondunt & insolant.

Quomodo cõseruarubra fiat.

Si inter condiendum parum *succi limonum* aut *agrestæ* adjiciatur, rubeus color, vividusq; comparabitur, vix intra annum delebilis. si adhuc calens vase reponatur: Simul enim atque refrigescit, crustula quędam in superficie adnascitur, quę colorem, odorem & virtutem diutius tuetur.

Folia autem cum substantiam habeant magis compa-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 65 sur 955

compactam, & qualitatem minus evanidam, raro conservæ ex illis parantur. E longinquis enim regionibus feliciter aduehuntur viribus integris. Quædam tamen cum facultatem habeant eximiam, eamque in superficie positam, vix sine facultatum jactura exsiccantur, vt *oxalis & capillus veneris verus*. Proinde ex illis optime repurgatis conservæ parantur, vt ex capillo veneris Monspelienſi; Præ cæteris enim laudatur, vt & alia multa simplicia, quæ vberrime illo in tractu luxuriant; Audio tamen Mompesulum magis ob Medicorum, quam medicamentorum præstantiam commendari.

Monspelienſis ager multis ſimplicibus luxuriat.

Mompeſſulani Medici celebres.

Vtut sit, *conserua capillorum veneris* optima ex agro Monspelienſi in multas Galliæ regiones advehitur, quæ ex æquis partibus foliorum mũdatorum tritorum, & sachari pulverati simul mistorum, parata est, & legitimo tempore ac sufficienti insolata.

Sunt, qui hanc conservatam meliorem putant, si ex herbæ decocto & sacharo syrupus fiat perfecte coctus, cui rursus folia herbæ mundata, & optime trita permisceãtur. Sic enim, vim acquirit præstantiorem, & consistentiam magis idoneam.

Conſerua ex roſis ſiccis.

Conserva vero sicca fit ex rosis siccis tenuissime lævigatis cum octuplo sacharo ad consistentiam electuarij cum aqua rosacea cocto, cui parum succi cujusdam acetosi, vt *limonum* aut *agreſtæ* commiscetur. Reddit enim hoc acidulum conservam non modo dulco-acidam & gustui suauissimam, sed colore magis rubram, ac iucundiorem.

Eadem arte ex alijs floribus siccatis ac tritis, siccæ conservæ parantur.

CAP. VIII.

De conditis in genere.

Condituræ cur fiat.

RADICES, fructus & aliæ plantarum partes condiuntur, vel ad conservationem, vel ad saporem, vel ad vtrumque. Ad conservationem, sale vel aceto, & ambobus sæpe multa condiuntur, vt *oliuæ, cappares, crithmum, cucumeres & flores geneſtæ*. Ad saporem, *cortex citri, arantiorum, amygdala, pinei, caryophilli, nuces*, & multa semina, melle aut sacharo conficiuntur. Ad vtrumq; radices multæ, vt & fructus flores. Sic enim *radix Satyrionis, pyra, pruna, berberis, agreſta, & flores bugloſſi, aut violarum* suauius eduntur, & melius ad tempus longum asseruantur.

Ad librum X. part. 2. adde seqq.

DIACYDONITES SIMPLEX.

Auguſt.

℞. Pulpæ Cydoniorum vapore aquæ dulcis ad spissitudinem coctorum.
Sacchari albissimi despumati & ad spissitudinẽ iustam cocti an. libras octo.

Coquantur denuò, vt est artis ad iustam consistentiam, vt possint recondi ad scatulas. Vel fiant in forma Electuarij spissi.

Quidam octo libris Pulpæ Cydoniorum addunt sex libras Sacchari clarificati.

Eodem modo fiunt alia Electuaria ex Prunis, Pyris, Pomis, Perſicis, Ceraſis, Berberis &c.

DIACYDONITES GALENI.

Auguſt.

℞. Succi Pomorum cotoneorum ſtruthiotũ, (sunt autem ea tenera odorata, & mediocris magnitudinis.)
Mellis despumati optimi ana. libras duas.
Aceti candidi libram vnam.
Coctis super prunis modice, & spuma detracta adde
Zingiberis vnciam vnam semis.
Piperis albi vnciam vnam.
Lento igne coquantur ad mellis crassitud.

Diaciton. luc. purgans cum extr. Diagr. Horſt.

℞. Gelatin. Diacyd. luc.
ad conſ. coct. ℔. j.
Extr. diagryd. ʒ. vj.
lento igne m. & coq. ad conſiſt.

Diacydon. lucid. purg. cum Gutt. Gam. Horſt.

℞. Diacyd. luc. ſimp. ℥. j.
Gutt. gam. ʒ. vj. m.

Aliud Ratiſpon.

℞. Mucil. Cydon. ℔. j.
Sach. alb. ʒ. vj.
Coq. ad conſiſt. adde.
Mag. Diagrid. ſp. vini.
diſſolut. ʒ. ij. gr. XII. m. ſ. a.
Doſis ʒß. ad ʒ. j.
Confer diacit. laxat.

Prunæ Laxativa Thon.

℞. fol. ſen. ſ. ſ. ʒ. ij
Cin.
Zinzib. 6. ϑ. ij.
Aq. Endiv.
Vini alb. 6. ʒ. vij.
Infund. hor. 10. coq. ad ʒ.
expr. adde
pruna Vng. enucl. 12.
Coq. ad Syr. conſiſt. cum Sach. ʒ. ij.
Syr. roſ. ſolut. ʒ. ij. ß.
Aq. cin. ʒ. iij. m.
Doſis 4. 5. 6.

Paſſulæ laxat. Thon.

℞. fol. ſ. ſ. ʒ. ij. coq. in ℔ j. aq. ad ʒ. expr. adde
Paſſul. min. exac. ℔ß.
Coq. ad mollit. adde Syr. roſ. ſolut. ʒ. vj. m.
Doſis cochl. 1.

Paſſul. laxat. Brux.

℞. fol. ſen. ʒ. iiij.
Cinam.
Zinzib. 6. ϑ. iiij.
Aq. Endiv.
Vini 6. ʒ. iiij.
Infund. hor. 12. ebul. coq. ad
ʒ. expr. adde.
Sachari albiſar. ʒ. iiij.
Paſſ. min. pug. ℔. j.
Coq. ad deb. conſiſt.
confer. Paſſulas laxativas *Mynſichti* ut & Zinz. purgans eiusdem.

Paſſul. laxat. Grünl.

℞. fol. ſen. ʒ. iij. ß.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 66 sur 955

Rhab. ℥ß.
Zinz. ʒ.ij.
Galang.
Cinam.
Caryoph. 6. ∂.ij.
Inf. in ſ.q.aq. roſ. per horas 6. ebull. col. expr. adde Paſſul. min.
Sach. opt. 6. ℥.viij.
ebull. iterum adde in fine
Crem. tart. ℥ß.
Spir. vitr. ∂ ß. m.
Doſis ℥ ß.

Confer *Zinziber purg. Mynſ. & Beſſ. laxat.* Mynſ. lib. 11. part. 2.

Diacytonit. 398. 306. vt & *Paſſul. lax.* 314. libro 2 part. 2.

Condita liquida.

Quæ autem condienda ſunt, prius ſyrupoido doneo concoquuntur, & vaſis fictilibus aut vitreis ſimul cum eo reponuntur, aſſeruanturque, & à Pharmacopœis condita liquida nuncupantur. Quod ſi poſt coctionem perfectam, ea ipſa aeri exponantur, donec illorum extima ſuperficies aruerit, vduſque lentor, quo digiti contrectantium infuſcantur, plane reſoiutus fuerit, confecturæ ſiccæ nominantur.

Confectura ſicca.

Huc quadam rerum affinitate referri poſſet quædam conditi ſpecies, quæ paſta regia vocari ſolet, ſed de ea magis appoſite *libro quinto* agemus, in tractatu remediorum particularium.

Tragemata.

Ad condita ſolida ſpectant iſta bellaria, quæ aromatarij trageas & tragemata nominant. Ignis enim adiutu, & appulſu ſachari præparantur, vt cætera condita, modo tamen diſſimili. Si enim ſemina, exempli loco, condienda ſint, ſacharum prius in conſiſtentiam ſyrupi coquitur, dein ſenſim ſuper ſemina affunditur: Tum manu agitantur. Idque toties repetitur, donec ea ipſa ſacharo prorſus obducta ſint, & incruſtata. Hoc modo *arantiorum cortex* minutim ſecta, vt & *cinamomum* ſolet condiri. Fructus cum ſint humidiores, liquidam confecturam deſiderant; ſemina, quia ſicca, ſiccam.

Cap. IX.

De pulveribus.

Pvlveribvs ars pharmaceutica minime carere poteſt. Cum enim medicamenta plus minus humida ſint, vel arida ξηρία Græcis dicta; hæc pulveres, vt plurimum ſunt, illa majori ex parte, ſunt pulveribus concinnata, vt electuaria, conſeruæ ſolidæ, trochiſci, emplaſtra, & pleraque alia medicamenta, tum quæ intrinſecus aſſumuntur, tum quæ adhibentur exterius. Nihil ſiquidem in Chirurgia tam frequenter auditur, præſcribiturve, quam pulvis ſarcoticus, aſtringens, eſcharoticus; Nihilque tam ſedulo à Pharmacopœis præparatur ac cuſtoditur, atque pulueres cardiaci, cephalici & roborantes, qui non ſolum alijs remediorum formis commiſcētur, ſed etiam per ſe ſæpiſſime imperantur ad varios vſus, affectuſve, vt ad principes partes roborādas, conſeruandas vires, extinguenda venena, fluxiones compeſcendas, coctionem iuuandam & aluum ſiſtendam aut ciendam.

Pulueres in Chirurgia frequens uſus.

Puluis vulnerarius optimus.

Affectus vero externi ſæpe ſolis, vix ſine illis curantur, vt vulnus puluere rubro, ex partibus duabus *ſanguinis draconis*, & vna thuris compoſito; vt vlcus cauum & deterſum puluere ſarcotico; vt ad cicatricem vtrumque perducendum puluere epulotico, cujuſmodi eſt puluis *pompholigis, cadmiæ, ceruſſæ, ſpodii, terræ lemniæ, & plumbi*, vt decet, præparati.

Puluis epuloticus optimus.

Pulueres in medicina quid præſtent.

In ſumma, vel medicamenta forma puluerum dantur, vel ex his ſolidiores formæ parantur, materiamque mutuantur ſuam. Hi etenim non ſolum in varias formas medicamentorum coaptātur, ſed ipſorum, ſeu corpus, ſeu qualitatem ſpectes, ex maxima parte ſunt baſis.

Fiunt vero pulueres ex ſelectiſſimis medicamentis, plus minuſve tritis, pro medicamenti natura & exigentia rei. Verum, quæcunque læuigata ſunt, ac in pollinem redacta, generali nomine, Latinis *pulveres*, dicuntur, quos diſtinctius Arabum idiomata his tribus deſignant, *ſuffuf, alkool & ſief*. Suffuf pulverem quemlibet, læuem aut craſſiuſculum complectitur: Alkool tantum ſignat tenuiſſimum: Sief quorundam trochiſcorum attritionem denotat, quę fit in cote, ex qua *roſarum, aut fæniculi*, vel alterius conuenientis, ad affectus oculorum.

Alkool, Suffuf, Sief.

Ex pulveribus autem nonnulli condimentis ſunt tantum deſtinati, qui ſcilicet ex aromaticis parantur, vt *pipere, zinzibere, nuce moſchata, galanga, cinamomo*, & ſimilibus aromatum ſpeciebus, vocanturque à ſeplaſiarijs minutæ ſpecies, quas ſolent in ſacculis coriaceis aſſervare. Alii dicuntur cardiaci ac roborantes, qui ad medicamentariam artem tantum ſpectant, vt *pulvis diarrhodonis abbatis, diacinamomi, dianiſi, lætitiæ Galeni*, & ſimiles pulueres cordiales, qui reponi debent in pyxidibus aut vaſis vitreis, vel figulinis optime clauſis, ne ſubito eorum virtus expiret. Alij parantur pulueres cathartici potius in rem præſentem, quam in futuros vſus, quia diutius aſſervati vires amittunt, aut imbecilliores multo redduntur.

Minutæ ſpecies.

Pulueres cordiales.

Vix autem quilibet pulvis intro ſumitur ſolitarius & immixtus, ſed aqua vel alio liquore excipitur. Exterius vero non item; nam vulneribus & vlceribus ſæpe ſolus adhibetur.

Suffitores & coſmetici, quique fucis vetulas erugant, & tetrum expirantem ab edentulis odorem faſcinare ac tegere pollicentur, varios pulveres ex aromatis & ſuaueolentibus conficiunt, vt ex *radice ireos, roſis, ſantalis, ſtorace calamita, belzoino, ſchœnanto calamo aromatico, cinamomo, caryophillis, maiorana, ambra, moſcho, zibetho*. Ex quibus & alijs odorem jucundum ſpirantibus, varia proportione mixtis, pulueres duos inſignes, *Chyprium* nempe & *violeteum*, vt vocant, conficiunt, alioſque multos ac varios, pro varia eorum, à quibus expetuntur, delectatione. Solent vero reponi in ſacculis ſericeis, & in arculis cum veſtibus aſſeruari & geſtari. De his autem parum ſolicitus eſſe poterit Pharmacopœus, quem

Coſmeticorum ſtudium.

quem magis decet pulverem *diamargaritonis* habere optimum, quam *chyprium*.

Ad pulueres referri possunt calces, farinæ, fœculæ, Magisteria, præparata & varia alia, de quibus inferius.

Cap. X.

De Eclegmatis in genere.

Ad asperæ arteriæ & pulmonum affectus medicamẽtum quoddam paratur, syrupo crassius, & electuario quouis liquidius, quod & Arabibus *Lohoch*, Græcis *Eclegma* & ἐκλειτὸν, & aliquando ἀρτεμαχὸν, Latinis *linctus*, nominatur: Sensim enim velut lingendo, seu lambendo sumitur; vt sic in via diutius cunctando, aliquid in thoracem decerpat, vel saltem illius bechica vis ad inania thoracis spatia & bronchia pulmonum deferatur, sputum concoquat & moveat ad exclusionem, quæ feliciter naturæ robore susci-pitur ex sputo concocto, per anacatharsin, seu per os expectorationem.

Eclegmatum usus. Exhibentur non solum mane, ieiuno stomacho, sed etiam vesperi, ac inter pastus sæpe, ad varios effectus, pro varia intentione & medicamentorum, quibus constant, materia, intentione, & qualitate: dantur enim ad leniendum, detergendum, incrassandum, incidendum, expectorandum, & sanguinem sistendum. Proinde ex medicamentis cujuslibet saporis, vt olim veteres, eclegmata possunt confici. Displicent tamen valde amara & acerrima, quæ scilicet, præter ingratum, quem adferunt palato sensum, trachearn arteriam & fauces exasperant, & pulmones molestè lacessunt. Acidula tamen interdum præscribuntur ad crassiorum humorum attenuationem.

Nunc vero sic apud omnes invaluit bechicorum vsus ad eclegmatum confecturam, vt solis dulcib. fere componantur, vt succo *glycyrrhizæ*; *pineis, iuiubis, sacharo cando, aut rosato, penidiis, diatragacatho*, & ejusmodi electuarijs tritis, & melle aut syrupo idoneo exceptis.

Quod si alicuius præter naturam affectionis conditio amara vel acria postularit, & minore copia reliquis medicamentis immiscenda sunt, tum vt liberius sumantur, tum vt humorem contentum alterando, continentem partem non lædant. *Quæ eclegmata conueniãt Asthmaticis.* Ejusmodi lohoch propter vim, quam habent insignem, incidendi & aperiendi imperantur Asthmaticis, & his, qui propter crassos humores pulmonibus contentos difficile spirant.

Solent vero eclegmata sumi ex bacillo *glycyrrhizæ* parum contuso, vel ex cochleari, & in ore detineri, donec sua sponte liquescant, & sensim dum per œsophagum delabuntur, aliquid in subditam arteriam sese insinuet.

Reponuntur in vasis fictilibus vitratis, & annum integrum asseruata vires seruant integras. Quæ tamen amygdalas, nuces aut pineas excipiunt, vt rancescunt citius, sic illorum virtus citius senescit.

Lohoch pro clysteribus. Prostat in officinis electuarium quoddam liquidiusculum pro clysteribus, ex *libra vna decocti violarum, maluæ, mercurialis, parietariæ, betæ & absynthii, cum pari pondere medullæ cassiæ & mellis despumati* paratum; Quod cum syrupo quovis crassius, & à *cassia* colorem mutuetur & virtutem, *lohoch de cassia* nominatur. *Lohoch de cassia.*

Cap. XI.

De electuariis in genere.

Medicamenta, quæ foris adhibita veneno cuilibet, sive intra corpus sumpto, seu morsu inflicto, medentur, Alexiteria dicuntur Græcis; vt *antitoda*, quæ non quidem extrinsecus adhibita, sed intro sumpta, gravissimis affectibus auxilio sunt. Latini vero interdum, vt nomen vtrumque retinent & confundunt, sic sæpius electuarij nomine designant. Veterum enim antidota, recentiorum electuaria sunt, quorum pro consistentiæ varietate duo genera constituuntur: Alia enim solida sunt, & in tessellas, seu lozengias, vt vulgus Pharmacopœorum loquitur, complanata; Alia molliora in opiatæ consistentiam subacta & formata. *Electuaria liquida.*

Si vero Galeni arbitrio, antidotorum, seu electuariorum differentia sumatur ab illorum qualitate, & viribus, alia medicamentorum lethalium gratia assumuntur; Alia valent aduersus bestias virus ejaculantes; Alia morbis ex pravo victu contractis offeruntur. Sunt vero quædam ad hos omnes vsus accommoda, vt quæ non modo salubriter intro sumuntur, sed etiam exterius admouentur, vt *theriaca, & mithridatum*.

Pro varia igitur electuariorum soliditate, quædam dicuntur sicca & tabulata; alia minus dura, quæ scilicet opiatæ consistentiam, eamque mediam inter eclegma & pilulas, vt omnes antidoti, quarũ pulueres sapa, melle, aut vino subiguntur; qui si sacharo, vt decet, apparato, excipiantur, & ligneo pistillo agitentur, justam electuarij solidi consistentiam acquirunt; Ita vt pro mellis aut sachari adiectione, & artificiosa mixtione, vnum & idem electuarium, liquidum aut solidum possit efformari. Raro tamen quæ *cassiæ medullam*, aut *fructuum pulpas* admittunt, in tabellas complanantur. *Electuaria sicca ac tabulata.*

Tanta vero esse solet mellis proportio ad pulueres in electuarijs liquidis, quanta sachari in solidis, ita nimirum, vt vni libræ sachari, aut mellis, tres vnciæ puluerum commisceantur. Alterutrum tamẽ modo augetur, modo minuitur, prout antidoti vis desideratur validior aut imbecillior. Quo enim major sachari aut mellis quantitas pulueribus additur, eo vis electuarii erit imbecillior; quo minor, eo major. *Proportio mellis, aut sachari in electuariis.*

Tabellis purgãtibus solet drachma vna tantum pulueris vnciæ sachari paulo supra consistentiam syrupi, in qua aut succo cocto permisceri. Cardiacis accedunt sæpe vnciæ duæ sachari ad dragmam vnam puluerum, quorum quantitas tanto minor esse debet, quanto qualitas validior, & sapor magis ingratus.

Debent autem medici iustam sachari melliſve quantitatem definire. Dum enim vtriusque tantum, quantum satis, more nimium solito, in suis formulis præscribunt, ancipitem in electuario conficiendo Pharmacopolã relinquunt, illiusq; arbitrio salutem committunt ægroti ita vt possit vim medicamenti vel imbecilliorem, vel intensiorem, vt libuerit, efficere; Vixq; duos Pharmacopœos invenies, qui eidem remedio eadem *Medicorum error.*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 68 sur 955

proportione mel aut ſacharum adiiciant, vbi quantitas vtriuſque ſubticetur.

Electuarium liquidum faciendi modus.

In mollis antidoti confectura, mel cum aqua pauca diluitur, ſenſimque moderato igne coquitur, ac deſpumatur, dum aqua, vel alius liquor ante mixtus exhalarit. Tũ ab igne removetur, & antequã plane refrixerit, puluerum confuſorum vnciæ tres in mellis ſic præparati ſingulas libras paulatim inſperguntur, & lineo piſtillo permiſcentur, dum mixtorum quædam ſit æqualitas.

Si pulpa caſſiæ, vel tamarindorum, aut *manna, dactyli, amygdalæ*, alijve fructus admiſcendi ſunt, non debet iſtorum cauſa, mellis pondus immutari. In legitimæ enim conſiſtentiæ electuario conficiendo, puluerum maxime ſiccorum ad ſapam, mel, aut ſacharum eſt habenda ratio.

Non debet autem electuarium molle in pyxide reponi, antequam plane refixerit, ne illius pars ſuperior extrinſecus velut mẽbranula quadam incruſtetur, melius fermentetur, & vbique ſit æqualis craſſitudo.

Electuarium ſiccum faciendi modus.

Sacharo quoq; ſua debetur præparatio, antequam pulveres excipiat. Debet enim aqua ſtillatitia, aut alio liquore idoneo ſolui, igne deſpumari, & lente actamdiu coqui, dum ſyrupo craſſior euadat, eiuſque gutta extracta propter ſpiſſitudinem vix effluat: Dein aliquantum refrigerato, ſpecies paulatim admiſcentur, confunduntur, & agitantur piſtillo, donec totum ſoliditatem & æquabilitatem adeptum ſit. Tum marmori priuſquam refrixerit, admovetur, piſtillo dilatatur, complanaturque. Refrigeratum in tabellas diſcinditur, quadratas, vel rhomboideis, eaſque pondere dragmæ vnius aut duarum, triumve, quæ poſtea in ſachari duritiem concretæ, in arculis reconduntur.

Cuiuſcunque ſit conſiſtentiæ electuarium, ſiue ſolidum, ſive molle, ſimplicium vires optime, ac diu ſervat integras. Diutius tamen ſolido, molle, cujus humiditas major medicamenti facultates magis coercet, impeditque, ne tam cito ab aere diſſipentur.

Quo electuaria quævis palato gratiora ſunt, eo citius hebeſcit illorum energia ac facultas. Vix enim annum durant efficacia. Amara & ingrata biennium, & triennium ſæpe; Interdum *theriaca* ſine magna vitium iactura decennium.

CAP. XII.

De Hieris.

HIERÆ parum admodum differunt ab opiatis, opiatæ ab electuarijs liquidis: Conſiſtẽtia enim omnibus eſt eadem, & ſæpe vis purgandi. Electuaria tamẽ & opiatæ interdum nec purgando aluum turbant, nec moleſte feriendo guſtum, palato diſplicent. At *hieræ* præter *purgatoriam*, quam *ſemper habent, facultatem*, valde ſunt amaræ, & ingratæ, vt cognominis indicat notatio. *Picræ* ſiquidem dicuntur, ob inſignem amarorem, vt *hieræ*, id eſt, ſacræ, ob inſignes effectus. Conficiuntur ex laxantibus & amaris, euſtomachicis tamen, quæ ſcilicet à ventriculo, & regione prima corporis, craſſos ac pituitoſos humores incidunt, & clementer expurgant: Maxime vero ea, quæ à Galeno *cap. 11. lib. 8. comp. med. local.* immutata & emendata, ab ipſo nomen habet, quæ biliоſarum quoque ventris affectionum, optimum eſt remedium inquit ipſe, adeo, vt in vno die ſæpe multos ſtomachicos creditos perſanet. Nam ex his: quæ ei admiſcentur, cum *aloe* ſtomacho valde ſit commoda, & *cinamomum* vim habeat aperiendi, extergendi & attenuandi, (eſt enim partium tenuiſſimarum) ſi quid craſſum ſit, aut viſcoſum in humoribus, ad omnes affectus circa ventrem, & ſtomachum ex vitiatis ſuccis vtiliter exhibetur, modo ex acuta febre non incanduerint.

Hieræ picræ vnde habeant nomen.

Hieræ picræ Galeni dicitur, quod eam emendarit.

Eius efficacia.

Quibus conveniat, & quibus non.

Hieræ ſiquidem facultas calfactoria cum ſit & exſiccatoria, febribus his, per quas humores accenduntur in vaſis, & corpus totum æſtuat, vix ſecure poteſt exhiberi, licet per febres non vehementes, aliquando Galeni conſilio detur.

Hieræ variæ deſcriptæ.

Sunt vero hierarum, præter picram Galeni, varie deſcriptam, variæ compoſitiones, quæ omnes ab effectu, *hieræ*, à ſapore, *picræ* nomen ſibi vendicant: vt à materia, quæ in compoſitione, quantitate aut qualitate præpollet, quædam *hiera colocynthidos* dicitur; & aliæ *Logadii*, *Pacchi*, aut *Myrepſi* nomine conficiuntur, quod illarum compoſitiones primi invenerint, aut inventas caſtigarint, auxerint, immutarint.

Singularum deſcriptiones extant in officina, earum compoſitio docetur, & vires fuſiſſime explicantur.

Vtilitas.

Porro, ex hieris, quædam vim purgatoriam ab *oleo* tantum mutuantur, eamque fortem non habent, vix, ait Galenus, *cap. 2. libr. 4. de loc. affect.* vſque ad locos circa hepar conſcendunt, niſi ampliori pondere ſumantur. Suffuſionibus enim oculorum vtiliter dantur, quatenus ex ſtomacho potius, quam cerebro noxios humores educunt. Verum quæ *colocynthidem*, vel *agaricum*, vel vtrumque recipiunt, aut *ſcammonium*, potenter aluum turbant, & inutiles ſuccos ab vniuerſo corpore trahunt, foraſq; propellunt.

CAP. XIII.

De opiatis in genere.

Vnde habeant nomen.

INTER electuaria liquida opiatæ numerantur, id ſortitæ nominis, vel ab opio mixto, aut hypnotico ſimili, vel ab illius recens inſpiſſati conſiſtentia, & fortaſſis colore, qui vt plurimum idem eſt in opio & in mollibus antidotis, tam cardiacis, quam laxantibus.

Opiatorum appellatio ampliſſima.

Et licet anguſtiori ſignificato, opiatæ tum dicantur veteribus, medicamenta, quæ opium admittunt, cujuſcunque ſint conſiſtentiæ, vel ſolidæ, vt *ladanum Chymicorum*, & *pilulæ de cynogloſſo*; vel molles, *vt Philonium Romanum*, nunc tamẽ latius pro quibuſvis confectionibus molliuſculis vſurpantur, cardiacis, alterantibus, purgantibus & narcoticis; ſeu opium admittant, vt *Theriaca*; ſiue cardiacis tantum & alterantibus conſtent, vt *confectio Alkermes* & de *hyacintho*; ſive purgantibus, vt *Triphera, Diaprunum*, & ſimilia, quæ tamen frequentius electuariorum & confectionum nomine deſignantur.

Opiatæ cur inventæ.

Fuerunt autem opiatæ ab antiquioris notæ Medicis [*Galen. cap. 2. lib. 2. de loc. affect. Aet. cap. 11. lib. 2. de ſign. & cauſ. diut. morbi.*] inventæ, ad ſævitiam dolorum leniendam. Nam cum dolor

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 69 sur 955

Dolor quid. Eius effectus. dolor sit tristis sensus naturæ grauis, & toleratu molestissimus; humores varie exagitat, sanguinem corrumpit, febrem accendit, dejicitque vires; ita vt cogatur interdum Medicus, morbum relinquere priorem, vt tanto symptomati his præsidijs medeatur, quæ licet morbi causam non tollant, sensus tamen sopiendo conciliandoque somnum, vires symptomatum acerbitate fatiscentes, animumque adeo reficiunt, vt postea vegetiore conatu morbificam causam facilius extrudant.

Doloris vehementia desperationis interdum parens. Narcoticorum igitur vsu fallenda nonnunquam doloris acerbitas, quæ multos eo dementiæ impulit, vt crucem, quam vitam potius eligentes, manus sibi violentas attulerunt.

Confectiones colicæ. Tam sæuos cruciatus multoties obseruavit Galenus *cap.5.lib.7.comp.med. loc.* in doloribus colicis, qui nullis mitescerent remedijs communibus, vt ad illorum sedationem opiatas quasdam narcoticas, posteritati consulens descripserit, confectioneſque nominauit colicas, vt quæ symptomatis hujus feritatem lenirent, motum compescerent humoris, & sensus stupidos redderent. Hinc opiatæ dicuntur narcoticæ, quod veluti necrosim quandam, seu mortificationem adferant. Vocantur & anodynæ, quod dolorem ad tempus mitigant sedantve. *Anodyna* namque *non suat vniusmodi omnia.* Alia enim vocantur *paregorica*, seu *lenientia*, quæ temperata sunt, & nostro calori similia, vt *hydreleum*, *radix liliorum in lacte cocta*, *& oleum amygdalinum*. Alia dicuntur *Alliotica*, quæ cum lenientia sint, sedāt quidem dolorem, cui præterea quadam qualitate oppositā adversantur, vt *oleum rosaceum* aut *violarum* ad dolorem moderate, *nenupharium* ad impense calidum; *Laurinum* vel *anethinum* ad frigidum. Alia denique *Narcotica* sunt, quæ sensum stupefaciendo, dolorem auferunt: quorum tamen vsus non est temere vsurpandus; nam diutius admota, calorem partis extinguunt, nervos resolvunt, vnaque motum & sensum adimunt; & quantitate paulo majore sumpta, Galeno iudice, *cap.18.lib.5 simplic medic.* interficiunt.

Paregorica quæ.

Alliotica.

Narcotica.

Quod ex periculosis circulatorum experientijs constat, qui cum suo stibio vitrato, tormina, aliaq; sæviſſima symptomata excitarint, vt suum errorem alio tegant peiore, narcoticis indebite paratis, & exhibitis, dolores quidem sumouent, & facile somnum conciliant; verum ægrotos in æternum dormituros, ad cimbam Charontis introdunt. Vnde *Empiricorum hypneticum, sape malorum omnium medicina est.*

Somniferum Empiricorum.

Nolo nunc historias de sceleratis istis periclitatoribus mihi notissimas memorare, ne longius à proposita institutione discedam, quia in immensum crescret opus, si quæ à fide dignis viris accepi, huc inferre vellem.

Ipsa autem Narcotica improprie, ac solum nomine tenus, anodyna vocantur: Præter enim qualitatem elementarem, qua refrigerant, aliam habent calori nativo inimicam & deleteriam, nisi exigua quantitate, ac debite apparata, & quādo conuenit, sumantur, vt *opium*, *mandragora*, *hyosciamus*, *cicuta*.

Anodyna qua. Anodyna vero proprie sumpta, *paregorica* sunt calida in primo gradu, seu temperata, vel parum symmetriam excedentia, quæque tuto sumuntur & admoventur.

Medicamenta igitur, quæ opium vel alia narcotica excipiunt parvo pondere sumenda sunt, vereque opiatarum nomen, cuiuscunque sint consistentiæ, merentur: Reliquæ tamen confectiones molliusculæ, alterantes, purgantes, & roborantes, etiam nunc opiatæ vocitantur.

CAP. XIV.

De Pilulis.

Pilula cur ita dicta. Vnde dicantur catapotia. PILVLA à paruæ pilæ & velut globuli forma sibi nomen adoptavit, quæ quod non diluatur, sed devoretur integra, *κατάποτον* Græcè dicitur. Propter enim ingratum saporem, odoremve simplicium, ex quibus pilulæ conficiuntur, vt *aloe*, *colocynthide*, *agarico*, *opoponace*, *sagapeno*, & alijs acribus, fœtidis, & amaris, consistentia solida, ac sphærica effigie formantur, & parva exhibentur quantitate, vt facilius ac minore molestia sumantur. Efficit namque medicamenti exigua moles, vt iucundius deglutiatur, Soliditas, vt minus diluatur, forma teres, vt citius delabatur, in ventriculo diutius immoretur, à partibus remotis efficacius trahat, nec tam cito prorumpat ad intestina, vel per vomitum excludatur. Medicamenta namque liquida, eodem instanti sæpe sumuntur & evomuntur.

Forma pilularum quid præstet.

Ad insuauitatem catapotiorum tegendam ac fallendam, auro foliato extrinsecus artificioſe velantur, aromataque varia nonnunquam permiscentur, quibus gratia conciliatur major visceribus & palato. Si tamen paulisper ante deglutionem stabulentur in ore, atque dentib. aut lingua compressius attingantur, quendam tristitiæ sensum gustui non tantum excitant, sed velut horrorem & ventriculi subversionem.

Pilularum sapor ingratus. Omnes autem pilulæ amarę sunt, paucis exceptis, vt bechicis, quæ non affatim devorantur, sed diu in ore detinentur, vt liquescant ac sensim deglutiantur, non catapotia aut pilulæ, sed pastilli seu trochisci potius nominantur.

Insuauitas vero pilularum *aloe* potissimū tribuenda, quæ est earum fere omnium basis, quæque vix alio modo sumi potest, propter insignem illius amarorem. Tum quia visciditatis cuiusdam est particeps, qua pulueres facile conjungit, & in pilulas cogitur.

Augetur ista amaritudo rerum ingratarum, vt *colocynthidis*, *agarici*, *sennæ*, & aliorum purgātium commixtione. Quæ eo magis palato displicent, quo plura fuerint admixta, cujusmodi sunt, quæ ex *colocynthide*, *aloe*, *agarico*, *scammonio*, *& gummi Arabico* parantur, quas ad plures excrementorum purgandas species imperat Galenus *cap.14.lib.5.method.*

Pilularū magna varietas. Sunt vero pilularum differentiæ multæ, partim sumptæ à membrorum, quibus destinantur, partim ab humorum, quos trahunt, diversitate. Partium ratione, quædam dicuntur Cephalicæ, quæ scilicet à capite pituitosos humores purgant, vt *Cochiæ*, & *de agarico*: Aliæ opticæ, quia multis constant, quæ oculis conferre creduntur, vt *pilulæ lucis*, *maiores & minores*: Aliæ stomachi-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 70 sur 955

chicæ, vt *pilulæ ante cibum*, & de *rhabarbaro*: Aliæ artheticæ, quæ ab articulis educunt humores: A quorum discrimine quædam dicuntur phlegmagogæ, quæ pituitam; aliæ cholagogæ, quæ bilem; aliæ melanagogæ, quæ melancholicum succum deturbant. Atque pro operandi modo aliquando dicuntur aluum solvere constringendo, vt pilulæ *de rhabarbaro*, & de *myrobalanis*; vel moderate trahendo, vt pilulæ de *agarico*; vel trahendo simul & fundendo, vt pilulæ *de euphorbio*.

Pilularum compositi vt recte fiat.

Porro ad massam catapotiorum conficiendam, maxima pars miscendorum simplicium, in pulverem tenuem debet comminui, dein excipi melle despumato, vel tragacanthi mucagine in succo convenienti soluti, aut potius syrupo quodam idoneo, ita vt viscositatem aliquam, habeat, quod puluercs confusos est excepturum, vt commodius mixtura cohæreat, siccitate non tam cito interhiet, simplicia intus conclusa fermententur, & minus prompte eorum exhalet facultas. Ob eam causam, inquit Sylvius, pilularum species melle cocto debent comprehendi. Nam aqua aut succo comprehensæ non cohærent, & panis furfuracei modo, prompte siccantur, facile frangantur, cito senescunt.

Quod si lacrymas, gummi, aut succos inspissatos induratosve pilulæ exceperint, ea liquore quodam tenui ante debent mollescere, calido pistillo duci; dein pulveres commisceri: Ac postremo mellis, aut liquoris alius viscidi tantum, quantum mistura postulat, confuse permisceri, vt fiat velut pasta quædam, seu massa primū molliuscula, in dies enim induratur, quæ exacto biduo, aut triduo; pauco oleo amygdalino extrinsecus liniatur. Tum aluta obuoluatur, aut corio quodam tenui; tandem in stannea pyxide reponatur.

Crassities pilularum qualis esse debeat.

Vsus tempore, istius massæ portio, quæ definitæ dosi respondeat, cum idoneo succo, si opus fuerit, teritur, vt molliscat, ex eaque globuli majores, minoresve aut mediocres fingantur, prout eos diutius aut minus ventre cunctari desideramus.

Pilulæ validiores quando sumendæ.

Quæ valide trahunt à capite & alijs partibus remotis, horis quatuor, aut quinque à cœna tenui, vel circa mediam noctem debent exhiberi; *quibus sumptis superdormire confert.*

Benigne quando.

Quæ blande purgant, tuto hora vna, aut duabus ante quoslibet pastus devorantur. Quæ medio modo se habent, securius jejuno ventre, ac mane sumuntur. Vt bene & luculenter infert Primirosius, p. 143.

Pilularum dosis.

Ad aluum ciendam tantum, dragmæ dimidiæ pōdus, ex eccoproticis sat esse potest. Ex validioribus, ad validius purgādum integra dragma sæpe datur, & aliquando sesquidragma in robustis corporibus, quæ crassis potissimum humoribus scatent.

Nostri Germani eas nebula vino madida, & emollita inuolutas vt plurimum deglutiunt.

Sunt, qui pilulas omnes auersantur; alij nullas: Quidam non nisi crassiores: parvulas vero tantum ex cochleari cum multo syrupo sumunt. Alij quasvis, modo pauciores: Multi vix nisi ceraforum conditorum, aut passulatum cortice involutas assumunt: nonnulli in ovi vitello reconditas, aut spinachiorum vel lactucarum coctis foliis obductas; alij alio modo facilius deglutiunt: ingratus enim sapor, eas mille modus sumendi adinuenit.

CAP. XV.

De trochiscis.

APlacentularum effigie medicamenta quædam πλακοῦντες, quasi parvi panes, rotundi, lupinis similes, & aliquando τροχίσκοι, Latinis *pastilli*, & *orbiculi* dicuntur. Sic autem efformantur ad medicamentorum conseruationem, & interdum castigationem. Tutius enim medicamenta sine virium dispendio, in ea forma solidiore conservantur, quam in pulverem reducta.

Vsus tamen tempore, cum assumi vix queant integri pulverantur, his solum demptis, qui diutius in ore detinentur, vt liquescant, *pilulæ bechicæ*, à nonnullis vocati. Nam *trochisci de Scilla & de viperis in* Theriacæ confectura, pastillorum formam amittunt, dum in pulveres reducuntur. *Pilulæ bechicæ.*

Fiunt vero ex medicamentis, vt plurimum siccis, tritisve, cum aqua, aut vino, vel alio liquore malaxatis, donec catapotiorum consistentiam acquirant; dein formantur in rotulas aut orbiculos, qui postea siccantur in vmbra, priusquam in pyxidibus reponantur; vbi annum durant integrum; sæpe duos, & aliquando tres, præsertim qui opium excipiunt, vel medicamentum quoddam validissimum, cuius vires non facile dissipātur. Trochisci igitur ob duritiem & densitatem vim medicamentorum, quibus constant, diutius conservant, faciliusque resistunt injurijs aeris: Pulveres multo minus; quia cum tenues sint, statim aer eos subit, atque ita facile alterantur. Nō tamen omnes trochisci fiunt ex pulveribus, vt qui ex medicamentis quibusdam, quæ minime possunt pulverari, vt *Scilla & viperarum carne* parantur.

Non solum autem trochisci intus assumūtur, sed adhibentur extra. Qui per os ingeruntur, vt ex omni medicamentorum genere parari queunt, sic facultatem habent roborantem, aut purgantem, vel alterantem. Roborare dicuntur, qui partem quampiam specialius respicientes, illius robur adaugent; vt trochisci *gallię moschatæ*, cerebrum; *terræ lemniæ*, cor; *rhabarbari* jecur; *diarrhodonis*, ventriculum; *capparum*, lienem. Qui conficiuntur ex catharticis, simplicium vires retinent, & aluum ducendo foras humores propellunt, *vt trochisci de agarico, athandal, & rhabarbaro*. Idem iudicium de alterantibus, qui qualitate oppositā intemperiem quamvis immutant; vt frigidam, calida calidam, frigida; sicca humidam; humida, siccam. *Trochisci roborantes.* *Purgantes.* *Alterantes.*

Nec desunt etiam affectibus externis pastilli, vt illi sunt, qui à forma, colore, authore, trochisci albi Rhasis nominantur: vtque alij multi, qui atteruntur in cote, vt fiat sicci, pro collyrijs ad multos affectus oculorum.

Peculiaris trochiscorum confectio, in officina fusissime explicatur. Sequitur nunc, vt de his medicamentis agamus, quæ tantum extrinsecus adhibentur.

SECTIO

SECTIO II.

LIBRI TERTII, IN QVA GENERALIS MEDICAMENTORVM externorum explicatio traditur.

CAP. I.

De Oleis.

VT morbi omnes intus generantur, vel extrinsecus adveniunt; sic remedia, quæ illis subveniunt, vel interna sunt, de quib. abunde *supra*; vel externa, de quibus nunc agendum: Inter quæ oleum cum jure quodam primas tenere dicatur, ab eo medicamentorum localium explicationem auspicabimur. Multis siquidem medicamentis Pharmacopœus interdum carere potest, oleo vix vnquam. [*Gal. cap.* 111. *libr.* 6 *simpl. med.*] Ad mensam enim non tantum trahitur, præsertim quod dulce est, & ex oliuis maturis expressum; De eo namque semper est intelligenda olei absolute dicti denominatio, sed lituum, vnguentorum, emplastrorum, & ceratorum vesut basis est, & commune simplicium, ex quibus conficiuntur, vinculum. Atque per se, quod temperatum sit, seu calidum & humidum in primo recessu, vel, vt loquitur Galenus *cap.* 25. *libr.* 3. *simplic. medicam.* inter calefacientia & refrigerantia, humectantia & siccantia medium, acopum est, seu lassitudines tollit, asperitates lenit, squalidam cutim emollit, aliisque multis affectibus, quorum alibi, nempe *cap.* 6. & 7. *lib.* 2. *simpl. medic.* meminit, salubriter, suauiterque medicatur.

Oleum alimentum est & medicamentũ.

Eius virtus.

Oleorum differentia.

Olea autem, quorum vsus est frequens, vel simplicia sunt, vel composita. Simplicia dicuntur, quę homogenea sunt, habentque nihil ab arte præter extractionem, quæ sine rerum aliarum mixtura peragitur. Quo modo *Pallas omnium prima oleum eduxit, vel artem educendi docuit*, vt scribit Diodorus: nam ante illius hortum erat oliua omnibus ignota; oleique vsus tunc nullus antequam exprimendi modum docuisset.

Pallas olei inuentrix.

Simplicia vero fere sunt olea omnia, quæ expressione trahuntur, vt oleum simpliciter dictum, quod ex maturis oleæ fructibus: *omotribes*, seu *omphacinum*, quod ex ijsdem immaturis exprimitur; vt oleum *amygdalinum, carynum*, & alia multa ex fructibus seminibusve educta; quæ tantum inter sese discrepant, quantum ipsa semina à se invicem dissident. Ex seminibus calidis, calidum; ex frigidis, frigidum oleum extrahitur. Vetustate tamen oleum quodcunque aliquantũ immutatur, & aquosioris partis dissipatione, quod ex se calidum est, potentius calefecit, quod frigidum, segnius refrigerat: nam *vetus oleum*, judice Galeno, *cap.* 6. *lib.* 1. *compos. med. secundum gener. digerendi vim, quæ effectus est caloris, habet.*

Oleum omotribes.

Profructus etiam ipsius, ex quo trahitur oleũ, diversitate, cum is maturus aut immaturus extiterit, præparandi modo, & alteratione artificiò inducta, aliam atque aliam acquirit qualitatem & efficaciam alterandi. *Oleum de vitellis ouorum*, exempli loco, licet sit impermixtum, ob præparationem tamen, humiditatem quandam amittendo, calidius ac ficcius efficitur, hicq; medicamen vtilissimum ad cutim detergendam, impetiginem, & alios plures cutaneos affectus persanandos, & vlcera quædam fistulosa & maligna curanda.

Oleum ouorũ.

Idem omnib. accidit, quæ vi ignis exprimuntur, ex quo calorem acquisititium perpetuo retinent. Et cum simili modo *amygdalinum* extrahitur, tantum extrinsecus applicatur: cum absque igne, instar lohoch pergrati lingitur, ad demulcendam tracheæ arteriæ asperitatem, & ad sputum coquendum ac mouendum; vt solet dari cum pauco sacharo pueris tussiculosis, & quibus aliquid è cerebro ad pulmones delabitur. Extra quoque calalticum, & omnium maxime anodynum medicamentum.

Olei amygdalini facultas.

Vt exprimantur olea, debent fructus & semina repurgari; perperamque faciũt apothecarij, vt obiter dicam, qui ex amygdalis non decorticatis oleum extrahunt. Mundata semina pistillo contunduntur: contusa excipiuntur lebete, igni adhibito, agitanturque paulo diutius, vt calefiant, dein setaceo involuuntur, subiiciuntur; ligneo torculari, donec compressu validissimo olea exprimantur.

Olea exprimendi modus.

Quæ nullo caloris aut ignis adiutu educere volumus, vbi minutim attrita fuerunt, statim prælo committuntur, vt oleum guttatim exudet.

Inter olea simplicia annumeratur, quod ex petra eductum *petroleum* vocatur. Sed de his nostra tantum agit institutio, quæ arte parãtur. Simplicia quoq; sunt *liquidambor* & *balsamum*, quæ ex arboribus exoticis incisis guttatim stillant, de quibus in Officina fusius agemus.

Interdum etiam eliciuntur destillatione tam per ascensum, quam per descensum olea quædã simplicia, vt è *iunipero, guaiaco, caryophillis*, & similibus, tam lignis, quam fructibus siccis, quibus olla comprehendis, vi ignis supposiri aut superpositi, oleum in vas superne, aut inferne, annexũ ascendit, aut descendit. Non omnia tamen, nec semper caloris adiutu, per descensum eruuntur. Ex *tartaro* namque & *myrrha* sacculo conclusis, & in vdo loco vt cella vinaria suspensis, absque ignis interventu, oleum facile exudat; de quibus olea parandi modis omnibus alias.

Olea aducta per ascensum & descensum.

Composita vero olea, quibus potissimũ pharmacopola debet esse munitus, ea sunt, in quę stirpium, fructuum, florum, & quorum vis simplicium materia immergitur, maceraturque. Deinde totum insolatur, dum materiæ illius vires in oleo remaneant, quod postea exprimitur, atque reconditur. Hoc modo fit oleum *violaceum, rosatum, hypericonis, nenupharinum, lumbricorum*; & alia multa, quæ veteribus Græcis ὑῴγε, Latinis *vnguenta* nominabantur, potissimumque ea, quæ lacrymarum & rerum odoratarum admixtione spissiora redderentur. Vnde *myropolæ* seu *vnguentarii* dicuntur, qui eiusmodi olea odorata & vnguenta vendunt, apud quos oleum quod-

Olea cõposita.

Olea veterum vnguenta nominabant.

quoduis fragrans, vt *laurinum*, pro vnguento sæpe est, vt vnguentum pro oleo.

Vix eorum probatur sententia, qui olea tantum simplicia vocant, quæ ex floribus, fructibus, aut alijs simplicibus, in oleo oliuarum infusis, maceratis, & insolatis parantur: Composita vero, quæ cum vino, aqua, infuso, aut decoctione idonea, lento igne coquuntur, donec omnis fere admixtus humor absumatur. Hæc enim illis non minus, imo magis videntur composita, quod rerum infusarum, non modo tota vis, sed substantiæ, cui inhæret, non exigua portio confuse, cum oleo post expressionem remaneat. Hinc oleum, licet nullius excessus particeps, sed temperatum, tale perpetuo est, qualis infusæ rei conditio: si frigida, frigidum, si calida, calidum; & exsiccatorium, si ea ipsa vim siccandi habuerit.

Quibus vasis olea seruanda. Quæ expressione sola, vel maceratione & expressione simul eruuntur olea, optime seruantur reposita in vasis vitreis aut figulinis, validissimo fornacis calore perfecte induratis. Quæ vero destillatione tam per ascensum, quam per descensum eliciuntur, quæ vulgus Chymicorum essentias appellat, in vasis semper vitreis, ac solidissimis, & angusto ore, bene obturato seruari debent, ne substantia ac qualitas eorum facile dissipabilis cito expiret.

Ossibus olivarum philtri instar, vtebantur Babylonica scorta, magicis incantamentis addicta & assueta. Mulieres hinc *Baruch.* 5. apostatæ, circundatæ frenibus in vijs sedebant, succendentes ossa olivarum; à qua consuetudine seriò Ieremias populum Dei dehortabatur. Ita fabulis sathanas ludit, deludit & ad superstitiosos curiosos trahit. Caveat Christianus sibi ab hujusmodi incantamentis diabolicisque artibus.

Ad olea refer Balsamos odoriferos & stillatitios subtiles, de quibus inferius.

CAP. II.

De Vnguentis.

VNGVENTA veteribus dicuntur, Galeno teste, *cap. vlt. lib. 7. simpl. med.* oleagina medicamenta ex odoramentis confecta; Actuario [*cap. 1. lib. 5. meth.*] quæ exterius adhibentur, & illita tantum opē ferre creduntur partibus, quæ alia remedia non facile ferunt; *vt quæ*, inquit, Oribasius *cap. 27. lib. collect. cataplasmatis grauantur, & madefactionibus fluentibus laduntur.*

Vnguenta cur dicta & inuenta. Sunt vero vnguenta crassioris consistentiæ, quam olea, & velut media inter hæc & emplastra; vt linimenta, inter olea & vnguenta. Vnguentum siquidem liquidius, sæpe vocatur linimentum, de cujus parandi modo & vsu *lib.* 5. fusius. Consistentia tamen cum sit parum dissimilis vnguentorum, linimentorum, & ceratorum, pro ijsdem fere vsurpantur. Nam linimentum dicitur, quo iuuandę partes liniuntur; vnguentum, quo inunguntur: Ceratum, quod ex cera & oleo paretur.

Arabes sub vnguenti nomenclatura, cerata & emplastra sæpe complectuntur, vt multi olea quævis spissiora, vt veteres Græci odorata sola. Sic Dioscorides *lib.* 1. olea pleraque odorata, vnguenta vocat: & Hippocrates *lib. de medic.* Medicum non tantum optima corporis constitutione, & ornatu decenti, apud ipsum vulgus, gloriam captare debere vult, sed etiam vnguentis odoratis, hoc est, rebus aromaticis, ac suaueolentibus.

Vnguentum quid. Clarioris tamen explicationis gratia à se inuicem distinguuntur; Et specialius, vnguentum dicitur, *medicamentum quoddam oleaginum, mediæ inter oleum & emplastrum consistentiæ* quæ tamen semper vniusmodi non manet. Nam quo tempore calor vehementior est, vnguinosa & pinguia magis liquat, & vnguenta liquidiora & molliora reddit; quo imbecillior, eo solidiora. Propterea solent myropolæ plus olei hyeme; minus æstate, vnguentis commiscere; frigus siquidem vnguentum quantumuis fluidum, vt & oleum ipsum inspissat: quod etiam obseruauit Galenus *cap. 1. lib. 8. comp. med. gener.* in cerato stomachici compositione.

Olei proportio in vnguentorum confectura qualis. Ea vero proportio olei in vnguentorum confectura seruatur, vt vnciæ olei, puluerís dragma, & ceræ dragmæ duæ commiscentur, siue vt loquitur Galenus *cap. 1. lib. 4. comp. med gener.* ceræ quadruplum oleum adjiciatur, pulveribus octuplum, hoc est, singulis oleis vncijs singulæ drachmæ pulverum, quorum materia ex herbis arefactis, metallis, & terris depromitur; eaque cerato refrigescenti confuse ac paulatim permiscetur, & accurate rudicula agitatur, ne quid grumosum remaneat.

Cum succos vnguenta recipiunt siccos, puluerare eos oportet & dissoluere: Si liquidos & fluidos, reliquę materiei commiscere, & coquendo absumere.

Quæ probe pulverari queunt, tenuissime debent lævigari, vt radices, ligna, resinæ, & ipsa etiam gummi, quando sunt sicciora: Sin minus, pistillo calido subiiciuntur, vt mollescant, vel aceto aut humore idoneo soluuntur.

Quæ humidiora sunt, vt *terebinthina*, instillantur. Herbæ humidiores, vt & animalia vel eorum partes vix pulverabiles, vino, vel alio liquore perfecte coquuntur, donec rabescant, & absumpta prope sit humiditas: Dein in percolato liquore, reliqua dicta proportione, commiscentur materialia, vt legitimæ consistentiæ fiat vnguentum; Cui oleum & cera, non modo formā, & multam materiæ portionem suppeditant, sed reliquorum admixtionem vim connectunt, & diutius asseruant.

Vnguentum crudum. Fiunt vero vnguenta nunc igni, vt omnia, quæ ceram admittunt, nunc sola subactione sed lōga, vt quæ sine ceræ concursu paratur; cuiusmodi est vnguentum crudum, siue de *lithargyro*, quod ex *oleo, aceto, & lithargyro*, simul diuturno pistilli percussu nutritis, nutritum nominatur.

Vnguentorum varietates. Porro multæ sunt vnguentorum differentiæ, partim sumptæ ab eorum coloribus, *vt viride, album, citreum, aureum*; partim ab effectis, vt *resumptiuum, analepticum, mundificativum*; partim à qualitatibus primis, quarum ratione quædam dicuntur calida, vt *apostolicum, Ægyptiacū, Martiatum, Enulatum*: alia frigida, *vt nutritum*: alia siccantia, *vt diapompholix, & desiccativum*: alia humectantia, vt *rosatum*.

Cera

Cera autem alba magis expetitur ad frigidorum, flava ad calidorum vnguentorum confectionem: Sine tamen discrimine Pharmacopœi modo hanc, modo illam assumunt, prout suæ res alterutram habendi, faciliorem præstant commoditatem.

Quibus vasis vnguenta reponenda.

Reponuntur vnguenta pyxidibus, seu vasis stanneis, & aliquando fictilib. vitratis; durantque annum integrum, sæpe biennium, & quædam triennium.

CAP. III.

De ceratis.

Ceronea & cerata à cerá dicta.

CERATA vnguentis, *ceronea* emplastris sæpe designantur: illa, quod molliora; hæc, quod duriora: Ambo sic dicta, quod ceram admittant. vt emplastra multa, quæ indiscriminatim ab his ceronea perpetuo dicuntur, qui omnibus morbis emplastra quædam catagmatica, in myropolarum officinis empta, adhibent; ita vt adeo invaluerit nunc apud vulgus Ceroneorum vsus, vt omnia emplastra *ceronea* dicantur. Quidam Lutetiæ emplastrum quoddam, ceroneum vocat, ad omnem dolorem, omneque morbi genus adhibet.

Ceratum quid.

Est autem ceratum, de quo præsens examen suscipitur, *medicamentum consistentia quodammodo mediũ inter vnguenta & emplastra*: his etenim non ita solidum, illis non ita molle. Quisque tamen modo olei pondus adauget, modo minuit, & pro arbitrio, ceratum, nũc vnguento solidius, nunc liquidius efficit. Vt revera vniusmodi si semper paretur, sic semper, dum asservatur, diu manere non potest. Nam cũ glaciali tẽpestate, & rigido cœlo, quantum vis liquidũ facile concrescat, & æstuoso solidum liquetur, hyeme plus olei, minus ceræ; æstate plus ceræ, minus olei adjungitur.

Olei quantitas in cerato non semper eadem.

Cum vero ambientis aeris constitutio vel temperata fuerit, vel qualitates primas non multum excesserit, solet quadrans ceræ, aut paulo plus minusve olei libræ liquari & permisceri, vt per cœli mutationes, cerata non contingat multum liquescere, aut inarsari. Pauca tamen diu in pharmacopoliis asservantur, quia omni & pauco tempore parari queunt ex *oleo & cera*, à quibus cerata proprie dicta, vel potius *Cerelæa* nominantur. Quædam enim minus proprie sic dicuntur, quod præter ceram & oleum alia multa recipiant, cujusmodi sunt, *ceratum santalinum, stomachicum*, ac pleraque alia; vt quæ ex tempore, prout res postulat, fiunt ex emplastris, oleo liquatis, quando scilicet partis affectæ conditio, solidioris cujusdam emplastri duritiem ferre minime potest. Sic enim cerata quædam acopa, seu lassitudinem levantia, fatigatis nervis, & affectis lassitudine musculis vtiliter adhibentur.

Ceratorum efformatio pro varione partis affectæ.

Adhibentur & regioni lienis, ventriculi, jecoris, vteri, & ossium fractorum, extensa prius super corio, ad similitudinem partis, cui superponenda sunt, efformato.

Cerelæi conficiendi modus.

Quod ad lienem imperabitur, formam habẽbit oblongam, instar bubulæ linguæ. Quod ad ventriculum, erit scutiforme; ad reliquas partes, pro varia singularum inter se figura, varie concinnabitur.

In cerelæi confectione cera minutim secta in oleum cõjicitur, eaque igne lento liquantur; liquata ab igne removentur, & continenter spatha permiscentur, dum coeant. Postremo affusa paulatim frigida denuo agitantur, & percutiendo lavantur.

Sic enim ceratum, aquæ multæ affusione, quantum scilicet absorbere potuit, subactum, accurateque madefactum, magis refrigerat, & Galeno judice, *cap. 6. lib. 1. de simpl. med.* morbis omnibus calidis admotum confert, maxime, si vbi affectæ partis ardore nimis incaluerit, subinde mutetur.

Cum ceratis minus proprie sumptis, adipes, medullæ, axungiæ, & mucagines adduntur, vt sæpe fit, ea paulatim refrigescentibus permisceãtur, quemadmodum & pulveres, quorum eadem ac in vnguentis ad olea proportio fere observatur.

Reponuntur in vasis stanneis aut fictilibus, sed quæ facile quovis tempore parari possunt, ea præstiterit recentia habere.

CAP. IV.

De emplastris.

QVÆ medicamenta topica, in solidiore massam coacta, Arabes *Cerota* & Græci veteres [*Gal. cap. 12. lib. 1. comp. med. gen.*] emplasta vocarunt, juniores euphoniæ cujusdam gratia addita litera r maluerunt emplastra nominare; qua detracta, eorum qualitas non *emplastrica*, sed *emplastica*, seu ἐμπλαστικὴ, quasi dicas infarciens appellatur. Dum enim emplastrum parti superinducitur, propter substantiæ, qua constat, visciditatem, cutis meatus videtur occludere, halituosos retinere spiritus, & calorem partis coercendo, suppuratum aliquando movere. Illius namque glutinosa substantia vix intro sese insinuat, sed foris tãtum insidens, tenaciter corporis meatib. inhæret. Minime tamen ipsius qualitas otiosa manet, sed calore partis excitata, adjutaque, varios effectus pro varia ipsiusmet facultate producit [*cap. 9. lib. de simpl. med.*] Si glutinatoria labrorum vulneris coalitum adjuvat: Si catagmatica, ossium fractorum ferruminationem: Si sarcotica, hanc naturæ fert opem, vt facilius novam carnem generet; quod non tam medicamentorum, quam ipsius naturæ proprium est opus.

ἐμπλαστικὰ medicamenta.

Sarcosis non tam medicamentorum, quam naturæ est opus.

Vt autem varia ac multiplex est emplastrorum compositio, sic etiam qualitas: Ex omnibus enim prope medicamentis componuntur; vnde non omnia perpetuo emphractica sunt, seu lentore suo poros stipantia, sed quædam ecphractica, hoc est, farctu liberantia, & quasi expurgantia; alia epispastica seu extrahentia, & diaphoretica; alia rhyptica, quæ sordes ex cute & vlceribus detergent: Et quædam, quod multis affectibus conveniant, vt pleraque alia medicamenta, polychresta dicuntur, quæ scilicet contrariis constant medicaminibus, *teste Gal. initio lib. 5. comp. med. gener.*

Eccathartica emplastra.

Debet tamen medicamentum emplasticum omni mordacitate vacare: nam si qua illi insit actior & mordacior qualitas, hærere poris vix poterit, ait Galenus *cap. 9. lib. 5. comp. med. gener.* sed excernetur facile, aliquam partem liquando,

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 74 sur 955

aut humorem aliquem ex alto attrahendo; proin terrenæ consistentiæ & viscosum esse oportet emplasticum.

Emplastrorũ conficiendorũ scopi.

Porro componendorum emplastrorum duo sunt scopi præcipui, consistentia crassa, ac solida, & facultas. Odor & color sæpe experũtur, atque ad ægrorum potius gratiam, quam quod medicamentorum naturam & efficaciam concilient.

Consistentiam idoneam & materiam suggerunt, *cera*, *oleum commune*, *lithargyrus*, & interdum resinæ; virtutem vero nullam aut exiguam. Quæ supera adduntur prope omnia, corpus emplastro & facultatem impertiuntur, vt mineralia, metalla, radices, surculi, ligna, flores, semina: Quæ si arida fuerint, pulveranda, & emplastro ab igni remoto, miscenda. Si qua ex his friabilia sint, humore aliquo solvuntur, qui absumitur coquendo, antequam illa emplastro perficiendo commiscentur; vel simul eidem sæpe commixtus coctione dissipatur.

Herbæ viridis, vt quæ in pulverem attenuari non possunt, ex idoneo liquore coquuntur, colo trajiciuntur, miscentur; vel succo ex his tritis educto, alia incoquuntur; quo absumpto, viribus tamen relictis, si quæ supersint adjicienda, quæ longam coctionem non ferunt postremo commiscentur.

Diutius vero coquenda sunt emplastra, quæ succos, vel aquam, acetum, vinum, aut decoctum aliquod recipiunt; quia cum emplastrum esse debeat omne spissum, & viscidum, vt parti, cui adhibetur, adhæreat, humiditas illi contraria est, quæ tamen sæpe admiscetur, & calore resolvitur, vbi qualitas illius accessura est, & in emplastro cõficiendo retinenda. Nã quæ succis incoquuntur, eorũ facultates servant, etiã ipsis exhalatione dissipatis. Efficit quoq; humiditas, quæ cõficiendis emplastris accedit, vt reliquorũ virt⁹ alti⁹ subeat, & ad partes magis dissitas defetatur.

Humiditas emplastris cõficiendis aduersa.

Ex materialibus oleum quidem additur, non modo, vt corpus emplastris præstet; seu, vt cera cum ipso liquetur, acria vel austera obtundantur, & vim magis anodynam & emollientem emplastra nanciscantur.

Oleum vetus simplex, & quod infusione paratur, vel quodvis compositũ, aliquando in emplastrum immittitur, vt præter materiam suam quoque virtutem immittat.

Cera vero materiam duntaxat emplastris præbet, sed vim agendi nullam, vt & resinæ quædam. Non tamen omnia ceram aut resinam excipiunt, quæ scilicet aliunde materiam illis analogam, vt *thus* aut *ladanum* copiosum, aut simile medicamentum admittunt.

Emplastrorũ conficiendorũ modus.

Primum autem, si *cera* emplastrum ingrediatur, ea liquatur in oleo: si *lithargyrium*, & id quoque in illo coquitur, dein mucagines, succi, liquores, si permiscendi, cum his adhuc fervefiant, dum aquea & humidior portio resolvatur: tum resinæ & adipes inducuntur, vt & gummi genera; ex quibus nonnulla pura miscentur, alia non nisi vino, oleo, aut aceto macerata & percolata. Postea permiscetur *terebinthina* emplastro percocto; & ab igne semoto, vt nullã ignis vim, vel minimam sentiat. Postremo his omnibus confusis, & in legitimam consistentiã decoctis, igne subducto, pulveres creti paulatim inspergantur, & sedulo rudicula versantur, agitanturque, dum omnia in massam coeant, nec mollem, nec plane duram, sed lentam, glutinosam, & adhærentem, non ita tamen, vt partem, cui adhibetur, vel inquinet, vel difficillime avellatur.

Et vt magis legitima emplastri forma existat, si in illius confectionem adeps veniat, aut medulla, aut terebinthina, minuendum erit oleum: Si arida quævis, vt lacrymæ non pingues, friabiles succi, resinæ, stirpes aridæ, & mineralia pulverata commiscenda sint, augenda olei quantitas.

Olei proportio in emplastrorum confectura.

Ea autem olei proportio ad arida servatur, vt singulis pulverũ vnciis tres olei tribuantur. Cera vero quadrupla sit ad oleum, adeo vt ad hujus quartarium ceræ libra aut paulo minus esto.

Hæc tamen singulorũ in temperatione quantitas, cum potius judicio, quam certis legibus vbique definiri vix queat, hodie pulveris & olei designato ponderi, ceræ quod satis est, adjici solet, vt liquidis, siccis, viscidis, malaxatione simul coadunatis, lenta, sequax, ac idonea emplastri moles inducatur: Ex qua magdaliæ vnciæ dimidiæ, vel etiam integræ, si libuerit, pondere formẽtur, chartis oleo injunctis involutæ, vt sic in pharmacopolio ad futuros vsus reponantur.

Sic fiunt emplastra proprie dicta ad aliorum discrimen, quæ citra ignem & ceram parantur, quorum scilicet materialia, melle, aut mugacinibus, aut viscido quodam cremore malaxata, in emplastri consistentiam coagmentantur: cujusmodi est *emplastrum de crusta panis*, & *de baccis lauri*, & alia quædam parati solita, quæ inter emplastra & cataplasmata ambigunt.

Ad emplastra quoque refertur & ceratum illud durius ex pari ceræ & olei pondere confectum, vt & cerota, seu ceronea, de quibus abunde *supra*.

CAP. V.

De Sparadrappis.

Tela Galderi.

TELA vtrinque emplastica in multis prostat officinis, quã recentiores modo *Sparadrappum*, modo *telam Galterij*, primi forsan illius inventoris, vel potius infectoris nominant. In emplastrum enim idoneum, jam paratum, sed liquefactum, tela vetustate quodammodo attrita demergitur, & inculcatur sæpe, dum plane infecta & inquinata fuerit, ac vndequaque velut incrustata: tum extrahitur, & exponitur aëri, vt refrigerata obdurescat, ac postea ad rerum exigentiam servetur.

Ejus autem varietates inveniuntur multæ, quæ non à telæ, sed ab emplastrorum, in quæ immergitur, diversitate sumuntur. Aliæ enim catagmaticæ sunt, quæ fractis ossibus solidandis, & roborandis partibus conveniunt, quæ scilicet ex emplasticis astringentib⁹, & roborantib⁹ parãtur: vt

℞. Ol. citonior. & rosat. sevi ariet. an. ℥iiij. thuris, mastiches. picis, boli armenæ, farinæ volatilis an. ℥ij. ceræ albæ q. s. fiat emplastrum, in quod liquatum tela immergatur.

Tela catagmatica.

Aliæ vim habent exsiccantem & epuloticam, & vlceribus ad cicatricem perducendis commendantur, cujusmodi est, quæ sic describitur.

℞. Ol.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 75 sur 955

Cicatricem inducens.

℞. *Ol. roſat.* ℔. j. *ceræ citrinæ* ℔. ß. *ceruſſæ venetæ, thutiæ an.* ℥ij. *lithargyri auri* ℥iij. *fiat emplaſtrum*, & cum tela vetuſtate quodammodo jam attrita, fiat Sparadrap.

Plures alias formulas deſcribit Joannes Vigonius *in ſuo opere chirurgico*, quas huc tranſcribere nec volui, nec debui: cum minimo negotio, quiſque varia, pro vario ſcopo, emplaſtra ſumere poteſt, & in his liquatis linteum inculcare: nam qui præſcribendi & conficiendi emplaſtra modum novit, is ex iiſdem telam inquinare, ſeu ſparadrappum efficere facile poterit.

***

FINIS LIBRI TERTII.

PARTIS PRIMÆ Liber Quartus; DE LEGIBVS IN COMPOSITIONE MEDICAMENTORUM ſervandis.

CAPUT I.

Qui primus medicamenta compoſuerit, & quæ ratio compoſitionis.

CVM *morbus omnis ſit via ad interitum* antequam ſupra modũ augeatur, omni præſidiorum genere profligandus, atque in medicamentis inveſtigandis, ſeligendiſque, tanta ſedulitas eſt adhibenda, vt quæ ſingulis præter naturam affectibus oppugnandis conducunt, perpetuo ſint ad manum, & quaſi medicamentorum eximiorum ſylva præſtò ſit nobis.

Ea autem nec ſimplicia exhibentur, niſi arte quodam modo immutata; nec compoſita ſine multo præcedente apparatu, vt *ſupra* demonſtratum eſt, quo ſimplicia ſingula non ſolũ abluuntur, ſiccantur, terũtur; vel infundũtur, macerantur, exprimuntur; aut alia præparatione cõmixtioni magis idonea, vel vſui feliciora redduntur, ſed ea ratione, & proportione ſimul vniuntur, vt omnium concurſu nova quædam è totius complexione mixtura cõparetur, ſervata tamen ſingulorum virtute, ſi non integra, ſaltem primis menſibus conſpicua, cum adhuc ſcilicet recens eſt mixtorum coitio, nec perfectam adepta fermentationem, *cap.* 2 *lib.* 1. *com. med. gener.*

Quia vero medicamenta interdum exhibita ſola nocent, cæteris admixta proſunt mirifice; cum medicamenti cujuſpiam qualitas probatur, improbatur alia: diverſas enim qualitates in ſimplicibus medicamentis reperiri certum eſt: per compoſitionem alterius admixtione, noxia deletur, aut obtunditur; optima magis exurgit, & effectus præſtat inſigniores. Et licet quædam ſimplicia non lædant, quia tamen non ſatis juvant, citra alterius mixturam non veniunt in vſum, vt medicamen emplaſticum, quod ſimplex nullum tale eſt, inquit Galen. *cap.* 13, *lib. de ther. ad Piſ.* vnde primi emplaſtrorum authores non temere ex oleo quædam liquare, & emplaſtra conficere excogitarunt.

Qui primus medicamentorum compoſitionem tradiderit.

Ob multas rationes alias libro allatas ſuperiore, medicamentorum fit compoſitio, cujus omniũ primus defenditur Herophileus, dein Cappadox Heras, Muſa, Aſclepiades, & Andromachus, *cap.* 2. *lib.* 2. *comp. med. gener.* Sed omnium maxime Galenus *cap.* 2. *lib.* 1. *comp. med. gener. Epilogiſmo.* pharmaci componendi rationem invenit, mixtorum legitimam proportionem, & vtendi modum docuit; Non Empiricorum more, qui ad inſomnia, caſum, & fortunam medicamenta prope omnia referunt, paucis exceptis, quæ communi * judicio, quod pluribus ejuſdem facultatis conſtent, per compoſitionẽ meliora redduntur, & ex eis nonnulla curandi corporis naturæ idonea inveniuntur. Quod tamen exemplo optimi Sarcotici, ex *cerato & duodecima æruginis parte* confecti, Galenus *cap.* 3. *lib.* 6. *comp. med. loc.* negat, probatq;, medicamenta ex duobus aut pluribus oppoſitæ facultatis, optime componi. Ceratum namque ſordes parit, ærugo carnem vlceratam erodit, ex his tamen pharmacum exurgit optimum, quod carnem generet, & cavum vlcus implear. Sic calida frigidis, diſcutientia roborantibus, cardiaca venenis miſcentur, & ex diverſi generis ſimplicibus medicamenta præſtantiſſima componuntur.

Sarcoticum optimum ex facultatibus oppoſitis.

Cuidam [*referente Galeno c.* 29. *lib.* 9. *de facul. medic.*] ex eorum numero, qui citra rationem, & experientia ſola medicamenta eſſe compoſita tenent, pharmacum podagricum jactanti, advenit forte fortuna, quidam podagricus, qui tam mediocriter laborabat, ut incedere etiam poſſet, qui pedi medicamentum appoſuit. At miſellus totam noctem egit inſomnem; ac poſtero die,

Hiſtoria Galeno nota.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 76 sur 955

tantum abeſt, vt cõmode ſicut antea, incederet, vt nec quidem geſtari poſſet.

Ex fortuita igitur *medicamenti compoſitione fortuitus & ſæpius infœlix eventus*, vt pluribus oſtendit Galenus, præter hiſtoriam allatam, qua pſeudomedici vanitatem & ignaviam irridet, cenſetque Medicum non modo compoſitorum medicamentorum cauſam, ſed componendi viam & rationem habere, & ad ſingulos affectus optima pharmaca, dum eſt neceſſum, componere; ne illi grave forſan accidat, quod duobus Medicis [*c.1.lib.2.comp.med.gener.*] Galeno cognitis, quorum ob omiſſas medicamentorum compoſitorum formulas quaſdam, alter contabefactus periit, alter ab operibus medicis deſtitit.

Hiſtoria notanda.

CAP. II.

De baſi medicamentorum & eorum collocatione in formulis.

IN medicamento præſcribendo debet primum illius quædam baſis conſtitui, hoc eſt, medicamentum aliquod ſimplex, in compoſitione præcipuum, & morbo depellendo accommodatiſſimum, cui cætera innitantur. Vt cum morbus aliquis ſuſcipitur oppugnandus, ſi quidem fuerit ſimplex, nullo pravo ſymptomate comitatus, ſeligendum eſt tantum aliquod ſimplex medicamentum, quod viribus ſit par, & partem juvet. Sed ſi ſimplex nullum detur idoneum; ex multis vnum concinnetur, cujus baſis, & veluti columen affectui adverſetur: atque alia adjiciantur, quæ membrum affectum roborent, qualitatem medicamenti ad partem longe diſſitam deferant, atque reliqua permiſceantur, quæ vel palato gratiam concilient, vel opus feliciter, ac promoveant.

Baſis autem ſæpius qualitate, quam mole præpollet, vt in confectionibus aromaticis & purgantibus; atque quo depellendus morbus fuerit gravior, eo baſis remedii præſcribendi majores vires habeat: Et ſæpe ad expugnationem affectionis alicujus pravæ, multæ baſes confuſe in quandam compoſitionem referuntur, quæ in mutuam operam conſpirant, & vicem gerunt vnius; vt cum ad ſedationem doloris vehementioris, multa ſimul anodyna medicamenta confunduntur.

Multæ baſes aliquando in vno medicamento.

In componendis igitur medicamentis, primum baſis quærenda affectui & affectæ parti accommodatiſſima, ſed non ſemper omnium prima in compoſitione collocatur. Non enim affatim, ac promiſcue inordinateque omnia, quæ in compoſitionem veniunt, ſimul confunduntur, ſed alia aliis priora aut poſteriora. Et *tum miſcendorum ordo negligitur, medicamentum ſæpe nec vires habet eximias, nec formam idoneam.* Quæ enim longiore coctione egent, ſi parum; & quæ breviore, ſi multum coquantur; nec illorum integra virtus, vt quæ nondum exierit; neque horum, vt quæ jam perierit, comparabitur.

Accurate quoque debitus ordo ſervandus in formulis medicamentorum deſcribendorum faciendis, vt ne poſterius in recepta, vulgi more, vocata, ſcribantur, quæ priore ejus parte & capite deſcribenda ſunt: In quem errorem incidunt, qui medicamentorum ſubſtantiam, qualitates, & apparatum ignorant: Vt etiam interdum juniores Medici, qui longo medendi vſu nondum probati, quæcunque veniunt in mentem, modo facultates illorum norint, confuſe inordinateque deſcribunt.

Ordo ſervandus in deſcribendis formulis medicamentorum.

Peius agunt, qui, quæ citra virium jacturam vim ignis non patiuntur, diu concoquunt, quæ propter inſignem amarorem in bolum fingenda & tegenda, in potu dant; Quæ debent concoqui, cruda; quæ pulverari, integra; Quæ tantum infundi, diſſoluta, nec expreſſa porrigunt.

Qui iſta parum cauti negligunt, vix antiquiorum Pharmacopœorum effugiunt cenſurã, qui peritioribus Medicis edocti, non ſolum componendi medicamenta modum habent compertum, ſed ex his multi rationem ordinis, quo ſimplicia ſingula collocanda ſint, habent perſpectam.

Hæc autem ſit prima lex deſcribendi medicamenti, vt *ea primo loco ſcribantur, quæ longiore apparatu, vt diuturna coctione, aut laborioſa tritura egent, veluti radices & ligna non odorata: Poſtremo, flores & aromata. Medio inter vtrumque, herbæ, fructus, ſemina.* Qui ſecus faciunt, ligna, radices, folia, flores, & aromata, nullo ordine, & affatim, eodemque inſtanti miſcentes & concoquentes, vel horum qualitatem facile diſſipabilem non retinent, vel illorum ægre ſeparabilem non aſſequuntur; iſtoque improbo parandi ac miſcendi modo medicamentum efficiunt, quod nec ſingulorum vires genuinas habebit, nec Medici votis reſpondebit.

Prima lex medicamenti deſcribendi.

Secunda ordinis ſervandi lex in præſcribendis medicamentorum formulis hæc eſt, *vt ſi anguſtia temporis vrgeat, & quædam coquenda ſint, vel infundenda, & alia pulveranda, ab his ſemper incipiatur, quæ coctura vel macerationem poſtulant; vt dum hæc fiunt, alia comminui & levigari queant, & eodem tempore ſuum quæque habeant apparatum.*

Secunda lex.

Tertia obſervatio eſt, vt *quæ vel quantitate, vel qualitate præpollent, cæteris in compoſitione deſcribenda præmittantur*, ita tamen, vt præparationis, mixtioniſque modus, cujus potior eſt habenda ratio, non diſſentiat.

Tertia.

Hæc quarta lex fere perpetua ſervatur, vt *in cõpoſitionum formulis ea poſtremo ſcribantur loco, quæ materiæ rationem habent*, vt mel in magnis confectionibus, ſacharum in electuariis ſolidis, in multis vnguentis oleum aut cera, & ſæpius vtrumque.

Quarta.

Hic ordo ſi ſervetur, tyronibus medicamenta parandi miſcendique viam aperiet feliciorem, atque in mixto firmiores eorum vires manebunt; quæ niſi arte debita retineantur, aut hebeſcunt, aut periclitantur.

CAP. III.

De formis & fine medicamentorum.

VT qui ſano ſunt corpore, difficile ferunt [*aphor.37.lib.2.Hippoc.*] ſic minus appetunt medicationes. Et qui vel ad προφύλαξιν imminẽtes morbi, vel præſentis ἄλωσιν ſeu profligationem medicamento quodam opus habent idoneo

idoneo, ſæpius antequam mali feritas invaluerit, Medicum non vocant, aut medicamentum reſpuunt, aut ea arte & mixtura paratum deſiderant, vt odore, colore, ſapore, naribus, oculis, palato arrideat. *Coquus apud quos Medicos præferatur.* Sed apud imprudentes ejuſmodi viros & pueros, Coquus, inquit Galenus *l. 2. de prænotione.* ex Platone, Medico præſtat, & majore laude dignus, vt qui gulæ nova quotidie irritamenta paret.

Sed cum *per ea puniatur, per quæ quis peccat, morborumque pene omnium nutrix ſit immanis gula,* jure quaſi divino, medicatio, quæ ſit per os, vltionem commiſſi peccati in eo ipſo relinquit. Medicamenta enim fere omnia, præſertim cathartica, propter diſſentaneam, quam cum noſtra qualitatem habent, guſtui ac olfactui diſplicere non eſt mirum; Cum non vt alimenta mutari, ſed mutare nata ſint, & noxiam humorum qualitatem emendare, vel eoſdem foras protrudere.

Quæ inodora inſipidaque ſunt, & mole parva varie corpus exagitando, ſuſque deque humores excutiunt, vt ſtibium, his poſtponenda medicamentis, quæ maiore quantitate exhibita, licet ingrata, blande, ac cum delectu è partibus affectis vitioſos ſuccos educunt.

Forma medicamentorum quid præſtet. Forma autem medicamentorum non ſolum efficit, vt aſſumantur ipſa facilius, (alii enim liquidis, alii ſolidis tantum delectantur) ſed vt effectus diverſos, pro formæ diverſitate, pollicentur. Quod enim ad incidendum & extenuandum imperatur medicamentum, forma liquida accommodatius eſt, vt ſolida ad aſtringendum.

Non hic formam, quæ dat eſſe rei, nec ipſam rei facultatem effectionis cauſam appello, ſed ipſam compoſiti medicamenti conſiſtentiam qualemcunque; ſolidam, liquidam, mediocrem: præter quam & alia interdum in multis, præſertim ſiccis, induſtria Pharmacopœi manu effingitur, aut ſigillo imprimitur: aut materia in pilulas, trochiſcoſve formatur, vel complanatur in teſſellas, nunc quadratas æquilaterales, nunc rhomboides, ſeu altera parte longiores.

Iſta vero impreſſa forma exterior, & veluti ſigillatio, parvi momenti eſt, vt quæ nihil opis adferat ad effectum medicamenti promovendum, aut felicitandũ, vt ſuperſtitioſi quidam autumarunt, vt illud omittam, quod Spagyricorũ nonnulli ſomniant, de ſignaturis plantarum externis, quibus illarum dotes partibus corporis accommodant; cum quibus certis notis, aut externa forma, ſi DEVS voluerit, conveniunt. At illa medicamenti forma, qua ipſum denſum eſt, tenue, vel liquidum multos ac varios præſtat vſus: Nam idem nunc vtinã movet, nunc alvum dejicit, pro vario componendi modo. Galen. *cap. 13. lib. 4. de ſanit. tuend.*

Craſſitiei aut tenuitas pulverum quid efficiat. Quæ tenuiſſime lævigantur, inſtar pollinis, citiſſime deferuntur ad renes & veſicam: quæ craſſiuſcule, diutius ſubſiſtunt in inteſtinis, & alvum per ſeceſſum turbant. Si obſtructionem quis liberare voluerit, menſeſque movere, nec ſatis feliciter ſolida medicamenta exhibebit: vt neque liquida, ſi è cerebro & partibus diſſitis noxium ſit educturus humorem.

Et vt partibus quibuſdam roborandis, & affectibus depellendis, medicamenta quædam craſſa debentur, alia liquida: ſic nonnullis, inter ambo media, qualia ſunt eclegmata, & antidota quædam inter remedia interna; vnguenta, litus, mucagines, cataplaſmata inter externa.

Quæ autem forma ſingulis medicamentis ſit idonea, *ſuperius* abunde dictum eſt, ſpeciatim vero de his poſtea diſputabitur, quatenus formantur varie pro partium conditione, quibus adaptantur, vt cũ ex emplaſtro ſtomachico ſcutum formatur regione ventriculi apponendum peſſarium ſinui pudoris, glans ſubditicia podici, turunda vulneri.

Nimis ſumptuoſa medicamentorum confectura ſæpe vana. Hiſtoria. Sunt, qui nulla ratione formam medicamentorum non tantum idoneam, ſed illorum quoque ſumptuoſam confecturam expetunt, alioquin tanquam vilem & inutilem aſpernantur; cujuſdam divitis exemplo, qui cum à Galeno *cap. 10. lib. 3. comp. med. gen.* poſtulaſſet, excepiſſetque formam medicamenti, quo vicus malignum in famulo curaret, vidiſſetque omnia, quibus conſtabat pharmacum, eſſe vilis pretii: *Hoc,* inquit, *mendicis ſerva, me autem ſumptuoſius aliquod medicamen doceto.*

Artis arcana non detegenda. Sic multi medicamẽta etiam eximia parvi ducunt, ſi noverint; vilia vero ignota ſibi, pro ſecretis habent, & tanquam aliquod deductum è cœlo remedium ſæpe mirantur. Proinde Medicinæ dignitati conſulunt minus, qui tam divinæ artis arcana detegunt, & plebeculæ, vt arrideant, medicamenta idiomate vulgari conſcripta præbent.

Præſtiterit n. gratis medicinam facere, & pauperi medicamentũ dare, aut aliquod parvi pretii præſcribere, quam illius compoſitionem docere; quam dum ſemel novit, periculum in aliis, vt in ſe, feliciter tentans, eos ducit ad exitium. Medicamentum enim quodvis, maxime catharticum, bonum & malum eſt, & pro ratione bene vel male vtentis, ſanat vel interficit.

Finis compoſitionis. Finis autem compoſitionis medicamentorũ eſt, cujus gratia ea ipſa ſuſcipitur: vel ad quem omnia, quæ mixtioni ſunt neceſſaria, referuntur, vt tandem medicamenta ex arte compoſita, ſanitati vel tuendæ, vel exornandæ, vel morbis profligandis inſerviant.

CAP. IV.

De medicamentorum ponderibus, & eorum notis.

Ponderum magna varietas. CVIQVE nationi & ditioni ſua ſemper fuerunt, vt adhuc ſunt, pondera & menſuræ. Libra mercatorum Conſtantinopolitanorum pendet vncias viginti ſex: Mediolanorum, viginti quatuor: Pariſienſium ſexdecim: Lugdunenſium quindecim: Hiſpanorũ quatuordecim: Genuenſium & multorũ aliorum duodecim: aurifabrorum octo tantum; vulgus Markam nominat.

Veteres quoque Græci, Arabes & Romani non ſolum proprias habebant idiomata & characteres, ſed etiam pondus. Et niſi regia poteſtate arcerentur mercatores, nulla eſſet certa ac definita ſtatera, quandoquidem pondere volunt emere maximo, & minimo divendere.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 78 sur 955

Quia vero in Medicina ſæpe bis peccare non contingit, & errata in præſcribenda doſi fere ſemper periculi plena ſunt, Medicis omnibus communia & definita debent eſſe pondera, vt vna lege vnus ſit omnium conſenſus.

Libra Medicorum. Libra autem illorum ſemper vncias duodecim pendet, quæ ſic ſcribitur, lib.j. Vncia drachmas octo, cujus hæc eſt nota, ℥.j. Drachma ſcrupulos tres, quæ ſic pingitur, ℈j. ita ut in vncia tot ſint ſcrupuli vel ſcriptuli, quot in Alphabeto Græco literæ, nempe viginti quatuor, juxta illud Faunii Poeta:

Vncia ſit drachmis bis quatuor, vnde putandum,
Grammata dicta, quod hæc viginti quatuor inſe
Vncia habet, tot enim formis vox Græca notatur,
Horis quot mundus peragit, noctemque diemque.

Quibus verbis ſcriptuli videntur quaſi vicem gerere literarum; drachmæ ſyllabarum; vnciæ, dictionum; libra, orationis; vel ſaltem periodi completæ. Sunt tamen pondera quædam minutiora ſcriptulis, nam granum eſt omnium ponderum minimum, ſeu minutum, è quo fit obulus, ſeu ſcruptulus dimidius, qui ſic notatur ϑ ß. Granum vero duabus literis gr. ſimul junctis, & aliquando g ſolo deſignatur.

Obulus. *Granum eſt omnium ponderum initium.*

Cum ſeſquilibram, ſeu libram vnam cum dimidia, & ſexcunciam, hoc eſt vnciam vnam ſemis notare volumus, majori ponderi picturam hanc lib.j.ß, minori iſtam ℥.j.ß. damus.

λεπτὸν. Granum igitur λεπτὸν Græcis, omnium minimum eſt, indiviſibile & minutum, minutia ob id nominatum.

Chalcus, ſeu æreolum, pendet minutias ſeu grana duo.

Siliqua, ſeu Ceration, Kirat Arabice dictum, chalcos duos, hoc eſt, grana quatuor.

Semiobulus æreola tria, id eſt, ſiliquam vnam & dimidiam.

Obulus ſiliquas tres, ſeu chalcos ſex, aut grana duodecim.

γράμμα. Scriptulus duos obulos, ſeu chalcos duodecim, aut grana viginti quatuor.

δηνάριον. Denarius eſt octava pars vnciæ Romanorum, & pendet ſcriptulos tres, ſeu obulos ſex, vel grana ſeptuaginta duo.

δραγμὴ. Dragma eſt octava pars vnciæ Græcorum, & levior eſt denario, penderque tantum ſexaginta grana, hoc eſt ſcriptulos tres vulgares, quorum ſinguli grana ſolum viginti pendunt.

Olim denarius decem aſſes ſeu libras valebat, vnde illi nomen, ait Sylvius, nunc libræ tantum eſt pars octogeſima quarta, vt drachma nonageſima ſexta: Libram intelligo Medicam, quæ vncias duodecim pendet.

Multi [*Scrib. Larg.*] autem pro denario dragmam ponunt, illo non multo leviorem, vt pro dragma denarium, juxta Græcorum interpretum verſionem, qui cum nihil haberent, quod exacte denario Romano reſponderet, pro denario dragmam relinquerunt.

Sicilicus. Sicilicus duas dragmas valet, eſtque quarta pars vnciæ.

Semi vncia media eſt vnciæ pars, ſicilicos duos continens. ἡμιούγκιον.

Vncia medica octo dragmas, negotiatoria denarios totidem pendit.

Dragmam quoq; interdum ab antiquis Hexagion dici comperio, mercatores vulgo *groſſum* appellitant. ἑξάγιον.

Bes continet vncias octo, & media pars eſt mnæ, ſeu minæ medicæ, quæ ſexdecim vncias continet, videturque libra mercatorum. *Ex Dioſcor. & Gal.*

At Medicorum λίτρα, id eſt libra, minor eſt, & vncias tantum duodecim valet.

Omnia autem ſic in pauca contrahere lubet, vt memoriæ mandentur facilius.

Libra ſeu pondo, & As ſæpe dicta, pendet vncias duodecim; deunx, vndecim: dextans, decem: dodrans, novem: bes ſeu octunx, octo: ſeptunx, ſeptem: ſemis, ſex, vel mediam ponderis cujuſque notati partem; quincunx, quinque: triens, quatuor: quadrans ſeu quartarium, tres.

Vncia continet ſicilicos quatuor, ſicilicus dragmas duas, dragma ſcriptulos tres, ſcriptulus obulos duos, obulus duas ſiliquas ſemis, ſiliqua duos chalcos, chalcus duo grana.

Nomina ponderum Arabica. Nomina ponderum Arabibus familiaria non ſubticuiſſem, ſed tam varia deprehendi, vt infida arbitrarus ſim, apud quos vnciam *adar*, *alſatil*, *ſacros* & *uſſathis* dici comperi. Dragmam quoque modo *alhi*, modo, *nabach*, & aliquando *darchamet* nominant; vt ſcriptulum aliquãdo *guanthus*, ſæpe *gormin*, & aliquando *kermec* & *arme* nominant: Obulũ vero *Seminen*, *Seminet*, *Onolos*, *Onoloſat*, *Ologinat* indiſcriminatim, efferunt, mediam ejus partem Dãnich, tertiam Kirat nuncupantes: Ipſis autem ſua vocabula relinquenda, nobis noſtra ex vſu ſunt.

Herba quomodo menſurantur. *Manipulus quid.* Porro cum herbæ menſurentur manipulis, per literam M. flores pugillis, per literam P. deſignantur. Manipulum vocant Medici, quantum manu complectuntur; Pugillum, quantum tribus digitis capere valent.

Ana quid ſignet. Cum vero æquale pondus, aut menſura duorum aut plurium ſimul medicamentorum præſcribitur, hæc dictio *Ana* additur, quæ ſingulorum medicamentorum præſcriptorum æqualem aſſumendam eſſe portionem indicat.

Inter notas ponderum, vel potius quantitatis finiendæ in præſcribendis medicamentorum formulis, cum fructus multi nec trutina librentur, nec cyathis, conchis, acetabulis, aut vaſis ſimilib. concavis menſurentur, ſed numero tantum ponantur, ſolita litera N. appoſita, numerus illorum notatur; Non tamen quantus, niſi quoque notam ponderis, quo opus eſt, vna ſubjungatur; vt exempli loco, ſi amygdalæ, ſebeſten, prunа, aut ſimilia præſcribenda ſint, quæque numero duo, tria, quatuor, quinque ſex aut plus, minuſve pro vario Medici ſcopo præſcribuntur, præſtat Rondeletio teſtante, in numero ſignando notis priſcorum Romanorum, vti, quæ ſic depinguntur, i, ii, iii, iiii, v, vi, vii, viii, ix, x, xi, xii. quam aliis characteribus, Ziphræ nomine vulgari nuncupatis, atque ſic deſignatis, 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10. Ne fortan ignarus quidam tyro dum dragmas duas aut tres ſic ℥.2. ℥.3. de pictas oſci-

oscitanter legit, perperam triginta duas aut triginta tres dragmas assumat.

CAP. V.

De Mediorum mensuris.

Cur homo animal sapientissimum.

NON sine ratione DEVM omnia ponderè, numero & mensura creasse, literæ Sacræ testantur. Nam cum *numerus* sit *actus rationis*, Plato hominem animal ideo sapientissimum asseruit, *quod noverit numerare*, omniaq; Deus justo pondere & mensura præcepit trutinari, *Levit.19. & Deut.25.*

Per mensuras instrumenta quædam instar pyxidum concava, certis speciebus excipiendis mensurandisque accommodata, intelligimus, quibus medicamenta, tam simplicia, quam composita, sicca, liquidave non modo Pharmacopœi, sed mercatores dimetiri solent.

Sæpius tamen ad liquores, vt oleum, acetum, ptisanam, decoctum, vel similia dimetienda efformantur, eaque industria adaptantur ponderibus, vt alia sint vnicæ tantum vnius, alia duarum, aut trium, alia libræ vnius, alia quinque aut decem, vel plurium sit capax.

Cochlearium. Omnium minima mensura capere potest ℥j. & ℈ ß vini substantiæ mediocris, vocaturque cochlearium.

Alia majuscula, Chemè dicitur, & duplo superiore major est, capitque vini ℥ ij. & ℈ j.

Ligula. Mystrum. Tertia adhuc major, ligula interdum dicta, & à nonnullis mystrum, seu cochlearium paulo majus, capit ejusdem ℥ ij ß. aut ℥ iij.

Concha. Concha continet mystra duo, seu chemas, vel ℥ v.

Cyathus. Cyathus conchas duas seu ℥ x. vel ℨ j. ß.

Acetabulũ. Oxybaphum. Acetabulum, Oxybaphum Græcis dictum, sesquicyathum, seu ℥ ij. & ℥ ij. vel ℨ ij. ß. ad summum.

Quartarius acetabula duo, seu ℥ iiij. ß. vel paulo plus.

Hemina. Hemina, seu hemisextarius quartarios duos, seu ℥ ix.

Sextarius, seu chopina Parisiensis, duas heminas, hoc est, ℔ j. ß.

Chœnix. Chœnix, seu modulus sesquisextarium, nempe ℔ ij. & ℥ iiij.

Congius. Chus seu Congius sextarios sex, hoc est, lib. ix.

Vrna. Vrna congios quatuor, seu libras quadraginta.

Amphora. Amphora vrnas duas, seu libras octoginta.

Metretes. Cadus. Metretes seu Ceramium Græce, Cadus Latine, sesquiamphoram.

Culeus. Culeus amphoras viginti, seu vrnas quadraginta.

Sic enim ab ea mensura, omnium minima, sensim ad maximam progrediendo mensuræ liquidorum, vt solidorum à granis, incipiunt. Atque vt major numerus continet minorem: sic majus pondus, aut mensura, vtrunque minus.

Mensuratum igitur aliæ parvæ sunt, aliæ magnæ, aliæ mediocres: Et ex illis quædam liquidis, aliæ siccis, aliæ ambobus mensurandis destinantur.

Culeus, amphora, vrna, congius & quartarius, liquidis, modius & semimodius, siccis; sextarius, hemina, acetabulum, cyathus, his & illis dimetiendis inservire solent. *Modius.*

CAP. VI.

De quantitate medicamentorum exhibendorum.

IN componendis medicamentis non tantum simplicium qualitas requiritur, sed qua quantitate singula misceri debeant, vel jam compositum exhiberi, est inquisitione dignum. Minor enim quantitas, vt sæpe non prodest, sic major obest sæpius, nec minus *lactuca* interficit ipsa *cicuta*; pluresque *vinum*, quam *aconitum* occidit.

Alimentorũ nimia quantitas periculosa. Quod si alimenta plus æquo ingesta veneni sunt loco, summa artis & artificis laus est medicamentorum justam describere quantitatem, & quæ, ac quanta, cuique sexui, ætati, naturæ, & tempori conveniunt, definire. Purgat enim potenter *turpethum, colocynthis, veratrum*; imbecillime *polypodium, thamarindi*, jus galli veteris: moderate *cassia, senna, theum*: difficillime, senes & melancholici autumno: facillime pueri humidiores hyeme, & vere; vt bilioſi æstate: Qui mediorum participes sunt medio modo purgantur.

Idem medicamentum non eadem semper præstat. Et cum per ætatum tempestatumq; mutationes humorum conditionem mutari contingat, contingit quoque, vt idem medicamentum eadem quantitate non similiter moveat ac operetur. Nam cum humores turgent & vrgent, natura levi sæpe medicamento proritata, molitur excretionem materiæ gravantis, eamque vel per secessum, aut vomitum excludit. Vt contra, cum propter lentorem tenacius impingitur, nec sua qualitate naturam ad exclusionem lacessit, validissimum nonnunquam medicamentum ignavum est, nec alvum satis turbat, ducitve, aut certe molestos ac reduntantes succos tantum movet, non promovet.

Fallit hæc sæpe diversitas humoris incautos, qui cum experientia didicerint, *cassiam* vnciis, non granis *scammonium* granis, non vnciis; *rhabarbarum* dragmis præscribi & exhiberi, dum cujusq; pro efficacia agendi convenientem dosim præscripsisse putant, ne semel quidem, aut contra, impense & profuse vident alvum moveri. Nam cum in orgasmo natura est, turgetque superfluus humor, pauca sæpe grana *rhei* ventrem turbant, imo & cathartici cuiusvis odor eum aliquando solus exagitat. *Odor medicamenti cur ventrem aliquando ducat.*

Quare non imprudenter agunt Medici, si ab ægrotis, à quibus vocantur, & à se nunquam antea visis sciscitentur, num illorum alvus facile & blando ecoprotico moveatur, an mochlico & validiore indigeat; vel sic, Sit ne perpetuo liquida, vel dura, & clysmis quotidie solida moveri. Sic enim felicius imperabitur medicamentum purgans, quod nec supra, nec infra vires ventrem agitabit; & quanta, & qualia purgari oportet, purgabit. Ea tamen lege, vt si totum corpus pravis scateat humoribus, non affatim, sed partite; nec vno die, sed pluribus, si opus fuerit, moveantur. Natura siquidem non facile fert magnas cujuscunque humoris, etiam laudabilis, evacuationes; Semperque cum ea bene agitur, si omnia paulatim fiant, nec quicquam immoderate ac violenter ducatur.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 80 sur 955

CAP. VII.

Iustam medicamentorum quantitatem vix definiri, non tamen, dum parum excedit, aut deficit, periculosam.

MEdica quidem ars coniecturalis est, *sed quam experientia juvit, auxit ratio, & doctorum authoritas stabilivit*, qui ex causarum indagatione effectus perquirentes, ac longa observatione prudentiores facti, theoremata posteritati reliquerunt multis rationibus validissimis, & necessariis fulcita, quibus morbi dignoscuntur, remedia inveniuntur, & medicamentorum quantitas describitur, si nō justa ac definita, saltem adeo naturæ & morbo accommodata, ut illa vincat, hic vincatur. Quod n. mali reformidandum, si vbi *cassiæ* vncia, aut *rhabarbari* dragma convenit, illius tantum dragmæ septem, vel etiam novem, hujus vero scripturi duo aut quatuor exhibeantur? Nam *parvulus error non valde pertimescendus*; Atque vt sine sanitatis insigni jactura, per medicamentū humores excrementitii non semper omnes educuntur, sic cum præter illos nonnihil ex his, qui qualitate non lædunt, educitur, grave quid suspicari nihil est necesse: Cū nec ipsa edulia potulentave eadem semper copia, nec iisdem horis ingerantur. Vt nec si cacochyma sunt, morbos statim invehunt. Multis sæpe contigit innoxie aliquot *cicutæ* folia in jusculis comedisse ancillarum incuria, quæ petroselinum, cui externa quadā forma convenit, selegisse putabant. Et qui ranas habent in deliciis, buffonum coxas interdum sine periculo mandunt.

Parvulus error non pertimescendus.

Summo autem judicio, artificioſaque conjectura efficiendū est, ut medicamenti quantitas naturæ viribus, & educēdæ sarcinæ respondeat, quæ si copia gravet, nec medicamentum illi proportionatum vna vice tuto possit exhiberi, melius erit partite diebus singulis, vel alternis, totam illuviem deplere, quam affatim humores & vires simul dejicere.

Superpurgatio timenda.

Miserum est etiam corpus iterato medicamento repurgare, cū vnico tantū egeat, aut violentum porrigere, cum oneri tollendo blandum satisfaciat. Hypercatharsis namque seu superpurgatio timenda, quæ venas nimium reserādo, dysenteriā interdum excitat, sanguinem vacuat, & virium integritatem prosternit. Prodest siquidem magis aliquid ex superfluis humoribus deserere, quam immoderata vacuatione portionem optimorum vna cum excrementitiis protrudere.

Quommodo medicamentum idem varios promat effectus.

Et quemadmodum idem medicamentum eidem homini, eadem quantitate, sed diversis temporibus datum, plerumque diversos promit effectus: sic semper dum variat illius quantitas, agit varie: & modo huic, modo illi morbo turius feliciusq; datur. Si enim [*aphorism. 1. lib. 4. Hippocr.*] gravidam purgare consilium est, vt certe quadrimestrem vsque ad sextum mensem, fas est, medicamentum roborans audacter illi parva quantitate dabitur, vt molestiæ causa, de qua per graviditatem primis mensibus conqueri solet, blande subtrahatur, nullamque ex medicamento fœtus aut prægnans percipiet.

Quæ magna

At vero cum *opij*, *diagridij*, aut alius medicamenti, quod parva mole maximas vires habet, quantitas exquiritur, ea religiosius, ac prudentius præscribi debet ac ponderari, vt si juste definiri vix queat, solum tantillo plus exuperet aut deficiat. Cum enim lex non sit de minimo, nec de eo judicet prætor, vt vulgo fertur, leviter in excessu vel defectu minimo peccatur.

religione ponderanda.

CAP. VIII.

De his, quæ innoxie magna quantitate sumuntur, quibus conveniant, & quando.

OMNE *medicamentum aliquod naturæ negotium, aut maius, aut minus facessit, prout illius facultas imbecillior fuerit aut validior.* Quod catharticum est, vt odore, sapore ve magis displicet, sic molestiam adfert majorem. Nam *quæcunque purgant, omnia*, inquit Gal. *c. vlt. lib. quos, quando & quibus, ventriculum lædunt, & maxime eius ostium, quod nervis quamplurimis constat, & acute sentit.* Propterea excogitatum est purgantibus benevolentia, & plerunque castigantia admiscere, vel ea seligere, quæ non multum ingrata sunt, nec alvum immoderate turbantia: Quæ talia dum habentur, non tamen imprudenter exhibenda, sed quibus conveniunt, atque ea quantitate, quæ viribus naturæ respondeat, eaque facile ferat.

Quantitas autem illa varia est, pro varia singulorum facultate; quæ quo imbecillior est, eo majore dosi sumitur; quo validior, eo minore. Imbecilla dicuntur purgantia, quæ lente ac benigne ventrem ciendo, primam corporis regionem eluunt, atque vnciis potius, quam dragmis mensurantur: cujusmodi est *manna*, *pulpa tamarindorum*, *medulla cassiæ*, & similia: Valida, quæ exigua mole, vt quæ granis tantum aut scrupulis ponderantur, magnos & sæpe violentos præstant effectus, de quibus postea. Inter imbecilla quoque numerantur omnia, quæ vnciis; inter violenta, quæ granis mensurantur: inter ambo media quædam sunt, ut *rheum*, *senna*, *aloe* & similia, quæ dragmis ponderantur; quæ omnia, vt quæcunque lubricando & roborando purgant, majore quantitate sumuntur.

Dosis medicamentorum purgantium.

Idem est judicium de alterantibus medicamentis, quæ quo minus à symmetro corpore distant, vt calida, aut frigida primo ordine, vsque ad secundum, eo majore dosi præscribuntur; Quo longius ab eodem recedunt, vt quæ ad quartum recessum caloris aut frigoris accedunt, eo minor ipsorum quantitas exhibetur: Tutum siquidem non foret *piper*, *pyrethrum*, *euphorbium*, aut *cicutam*, *sedum*, *nympheam* larga copia porrigere, cum horum vsu algerent interiora, illorum conflagrarent.

Alterantium dosis.

Roborantia vero cum à se invicem dissideant, agendi viribus, valde dissimili quantitate præbentur, vt aquæ cordiales, vnciis; conservæ principum partium roboratrices, drachmis; Alexiteria efficaciora, scrupulis; lapis bezoardicus & cornu monocerotis, granis.

Quæ item formula liquida sumuntur, ad roborandū, alterandū, aut purgandum, ea semper dosi majore solent imperari.

Qui medicamēti validis, qui benignis egeant.

Porro nō ex parte tantū medicaměti, sed corporis status & humoris, quantitas augeri debet, vel

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 81 sur 955

vel minui. Robuſtum firmumque corpus, laboribus & crebris purgationibus aſſuetum, aut multis obſtructionib. impeditum, blanda imbecillaque medicamenta aſpernatur. Molle, ac rarum, quale puerorum & mulierum eſt, vt è diverſo, macilentum, exuccumve, medicamentis tantum eget blandioribus, & mulieres grauidæ, & qui ex longo morbo reſurgunt.

Frigidus & craſſus humor tardius purgatur.

Humoris quoq; ſpecies & copia medicamẽti quantitatem diſtinguit. Nam lentus humor, craſſus, frigidus, melancholicus, pituitoſus, & tenaciter cuipiam parti adhæreſcens pigre delabitur, validioreque, cathartico ad illius excluſionem habet opus. Tenuis, calidus, bilioſus, interdum ſponte per vomitum excernitur, aut facile blando medicamento purgante per ſeceſſum educitur.

Medicamenti doſis pro cœli & ſoli natura immutanda.

Præterea cœli ſtatus, regionis natura, & anni, tempeſtatiſque conditio, non idem ſemper medicamentum, eademque copia exhibendum arguunt. Nam cum tempeſtate aquilonia alvi duræ ſint, [*aphor. lib. 3.*] & hyeme rigida corpus coarctetur, denſeturque præſertim in regione gelida, humor tunc partibus tenaciter obhæreſcens, non niſi valido medicamento, aut blando liberalius, aut ſæpius exhibito profunditur. Et vt annus tales plerunque morbos facit, qualis eſt ejus conſtitutio, [*aphor. 5 lib. 3*] pro humoris morbum committentis ſpecie, cujus proventum magnum facit aut minorem; ſic immutari quoque ſuadet non tantum medicamenti genus, ſed quantitatem, quæ copioſior eſſe ſemper debet, cum vel ratione corporis, humoris, cœli ſtatus, regionis, conſuetudinis purgatio difficilis eſſe ſolet: vt contraria ratione cum facilis eſt, illius etiam copia debet eſſe minor, vt mox docebitur.

Cap. IX.

De his, quæ parva quantitate præſcribuntur.

Blandum medicamentum quale.

SVa cujuſque medicamenti eſt purgandi virtus fortis, aut imbecilla; ſua & virtutis particularis proprietas, qua hunc potius, quam illum humorẽ blande aut potenter educat, Blandum illud dicitur, *quod mediocri tantum quantitate ſumptum, alvum pigre ac benigne movendo, pauca dejicit; ſuperflua tamen ducit, dum ſuperfluo ponderi ſumitur.* Si enim *rhei* vel *caſſiæ*, quæ inter familiariſſima naturæ pharmaca recenſentur, immoderata quantitas, vt illius ſeſquiunica, & hujus ſelibra ingeratur, magna immoderataque ventris turbatione, humores agitando, per ſeceſſum, aut vomitum, aut vtrumque movebit.

Potenter purgans.

Potenter purgat, *quod exigua mole, vt quæ granis ponderatur, citam ac copioſam dejectionem efficit*; proinde parva ſemper quantitate datur: vt & omnia, quæ ingrata ſunt, aut rara, magnoque venduntur pretio, aut vires habent efficaciſſimas, ac malignæ cujuſdam qualitatis participes.

Ingratum quale.

Ingrata ſunt, quæ vel odore moleſte feriunt nares & cerebrum, vt *caſtoreum*, *ſagapenum* & *aſſa fœtida*, quam ob tetrum halitum Germani ſtercus diaboli vocant; vel ſapore, cuiuſmodi ſunt amara, vt *colocynthis*, *centaurium minus*; acria, vt *euphorbium*, *pyrethrum*; acidiſſima, vt *oleum ſulphuris* & *vitrioli*, cujus aliquot guttæ ſyrupo violato proportione debita commixtæ, eundem colore ex rubro micante, fucant & acidulum ſimul reddentes, oculis & palato ſuavem admodum efficiunt. Ejuſmodi ſyrupum arte dicta alteratum, aulicus quidam Medicus, primo ſui adventu, omnibus æque morbis, propriis manibus dabat, plebeculamque vanis oſtentationibus fallendo, arcanum omnium arcanorum aſſerebat.

Quæ rara ſunt, nec niſi magno emuntur, vt gemmæ, ſmaragdi, vniones, balſamũ, aromata pretioſa, *ambra*, *moſchus*, *zibethum*, & quæ quarto receſſu calfaciendo aut refrigerando corpus immutant, minore quantitate præſcribuntur.

Religioſius adhuc aſſumuntur, quæ antipathia quadam & ſpeciali dote vitæ primordia, ſpiritum & calorem impetere, carnes colliquare, & ſanitatis integritatem deſtruere nata ſunt, vt caro viperarum ad peſtem & lepram, renes, vel potius lumborum caro ſtincorum, ad æſtum Veneris ciendum, cantharides ad ſchuriam; hæ enim, vt decet, præparatæ, aliiſque medicamentis idoneis permixtæ, & quantitate parva datæ, vrinam movent innoxie, majore copia ſiſtunt, & veſicam impenſe calefaciunt. *Rondeletius.*

Cantharides an & quomodo moveant vrinam.

Mineralia quoque, vt ea omnia, quæ facultates habent efficaciſſimas, parcius; quæ minus validas ac remiſſas, liberalius ſumuntur.

Quæ parva doſi præſcribantur, & ſi cuta.

Præterea, quæ ad aromatizationem, vel correctionem, vel aliorum medicamentorum deductionem conducunt, ea ſemper minori quantitate ponuntur, vt *cinamomum*, vel *ſantali*, aut *ſchœnantum* ad odoris, ſaporiſve ſuaviratẽ pharmacis conciliandum, *zinziber* ad *agarici*, *crocus* ad *opij* caſtigationem; incidentia & aperientia ad reliquorum medicamentorum virtutem medicamentis deferendam.

Nihil vero æque pharmaci cujuſdam magnam doſim dehortatur, atque vis illius efficæna, præpotens & maligna, quæ cum intro ſubit, ſimul vt educitur in actum, ſæpe naturam anxie ducit, & ſymptomatum excitat catervam.

Quæ rara ſunt, pretioſaque principibus & divitibus, majori pondere, ſi res poſtulaverit, audacter præſcribuntur.

Cap. X.

Qua quantitate ſimplicia medicamentis componendis permiſceantur.

MEdicamenta pauca inveniuntur multis ſimplicibus eadem proportione mixtis compoſita, quin duo, vel plura reliquorũ quantitatem ſuperent. Superant, quæ materiæ vicem gerunt, & idoneam medicamentis formã inducunt, vt *oleum*, *cera*, *lithargyrus* emplaſtris & vnguentis: vel præcipuã agenti vim præſtant, & baſis locũ in cõpoſitione obtinent, vt *aloe* in multis catapotiis: vt etiam, quæ ſub magna mole vires habent imbecillas vel ad reliquorum conſervationem adhibentur, vt *mel* & *ſacharum* in electuariis & ſyrupis.

Hæc

Hæc vero præcipua lex in medicamentorum miſcendorum proportione ſervanda eſt, vt, quo quid majorem medicamento vtilitatem affert, eo in hujus compoſitione, copia majore adhibetur.

Quæ ſimul æquo pondere poſſunt miſceri.

Æquali pondere miſcentur, quæ ſymbolo quodam conveniunt, habentq; inducendæ formæ medicamento aptam materiam, & æque affectu, affectæ parti, cauſæ & ſymptomati adverſantur; quod videtur obſervatum in *vnguento tetrapharmaco*, ſeu *baſilicone*, quod *ceræ, picis, reſinæ, adipis tauri* partibus conſtat æquis: vt etiam in electuario Juſtino deſcriptione Nic. Mirepſi *cap.* 403. quod partes æquales, triginta ſimplicium excipit, quæ proprietate quadam omnia calculos atterere, & vias lotio dicatas referare creduntur. His excipiendis additur *mel* aut *ſaccharum* diverſa proportione commiſtum, vt ex omnibus ſimul electuarium paretur, quod formam ſibi convenientem, ac conſiſtentiam idoneam habeat, & ad futuros vſus diutius conſervetur.

Electuarium Juſtinum ad quid vtile.

Porro ex medicamentis ſimplicibus alia pondere, alia numero, alia vtroque modo, quædam menſura, nonnulla manipulis, alia pugillis menſurantur.

Radicum quantitas in medicamento componendo.

Radicum quantitas pro ſingulis doſibus varie, pro varia illarum virtute & agendi efficacia menſuratur. Si blande alvum ducendi facultatẽ habeant, dragmis; ſi potenter, ſcrupulis: ſi tantum alterant, vnciis integris, vel mediatis: Et cũ balneas ingrediuntur, libris, & aliquando manipulis, ſi tenuiores ſint, ponderantur.

In ſyrupis magna quantitate conficiendis, ponuntur ab ʒj. ad ʒij. aut ʒiij. In apozematis pro vna doſi, à ʒij. ad ʒ. ß. vel ʒj. aut plus, minuſve, pro radicum viribus. Si pro multis doſibus parandum ſit decoctum, eadem proportione ipſarum augenda quantitas.

Cum vero duæ, vel tres, vel plures qualitatis ejuſdem, aut fere ſimilis radices præſcribuntur, ſingularum minor quantitas poni debet, adeo, vt omnes ſimul junctæ æquipolleãt vnius quantitati, inquit Rondelet. Quod etiam fieri debet in omnibus aliis ſimplicibus medicamentis, facultate ſimilibus, dum æque affectui propugnando, & parti juvandæ conveniunt. Atque vt paucis repetam, quæ acrimoniam, aut facultatẽ habent eximiam, parva quantitate, quæ blandam aut imbecillam, majore ponuntur.

Herbarum quantitas.

Idem eſt judicium de herbis tam recentibus, quam ſiccis, quæ manipulis menſurantur, aut ſinguliſ, aut pluribus, pro illarum facultate, & medicamenti paranda natura. Singulas enim ad vnam doſim, aut alteram, manipulo ſolo, & plerumque tantum dimidiato metimur: ad fotus parandos, manipulis duobus: ad balneum pluribus, & interdum faſciculis vſurpamus.

Flores.

Minutuli flores ſicci, aut recẽtes, vt *roriſmarini, violarum, bugloſſi*, modo pugillis, modo pondere menſurantur: Majores ac recentes, vt *liliorum, nymphææ*, *roſarum* ſæpius manipulis: aridi dragmis, vnciiſve in trutina expenduntur.

Semina.

Semina quævis calida, frigida, tẽperata, acria, acerba, amara, vel ingrata, põdere ſemper librantur, ſed diverſa quantitate in compoſitione medicamentorum ponuntur, pro illorum diverſa virtute & Medici ſcopo.

Narcotica

Calidiſſima, frigidiſſima & narcotica, dum extrinſecus adhibere conſilium eſt dantur à ʒ ij. ad ʒ j. Si intrinſecus ſumere, à ϑ j. ad ʒ j. aut paulo plus, aut, minus, pro illorum vi potentiore aut imbecilliore.

Fructus numero & ponere menſurantur.

Fructuum & radicum cum ſit diverſa magnitudo & qualitas, diverſa quoque illorum quantitas præſcribitur diverſoque modo judicatur. Minimi pondere, vt *Ribes* & *berberis*: majuſculi numero, vt *ſebeſten* & *pruna*: nonnulli vtroque modo, vt *amygdalæ, juinbæ & paſſulæ*: Multi, quia craſſiſſimi ſunt, nec integri expetuntur, fruſtatim ſecandi ſunt, & à cortice, nucleis, & acinis repurgandi; poſtea dragmis aut vncis menſurantur.

Brevis epilogus.

Et vt ſummatim omnia complectar, liquida ſæpius menſuris, ſolida pondere, fructus numero, folia manipulis, flores pugillis menſurantur. Atque pro varia ſingulorum qualitate, varia quæque doſi præſcribuntur: hinc lignorum, corticum, leguminum, animalium, & eorum, quæ ab ipſis ſumuntur, doſim, menſuram, & pondus minutius perſequi ſuperfluum videtur, cum ex eorum conſiſtentia & qualitate, atque ex his, quæ *ſuperius* dicta ſunt, hæc omnia facile dignoſcuntur.

CAP. XI.

De medicamentorum repoſitione.

VT accuratam ac dilucidam medicamentorum compoſitionem explicaremus, illarum conficiendi modum, baſim, formam, finem, & ſingulorum mixturam ingredientium quantitatem, atque eorundem æqualitatis aut inæqualitatis rationem fuſiſſime aperuimus. Sequitur nunc, vt medicamenta jam compoſita his in locis reponantur, in quibus diutiſſime viribus integris queant aſſervari.

Medicamentum autem quodque ſeu ſimplex, ſeu compoſitum, nam vtrumque aſſervandum eſt, non vbivis ante vſum reponitur, ſed in loco idoneo, ne alteretur, corumpaturve, & adhuc validum vtendi tempore, quibus convenit, oportune ac feliciter detur.

Simplex primum ſeligitur, & à ſordibus, ejuſque partibus excrementitiis, aut inutilibus repurgatur; dein, vt aſſervetur, ſiccatur: humida namque diu ſervari non poſſunt, quin marcorem & putredinem acquirant.

Herbarum repoſitio.

Siccantur autem herbæ in vmbra, vel ſole non multum fervido, nec loco marcido, ſed ſicco, aut fumi, pulveriſque experte, & manipulis aut faſciculis colligatæ, reponuntur ſacculis cannabinis aut papyraceis, ne à prædictis detrimentum capeſſant. Flores modo ſimili ſiccantur, reponuntur, & conſervantur: Eſtque conſervatio tam affinis repoſitioni, vt hæc ad illam referatur.

Frigus non item officit, cum ab ejus rigiditate tuta ſint omnia, quæ ſicca ſunt aut craſſa, ſed liquida a humida facile cogit, quæ adveniente tepore ſtatim ad priſtinum ſtatum redeunt. Aquæ tamen deſtillatæ, immoderato gelu concretæ, de ſua bonitate nõ parũ amittunt, ſæpiuſque

que lagenis vitreis, quibus continebantur, per hyemis sævitiam abruptis effunduntur, nisi prudenter aromatarii providerint.

Sævitia hyemis anni 1608.

Anno salutis 1608. mensibus Januario & Februario, dum hæc conderem, hebdomadas sex integras adeo sævit hyemis tigiditas, vt vasa confringeret non modo figulina, vitrea, stannea, sed cuprea etiam crassissima, quibus aqua continebatur: Atque tum panis recens è clibano extractus, mox in duritiem velut lapideam concrescebat, nec in cellis vinariis à glacie tutus erat. Mitescente vero frigoris sævitia, singulæ ædes Lutetiæ intus & extra horrido gelu incanescebant. Multi autem morbi pulmonum & partium spirabilium toto illo tempore grassabantur, quibus quamplurimi peribant.

Fructuum.

Fructus reponuntur aliquando in horreis, vt *poma*, interdum in doliis, vt *pruna*. sæpe in pyxidibus vitreis aut ligneis, charta, vt decet, obturatis, vt *juiubæ*, ne à fumo aut pulvere alterentur, aut à muscis inquinentur, & erodantur.

Seminum.

Semina prius siccata reponuntur in vasis vitreis, & aliquando ligneis, & loco sicciore servantur.

Radicum.

Radices purgatæ, & atefactæ servantur in arculis & pyxidibus ligneis gossipio nonnunquam involutæ, si pretiosæ sint, vt *rheum*, ne ab aëris nociva qualitate, aut *calotis* edacitate, vis earum pereat, ac cito corrumpatur.

Succorum.

Succi liquidi excipiuntur lagenis, aut aliis ore angusto vasis, quibus desuper oleum affunditur, nec ab aëre alterentur.

Sicci pyxidibus ligneis, aut vasculis vitreis, fictilibusve reponuntur; vt etiam lachrymæ, gummi, animalia, vel eorum partes & mineralia.

Liquorum & oleorum.

Liquores & olea, vt liquidambar & balsamum vitreis lagenis excipiuntur, & subere, aut cera & membrana quadam obturantur, ne citius ab aëre dissipentur.

Terebinthina non tantum optime vase ex ferro albo, aut vitreo reposita servatur, sed etiam figulino.

Quædam in ædium parte suprema; alia in media; alia nō nisi in cella vinaria, aut alio loco madente, & vliginoso, feliciter reponuntur & conservantur, vt *cassia*.

Medicamenta composita pro diversa illorum consistentia & viribus, in diversis vasis reponuntur, vt hydromel in doliis, syrupi in vasis fictilibus, & aliquando vectuæ facilioris gratia, ex ferro albo confectis, vt *syrupus capilli Veneris* Mompelienſis, qui ejusmodi vasculis exceptus, commodius ad longinquas regiones vehitur; electuaria solida in arculis ligneis; liquida in vasis stanneis & figulinis vitratis; pulveres in vitreis; vnguenta in ollis stanneis. Sicque singula varie, pro varia singulorum natura reponuntur.

Syrupus capilli Veneris Mompelienſis.

CAP. XII.

De conservatione & duratione medicamentorum.

VT medicamenta composita pro vna tantum dosi non solent confici, sic nec simplicia colligi, sed quæq; ad futuros vsus majore quātitate seligūtur & parātur: atq; vt à pulvere, fumo, putredine, injuriis aëris & insectis, à muscis formicisve tuta sint, reponuntur in vasis idoneis, aut includūtur sacculis, aut involuntur chartis, & in pharmacopoliis asservantur, his solum exceptis, quæ in loco vel humidiore, vel sicciore vtilius asservantur, vt *cassia* in spelunca vinaria; *sacharum*, condituræ, trapemata, omniaque sacharata in fornace aut scinio, juxta ignem.

Multa ad sui conservationem aceto, aut sale, aut vtroque condiuntur, vt *cucumeres*, *cappares*, *olivæ*; vel *sacharo*, aut *melle*, vt omnia medicamentorum genera, ex quibus electuaria vel syrupi componuntur.

Decocta, æstate biduum, aut triduum; hyeme hebdomadam integram; aquæ destillatæ & conservæ annum vnum durant.

Syrupi perfecte cocti, electuaria, trochisci, pilulæ, olea, vnguenta & emplastra biennium sæpe conservantur; vt & radices, ligna, cortices, succi sicci, lacrymæ, gummi, triennium & aliquando quadriennium; *elaterium* triginta annos; vngues, ossa, cornua seculum.

Præter hæc quædam vix diu conservantur, nisi eorum fruantur præsentia, cum quibus familiaritatem quandam habent, vt magnes cum ferro, cujus limatura, quasi nutritur, qua absente cito senescit, amittitque vigorem.

Ferrum magnetis alimentum.

Alia securius vires suas tuentur, si rerum quarundam appulsu, ab aëris injuriis & teredine vindicētur. Sic *camphura* granis milii aut psyllii, obruta tutius servatur; *mala citria*, *arantiaque* acervo tritici sepulta tardius putrescunt, & *radix Methoaca absynthio* involuta, non tam cito carie eroditur, ejusque facultas magis integra conservatur.

Mala citria & aurantia.

Moschus & *Zibethum* tuto servantur in pyxidibus plumbeis, ne credibile est, ea mediis in latrinis suspensa, aut recondita, vires amissas, vt Plateario placuit, resarcire.

Non probatur Platearii consilium.

Crocus, *caryophilli*, *piper*, *macis*, & alia aromata optime ac diu servantur in sacculis coriaceis: *Storax*, *benioin*, in pyxidibus vitreis: *Santali*, *xyloaloe*, *lentiscus*, & *schœnantum*, semina, & alia pene innumera in capsulis, seu vasis ligneis, vt fusius in Officina docebitur.

Medicamenta igitur tam simplicia, quam composita, si dicto modo, ac sedulo serventur, diutius durant: si negligenter, celerius senescunt.

Pars autem illorum maxima singulis annis debet mutari. Si quæ tamen colorem, odorem, saporem diutius servant, durant quoque diutius, vt sesquiannum, aut biennium, aut triennio; vt quæ crassam habent substantiam, & vires firmiter substantiæ inhærentes, vt cōtra, quæ easdem facile vanescentes habent, & substantiam raram, minus durant, vt flores, & ea omnia, quorum virtus superficialis est, & cito dissipabilis. Tutius vero ac diutius semper servantur, quæ in arculis optime clausis, aut vasis stricte operculatis includuntur: sic enim illorum virtus securius retinetur. Multi theriacā in vase plumbeo durabiliorem putant, quæ tamen tempore Galeni in pretioso, vt nunc in figulino fere semper reconditur.

Quando medicamenta mutanda.

CAP.

CAP. XIII.

De his, quæ antonomasia quadam cæteris præstant, à qua illorum donominatio sumitur.

VT erueret Deus hominem ab ærumnis & ægritudinibus, quibus quotidie lacessitur, terram hanc tanquam paradisum inferiorem, seu hortum locupletissimum stirpibus innumeris ditavit, quarū amœno halitu reficitur, colore vario recreatur, in sanitate nutritur, in morbo juvatur, & à morte liberatur.

In illo autem fœcundissimo solo per multa fruticant, & quotidie nobis occurrunt generis ejusdem, & qualitatis parum dissimilis, quæ eodem quoque nomine designantur ac nuncupantur. Nam iridum & graminum infinitæ, pene dixerim, recensentur differentiæ, nec certo quis hucusque numero eas definire valuit; vt nec *geraniorum, hyacinthorum, anemones, narcissorum*, aliarumque multarum stirpium, in quarum omnium varietate varianda naturam delectari, & quasi ludere videmus.

Ex his vero dum absolute quædam scribuntur, sine ampliori aut peculiari singulorum descriptione, ea semper sunt eligenda, & vsurpanda, quæ meliora & vsu longo probata; hocque theorema in his, quæ analogiam habent inter se, perpetuo est observandum, vt in quoquo genere semper assumendum est, quod optimum. Veluti quando *aloe* simpliciter ponitur de ea, quæ succum citrinum habet, succotrina vulgo dicta, nominis significatio intelligenda venit. *Aloe quænam melior.*

Atque vt pauca, pro multis exempla sint, cum simpliciter *acetum* ponitur, non acetum *zythi*, sed *vini* sumendum est. Si balsamum, nativum illud ex arbore Ægyptiæ elicitum. Si benioin, illud quod à maculis candidis, instar amygdalarum, amygdaloides dicitur, sumendum.

Quando etiam absolute cassia ponitur, fistula vsurpanda, quando corallus, ruber, qui præstantior judicatur.

Sic quoque cætera de præstantioribus semper intelliguntur: vt,

Dictamnus.	De	Cretensi.
Aristolochia		Rotunda.
Dulcis radix		*Glyzyrrhiza.*
Endivia		*Cichorio latifolio.*
Epithymus		*Cassytha thymo innata.*
Fœniculus		*Marathro.*
Fel terræ		*Centaurio minore.*
Gummi		*Arabico.*
Granatum		*Acido.*
Hepatica		*Lichene.*
Hedera		*Corymbifera.*
Iasminum		*albo.*
Hyoscyamus		*albo.*
Lactuca		*Sativa.*
Lilium		*albo, ac bulboso.*
Marrubium		*Prassio albo.*
Menta		*Vera & hortensi.*
Nigella		Semine tantum.
Nymphæa		alba.
Nasturtium.		Semine ejus.
Oleum		*Oliva.*
Opium		Thebaico
Papaver		albo.
Polypodium		Querno.
Quercula minor		*Chamædri.*
Quinque nervia		*Lanceolata.*
Rosa		Rubra.
Regina prati		*Vlmaria.*
Stœchas		Arabica.
Santalum		citrino.
Tapsus barbatus		albo.
Terebinthina		Veneta.
Veronica		Mascula.
Viola		nigra, vel potiꝰ cærulea.
Xyloaloe		nigricante.
Iris		Florentiniana.
Zinziber		Malvatico; quod nulli bonitate cedit, & à Persis, Arabibus, & aliis Barbaris maxime omnium expetitur.

CAP. XIV.

De radicibus, seminibus, floribus, lapillis, & aquis, quæ dignitate quadam cæteris præferuntur.

PERMVLTA simplicia etiam diversi generis, qualitates habent affines; Ex his tamē alia aliis esse præstantiora, vsus comprobavit, & ad morborum profligationem convenientiora, vt quæ qualitate quadam alterante, roborante, vel purgante cæteris præstant, & effectus exhibent feliciores; cujusmodi sunt plantæ multæ, vel earum partes, & quædam mineralia: Quæ cum absolute scribuntur, ancipitem sæpe eum relinquunt Pharmacopœum, quem latet genuina dilucidatio; cujus tenuitati faventes, dicimus, radicum quinque aperientium nomine, *radices apij, asparagi, petroselini, fœniculi, ruscі* intelligi. Præter quas adhuc aliæ quinque, nempe, *graminis, rubiæ majoris, ænones, capparis, eryngij* multum celebrantur. *Radices aperientes majores.* *Radices aperitivæ minores.*

Semina frigida quatuor sunt majora, *citruli, cucurbitæ, melonum, cucumeris*: & quatuor minora, *lactucæ, portulacæ, endiviæ, cichorij.* *Semina frigida 4. majora.*

Totidem etiam calida, tam majora, *anisi, fœniculi, cimini, carui*; quam minora, *ameos, amomi, apij, dauci.* *Semina 4. calida majora, & totidē minora.*

Flores cordiales tres tantum perhibentur, *violarum, buglossi, & borraginis*: qui si tales sunt, maxime quidem, dū recentes sunt adhuc, & colorem saporemque retinent. Exsiccati enim vt insipidi & inodori, sic nullius aut imbecillimæ sunt qualitatis. *Flores cordiales tres.*

Idem est judicium de floribus aliis servari solitis, quorum odore, sapore, colore pereuntibus qualitas perit.

Rosas vero, quæ cum suavitate hæc omnia diutissime retinent, maxime cardiacas puto, vt & flores vniversos, qui odore gratioso spiritus exhilarant. Flores enim suaviter olentes, non herbarum modo, vt *tunicis, lilij, convallij*, sed etiam arbustorum, arborum ve, vt *lilacis, arantiorum, tiliæ*, cordiales sunt, possuntque in vsu medicamentario feliciter vsurpari.

Flores *chamemeli, meliloti, anisi* inter cordiales calidos numerantur; sed *arantiorum, jasmini, treos,*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 85 sur 955

reos, salvia, anthos, vetonica, caryophillata, alioſque pene innumeros flores, qui fragrantia ac ſuavitate nares jucunda feriunt, & mentem recreant, præfero.

Herba capillares quinque. Capillares herbæ quinque ſunt, *capillus Veneris verus*, *Mompelienſis* vulgo dictus, *adiantum vulgare*, *polytrichum*, *ceterach*, ſeu *aſplenium*, & *ruta muraria*, nulla ratione ſalvia vita dicta; quibus *epithymum* & *caſſuta* ſpecies poſſunt annumerari.

Emollientes herbæ octo ſunt. Quatuor emollientes herbæ communes ſunt, *malua, althea, viola nigra, acanthus ſativus*, ſeu *brancha vrſina*: quibus adhuc aliæ quatuor junguntur, *Mercurialis, parietaria, ſicla*, vulgo *beta*, & *atriplex*. Omnium ſiquidem vſus æque celebratur in decoctis clyſterum & cataplaſmatum emollientium parandis.

Fragmenta pretioſa quinque. Fragmenta pretioſa multa ſunt, ſed quinque potiſſimum in vſu medico commendantur: *Sapphiri, granati, ſmaragdi, hyacinthi & ſardæ* ſeu *cornallina*.

Duodecim aquæ cordiales. Quatuor aquas cordiales plebecula tantum novit; *endiviæ* ſcilicet, *cichorij, bugloſſi, borraginis*, nec quintam dari cenſet: Ego vero præter has adhuc octo etiam magis cardiacas puto, *cardui* nempe *benedicti, ſcabioſæ, calendulæ, morſus*, hoc eſt *ſucciſæ, oxytriphilli, vlmariæ, acetoſæ, nenupharis*.

Has ſi noviſſet omnes vſurpaſſet *Tonerus* p. 29. quaſi parens meus non potuiſſet ſimilem dare quam ſic extollit. Sordida laus propria! Sordida major p. 30. ob morbi decrementum!

Quatuor aquæ cephalicæ. Cerebro quoque roborando quædam aquæ conferunt; cephalicæ propterea dictæ, quæ quaternario numero deſcribuntur, videlicet, aqua *betonicæ*, *meliſſæ*, *roſarum & florum arantiorum*.

Quatuor vnguenta calida, & quatuor frigida. Præter ea quatuor in officinis vnguenta calida proſtant, *Aregonium, Martiatum, Althææ*, & *Agrippæ*. Et totidem frigida, *album, roſaceum, populeum & citrinum*.

CAP. XV.

De Succedaneis.

SVCCEDANEIS raro, niſi, quaſi coacti Medici debent vti, cum ſcilicet quædam deſunt vel incognita, vel non ſatis probata, vel ita rara, vt haberi, vel ita pretioſa, vt emi vix queant: tunc enim Pharmacopœi Medicorum conſilium ſecuti, in eorum, quæ deficiunt, locum alia ſubrogare poſſunt; ita tamen, vt ſuccedanea deficientibus ſpecie, genere, viribus, ſint valde ſimilia, & affinia. Debet enim, ſi fieri poſſit, ſimplex medicamentum poni pro ſimplici, compoſitum pro compoſito, vt;

planta pro planta,	minerale pro minerali,
radix pro radice,	ſal pro ſale,
cortex pro cortice	terra pro terra,
ſemen pro ſemine,	lapis pro lapide,
liquor pro liquore,	gemma pro gemma,
gummi pro gummi,	metallū pro metallo.
reſina pro reſina,	animal pro animali,
oleum pro oleo,	pars pro parte.

In compoſitis quoque ſervatur eadem lex, ſed non adeo ſtricte. Solet enim & debet ſumi pulvis pro pulvere, eclegma pro eclegmate, electuarium pro electuario, ſyrupus pro ſyrupo; ſæpe tamen eſt tanta virium affinitas inter compoſita medicamenta conſiſtentiæ diverſæ, vt facile admittatur ſubſtitutio. Si quis enim averſatur *eclegma bechicum*, ei ſecure & feliciter imperabitur *ſyrupus jnjubinus*, aut de *vngula cabalina*; & qui catapotia reſpuerit, quidni catharticum aliud forma potus, aut boli, viribus analogum aſſumet? Sic nonnunquam Medici ſolent ægrotis indulgere, quibus ſolida reſpuentibus, liquida præſcribunt, aut contra, ſolida imperant, quibus nauſeat ventriculus ſuper liquidorum vſu. *Medicamentum compoſitum facile admittit ſubſtitutionem.*

Non ſemper autem ſubſtituitur ſimplex medicamentum pro ſimplici: nam cum vix duo ſimplicia facultatibus omni ex parte ſimilia reperiantur, ſæpe alicujus penuria, cui nullum ſimile datur, duo aut plura miſcentur, quorum concurſus illi vires ſimiles exhibet, vel in qualitatibus elementaribus caloris, frigoris, humiditatis, aut ſiccitatis; vel in ſecundis, quæ materiæ commoderationem ſequuntur. Sat enim eſt, ſi ſuppoſititium medicamentum id efficiat, quod genuinum ac defectivum pollicebatur. Qui enim egueric ſimplici quodam raro & pretioſo, ſecundo gradu calefaciente, aut refrigerante, habueritque duo alia, vnum, quod tertio gradu, aliud quod primo ſit tale, ambo ſi permiſcuerit, vnum quid efficiet, quod pari receſſu aut calefaciet, aut refrigerabit, ſcopo propoſito accommodatiſſimum. Eadem eſt in attenuantibus, incraſſantibus, digerentibus, & aliis permiſcendis ratio.

Quia vero ſolum & cœlum qualitates ſimplicium immutant, vt oſtendimus *ſupra*, de arbore perſica, diligenter obſervandum, quæ optime ſubſtitui poſſunt; nam multum eſt diſcriminis inter iridem noſtratem & Florentinam. Hæc enim cephalica, & bechica eſt, illa phlegmagoga & potenter ſerum ducendo ventrem ſubducens. Et quemadmodum vinum Canariæ generoſius eſt Hiſpanico, & Hiſpanicum Gallico: ſic & racemi, è quibus exprimitur, aliam atque aliam ſortiuntur qualitatem, ſaporem nempe & caloris exceſſum. Proinde licet ejuſdem generis & ſpeciei ſimplicia deligantur, non tamen pari qualitatum receſſu ſuam temperiem nacta ſunt omnia; nam quod in ſolo calidiore crevit calidius eſt: quod in frigidiore, frigidius. *Iris ab iride multum differt.*

Quando igitur idipſum, quod ratione loci calidius eſt, præſcribitur, nec reperitur, aliud ejuſdem generis ſubſtitui poteſt, licet frigidius, modo majore quantitate ſumatur. *Quomodo gradu tertio aut quarto calidum ſubſtituitur pro minus calido.*

Quod enim quarto receſſu calidum eſt, ea poteſt quantitate ſumi, vt tertio tantum gradu vel etiam ſecundo calefaciat. *Euphorbium*, exempli gratia, quod quarto receſſu calefacit, ſi infra quatuor grana detur, tertio tantum gradu calefaciet; atque quo minor illius quantitas dabitur, eo minus calefaciet. Verum cuilibet medicamento eſt determinata doſis, alioquin poſſet dari medicamenti tam exigua portio, atque etiam ipſius ignis, vt nec calefaceret, nec vreret. Et *caryophilli* ordine tertio calidi, ſi minus octo granis dentur, infra tertium gradum calefacient,

facient, vt principio, vel medio, vel fine secundi, pro maiore, vel minore illiorum quantitate. Et sic de reliquis qualitatibus in singulis gradibus dicendum.

Cuiusque gradus tres partes.

Cujusque autem gradus tres partes, seu mansiones constituuntur, *principium*, *medium*, & *finis*, quæ sic inter se habent, vt principium vnius coincidat cum fine alterius, vt principium quarti cum fine tertii: Sic finis hyemis vix veris initio dissimilis.

Dosis calidorum in quarto gradu.

Visitata dosis calidorum in quarto gradu est granorum quatuor, cujus cum sint tres mansiones, summa eorum dosis, quæ finem ejusdem gradus attingunt, est granorum duodecim: quæ medium, granorum sexdecim: quæ principium, granorum viginti, qualis est eorum dosis, quæ in fine tertii ordinis calefaciunt.

Quocirca; qui medicamentum aliquod in fine primi gradus calidum, aut frigidum non habebit, aliud quod initio secundi tale erit, poterit substituere: qui medicamento in fine secundi calido indigebit, aliud pro succedaneo, quod calefacit, in principio tertii exhibebit.

Compositorum autem doses cum è simplicibus deducendæ sint, pro singulorum deficientium qualitate, alia substituentur ipsis analoga, in quorum mixtione, si dictæ leges serventur, compositum exurget, optimum deficienti substitutum.

CAP. XVI.

Quæ & quando recte substituantur.

NEquid igitur nostræ institutioni pharmaceuticæ desit, nec præsidiis destituatur æger, cum ad opem illi ferendam vocatus Medicus nonnulla præscribit, quæ nec in officinis, nec hortis pharmacopolarum inveniuntur, quædam in eorum, quæ deficiunt, locum supponenda, quæ ob id Græci ἀνταλλόμενα, Latini *succedanea* & *substituta*, myropolæ vulgo, *quid pro quo* nominant.

Quid pro quo

Debent autem substituta viribus esse his similia: quorum defectum supplent, vicemque gerunt, vt dictum est. Quæ si talia non queant inveniri, ea saltem eligenda veniunt, quæ ab illis non multum dissentiant, sed in pluribus respondeant. Absurdum namque est, succedanea illa vocare, quæ non succedaneas & symbolas, sed oppositas qualitates sortiuntur, neque vlla ratione, *euphorbium* pro *agarico*, *pyrethrum* pro *lapatho*, *melilotum* pro *malo cydonio* in quibusdam codicibus videtur substitutum. Hæc enim inter se affinitate nulla consentiunt, vt sane consentire debent, quæ subrogantur.

Substituta quæ male.

Ad vero cum meliorum penuria quædam imbecilliora substituuntur, horum qualitas quantitate aucta, compensatur, & duplum pondus substituitur; vt contra, succedaneum validius si sit, & efficacius, de ejus quantitate detrahitur, vt qualitas minuatur.

Succedanea sine Medici consilio non esse danda.

Hoc autem fieri neutiquam fas est, absque periti Medici consilio, quod tamen permulti nõ aspernantur modo, sed medicamenta præscribunt ipsi, magna civium internecione, cujus maxime sunt authores nonnulli vafri nebulones, ac importune dicaculi, qui compto vestitu ægrotis assident; & blando sermone & fallaci incautos decipiunt. De improbis tantum loquor, qui de corio humano audacter ludentes medicastulos simulant & inique bardos ac imperitum genus fœminarum ludificantur. Sciunt pellaces, quid velim, in quos tamen nihil acerbius dicam, cum pauci sint, multi vero & pij & prudentes, qui nil temere suscipiunt, & cum de hominum salute agitur, Medicos accersunt, quorum consiliis & præceptionibus adjuti affinia, legitimaque antiballomena, in eorum, quæ desunt, vel jam exoleverunt, locum apposite substituunt.

Qui sine delectu & ratione, quævis medicamina, vt quæ manibus sese offerunt priora, pro genuinis & optimis reponit, periculosum medicamentum, *quid pro quo* facere dictum, dedisse creditur.

De taliardelione quidam festive illud ex Ninivita inculcare solebat, *Sæpe loco illius quid pono.*

Ne igitur in succedaneorum repositione quis error committatur, recentiores Galenum secuti, simplicia deficientia, aut exoleta ordine alphabeti scribunt, illisque antiballomena, seu simplicia substituenda opponunt: vt quæ incipiunt à litera;

A. Primo loco, quæ à litera B. Secundo, & ita deinceps scribantur. Ergo substituitur, pro

Absynthio,	*origanum vel abrotonum.*
abrotono,	*origanum.*
acacia,	*hypocistis.*
acantho,	*malua.*
acoro,	*radix.*
adianto vero,	*commune.*
ammi,	*anisum.*
amomo,	*acorus.*
ammoniaco,	*propolis.*
amygdalis amaris,	*nuclei persicorum.*
adipe vulpis,	*adeps mustelæ.*
adipe cervi,	*adeps capræ.*
alumine,	*sal fossilis.*
althea,	*malua.*
arsenico,	*sublimatum.*
aqua pluvia,	*fontana.*
aqua marina,	*salita.*
aniso,	*dancus.*
aristolochia rotunda,	*longa.*
Balaustio,	*malicorium.*
balsamo,	*terebinthina limpida.*
borragine,	*buglossum.*
bethonica,	*melissophylum.*
blito,	*astriplex.*
butyro,	*oleum.*
Calamo aromatico,	*schœnantum.*
cardamomo,	*cyperus.*
calamintha,	*mentastrum.*
chamædry,	*chamepythis.*
cinamomo,	*canella vulgaris.*
cinnabari,	*minium.*
citri succo,	*succus limonum.*
Dauco,	*pastinaca.*
dactylis,	*ficus Massilienses.*
dictamno,	*salvia.*
dente apri,	*porcinus.*
	diphryge,

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 87 sur 955

diphryge, *æs vstum.*
dulci radice, *passula.*
Ebulo, *sambucus.*
eleboro albo, *elaterium.*
eleboro nigro, *lapis lazuli.*
epithymo, *epithymbrum.*
eruca, *erisimum.*
eupatorio, *lichen.*
eryngio, *anone.*
Fenugræco, *orobus.*
fœniculo, *apium.*
felle perdicis, *fel cothurnicis.*
flore æris, *ærugo.*
fumaria, *cicerbita.*
foliculis sennæ, *duplum foliorum.*
folii myrti, *eius baccæ.*
Galanga, *acorus.*
galbano, *sagapenum.*
gentiana, *radix tormentillæ.*
glyzyrrhiza, *passula.*
Hepatica, *agrimonium.*
helenio, *iris.*
hysopo, *satureia.*
hypocisti, *acacia.*
Iasmini floribus, *anthos.*
iuiubis, *passulæ.*
iunco odorato, *cardamomum.*
hyoscyamo, *papaver.*
Lactuca, *cichorium sativum.*
lapatho, *viola nigra.*
laureola, *mezereum.*
lacca, *styrax.*
lepedio. *nasturtium creticum.*
Magnete *phrygius lapis.*
Pro malua, *atriplex,*
Pro mandragora, *papaver.*
melle, *sacharum.*
mumia, *pissasphaltum.*
Nardo Syriaca, *schœnanthum.*
nepetha, *mentastrum,*
nuce moschata, *caryophilli.*
nymphea, *lactuca.*
Oesypo, *medulla vituli.*
oleo, *butyrum,*
omphacio, *succus limonum.*
opio, *meconium, vel succus lactucæ.*
opobalsamo, *stacte vel oleū caryophillorū.*
opoponace, *ammoniacum, vel galbanū.*
oryza, *farina tritici.*
oxyacantha, *ribes.*
Papaveris succo, *mandragoræ succus.*
peplo, *tithymalus.*
petroselino, *apium.*
plantagine, *pilosella.*
pompholige, *cadmia vsta.*
Querculæ minore, *chamepythis.*
quinquenervia, *plantago.*
Raphani semine, *succus eius.*
rosmarino, *maiorana.*
ribes, *berberis.*
ruta, *tanacetum.*
Sagapeno, *resina pini.*
salvia, *calamenthum.*
sambuco, *ebulus.*
santonico, *abrotonum.*
sapa, *vinum dulce.*
sepiæ ossa, *rumex.*
satureia, *thymus.*
saxifraga, *pimpinella.*
sedo, *solanum.*
spica alba, *lavendula.*
Tanacetho, *partheninm*
taraxaco, *cichorium.*
trifolio acetoso, *oxalis.*
thymo, *satureia.*
thimelæa, *chamelæa*
Pro tamarisco, *asplenium.*
Pro tussilagine, *pulmonaria.*
Valeriana hortensi, *sylvestris.*
veronica mare, *fœmina.*
venerea concha, *ostreorum conchæ.*
veratro albo, *turpethum.*
viola nigra, *alba.*
vino rubro. *album.*
Xylocassia, *cinamomum.*
xylobalsamo, *radix liguistici.*
Zinzibere, *piper.*
zibetho, *moschus.*

Verf. furculi lentisci.

Quia vero in medicina bis peccare sæpe non contingit, diligenter caveant illi barbatuli ac juniores apothecarii (de ignaris loquor) sine consilio quidpiam substituere: alioqui ut illi ipsi succedanei, vel verius spurii sunt, sic spuria medicamenta pro legitimis vendere & exhibere solent. Vt ab ignaris quibusdam audaculis fieri millies observavi, qui sine discrimine simplicia quævis in eorum, quæ deficiunt, locum perperam substituunt.

CAP. XVII.

De medicamentis adulteratis.

IMMANIS hominum avaritia eo nequitiæ multos interdum rapit, vt medicamenta notha & adulterata pro veris & nativis exhibeant, quorum dignotio magni est in medicina facienda momenti, & à Medicis & Pharmacopœis accurate perdiscenda, vt ægrotis medicamenta tantum optima exhibeant, quibus feliciter adjuti, brevi convalescant, non adulterata, quibus anxie lacessiti, vel statim periclitentur, vel misere diuturno languore pereant.

Illa igitur subticuisse non visum est, ne parum prudens Pharmacopola à præstigiatoribus & circumforaneis quibusdam agyrtis decipiatur, qui sæpe *carthami flores* pro *croco*, & *ebur* pro *monocerotis cornu* vendunt, vt & alia multa simulant, præsertim ratissima & pretiosissima, quorum vsus multum expetitur, & ob vires eximias celebratur.

Propterea, ne Pharmacopœus, penes quē ægrotantis est mors & vita, imprudēter ab improbis & cautis institoribus circumventus, pecuniæ resarciendæ, aut majoris lucri causa ægros circumveniat, his artibus instructus impiorum dolos ac fraudes aperiet & vitabit.

Moschi adulterium.

Moschum simulat massa quædam è sanguine hœdi, pane assо, & trito, atque ladano subacta in pyxide aut alio vase idoneo servata, in quo diu moschus verus asservatus fuerit. Fraus subtilius occultatur, si portio *moschi* optimi commisceatur. Sed deregitur *non modo* consistentia & colore, sed odore qui in fictitio cito vanescit.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 88 sur 955

Ambra. *Ambra* fingitur pulvere Agallochi lævigato, *benioin ſtyrace calamita, ladano, & paſta aviculaꝝ Cypriarum.*

Verum peculiaris *ambræ nativæ* halitus facile ab artificiali diſcernitur: Adde quod illa longiore manuum attritu molleſcit; hæc potius friatur.

Cinnamomi. *Cinnamomum* adulteratur corticibus tamaricis in *aqua cinnamomi* maceratis, & poſtea ſiccatis; Sed guſta facillime à vero diſtinguitur.

Caryophyllorum. *Caryophilli* jam vetuſtate inodori fragantes redduntur, & vino maduerint, quod optimos ante *caryophillos* ad macerationem admiſerit. Verum fugax eſt acquiſitius hic odor, & qui brevi perit.

Belzoin. *Belzoin* fraudulenter ſimulatur mixtis ſimul *reſina, thure maſculo*, cum pauco *ſtyrace*. At vt odor valde diſſimilis, ſic & color, qui maculis albidis in ſpurio, vt in vero non eſt variegatus.

Camphora. *Camphoram* nonnulli referri putant *gummi* ſolo *juniperi*: ſed rudioribus tantum & ignavis ſic malitioſe vafri imponunt. Quiſque enim mediocriter in re medicamentaria verſatus primo intuitu fraudem aperit.

Balſamo liquidambar affine. *Opobalſamum oleo liquidambar* repræſentatur dolo parum falllaci, cum vtrumque viribus ſit affine. Tam aſtute autem ſoler à multis adulterari, vt etiam exercitatiſſimos fallat.

Terra Lemnia orientalis. *Terra* orientalis *Lemnia* dicta fingitur bolo, vel etiam argilla vulgari ſiccata, pulverata, *aquâ plantaginis* ſubacta; in paſtillos formata, & Turcarum imperatoris ſigillo, cujus multiplex à Bellonio character datur notata. Aſt deprehenditur falſitas, ſi vtraque multa diluatur aqua, quæ poſt reſidentiam in Lemnia reperitur pinguior, in ſpuria tenuior ac limpidior.

Bituminis. *Bitumen* vitiatur *pice* miſta; quod facile dignoſcitur igni, dum admovetur: Nam quod picem admiſit, halitum efflat gratiorem.

Opii. *Opium* adulteratur *meconio*, ſeu *ſucco foliorum & caulium papaveris nigri*; ſed error innoteſcit ex pinguedine, quæ in illo major, ac fere reſinoſa, in hoc minor, vel potius nulla.

Mannæ thuris. *Manna thuris* adulterium admittit facile, cum pollen *reſinæ* illam perbelle referat. Ignis autem fraudem detegit.

Tacamahaca. *Tacamahaca*, gummi, vel potius reſinæ; *elemi* mixta inexpertis ſyncera putatur; Vtriuſque enim color idem, aut parum abſimilis conſiſtentia affinis & odor non multum varius; Altera tamen gratius altera nares ferit.

Sagapenum, galbanum, opoponax, Serapinum, quod ſatis vulgaria ſint, adulterari non ſolent. *Bdellium*, quod rarius, illorum quodam admixto nonnunquam immutatum idiotis venditur.

Saſſafras antiquioribus Europeis fuit ignotum, & cum primum adferri cœpit, magno vendebatur: ob id adulterio non fuit diu expers. Novi hominem, qui pulverem buxi & ſeminis fœniculi pro ſaſſafras polline vendidit. Sed cum vbertas nativi poſtea fuiſſet advecta, deſiit adulterari.

Os è corde boum pro oſſe cordis cervi latrunculi quidam vendunt. Sed qui vtrumque norunt, illud multo majus affirmant, hoc prorſus expers eximiæ qualitatis.

Pro Tamarindis nonnulli pruna craſſiora non male ſubſtituunt: verum hæc inique Tamarindos nominant, cum nucleo, pulpa, ſapore, manifeſte diſſentiant.

Mille poſſem alia medicamenta & adulterandi modos ex Dioſcorid. & aliis antiquis, nec non recentioribus recenſere, ſed reticere melius duco. Cum mens hominis non tam ad bona, quam prava, prona ſit, & fallendi ſatis gnara. Hoc obiter adhuc dicam, aquas, liquores, ſuccos & medicamenta compoſita facile poſſe adulterari, ſimplicia difficilius, præſertim integra.

APPENDIX
ad lib. 4.
DE MEDICAM. COMPOS.
Jos. Quercetani.
Cap. I.
De Medicamenti definitione & diviſione.

MEdicamentorum Dogmaticorum exactam reſtitutamque pharmaciam horis ſucciſivis inter tot negotia traditurus, opere pretiũ eſſe duxi, aliquid de medicamenti definitione, compoſitionumque cauſis generaliter præfari, hæc eadem exactius alio loco diſcuſſurus.

Quid medicamentum Galeno. Medicamentum igitur Galeno & omnibus Dogmaticis Medicis eſt *id omne, quod naturam noſtram immutare, & quocunque licet modo vincere poteſt.*

Hoc autem vel ſimpliciter tale eſt, vel ſecundum quid. Simpliciter tale pure medicamentum dicitur, quod vero & ſemper cum definitione modo allata adæquatur & convertitur. Secundum quid medicamentum, licet non ita proprie, dicere poſſumus omne id, quod cum alimenti natura quovis modo vel aliqua ſui parte participat. Ejuſmodi appellantur medicamenta alimentoſa, & alimenta medicamentoſa, (abſit Medicis terminis novitatis invidia) de quibus alias, quæ etiam, ſi lubet, commode huc referri poſſunt.

Differentia inter medicamentum & alimentum. Medicamento velut è diametro eſt oppoſitum alimentum: illud enim immutat, hoc ſimile fit. Mutare & aſſimilare ſunt contraria. Ergo & illa, quæ hoc efficiunt. Jam vero medicamentum de vtroque intermedio, hoc eſt, de medicamento alimentoſo, & alimento medicamentoſo recedit, atque participat, ſic etiam & alimentum. Sed id ea lege atque conditione, vt medicamento adfinius ſit medicamentum medicamentoſum, cujus rei ratio infra dicetur.

De medicamento hoc opere propoſitum eſt agere, ſive proprie, ſive improprie ſumpto, non autem de alimento. Placuit tamen hæc in tractationis limine ita diſtinguere, juxta illud accuratum in Topicis Ariſtotelis decretum, *contemplatio differentiarum vtilis eſt, & ad* 1. *Top. c. 14.*

induc-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 89 sur 955

inductivas rationes, & ad syllogismos, & ad definitionum assignationem, & ad claritatem secundum eam rem faciendam.

Medicamentum est vel simplex, vel compositum.

Jam vero omne medicamentum aut simplex est, aut compositum. Simplex appellant Medici non tantum id, quod pure & simpliciter tale est, cujusmodi ignis purus, aqua impermixta, aut tale quid aliud, & in Spagyrica, sal, sulphur, & mercurius: sed quod ad composita collatum, tale esse videtur respectu ejus, quod magis compositum est, vt verius simplicius dicas, quam absolute simplex. Compositum autem est omne id, quod ex simplicibus prædictis concinnatum est. Vtriusque exempla hæc sunto.

Simplicia.

Simplicia ex mineralibus sunt, metalla, succi, lapides: Ex vegetabilibus stirpes omnes, earumque partes, radix, lignum, cortex, folia, flores, fructus, semina, juli, excrementa, resinæ, gummi, herbarum succi, denique quicquid à stirpibus quocunque tandem modo procedit.

Ex animalibus sunt, vel integra vel partes. Integra sunt scinci, onisci seu asselli, lumbrici, scorpiones, cantharides, aliaque plurima. Partes eorum sunt adipes, cornua, ossa diversa, pili, sanguis, pulmones, ventriculi, lienes, uteri, jecinora, excrementa, &c.

Hæc, inquam, omnia *naturalia* simplicia in officinis appellantur, quæ nullam adhuc præparationem sunt experta. Sunt namque & alia etiamnum in Pharmacopœorum officinis dicta simplicia, non tamen à natura, sed *arte* parata, vt aquæ stillatitiæ simplices, oleo simplicia, syrupi simplices, & his similia, quæ collatione cum magis compositis ejusdem formæ medicamenti talia dicuntur, viceque versa composita dici merentur. Horum omnium cognitio exacta Medico Dogmatico non tantum vtilis est, sed etiam necessaria, vel ipso Galeno, Dogmaticorum Medicorum omnium coryphæo multis in locis illud atteslante, *com. 3. in aph. 1. sect. 5. & 6. Epid.* Idem Galenus hanc methodum medicamenta præparandi atque componendi fuse ac docte tradidit *in suo opere de compositione medicamentorum secundum genera.*

Medicamentorum materia unde sumenda, & quibus modis in medicum vsum aptanda sit.

Porro medicamentorum omnium tum simplicium, tum compositorum materia vel ex mineralium, vel ex vegetabilium, vel denique ex animalium familia depromitur, vt jam dictum est. Quorum omnium perfecta cognitio consistit in delectu, præparatione, mixtione, cõpositione, qãntitate, proportione atq; forma, & præterea in omnium tam simplicium, quam compositorum administratione atque vsu legitimo.

Electio ex arte fit indicatione sumpta à substantia medicamenti, vel, vt nuperi quidem profundius philosophantes voluerunt, à totius substantiæ proprietate, à qualitatibus omnis generis, earumque gradibus primis, secundis, tertiis, quartis, horumque latitudinibus, à quantitate, numero, figura, situ, loco, & postremo à tempore tum durationis, tum collectionis, quæ omnia brevitatis causa fusius hic non exponemus. Sed de his consulendi sunt veteres, vt Dioscorides, Galenus, Mesue, Theophrastus, & alii, qui de medicamentorum præparandorum rationes crispserunt.

Præparationem vero, mixtionem, compositionem, quantitatem seu dosim, proportionem atque formam nos in progressu docebimus.

Cap. II.

De causis compositionis medicamentorum secundum doctrinam Dogmaticorum.

Non avaritiæ, aut hominum voluptatis inventum est compositio medicamentorum, vti Plinius clamitat, & more suo haud semel tragice tanquam officinarum commenta perstringit; sed eorum, qui dogmaticam medicinam tuentur atque sectantur, (quam suo loco, suo tempore, sua occasione rite cum Spagyrica contemperatam, probatissimam & nobilissimam censemus) summo consilio, summa prudentia, summaque necessitate, quam vtilitate adinventa atque introducta. Nam ipsæmet morborum vel simplicium, vel compositorum naturæ, qualitatesque contrariæ & variæ circa eos intentiones (pro varietate causarum, sympromatum, partium affectarum, naturæ ægrotantium, conditioneque eorundem pro ætatis vigore, consuetudine, addam & illud, si lubet, pro voluptate & placito eorundem) medicamentorum compositioni ansam præbuerunt, rationemque suppeditarunt.

Cur medicamentorum compositio inventa atq; introducta sit.

Sed vt libere fateamur, quod res est, compositionis medicamentorum præcipua causa fuit & esse debet, vt commodius, citius, tutius atque jucundius morborum curatio procedat, juxta illud, quod in votis habuit summus Medicorum dictator: *Cito, tuto, jucunde.*

Ad etiamnum vrgentior & efficacior causa fuit, vt diligentius, & quo fieri potuit, maxime circumspecto artificio respicerent ad impugnationem causæ morbificæ, nimirum, vt adhuc influentẽ materiã repellerẽt, nascentẽ phiberent, crudã coquerẽt crassã inciderent atq; attenuarent, infarctã liberarẽt, extirparentq;, vt eleganter hanc rem explicat Galenus *cap. 5. lib. 1. de comp. med. secundum genera.*

Interim dum hæc omnia fiunt ad partium situm, naturam, robur vel debilitatem respicere par fuit. Hæc, inquam, omnia occasionem & necessitatem quoque pepererunt compositionis diversorum medicamentorum. Sunt & plurimæ aliæ causæ, quæ hanc medicamentorum mixtionem introducere Medicos Dogmaticos coegerunt. Nam vt omittam alias plurimas, quid non suadere videbatur ad hoc institutum partium affectarum diversitas, distinctaque conditio, ac interdum etiam contraria? Quid, inquam, antiquos compulit, vt sua πολυχρηστα, pararent atque concinnarent? quæ sane ab ipsomet Gal. laudantur & commendantur, *cap. 7. secund. loc. & cap. 1. de Comp. med. secund. genera.*

Enimvero partis affectæ præstantia, eandem medicamentorum compositionem jure optimo

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 90 sur 955

sibi vendicavit; hæc ratio, hoc judicium, ista denique necessitas (quam secundum quid & propter melius vocant Philosophi) suasit, & quasi coegit eos, vt affectibus, vel ventriculi, vel hepatis accommodatis medicamentis perpetuo resolventibus aut aperientibus roborantia & modice adstringentia conjungerent. Hoc sane ipsemet præcipit Galenus, vt *passim*, sic potissimum *lib. 1. de compositionem. med secund. loc. cap. 8. & cap. 15. l. 13 method. med. & cap. 95. artis parvæ.*

Sic medicamenta etiam sæpissime miscentur, quæ proprietate quadam specifica partes respicientes aliorum vires ad affectas partes ferant. Sic in medicamentis, quibus in affectibus capitis vtimur, cephalica admiscemus, vt & in remediis, quæ cordis, ventriculi, hepatis, lienis, & vteri affectibus conducunt, cardiaca, stomachica, hepatica, splenica, hysterica admiscentur, vt ex Galeno *lib. de comp. med. sec. gen. c. 1.* intelligere licet.

Præterea miscentur quoque medicamenta, quando simplicia propter sui crassiriem aliam ve quandam ob causam ad partem affectam internam non pervenire, aut certe vix & ægre pertingere possunt. Iccirco parant sua oxycrata, & metallicis tritis acetum admiscri jubet ipsemet Galenus *cap. 1. lib. 8. de Comp. medic. sec. gen.* quo nimirum facilius ad intima vsque penetrare possint.

Sed & huic mixtioni simplicium studere, ipsa quoque necessitas compulit Dogmaticos. Nam cum perciperent, plurimis medicamentis simplicibus, maximè vero purgantibus, inesse aliquam malignitatem, coacti sunt multa addere, quæ eam corrigerent, aut saltè infringerent, & palato atq; narib⁹ gratiã aliquam commendarent, atq; ingrati saporis, ac nauseabundi molestiam vel reprimerent, vel certe quodammodo obfuscarent. Gal. teste *c. 3. l. 8. secund. loc. & com. in aph. 11. l. 2. & de rat. vict. in acutis.*

Et quoniam medicamenta non præparantur solum in rem præsentem, sed etiam in vsus futuros, nempe vt quovis tempore & quavis occasione sint in promptu, ideo, vt & multis aliis de causis, reservare ea pharmacopœi consueverunt, idque etiam ex summi dictatoris consilio, *lib. de decenti ornatu.* Quare ne putredinem contrahant, suis compositionibus ea admiscent, quæ humiditatem excrementitiam putredinis auctorem exsiccent, & absumant, vt sic integra ad plusculos non solum menses, sed & annos, viribusque valentibus conservari possint. Qua de causa mel, sacchárum, sal, & his alia similia commiscenda censent.

Porro si quis alias compositionis medicamentorum causas, & quæ ad legitimam medicamentorum mixtionem comparandam requirantur, exactius scire velit, consulat Mesuem *in princip. Theorematis 2.* Exacte etiam Galen. *in loc. istatis*, vt illius hac de re mentem consequatur. Cujus tamen fundamenta & institutum paucis etiam hoc loco libet delineare.

Galenus itaque postquam morbos ex intemperie simplici & nuda subortos, & cum materiæ affluxu introduxisset, symptomatum manifestis injuriis animum adhibens, humorumque vitia, ex quibus morbi derivantur ipsorum copia, aperitate, visciditate, crassitie, mollicie, cruditate collocasset, istis adversa opponenda esse remedia ex lege contrariorum censuit. Itaque alteratis & intemperatis calida, frigida, humida, sicca, causarum vitiis expurgantia, lævigantia, attenuantia, incidentia, relaxantia, constringentia, concoquentia, & his similia opponenda esse decrevit. Saporum proinde beneficio, & applicatione, (vnde indicatio illa à juvantibus & lædentibus) partim etiam priscorum experientiam, partim propriam industriam, aut etiam empiricorum, partim analogica quadam ratione, atque conjectura ad ejusmodi vitium atque facultatum cognitionem pervenit.

Quid Galenum moverit ad medicamentorum compositionem.

Jam vero postquam idem Gal. (qua erat summa industria atque ingenio præditus) deprehendisset in vna simplicique substantia interdum dissimiles & contrarietas inesse proprietates; hic correctione atque retusione alterutrius obsistendum esse judicavit, (quamvis contrarias illas qualitates leviusculè tantum, & velut per transennam solummodo attigerit) hoc autem aliter fieri non posse putavit, quam admistione alterius alicuius, vel vnius, vel plurium. Rursus quia in medicamentis simplicibus, vel pauca, vel nimia inerat visagendi, aut odores & sapores erant ingrati, aut facultates contrariæ, omnia obstacula hæc sustulit mixtione & compositione jam à nobis commemorata. Itemque violentis remediis proprias & anodynas correctiones attulit, venenatis & malignis confortantia & cordialia adjunxit, ingratamque remediorum amaritudinem cum mellis & sacchari fœcunditate ab Arabibus deprompta, in quandam dulcedinem, sed vt ingenue fatear, plerisque nauseabundam transformavit.

Atquæ hæ sunt causæ & potissimæ rationes Dogmaticorum, cur sua medicamenta miscerent, cur tot compositiones suis Pharmacopœis parandas, & torpyxides, phialas, scatulas atque ollas medicinis refertas ad vsum reservandas præciperent, quibus non tantum se addictos volunt, sed omnes reliquos, qui medicinam profitentur, empiricos appellantes illos atque ignaros, qui hisce non tanquam delphicis quibusdam præceptionibus confidunt. At mehercule, vt non vsque quaque improbo ordinem talem in arte præscriptum, ita tyrannidem inconsideratam omnino abdicandam censeo. Toleranda sane esset vel illa, si non, vt habet ἀδάγιον, vt plurimum *aliud in scripto, aliud in pyxide* reperiretur, Sed age, vt constet etiam illud eorum nobis probari institutum, proponamus, & per classes digeramus, quicquid & olim, & hodie in officinis medicamentorum pararum, & asservatum sit; singulaque, qua ratione fiant in officinis, quæ rectè quæ perperam, perpendamus.

Quid authorem ad reformandam medicamentorii.

***

FINIS LIBRI QVARTI.

PARTIS

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 91 sur 955

PARTIS PRIMÆ
Liber Quintus;
DE MEDICAMINUM FORMULIS, QVORVM VSUS AD morborum præcautionem vel profligationem celebratur.

Sectio prima de his eſt, quæ per os ſumuntur.

PRÆFATIO.

VT alimenta quædam rerum diverſarum mixtura condiuntur, laborioſoque parantur artificio, vt ſine corruptela aut marcore poſſint diutiſſime conſervari, vt artocreæ, Lucanicæ, farcimina multa, & panes bis cocti, quibus nautæ, dum velis, ventoque feruntur ad Indos, anno ſæpe, & interdum biennio veſci coguntur: ut & pulvis ille Turcarum caſtra ſequentium zonis, quibus cinguntur, loculorum inſtar efformatis, incluſus, quo ſolo, aqua diluto, & ad pultis conſiſtentiam cocto, menſem integrum victitant. *Miles Turcà fert in zona victum menſtruum.* Alia vero diem vnum, aut biduum, imo quædam tantum horam ſine alteratione conſervantur. Sic medicamenta multa annum integrum, aut biennium viribus integris durant, vt *ſuperius* à nobis in genere tradita, in pharmacopoliis, tanquam in penu ditiſſimo ad futuros vſus conſervantur.

Alia vero recens tantum parata optima ſunt, vel diem, aut biduum, vel ad ſummum triduum, æſtate, ſine virium jactura perdurant, ut ea medicamenta, quæ in rem præſentem parantur, curandis ægrotis exhibenda, de quibus ordine, hoc poſtremo libro diſputare, nunc noſtrum eſt conſilium; Initio ab his ſumpto, quæ intra corpus ſumuntur, vel per os, vel alia loca conferentia, ut nares, ſedem, uterum, veſicam: quæ non ſolum pro varietate morbi & naturæ variè componuntur, ſed etiam partis affectæ; Cui ut commode adhibeantur, vel inhæreant, vel ut ad eam facilius deferantur, aliam atque aliam conſiſtentiam nanciſcuntur, vel liquidam, ut quæ bibuntur, vel injiciuntur; aut ſolidam, vel mediam, quæ ſumuntur, devorantur, induntur, adhibentur. *Libri hujus diſpoſitio.* Quæ omnia ut ſigillatim perſequamur, à potulentis auſpicabimur, dein alia medicamenta ſolidiora in libri hujus ſectione prima deſcribemus. In ſecunda, quæ in anum, aut uterum induntur, injiciunturve lectione ſpeciali ſubjungemus; In tertia vero eorum medicamentorum deſcriptionem dabimus, quæ tantum externis corporis partibus adhibentur.

CAP. I.

De ſolemnibus quibuſdam decoctionibus longo vſu celebratis.

SIMPLICIVM medicamentorum ſubſtantia non raro per ſe datur, vt aliquando ſuccus, & ſæpiſſime decoctio, quæ, vt facilius vtiliuſque aſſumatur, fieri ſolet in aqua ſimplici, aut ſtillatitia, vel aliquo humore convenienti pro medici intentione & exigentia rei. Is vero liquor, in quo fit decoctio, per os ſumenda (de ea enim tantum loquimur) qualitatem non valde inſuavem, nec violentam debet habere. Potulenta ſiquidem decoctione in ſucco *abſynthij, centauri minoris, ſorbarum immaturarum*, vel in lixivio, aut aceto parare, nec tutum, nec gratum eſſet: quæ vero exterius adhibentur, vt vnguenta quædam, cataplaſmata, fotus, ad quorum præparationem decoctione eſt opus, humore quovis idoneo decoquè poſſunt, amaro, acerbo, ſalſo, ac etiam oleo, ſi ita curandi morbi, & partis ſanandæ conditio poſtularit.

Decoctio potulentorum ex valde ingratis non paranda.

Nunc autem de ea ſpecialiter agimus decoctione, quæ colata, per os aſſumitur, vel ſola, vel aliis miſta ſimul diſſolutis. *Quorum decoctionum frequens vſus.* Cujuſmodi eſt decoctio communis medicinæ, & decoctio pectoralis, quibus vix bonus therapeuticus carere poteſt.

Eſt vero omnis decoctio levis aut valida, aut

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 92 sur 955

Quarum rerum multum vel parum coquenda.

mediocris, pro rerum coquendarum substantia & viribus. Quædam enim leviter tantum decoquenda, vt quæ facultatem habent imbecillam, facileque dissipabilem, & substantiam raram; Alia validiorem decoctionem sustinent, quorum scilicet substantia firma est, crassa, densaque, & virtus non facile resolvitur; Alia mediocrem, quæ substantia & viribus inter dicta media sunt, vt fructus, qui nec tam leviter, vt flores, nec tam valide, vt radices decoquuntur.

Cum vero absolute imperatur decoctio sine speciali liquoris designatione, semper ea fieri debet in aqua, vel pura & simplici, vt fontana, aut fluviatili, & aliquando pluvia, cujus quantitas simplicium decoquendorum quantitati respondeat, ita, vt nec multum exuperet, aut deficiat. Nam cum per decoctionem simplicia vires suas in aquam deponant, si hæc valde copiosa fuerit, & illa pauciora, decoctio tandem colata vires habebit imbecilliores: Vt contra, si in aqua parca decoquantur multa simplicia, illius citra fiet exhalatio, dissipatioque; horum potius vstio, quam elixatio, quæ à calore moderato fit in humido, naturæ, & quantitati rei coquendæ proportionato.

Aquæ quantitas in decoctis parandis.

Quæ longissimam decoctionem sustinent, copiosiorem aquam postulant; quæ breviorem, minorem. Multam quoque, quæ multa sunt, ita, vt hæc in aquam demersa, ab ea duos digitos, aut tres, si duriora sint, & coctu difficilia, superentur. Sicque certa aquæ mensura vix potest definiri, & industriæ Pharmacopœi sæpius relinquitur.

Aquæ quantitas pro dosi paranda.

Cum vna dosi tantum paranda decoctio proponitur, sat est, pauca quædam simplicia in libra dimidia igne lento, ad partis mediæ consumptionem elixare; Si pro duabus, in libra integra; Si pro quatuor, in duabus. Hocque pacto sensim, vt aquæ, sic simplicium quantitas augenda.

Tres decoctiones valde vsuales.

Tres porro decoctiones in medicina faciendæ valde sunt vsuales. Prima dicitur *communis*, quæ communiter ad dissolvenda purgantia, & interdum in coquenda folia *sennæ*, aut alia quædam tantum infundenda vsurpatur.

Secunda vulgo dicitur *pectoralis*, quod omnibus constet quæ partes ad pectus attinentes juvant. Tertia est *decoctio clysteris*, de qua postea suo loco.

Singularum autem descriptiones apud omnes eædem non sunt, quisque pro suo arbitrio quicquam adjiciens, aut detrahens. Vulgaris & maxime vsualis decoctio communis hæc est.

Decoctio communis medicinæ.

℔. *Hordei mundat. p. j. prunorum dulc. nu. vj. passul. glycyrrhizæ rasæ an* ʒ ß. *anisi, & fœnicul. an.* ʒ ij. hyeme: Æstate vero, *sem. quatuor frigid. maior. an.* ʒ ij. *flor. trium cord. an p. j. fi. decoctio in lib. ij. aquæ. ad partis mediæ consumptionem.* Colata hæc decoctio satis esse potest, pro dosibus quatuor mediocribus, vel tribus tantum majusculis.

Decoctio pectoralis, cujus frequens est vsus in effectibus pectoris, varie quoque præscribitur; sed quam Rondeletius restituerat, sic non inepte Bauderonius emendavit.

Decoctio pectoralis.

℔. *Hordei integr. p. j. carticarium, iuiubar an. nu. vj. dactylor. num. vj. passul. glycyrrh. an.* ʒ ß. *hyssopi mediocriter siccæ m. ß. bull. in lib. ij. aquæ pluviæ aut fontanæ ad dimidias.*

Sunt, qui *sebesten* pro *iuiubis* substituunt, alii *hyssopi* quantitatem augent, alii capillares & flores cordiales adjiciunt, sed cum satis pectoralis sit eorum vis, quæ in præscripta formula continentur, eam pluribus onerare nihil videtur necesse, cum præsertim difficilius parentur, assumanturque ea, quæ pluribus, quam quæ paucioribus simplicibus medicamentis constant.

Quo ad *decocta*, lib. 4. part. 2. pag. 106. extat decoctio in phreneſi utilissima, illa referenda ad librum octavum partis 2.

CAP. II.

De dosi.

Dosis.

DOSIS vocatur *illa medicamenti conveniens ac certa quantitas, quæ vna vice, ac iterum, si sit opus, ægroto præscribitur vel potius datur:* δόσις n. datio est, cujus tot sunt varietates, quot medicamentorũ, & corporũ, quibus offeruntur, naturæ & diversæ proprietates. Alia enim dosis est liquidorum; alia solidorum; alia mediam consistentiam habentium. Dosi quoque varia dantur cathartica, quæ semel corpus ingressa, si validiora sint, aut majore copia exhibita, superfluos humores non solum exagitant, sed etiam laudabiles, & viscera lacessendo, facultates illis inhærentes lædunt. Item & alia medicamentorum dosis pueris datur, alia adultioribꝰ, vt & provectioribꝰ ætate & senibus alia, pro singulorum natura, consuetudine & viribus. Liquidorum dosis vnciis mensuratur, daturque. Solidorum nonnunquam granis; sæpius dragmis, & interdum vnciis.

Dosis medicamentorum varia.

Alterantium medicamentorum dosis.

Alterantia medicamenta rarò vncia sola, nisi pueris dãtur, aut si qualitates, eximias habuerint ac validissimas, cujusmodi est, *aqua vitæ, cinamomi*, & ea, quæ *imperialis* vulgo dicitur.

Vsitatior dosis vnciarum est triũ aut quatuor. Quæ majore copia exhibentur, nauseam sæpe movẽt, ventriculum subvertunt, ac sine prospero successu foras per os excludũtur.

Roborantium dosis.

Roborantia quoq; potissimum liquida, dantur ab vncia vna ad vncias tres aut quatuor. Solida aliquando granis, vt pulvis *monocerotis*; aliquando scriptulis, dragmisque dantur, vt cardiacæ confectiones, & antidota multa.

Purgantium.

Eodem modo mensurantur, danturque purgantia, quorum nonnulla dantur à granis tribus ad sex aut octo, & *diacrydion*; & forsan *stibium*, quod licet efferum sit ac immite, arte tamen castigatum atque domitum, & à prudente Medico exhibitum, sæpe felices producit effectus: Ejusque vsus ad contumacis morbi curationem, *cum meliora desunt*, non videtur omnino respuendus.

Stibij vsum non omnino esse respuendum.

Nostericorum in inveniendis remediis jedulitas.

Si enim fas est, ex serpentum carne, imo ex eorum senecta & recrementis, in hominis subsidium remedia mendicare, vix nefas esse potest,

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 93 sur 955

teſt, ex illis medicamentis ſolatium expectare, quæ recentiorum ſedulitas invenit, induſtriosa dexteritas ſecura reddidit, multa experientia probavit, licet illa veteres minus norint, aut neglexerint, vel indebite dederint; vt nunc certe multi ac venefici circulatores, qui ſuo ſtibio male parato, & improba doſi, nec quibus, nec quando convenit exhibito, pene innumeros interficiunt.

Quam varia cathartico-rum doſis.

Et vt ad propoſitum redeã, quædã cathartica tantum parva doſi, ut granis paucis dantur; alia ſcrupulis, vt *colocynthis* & *veratrum*; aliud dragmis, vt *rheum*; alia vnciis, vt *manna*, *caſſia*, *tamarindi*.

Doſis igitur medicamenti quantitatem idoneam, vna vice exhibendam denunciat, vt cum forma potus, pharmacum quoddam ex vnciis, vt plurimum, tribus, aut quatuor, decocti, vel aquæ ſtillatitiæ paratur; In duo, vel roborantia, vt pulveres, antidota, & confectiones cardiacas aliquando diluimus; vel cathartica infundimus, vt *agaricum*; vel diſſolvimus; vt *catholiconem* aut *diacarthamum*; quorum etiam ſua doſis eſt particularis, qua ſingula majore aut minore copia dantur, pro cujuſque viribus imbecillis, aut validioribus. Hæc vero ſingula pro cujuſque medicamenti & corporis natura velle complecti, integram curandi methodum complecti eſt.

Cap. III.

De potione purgatoria.

Medicamentorvm genus omne forma quavis dari poteſt, ſed ſanando morbo & juvandæ parti non ſemper idonea. Vſitatior cujuſque forma liquida eſt, eorum præſertim; quæ meatus obſtructione liberant, vaſa diducunt, & menſes, atque vrinam movent. Maxime vero, quæ vim habent purgatoriam, forma potabili ſunt convenientiora. *Sic enim promptius ſeſe diffundunt, ſubeuntque venas exiles, & humores partibus inhærentes efficacius deducunt. Sola ſiquidem dragma ſolidioris medicamenti humore quodam diluta, non minus alvum turbare ſolet, quam ejuſdem integri duplum pondus.* Vnde *cum medicamentum purgans abſolute dicitur, de potione ſolutiva ſemper intelligitur*; Cujus doſis raro tres vncias excedere debet, ne ventriculum protitando, vomitu ſtatim exclud atur.

Purgantia cur in formâ potabili ſint cõvenientiora. Catharticum liquidum ci-tius ducit.

Sunt autem variæ potionum purgantium differentiæ, pro varia humorum ducendorum & medicamentorum natura; Nam ſinguli humores proprio cathartico ducuntur, ſanguinem ſi excipias, qui ſola venæ, aut arteriæ ſectione vacuatur. Quod bilem purgat, *chalagogum* dicitur; *Melagogum*, quod melancholicum ſuccum, *phlegmagogum*, quod pituitam.

Ex his vero ſingulis, tam ſimplicibus, quam compoſitis, liquore idoneo maceratis, infuſis, vel ſolutis, aut coctis, purgatoriæ potiones parantur, vt ad bilis eductionem, hoc modo.

Chalagogon

℞. *Radic. cichor. oxalyd. glycyrrhizæ an. ℥ij. endiviæ, fumar. agrimon. an. m. ß. flor. trium cordial. an. p. j. ſi. decoct. in parva quantitate aquæ, in qua infund. rhabarb. ℥. ij. ß. ſental. citr. ∂. ß. in expreſſ. diſſol. ſyrup. violar. ℥. vj. ſi potio.*

Cum validius purgandum eſt, augenda vt rhei quantitas, aut potentiora præſcribantur medicamenta, vt:

℞. *Diaprun. ſolut. vel electuar. de ſucco roſ. ℥ iij. Diſſol. in ℥. iij. decoctionis ſupra deſcriptæ, vel aquæ endiviæ, adde ſyrup. de cichor. compoſit. cum rhabarb. ℥. j. ſi. potus.*

Alia potiõ validior.

Ad purgandum humorem pituitoſum, vt ad bilioſum, multa dantur tam ſimplicia, quam compoſita medicamenta: Ex quibus pauca quædam, pro morum exemplo, forma potus ſic optime præſcribuntur.

℞. *Polypod. querni graminis, paſſul. an. ℥. iij. ſem. cartham. ℥ ij chamædr. chamæpith. betonic. an. m. ß. anis. ℥ j. ſi. decoct. in qua decoque lento igne folior. ſenna. ℥. vj. ß in colatura infunde agaric. ℥. j. ß. macis ∂. ß. in expreſſ. diſſolve ſyrup. roſar. pallid. ℥. j. ſi. potio.*

Phlegmagogum.

In ſimili decocto colato poſſunt dilui *electuarii diacarthami* ℥. iij. vel ℥. ß. & *ſyrupi roſar. pallid.* ℥. j vt ſi. potus.

Senna quoque, *rheum*, & *polypodium* pituitam vacuant, vt & *turpethum*, *ſemen carthami*, *colocynthis*, *mezereon*, *veratrum album*, *ſemen & radix ebuli*, *bi nedicta laxativa*, *diaphœnicum*: Ex quibus artifex peritus varias potiones purgatorias parare poteſt.

Sua quoque ſunt melancholico humori ducendo deſtinata cathartica, vt *epithymum*; *lapis lazuli*, *ſenna*, *elleborus niger*; & inter compoſita *confectio Hamech*, *catholicum*, *diaſenna*; *Syrupus regis Saboris*. Ex quorum vno aut altero in convenienti liquore ſoluto, aut infuſo; aut cocto purgans medicamentum, potabili forma confici poteſt hoc modo:

Melancholiã qua ducant.

℞. *Cortic. radic. cappar. tamariſc. radic. bugloſſ. glycyrrhizæ, paſſul. corinthiacar. an. ℥. iij hordei integr. ℥. ß. ceterach. adianti, politric. calendis, borrag. an. m. ß. flor. trium cord. an. p. j. ſi. decoctio, in qua iuſunde & coque folior. ſenna ℥. ß. ſem. fœnicul. dulc. ℥. j. in colatura diſſolve ſyrupi regis Saboris ℥. j. ſi. potus.*

Melanagogon optimum.

Item ℞. *Glycirrh. paſſul. mundat. an. ℥. iij. juiubar. nu. vj. epithymi, ſcolopendri, ſummitatum lupuli, oxalydis, fumariæ an. m. ß. flor. geniſtæ. p. ij. ſi. decoctio, in qua diſſolve confectionis Hamech. ℥. j. ß. diaſcennæ ℥. ij. ſyrup. violar. ℥. vj. aut ℥. j. fiat potus.*

Vtiliter quoque *catholicum* ad melancholiam ducendam imperatur. Cum enim polychreſtum ſit & quoſvis humores noxios clementer purget, facile his ſeſe accommodat, quibus permiſcetur, vt additum *rheo* bilem purget: dilutum decocto *ſennæ*, aut commixtum *confectioni hamech*, melancholicum ſuccum.

Catholicum polychreſtum eſt.

Cap. IV.

De Iulepis.

Iulepi & ſyrupi vix eſt diſſimilis apud Arabes accepto, qui de vtroque ſimul ac confuſe iiſdem capitibus loquuntur: & per *julepum* abſolute poſitum, *ſacharum aqua roſata* diſſolutum, & in modum ſyrupi coctum intelligunt. Nos autem

autem distinctius loquentes, de ambobus diversis capitibus & libris scribimus; de syrupis nempe, longiore coctione inspissatis, in officina, de julepis vero nunc assumendis, & levius coctis, *in hoc libro* de remediorum formulis.

Iulep quid. Est autem julep *nomen Persicum, potionem dulcem significans*, quam Græci ζουλάπιον nominant, parantque ex aquis quibuslibet stillatitiis, dulcoratis, vt syrupis ex succis, vel decoctis simplicium, cum *sacharo* aut *melle*: crassiorem substantiam elixatis.

Syrupus simplex. Ad fugiendam odoris & saporis insuavitatem, Serapio ex *aqua* sola & *sacharo* julep, vel potius *hydrosacharum* conficit, quod *syrupum simplicem* vocat. Avicenna maioris suavitatis gratia tertiam rosaceæ partem adjicit. Mesue non tantum ex aquis julepos conficit, sed etiam ex succis, infusionibus & decoctis. Et vulgus potiones quaslibet limpidissimas & sacharatas, non tantum ex aquis distillatis, sed etiam ex pauciorum simplicium, nec insuavium, & aquæ multæ decoctione colata, clarificata & dulcorata parat as, julepos vocat; Cujusmodi est *julepus zizyphorum*, vel verius syrupus. Cum enim fiat ex *jujubis mainsculis* numero centum, & aquæ fontis libris quatuor ad medias coctis, cum libra vna *sachari*, consistentiam habet zulapio crassiorem, sæpeque vtendi tempore aqua simplici, cocta, aut ptisana diluitur, cum ex se julepi satis sint diluti. Improprieque syrupus ille, qui ab Alexandria, vbi frequens est eius vsus, nomen habet, *julepus rosatus* nominatur, cum æque, ac reliqui syrupi, coctione inspissetur, & asservetur.

Iulepus zizypheorum.

Syrupus Alexandrinus.

Iulepus rosatus qui fiat. *Julepus rosatus* fit vere ex *aqua rosarum cum dimidio sacharo* cocta prope ad crassitiem syrupi, aut multo minus, si mox sit assumendus, vt vulgares julepi, qui in rem præsentem fiunt ex *sacharo*, vel syrupo quodam cum aqua tripla; vt

Syrupus rosaceus Rondeletii. ℞. *Aquæ endiviæ* ℥.iiij. *syrupi limonum* ℥.j. *fi. julapium.*

Si julepi consistentiam habent liquidiorem, vt colari possint: sed qui diutius concoquuntur, vel duplam tantum aquam ad sacharum recipiunt, vt *rosaceus* Rondeletii, vel vtriusque æquale pondus, vt Sylvio placuit, ob crassitiem pigre defluunt, vixque colo trajiciuntur.

Pro diversa igitur coctione & quantitate aquæ ad sacharum fit, vel syrupus, ex vtriusque scilicet partibus æquis; vel julepus, ex aqua tantum tripla ad *sacharum*, vt Joubertus voluit.

Paratu cum sint facillima ejusmodi julapia, vnius tantum aut alterius formulam subducam.

Dosis julepi. ℞. *Aquarum fumariæ & oxalydis an.* ℥.*ij. sachari* ℥.j *coque lento igne ad vnius vnciæ resolutionem, si julepus pro vna dosi.*

Iulepus soporif. Ad somnum conciliandum julep hypnoticum sic recte parabitur.

℞. *Aquæ nenupharis* ℥.ij. *aquæ betonicæ & syrupi de papavere simplicis an.* ℥.j. *misc. fi. julep.* hora somni sumendum.

CAP. V.

De distillatis restaurativis.

OMNIA medicamenta analeptica, quæ scilicet habitum corporis, longo vel morbo, vel inedia absumptum reficiunt; & instaurantia, quæ ad virium languore quodam effœtarum, resarciendum robur imperantur, non tantum ex medicamentosa, sed etiam alimentosa materia sumuntur. Cum enim partim alant corpus, partim affectibus, à quibus male habet, medeantur, multiplici, ac varia qualitate esse prædita, ratio manifesta suadet.

Distillata cur dicta. Dicuntur autem distillata, quod per alembicum guttatim in vas subjectum distillent; Instaurantia vero, quod ex carnibus euchymis, conservis, pulveribus cardiacis, atque his omnibus, quæ vel odore, vel substantia, spiritus instaurare, & partes nobiles roborare valent, extrahuntur.

Multi porro majorum consuetudinem vix probant, qui carnem caponum, aut perdicum crudam ab ossibus & pinguedine purgatam distillant adjectis pulveribus & conservis. Cum enim caro cruda non nisi longo tempore possit concoqui; facultas vero pulverum sit cito & facile dissipabilis, non justa ratione, simul cruda & dura pulveribus dictis commiscentur: tum quia ex carne cruda, quæ primum stillat aqua, citius corrumpitur. Æquius videntur agere, qui carnes ex dimidio coctas cum proprio succo, in vase distillatorio, cum reliquis materialibus permiscent.

Catenarum aurearum decoctio non vtilis. Neque eorum judicium probatur, qui catenas aureas cum carnibus decoquunt, cum nihil ex ipsis dissolvatur, aut extrahatur præter sordes, quæ ex contrectantium manibus impuris contrahuntur.

Laudabilior est eorum consuetudo, qui panniculos auri cõjiciunt, vt solent Parisienses Pharmacopœi, qui nullis sumptibus parcunt, vt sua probe distillata restaurativa, vt reliquas compositiones conficiant.

Sic vero ista solennis & eximia distillatio parabitur optime.

Distillatum restaurativum optimum. ℞. *Iuris vnius caponis & duarum perdicum* ℔.ij. *aquarũ bugloss. oxalydis & nenupharis an. q. s. conservæ violarum, cichorii, & rosarum an.* ℥.ij. *pulveris diamargariti frigidi, electuarii triasantali & diarrhodonis abbat. an.* ℥.j. *trochiscorum de camphura* ℥.ij. *foliorum auri nu. xij. ponantur omnia in alembico vitreo pasta recte obturato & per balneum Mariæ fiat distillatio vt artis est.*

Distillatum aliud ad febres syncopales & malignas imperari potest hoc modo descriptum.

Aliud valde cardiacum. ℞. *Aquarum oxalydis, vlmariæ, cardui, cichorii an.* ℥.iiij. *decoctionis caponis vnius agrestis alterati* ℔.j. *conservæ nenupharis & rosarũ an.* ℥.j. *theriacæ* ℥.ß. *radicum angelicæ, tormentillæ pulveratarum an.* ℥.j. *sem. carduibenedicti & citriorum an. p. iij. ponantur omnia in vase vitreo, bene obturato, quod in lebetem aqua fervida plenum postea immittatur, & fiat distillatio.*

Vsus tempore distallati hujus portioni addi poterit succus quidam idoneus, vt *citri*, vel *granatorum* cum pauco *sacharo communi*, vel *rosato*, si ita efflagitarit ægrotus.

CAP. VI.

De Apozematis.

Paracelsus pseudomedicus. FELIX quidem Germania, vt obiter dicã, quæ simul viros per celebres gignit, & cunctis opibus

cui, & natura monstrum.

opibus luxuriat: vt tamen arbos frugifera simul cum pomis fragrantibus fungos vel inutiles, vel venenatos aliquando profert, sic illa magnum *naturæ monstrum* peperit, *pseudomedicum* scilicet *Paracelsum*, qui suæ medicinæ diabolum authorem professus est, atque characteres & verba, medicinas dæmonum nominavit, vt syrupos & & apozemata hominum. Sanctius hæc, vt & reliqua medicamenta Philophus antiquus [*Herophulus*] deorũ manus auxiliatrices nuncupavit, vt quæ divinis ac miranda viribus prædita corpus humanum, vel morbidum sanent, vel salubre tueantur. Ob eam rationem Heraclitus inter philosophos non parum celebris, sacrificia solebat medicamenta vocare, quoniam pharmaci præpotentis instar, animam, vt medicamenta corpus, à suis morbis expurgant. *Cel. Rhod. cap. 2. lib. 12.*

Characteres sunt medicinæ dæmonum Paracelso.

Apozematũ usus.

Vere autem dixit nebulo, & forsan semel, apozemata esse hominum medicamenta, quibus scilicet peccantium humorum qualitas contemperatur, mille cruciatus sedantur, mortis ante diem ferocientis impetus eluditur, symtomatum acerbitas lenitur, partes ad nativam bonitatem & vigorem reducuntur. Parantur enim ex omni genere medicamentorum, præsertim alterantium & roborantium: quibus interdum simplicia quædam purgantia ac benigna, atque exigua quantitate infunduntur: Vocare enim apozema, decoctum quoddam nigricans, valde ingratum, & multa *senna* laxativum, cui crassioris cujusdam electuarii, vt catholici, vel lenitivi sesquivncia dissoluta fuerit, absurdum est, nam

Apozema quid & vnde dicatur.

ἀποζέμα Græcis decoctum est, à verbo ἀποζέω, fervefacio, decoquo & apozema tantum pro herbarum tenuiore decocto vsurpatur.

Apozematũ materia. Iulepi, syrupi, & apozemata, quomodo differant.

Est vero omnis apozematum materia à plantis: ex quarum aquis fiunt julepi, ex decoctis apozemata & syrupi; inter quæ præcipua hæc differentia constituitur, vt julepi tenues sint, syrupi crassi, apozemata vtcunque media; omnia *melle* aut *sacharo*, vel vtroque simul dulcorata, & pro varia cujusque consistentia, magis aut minus cocta.

Veterum apozemata.

Olim veteres aquam mulsam, cui plantarũ folia quædam incoxerint, apozematum vice vtebantur, vt multi adhuc hodie jusculis virentium stirpium mixtura alteratis. Æque enim in brodio pulli per elixationem relinquitur herbarum vis, atque in aqua simplici; & minore sumptu, avidiusque ejusmodi alterantia juscula sumuntur, quam apozemata. Potest tamen æger his & illis vti, & à coquo, qui nil præter lebetem & verunovit, jusculaherbis idoneis, Medici consilio, alterata repetere; A Pharmacopœo vero apozemata, justa ratione, industrioque artificio parata; non quidem ad alendum, vt jusc ula, sed calefaciendum, refrigerandum, humectandum, siccandum, aperiendum, aut alio quovis modo immutandum Propterea radices, aut aliæ plantarum partes sæpius amaræ; aut alia quantitate insuaves, modo vtiles, aliquando sumuntur, purgantur, & in aqua sufficienti coquuntur: Atque ex jusculo colato, *sacharo* aut *melle* dulcorato, & *santalis* aut *cinnamomo*, si ita videtur, aromatizato, apozema ad plures aut pauciores, pro decocti quãtitate, doses paratur.

Quomodo apozemata distent à syrupis.

Neque vero æstate tantum, dum adhuc stirpes virent, sed etiam hyeme, cum desunt, aut aridæ tantum suppetunt, apozemata conficiuntur, licet per idem tempus, syruporum sit frequentior vsus, qui ab apozematis non differunt, nisi *coctione*, quæ in syrupis longior est ad majorem crassitiem & custodiam, in apozematis, brevior: ita vt syrupus vicẽ apozematis gerat hyeme, apozema syrupi, æstate: videturque eadem res, nomina diversa: sed in syrupis maior quantitas *sachari* requiritur, vt huius & decoctionis æquale pondus: in apozematis varium, vt tertia, aut quarta tantum pars *sachari*, vel *mellis* ad decoctum. Sat enim est singulis hujus libris, quadrans, hoc est, vncias tres *sachari*, vel syrupi, vel adsummum triens, seu vncias quatuor permiscere: cum tamen liquoris sapor valde est ingratus, *sachari* pondus solet augeri, & cum *vvorum albuminibus* apozema paratum despumari, & à sordibus expurgari.

Porro apozemata varie fieri solent, ad varias intentiones, vt ad liberandas obstructiones, hoc modo:

Apozema aperitivum.

℞. *Rad. asparag. ruſci, graminis, cichor. glycyrrhizæ paſſul. mundatar. an. ℥ ß. fol. adianti, polytric. agrimonii pimpinellæ, ſummitatum lupuli, arthemiſiæ an. m. ß ſummitatum hyſſopi p. ij. florum trium cord. an. p. j. fi. decoct. in ℔ ij. ß. aquæ ad medias. in colatura diſſolve ſyrupi capilli veneris, aut ſachari ℥ iuj. fiat apozema clarum*, pro quatuor dosibus.

Ad bilis fervorem contemperandum aliud sic parabitur.

Apozema ad contemperandum fervorem bilis.

℞. *Radic. cichor. oxalydis, lapati acuti an. ℥ ß. glycyrrhizæ paſſul. corinthiac. an. ℥ iij. fol. endiviæ, ſcariol. tarraxaci, oxytriphylli, fumariæ, lactucæ, portulacæ, an. m. j. florũ roſ. alb. recentium m. ß. vel florum trium cordial. an. p. j. fi. decoct. in ſufficienti quantitate aquæ. In colatura diſſol. ſyrupi de ſucco acetoſæ, aut limonum, vel ſachari roſati ℥ iuj. fi. apozema clarum aromatizatum ſantali citrini ℥ ß.* pro quatuor dosibus.

CAP. VII.

De Gargarismatis.

Ad oris, gingivarum, palati, pharyngisque vitia gargarismata instituntur, quæ vim habẽt, inquit Celsus *c. 23. lib. 5.* vel lævãdi, vel reprimẽdi, vel evocandi. Lævant lac, & cremor hordei: Reprimit aqua, in qua vel *lentieula*, vel *roſa*, vel *rubus*, vel *cotoneum malum*, vel *palmulæ* decoctæ sint. Evocant *ſynapi*, *piper* & acria similia; Quibus tamen gargarizationes non fiunt, nisi dulcibus quibusdam admixtis. Actuario judice *cap. 6. libr. 3. method. meden.* ne gustum plurimum offendant.

Nam cum liquor haustus ad gurgulionem vsque revocetur, totum oris concavum eluit, & mordacius, dum acrior est, organa gestatoria ferit. Proinde acria, quibus gargarizatus fiunt, *hydromelite* misceri solent, vel aqua simplici, cui syrupus, vel de *ſtœchade*, vel *de roſis ſiccis*, aut alius, qui propositæ rei conveniat, ea quantitate

diſſol-

dissolvitur, vt acria, vel amara, multum de sua qualitate ingrata deponant: vt cum è cerebro & faucibus est elicienda pituita, gargarisma sic rite parabitur.

Gargarisma, ad educendam è cerebro pituitam.

℞. *Radicis pyrethri* ʒij *rad. cyperi, turpethi an.* ʒiij *rad. enul. campan.* ʒ.ß. *summitatum origani, hyssopi, salviæ an. m. j. fi. decoct. in* ℔ j. ß. *ad consumptionem tertiæ partis. Incolat. dilue oxymelit.* ʒ iij. *gargarisma.* vel sic:

℞. *Glycyrrhizæ, sem. carthami an.* ʒ. ß. *baccarum laurei, staphysagriæ, an.* ʒ iij. *synapi, macropiper an.* ʒ ij. *galang.* ʒ j. *stœchad. betonic. an. m.* ß. *fi. decoctio in hydromelite.* Colatura sit pro gargarizatu.

Ad roborandum & detergendum collutiones oris multæ fieri solent, vt quæ sequuntur.

Gargarisma roborans & detergens.

℞ *Foliorum pruni, summitatum rubi, plantaginis, pilosellæ, rosarum an. m. j. balaustiorum, summitatum myrthi an. m. ß. hordei, berberis an* ʒ. ß. *fi. decoctio in* ℔ ij. *aquæ ad mediat: Colaturæ adde syrupi rosar. siccar. & sapæ an.* ʒ ij. *fiat gargarisma.*

Ad vlcera pharyngis venerea, & reliquarum oris partium, hæc confert gargarizatio.

Ad vlcera pharyngis venerea.

℞. *Scobis ligni sancti* ʒ j. *sarsaparillæ, sassafras an.* ʒ. ß. *lentisci* ʒ iij. *fiat decoctio in* ℔ ij. *aquæ ad tertiæ partis absumptionem, addendo sub finem glycyrrhizæ,* ʒ. vj. *rosar. m.* ß. *florum salviæ & anthos an. p.* j. *Colatura detur ad oris collutionem sapissime iterandam.*

Vtendum gargarismatis quovis tempore, præcipueque matutino, & subinde inter pastus; atque his quidem recenter paratis: diutius enim servata corrumperentur, & ore excepta, ejus concavo partes contentas læderent, non sanarent.

CAP. VIII.

De Emulsionibus.

VT morbus vnus multis ac diersis forma medicamentis aliquando curatur, sic vnicum medicamentum morbos sæpe diversos curat, vt emulsio, junioribus dicta, quæ ad vsus multos instituipotest. Plurimum enim confert ad pectoris pulmonumque vitia lenienda, somnum conciliandum, immoderatum calorem refrigerandum, acrimoniam vrinæ contemperandam, & renum ardorem extinguendum. Proinde videntur illi falli, qui gonorrhœæ virulentæ curationi emulsiones tantum inservire putant: In multis namque apozematum vicem gerunt & hordeatorum, cum ex contusis seminibus fiant, quæ vim habent refrigerandi, leniendi, vrinam movendi, interdumque somnum conciliandi; quibus inter conterendum, vel ptisana superfunditur, vel decoctio simplicium, quæ viribus polleant, institutioni propositæ cõferentibus; vt cum ad faucium aspredinem contunduntur *amygdalæ* mundatæ, & *strobili* cum *decocto iuiubarum & passularum*; ad viscerum æstus *semina frigida*, cum *decocto lactucarum & florum nenupharis*; ad vrinæ acrimoniam, eadem cum *decoctione radicum vel seminis althææ, glycyrrhizæ & fœnum.*

Emulsionum vsus multus.

Pro quantitate seminum contusorum decocti quantitas augetur, vel minuitur, ne emulsio crassior sit, aut liquidior, & velut media inter apozema & syrupum, cujusmodi sunt amygdalata dilutiora, quæ colore & sapore, non multum ab emulsionibus differunt: fere tamen sunt spissiora, vt hordeata amygdalatis, & syrupi hordeatis, eclegmata syrupis, electuaria eclegmatis.

His vero formulis emulsiones optime describuntur; vt ad pectoris & pulmonis vitia.

℞. *Amygdalar. dulc. mundatar.* ʒ. j. *pinearum non rancidarum* ʒ. ß. *seminum citrull. cucurbit. melonum, bombacis an.* ʒ. iij. *pistentur in mortario lapideo cum* ℔ j. *decoctionis iuiubarum & passularum sensim affusa, & sachari* ʒ. iij. *fiat emulsio ad quatuor doses.* *Emulsio ad vitia pectoris & pulmonum.*

Ad renum ardorem extinguendum, & acrimoniam vrinæ demulcendam, ex vsu erit aptissimo emulsio sic parata.

℞. *Sem. quatuor frigid. maior. an.* ʒ. ß. *sem. lactucæ & papaver. alb. an.* ʒ. ij. *pistentur in mortario marmoreo cũ* ℔ j. *aquæ simplicis, vel ptisanæ, adde syrupi denymphæa* ʒ. iij. *fiat emulsio ad tres doses.* *Emulsio ad renum ardorem.*

Ad gonorrhœam virulentam, præmissis vniversalibus remediis, hæc convenienter imperabitur emulsio.

℞. *Lentis palustris, sem. lactucæ an.* ʒ. ij. *sem. portulac. & plantag. an.* ʒ. j. *sem. quatuor frigid. maior.* ʒ. ß. *pistentur in mortario lapideo* ℔ j. ß. *aquæ decoctæ; adde sachari rosati* ʒ. iiij. *fiat emulsio pro quinque aut sex dosibus,* sumendis horis duabus ante pastus. *Ad gonorrhœam virulentam.*

CAP. IX.

De Amygdalatis.

AMYGDALÆ vel *amaræ* sunt, prorsus medicamentosæ, vel *dulces*, quæ partim alimentosæ sunt, partim etiam medicamentosæ. Ex his potus quidam paratur instar lactis albidus, qui febrientibus & thoracis affectibus lacessitis solet exhiberi. Licet enim *amygdalæ* moderatæ calidæ sint ex Paulo Ægin. *lib. 7. de re med.* & Oribasio *c. 2. lib. 2. Synopseos.* vel potius temperatæ, tritæ tamen & aqua dilutæ fervorem contemperant, & vi quadam incidendi & attenuandi viscera thoracem expurgant, *Actuar. c. 7. de spirit. animal. nut.* Ex earum autem cremore sorbitiuncula paratur, quæ simul & nutrit, & asperam arteriam lenit, & humores in thorace contentos projectu faciles reddit. Sic vero paratur:

℞. *Amygdalarum mundatarum* ʒ. ij. *terantur in mortario cum aqua elixatæ paulatim affusa* ℔ ß. *adde sachari* ʒ. vj. *misce & coque parum.* Detur. *Amygdalatum quomodo parandum.*

Nonnulli grana duo aut paulo plus *salis* commiscent, alii respuunt. Datur quavis hora, maxime his, qui jusculæ, & alia edulia aversantur, sed sæpius datur hora somni, tuncque parum seminis *papaveris albi*, aut *lactucarum* adjici solet, maxime cum ægroto præscribitur, qui vigiliis assiduis male exercetur. Nonnulli

terunt

terunt *amygdalas* cum aqua tepida, & addito pauco *sacharo* potionem parant ignis vim non expertam, talemque porrigunt. Præstat cum aqua parum feruefacta rerere, & rursus parum elixare iuxta modum descriptum & consuetum. Solet augeri vel minui *sachari* quantitas pro affectus conditione. Nam vt dulcia bechica sunt, & vitijs pulmonum & thoracis conuenientissima: sic *amygdalatum* multo sacharo dulcoratum ipsis sunt conuenientiora; febrientibus magis conuenit; si *sachari* receperit minus.

Amygdalata Lutetiæ vsitatissima

Lutetiæ familiaris est iste dulciarius potus, quem & ipsæ mulierculæ quotidie parant, nec formula communi Medici præscribunt, & Pharmacopœorum relinquentes arbitrio solum imperant, vt paretur amygdalatum. Quibus magis arridet crassius, siue ad alimoniam, siue ad gratiã, major *amygdalarum* & *sachari* quantitas adjicienda; quibus liquidius, horum minus, aquæ vero multum commiscetur.

Cap. X.

De ptisana antiquorum, seu hordeato.

PTISANA vulgaris & officinarum potus est, ex *glycyrrhiza, aqua, & pauco hordeo*, & sæpe sine ipso confectus: Antiquorum vero ptisana cibus est, ex *hordeo selecto, & pinsendo exteriore cortice purgato, & aqua confectus.* Hinc ptisanæ nomen ἀπὸ τοῦ πτίσσειν, hoc est, pinsere, & decorticare sumptum. Debet vero sumi, Galeni consilio [*c 2. lib. de ptisana.*] hordeum carnosum, nullius adscititiæ qualitatis particeps, non nimis recens, nec nimis vetustum, nec corrugatum: Ita selectum in aqua maceratur: dein in mortario tunditur, vt exterior cortex & quodque glumosum excutiatur: tum manibus confricatur, abluitur, à furfure purgatur; postea siccatur & servatur. Cum autem vsus postulat, eius portio cum aquæ optimæ & probatissimæ partibus duodecim igni lento diutissime coquitur, vt quam amplissime intumescat, flatum omnem deponat, & in succum lævem, continuum, æqualem, & lubricum abeat. Sic suam veteres ptisanam primum coquebant. & ægrotis exhibebãt: eorum tamen nonnulli *sapam*, aut *mel*, aut *amylum*, vel *cuminum*; alij parum *olei, aceti*, & *salis* permiscebant. Nos vero forsan delicatiores nihil istorum addimus, sed tantum *sacharum* & aliquot interdum *amygdalas*: atque vt antiquam mixturam non retinemus, sic neque nomen, & hordeatum non improprie vocamus, quod Hippocrates & Galenus ptisanam proprie vocant, quæ sic Lutetiæ parari consueuit.

Hordeati præparatio.

Antiquorum ptisana.

Hordeatum optimum.

℞. *hordei electi, à corticibus purgati,* ℥ *ij. coquãtur lento igne in aqua limpidissima, quæ vbi parum efferbuerit, proijciatur & affundatur alia. Tum coquantur denuo per quatuor horas aut quinque, igne blãdo; dein colo transmittantur. Colaturæ adde sachari* ℥*vj. aut.* ℥*j. postea rursus parum coque.*

Sic enim hordeatum habebis crassius & magis nutritorium. In Italia non solet recoqui post colaturam, tuncque liquidius est, & auidius à multis sumitur ægrotis, sed minus nutrit, propterea non tantum semel in die circa horam somni datur. sed bis, & sæpe ter, zulapiorum ritu.

Hordei qualitas.

Cum autem hordeum frigidum sit ex Galeno, *com. ad part. 30. lib. 1. de vict. acut. c. 16. lib. 1. de alim.* nam quocunque modo paraueris, nunquam calefacit, ptisana ex his duobus parata more Hippocratis, febricitantibus optimum est & medicamentum, & alimentum. Nutrit enim & medetur, & nutriendo vicem præstat potus & cibi, ac similiter operatur, vt alicæ vel oruzæ succus, vt narrat Galenus, *libr. 1. de aliment. libr. 1. de vict. acut. cap. 237. libr. de simplic. medicament.*

Cap. XI.

De lohoch seu ecclegmatis in rem præsentem imperandis.

DE ecclegmatis in genere egimus fusissime, nunc de his, quæ ex tempore parata solent ægrotis exhiberi, nec diu sine alteratione queunt asseruari: altero siquidem aut tertio die tanta fermentatione exurgunt, vt vix in pyxidibus possint arceri, nisi rudicula, aut bacillo *glycyrrhizæ*, vt mos est, subinde agitentur. Sic enim *sacharum* liquori accuratius permiscetur, & mixtura facilius subsidet, ac securius cohibetur. Præscribuntur autem lohoch ad varios effectus, pro varia medicamentorum, quibus constant, materia & qualitate, quæ cum dulcis est ac palato gratiosa, asperam arteriam lenit, humores concoquit, sputum mouet, educit: si dulco acida, pituitam, lentã & crassam incidit, attenuat, præparat; si dulcoamara, deterget, coquit, expurgat. Quia tamẽ amator propter insuauitatẽ valde gustui displicet; amara vix nisi parua quantitate veniunt in ecclegmatum confecturam: Solis enim dulcibus fere componuntur, vt succo *glycyrrhizæ, iuiubis, pineis, sacharo rosato*, aut *cando, penidijs*, electuario *diaireos*, aut *diatragacantho*, aut confectionibus alijs similibus, pulueratis, & *melle* aut syrupo idoneo, & interdum vtroque simul exceptis & subactis.

Ecclegmatum vsus.

Ad crassos humores incidendos & attenuandos conferet lohoch hac arte paratam.

Lohoch incidens.

℞. *electuarij diaireos simplicis* ℥ *j. sachari cand.* ℥*ß. anisi conditi* ℥ *vj. syrupi de hyssopo & oxymel simplicis an.* ℥*j. ß. fi. lohoch.* cujus frequens sit vsus mane jejuno stomacho, & inter pastus.

Ad humorum coctionem & expectorationem, aptissimus erit eclegmatis sequentis iteratus sæpe vsus.

Lohoch concoquens & expectorans.

℞ *diatragacanthi frigid.* ℥ *vj. diairis Salomonis, Alphenti an.* ℥*ß. cum syrup. de glycyrrhiza aut capill. Veuer. q. s. fiat lohoch.*

Ad compescendum catarrhi in pulmones irruentis impetum, sic præscribatur eclegma.

Lohoch catarrhum sistens.

℞. *penidiarum, diatragacanthi frigid. an.* ℥*ß. sachari rosati* ℥*vj. terræ lemniæ* ℥*ij. cum syrupo de papauere albo vel iulepo rosato, fiat linctus.*

Item ad fluxiones erodentes & vitia pulmonum sananda, vel saltem ad meliorem statum reducenda.

Ad fluxiones erodentes & vitia pulmonum.

℞. *manus Christi perlatæ* ℥*j. terræ sigillatæ, pulu. diatragacanthi frig. an.* ℥*j. coralli rubr.* ℥*ß. lapidis hæmathit.* ℈*j. cum syrupo resumptiuo, fiat num. lohoch.*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 98 sur 955

CAP. XII.

De Apophlegmatiſmis.

MVLTIPLICI remediorum genere caput humore excrementitio, maximeque pituitoſo grauatum depletur, ſed nullum hoc præſtare ſine reliquarum partium moleſtia cernitur. Potiones enim phlegmagogæ, vel catapotia, dum è cerebro pituitam eliciunt, importune ventriculum & aſſociata membra lancinant, aluumque turbando dolores ſæpe mouent acerbos, nec raro cordis morſus & hypothymiam excitant. Apophlegmatiſmi vero ſapore non ita ingrato, leniter totum oris concavum ferientes, per emiſſaria palati, copioſam pituitam è cerebro attrahunt, quæ ſenſim poſtea, frequēti ſputatione facile excluditur. Sunt autem omnia ſimplicia, quibus parātur apophlegmatiſmi, calidæ & ſæpe acris facultatis, per quam non ſolum humorem frigidum attenuant, incidunt, attrahuntque, ſed etiam facultatem expultricem ad opus ſuum ſtimulant.

Apophlegmatiſmorum vtilitas.

Per palatum hæc pituitam facile proliciunt maſticata aut gargarizata *maſtiche, ſaluia, ſtaphyſagria, thymus, pulegium, carthamus, piper, ſynapi, pyrethrum, zinziber, acorus, radix ireos, & cyperi:* ex quibus nonnulla, vel in partes minutas conciſa maſticantur, atque dentibus atteruntur, vel puluerata liquore idoneo excipiuntur, & in globulos ſeu trochiſcos confinguntur, vel tenui linteo obuoluta in nodulos efformantur, vel elixantur, & colata decoctio in ore inſtar gargariſmatis continetur.

Materia.

Vſitatior forma ſolida eſt, vt diutius in ore detineatur, & ſubinde maſticetur, vnde apophlegmatiſmus pro maſticatorio, & contra maſticatorium pro apophlegmatiſmo vſurpatur. Caput autem inter maſticandum inclinandum eſt, & labra diducenda, vt attractus & congeſtus humor liberius ac citius effluat.

Multæ huiuſce remedij formulæ parari poſſunt, quas hic recenſere lectori forſan eſſet moleſtum, cum vna aut altera tantum illius animum explere valeat, vt:

Pastilli maſticatorii.

℞. ſtaphyſagriæ ʒ.iij. maſtiches ʒ.ij. cubebar. ʒ.j. pyrethri ʒ.ß. fiat omnium puluis, qui excipiatur ſucco vel ſyrupo roſar. pallidar. fiant paſtilli manſiles,

vel ſic:

Globuli.

℞. radic. ireos ʒ ij. piperis longi, ſynapi, pyrethri, agarici an. ʒ j. ſtaphyſagriæ ʒ. ijß. terantur omnia, excipiantur melle, & fingantur globuli, linteo raro involvendi, qui vſus tempore in ore contineantur.

CAP. XIII.

De bolo purgatorio.

QVI vomituriunt & dilutas purgationes aſpernantur, nec catapotia propter inſuauitatem, aut cœli ſqualore admittunt, medicamento egent, inter potum & pilulas, conſiſtentia medio, quod bolum iam pridē vſitatus mos nominare conſueuit. Sic enim dicitur, quod fruſtatim, ſeu per morſellos, vt loquūtur barbari, ſumatur, ita vt bolus ſit *medicamenti cuiusdam purgātis opiatæ conſiſtentiæ fruſtulum ingeſtioni aptum, cuius craſſitudo ea ſit, quæ integra deuorari facile poſſit*; eam nonnulli Latinorum *bucceam* vocant.

Bolus quid.

Paratur ex omni purgantium genere, his ſolum exceptis, quæ vel propter inſuauitatem faſtidium mouent, horroremque excitant, vel malignitatem caſtigari, nec in propria ſubſtantia dari debent.

Eius matura.

Nonnunquam ad efferam purgantium vim corrigendam, vel gratiam odoris ſaporiſve conciliandam, vel partium quarundam robur augēdum, alterantia & aromatica permiſcentur, ſed parua quantitate, ne boli moles nimis intumeſcat: quod ægroti plurimum auerſantur: Multi enim ad primum medicamenti cujuſq, ſolidi fruſtulum, rigent, ad ſecundum ſtomachantur, ad tertium deſipiunt.

Delicatuli purgantia auerſantur.

Modus conficiendi bolum ſimpliciſſimus eſt, vt qui ex *caſſia* fere ſola & ſæpe paretur. *Eſt* enim *velut baſis reliquorum medicamentorum in bolis*, vt *aloe* in pilulis. Per æſtus cœli feruidiores, eiuſmodi bolus, vt frequens, ſic aptus & ſalutaris eſſe ſolet.

Bolus eccoproticus & refrigerans.

℞. pulpæ caſſiæ oriental. è canna pingui recens extractæ ʒ.j.ß. puluerīs ſantali citrini ∂ j, miſce, fiat bol. cum ſacharo, vel ſyrupo violato, ex cochleari, paulo ante juſculum ſumendus: vel ſic,

℞. medullæ caſſiæ optimæ recenter mundatæ ʒ. vj. pulpæ tamarindorum pinguium ʒ.ß electuarij lenitiui ʒ. fiat bolus. Sumatur cum ſyrupo capilli Veneris.

Sæpe ſolet *caſſiæ rhabarbarum*, aut aliquid ex diagridiatis adiungi, vt ad bilis eductionem, hoc modo:

℞. medullæ caſſiæ orientalis recens mundatæ ʒ. j. diapruni ſolutiui ʒ.ij. puluer. glyzyrrhizæ ∂.j. fiat bolus cum ſacharo, vel ſyrupo cichorij ſumendus.

Quia vero *caſſia* flatus excitando ſæpe dolores in aluo parit, quorum moleſtia lenes animi defectus delicatulis interdum contingunt, eius quantitas vel minor eſſe debet, vel ad eorum vaporem, quæ flatus diſcutiunt, extrahi, vel ex his nonnihil permiſceri, vt,

℞. pulpæ caſſiæ fiſtulæ ad vaporem decoctionis aniſi extractæ ʒ.vj. electuarii de ſucco roſar. ʒ. ij. rhabarbari optimi ʒ.ß. cum ſacharo fiat bolus.

Boli non ſemper caſſiam habent pro baſi.

Si defuerit *caſſia*, nec deerit tamen boli conficiendi modus & vſus, cum ex *pulpa prunorum, tamarindorum, paſſularum*, & electuarijs multis facile queat parari. Ex his enim & alijs plurib. medicamentis purgantibus, tam ſimplicibus, quam compoſitis fiunt opiatæ laxatiuæ, quæ forma boli jejuno ventre ſumuntur.

CAP. XIV.

De opiatis.

QVID de opiatis in genere ſentiendum, abunde *ſupra* [*c.13. lib.3.*] diſſeruimus, nec bis de re eadem idem dicere, cum nō videatur æquum, particulares quarundam opiatarum formulas tātum hic paucis deſcribam, quarum paradigmate, quaſvis alias conficere non erit arduum.

Opiatorum vſus.

Non ſolum autem opiatæ ad conciliandum ſomnum imperantur (ab *opio* enim appellationem habent ſuam) ſed ad purgandum, roborandum, & alio modo quouis immutandum, vt electuaria liquida, in quorum cenſu iure numerantur: cum eandem conſiſtentiam habeant, & compoſitionis rationem.

Fiunt

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 99 sur 955

Materia.

Fiunt enim ex pulueribus, syrupo aut *melle*, & aliquando *sapa* exceptis, & accurate pistillo simul subactis, quibus conseruæ quædam aut aliæ confecturæ cordiales aut cephalicæ permisceri solent, vt ad roborandum cor, & facultatis vitalis integritatem tutius conseruandam, & exhilarandum. Pro ditioribus opiata recte parabitur in hunc modum.

Opiatæ multiū cordialis.

℞. *conserua florum bugloss. & borraginis an.* ℥. *ij. conserua flor. calendulæ, corticis citri conditi an.* ℥. *j.* ß. *confectionis alkermes & de hyacintho an.* ℥. *j. puluer. electuarij de gemmis, diamargarit. frigid. & latitiæ Galeni an.* ℈. *j. lapidis bezahardici & cornu monoceratis an.* ℈. ß. *cum* ℥. *ij. syrupi de conseruatione myrobalanorum, vel limonum fiat opiata.*

Qui minus valent opibus, hanc sibi parandam curabunt.

Aliæ pro pauperibus.

℞. *conserua rosarum* ℥. *j. conserua rad. enulæ campanæ* ℥. *j.* ß. *boli orientalis in aqua vlmariæ vel cardui lotæ* ℥. ß. *cum syrupo acetoso, fiat opiata.*

Roborando cerebro, & sopitis facultatibus animalibus recreandis formula sequens valde confert.

Opiata cephalica.

℞. *conseruæ betonicæ* ℥. *vj. conserua rosarum* ℥. ß. *confectionis alkermes* ℈. *iij. pulueris electuarij dianthos* ℈. *ij. specierum electuarij diamargarit. frigid. dianisi, diamoschi an.* ℈. *j. cum syrup. de stœchade q. s. fiat opiata.*

Languenti ventriculo ob frigiditatem, vel humiditatem, & coctricis facultatis imbecillitatē, prospero successu imperabitur opiata, hoc modo concinnata.

Opiata stomachica.

℞. *conseruæ veteris rosarum* ℥. ß. *conseruæ anthos* ℥. *ij. nucis moschatæ condit.* ℥ *j. pulueris aromatici rosati* ℈ *ij. puluer. diacinamomi* ℈. *j. diambræ* ℈. ß. *syrupi de menta, vel iulepi rosati q. s. fiat opiata,* cuius ℥ *j.* detur mane jejuno stomacho, & in fine singulorum pastuum.

CAP. XV.

De conditis.

AD commoditatem earum partium, quæ principatum in naturæ œconomia tenent, mixtura quædam inuenta est, opiatis suauior, quā recentiores conditum vocarunt.

Materia conditorum.

Paratur ex conseruis, pulueribus cardiacis & sacharo, quantitate multum inter se dispari mixtis. Granulatum enim vt fiat, plus additur conseruæ, quam in opiatis, minus pulueris, & sachari plurimum, solentque conspergi folijs auri conditura, tum ad oculorum gratiam, tum ad virium præstantiam. Conficitur namque ex omni genere cardiacorum, modo gustui non ingratorum. Cum enim vsus frequens esse debeat, quibus imperatur, vt macilentis, languidis, & his, qui ex longo morbo conualescere incipiunt, nullius, si fieri possit, aut pauculæ insuauitatis particeps esse debet.

Conditum cordiale.

Sic vero ad jacturam virium omnium resarciendam, conditum recte parabitur.

℞. *corticis citri conditi* ℥. *ij. conserua bugloss. & rosar. an.* ℥. ß. *specierum electuarij de gemmis, diambræ, & diamargaritonis frigidi an.* ℈. *j. ossis de corde cerui* ℈. ß. *scobis vnicornis, lapidis bezoardici an. gr. vj. folia auri n. vj. sachari rosati triplum aut quod sufficit fiat conditum granulatum.*

Quibus præ imbecillitate subinde nauseat ventriculus, vel esculenta, potulentaue, statim vt assumpta fuerunt, eructat in intestina, feliciter exhibebitur conditum si juxta formulam hanc conficiatur.

Contra euomitionem assumptorum.

℞. *conseruæ veteris rosar.* ℥. *vj. conseruæ simphyti maioris* ℥ *ij. pulueris diarrhod. abb.* ℈. *ij. scobis eboris, corallirubri an.* ℈. *j. cum sachari rosati triplo ponderē, aut q. s. fiat conditum,* de quo mane jejuno ventre, atque ante & post singulos pastus ℥. j. sumatur.

CAP. XVI.

De pasta regia.

PASTA regalis & opiatæ non parum habent affinitatis, ex ijsdem enim fere constant ambo, eaque sola, Rondeletio teste distinctio intercedit, quod *regalis pasta opiata siccior, & electuario humidior*, imo vtroque solidior: consistentia enim electuarij & opiatæ tam parum dissimilis est, vt eadem esse putetur. Vtut sit, pasta regia non quidem mazapanis est, vt putat Gorræus, sed confectio quædam sic à recentioribus dicta, quæ alio nomine electuarium regium à Mesue nuncupatur. Propter enim vires, quibus pollet, regias, id est, eximias ad expectorationem & alios pectoris affectus, id nominis sibi vendicauit.

Differentia inter pastam regalem & opiatas.

Electuarium regium.

Constat vero conseruis, puluis, syrupis, pulueribusque tanta industria præparatis, & simul subactis, vt ex mixtura quædam exurgat tractabilis massa instar pastæ, à qua nomen, & ex qua boli, aut paruuli panes dulciarij cujusuis figuræ concinnantur, qui sensim exsiccantur, ne vsus tempore digitos contrectantium lentore quodam commaculent. Sic autem ejusmodi pastæ conficiuntur.

Panes dulciarii.

℞. *Amygdalar. dulc. pistacior. mundatorum, strobilorū per diem in aqua rosarum maceratorum an.* ℥. ß. *pulpæ iuinbar. dactylor. passular. damascenar. an.* ℥ *iij. gummi tragacanthæ* ℥. *j. amyli* ℥. ß. *sachari rosat. quod sufficit fiat pasta.*

Ad sputum mouendum Rondeletius pastam imperat describi hoc modo:

Pasta regia ad sputum mouendum.

℞. *conseruæ capillor. vener. & bugloss. an.* ℥. ß. *puluer. diatragacanti frigid. diaireos simplic. an.* ℥ *iij. pendiarum sachar. cand. an.* ℥ *ij. syrupi de glycyrrhiza parum, vel quantum sat est; fiat pasta:* cuius consistentiam, si paulo major syrupi quantitas liquidiorem effecerit ex pasta opiatam efficiet.

CAP. XVII.

De mazapane.

MAZAPANIS vel marcipanis confectio est, à recentioribus sic nominata, quæ pro bellarijs frequentioribus habetur. Est enim gratissima est, plurimumq; nutrit, vnde macilentis imperatur, & his, qui pulmonum pectorisque præter naturam affectibus, diuexantur.

Marcipanis quib. conuen.

Ad eius confectionem bechica ac dulcia multa accedunt, vt *sacharum, pistacia strobili*, & alij fructus suaues, ex quibus tusis, & cum aqua vel simplici, vel rosacea accurate subactis fit

massa, de qua placentulæ, vel morselli, vt loquitur Rondeletius, concinnantur, & in furno leuiter concoquuntur, donec colorem ex rufo flauescentem & duritiem mediocrem acquirant.

Marcipanis quibus cõfect. Vulgaris huius confecturæ modum apud dulciarios pistores simplicissimus est, vt qui ex *amygdalis, rosacea & sacharo* tantum præparent.

Aromatarij vero præter hæc adijciunt nonnunquam Medicorum consilio, quæ partem quandam respiciãt, humorem noxium contemperent, & simul alendo & medendo sanitatem tueantur, vel refarciant.

Est autem vsitatissima, suauissimaq; massæ panis hæc confectio.

Marcipanis optimus. ℞. *amygdal. dulc. decorticatar.* ℥. *iij. pistaciorum mundat.* ℥. *j pistentur in mortario lapideo cum pauca aqua rosar. adde sachari albiss.* ℔. ß. *fiat pasta*, de qua formentur cylindri, vel placentulæ, quæ in clibano leuiter coquantur.

Est & hic conficiendi marcipanis modus usitatus, & ad flatus discutiendos accommodatus.

Panemarci flatus discutiens. ℞. *pistaciorum* ℥. *j. amygdalar. dulc. à cortice purgatarum* ℥. *ij. anisi* ℥. *j. cinamomi* ϑ. *j. terantur fructus in aqua rosata; adde sachari* ℥ *iiij. fiat pasta*, quæ si ob aquæ copiam liquidior fuerit, lento igne leviter feruefiat in pelui, donec crassescat; deinde formentur placentulæ in furno, post extractum panem parum coquendæ.

Panis biscoctus. Huc rerum affinitate spectare possunt illi parvuli oblongi panes, ex *farina*, triplo, aut quadruplo *sacharo*, & *pauco coriandro* cum exigua *ovorum* portione subactis simul confecti, quos vulgus panes biscoctos appellat. Sed cum sua cuique relinquenda sint, nec in messem alienam falx injicienda, ciusmodi dulciarij panes pistoribus conficiendi sunt relinquendi.

Cap. XVIII.

De piniolato seu pignolato.

Non multum dissimili modo fit aliud pastæ genus, à neotericis pignolatum & piniolatum dictum, quod ex *pineis* mundatis paretur immersis in *sacharum* liquatum, & ad *sachari rosati* consistentiam coctum.

Vt autem pinei rancorem omnem deponant, debent prius in aqua diem integrum, aut saltem dimidium macerari, & *sacharum in rosacea* liquari. Sic enim confectura gustui erit amicior, vt & olfactui, si *moschi* aliquot grana commisceantur, vt in multis bellarijs interdum fieri videmus, quę in principum mensis apponuntur. Vsitatior autem conficiendi piniolati formula hæc est.

Pinolatum optimum. ℞. *sachari paulo infra consistentiam electuarii solidi in aqua rosarum cocti* ℔. ß. *misce pinearum mundatarum, & in aqua subinde mutata per duodecim horas infusarum* ℥. *ij. deinrudicula agitentur simul, vt probe tota massa subigatur, cui antequam plane refrixerit, adde moschi* ϑ. *j. fiat pasta*, de qua formentur cylindri super charta reponendi & exsiccandi, vt indurescant.

Cap. XIX.

De pandaleis.

Aliud solidioris adhuc pastæ genus, pandaleon dictum, ad pulmonum & pectoris affectus à Rondeletio præscribitur. Ex multis enim constat, quæ humorem lentum attenuant & coquunt, & ad expectorationem mouent; videnturque pandalea omnia bechica esse nec ab eclegmatis & syrupis pectori destinatis, nisi consistentia, differre, vt nec ab electuarijs solidis, nisi forma quadam externa. Simili namque modo componuntur, parantur, & coquuntur, sed electuaria solida duriora sunt, & in tabellas complanantur figuræ cujuslibet, quadratæ, aut oblongæ; pandalea vero integra seruantur in pyxide lignea, perinde ac conserue in vitrea aut fictili, & vtendi tempore frustum aliquod cochlearj aut cultello confringitur, quod perinde ac tantillum alphœnici aut tabellæ alicujus bechicæ in ore retinetur, vt liquescat, & paulatim instar lohoch deglutiatur. Eandem consistentiam habent, & in similibus vasis solent asseruari, atque sacharatæ illæ confectiones, seu condituræ, in Hispania celebratæ, quas vulgus *Marmeladas* appellat. *Pandalea quo differant ab eclegmatis & electuarijs solidis.* *Marmelada.*

Fiunt igitur vt plurimum ex puluere quodam non insuaui, & *sacharo* in aqua conveniente liquato & perfecte cocto, vt crescere valeat.

Conseruæ nonnunquam adduntur, vt & portio mellis; si ita rei exigentia postularit, ita tamen paratum pandaleon, vtcunque palato displicet; arridet vero plurimum, quod paratur hoc modo:

℞. *puluer. diaireos Salomonis* ℥. *j. diatragacãt. frigid.* ϑ. *ij. puluer. santal. citrini* ϑ. *j. sachari in aqua tussilaginis, ut decet, cocti* ℥. *iiij. fiat pandaleon*, quod in vase ligneo reponatur.

Sunt etiam, qui pandalea conficiunt ex *pineis*, vel *amygdalis decorticatis* atque *contusis, & sacharo, vel melle*, ad hunc modum.

℞. *pinearum mundatarum & contusarum* ℥. *j. penidiarum* ℥ ß. *mellis despumati & cocti quantum satis. fiat pasta solida. seu pandaleon.*

Cap. XX.

De hypoglottidibus, vulgo sublinguis.

Tvssis & oris fœtor obuios quosvis exercent molestissime, cum aures illa, hic vero nares importune feriat. Vtrique affectui medentur bechici & aromatici quidã parui pastilli, qui à terete forma, quam illis non raro Pharmacopœi tribuunt, & à qualitate, quã insigniter pollent, ad humorem tussim committentem expectorandum, pilulæ bechicæ nominantur; ab vtẽdi modo, quod sub, vel potius super lingua contineantur, hypoglottides; ab odore; quem à *mosch*o mutuantur, *mosciardini* nuncupantur.

Suaues sunt, quæ juxta hanc formulam componuntur. *Mosciardini.*

℞. *sachari albissimi* ℥. *j.* ß *penidiarum* ℥. ß. *ireos* ℥. ß. *santali citrini, cinamomi an.* ϑ *j. moschi* ϑ. ß. *cũ mucagine gummi tragacanthæ in aqua rosacea extracta. fiat pasta: de qua formentur parui pastilli figuræ cuiusuis, teretis, quadratæ, rhomboidis, in ore sæpe inter pastus continendi.*

Faci-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 101 sur 955

Facilis quoque eſt paratu & vſu ſuauiſſima hæc deſcriptio.

℞. *ſachari roſati* ℥. *ij. ſachari candi* ℥. *j. amyli* ℥. *ij. ſpecier. diacinamomi, dianiſi, & ireos an.* ℈. *j. macis* ℈. ß. *zibethi gr. vj. cum mucilagine tragacanthi in aqua meliſſæ extracta, fiant hypoglottides.*

CAP. XXI.

De tabellis.

TABELLÆ ad electuaria ſolida pertinent, imo electuaria ſunt ipſa, cum expulueribus fiant & ſacharo perfecte cocto, vt conſiſtentia durior acquiratur, & diutius ac ſecurius abſque vitium diſpendio conſeruetur.

Sachari quantitas in tabellis.

In tabellis autem conficiendis par ſachari quantitas, vt mellis in electuarijs liquidis additur. Alterutrum tamen nunc augetur, nunc ſubtrahitur, prout electuarij virtus expetitur validior aut imbecillior.

Portio ſachari in tabellis purgantibus.

Tabellis purgantibus dragma vna tantum pulueris ſolet commiſceri vnciæ ſachari in aqua aut alio liquore, vt decet, cocti. Roborantibus ad gratiam palati, majus ſachari pondus additur, vt vnciarum duarum, ad dragmas ſingulas pulueruum.

De tabellis autem paucis nunc, ac obiter tantum in hoc libro de remediorum formulis ago, cum jam *ſupra* [*cap. 11. lib. 3.*] in medicamentorum, quæ in officinis diutiſſime conſeruantur, deſcriptione, non modo de electuarijs liquidis, ſed & ſolidis ſeu tabellis fuſiſſime diſſeruerim.

Sed vt medicinam facturo omnia remedia, quæ ad manum eſſe debent, ſuggeram, aliquod tabellarum roborantium formulas deſcribam, vt:

Tabella roborantes.

℞. *ſpecierum electuarij diamargarit. frigid. electuarij de gemmis an.* ℥. ß. *puluer. oſſis de corde cerui* ℈. ß. *ſcobis eboris tenuiſſime lævigati* ℈. *j. cum ſachari in aqua roſar. ſoluti* ℥. *iij. fiant tabellæ, pondere.* ℥. *j. aut* ℥. *ij.* Singulæ ſumantur mane jeiuno ſtomacho.

Quæ valent opibus, & ex longo morbo reſurgunt, vel à quacunque cauſa, Palmo, aut lipothymia laborant, has tabellas curabunt præparati.

Alia confortantes.

℞. *puluer. aureæ Alexandrinæ* ℥. ß. *diacinamomi, hyacynthor. ſmaragdor. margaritar. ſubtiliſſime tritarum an.* ℈. *j. cornu monocerotis, lapid. bezoardic. an.* ℈. ß. *cum ſachari in roſacea diſſoluti* ℥. *iij. aut iiij. fiant tabellæ paruæ.*

Ad hoc caput atrinent tabellæ, manus Chriſti, vulgo nuncupatæ, quæ niſi aliud ſunt, quam *ſacharum roſatum, vel ſimplex, vt vulgare, vel magis compoſitum, quod margaritas recipit, vocaturq; manus Chriſti perlata*, cuius hæc eſt deſcriptio.

Tabella manus Chriſti.

℞. *ſachari albiſſimi in aqua roſarum optima ſoluti, & ſupra ſyrupi conſiſtentiam cocti* ℥. *iij. margaritarum electarum tenuiſſime lævigatarum* ℥. *j. fiant tabellæ.*

CAP. XXII.

De pulueribus.

PRÆTER eos pulueres, qui in officinis ad futuros vſus aſſeruantur, de quibus alibi diximus, alij quoque multi in rem præſentem ſolent præparari, vt ad frigiditatem ventriculi, & facultatis coctricis imbecillitatem, puluis digeſtivus vulgo dictus, qui ex ſtomachicis, roborantibus, coctionem iuuantibus & flatus diſcutientibus conficitur, hoc modo:

Puluis flatus diſcutiens.

℞ *anethi & coriandri præparatorum an.* ℥. *iij. corticis arantiorum conditorum* ℥ *j* ß. *cinamomi* ℥. *j. macis, caryophillor. an.* ℥ ß *ſachari candi* ℥. *iij. aut* ℥. *iiij. fiat omnium puluis.*

Alius quoque puluis virtutis eximiæ ad corroborationem ventriculi & partium ſanguificationi dicatarum, & ad flatuum diſſipationem ſic parari poterit.

Alius.

℞. *fœniculi dulcis & coriandri conditorum an.* ℥. *j ſchœnanthi, calami aromatici an.* ℥. ß. *dianiſi, diamargar. frigid. & diacinamomi an.* ℈. *j. cruſta panis toſtæ* ℥ *iij. ſachari albiſſimi* ℥. *iij. fiat omnium puluis.*

Ad eatum partium, quæ nobilitate cæteris præſtant, & facultatum robur, in febribus malignis confici poſſunt pulueres cardiaci & alexiterij, hoc modo.

Puluis cordialis.

℞. *radic. angelicæ, tormentillæ an.* ℥. ß *ligni aloes* ℈. *j. ſeminis citri, cinamomi an.* ℈. ß. *oſſis de corde cerui, ſcobis eboris, margaritarum electarum an.* ℈. *j. cornu monocerotis, lapidis bezoardici an.* ℈. ß. *dictamni* ℥. ß. *ſachari roſat.* ℥. *j.* ß *fiat omnium puluis*, qui jeiuno ventre, aut longe poſt paſtus detur cum aqua ſcordij, aut cardui, aut diſtillato, reſtauratiuo, vel alio liquore idoneo.

Fiunt & pulueres topici, qui vulneribus ſolidandis, vel vlceribus carne implendis admouentur, de quibus ſuo loco.

SECTIO II.

DE HIS, QVÆ VEL INDVNTVR, VEL INIICIVNTVR;

ET PRIMUM.

CAP. I.

De Errhinis.

MEdicamenta vel ſumuntur, vel induntur & injiciuntur, vel admouentur. Aſſumuntur zulapia, apozemata, ſyrupi & alia pleraque, quæ non, niſi per os ingeruntur, de quibus *ſupra*: Induntur, injiciuntur ve errhina, glandes, peſſi, & enemata: Admouentur vnguenta, emplaſtra, fotus & alia multa, de quibus ordine nunc diſſerendũ, initio ab his ſumpto, quæ corpus quidem ingrediuntur, ſed nõ per os, verum per nares, vterum, aut ſedem; per eaſque partes habent egreſſum, per quas ingreſſum.

Naſalia.

Quæ naribus immittuntur, *errhina* ob id, & *naſalia* vulgo dicta, medicamenta ſunt, *quæ naribus purgando capiti exhibentur*; vnde & *caput-purgia* etiam communi therapeuticorum Medicorum conſenſu vocantur.

Errinorum materia.

Fiunt ex his, quæ facultatem acrem habent & extergentem, qua vis expultrix validius laceſſita, humorem in cerebro ſtabulantem movet & foras excutit: cujuſmodi eſt *betæ, cyclaminis, cucumeris agreſtis, & majoranæ ſuccus*; vt & puluis *euphorbij, ellebori piperis*, & ſimiliũ qualitate acri p-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 102 sur 955

ditorum, qui in nares insufflatus sternutamentum mouet, & cerebrum purgat. Nonnulla quoque fiunt ex astringentibus & agglutinantibus, vt quæ ad hæmorrhagiam sistendam præscribuntur.

Dantur sub varia forma, vel liquida, quæ per nares attrahitur, vel solida, quæ intra ipsas inditur, vel forma pulueris, qui insufflatur.

Errhinum liquidum sic recte parabitur.

Errhinum liquidum.

℞. succorum radicis betæ & foliorum maioranæ. ℥.j. succorum brassicæ marinæ & cyclaminis an. ℥. ß. misce & fi. errhinum, cuius portio vt ℥.ß. mane per nares attrahatur, & subinde iteretur, & aqua in ore contineatur, ne ad ipsum è naribus errhinum refluat.

Quædam dantur forma vnguenti, quo narium interiora liniuntur, valentque in diuturnis capitis affectibus, oculorum caligine, epilepsia & odoratus hebetudine, corpore prius, vt decet, repurgato. Sic vero parabuntur optime.

Errhinum in forma vnguenti.

℞ radicis cucumeris syluestris, pyrethri an. ℈.j. piperis albi, carpesiorum staphysagriæ ar. ℥. ß. cum pauco oleo Ireos & cera fiat linimentum.

Errhinum solidius ad sistendum sanguinis è naribus profluuium, sic poterit parari.

Aliud solidius ad sistendam hæmorrhagiã aurium.

℞. boli armenæ sanguinis draconis an. ℥.j. rosar. balaustior. pulueratorum an. ℥ ß. cum pauco albumine oui simul agitẽtur, immergantur pili tenuiores leporis, vel lanugo salicis, & fiat velut turunda, seu errhinum forma pyramidali naribus intromittendum, cui filum alligabitur, vt pro arbitrio queat extrahi.

Pulvis sternutatorius.

Puluis ptarmicus seu sternutatorius, cum ad nasalia pertineat, sic à nobis describetur.

℞. ellebori vtriusque an. ℥.j. euphorbij ℈. ß. radicis Ireos nostratis siccæ ℥.ß. fiat omnium pulvis tenuissimus, de quo portio tantilla in nares insufflabitur, præmisso conueniente cathartico.

CAP. II.

De pessis.

Priapiscota.

NOMINE pessi, seu pessarij omnia, quæ intra sinum pudoris adhibentur, intelligere licet, quæ ab Hippocrate πεσσοῖσι vno verbo nominantur, vt vnguenta, litus, radices, aut herbæ intritæ, & penicilli. Hic vero sumitur pro medicamento oblongo, digiti crassitudinem & longitudinem æquante & aliquando superante, quod intra mulierum naturalia reconditur, eiq; filum alligatur, cum penitius intrudendum est, vt commodius extrahi possit.

Pessorum forma.

Forma pessarij pyramidalis esse debet, lævis, rotunda, nullaq; inæqualitate aspera, ne collum veteri lædat; debentque duo aut plura inæqualis magnitudinis parari, vt primo tenuius immittatur, postea crassiora.

Duæ differentiæ.

Sunt autem duę hujus remedij differentiæ: vel enim ex materia quadam solidiore, vt plumbo, fit pessus, turundæ canulatæ similis, qui vero angusto, agglutinato, obstructo & clauso inseruit, aperiendo, reserando & dilatando; vel ex alia materia medica, & sanguini tenuando, vel incrassando, vel mouendo vel sistendo conuenit. Fere autem ex aromaticis parantur, cum menses præsertim ducendi sunt, aut hystericæ suffocationis symptomata compescenda. [*aphor. 28. libr. 5. Lib. de morb. mul.*] *Hip.* Aromata enim non parum recreant vterum, licet non sub odoris specie, sed suo vapore benigno & aereo vasorum ora diducunt, & obstructa liberãt, ob idque fluorem menstruum concitant. Sed cauendum, ne acria valde sint ipsa, aut talia simul misceantur, ne os vteri & cervicem exulcerent, quando diutius in veteri vagina pessus hærere debet.

Aromata vegetare vterũ.

Ante vero intromissionem pessarij, adjutus vteri rebus odoratis inungatur, vt *oleo moschelino*, aut *liquidambar*, vel simili, quod *zibethum* aut *moschum* exceperit; ex quibus & cera fiunt sæpe litus, quo virginum naturalia inunguntur: pudor enim puellaris pessaria respuit, quæ non nisi refractis virginitatis repagulis queunt intromitti.

Porro materia pessorum fere ad vnguenti formam reducitur, in eamque liquatam immergitur lana pexa, aut gossipium, & formatur pessus iustæ longitudinis tenui linteo aut panno sericeo inuolutus, cui filum appenditur, propter causam *superius* allatam.

Sic autem ad menses ducendos conficitur pessus.

Pessus admissum accelerationem.

℞. nigellæ, baccarum lauri an. ℥. ß. myrrhæ. ℥. j. sabinæ, dictamni an. ℈.ij. castorei ℈.j. pulver. hierę picrę ℥.ij. cum oleo nardino & pauca cera, fiat linimentum, quo insuccata lana pexa panno sericeo inuoluatur, & fiat pessarium, oleo moschelino aut nardino, ante intromissionem liniendum.

Non omnia priapiscota obuoluuntur, sed instar suppositorii, ex materialibus ad consistentiã solidiorem redactis formatur pessus, qui penis longitudinem referat, vt ad sistendos menses, hoc modo.

Pessus admissos sistendos.

℞. boli armenæ, sanguinis draconis an. ℥. ij. pulueris myrtillorum, rosarum, balaustiorum, hypocistidis an. ℥.j. vnguenti comitissæ ℥. j. igne lento simul commiscentur, & fiat pessus formæ pyramidalis, & iustæ magnitudinis.

CAP. III.

De modulis, vel potius penicillis.

PARTIS cuiusque conditio & natura non omnia semper remedia etiam eximia ferre potest, vt quæ propter pondus grauant, vel ob duritiem lædunt. Vnde emplastra ad effectus alicuius curationem etiam optima relinquuntur, vel ad formam vnguenti reducuntur, vt facilius possint tolerari: hinc in ano, qui condylomatis vel rhagadibus exasperatur, & in orificio pudendi muliebris externo, quod vlceribus scatet, nec suppositoria, nec pessi adhibentur, sed penicilli molles, quos non satis proprie quidam nodulos vocitant, cum apophlegmatismi verius nomen hoc sibi valeant arrogare.

Penicilli namque non in nodum efformantur, nec perinde sunt duri, sed molliſſimi, vt qui ex cotone, vel lana fiant, succo vel vnguento quodam idoneo insuccata: Sicque à partibus affectis sine molestia admittuntur, & facile feruntur. Vt etiam in curandis vulneribus fieri cernimus, intra quorum labra duo, aut plures aliquãdo reconduntur.

Sæpe autem adhibentur ano, & anteriori vulvæ, cum harum partium vlceratarum conditio alia

alia remedia non facile ferat: fiunt vero ex materia diuersa pro affectus, cui destinatur, varietate, vt ad dolorem ani, quem acer humor inuexit, demulcendum.

Penicillus anodynus. ℞. *cerati refrigerantis Galeni* ℥. ß. *vnguenti crudi seu nutriti* ℥. *ij. cum dimidio oui vitello fiat linimentum, quo flocculus lanæ inungatur, & admoueatur affectæ parti.*

Ad vlceris sordidi detersionem penicillus hic erit vtilissimus.

Aliud detergens. ℞. *syrupi de absynthio, mellis rosati an.* ℥. *j. myrrhæ, aloes an.* ℥. ß. *misce, & cum lana fiant penicilli.*

Idem præstat hapsus lanæ aut gossipij, vnguento de apio imbutus & parti admotus.

Ad vlceris deficcationem commendatur & hic.

Alius deficcans. ℞. *vnguenti albi Rhasis* ℥ ß. *deficcatiui rubri, & vnguenti diapompholigos an.* ℥. *ij. misce & cum pexa lana, vel carpto bombace fac penicillos.*

CAP. IV.

De suppositoriis.

EX ventris torpore humorum fit confusio & immensa morborum propago, quæ vi vitetur, aluus pigriot alimentis humectantibus lubricanda, vel clisteribus eluenda, vel glandibus

Ventris segnitiæ naturam male lacessit. subditijs solicitanda, vt singulis diebus, præcedentis diei excrementa deponat: fecibus namq; diutius cohibitis, nec pro assumptorum ratione descendentibus, ad caput vapores ascendunt, corpus ingrauescit, ciborum concoctio læditur, ac reliquæ functiones euadunt deteriores.

Quibus igitur pudor obrepit, vt virginibus, sæpe nates Pharmacopœo nudare, de aluo per clysterem solicitanda, cogitanti, aliud dabitur medicamenti genus, à supponendo, *suppositorium* dictum, quod quisque proprijs manibus, intra anum recondere facile poterit.

Glans subditia. Olim subditium hoc medicamentum, glandis formam à qua & *glans* sæpius vocatur, referebat, nunc vero longius effingitur, & digiti aut pessi cujusdam longitudinem æquat.

Suppositoriorum usus. Est autem plurimus suppositoriorum vsus: cũ enim facultas expultrix hebes est, nec stato tempore fæces ad exclusionem cogit, suppositorio acri, velut aculeo stimulanda, seu quãdo rectum intestinum induratis fecibus nimiopere saturatum, nec clysmum admittere potest, seu jam admissum egerere nequit.

Multum vero conferunt ejusmodi subdititia medicamenta ascaridibus enecandis, & his affectibus, quibus aluum fluere optimum est, nec enematis eluere tutum, vt in enterocele, & in intestini recti ab humiditate nimia prolapsu & inuersione.

Suppositoriorum basis. Basis eorum est *mel*, quo solo sæpe eousque cocto dum crassescat, nec amplius inquinet digitos concinnantur. *Mel* enim cum tenuium sit partium, acrimoniæ quiddam habeat, necesse est, ait Galenus *cap. 38. lib. 3. de aliment.* qua aluum ad excretionem proritet.

Melli nonnunquam additur *sal communis*, aut *gemmæ*, aut *pulvis hieræ*, aut alius simplex vel compositus.

Suppositorium commune ad facultatis excretricis stimulum paratur hoc modo.

Suppositorij commune. ℞. *mellis* ℥. *ij. salis communis* ℥. *ij. vel salis gemmæ* ℈. *iij. lento igne coquantur in paruulo cacabo ad crassitudinem legitimam, & fiant suppositoria iustæ longitudinis multa pro quantitate mixtorum.* Vix enim vnicum suppositorium ex cocto melle tantum paratur, sed simul plura fieri consueuerunt, ne exigua mellis portio, quæ conficiendæ glandi sat esse potest, citius vratur, aut patina ignita pereat, quam tractabilem consistentiam acquirat.

Ad vermes sedis enecandos, & ad pituitam, qua nutriuntur, educendam, sic parata suppositoria feliciter induntur.

Aliud ad vermes. ℞. *aloes* ℥. *j.* ß. *agarici, absynthii an.* ℥ *j. salis gemmei* ℥ ß. *fiat omnium pulvis, cui admisceantur mellis, vt decet, cocti* ℥. *ij. fiant suppositoria*, quorum singula *oleo amygdalarum amararum*, aut *absynthij*, vel *felle bovis* peruncta, dum opus erit, indantur in anum.

Pro infantibus interdum exacuitur frustulum oblongum saponis albi, ad formam glandis, & inditur; aliquando & cauliculus *betæ* vel *mercurialis butyro* illita vicem gerit suppositorij: hæc enim omnia blande aluum exonerant.

CAP. V.

De clysteribus seu enematis.

CLyster vel clysmus nomen à Græcis mutuatum ablutionem significat, vt *enema* iniectionem, atque pro eadem vtraque vox vsurpatur; per inferiora enim aluus ablui non potest, nisi iniectione quadam præmissa, quæ per sedem in intestina infunditur, ad vim eorum excretoriam pigriorem iusto proritandam, duritiem vẽtris emolliendam, intemperiem alterandam, dolorem sedandum, flatus discutiendos, fluorem cohibendum, intestinorum vermes enecandos expellendosque.

Magnus clysterum vsus. Ad alios quoque multos effectus consequendos clysteres iustituuntur, quia nulla fere corporis pars est, quæ ex illo solamen aliquod nõ percipiat, *com. ad aphor. 17. lib. 18.* Si caput dolor exercuerit, si oculos lippitudo, si fauces strangulatio, si pectus suffocatio, si ventrem inflatio, si renes inflammatio, si mesenterium obstructio, si vesicam dysuria, ischuriaue, his omnibus prospere clysmus medetur malis.

Sui quoque sunt & vtero clysteres, per metrẽchytem in illius fundum injiciendi, sui & vesicæ; Sui nec vlceribus desunt, quorum os angustum est, & sinuosa profundaque cauitas.

Sumitur vero pro medicamento liquido, quod per sedem in intestina infunditur, cuius descriptiones traduntur variæ, pro affectuum, quibus destinantur, varietate, vt ad emolliendam aluum, hoc modo.

Decoctio communis clysteris. ℞. *maluæ, violarum, althææ, brancæ vrsinæ, mercurialis, parietariæ, an. m. j. seminis fœniculi,* ℥. ß. *hiemali tempestate, æstiva vero, seminum quatuor frigidorum maiorum* ℥. *j. fi. decoctio in sufficienti quantitate aquæ, de cuius colatura sumatur* ℔. *j.* ß. *ad summum pro grandiori. libra dimidia pro infantibus, &* ℔. *j. vel paulo plus aut minus, pro his, qui inter pusillos & proceros mediæ sunt staturæ.*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 104 sur 955

Quandiu decocta pro clyst. possint incorrupta seruari.

Seruatur eiusmodi decoctio biduum æstate, in frigidiore loco incorrupta, hyeme quatriduum; recens tamen parata semper melior iudicanda, perperamque faciunt multi Pharmacopœi, qui hebdomadam integram idem decoctū ad quosuis vsus seruant.

In ea sæpe decoquuntur folia orientalia, vel dissoluuntur electuaria quædam & mel, pro vario Medicorum scopo, vt ad segnitiem ventris & humorum illic cunctantium eductionem.

℞. *quatuor emollientium, atriplicis, parietariæ, florum meliloti & chamæmeli an. m. j. fiat decoctio in sufficiente quantitate aquæ, in colatura ad* ℔ *j. dissolue mellis mercurialis* ℥*.ij. sacchari rub.* ℥ *j. benedictæ laxativæ* ℥*.vj. hieræ picræ Galeni* ℥*. ß. fiat clyster*, inijciatur manu, vel longe post pastus.

Clysteris inventionē aliq. dedisse fertur.

Ad sopitam vim magis irritandam, quidpiam *salis communis*, vel *gemmei* solet adjici, cujus facultatem ad ciendam aluum nouisse creditur, auis quædam nomine Ibis, ciconiæ non multum dissimilis, quæ aqua marina rostro oblongo excepta, ac in aluum immisso, se proluit, vsumque clysteris, etiam referente Galeno *in præfatione sui introductorij*. Cauendum tamen, ne clysteribus ad dysenteriam præscriptis, falsugo quædam dissoluatur, dolorem namque intestinorum redderet multo acerbiorem.

Clyster carminatiuus.

Ad flatus discutiendos clyster carminatiuus vulgo dictus, ad hunc parabitur modum.

℞. *althææ, parietariæ, comarum anethi, origani, calamenti, abrotoni florum meliloti & chamæmeli an. m. j. coriandri, anisi, cumini an.* ℥*. ß. fiat decoctio in colatura ad* ℔ *j. dissolue mellis anthosati* ℥*.ij. benedictæ laxatiuæ* ℥*. vj. electuarij de baccis lauri* ℥*. ß. olei anethi* ℥ *iij fiat enema.*

Sunt qui pro oleis ex infusione paratis; ℥. j. olei, anisi arte spagyrica educti, aut paulo plus, minusue, pro corporis & morbi conditione dissoluunt: quod sæpe successu felici sum expertus, dum cætera votis non recte respondebant.

Hic notandum venit, enemata, quibus oleum permiscetur, aut butyrum, vel vtrumque, segnius humores attrahere. Pinguium enim adjectione, cathartricorum vis magis hebes, ac ignaua redditur, sed leniuntur, sedanturque citius dolores intestinorum. Propterea ad emolliendum potius & leniendum, quam attrahendum olea, pinguiaue commiscentur, vt:

Validius purgant clysteres, qui pinguia nō admittunt.

℞. *decoctionis quatuor emollientium* ℔ *j. dissolue mellis violati, sacchari rubri, catholici an.* ℥ *j. ß. olei chamæmeli & butyri recentis an.* ℥*.ij. fiat clysmus.*

Quousq; enemata pertingant.

Nec omittendum est, enemata non solum inferiora intestina proluere, sed etiam media, & superiora nonnunquam, cum scilicet ventriculus male affectus est, & ab inferioribus intestinis trahit, ita vt, inquit Galenus *cap. 1. libr. 3. de sympto. caus.* nonnulli portionem clysteris per vomitum excluserunt, quam vis alibi contrarium tenere videatur.

Hoc quoque accidit, dum macilento clyster ex lacte, vel decocto carnium paratus injicitur, cujus dulcedine & gratioso tepore famelicus, & inanis ventriculus allectus, velut sugendo liquorem ad se trahit, quo sese reficiat, vt ex Auenzoare scriptum legimus *in suo Theysir. c. 18. tract. 10 lib. 1.*

Ad lethargum, apoplexiam & alios affectus cerebri, in quibus sensus torpent, ignauaque est vis facultatum, clysteres hoc debent modo parari.

Ad apoplexiam.

℞ *betonicæ, maioranæ, calamenti, salviæ, origani, an. m. j. mercurialis, atriplicis, an. m. ij fiat decoctio, in qua bulliat foliorum sennæ* ℥*. j. cum* ℥*. ij. anisi. In colatura ad* ℔ *j. dissolve mellis anthosati* ℥*. ij. confectionis hamech & hieræ diacolocynthidos an.* ℥ *ß. aut* ℥*. vj. salis* ℥ *ij. aut* ℥ *iij fiat clyster.*

Ad dysenteriam & alium ventris fluxum citatiorem cohibendum dabitur enema sic paratum.

An dysenteriam.

℞. *plantaginis centinodiæ, tapsi barbati an. m. j. bulliant. in* ℔ *j. lactis &* ℔ *ß. aquæ fabrorum ad tertiæ partis consumptionem. In colatura dissolue boli armenæ, amyli an.* ℥*. ij. vitellum ovi j. fiat clyster.*

Clysteres tanquam grave aliquod, inquit Primerosius, & admodum periculosum remedium, plurimi rejiciunt, qui toto cœlo aberrant, cum sint remedium benignissimum, & innocentissimum, partem siquidem nobilem non tangunt, cum vltra crassiora intestina non penetrent, vnde interdum si affectus postulet, valde acria admimus medicamenta, quæ alia pars fere non posset, & tamen innoxiè administrantur. Multò minus nocere possunt illi quos emollientes, & refrigerantes vocamus, ad febres aliosque morbos, in quibus nihil est, vt plurimum quod ore excipi non possit, si quantitas excipiatur. Confert autem clyster quam plurimis partibus, cerebro, oculis, stomacho, internis viscerib̄s, nam non tantum aluum soluit, sed etiam liquida sua substantia detergit plurimos crassos, viscidosq; humores intestinorum tunicis adhærentes, & præterea tanquam fotus incumbit renibus, & visceribus abdomine contentis, unde ea sæpe è corpore educit, quæ repetita purgatio non soluit. Id docet Galenus in seipso, qui cum acerbissimo coli dolore vexaretur, infuso clystere ex oleo turaceo, pituitam crassam, tenacem, viscidāque (Medici vitream vocant) excrevit. Cum igitur tam proficuus esse possit clysterum vsus, non erit in posterum reformidandus, sed potius in familiarem vsum revocandus. Ideo de tribus populum hic monere volo. Primò vt ante venæ sectionem clystere vtantur; id enim Medici omnes suadent, ne impuritas primæ illius regionis à venis vacuatis attrahatur, sicque venarum sanguis inquinetur. Secundò, vt si aluus multum adstricta fuerit, & purgatio ore sumenda necessaria videatur, prius levi clystere emollienda erit, vt fæces deturbentur. Aluus enim adstricta charthartici vim remoratur, & cum in omni medicamento sit genetalis quædam virtus deturbandi fæces, præter propriam illam qua humores sibi familiares peculiari proprietate trahit, si aluus prius admodum adstricta fuerit, fæcesque induratæ; non possint absque magnis torminibus educi, & sæpissimè in illis exturbandis vis medicamenti elanguescit: attracti à Pharmaco humores vacuari non possunt, sed in intestinis retenti,

tor-

tormina colicos cruciatus, vomitus, animi deliquia, vertigines, aliaqua symptomata concitant. Id videtur intellexisse Hippocrates, cum scribit, corpora si quis purgare voluerit, fluida faciat oportet Aphorism. 9. lib. 2. Cum autem pluribus modis corpus fluidum fieri possit, hic per Clysteres prævios non est aspernandus, & hoc consilium laudat Galenus, sect. 4. de victu acut. & Aphorismo 72 lib. 7. Scribit Hippocrates, corpora ubi quis purgare voluerit, fluida facere oportet, & si supra velis fluida facere, sistere aluum; Si verò infra, humectare. Non potest autem aluus commodius quam vsu Clysteris humectari. Sic Galenus libro quos purgare oportet; Inter causas quare medicamento sumpto euacuatio probè non succedit, hanc recenset. Plerumque, inquit, stercus densatum, atque in aliquo intestino exsiccatum euacuationem prohibet. Tertio non tantum ante purgationem, verum etiam post eã ad reliquias humorum detergendas, quæ intestinis interdum adhærent, non inutile fuerit clysterem leuem & detergentem pariter injicere, ut præstantissimi Medici suadent; Nam injectus clyster intestina abluit, & relictam à Medicamento vehementiori, noxam adimit, præsertim si ejusgeneris fuerit, quod scammonium recipit; Id enim intestinis acri sua facultate noxam inferre solet, & de omnibus alijs gravioribus eadem est ratio, vt rectè post alios explicat Valleriola lib. 3. locor. commun. cap. 16.

Cùm igitur tam salutaris, tam facilis & innocens sit clysterum administratio, paucis animaduertendum est in consuetudinem illam infundẽdi clysteres per vesicam bubulam tubulo alligatam. Hac quidem in re non est error valde gravis, videmus enim satis commodè hoc modo injici, & antiquissima videtur esse consuetudo: nam lego apud Galenum 5. methodi, familiarem fuisse olim vsum, ejusmodi vesicarum. Nunc autem in pluribus regionibus vltramarinis desiit, ignotusque prorsus est ille infundendi modus, sed syringe, fistula aut stannea aut ænea vtuntur, majori sanè cum vtilitate, nam & facilius injicitur, & tutius, & citius, & quod hac in re maximè proficuum est, altius subit, & tota crassa intestina pervadit. Cum enim naturaliter clyster vltra crassiora intestina non feratur, ob valuulam quandam in principio coli, & fine illi positam, è re ægrorum maximè foret, si saltem eo clyster peruenire posset, sic enim majus commodum ex ablutione intestinorum perciperetur. At qui per vesicam injicitur altè admodum non ascendit, sed in recto intestino, & aliqua parte coli subsistit. Optimum igitur foret, si ejusmodi syringes in vsum revocatentur, quibus ferme omnes extra Londinensem ciuitatem Pharmacopœi carent. Contingit autem interdum, quamuis rarò, clysterem euomi, id bis tantum me vidisse memini in duobus ægris, quando prædicta valuula ob vitiatum motum intestinorum peristalticum laxatur, & viam insolitam liquori præbet, quod tamen quomodo fieri possit, non capio. Crederem potius id fieri quod prædicta valvula ob causas aliquas præter naturam abrupta sit, & officio suo amplius fungi non possit. Id igitur si quispiam rerum medicarum ignarus fieri observarit, nec Medicum, nec clysteris vsum improbet, cum hæc præscire Medicus nullus possit, sed particularem ægrotantis constitutionem accuser, sciatque nihil tunc fieri, quod sæpius ante factum non fuerit, neque ejusmodi eventu admodum terreatur.

SECTIO III.

DE HIS, QVÆ EXTRINSECVS ADHIBENTVR; & primo.

CAP. I.

De Balneis.

CVM absolute balneum dicitur, de tepido ex aqua dulci, seu pluuiali, seu fluuiatili parato, intelligitur, non de sordido Celtiberiorum balneo, qui vrina diu seruata lauari, vel potius conspurcari curabant, nec de balneis medicatis, quæ in diuersis terræ plagis scaturiunt, quæque pro varietate mineralium, quæ proluunt, varium saporem & halitum sortiuntur, & vim ad multos affectus curandos eximiam. Tot enim fere medicatarum aquarum scaturigines, quot morbos, terra profert. [*Galenus cap. 5. lib. 1. de sanitate tuenda.*] Multas nunc insigneque Normania, peneq; tota Gallia fundit, vt & Germania, Italiaque, sed hic loquimur tantum de balneo, quod ex aqua simplici, vel herbarum decocto, in singulorum ædibus parari potest.

Balneorum vsus triplex.

Paratur autem triplicem ob causam, ob delicias nempe, sanitatis custodiam, & morborum depulsionem. Prioris, quod scilicet ad mollitiem & voluptatem refertur: veteres Romani fuerũt olim cultores mirum in modum profusi, nam balnea publicis vsibus, magna mole ac inimitabili artificio struxerunt. Alexandrino & Numidico marmore; Nam parietes Thasio lapide partim fulgebant, partim picturis nitentes visum non parum reficiebant, atque in eorum piscinas argentea epistomia aquam vel tepidam, vel calidiorem ad libitum fundebant. Tanto enim studio prosequebantur balnea, vt ex his nõnulli septies singulis diebus lauarentur; maxime vero Imperatores & patritij, qui seorsim lauabantur. Cum tamen balneum voluptaria sit res, vt asserit Iureconsultus *Vlpianus*, ad majorem voluptatem, olim ante Antoninum Philosophum, promiscua fuerunt viris æque & mulieribus lauacra, quæ gymnasia vocantur à Iudæis, qui apud Tripolim & Damascum degunt.

Balneorum superba structura.

Balneas Romani habebãt in deliciis.

Ad sanitatis custodiam, qui feruido sunt, jecore, vel cutim habent squalidam, balneas aquæ tepidæ ac dulcis sæpe & feliciter ingrediuntur. *Oribasius c. 27. lib. 1.*

Balneorũ magna vtilitas.

Ad morborum depulsionem multus quoque est balneorum vsus. Laudat namque Galenus [*c. 10. lib. 10. method. med. c. 20. lib. 12.*] in hectica febre, in diaria, & etiam aliquando in putrida, observandis.

In plerisque morbis conferre Hippocrates

[*Part.*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 106 sur 955

[*Part. 44. lib. 3. de victu acutor.*] ante Galenum multis in locis scripsit. Cutis enim spiracula soluit, humores discutit, feruorem viscerum temperat, lassitudinem tollit, terrenumque melancholicum humorem diluit, temperat, lenit.

Hactenus ditioribus parabitur balneum ex lacte vel solo, vel aquæ portione adiecta. Alijs minus opulentis aqua sufficiet, eaque potius fluuiatilis, aut pluuia, quam fontana aut pluuia, cui proderit stirpes quasdam vel integras, vel earum partes incoquere, vt:

Balneū ex decoctione herbarum.

℞. *althææ, maluarum, violarum, foliorum vitis & bismalvæ an. m. iij.* bulliant in sufficienti quantitate aquæ fluuiatilis aut pluuiæ pro balneo.

Ad morpheam & alias cutis fœditates proderit, corpus primum in balneum immergi *supra* descriptum, modo ante per vniuersalia remedia, chatharsim phlebotomiamque, praua succorum colluuies emendata fuerit, & sanguinis copia imminuta; dein in *infra* descriptum, quater aut quinquies, aut pluries in ipsum, si vitium postularit, lauare.

Balneū morpheam & alias cutis fœditates.

℞. *foliorum enulæ campanæ, oxylapathi, scabiosæ an. m. vj. clymeni rubri, fumariæ an. m. iij. bull. in sufficienti quantitate aquæ, balneo quæ satisfaciat parando.*

Credidit olim nimis insipienter perdita quædam gens, Elephātiasim balneo ex humano sanguine parato sanari; Sed hoc cum sit horrendum etiam dictu, & à cacodæmone quodam inventum, prorsus fugiendum. Tantum enim malum, in quo tota naturæ œconomia labefactata est, nec remedio cuipiam externo, nec ei, quod intrinsecus assumitur, nec sæpe simul omnibus cedit.

CAP. II.

De semicupio, seu insessu.

VT balneum corporis totius est lauacrum, excepto capite, quod tamen sæpe vaporibus tentat, sic semicupium dimidij: Est enim balneū abdominis tantum, vel dimidium solium, aqua vel decocto idoneo plenum, cui æger ad ventriculū vsque insidet, cruribus & tibijs extra porrectis. A Græcis ἐκκαθίσμα vocatur, à Latinis *insessus*, & *insessio*, & aliquando *semicupium*. Fit ex eadem materia, qua fotus & balneum; quorum altero majus & altero minus est, ac velut inter vtrumque medium.

Semicupii vsus.

Hujus præsidij multiplex agnoscitur vsus. Inseruit enim vtero molliendo, vasis ejus referendis, colicæ affectionis cruciatibus sedādis, & alijs doloribus, qui vel renes à calculo obsitos, vel vteres obstructos, vel alias ventris partes imas excruciant, mitigandis.

Ad doloris nephritici sedationem, vbi emollitione & vasorum diductione opus est, sic parabitur semicupium.

Semicupium ad nephriticū dolorem.

℞ *betulæ, althææ, maluarum, violarum, parietariæ, florum meliloti, summitatum anethi an. m. iij. seminis lini ℥. ij. coquantur omnia in aqua pluviali, vel fontana pro semicupio.*

Sunt, qui materialia excipiunt sacco, parti magis dolenti, in ipsa insessione admouendo. Ante ingressum corpus crudis & viscidis humoribus scatens medicamento idoneo, si tempus permiserit, repurgandum, sin minus aluus tantum clystere laxanda.

Ad ventris exsiccationem, duritiem, tensionem & colicum dolorem encatismata parantur aliquando ex omazorum decoctione, quibusdā lac additur, alijs vinum, nonnullis oleum.

Vbi dolor colicus à flatuum copia ortus, ventrem distendit & excrutiat, semicupium parabitur adhunc modum.

Aliud adeūdem flatuosi.

℞. *Polij, calamenti montani, origani, summitatum anethi, florum meliloti, maioranæ an. m. iij. seminum anisi, fœniculi, cumini, baccarum lauri an. ℥. j. Includantur omnia duobus sacculis, qui bulliant in aqua sufficienti, & fiat semicupium*, id quod æger resupinus, à genibus ad vmbilicum demergatur.

CAP. III.

De vaporario.

EX ijsdem paratur vaporarium, quibus semicupium, sed quantitate minore. Sat enim est in lebete pauca quædam concoquere, quorum vapor sursum per cathedræ foramen, cui æger insideat, delatus, vel vterum, vel anum foueat. His enim maxime partibus medetur, cum scilicet referandus est vterus, menses euocandi, vel sistendi, hæmorrhoides aperiendæ, vel constringendæ, dolor sedandus, & intemperies quædam alteranda.

Ad mensium prouocationem, ne vapor disgregetur & in ambientem exhalet aerem, cathedra pertusa, cui mulier insidebit, accurate pannis multis inuoluetur; Sic enim sursum ascendens, ad sinus pudoris orificium facile deferetur, & vasorum ora permeans, sanguinem attenuabit, & ad motum concitabit.

Remedium hoc sequenti formula descriptum, mensibus & hæmorrhoidibus ciendis idoneum.

Vaporarium ad mēsium & hæmorrhoidū concitationem.

℞. *fol. alth. arthemisiæ, calamenti, calaminthæ, hyssopi, saturejæ, maioranæ, an. m. j. sabinæ m. ij. florū melilot. chamæmeli & iasmini an. m. ß.* fiat decoctio in aqua & quarta parte vini albi, cujus vapor admittatur dicto modo.

Ad fluorem vtrumque sistendum, accommodatissimum erit descriptum.

Ad fluorem vteri vtrumq; sistendum.

℞. *bursæ pastoris, centinodiæ, pilosellæ, plantaginis, equiseti an. m. j. rosarum m. ij. balaustiorum m. j. fi. decoctio in aqua fabrorum, cuius vapori subijciendum. ent naturalia.*

Ad hæmorrhoidum dolorem leniendum, placandumque, sic parabitur.

Ad dolorem hæmorrhoidū sedandum.

℞. *tapsi barbati m. ij. althææ m. j. sem. lini ℥. ß. bulliant in lacte, & podice tepidus vapor excipiatur.*

CAP. IV.

De hypocausto, seu sudatorio.

HYPOCAVSTVM *locus* est, *ad fornacula cuiusdam instar concamatus, in quo sudor elicitur sicco calore, ab igne subiecto, per spiracula parua ascendente.* Alio nomine vocatur *laconicum*, quod eo præcipue Lacones vterentur, vt balneo Romani. Morbis confert frigidis ac diuturnis: Illius enim calor acer & feruidus, cum externum cor-

Hypocaustum quid.

Vnde dicatur laconicum.

Eius vsus.

corporis habitum non modo calefaciat, sed etiam præcordia & partes omnes internas, potenter meatus aperit, humores calefacit, liquat, & per sudores prolicit.

Sed quia calor eiusmodi sic extrinsecus occurrendo & simul intro sese insinuando, humores affatim prolicit, vix horæ quarta parte tolerari potest, sine spirituum dissipatione, & iactura virium, quam lipothymiæ non raro consequuntur. Maxime vero delicatuli in hypocausto animo deficiunt, vt etiam hi, quibus est corpus impurum, & excrementis pluribus onustum. Proinde qui suæ sanitati optime consultum, voluerit, ipsas fornaculas adibit nunquam, nisi prius humorum sarcina, medicamento sublata idoneo, & sanguine, si plenitudo suaserit, imminuto. Sic enim vtilius succorum, qui habitum corporis infarciunt, reliquiæ foras per sudores ablegabuntur.

Qua ingressū hypocaustū præcedere debent.

Non est improbanda rusticorum consuetudo, cum inopia Laconici, artificiosa industria, vt decet, extructi, dolium iustæ magnitudinis, vel ad ignem, vel cacabo carbonibus ignitis, vel decocto quodam feruente impleto, ac in fundo illius repositio, calefaciunt, illicque sedentes profuse sudant, & facile sine animi deliquijs.

Ex his nonnulli furnum, à quo nuper panis extractus est, ingrediuntur, atque caput extra præfurnium tantum exerunt, & illic sudant ad libitum.

Ad sudorem his promouendum, qui lue venerea laborant, Chirurgi quoddam æstuarium ex viminea textura effinxerunt, instar caueæ cuiusdam, in qua cicurandæ aues incarcerantur vocantque nec improprie, nec infacete *caueam*, in qua quidem aues non nutriunt, sed ab his nutriuntur.

Illic inclusi miselli, cum lateribus aliquot ignitis, & stragulis inuoluti, coguntur, donec sudor copiosissimus ex vniuerso corpore proliciatur, præbibito ante guaiaci cremore aut sarsæparillæ, aut alterius alexiterij, quod simul sudores moueat & virus luis venereæ deleat.

CAP. V.

De fomentis, seu fotibus.

TANTA fotus habet commoda, vt nulla pars est corporis, quæ foueri, hoc est, per fotum curari non patiatur. Hunc præscribit Aetius oculis male affectis; Trallianus *mitio lib. 6.* auribus, alui profluuio, imo dolori cuilibet sedando quoddam describit conuenientissimum. Nec in febre Celsus *c. 12. lib. 3.* omisit fomenta validiora, vt nec omittenda pleuriticis, hepaticis, lienosis, calculosis, arthriticis, & partibus omnibus, quarum nec vlcus continuitatem diuisit, nec vlnus secuit integritatem: cutim enim ad transpirationes raram faciunt, ait Oribasius *c. 29. lib. 9.* sanguinem attenuant, ejus portionem discutiunt, & sic efficiunt, vt affectæ partes mitius dolores premantur.

Fotuum magna vtilitas.

Ad multas igitur intentiones fit fomentum, vt ad robur ventriculo reconciliandum sic:

Fomentum roborans ventriculum.

℞. Absynthij, menthæ vtriusque, comarum anethi, rosarum an. m. ij. pulegij, majoranæ an. m. j. balaustiorum, nucum cupressi contusarum an. ℥ j. bulliant in aqua cum quarta parte vini sub finem decoctionis additi, fiat fotus cum spongijs.

Ad lienis mala Trallianus varios fotus præscribit, ex his, quæ vel ipsum roborant vel humores incidunt, digeruntque, vel ejus intemperiem quamlibet immutant; vt, ad illius robur, obstructionemque liberandam, corpore prius rite purgato, fiet sic fomentum.

Fom. splenaticum.

℞. ceterach, scolopendrii, absynthii Romani, stœchados utriusque, tamarisci, an. m. ij florum genistæ, Iasmini an. m. j. fiat decoctio in aqua & vino, modo nulla sit inflammationis suspicio; vel, In aqua sola, & singulis decocti libris olei capparum ℥ ij. adijciatur, pro fotu partis cum spongijs, vel sacculis, dictis simplicibus impletis.

Ad pleuritidem fotus sic descriptus vtiliter admouebitur.

Aliud ad pleuritidem.

℞. Althææ, violarum, maluæ an. m. ij. florum meliloti & chamæm. comar. aneti an. m. j. fem. lini ℥ j. fi. decoctio in aqua vel lacte, pro fotu lateris dolentis, cum lana aut spongijs.

A fotu liniatur pars oleo quodam paregorico, vt *liliorum, amygdalino, violarum*, aut *butyro recenti.*

Fotus calculosis sæpe imperantur, regioni renum adhibendi, vt:

Aliud pro calculosis.

℞. nasturtii aquatici, parietariæ, betulæ, violarum an. m. ij. fœnugræci ℥ ij. fiat decoctio in hydræ oleo, pro fotu regionis renum.

CAP. VI.

De epithematis.

Differentia inter fotum & epithemata.

INTER fotum & epithema nihil discriminis quidam constituunt; Fernelius contra medicamenta diversa esse tum formula, tum viribus recte putat. Fotum siquidem est multiplex qualitas, & parandi modus, fereque partibus singulis possunt admoueri. Epithemata vero duabus potissimum qualitatibus eximia sunt, alterante, qua intemperiem quandam emendant, & roborante, sæpeque alexiteria, qua viscus nobile tuentur, & virus aliquod oppugnant, atque jecoris fere cordisque regioni tantum admouentur.

Epithematum materia.

Parantur sæpius ex aquis stillatitijs cardiacis & alterantibus, aut liquidissimis decoctis, quibus puluercs viribus singulares permiscentur. Proportio pulueris est scrupuli vnius, aut dragmæ dimidiæ tantum ad vncias singulas stillatitiarum aquarum, quibus parum aceti solet commisceri.

Diluitur interdum puluerum loco, nonnihil ex confectione quadam alexipharmaca, tempore pestilenti, vel cum ægrotus ipse maligno quodam modo, qui cor & facultatum robur impetit, jam correptus est: tunc enim securum est parum *Theriacæ*, aut *mythridatii* epithematis commiscere.

Ad iecur ex febre exæstuans, refrigerandum & roborandum sic fiet epithema.

Epithema hepar refrigeräs

℞. Aquarum cichorii, endiuiæ, nenupharis & plantaginis an. ℥ iij. aceti rosati ℥ j. pulueris trisantali ℥ j. ß. pulueris diarrhod. abbat. ℥ j. trochisci de caphura ℥ ß. fiat epithema, quo tepido insuccentur panni lanei, vel linei, & subinde admoueantur regioni hepatis.

Ad muniendum cor, & tuendum vitalis facultatis robur, epithemata sic parata optima sunt.

℞. Aqua-

Aliud confortans cor.

℞. *Aquarum bugloſſi, ſcabioſæ, cardui, oxalydis & roſarum an. ℥ iij. aquæ theriacalis ℥ iy. ſpecierum diamarg. frigidi, tria ſantali an. ℥ j. ß. pulueris radicum tormentillæ, gentianæ, dictamni & grani tinctorii an. ℥ ß. miſce, & fiat epithema*, quo linteum inſuccatum regioni cordis applicetur.

Veteres pannum coccyneum laudant, qui cũ in baphia *arſenico* multo inficiatur, à recentioribus improbatur. Probo tamen ego in morbis venenatis, in quibus ipſa venena ſæpe ſunt ſalutaria.

CAP. VII.

De lotione.

NON hic per lotionem intelligimus balneum aquæ frigidæ, quemadmodum Oribaſius *c. 7. lib. 1. & Paulus c. 51. lib. 1.* ſed particularis alicuius membri ex decocto medicato ablutionẽ, ad ſordes auferendas, intemperiem corrigendã, humorem digerendam, partem roborandum, & ſomnum conciliandum. Ad pediculos quoque capitis enecandos lauari capillitium prodeſt, vt decocto ad hunc modum parato.

Lotio ad phthiriaſim.

℞. *ſtaphyſagriæ ℥ iy. abſynthii, tanaceti, betonicæ, centauri minoris an. m. iy. bulliant in ſufficienti quãtitate aquæ ad tertias.* Coletur decoctio, qua caput abluatur cum ſpongiis vel linteis.

Vetulis, quæ moleſte ferunt canos habere capillos, quod à maritis deſpiciantur, hæc denigrãs capillos imperabitur lotio.

Lotio denigrãs capillos.

℞. *corticum quercus & alni an. ℥ iy. gallarum ℥ iy. corticis nucum viridium* lb. ß. *foliorum mali granati & myrthi, an. m. j. fiat decoctio, cui adde aluminis ℥ iy. vitrioli ℥ j.* Decocto colato abluatur capillitium, nec detergeatur linteis, ſed in ſole non feruido, aut aere calidiuſculo exſiccetur.

Quæcunque tamen præ delicijs ſeipſas ornãt, inquit Galenus *c. 2. lib. 1. de compoſ. med. local.* harum nulli tale quippiam à me petenti exhibui. Sic enim multæ ſeſe fucant, vt fallant.

Olim autem frequentius, quam nunc, caput lauabatur, nec ſine ratione, vulgare proverbium auditur, *nunquam caput lauandum, raro pedes, ſæpe manus.*

Ad ſomnum conciliandum lauantur aliquando pedes, decocto ſimplicium, quæ calorem mitigant, & ſenſus ſopiunt, ad hunc modum parato.

Lotio pedum concilians ſomnum.

℞. *lactucarum m. iy. betonicæ, florum nenupharis an. m. iy. florum papaueris m. j. fiat decoctio in aqua pro lotione pedum.*

CAP. VIII.

De embroche & aſperſione.

PER embrochationem oleum, vel alius liquor, vt decoctum affectioni curandæ accommodatum, inſtar pluuiæ, ſuper partem aliquam delabitur, ſicque dicitur à Græca dictione βρέχω, id eſt, pluo, ſeu irrigo, vnde *embrochatio*, quaſi à pluuia deſcendente *irrigatio*. Hoc medicamentum in vſum venit, ait Aetius *c. 172. ſer. 3. tetr. 1.* vbi ob aliquam circumſtantiam balneum adhiberi prohibetur. Et in vigiliis, & in febribus, & in delirantibus valde convenit, velut eſt decoctũ *papaueris & chamæmeli*. Archigenes præceptorem ſuum Agathinum ex vigiliis delirantem, cõteſtim à delirio & vigilijs liberauit, capite eius multo oleo calido irrigato.

Eiuſmodi irrigationes à fotu tantum diſſentire videntur, quod illæ ſupra partem exalto delabantur, hic vero admoueatur cum ſpongijs, aut pannis, & aliquando ſacculis.

Irrigatio.

Iam vero irrigamus, inquit Oribaſius *c. 13. lib. 9. vbi inflammatio reſoluenda, aut abſciſſus ſuppurandus. Aſperſione vero vtimur ad faciem, atque in febribus ardentibus; æſtiuo tempore, aqua frigida; hyberno, ea ipſa calidiore.* Verum in ſimpliciotibus febribus, & in ſtomachi ſubuerſione, etiam poſcam aſpergimus. Vtimur adhuc aſperſionibus in oculis fluxione infeſtatis, *ocymi* decoctum velut efficaciſſimum adhibentes, ſed ſubiicienda mento ſpongia ſicca, ne defluat aqua ad pectus.

Aſperſio.

Componitur autem embroche, ſeu irrigatio ex ſimplicibus, vino, aqua, lixiuio, aut oleo coctis, vel ad lethargum, hoc modo:

Embroche ad lethargum.

℞. *cyperi, calami aromatici, iridis, ligni lauri an. ℥ ß. ſaluiæ, roriſmarini, pulegii, ſampſuci, calamenti, ſtœchados vtriusque an. m. ß. ſchœnanthi, ſeminis coriandri, cumini an. ℥ iy. fiat decoctio in libris tribus aquæ ad tertiæ partis conſumptionem. Colaturæ adde aquæ vitæ ℥ iy. fiat embroche capitis.*

Ad ſomnum vero conciliandum, ex ſimplicibus contrariam facultatem habentibus parabitur irrigatio ad hunc modum:

Irrigatio ſomnum prouocãs

℞. *lactucarum m. iy. florum nymphææ, roſarum albarum an. m. j. florum papaueris, betonicæ an. m. ß. fiat decoctio, cuius colatura pro embroche capitis eſto.*

Ad irrogationem referri poteſt aquarum medicatarum, vt Borbonenſium ſtillicidium, ſeu gutturnium, de quibus agere, noſtri nõ eſt nunc inſtituti.

CAP. IX.

De linimento, ſeu litu.

LINIMENTVM mediæ eſt conſiſtentiæ inter vnguentum & oleum: Illo ſiquidem liquidius eſt, hoc vero craſſius; nam ad ſui ſpiſſitudinem parum ceræ aut pinguedinis admittit, ne tã facile diffluat, niſi ſole aut igne parum ante incaluerit. Baſis illius oleum eſt, cui nonnunquam additur aliquid ex reſinoſis & pinguibus præter ceram, ita tamẽ, vt conſiſtentiam ſemper retineat molliuſculam. Eſt enim litus ſeu linimentum nil aliud, quam *unguentum valde molle*, ad cuius confectionem oleum quodvis aſſumi poteſt, modo viribus polleat propoſito ſcopo accommodatis. Omnis autem fere litus, cum paregoricus ſit, & doloris ſedativus, ex oleo, vt plurimũ ſimplici, vel amygdalino, violato, aut ſimili, quod nullo exceſſu temperiem quandam immutet, conficitur, vt ad lateris dolorem in pleuritide ſedandum hoc modo.

Linimentum quid.

Litus ad pleuritidem.

℞. *olei amygdalarum dulcium ℥ iy. ß. butyri recentis inſulſi ℥ j. ceræ parum, fiat litus.*

Ad dolorem ex intemperie ab humore frigido natum, oleum quoddã aſſumẽdum eſt, quod pari gradu calefaciat, quo & humor ipſe à temperie diſceſſit. Idem eſt iudicium de temperie contraria, ad medicamẽtum viribus contrarium. Litus

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 109 sur 955

tus enim ad dolorem ex humore calido natum, ex oleis refrigerantibus parandus est, vt;

Litus ad dolorem ex humore calido.

℞. *Olei nenupharini* ℥.*ij.* ℈. *olei rosati* ℥. ß. *ceræ* ℥.*iij. liquescant omnia simul, & fiat linimentum.* Vel sic;

℞. *Olei violati* ℥.*ij. mucaginis seminis altheæ, vel lini,* ℥.*j. ceræ parum, fiat litus*, affectæ parti admovendus.

Intemperiei frigidæ sic paratus litus applicabitur.

Alius ad intemperiem frigidam.

℞. *Olei chamæmeli & anethi an.* ℥.*j.* ß. *axungiæ anatis* ℥.*j. ceræ* ℥.*iij. liquescant omnia simul, & fiat litus.*

CAP. X.

De mucaginibus.

QVONIAM de mucagine sæpe fit mentio, quæ vel sola admovetur, vel alijs remedijs admiscetur, de ea quoque paucis, vt agamus, nunc nostrum suadet institutum.

Mucaginum vsus.

In primis autem efficax est ad molliendum, humectandum, & dolorem leniendum, vt quæ ex glutinosis radicibus & seminibus extrahitur: nonnunquam & ad digerendum, & attrahendũ, vt quæ ex gummis multis educitur. Semina fere sunt *lini, fœnugræci, maluæ, citoniorum, psyllij & altheæ*, cuius & radices aqua tepida maceratæ, multa mucilagine luxuriant. Multum quoque eructant *ficus, gummi Arabicum, tragacanthum, & iujyocola*, si per noctẽ, in aqua, vel alio liquore infundantur, & postridie recalfacta, exceptaque tela noua, aut sacculo fortiter exprimantur. Sic extrahitur mucago *bdellii, sagapeni, ammoniaci, galbani* ad confectionem emplastri de mucilaginibus accessura.

Singulis autem aquæ vel liquoris alterius vncijs, singulæ radicum, vel seminum vnciæ solent imponi. Si tamen crassior mucago expetatur, augenda seminum aut radicum quantitas; si liquidior, minuenda, & dragma tantum seminis vnciæ liquoris infundatur.

Ad inflammationes quasvis proderit mucaginem adhibere sic paratam.

Mucago ad inflammationẽ.

℞. *radicis altheæ* ℥.ß. *seminis psyllii* ℥.*ij. infunde super cineres calidos, per diem integram aut dimidiã in aquarum nymphææ & solani* ℥. *iij. dein eliciatur mucago*, dolenti parti admouenda.

Alia ad dolorẽ oculorum ex causa calida.

Oculorum dolori à causa calida mitiganda, conveniet, & quæ sic elicitur.

℞. *Seminis citoniorum* ℥ *iij, infunde per noctem in aquarum nenupharis, solani & euphrasiæ an.* ℥.*j.* ß. *mane fiat extractio mucaginis*, affectæ parti admouenda.

CAP. XI.

De collyrijs.

MEDICAMENTVM optimum non tantum affectui, sed affectæ parti accommodatum est. Non enim quodvis auribus, oculis, naribus, vtero præscribitur, sed quod accommodate singulis exhiberi potest. Oculis peculiaria quædã decernuntur, *collyria* dicta, quæ qualitatibus eximijs prædita, illorum vitijs eximie succurrunt. Cuiusmodi sunt, quæ Galenus *libro de oculis, & lib. 4. & 5. compos. medicam. loc.* literis mandavit, vt etiam Paulus & Aetius *multis in locis*.

Sunt autem collyriorum duo genera; alia sicca, ab Arabibus *Sief*, à Græcis ξηροκολλύρια à Latinis *collyria* sicca dicta; alia ὑγροκολλύρια, quæ humida sunt, & à recentioribus absolute collyria nominantur, seu quod ex forma liquida melius adhibeantur: vix enim oculi remedium aliquod durum crassumve perferunt, seu quòd ex collyrijs siccis fiant, ad eorem læuigatis, & in aqua, aut alio succo idoneo solutis. Ex humidis quædam habent consistentiam mellis, aut vnguenti molliusculi, vt *tuthia* multa vlione & lotione præparata, & cum succo *fœniculi*, aut alio idoneo liquore ad vnguenti formam redacta: alia plane liquida sunt & fluxilia, vt quæ ex aquis *euphrasiæ, rosarum, aut plantaginis* cum exigua portione *trochiscorum alborum* Rhasis parantur.

Collyriorum differentiæ. Collyria sicca.

Tuthiæ præparatio.

Hæc in vitreis lagenis reponi solent, vt solidiora in vasis æreis.

Et vt numerosæ oculorum affectiones collyrijs sanãtur, sic eorum est materia multiplex, quæ desumitur, vt tota reliquorum medicamentorum familia ex mineralibus, animalibus, & plantis, ex quibus vel pulueres fiunt, vel aquæ destillantur, vel succi extrahuntur, vel excrementa sumuntur.

Collyriorum materia.

Cum visus acuendus est, paratur collyrium oxyd oricum, ex his, quæ oculorum caligini medentur, vt sunt *fella animalium, aqua chelidonii & euphrasiæ*, vel aqua communitatis, vulgo dicta, quæ sic parata, optima est.

Aqua communitatis ad acuendum visum.

℞. *Euphrasiæm. iij. chelidonii, fœniculi, verbenæ, fileris mõtani an. m. ij. ruta, melissæ an. m. j. caryophillorum, macis, piperis longi an.* ℥.ß. *macerentur per noctem in aquis partibus aquæ rosarum albarum & vini albi, tum fiat destillatio lento igne.* Aqua seruatur pro collyrijs.

Ad palpebrarum scabiem pruriginosam, commendatur collyrium Bruni sic descriptum.

Collyrium ad scabiem palpebrarum.

℞. *Vini albi, aquæ rosarum an.* ℥.*j.* ß. *aloes hepaticæ subtiliter puluerata* ℥.*j. fiat collirium.*

Roborantia & refrigerantia collyria ad hunc rite parantur modum.

Collyr. roborans & refrigerans.

℞. *Aquarum plantaginis & rosarum rubrar. an.* ℥.*albuminis ouorum* ℥.ß. *misceantur, agitenturque simul, & fiat collyrium.*

Oculorum dolori sedando vtiliter adhibetur collyrium sic descriptum.

Aliud ad dolorẽ oculorum.

℞. *Aquarum portulacæ & plantaginis an* ℥.*j.*ß. *mucaginis seminis citoniorum in aqua solani extracta* ℥. j. *fiat collirium.*

Ad desiccationem, roborationem, & refrigerationem, collyrium sic paratum, efficacissimum est.

Exsiccans, robor. & refrig.

℞. *Aquarum piloselle rosarum & euphrasiæ an.* ℥.*j. trochiscorum al. Rhasis* ℥.*j. tuthiæ præparatæ* ℥.ß. *fiat collyrium.*

Collyrium Eleisir, vulgo dictum, roborat oculum, & vueæ prolapsum impedit. Sic vero conficitur.

Collyrium Eleisir.

℞. *Antimonii, hæmatites an.* ℥*x. acaciæ* ℥ ß. *aloes* ℥.*j. terantur subtilissime, & cum aqua corrigiolæ fiant trochisci.* Ex quibus vsus tempore dissoluatur vnus in aqua rosarum.

Aliud cognominatur de plumbo, quod vim habet sarcoticam & consolidativam, ad huncque modum conficitur.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 110 sur 955

Collyrium de plumbo.

℞. *Plumbi vsti, antimonii, tuthiæ lotæ, æris vsti gummi Arabici, tragacanthi an. ʒ. j. opii ʒ. ß. fiat omnium pulvis, & cum aqua rosar. fiant trochisci* quorum singuli vsus tempore diluatur in liquore quodam idoneo.

Collyrium Lanfranci.

Ad vlcera venerea commendatur collyrium Lanfranci, apud quem tamen inveniſſe, mihi illius opera excurrenti nondum contigit. Eius deſcriptio à recentioribus datur ſic.

℞. *Vini albi* ℔ *j. aquarum plantaginis & roſarum an. q. ſ. auripigmenti ʒ. ij. viridis æris ʒ. j. aloes, myrrhæ an. ʒ. ij. terantur ſubtiliſſime, & fiat collyrium.*

CAP. XII.

De lacte virginali.

LAc virginale ex his eſt, quæ juniorum adinvenit ſedulitas, qui non paruam apud vulgus gloriam captant, cum ex duobus ſuccis vnicoloribus & aqueis ſimul mixtis, lacteam, quandam ſubſtantiam, albam, viſcidam & lentam inſtar lactis oculis ſubjiciunt. Sic enim multi ingenij ſui ſpecimen exhibentes, quaſi miracula facere creditiſunt & ſoli naturæ ſecreta rimari. Dicitur autem lac virginale, partim *à colore*, quem habet lactis, partim *à conſiſtentia & viribus*, quibus pollet maximis, ad vitia cutis delenda, quæ virgineum faciei colorem immutant. Eſt vero multiplex huiuſce topici medicamenti parandi modus, ſed vſitatior hac formula deſcribitur:

Lac virginale cur dictum.

Lac virginale qui fiat.

℞. *Lithargyri ſubtiliter pulverati ʒ. iij. aceti vini albi optimi* ℔ *ß. miſceantur: agitentur, & ſitres horas relinquantur: dein panno villoſo ita filtrentur, ut liquor infuſus in excipulum ſubiectum guttatim ſtiller. Tum aquæ ſic filtratæ alia aquæ vel pluvialis, vel fontanæ, cui parum ſalis fuerit ſolutum, commiſceatur. Ex vtriuſque enim concurſu lac prodibit virginale.*

Eſt & hæc vſitata parandi methodus.

℞. *Aceti albi optimi* ℔ *ß. lithargyri, auri tenuiſſime triti ʒ. j. bulliant ſimul ad conſumptionem tertiæ partis. Colaturæ adde parum olei tartari, & fac lac virginale.*

Aliud ſic adhuc fit.

℞. *Ceruſæ ʒ. ß. lithargyri ʒ. j. trochiſcorum de camphora ʒ. ß. aceti fortiſſimi* ℔ *ß. macerentur tres aut quatuor horas, agitentur, filtrentur. Liquore extracto admiſceatur aqua florum fabarum, vel plãtaginis, aut roſarum, cui ſalis parum fuerit diſſolutum, & fiat lac virginale.*

Eius virtus.

Valet plurimum faciei rubori, herpetibus & aſpredinibus cutis.

CAP. XIII.

De aqua aluminoſa.

RERVM affinitas aliam aquam exhibet, ad multa eximiæ virtutis, quę ab alumine, quod habet pro baſi, aluminoſa nuncupatur. Eius confectionem cum multi ſucci ingrediantur, quos recentes habere melius ſit, quam aſſeruatos, vix ante & poſt æſtatem paratur, ſed fere circa finem Auguſti, aut initium Septembris. Tunc enim *agreſtæ* ſuccus copioſus eſt, & acidiſſimus, quia immaturus, propterea aquæ huic parandæ magis idoneus.

Aquæ aluminoſæ facultas.

Extrinſecus vtiliter adhibetur ad inflammationes, herpetas, & alias pleraſque cutis infectiones cohibendas, detergendaſque. Admota quoque ſuper lingua per febres acutas nigricante, illius nõ modo ſcabritiem deler, ſed calorem temperat, & ad colorem naturalem reducit.

Eius deſcriptionem vſitatiorem & magis probatam hic exhibeo, cui peritus Medicus alia facile poterit adiungere, ſi cujusdam affectionis particularis natura ac conditio ita ſuaſerit. Formula autem parandi talis eſt:

℞. *Succorum plantaginis, portulacæ, agreſtæ, aluminis rupei an.* ℔ *j. albuminum ouorum n. xij. agitentur omnia ſimul baculo aut rudicula, & poſtea diſtillentur in alembico.*

Aqua aluminoſa magiſtralis.

Sunt, qui præſtantiorem reddunt ad pityriaſim, & alias affectiones cutis, ſuccos *ſolani* & *limonum* commiſcentes, vocantq; aquam aluminoſam magiſtralem.

CAP. XIV.

De frontali.

FRONTALE ἀνακόλλημα Græce dictum, medicamentum eſt, quod fronti impoſitum, capitis dolore laborantes iuvat. Datur quoque ſæpe ad illius atdorem extinguendum, & conciliandũ ſomnum, cum per febres perpetuæ vigiliæ vires deijciunt, ſanguinem corrumpunt, & mentem exagitant. Tunc enim ſalutare eſt, topico refrigerante & hypnotico, ſuper oſſe coronali admoto, dolorem lenire, feruorem minuere, ſanguinem temperare, & fumos ſurſum repentes cohibere. Ad oculos quoque lippientes aut fluxione obſeſſos, ex Nicolao Myrepſo, vtile eſt, frontalia adhibere, vt decet, confecta. Sed cauendum, ne cerebro pituitoſo humectantia, refrigerantiaq; frontalia adhibeantur, præſertim hyeme, ac ſenibus, cum ne quidem ipſis, æſtate conveniant, nec alijs quibuslibet frigidis naturis. Iuuenibus vero & biliosis, & calido morbo, qui moleſtiſſimum capitis dolorem invexit, laceſſitis, tempore quouis admota proſunt.

Quibus frontalia bene vel male conveniant.

At vero puellis, quorum oſſa cranij adhuc hiant, nec verticem obſeruant firmiter, minime tutus eſt frontalium vſus; atq; horum præſertim reformidandus, quæ vel acetum recipiunt cerebro inimicum, aut qualitatem habent narcoticã, aut valde refrigeratoriam, aut calfactoriam, aut alio exceſſu eximiam.

Proſunt. quæ primis gradibus quatuor qualitatum intemperiem quandam immutent, vapores compeſcunt, ſenſus benigne ſopiunt, & cerebrum roborant.

Frontalium forma varia.

Omnia autem frontalia ſunt plus, minusve humida, vel prorſus ſicca; humida, polyphormia ſunt, & variam inter ſe conſiſtentiam habent: vel enim forma vnguenti parantur, vel litus, vel opiatæ, vel cerato malagmatis, vt cum herbis intritis oleagina quædam ſuperadduntur, & ex mixtura conficitur frontale.

Sicca quoque non vniformia ſunt, ſed ex folijs & floribus plantarum integris, vel pulveratis, & duplici ſindone interſutis parantur.

Familiare eſt etiam mulierculis, quod ſit hoc modo.

℞. *foliorum lactucæ & betonicæ minutim inciſorum,*

ſorum, roſarum, an. m. j. madeant in oxyrrhodino, & fiat frontale.

Frontale ferens mitigat cruciatus.

Capitis feruori mitigando, & ſomnum conciliando valebit, quod ſequitur.

℞. *Conſeruæ nenupharum* ℥ *vj. conſeruæ roſarum* ℥ ß. *florum papauer alb. p. y. piſtentur ſimul in mortario cum pauco vnguento populeone fiat frontale.*

CAP. XV.

De cataplaſmatis & pluribus.

Cataplaſma qui.

CATAPLASMA Græcis & Latinis dicitur, *medicamentum quoddam molle, quod dolori ſedando, repellendo, molliendo, laxando, calefaciendo pus mouendo, vacuando, & digerendo extrinſecus tantum applicatur.* Conſiſtentiam habet pultis, à qua ſæpe nomen aſſumit; ſed proprie loquendo. pulsalimentum dicitur, cataplaſma medicamentum topicum, quod non modo ex melle, cui incocta eſſent, vel mixta medicamenta ſcopo accomodata, paratur, vt olim ab antiquis ſolebat, ſed ex radicibus, herbis, farinis, oleo & butyro: atq; nunc ſæpe à clinicis mulieribus ex *lacte, mica panis, oleo, & vitellis ouorum* vtiliter fit, ad mitigãdum, leniendum, & concoquendum. Sic vero paratum cataplaſma, pultem qui vocarit, vt pultem ex *farina hordei, mucagine ſeminis lini & vitellis ouorum*, cum Fernelio cataplaſma, nuſquam aberrábit. Vtriuſque enim eadem eſt conſiſtentia, inter vnguentum ſcilicet & emplaſtrum media, & quaſi ex materia amborum mixta; vtriuſque eadem ratio conficiendi & vtendi.

Eius uſus.

Fernelius exiſtimat, veteribus cataplaſma & malagma idem eſſe. Galenus tamen *initio lib. 7. de comp. med. gener.* medicamenta ſolum, quæ partes præter naturam induratas emolliunt, juxta antiquorum ſententiã nominat: ita vt medicamentum malacticum, ſeu mollitivum, & malagma non diſcrepare, nec rem diverſam conſtituere credibile ſit.

Materia.

Fiunt ergo cataplaſmata ex radicibus folijs, cauliculis ad putrilaginẽ coctis, farinis, pinguedinibus, & oleis. Stirpes ſiccæ, ſi expetantur, in pulueremreducuntur tenuiſſimum; ſi virides coquuntur, dum contabeſcant, pinſuntur, cribro trajiciuntur; trajectis adduntur mucagines, pinguia, aut oleagina, & aliquando farinæ, atque denuo coquuntur, dum pultis craſſitiem acquirant.

Ad doloris ſedationem, & duritiei mollitionem hoc cataplaſma laudatur.

Cataplaſma anodynum, & malacticũ.

℞. *Radicum liliorum & althææ an. y. maluarum, parietariæ, violarum an. m. y. coquantur omnia ad putrilaginem, piſtentur, cribro tranſmittantur. Cribraturæ adde farinæ lini* ℥ *y. olei lilior.* ℥ *iij. fiat cataplaſma.*

Valde quoque emollit, & dolorem quem vis mitigat, quod paratur *ex ſeminis lini farina in hydrelæo*, ad iuſtam conſiſtentiam cocta.

Flatus diſſipãs.

Ad ſeroſos humores eliciendos, poros cutis aperiendos, & flatuum diſſipationem, valet cataplaſma hoc modo confectum.

℞. *Radicis bryoniæ* ℔ *j. radic. ebul. & cyclaminis an.* ℥ *iij. mercurialis m. ij. coquantur ad putrilaginem in aquæ cum quarta parte vini albi, terantur, & cribro cernãtur. Cretis adde pulueris baccarum lauri* ℥ ß. *puluer. ſem. fœniculi, cumini & florum chamæmeli an.* ℥ *ij. farinæ lupinorum & fœnugraci an.* ℥ *j. olei Irini q. ſ. fiat cataplaſma.*

Syncomiſtum.

Cataplaſma ex pane cibario ſyncomiſtum vocant, ad omnia, ſi Oribaſio credimus vtile eſt: *Omnibus enim propemodum*, inquit, *inflammationibus conuenit, cum aqua & oleo roſaceo paratum.* Ad multa quoque vtile eſt, quod ex *fermento & oleo* conficitur. Duritiem enim maturat, contuſiones ſanat, humores delitescentes ad cutim attrahit, digerit, reſoluit.

Formulæ cataplaſmatum variæ apud authores ſparſim leguntur, quas hic recenſere, vt operoſum, ſic non ſatis vtile, cum pauciorum exempla ſufficiant.

CAP. XVI.

De catapaſmatis, empaſmatis, & diapaſmatis.

Catapaſma quid.

CATAPASMATA proprie dicũtur *pulueres odorati*, ex pluribus compoſiti, qui ad fragrãtiam & ſuauitatem, veſtibus inſperguntur. Pulueres quoque ſic dici poſſunt, qui partibus corporis, vt ſtomacho, poſt litum, ad illius robur adhibentur; quemadmodum & qui ex pluribus aromatis ad condimenta parantur, nec non ad vſus alios, veluti ſunt pulueres ſarcotici ad carnem vlceribus generandum. Catheretici, ad hyperſarcoſim ablumendam, epulotici ad cicatricem inducendam. *Paul. c. 13. lib. 7.* Sed quia ejuſmodi pulueres jam *ſupra* attigimus, de his ne verbum quidem effluxiſſet, niſi cataplaſmatis & catapaſmatis paronomaſia eo nos redegiſſet.

Empaſma quid.

Diapaſma quid.

Similis vocum affinitas de empaſmatis & diapaſmatis aliquid enunciare, & differentiam, quæ inter vtrumque & cataplaſma datur, aperire, nobis occaſionem obtulit: *Empaſmata ſunt*, inquit Oribaſius, *c. 31. lib. 10. quæ vt immoderati ſudores, aut alia per halitum digeſtio cohibeatur, aut cutis extremitas carificetur, aut pruritu tentetur, adhibentur. Diapaſmata, quæ ad ſuauem odorem cuti aut toti corpori conciliandum, forma quacunque ac pulueris, aut vnguenti, aut litus accomodata ſunt.* Cataplaſmata ſunt; quæ ad modum *ſuperiore capite* deſcriptum, & ad vſus dictos conficiuntur.

Empaſmata autem inſeruiunt, vel profuſioni ſudorum ſiſtendæ, qui immoderatæ fluunt, nec critici ſunt, & vires exoluunt naturæ, vel hydropicis, iſchiadicis, & orthopnoicis. Quæ ſudorum eruptionem compeſcunt, parantur ex *gypſo, myrtho* ſicca læuigata, *malicorio, rhoe Syriaco, ſorbis ſiccis, tritis, galla, acacia*, & ſimilib. aſtringentibus. Quæ hydropicos, iſchiade laborantes, & recta ſolum ceruice ſpirantes iuuant, fiunt ex *arena fece vini vſta, nitro, ſale, ſulphure, ſinapi, naſturtio, pipere, pyrethro*, & ſimilibus acribus, ex quibus dropaces & ſinapiſmi, quorum eadem eſt cum empaſmatis agendi ratio, parantur.

CAP. XVII.

De ſinapiſmis, ſeu phœnigmis.

SINAPISMUS ſpecies cataplaſmatis quædam eſſe dicitur: vtriuſque enim conſiſtentia ſimilis eſt, ſed vires multum diverſæ, quod in ſinapiſmo fere ſint vniusmodi, & perpetuo calefacientes: In cataplaſmate multiplicis qualitatis, quæ

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 112 sur 955

efficit, vt ad calefaciendum, refrigerandum, emolliendum, laxandum, & alios affectus *supra* dictos præscribatur. In acutis autem morbis raro, imo nũquam adhibetur sinapismus, nec in rabidis & colliquatis, inquit Oribasius *c.13.lib.10.* sed in lethargicis, in catoche, in perfrictione, quæ ægre calefiat, atq; in stupidis & segnioribus naturis, vt sensus partis hebes excitetur, facultas affulgeat, calor excitetur, humor discutiatur.

Sinapismi cõficiẽdi modus.

Conficiendi sinapismi modus ex Oribasio & Aetio *c.181.tetr.1.serm.3.* est hujusmodi: *Caricas in aqua tepida pridie macerare oportet, postridie vehementer expressas contundere, deinde acerrimum sinapi per se terere, caricarum cremorem inter terendum paulatim affundendo, quo facilius teri possit, non tamen fiat aquosum. Tum in massas leues redigito, alterã ex caricis, ex sinapi alteram. Et cum vehementem sinapismum volueris, duas sinapi partes vni caricarum addito: si mediocrem, utriusq; partes æquas: si imbecillam, tertiam tantum sinapi partem duabus caricarum.*

Si ex aceto paratur sinapismus, inefficacior est ac imbecillior, quia sinapi virtutem discutit acetum.

Linteo autem excipi debet sinapismus, vt parti adhibeatur, quam sæpe intueri oportet, vtrum ex illius admotione satis roboris contraxerit; alij enim citius, alij serius ejus sensum percipiunt. Propterea certum temporis spatium, quo in parte manere debet, definiri non potest. Quod si lõgo temporis spatio sinapismus cuipiam parti admotus non agat, nec cutis colorem immutet, spongijs aqua calida imbutis fouenda est, vt facilius intro facultas illius queat subire. Vt enim sinapismus ad cutim excrementa possit euocare, hanc si non vlcerare, saltem rubrificare debet; vnde & phœnigmus, hoc est, rubrificans medicamentum solet appellari.

Phœnigmus.

Post sufficientem sinapismi vsum, in balneum ducendus est æger, à quo pars rosaceo illinenda.

CAP. XVIII.

De dropace & picatione.

Dropax quid.

DROPAX topicum quoddam medicamentum est, interdum emplastri modo durum, interdum, vt malagma molle, prout postulat vsus. Est vero dropax alius simplex, qui tantum pice & oleo modico paratur, vocaturque πίττωσις, id est, picatio; alius compositus, qui scilicet præter oleum & picem multa calefacientia recipit, vt *piper pyrethrum, bitumen, sulphur viuum, salem, cinerem sarmentorum.*

Differentia.

Quibus modis conueniat.

Convenit autem maxime diuturnis morbis, inquit Aetius *c.180.tetr.1.serm.3.* & omnino ante & post sinapismum adhibetur: *Ante*, vt corpus ad sinapismum præparet: *Post*, vt reliquiæ affectionis excindantur: Simplex sic & fit, & adhibetur.

Picatio quomodo fiat.

Pix arida cum modico oleo liquatur, deinde calida adhuc cuti illinitur, & præsasis locis agglutinatur, & priusquam perfecte frigefcat, auellitur. Eaq; rursus ad ignem calfacta agglutinatur: & similiter priusquam frigefcat, auellitur; atque hoc sæpe repetitur.

Vtilis est assidue vomentibus, cœliacis affectionis, cruditatibus, & partibus alimentum non sentientibus.

Picatio quibus affectibus conueniat.

Compositior dropax fit ex calefacientibus enumeratis, cum videlicet partem quandam perfrigeratam ad pristini caloris bonitatem reducere oportet, & cum exsiccandi est opus, inquit Oribasius *c.10.lib.1.* additur *sal, sulphur viuum, cinis sarmentorum: S. aperite, euphorbium & lymneftis*, quæ alio nomine *adarce* vocatur. Singula autem hæc trita pici liquefactæ inspergũntur.

Dropax compositus.

Oportet autem dropacem calidum adhibere, crassitudinem habentem pro ratione virium ægri, pilis ante, vt dictum est, abrasis, in locis, quibus adhibetur.

Porro dropax confertim avulsus, spiritum remissum firmat, ad superficiem revocat, & propriorum operum commonefacit, *Aet. loco dicto.*

Dropacis effectus.

Nonnunquam & adhibetur pfylothri vice, ad euellendos pilos capitis achoribus obsessi. Malignum enim, fœtidum ac contagiosum istud capitis vlcus, quod mulierculæ *tineã*, Arabes *asaphat*, vocant, non nisi euulsis, aut sæpius abrasis capillis perfecte sanari potest.

CAP. XIX.

De psylothris.

Psylothrum quid.

PSYLOTHRUM ad cosmetica medicamenta, quæ scilicet corporis cultui & ornatui inserviunt, referrur, nec vnguenti aut emplastri, aut alicujus specialis formæ genus est, sed depilatorum medicamen, quod forma qualibet adhibitum, hispidam partem, pilos ad lanuginem perdendo, glabram reddit. *Omne autem psylothrum proprie sumptum, cum erodentem & vstoriã habeat facultatem, non modo pilos attenuat, sed auellit, & ad tempus partem omnino denudat. Propterea non nisi magna cautione ac prudentia adhibendum est.* Si enim cuti diutius immoretur, præsertim quod vstorium est, cutem vlcerat, pustulas excitat, & instar pyrotici adurit, vel vt escharoticum erodit. [*cap.7.lib.4.de loc. affect.*] Ex his, quæ partes glabras tuto faciunt, vtile est, inquit Oribasius *c.13.lib.10. lixiuium stillatitium*, itemque *arsenicum, sandaracha, & calx viua.* Aliquid autem eorum, quæ vehementer exulcerant, alicui imbecilliori miscendum est, cuiusmodi est psylothrum sic à Paulo Ægineta descriptum, *c.52.lib.3.*

Cum magna cautione esse vsurpandum

Psylothrum Pauli.

℞. *Asellorum domesticorum* ʒ. *iij. sandaracæ* ʒ. ß. *calcis viuæ* ʒ. *j aceti veteris, lixiuij fimulnei an.* ℔. ß. *coquito in olla ad consistentiam linimenti.*

Aselli domestici.

Notandum vero, domesticos asellos animalcula esse, quæ sub vasis aquarijs tabulantur, & in globulos se convolvunt, à Græcis ὄνοι, à Latinis vulgo *millepeda*, à Gallis *Cloportes* nominantur.

Vt pili cadant, nec denuo renascantur, Rondeletius hoc imperat psylothrum.

Psylothrum Rondeletij.

℞. *Auripigmenti, onorum formicarum, gummi Arabici an.* ʒ. ß. *gummi hederæ* ʒ. *iij. cum sanguine vespertilionis, vel succo hyoscyami, fiat linimentum ex arte*, cujus portio adhibeatur loco nudando, abrasis prius capillis.

Ob insignem, quam habet, vim ad perdendos pilos

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 113 sur 955

pilos *vitis alba*, seu *bryonia*, ab Oribasio & Aetio psylothrum nominatur.

Efficacissimum est, & quod adhunc modum paratur.

Aliud. ℞. *Calcis vivæ ℥.ij. auripigmenti ℥.ß. lixivij fortis q.s. coquantur, donec immissa pluma depiletur, & fiat linimentum, quo partes pilosæ inungantur, & per horæ quadrantem sinatur, dein tergeatur, tum locus aqua calida lauetur.*

Rusma Turcarum. In Turcarum dominio minerale quoddam *Rusma* illis dictum invenitur, quod agendi præstantia omnibus psylothris jure debet anteponi; licet enim admodum sit temperatum, nec partem, cui adhibetur, vrat, pilos tamen celeriter & sine dolore perdit, & loca læuia glabraque reddit, nullo remanente pilorum vestigio. Vt ad votum applicetur, debet in tenuissimum pollinem læuigari, & cum portione media calcis vivæ in aqua dilui. Hãc mixturam Turcicæ mulieres paulo ante balnei, aut hypocausti ingressum partibus obscœnis & axillis adhibent, quas depilare & perpetuo glabras manere desiderant. Est autem rusma scorię ferri multum simile, sed leuius, nigrius, & quidpiam exustum referens, vt ex Bellonij observationibus c. 33. *lib.* 3. narratur.

Rusma quid.

CAP. XX.

De vesicatoriis.

Vesicatorium quomodo à sinapismo & pyrotico differat. A Beffectu, quem præstat paruulum quoddã medicamentum externum, vesicas scil. excitãdo, vesicatorium nominatur. Est autem paulo vehementius phœnigmo, seu sinapismo, qui tantum superficiem cutis tubtificat, & imbecilius pyrotico, quod eam ipsam adurit. Admotum enim cuti, epidermidem attollendo pustulam excitat, qua rupta, serum effluit; vel paucum, si in corpore sicciore, ac parte superna adhibetur; vel multum, si in humidiore, vt in hydropico, ac in parte decliui, vt in tibia. Rupta enim cute, aliquando fluctuantis in abdomine & cruribus aquæ portio delabitur, & per vlcusculum, tanquã fonticulum perenniter effluit, sed vlcus sæpe dysepuloticum relinquit.

Vesicatoriorũ vtilitas. Prodest vero ad odontalgiam, pone autẽ dentis dolentis vesicatorium admouere, vt aliquando ad pedium, in gonagra, podagraque, sed pituitosis magis, quam biliosis conferre creditur. Vidi tamen herpetem vesicatorio admoto perfecte sanatum, qui nullis alijs præsidijs cesserat. Marcellus laudat *c.* 19. *lib. de re med.* ad lichenem, & alios affectus cutis sanãdos, si vulneri ex morsu ferarum inflicto, & bubonibus malignis applicetur vesicatorium, ex alto virus euocat, & faciliorem ac tutiorem curationem efficit. Rustici parare solent ex sola radice ranunculi intrita & admota; Pharmacopœi ex cantharidibus pulueratis, pauco aceto & fermento mixtis: Optimum est, quod ex earum puluere, pauco gummi elemi excepto, conficitur: Sic quoque recte fit.

Vesicatorium rusticorum.

Aliud. ℞. *Euphorbij ℈.ß. piperis gr. vj. cantharidum præparatarum ℈.ß. fiat omnium pulvis, qui excipiatur pauco fermento veteri & aceto, fiat massa mollis*, de qua exigua portio extendatur super panno sericeo, & fiat vesicatorium.

In febribus malignis magnum adferunt solatium tingente Thonero, qui sine ratione, quia scil. non expertus, ea damnat p. 35. jurare possum, mecumque ægri multi vnico hoc medio plerosque rationi redditos.

CAP. XXI.

De pyroticis, seu cauteriis.

RECTE scribitur ab Hippocrate, *aphoris. vlt. lib. 7. quæcunque non sanant medicamenta, ea ferrum sanat: quæ ferrum non sanat, ea sanat ignis, quæ ignis non sanat, ea incurabilia putanda.* Sæpè enim morbi cuiusdam feritas tam sæua est, vt nullo sit medicamento locus, sed vel pars secanda, vel vrenda, vel vtroque modo curanda. Vtitur sæpe ferro candente, sed cum hocce remediũ etiam fortissimorum terreat animos, Medicorum sedulitas illius tanquam vicarium adinvenit, quod ab agendi vi & effectu, pyroticum nominatur. Ignis enim efficaciam præstat, quando ipsius admotione, caro viua demoritur, mortua absumitur, & pars sana perforatur, vt morbidæ excretionem suscipiat; morbida aperitur, vt proprium excrementum eructet. Sic abscessus cauterio diuiditur, vt pus extra prosiliat, sic rumpitur vomica, sic pertunduntur bubones, vt suum quodque virus euomat.

Pyroticum cur dictum.

Ad humoris rheumatici resolutionem, vel diversionem, in diversis partibus corporis adhibetur pyroticum, modo in capite, modo in brachio vtroque modo in tibia alterutra. Admouetur quoq; ad curationem enteroceles super ea peritonei productione ampliore, qua spermaticæ venæ feruntur ad testes, vt caro noua in locũ deperditæ succenturietur, quæ viam intestino descendenti intercipiat, & sic in loco proprio, intestinum labi solitum contineatur.

Cauterium ad herniam.

Hac curandi methodo multi circulatores incautos euitant, dum vasa seminalia simul cum productione pyrotico identidem repetito adurunt.

Pyroticorum materia. Desumitur autem pyroticorum omnis materia ex adurentibus, seu causticis, quæ scil. quantum caloris gradum superant, veluti est: *calx viua, arsenicum, sublimatum, tartarum, auripigmentum, vitriolum, nitrum, & lixiuium forte*, vt quod paratur ex cineribus sarmentorum.

Conficiendi modus. Est vero multiplex pyrotica conficiendi modus, quisque enim sua, suoque modo parata seruat, quæ omnium præstantissima profitetur. Noui barbitonsorem omnium maxime ignarum, qui *sublimatum* tantum admovebat, pauco *vnguento Ægyptiaco* subactum, omniumque pyroticorum securissimum mordicus contendebat.

Marianus in sua Chirurgia, plurimi facit cauterium quoddam ex Io. Vigonio surreptũ, quod sic describitur.

℞. *Lixiuij* ℔. *vj. saponis, vitrioli Romani an. ℥. j. bulliant omnia simul in vase aneo ad aquæ cõsumptionem. Quod in fundo remanebit, colligatur, atq; ex eo fiant cauteria diversa magnitudinis pro arbitrio.*

Cardanus ex solo *sapone & calce* mixtis, tritis, & ad unguenti consistentiam subactis, cauteria sua conficiebat; Nunc vero parantur ad ignem, & formam nanciscuntur solidiorem, & magis idoneam. Vt hoc modo.

℞. *Calcis vivæ* ℔. *j. salis nitri ℥ j. infunde per diẽ*

integrum in ℔.iiij. lixiuij ex cineribus vasorum vinariorum, vel herbarum calfacientium parati: Subinde baculo tota mixtura agitetur postridie coletur, ter, quaterque, dum aqua clara euaserit, quæ aneo vase excepta coquatur ad ignem luculentum, ad aquæ consumptionem, non tamen *ad perfectam tantoris exsiccationem. Tum ex ea massa fiunt cauteria multa, multiplicisque magnitudinis*, quæ in vase vitreo, oris angusti diligenter operculato ad futuros vsus asserventur.

Sic adhuc recte ad hunc conficiuntur modum.

℞. *Cineris sarmentorum ℔.iiij. salis gemmei ℥.iij. calcis vivæ ℔ j. ß. infunde per horas quatuor, aut quinque in ℔. xv. aquæ pluviæ, omnia simul, ac sæpe agitando: tum bulliant parum; Atque cum tota plane mixtura refrixerit, sexies, aut septies per linteum satis crassum coletur. Colatura limpidissima excipiatur ærea pelui, tam diuq; concoquatur, donec in ipsius fundo relinquatur petrea quædam materia, ex qua pyrotica variæ magnitudinis formentur.*

Inter Parei farragines cauterium quoddam invenitur, ridiculo nomine, *fericeum*, dictum, cuius vanam pollicitationem cum effectus improbet, ejus descriptionem subticebo.

CAP. XXII.

De scuto.

VENTRiculi intemperiei frigidæ, ac imbecillitati multa medentur tam assumpta, quam admota. Assumuntur blanda purgantia & eustomachica, vt pilulæ ex *aloe, & rheo, aromaticum rosatum*, & pulueres digestiui, vulgo, dicti.

Admouentur calefacientia & roborantia, vt litus, totus, de quibus *supra*, & scutum, de quo nunc agendum.

Scutum cur sic dictum, & cui parti accommodatum. Sic autem vocatur medicamentum quoddam ventriculo peculiare, quod scuti formam habet, illiusque calorem suscitat, robur adauget, & coctionem iuvat, admotum.

Eius differentia. Concinnatur interdum ex emplastro quodam stomachico, super aluta extenso & admoto, & aliquando ea parte, qua proxime carnem contingit, raro syndone inuoluto.

Sæpius tamen fit ex arida materia, quæ ventriculo confert roborando, crassiuscule trita, bombace excepta, & duplici linteo ad scuti formam consuta.

Materiam illam copiosissimam nobis suggerit calefacientium & roborantium vberrima seges, inter quæ ea potius seligenda, quæ speciali dote ventriculũ respiciunt, vt *nux moschata, macis, caryophilli, calamus aromaticus, schœnãthum, rosæ, menta, absynthium*, & alia multa, quæ suaui odore spiritum recreant, & amico calore iuuant concoctionem. Sic autem parari potest scutum viribus ad dictos vsus efficacissimum.

Ventriculum peculiariter respicientia.

Scutum roborans & calefaciens. ℞. *Cyperi, ligni aloes, calami aromatici an. ℥. j. schœnanti, cinnamomi, caryophill. nucis moschatæ an. ℥. ß. macis ℈. j. rosarum rubearum, maioranæ, absynthij, mentæ an. ℥ ij. saluiæ ℥ j. fiat omnium pulvis, qui cotone moschato exceptus & intersutus geminis linteis, in scuti formam concinnetur.*

Minori sumptu confici poterit, quod sic describitur.

℞. *Galangæ, ireos, piperis, an. ℥. j. baccarum lauri cumini an. ℥ ß. absynthij vtriusque, mentæ saluiæ & rorismarini an. m. ß. fiat omnium pulvis, excipiatur carpto gossipio, & fiat scutum regioni ventriculi admouendum.* *Aliud.*

CAP. XXIII.

De cucufa, & semicucufa.

CVM cerebrum sit velut magna glãdula Hippocrati *lib. de glandul.* & caput sit pituitæ sedes ac locus; instar enim cucurbitulæ trahit, magna congeries humoris frigidi in toto capite solet asseruari, qui nisi medicamentis idoneis vacuetur, aut perennis illius generatio impediatur, ad membra subiecta, puta fauces, pulmones, thoracem, & reliquas partes inferiores delabitur. Multi tamen adeo medicamenta vacuãtia auersantur, aut tanta cerebri frigiditate laborant, vt etiam repurgati, sæpe de capitis gravitate, ac catarrho conquerantur, maxime si crepusculo sese commiserint, aut sub diu caput pauculo tempore nudarint.

Cucufæ capiti sunt peculiares. Post igitur vniuersalem purgationem ad robur capitis, ad frigidam eius intemperiem, ad dolores inde genitos, ad destillationem sistendã ex gossipio puluerib. cephalicis conspersо, & duplici linteo intersuto, concufa capiti apta ac conueniens, instar pileoli formatur.

Earum materia. Omnis porro materia puluerum, ex quibus infarciuntur cucufæ, non ex stirpibus siccis tantum pendet, sed ex mineralibus & animalibus quædam sæpe mutuamur, quæ multum adferũt, vt suauitatis, sic vtilitatis.

Suauis & vtilis est puluis ad cucufas, capiti roborando aptandas, qui sic paratur.

Puluis ad cucufas. ℞. *Caryophilli, cinam. calami aromatici, schœnanthi, ireos, an. ℥. j. baccarum lauri ℈ ij. styracis, benioin an. ℥. ß. macis ℈. j. majoranæ, rorismarini an. ℥ ij. moschi ℈. ß. fiat omnium pulvis, qui excipiatur bombace ad cucufam.*

Quibus non licet propter rei familiaris angustiam, cucufas sic paratas gestare, minore sumptu conficientur, hoc modo.

Alius. ℞. *Betonicæ, melissæ, saluiæ, stœchados vtriusque, rorismarini an. m. ß. ligni lauri ℥ iij. cumini ℥. j. fiat omnis pulvis ad cucufam concinnandam.*

Is quoque puluis ad eosdem vsus tuto ac feliciter capillis inspergitur.

In summa, una est & eadem cucufæ & scuti parandi ratio; sed illius forma, capiti adaptatur, hujus stomacho; vtriusque facultas parti, cui destinatur, iuuandæ accommodanda; stomachica, stomacho, Cephalica, capiti, cui adstringentia quandoque miscemus, dum catarrhos sistere consilium est.

Et vt cucufa totum cranium involuit, sic semicucufa tãtum dimidium; vel certe pulvis medicamẽto sus vni tantum parti, quæ scil. male habet, adhibeatur, & cum bombace interbastetur, vt loquitur vulgus, ad semicucufam.

Species pro Cucupha.

℞. fl. anthos.
ros. rubr.
lavend.
Herb. major. rosin. 6. p. ß.
Caryoph.

Ci-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 115 sur 955

Cinam.
Cal. arom. 6.ℑ. j.
Rad. ireos fl.
Ligni aloës.
Rhod.
Cass. lign. 6.ℑ.ß.
Styr. Cal.
Bectoi 6. gr. XV.
Macis ℑ.ß.
Moschi gr. V.
Ambr. gr. vj.
M. f. l. a. pulvis.

CAP. XXIV.

De sacculis.

CVM minutula semina, ac etiam paulo maiora, magna ex parte integra & sicca, ex vsu sint Medico, vixque per se sola partibus corporis possint adhiberi, ante illorum vsum sacculo includuntur, vel magno, vel paruo, pro partis, cui adhibentur, conditione. Ad auris tinnitum, non nisi parvus admodum vsurpatur. Ad colicum dolorem & Tympanitem, magnus, vt qui sæpe totum obdomem operiat. Eius magnitudo, qui regioni cordis admovetur, proportione quadam illi respondere debet, vt nec multo maior, aut minor concinnetur: cuiusmodi sunt, qui ex cardiacis & alexiterijs pulueribus parantur, & tempore pestilenti super cordis regione, ad illius & facultatum tutelam, gestantur.

Fomenta sicca. Sunt autem vel sicci, vel humidi; Sicci alio nomine à veteribus, fomenta sicca vocantur, apud quos idem est vsus sacculorum & fotuum. Admouentur multis corporis partibus, capiti; cordi ventriculo, jecori, lieni & vtero, sub eadem forma, quadrata nempe, quæ tamen oblonga esse debet instar linguæ bubulæ, dum lieni, vt scutiformis, dum ventriculo adhibetur.

Vt autem æquabilis sit materiæ per omnes sacculi partes dispensatio, is trâsuersim filo acu traiecto, consuendus est. Qui cordi applicatur, fere fericeus est, qui reliquis partibus, lineus, aut cannabinus, sed rara filorum serie contextus.

Ad refrigeratos artus, ad flatus dissipandos, ad humores euocandos & absorbendos, sacculi nonnisi calentes adhibentur, veluti sunt, qui ex seminibus frixis, & vino aut aceto irrigatis fiunt, vt ad colicum dolorem, & Tympanitem hoc modo.

Sacculus ad Tympanitem & colicum dolorem. ℞. *Milii* ℔ ß, *baccarum lauri contusarum* ℥ij. *sem. fœniculi, anethi, cumini, an.* ℥.j. *salis communis* ℥ij. *ocymi, maioranæ an. m.* ß *torrefiant omnia simul in sartagine, & calidiora recondantur in sacculo, qui affectæ parti inducatur, quique refrigescens denuo calefiat & admoueatur: vel duo simul parentur, vt vicissim adhibeantur.*

Ad cordis affectus eximiæ est virtutis sacculus hoc modo paratus.

Alius ad affectus cordis. ℞. *Radicum angelicæ, ireos ennulæ campanæ, cinæ, cyperi, gentianæ, tormentillæ an.* ℥j. *trochiscorum de caphura, benioin, styracis calamitæ an.* ℑ. ij. *aliptæ moschatæ, ligni aloes, santali citri an.* ℥.ß. *macis, caryophillorum, schœnanthi an.* ℑ.j. *granorum kermes, corticis citri siccæ an.* ℥.ij. *fiat omnium pulvis crassiusculus, qui exceptus sacculo fericeo regioni cordis adhibeatur.*

Vix probantur sacculi sicci ad pleuritidem, etiam liquoris cuiusdam vapore madidi, præstiterit fotus humidos applicare, de quibus *supra*.

Ad capitis & stomachi affectus, cucufæ, frontalia, & scutum imperantur, cum tamen lethargum, apoplexiam, Carum, aut sopitos sensus excitare consilium est, sacculi magis conuenient sic descripti.

Sacculus ad lethargum, apoplexiam, &c. ℞. *Cyperi, galangæ, caryophillorum, radic. angelicæ, baccarum lauri, cumini an.* ℥.ij. *saluiæ, maioranæ, betonicæ, flœchados vtriusque lauendulæ an. m.j fiat omnium pulvis crassiusculus, excipiatur duobus sacculis interbastatis ad caluariæ frictionem.* Sic enim magis conducit duos habere sacculos, maxime cum calidos admouere proponimus, vt dũ vnus adhibetur, alter paulatim calefiat, & vicissim alter alteri succedat adhibendus.

CAP. XXV.

De dentifriciis.

DENTES permultis vitijs obnoxii sunt: eos enim nigredo deturpat, caries absumit, laxitas tremulos facit, dolor anxie lacessit. Nigredini præscribuntur dentifricia, laxitati astringentia, cariei detergentia roborantiaque, dolori mille remedia. Quisque enim expertum ad Odontalgiam se habere secretum profitetur. Sed accidit sæpe, vt quod semel profuit, postea irritum esse, & interdum obesse comperiatur.

Historia. Ægrius autem ferunt multæ mulieres, dentiũ nigredinem, quam dolorem, qui licet á plebecula, tanquam momenti nullius affectio despiciatur, filio tamen Metrodori maxillę marcor supervenit, exciderunt dentes molares, & ipsa maxilla. *Hippoc. lib. 5. & 7. epid.*

Porro dentibus extergẽdis & dealbandis dentifricia à Medicis præscribuntur, eaque forma multiplici, ut pulueris, opiatæ, linimenti, sed vsitatiora forma pulueris dantur, vt:

Pulvis dentes dealbans. ℞. *Ossis sepiæ* ℥ *ij. caralli albi, crystalli an.* ℥.j. *cornu cerui, lentisci an.* ℑ.*ij fiat omnium pulvis*, quo fricentur dentes.

Parem habet vim dentibus dealbandis dentifricium, hoc modo descriptum.

Varia dentifricium. ℞. *Scobis eboris, pumicis, cornu cerui an.* ℥.j. *corralli* ℑ.*ij. margaritarum* ℑ.j. *caryophillorum, cinnamomi, rosarum rorismarini an.* ℑ.*j. fiat omnium formula. pulvis pro dentifricio.*

Forma opiatæ dentifricium sic imperari potest.

Dentifricium in forma opiata. ℞. *Dentium equorum vstorum, aluminis, corralli albi an.* ℥.j. *ossis sepiæ, pumicis an.* ℥.j. *salis vsti* ℑ. *ij. macis, caryophillorum, lentisci an.* ℥.ß. *fiat omnium pulvis, & cum melle rosato, fiat opiata*, qua mane fricentur dentes, & postea vino abluantur diluto.

Pulv. Dentifr.

℞. Pumic. ter. candef.
& in aceto ext.
Cort. ovor. ust. 6. ℥.ij.
Rad. Ireos fl.
Campophill. 6. ℥.j.
Corall. alb. pp.
rubr. pp. 6. ℥.ß.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 116 sur 955

Mastich.
Alum.
C.C.U.6.ʒ.j.
Galenus.
Nucist.
Mosis:6.ʒ.ß.
M.f.pulvis.

Quibus magis arridebit dentifricium forma linimenti, sic parabitur.

Aliud in forma linimenti.

℞. *Putaminum ovorum vstorum, cornu cervi, crystalli an.ʒ.j. santali citrini, lentisci an.ʒ.ß radicis ireos ʒ.j. moschi ʒß. fiat omnium puluis tenuissimus, & cum syrupi rosarum siccarum quantitate sufficienti, fiat dentifricium liquidiusculum*, quo mane dentes circumliniantur.

Sunt, qui forma trochiscorum parant, quibus exsiccatis & induratis dentes sæpe fricando detergunt, expoliunt & candidiores reddunt.

CAP. XXVI.

De odoramentis.

NON absre scripsit Hippocrates *initio libr. de medico*, in Medico præter cætera, cultum artificialem in vestitu & odoramentis suauib. requiri, quibus tanto solet æger delectari, quanto his offendi, quę vel ingrata sunt, vel nimis fragrãtia. Ea siquidem aversantur multi, quod caput vel repleant, vel molestę feriant, & cephalalgiam inferant. Contra vero suavissimi halitus ex rebus odoratis prodeuntes, vterum, vẽtriculum, cor & cerebrum multum recreant. Cuius rei rationem reddens Galen. *c.6.lib.1.de sumpto.caus.* & proportionem constituens odoratus ad gustum, *sic libris simplicium* [*c.21.lib.4.de simpli.med.facult.*] loquitur: *Quemadmodum sapores grati & familiares, iidem quoq; & dulces sunt, ingrati nec dulces, nec familiares: Sic odores familiares spiritui animali, iidẽ quoq; grati & suaues sunt. Qui vero non familiares, non suaues sunt, & maleolentes.* Atqui vt dulcia tẽperata sunt Galeno [*c.10 libr.simpl.lib.1.de caus. plant.*] sic odorata suauia moderatum habent calorem, vt placet Scaligero.

Sapores dulces grati.
Odores qui grati.

Quæ cum ita sint, odores suaues grati erunt cerebro & partibus principibus. Quædam tamẽ odorata tertium caloris gradum attingunt, vt *cinnamomum, caryophilli, calamus aromaticus*, verum his non vtimur, nisi parva quantitate, aut his admixtis, quæ calorem illum contemperant: Odorata namq; magna quantitate narib. obiecta, grauem odorem & cerebro noxium spirare solent, quæ minima quãtitate recreãt, quod vnitus odor, & grauis temperetur aere ambiente, aut rerum aliarum permixtione. At male olentia quantumuis aere temperentur, non solum qualitate sua, sed etiam substantia cerebro, & partibus neruosis aduersantur ex Galeno [*c.10.lib.de instr.odorat.*] Quod confirmat Aristot. dum *c.24.lib.8.de hist.animal.* scribit mulieres ad odorem lucernæ extinctæ abortire.

Male olentia ingrata & facultatibus noxia.

Cum igitur suauis rerum odoratarum halitus sit consocialis spiritibus, illorumque familiare pabulum. Medicus non modo captabit gloriam apud vulgus, si fuerit vnguentatus, sed etiam ipse alijs odoramenta præscribet, ad spirituum robur & custodiam sanitatis.

Ea vero vel forma puluueris, vel vnguenti, vel pomi, vel trochiscorum describuntur. Forma puluueris diapasma, vel odoramentum sic fiet suauissimum.

Puluis odoratus.

℞. *Calami aromatici ʒ iij. ireos florentiæ ʒ.ij. styracis calamitæ benoin an.ʒj. rosarum ʒ.ij. cariophillorum, moschi, ambræ an.ʒ.ß. fi. omnium puluis*, accurate seruandus, ne vis eius exhalet.

Puluis Cyprius.

A recentioribus celebratur puluis quidam, Cyprius vulgo dictus, vt & violeteus, cujus cum variæ descriptiones dentur, quisq; puluerem odore suauissimo fragrantem Cyprium, vel violeteum nominat.

Vnguenti forma facile parabitur odoramentum, si puluis *supra* descriptus excipiatur pauco oleo liquidambar & cera, vt consistentiam acquirat idoneam. Vel sic:

Odoratum vnguentum.

℞. *Santali citrini, calami aromatici, schœnãthi, cinamomi an.ʒ.j. styracis calamitæ benioin, macis an.ʒ.ß. cerę ʒ.iij. ol. mosthelini q. suff. fiat vnguentum.* Vel hoc modo:

Aliud.

℞. *Macis, cinamomi an.ʒ.ß. benioin ʒ.ij. zibethi, moschi, ambræ an.ʒ.ß. caphuræ gr.v. cum oleo amygdalino fi. litus.*

Fit quoq; ex aromatis selectis odorata massa, ex qua vel pomum, vel trochisci formantur, quorum suauitas magni fit, vt:

Odorata massa.

℞. *Corticis citri sicci, cinamomi, ladani an.ʒ.j. styracis calamitæ ʒ.ij. macis, caryophyllorum, ligni aloes, ireos an.ʒ.ß. caphuræ ʒ.j. moschi, zibethi, ambræ an: ʒß. cum mucagine gummi tragacanthi in aqua rosarum extracta, fiat massa.* ex qua fiat pomum, vel orbiculi, aut pastilli cuiusuis figuræ.

CAP. XXVII.

De suffitu, & auiculis Cypriis,

SVAVES quidem odores, spiritus omnes exhilarant, sed multa suũ, nonnisi vi ignis halitum communicãt; Proinde prunis ignitis incenduntur, aut ita certe calefiunt, vt quoquo versum odorem spargant.

Sic sua Thymiamata primi Dei cultores parabant; sic suos suffitus Medici ad sanitatẽ, sic suos Aulici ad voluptatem conficiunt. Non tamen in prunas semper materia suffituum injicitur, sed cocula quadam, sic Pompeio dicta, ænea, vel argentea, quam vulgus Cassoletam nominat, excipitur, simul cum aqua *rosarum*, vel *arantiorum*, in eaqne, dum feruet tota mixtura, suppositis in eius media parte carbonibus accensis, vapore suaui totam ædiculam implet.

Cocula.
Cassoleta.

Est igitur suffitus vel humidus, vel siccus, & vterq; vel voluptatis, vel sanitatis. Humid⁹ paratu facilis est, & familiaris mulierum splendide vivẽtium, quæ dum ægrotant, vel saltem his diebus, quib. medicamenta purgantia sumunt, ex *cortice arantiorum, citriorum, caryophillorum, cinamomo & aqua rosarum* simul mixtis, & ignita Cassoleta receptis, cubiculum suffiunt.

Suffituum differentia.

Siccus à Pharmacopœis Medicorum consilio frequentius paratur, non modo ad voluptatem, sed etiam ad vtilitatem.

Voluptatis suffitus duri solet his, qui delicijs & cultui corporis indulgentes, res paternas effuse diripiunt.

Qui sanitatis est, his præscribitur, quib. spiritus reficiendi sunt, roborandum cerebrum cor exhilarandum, & à malignitate extrinsecus adveniente vindicandum.

Suffitus ad sanitatem.

Con-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 117 sur 955

Suffitus quib. affectibus conueniunt.

Confert etiam pulmonibus infarctu à crassa pituita liberandis, non tamen omnibus affectionibus circa thoracem consistentibus idoneus est: Sanguinem enim spuentibus aduersatur, inquit Aetius *c. 144. tet. serm. 3.* cum per eorum, quæ suffiuntur, vasa rursus aperiantur; neque his adhuc, qui siccum morbum circa thoracem habent; Verum Asthmaticis, Orthopnoicis, & quibus thorax copia crudorum humorum infestatur, prodest, vt etiam lue venerea laborantibus, si ex medicamentis idoneis, quæ illius morbi virus per frequentem salliuationem abijciunt, vt decet, paretur, atque corpore prius per vniuersalia remedia vacuato, vsurpetur. Fere autem forma pulueris crassiusculi, suffimigium datur, vt ad roborandum & siccandum cerebrum, hoc modo:

Lues indica suffitu nonnunquam curatur.

Puluis pro suffitu cerebrii corroborans & exsiccans.

℞. *Styracis calamitæ, benioin an. ʒ. j. ß. gummi iuniperi, thuris an. ʒ. j. caryophillorum, cinamomi an. ℈ß foliorum lauri, saluiæ, rorismarini, majoranæ, an. ʒß. fiat omnium puluis crassiusculus*, cujus portio prunis candentibus inspergatur, vt odoratum fumum expiret æger.

Alius ad sistendum humorẽ delabentem ad pulmones.

Ad sistendum humorem, qui è cerebro ad pulmonem delabitur, ad hunc modum parabitur suffitus.

℞. *Nucum cupressi, balaustiorum, ladani an. ʒ. j. rosarum ʒ ij. baccarum myrthi, mastiches, an. ʒ. j. ß. fiat puluis pro suffimigio.*

Ad corroborationẽ cordis.

Cordi roborando & refarciendis spiritibus, suffitio confert ad hunc confecta modum.

℞. *Calami aromatici, xyloaloes, schœnanti, cinamomi, an. ʒ. j. styracis calamitæ, benioin an. ʒ. j. ß. macis, caryophillorum an. ʒ. ß. rosarum, majoranæ an. ℈ j. alipta moschatæ ʒ ij. fiat omnium puluis ad suffitum.*

Auicula. Cypræ.

Ex ijsdem pulueribus cum carbone salicis, & liquore quodam idoneo aliquando conficitur massa, ex qua fiunt pastilli, vel tedæ, vel auiculæ, vulgo Cypreæ dictæ, quæ citra flammam, ignem facile admittunt, & suauem fumum exhalant. Sic rite possunt fieri.

℞. *Benioin ʒ j. styracis calamythæ ʒ ij. ladani ʒ ß. alipta moschatæ ʒ. ij. caryophillorum, schœnanthi, an. ʒ ij. ligni aloes ʒ j. carbonis salicis ʒ. ij. terantur omnia: puluis excipiatur gummi tragacantho aqua rosarum soluto, fiat velut pasta, ex qua formentur, vel auicula, vel claui, aut orbiculi, cuiuslibet figuræ.*

Suffitus cõfert mensibus mouendis.

Ad ciendos menses vult Hippocrates *lib. de nat. mulieb.* vt mulieres singulis quibusque diebus bis suffiantur, infundibuli fistula, per quam fumus deducitur penitissime in sinum pudoris intromissa. Eligenda vero, quæ primo, aut ad summum secundo gradu calefaciunt; dein ad vehementiora transeundum, ea tamen cautione seruata, vt non valde acria vsurpentur, ne caput grauetur, & vteri cervix exulceretur, vt iussit Hippocrates, *lib. de superfœdat.*

Fiunt vero suffimenta, vt vasa diducantur, & proxime vterus accurrat ad orificium, sicq; sanguis extra facile prorumpat. Sed cum mensium cunctatio à duritie & siccitate vteri proficiscitur, materia suffitus aliquo liquore excipienda est, quo possit vterus humescere, vt *cera* & *oleo simplici*, vel odorato, aut *terebinthina*, vel *ladano*, vel *gummi tragacantho*, vt fiant pastilli, qui vsu tempore in carbones ignitos injiciantur, vel potius in cineres calidos, vt voluit Aristoteles *in problematis*, vt:

Suffitus menses prouocans.

℞. *Radic. cyclaminis, asari, myrrhæ, bdellii, ireos, an. ʒ. j. styrac calamitæ ʒ ij. nigellæ Romanæ ʒ. ij. cinnamomi, caryophill. an. ʒ. j. sabinæ, majoranæ, calaminthæ, dictamni an. ℈ ij. gallia moschat. ʒ. j. fiat omnium puluis pro suffitu muliebrium; vel excipiatur terebinthina Veneta, & fiant pastilli ad eundem vsum.*

Vlceribus quoque dysepuloticis, quibus frustra tentata fuerunt alia remedia, & indicæ lui suffimenta sæpe feliciter vsurpantur, maxime vero quæ ex *cinnabari* fiunt, cui, vt *hydrargyro*, cujus est multum particeps, mira virtus inest, & alexiteria, ad venerei morbi virus, per salivationem excludendum. Illius namque fumus, toto exceptus corpore, per spiramenta cutis sese transfert in corpus internum, & humorem attenuando, impellendo ac dissiciendo, tandem ad os deducit, & frequenti sputatione foras excludit. Sicque non modo vlcera, quæ pharyngem & internas oris partes occupant, perfecte delet, sed & dolores sedat & materiam, quæ tubercula & pustulas committebat, optime sanat. Sic autem parari debet ad hujus mali curam suffitus.

Suffimenta ad luem veneream.

℞. *Benioin, thuris libani an. ʒ. ij. baccarum lauri, calami aromatici an. ʒ. j. cinnabaris ʒ. x. fiat omnium puluis, qui excipiatur styrace liquida pro suffimigio.* vel sic.

℞. *Granorum iuniperi thuris, mastiches, ladani an. ʒ. j. ß. cinnabaris ʒ. j. ß. terantur omnia, & adusum seruentur pro suffimento.* hoc quoque modo recte parabitur.

℞. *Styracis calamitæ, benioin, caryophyllorum, thuris masculi, ladani an. ʒ. j. myrrhæ ℈. ij. gallia moschatæ ʒ. ij. mastiches ʒ. j. cinnabaris ʒ. j. ß. terantur omnia, & excipiantur terebinthina, vt coeant in massam*, ex qua fiant pastili pro suffimigio.

Cum summa cautela usurpanda.

Eiusmodi autem suffitus non nisi summa prudentia sunt adhibendi, ne strangulationem, aut neruorum resolutionem, aut tremorem adferant. *Cinnabaris* enim, vt & *hydrargyrus*, cum vix naturæ legibus coerceantur, non nisi à peritis & expertis Medicis debet exhiberi.

Historia.

Vidi quendam pẽ dissequam regis à mulierculæ suffitum, qui ob recurrentium nervorum resolutionem, duos menses ante obitum, à maligno fumi halitu concitatum, ἄφωνος & seu loquendi impotens misere perijt.

Alios obseruaui ab Empiricis & ignaris *cinnabari* indebite parata, tractataque suffitos paralyticos euasisse, nec arte vlla post ad sanitatem redire potuisse.

Nolo plures historias eorum, qui à circulatoribus suffiti, sæuis doloribus cruciati, ac tandem victi interierunt, enarrare. Si quis enim misellus lue venerea infectus, vel *guaiaci decocto*, vel *hydrargyrato litu*, vel *cinnabaris suffitu* tandem cõualuit, idem eandem opem, quam ipse sensit, in alijs vult experiri, vnde multi sartores, fabri, & etiam baiuli his remedijs Lutetiæ nunc istius morbi curam audacter pollicentur, & infeliciter suscipiunt.

Sic

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 118 sur 955

Sic video r omnes remediorum formulas, tum *in hoc*, cum in *tertio libro* descripsisse. Si quæ alio nomine ab antiquis designantur, sub illis continentur, vel iam eorum tanquam inutilium exoleuit, quod si quis nauseabundus has lucubrationes fastidiat, ac malo animo famæ nostræ insultet, det illi Deus meliorem mentem, atque maleuolo cum sit & omnibus displicear, illi forsan displicere, non nefas. Sequitur nunc, vt benevolo artis Pharmaceuticæ studioso Officinam extruamus.

FINIS LIBRI QVINTI.

PARTIS PRIMÆ Liber Sextus;

DE MATERIA MEDICA ET PRIMO.

De Plantis.

PRÆFATIO.

VNIVERSI compendium homo, viuentium perfectissimus, divinum animal, & corporum omnium μετεώρων naturæ lege, sæuissimis ac innumeris morbis ὑπὸ τῶν ἐνόντων, & ὑπὸ τῶν ἔξωθεν lacessitur; Ex principijs enim generationis humanæ connascitur infausta quædam labes, ex qua morborum seges immensa soboleſcit: nam seminalis hæreditas non ex omni parte beata, sed iniurijs permultis, quæ ad interitum necessario fatalem iter parant, obnoxia. Ex qualitatum siquidem oppositarum, quibus cõstat corpus, dissidio, ex perenni, ac triplici ipsius effluuio, excrementorum proeuetu, praua rerum non naturalium usu, animi pathematis, humidi primigenij iactura, & caloris extinctione natiui, qui virtutis est finitæ, atq; vt agens physicum repatitur agendo, quotidie morimur. Sumus tamen opifex, optimus rerum & conditor & conseruator, hominem ut foueret, ac tueretur, totum repleuit terrarum orbem omni genere auxiliorum, ex quibus ille non modo victum & vestitum habet, sed adhuc auxilia multa, vt medicamenta saluberrima, quorum grauito fauore & virtute eximia suæ sanitati prospicit, & morbos futuros præpedit, vel iam factos felicissime pellit.

μικροκοσμῶ.

Moriendi necessitas.

Auxilia illa sunt stirpes, mineralia, animantia, ex quibus medica materies sumitur, quã his tribus libris examinamus, non quidem totam: laboris enim esset immensi, & forsan inutilis, sed eam tãtum, quæ singulas cõpositiones in nostra Officina, seu Antidotario descriptas ingreditur. Qui integram plantarum historiam desiderauit, præter eruditissimam Dioscoridis lectionem, Ruellij, Mathioli, Dodonei, Lobelij, Dalecampij & Clusu laboriosissimos cõmentarios poterit consulere. Qui de mineralibus & metallis prolixiorem textum postulat, adeat Georgium Agricolam, qui animalium historiam, legat *lib.* 9. Arist. *de animal.* Conrad. Gesner. & Edoard. Vuottonum, qui de ea materia doctissime scripserunt. Quæ enim breuiter nunc & dilucide tumus explicaturi, tũ instituendo Pharmacopœo, tum instituendo Pharmacopolio sat esse putamus, cum ex his omnia medicamenta vsitatiora & præstantiora tam in rem præsentem, quã futuros vsus soleant parari.

Ex quibus sumitur materia medica.

In prima autem primi libri sectione, multa simul congesti adeo vulgaria, vt non solum in pharmacopolijs, sed singulorum ciuium ædibus ex parte maxima reperiantur, quorũ tamen vsus in medicina tam frequens est, & necessarius, vt sine illis, vix medicinã aliquis faciat, aut medicamenta quædam recte paret, & feliciter exhibeat. Quid enim in communi medicamentorum vsu vsitatius aqua, *vino, aceto, sacharo, melle, manna, & floribus cordialibus.*? Quid frequentius celebratur quatuor emollientibus, quinq; capillaribus, quinq; radicibus aperitiuis, quatuor seminibus frigidis, totidem calidis, tam maioribus, quam minoribus? & alijs quibusdam in huius libri fronte descriptis.

Prioris libri dispositio.

Hæc

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 119 sur 955

Hæc igitur omnia in reliquorum classes minus apte referenda putaui, cum ex usu sint quotidiano, & illorum portio in area, alia in vestibulo pharmacopoliorum prosternatur, alia in cella vinaria, alia in popina, aut taberna posteriore conseruentur. In abaci vero capsulis anterioribus semina frigida, calidaque reponi solent, vt præsto sint perpetuo, eaque, dum vsus postulat, mox Pharmacopœus habeat præ manibus. Sic duximus æquum, de stirpibus aliquot, aut earum partibus inter se qualitatibus valde oppositis, sectione simul eadem, methodice tamen agere.

Ab aqua autem auspicari visum est, vt quæ si non modo cõmunissima, sed vtilissima, qua sine nec sumus, nec viuimus sani, aut ægroti conualescimus. Ex ea, tanquam vulgatissima, vt obiter dicã; Christus imbecillitatis nostræ memor primum instituit sacramentum, quo lauit nos à protoparentis crimine, aliaque miracula fecit, quæ qui tantum physicus est, minime capit. Qualitates vero naturales & eximias, dum accurate perquirit, dignoscit, experitur, in omnibus diuinum cogitur mirari Conditoris opificium.

SECTIO I.

CAP. I.

De Aqua.

AQua diuersa ratione & elementum & alimentum dicta, nẽ solum commune sobolis humanæ solatium est, sed animantium & vegetãtium omnium subsidium, quod nullum vivens carere potest. *Aristoteles c. 2. lib. 4. de gen. animal.* *Historia.* Degunt enim animantia multa absque ignis vsu, *Alia historia.* sine aqua nullum, & qua sola virginem Hispanam diu vitales auras traxisse viri grauissimi produnt.]*Cal. Rhod. cap. 23. lib. 13.*[Melancholicum quendam vidit Albertus, qui septem hebdomadas ab omni pabulo abstinuit, solo aquæ haustu diebus alternis sumpto, recreatus. Animalia multa non solum ex aqua generãtur & nutriuntur, sed & plãtæ sine hujus benigno appulsu nec fruticant, nec floresçunt, sed exuccæ & aridæ cito tabescunt, vt *Psal. 1.* contra, *lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum*, ait Propheta, *fructum suum dabit in tẽpore opportuno*: vnde forsan prodit Hesiodi opinio, aquam omnibus elementis antiquiorem asserentis; cui assentitur Thales, eam rerum principium constituens vnicum: in quorum sententiã descendit Empedocles, qui omnia ex aqua fieri credidit, & Hippon. quidam apud Arist. *ca. 2. lib.* *Aqua & ignis vitæ principia.* 1. *de anima.* animam vocavit aquam, vt Hippocr. principia vitæ aquam & ignem, sed per aquam illæ semen, hic humidum radicale intellexit.

Aqua differentia. Aqua porro, de qua nunc loquimur, vsibus hu- *Aqua fontana melior.* manis maxime necessaria, seu ad sitim exinguẽdam, seu ad alimenta & medicamenta coquenda & paranda, elementata est frigidæ nomine sæpius designata. Eaq; vel fontana, vel fluuiatilis, vel putealis, aut pluvia & cysternia: *fontana*, quia è terra funditur, dicta, vt salubrior præfertur omnibus. Nonnullæ tamen improbantur, quod viscera terræ eluentes, secum alienas qualitates adferunt; nam pro locorum varietate, per quæ trãseunt, varium odorem, saporemq; mutuantur. Sic quædam visæ sunt, per loca sulphure plena traiectæ, adeo calentes, vt non possint esse vsui. Aliæ ob anfractus aluminosos & vitriolatos, quos abluunt, tam acidæ sunt & ingratæ, vt quiuis siticulosus auersetur. In Germania trans Rhenum, maritimo tractu, fons erat aquæ dulcis, qua bibita, dentes intra biennium deciderent.

Pucenses aquæ, medicatæ. In multis Galliæ regionibus alieni & insoliti insuauisque saporis aquæ scaturiunt medicatæ, vt Pucenses, quas singulis annis, ægroti innumeri adeunt, & redeunt feliciter. Sed de his agere nostri nunc non est instituti, sat est, si ostendero, quibus qualitatibus debeat insigniri aqua potabilis, ac medicamentis in pharmacopolio conficiendis necessaria.

Quid per leuitatẽ aquæ intelligendum. *Ea autem*, inquit Arist. *lib. 1. de sensu & sensibil. in seipsa omnium saporum genera permista, vel materiam, quæ tanquam saporum seminarium sit, habere debet*, vel, vt loquitur Galenus *c. 15. lib. 1. & c. 2. lib. 2. de alim.* ἄτονον, id est, insipida, seu omnis qualitatis expers esse debet, atque leuissima, sed non pondere, vt multi putant; nam aqua ex niue leuis est, tamen insalubris, sed *quæ tenuium sit partium, celeriterque calescat*, vt vult Hippocr. *& cito refrigeretur*, qualis fontana aut fluuialis modo pura sit, cujus defectu, pluvia ex Galen. *lib. de ptis.* sumatur, præsertim ad hydromelitis confectionem, Cysterninas aquas schola Parisi- *Cisternæ aquæ cur insalubres* ensi, judicauit insalubriores: Sunt enim velut mortuæ, quæ ab ære, à quo decidũt, à rectis, quæ abluunt, à fovea, in qua consistnt, quam nonnulli cauedium, quasi cauum ædium vocant, vitium quoddam contrahunt. Aeris enim inquinamenti aut pestilentis, aliave putri qualitate infecti, vix non potest imber particeps fieri, qui lateres ædiũ proluens, quosdam sæpe feles mortuos, & alias sordes secum rapit, quibus facile inficitur, cum careat *motu*, qui *velut aquæ anima* est. Et licet cum *Motum esse animam aquæ.* multo fabulo stabuletur aqua in cisterna, illuc tamen cum fiat jugis aquæ impuræ delapsus, tandem fabulum sordescit, inquinaturque: hinc aquę postea è cisterna effluentis pessimus odor, sapor, vsus. Auget corruptelam pluviæ conditio, quæ aeris lenitate referta citissime corrumpitur: Et per imbres, pisces multos deterius habere, vt Capitonem & Cestræum, seu mugilem, viri grauissimi scripserunt; nam oculi eorum albescunt, & per id temporis macilenti capiuntur. Aqua *Aquæ optimæ qua.* igitur optima est *fontana*, aut fluviatilis & putealis modo non limosa, nec fœtida, seu insipida, quæ scilicet nullam habet saporis manifestam qualitatem, nec alienas qualitates permixtas, *salis, nitri, sulphuris, bituminis*, aliorumque id genus. *Gal. comm. ad part. 10. lib. 4. epid.*

CAP.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 120 sur 955

CAP. II.

De vino.

VETERES olim Romani diis sacrificaturi perpetuo vinum offerebant, hinc poëta Ovid.

Redduntur merito debita vina Ioui.

Nam dii vina dedere, inquit Plato *in sympos. vt pellant hominum curas, & mentem latitia diffundant*: nam

Bacchus & afflictis requiem mortalibus adfert.

Vini vtilitas. Natura siquidem è suo penu nihil quicquam largita est præstantius vino. Vulneribus enim curandis est præstantissimum balsamum, *Luc.* 12. viribus reficiendis cardiacum eximium, nutriendo corpori alimentum optimum, quod nominis indicare videtur notatio: nam Græce dicitur οἶνος ἀπὸ τῆς ὀνήσεως, id est, iuvamine, iuxta illud Homericum; *Iuvamen senties si biberis*: lætificat enim cor hominis, mentem exhilarat, ætatem floridam facit, mœstitiam aufert, calorem nativum fovet, viscera calefacit, coctionem iuvat, stomachum roborat, obstructiones tollit, viam abigendis excrementis parat, vrinas movet somnum conciliat, venena frigida obtundit, spiritus refarcit, flatus dissipat, crassos humores attenuat, coquit, discutit, atque vt paucis cum Androcide sapientia claro dicam, *vinum est sanguis terræ, lac senum ex vite, quasi vita prodiens, vitã conservans, aquam vitã suppeditans*, quam Chymici inbinde Elixir vitæ nominant. Hæc omnia cum verissima agnovisset, & expertus esset poëta Græcus, tam alacri animo vinum excoluit: nam

Laudibus arguitur vini vinosus Homerus,

Vt non modo rerum abstrusarum cognitionem adeptus est, sed summam in scribendo facũdiam consecutus: *facundi* enim *calices quem non fecere disertum?* Nam vt vulgo dici solet, *vinum acuit ingenium, & vina*, ait poëta, *parant animos.* *Ennium & Æschilum nõ scripsisse carmina, nisi vino fuerint madidi.* Ob id poëta Ennius nunquam se accingebat carminibus scribẽdis, nisi prius multo maditus mero. Æschius quoque nisi potus ad tragœdias nũquam exarandas prosilijt. Facetum est autem, quod de Lampride narratur, qui cum vino ingurgitatus multa apposite diceret & responderet, se *thuri* similem esse fatebatur, quod non nisi calefactum suauem spirat odorem: *In vino etenim facundia, in vino veritas, in vino alacritas*: vetulam enim etiam nolentem saltare, compellit, vt proverbio fertur: nam vinum forte, ait sapiens, quod abstinere olim apud Hebræos nefas erat, Persarumque fuit mos, vt postquam vino maduerant, de reb. maximis decernerent. *Alexã. ab Alex.* Plato tamen, ait Galenus neque permittebat in exercitu, vt vinum gustarent milites, neque servi, neq; principes, neq; hi, qui de re aliqua essent consulturi, quod scilicet velut tyrannus animæ facultatibus imperet, excessuq; sumptum vires enervat, sanitatem destruit; vnde Hippoc. *in vino morbus & sanitas, mentis temperantia & feritas, bellum & pax*: juxta illud:

Vinum quibus fuerit interdictum.

Vinum alit lites, lites dissoluit easdem.

Vinum sanis robur. Vinum ergo adiaphorum, ac indifferens est, & pro ratione boni vel mali vsus bonum vel malum, atque vt sanis robur est, sic infirmis infirmitas, præsertim his, qui à causa calida male habent. *Vini differentiæ.*

Porro vini multæ differentiæ numerantur, à calore, sapore, substantia, odore, virtute, & loco, omnes sumptæ: A *calore*, quoddam dicitur albũ, rubrum, nigrum, flauescens, rubellum, pallidum: A *sapore*, dulce, austerum, acerbum, acre, insipidum: A *substantia*, crassum, tenue, fæculentum: Ab *odore*, suave, fragrans, inodorum: A *virtute*, vinosum & aquosum, polyphorum & olygophorum dictum: A *loco*, Falernum, Albanum, Græcum, de quibus antiquatis modice bibendũ ait Galenus *c. 6. lib. 5. de sanit. tuend.* caput enim omnia grauant, sed his omnibus caremus; nostratia tamen nõ minus sunt vinosa, vt Aurelianum, Burgundianum, Andinum. Ainum, & quæ in Lutetianis vinetis coluntur, vt Meudonianum, Ruellinum, Argentolianum; quæ omnia generosa sunt, indigentque Amphictione, qui primus aquam vino commiscuit, Renanum præstat omnibus. Vt vero in convivis semper vinum præstantissimum expetitur; sic etiam in pharmacopolijs, tum ad medicamenta, quæ per os sumuntur, paranda, vt *theriacã*, & *mithridatium*, tum ad ea, quæ extrinsecus adhibẽtur, vt vnguenta multa & emplastra. Ex illo quoque destillato, aqua quædam habetur, ardorem & flammam cito concipiens, & ad multos vsus celebrata, quam aquã vitæ nominant. In summa, *nihil est in vino, quod non sit eximium*, odor, sapor, spiritus; ex quibus non solum homo recreatur, alitur, fovetur, sed etiam ex illo mortuo & in acetum mutato, nec non ex illius fæcibus, quas chymiatri tartari nomine designant, & medicamenta & alia adiumenta multa mutuatur. Vide Sennert. *Vina gallica.* *Qui primus aquam vino miscuerit.*

Ex vino paratur.

Spiritus
Quinta essentia
Magisterium
Menstru Bas. Valent.
Sal. Tart. Philos.

In defectu Spiritus vini ad extractiones sæpe sumitur Spiritus frumenti, Fruchtbrandwein / ex herbis etiam & fructibus paratus. Tartari ex Mylio generosissimum parant teste olcario.

CAP. III.

De Aceto.

ACETVM ὄξος Græcis dictum est, velut acre vinum, vel potius, vt multis placet, vinum mortuum Vitriolatum. Ex vino enim vapido, proprijs spiritibus & insito calore destituto producitur, atque vt *omphacium* eleganter vinum crescens, sic *acetum* vinum decrescens dicitur; nam inter vtrumque est vinum. Sed vtroque acetum tenuius, acutius & liquidius; ob id non concrescit, nec gelu contrahitur, præcipue quod fit è vino, quod præstantius est salubriusque. Nam quod è zytho putrescente in quibusdam regionibus parari solet, vt ingratum, sic minime sanum, debetque à pharmacopolio si extractiones leves exceperis, ablegari; & cum absolute

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 121 sur 955

lute acetum ponitur, ſemper idipſum, quod ex vino laudabili, vetuſtate, aut artificio, non maleficio, ſeu malignæ cujuſdam rei mixtura, tale evaſit, ſumendum eſt, quod ob vires eximias trahitur, & in culinam ad acetaria & condimenta, & in pharmacopolium ad *oxycrati, ſyrupi acetoſi ſimplicis, oxymelitis, vnguenti Ægyptiaci* & de *lythargyro, æruginis & ceruſæ* præparationem.

Ad metalla artem ſolvenda multi præferre malunt Aceda hydromelitum, quorum elegantes deſcriptiones ſuppeditat Deodatus & Quercetanus.

Acti qualitates. Acetum autem omne vim habet attenuandi, incidendi, diſcutiendi ſimul & reprimendi, nec non refrigerandi, & aliquantum calefaciendi. *Galen. cap. 10. lib. 2. comp. med. loc.* Nam caloris in ſe quædam ſemina retinere etiam agnovit Homerus: vnde miſtæ qualitatis eſſe Galenus ſcripſit, *cap. 19. lib. 1. de ſimplic. med.* nam ut lac vniverſum non eſt homœomeres & ſimilare, neque vndequaque ſibi idem; ſic nec acetum, quod multi calidum, alii frigidum nominant. At majori parte frigidius, quam calidius his liquido conſtat, qui vere ejus facultatem expenderint. *cap. 20. eiuſdem lib.* Atque longe ab illorum conjecturis recedendum, qui cauterii inſtar calidũ putant, nam ſenſu conſtat admotum valde acre & principio refrigerare, ſublatum tamen calorem quendam relinquere, qui acrimoniæ ratione, & per accidens ſpatio temporis ſic fit, tametſi non vbique, nec in omnibus corporibus. *cap. 21. eiuſdem lib.*

Hinc colligitur, acetum quidem frigidum eſſe, ſed accidentarium habere calorem, vel vt loquitur Galenus, *cap. 23. eiuſd. lib.* nec eſſe ſumme frigidum, nec ſumme calidum, ſed neutrius extremorum particeps. Multa enim expugnantium facultatum mixtura naſcuntur, & pleraque ad ſenſum ſimplicia ſunt, quæ ex pugnantibus qualitatibus conſtant, & de his cum ambigitur, ſint neutra, neceſſe eſt, vt acetum, quod ingenitam perdidit qualitatem, & alienam ex putredine adeptum eſt. Cujus ſententiæ eſt Theophraſtus & Ariſtoteles: nam vinoſæ vini partes dum in acetum tranſeunt, refrigerantur, & aqueum recrementum putreſcens, adſcititiam caliditatem obtinet, velut cætera omnia, quæ putreſcunt. *cap. 2. lib. 4. ſimplic.* Fitque acetũ quiddam ex contrariis facultatis partibus compoſitum, partim refrigerantibus, partim calidis; ſicut vſtorum lignorum cineres. Miras autem præbet acetum mortalibus vtilitates, ſed multi frequentius eo, quam Pharmacopœi vtuntur.

Ex ipſo autem Aceto vini ſimplici fit deſtillatum, radicatum, Spiritus, Criſtalli. Deſtillatur præterea ex fecibus, fiuntque plure Acera compoſita, mellitum, terebinth. ſquilliticum, bezoarticum & alia de quibus Rothe II. ſuo loco. Acera præterea ex Deodato, Begaino & aliis, quid ex lignis poſſit fieri acetum monſtruum ad corallia, Margaritas & alia, ſi lignorum ſcobem è retorta, ſicci balnei igne deſtilles, aleoque ſeparato propriis cineribus effundas & per arenam rectifices. Ita ex plantis ♃. v.g. Veronic. q. ſ. per philoſophicas digeſtiones purum ab impuro ſepara, adde ſucc. dignas. ℔. j. Spir. vin. ℥j. & exponi ſoli, f. Acetum brevi acenimum.

CAP. IV.

De Omphacio.

Omphacium quid. OMPHACIVM eſt *vuæ acerbæ, ac nondum matureſcentis*, quæ Græcis ὄμφαξ, in officinis agreſta dicitur, *ſuccus*, non Solis calore in Rob mutatus; cujuſmodi erat olim Dioſcoridis omphacium: Nunc enim inſtar vini exprimitur in torculari, colatur, in doliis reponitur, & parum ſalis permiſcetur. Ex vuis autem magnitudinem, ſed nondum maturitatem adeptis, vt ſit progreſſus ad vini expectationem, ſic ex vino regreſſus ad acetum, quod viribus omphacio in multis convenit: vtrique enim vis ineſt refrigeratoria, ſed in omphacio imbecillior, in aceto vero tanto eſt validior, quanto tenuior, cui & acrimonia quædam ineſt aliquantum excalefaciens ex putrido calore orta. Proinde Ariſtoteles recte ſcripſit, acetum proprio vini calore frigidum eſſe, calidum adventitio: iſta tamen caliditas ſatis eſſe non poteſt ad ſuperandam aciditate provenientem frigiditatem. At vero omphacium ne minimum quidem habet caliditatis, nec ita tenue eſt, nec ita expedite meatus corporis permeat: acidum quippe non modo eſt, ſed acerbum, *teſte Gal. cap. 12. libr. 4. de ſimpl. med.* ob id ad hypochondria ardentia præſtantius eſt, quam acetum, quod non tantam habeat violentiam, ac ferientem frigiditatem, nec eam mordaci admiſtam caliditati. Debent enim, qui tali caloris exceſſu laborant, ſine violentia mitigari, nec foris vllam admittere caliditatem aut acrimoniam mordacem. Hinc eſt, quod ſumme ardoribus omphacium profit, inquit Galenus, *cap. lib. 4. de ſimpl.* ſive ori ventris impoſitum, ſive aliis partibus, quas refrigerare lubet.

Acetum calidum & frigidum.

Omphacium quib. profit.

Frequentius autem per os ſumitur, tam alimentis ad voluptatem, quam medicamentis ad ſanitatem mixtum. Eo enim alterata juſculà faucibus & palato gratiſſima ſunt, eo acidulata condimenta appetitum revocant: atque ejus vſu jecoris fervor extinguitur, ſanguinis æſtus temperatur, venter alimenta non averſatur: hæc autem omnia rite præſtat Syrupus ex eo paratus, quem officinæ de *agreſta* vocant.

Licet autem ex vua qualibet immatura omphacium poſſit haberi optimum, in Gallia tamen ex ea tantum ſub finem æſtatis, & ante vindemiarum tempus exprimitur, quam vitis albà promit, in hortis culta, cujus palmites longiores, craſſioreſque ad topiariorum pergulas & fornices deduci ſolent; quæque racemos profert olivarum fere magnitudine, ſucco multo turgido, ex quibus vel etiam maturis cum vix bonum poſſit vinum haberi, ex iiſdem nondum maturis optimum habetur omphacium: à cujus ſaporis affinitate, oleum ex olivis immaturis expreſſum, acidulumq;, omphacium dicitur. Lege Deodatum.

***

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 122 sur 955

CAP. V.

De Sacharo.

SACHARVM antiquioribus non adeo incognitum, nec in tanto usu fuit, uti nunc tã frequẽs est, vt Ironia quadam, *pharmacopola, sine sacharo*, vocetur, cujus officina eo non luxuriat. Sachari sub nomine mellis in cannis concreti, mentionem facit Gal. 8. M. & 7. simpl. Dioscorid. l. 2. c. 75. Paulus Æginet. l. 7. c. 3. Plin. l. 14. c. 18. Abentinaf. 1. c. 4. tetr. 2. c. 23. Alex. Aphrod. 2. probl. 74. Strabo l. 15. Solinus c. 65. Non à cœlo deciduum est, roris instar, nec ex plantarum foliis colligitur, vt putarunt hi, qui tantum nomine tenus, idipsum vestigarunt, sed ex arundinacea planta, quæ non solum in India, sed in multis aliis Asiæ & Aphricæ & Europæ locis, vberrime fruticat. Nunc enim in quibusdam Galliæ hortis provenit, sed vix hyemis sævitiam aufugit secura.

Planta sacharifera.

Est igitur arundo planta hæc sacharifera, septem, octove pedes longa crassissima, geniculata, foliis vtrinque multis, longis, angustis, striatis obvallata, fungosa, medullosa, & intus dulcissimi succi vbertate referta, qui vel inciso trunco, instar lacrymæ cujusdam ex arbore stillat; vel medulla à cannis apertis, inciisisque secreta, & ignis vi tamdiu elixa, donec totus liquor in sacharum, salis modo in fundo vasis, concreverit. Radices promit cannæ nostratis æmulas, sed minus lignosas, magis succulentas & dulciores, à quibus germina quædam erumpunt, quæ avulsa & legitimo transplantata tempore virent & adolescunt. Comosos flores gerit, vt arundines, inter quas numerari recte, vel ejus sola facies suadet.

Succus ex ea tractus, vnica coctione imperfecte elaboratus, adhuc rubet, & sacharum rubrum nonnulli, alii spumam sachari nominant. Quando coctione longiore & elaboratiore magis defæcatur, albicatque plurimum, sacharum

Sacharum Madarense.

absolute vocatur. Ex Madarensi & Canariensi regione albissimum quoddam defertur, quod vt candore, sic dulcedine & suavitate alio quovis sacharo præfertur, quod officinæ sacharum Madarense nuncupant. Sæpe tamen quoddam minus album institores advehunt, illo non minus bonum. Multi enim, vt Madarense sacharum ementiantur, commune cum lixivio quodam eluunt, excoquunt, & portionem nigriorem abstergunt; hocque pacto albissimum quidem reddunt, sed minus dulce, minus gratum, magis rancidum.

Sacharum qui albescat.

Sacharum Candum quomodo fiat.

Ex sacharo commune Candum fit hoc modo: liquatur sacharum cum pauca aqua, & elixatur, vt crassus syrupus, qui in ollã fictilem injicitur, in qua bacilli lignei cãcellatim, decussatimq; aptati fuerint. Reponitur olla super assere in loco calido, relinquiturq; quindecim aut viginti dies; tũ syrup⁹ nõ cõcretus effunditur, & pauca aqua calidã affunditur ad eluendã syrupi pinguedinẽ, quã denuo effusã reponitur vas in loco calido, & die sequenti frangitur, inveniunturq; bacilli sachero cando, instar salis fossilis, aut crystalli, colluscente onusti.

Est quoddam sacharum minus album, minusque crassum, partim pulveratum, partim in grumos crassiores redactum, quod vulgus Cassonadam & Castonadam nominat, cuius non modo in popinis, sed officinis est frequens vsus. *Castonadã.*

Quod ex longinquis regionibus advehitur, in metas turbinatas pyramidum æmulas coactum (vulgus pànes sachari vocat) vt cando minus coctum, minusque durum, sic minus calidũ, magisque ad cõdimenta, obsonia, & alimentorum sapores dulcorandos & suaviores reddendos admittitur. Acria siquidẽ lenit, acida retundit, austera palato gratiora efficit, & saporibus omnibus gratiã affert majorem. Vnde non tantũ Seplasiarii, sed pistores & coci sacharum frequenti habent in vsu: nã ad gulæ delicias fere nihil mensis apponitur, quod aliquid sachari non receperit. Aqua enim, vinum, fructus, caro, pisces, & reliqua edulia, potulentaque si displiceant, sacharũ permisceas, & venter postea nullus aversabitur.

Est autẽ sacharũ omne calidũ, sed moderate, *Virtu.* & linguæ scabritiei, pectoris asperitati, tussi & sputo movendo conducit, sed dentibus efficit: eos enim nigros reddit, & mobiles, & rubigine inficit.

Ex Sacharo parantur varia medicamenta, arte stillatitia fit ex sacharo Aqua, spiritus, oleum, sal, cristalli, extractum Tinctura. Vide Schröderum, Deodarum & alios.

CAP. VI.

De Melle.

SCRIBIT Athenæus, Cyrinns Corsicæ incolas ideo longævos esse, quoniã melle vtantur assidue: Et interrogatus. Pollio centenarius ab Augusto, itemque Democritus, quonam pacta san⁹ quis posset diu vivere? *Si interiora*, respondit, *melle rigaris, oleo exteriora.* [*Galen. cap. 11. lib. de atten. vict. rat.*] Id notandum apud veteres Mel fuisse in summo honore & usu. Exod. 33. Num. 13. Deut. 6. 8. Jeremias 11. 32. Mel autem Joh. Baptist. & Jonatæ fluens fuit mel uti id quoque colligitur in montibus Carina. Thraciæ & Hyrcaniæ, unde Deut. 32. & Ps. 81. mellis de petra scaturientis fit mentio, Conjung. Mercurial, l. 2. variar. lect. c. 23. Valleriol. l. 3. locor. cõmunium. Præter varia medicamenta composita mellita, fit destillatum, spiritus, oleum, Tinctum, Quintæ essentia, Elixir, & Sal. In Ponto & Sardinia mel amarum ob absynthij (vide sup. l. 3. c. 3.) copiam fit, Dioscor. l. 11. c. 1. uti amarum datur in Brasilia à flor. Tabuaibæ, Pis. p. 56. Mel enim cum sit dulcissimum, succũ gignit tenuissimũ, & in [*c. 8. lib. 2. de facult. nat.*] senibus sanguinẽ optimũ; in juvenib. tamen & biliosis facile vertitur in bilẽ: nam ☿ in melle dulce est, ait Actuarius *cap. 8. lib. de spirit. anim. mot.* in biliosum humorem mutetur, necesse est.

Est vero facilis hæc mutatio, quia *teste Paul. 4. cap. lib. 1. de Synops. & Oribas. lib. 5. collect.* calefacit & exsiccat ordine secundo, adjunctamq; habet dulcedini acrimoniã. Præstantissimum siquidem est mel, quod hisce duobus excellit, hoc est, *quod dulcissimum est, simulque & acerrimum* ex Galeno *cap. 17. lib. de Antidot.* Mustum vero ex uvis dulcibus expressum, & ad dimidias tertiasve coctum, licet melli dulcedine non vbique cedat, ut aqua, tamen obtusum est, nec sensum vellicat. *Mel præstantissimum quod Mustum quid.*

Solum autẽ mel quasi [*cap. 177. lib. de simplic. Gal.*]

Gal.] compositionem in se habet, quia ex multarum herbarum succo vel flore colligitur, & omnibus valetudinibus prodesse potest maxime tamen senibus, temperamento frigidis, & hyemis tempore: nam vbi [*cap.16.lib.4.simplic.*] calorem nactum fuerit, bilem procreat.

Historia notanda.

Hinc duorum concertationem irridet Galenus *cap.5.lib.1.de alim.facult.* quorum alter mel salubre, alter insalubre affirmabat, vterque ex illato sibi à melle affectu conjectans: Sed neuter intelligebat, homines non unum ab initio temperamentum habuisse; neque si habuissent, immutabile ipsum ætatis decursu tueri potuissent. Alter enim erat senex & pituitosus; alter vero juvenis & biliosus.

Mel quid.

Est vero mel *secundum Galen.c.177.lib.de simpl.med.succus roris cœlestis, ab apibus collectus*: nam cum omne alimentum vel ab animalibus, vel plantis desumatur, mel ab vtroque est secretum. Oritur enim in plantarum foliis, aut floribus, neque est earum succus, neque fructus, neque pars, sed ejusdem cum [*cap.38. lib.3. de alimen. facult.*] rore generis, nec tamen assidue, nec copiose, vt ille, provenit.

Prodesse.

Mel venenatum.

Ad illius autem bonitatem vel malignitatem aliquid accedit ex [*cap.62.lib.2. collect.Oribas.*] plantis, ex quibus colligitur, vnde venenatum dicitur illud, quod *in aconitis* ex apibus excerpitur, vt [*cap.52. lib.Paul. Ægin.*] Heraclense; & amarum est, quod ex Ponto advehitur, vbi absynthiorum proventus luxuriat.

Debet autem mel colore pallidum esse; consistentia, neque crassum, neque valde concretum, neque dilutum, sed vnitum omni ex parte. Optimum est, *quod præter dulcedinem, thymi acrymoniam præ se fert, sed tamen odorem eius non reddit*, ex Oribasio *cap.62.collect.*

Porro *vt mel longiore coctione amarescit, sic quoque asservatione longiore*; nam pater Galeni [*cap.11.lib.de antid.*] mel quoddam habuit ita amarum, ac si in Ponto natum foret, eo in tractu, vbi ex absynthio apes mel colligunt, idipsum tamen & Atheniense & optimum fuisse dicebat. Verum temporis diuturnitate amarum evasisse. De melle fusius differere, supervacaneum esset, cum de eo iam abunde in *cap.3.lib.3. Institut.* locuti fuerimus.

Mellis esui tribuerim, quod Apes insectorum (iuquit Vossius Idol.p.1573.) sola vivant in annum septimum aut etiam decimum.

CAP. VII.

De Manna.

Aeromeli.

Manna thuris.

PRÆSTANTISSIMVM naturæ donum & miræ divinitatis plenum est manna, non modo, quæ præter naturæ leges, Israeliticis alendis è cœlo pluit, sed quæ nobis quotidie medicandis mellei aut sacharei roris modo, è Jovis nubibus, super frondes exudat. Non minus enim, vt illi suas olim grandines sachareas, nunc nostrates agricolæ vulgarem & granatâ mannam mirantur, dum exultantes canunt; *Iupiter melle pluit:* hinc aereomeli, Arabice *Tereniabin*, & à sacris paginis mutato nomine, *manna* dicitur; cui solum nomine tenus convenit manna, vel potius manna thuris, quæ velut *pollen thuris* est, ex magnis fasciculis concussu elisis, proveniens: fragmenta enim exigua & micæ congeruntur, colliguntur que pro manna thuris. Est alia quædam manna *Larigna* dicta, ex effractis laricis ramis collecta. Vtraque tamen licentiose nimis mannæ nomen assumit. Nã manna proprie & secundum Medicos vsurpata (de Man-hu enim seu Manna Hebræorum non loquor) est *velut ros cœlestis, dulcis & gratus, qui ex aere sudoris instar exudans, sublucanis horis, super frontes & ramos arborum, herbarumque delabitur, & brevi concrescit, ac gummi modo concrescit.*

Manna Larigna.

Man-hu, Manna, quid.

Manna de folio.

Manna Calabriensis.

Quæ ex frontibus colligitur, præstantior est, vocaturque vulgo manna de folio; vt pessima est, quæ de terra nominatur. Præstantissima vero cõsetur Calabriensis, & maxime quæ ex Oenotriæ quodam loco defertur, in quem singulis æstatibus descendit, & ab omnibus excerpitur. *Brassavol in exam.simpl.*

Historia.

Hunc autẽ locum reges Neapolitani olim occluserunt, inquit Brassauolus, *ne quis sine vectigali assumeret.* Occluso loco desiit manna, nec descendit. Eo recluso & vectigali remoto, iterum descendere cœpit. Sed rursum clauso loco & recluso, & postea clauso cessavit, ita vt reges postea liberum locum reliquerint, & omnibus colligere permiserint. Idem scribitur de Tragasæo sale in Epiro, cui cum vectigal injunxisset Lysimachus, evanuit, mox dempto, succrevit. *cap.12. lib.9. Rhod. cæl.*

Brianssonnensis manna.

Sed ne longius à proposito discedam, frequẽs est in Gallia quædam manna *Briansonnensis* dicta, quæ Calabriensis inopia medicum aliquando venit in vsum, licet multo minus idoneum.

Manna mastichina.

Est & alia quædam, *mastichina* dicta, rotunda: quæ è ramis & foliis arborum, ventorum impetu in terram delabitur, grandinis modo, nec à cœlo aut aere decidit: verum improprie manna vocatur, cum verius sit lachryma, & veluti saliva arborum concreta.

Tereniabin.

In superiori styria, si æstas solito fervidior, manna depluit teste Thonero pag. 318. observ. medic.

Manna qualitates.

Manna temperata est, aut paulo calidior, guttur, asperam arteriam & thoracem lenit, alvum blande movet, & serosos humores purgat, maxime vero id præstat manna granata, vt Calabra, non Tereniabin, quod mannam quandam instar mellis liquidam esse. Arabes scripserunt, quo non vtimur, quia caremus. Præter med. compos. fit spiritus Mannæ.

CAP. VIII.

De floribus cordialibus, & primum de violis.

VIOLA ἴον Græcis dicta, in opacis & asperis locis ad murorum basim, & hortorũ margines nascitur, & aliquando in pratis Viret toto anno; floret sæpe Februario; sæpius Martio, vnde viola Martis dicitur, interdum quoque autumno, si cultus adhibeatur, folia gerit hederæ non multum dissimilia, sed minora, tenuioraque cauliculis, vel potius pedunculus statim à radice prodit, cujus extremo flos ex cœruleo purpurascens itini odoris æmulus adnascitur. Semen minutum in rotundis foliculis extrema fere æsta-

te producit. Remedium non condemnendum ad calculum, dos. ʒ.ß. ad ʒ. j. in Emuls.

Violarum differentia. Est autem viola materia multiplex, ac colorum variorum; quædam enim alba est, alia violacea, alia inter vtrumque media. Datur & alia, quæ surrectis & duriusculis cauliculis sese erigit, quibus flosculi purpurascentes emergunt. Est & alia tricolor, in locis siccioribus nascens, foliis angustioribus, longioribus & lasciniosis, caulibus quadratis tenellis, succulentis, brachiatis & reptantibus. Ab ejus trino colore quidã ex recentioribus herbam trinitatis nominant: alii violam flammeam, vulgus Gallorum minutam pensem.

Minuta pensea. Aliæ quædam parvæ admodum stirpes violarum nomine donantur, quæ quod nunquam vel ratissime ad medicos adhibentur vsus, vt viola mariana & matronalis, omittuntur. Martia vero tota vsurpatur; nam flores, quod vim habeant cor exhilarandi, medicamentis cardiacis fere semper commiscentur: semen & folia, quod malactica sint, enematum decoctionem & cataplasmatum confectionem sæpius ingrediuntur. Floribus autem violarum vim inesse refrigerandi, omnes asseverant, acrimonia tamen, quam in ore, dum masticantur, relinquunt, cujusdam caloris esse participes, denunciat: Sed quia fugax est iste calor, qui ab exuperante frigiditate vincitur, frigidos Medici credunt.

Cap. IX.

De flore bugloſſi.

Deſcriptio. Bvglossvm, à bubulæ linguæ figurã, quam non inepte refert, sic dictum, quod vi magna polleat ad hilaritatem inducendam ex Dioscor. & Plinio βουφθάλμον nominatur: folia gerit longa, lata, aspera, symphiti similia, sed angustiora, breviora q;. nec ita obscure virentia. Cauliculos gerit bicubitales, brachiatos, hispidos, flores stellatos, cæruleos, nitentes, quod semen consequitur oblongum, obscurum, medulloſum. Radice fulcitur longa, crassa, extetius nigricante, intus alba, succulẽta, dulci. Nascitur tum in hortis, tum in fabulosis & campestribus locis.

Hortensis sive naturam, sive effigiem spectemus, nullę sunt varietates, nisi in florũ colore, qui in quodã albus, in alio purpureus, vt in quodam Italico, in vulgari cæruleus. Verum sylvestis multæ diversitates agnoscuntur: aliud enim perpetuo virens dicitur, quod nullo cœli statu marcescat; aliud asperum & Echioides, cujus folia bullis prominulis, cum rigida sint admodum horrent, perperamque à nonnullis pro Anchusa sumitur, à cruore, quo radix ejus inficit, sic nominata.

Bugloſſum calidæ & humidæ, vel potius mediæ est temperaturæ; vnde inter plantas exhilarantes numeratur, quod etiam Galenum *cap.* 80. *lib.* 6. *de simpl. med.* agnovisse certum est, qui bugloſſum vino immersum lætitiæ & hilaritatis causam esse scripsit.

Succus cõmodius exprimitur, si bugloſs per hor. 24. in cella ponatur.

Cap. X.

De flore borraginis.

Differentia inter bugloſſum & borraginem. Borrago cuivis notissima, bugloſſo non parum foliis & viribus affinis est: vtriusque enim folia longa sunt, ad bovinæ linguæ figuram accedentia, sed borago eadem breviora & latiora gerit, & adveniente hyemis rigore cito marcescit, ac cõmoritur; bugloſſum vero stat vegetũ, nec segniter frigus perfert, præsertimque eius radix, vt & folia, quæ non longe à terra recedunt. Flores patulos edit cæruleos, & interdum albos, atque ampliores, quam bugloſſum, in quorum medio velut centro, coronis quædam fusca, extremo acuminata quasi defixa est.

Nascitur in fundo quovis, sed altius viret in humidiore & pingui. Floret tota æstate, atque etiam autumno, dum tardius seritur. Semen nigrũ profert, in reliquis idem cum bugloſſo.

Virez. Folia in jusculis sumpta peculiarem dant gratiam, & alvuum subducunt; atque in vinum cõjecta, potantibus animi lætitiam & voluptatem adferre viri graves scripserunt, juxta illud; *Ego Borrago gaudia semper ago.* Flores in acetariis oculos & fauces recreant, & in medicamentis virtutem cardiacam augent.

Borrago semper virens. Huic valde cognata est alia stirps frigoris patientissima, quæ modo bugloſſum, modo borrago semper virens nominatur: vtriusque enim effigiem & naturam præ se fert, & viribus iisdem pollere creditur. Nascitur in locis campestribus multis, & ab his, qui simpliciuum varietate delectantur, in hortis seritur, & colitur.

De Lycops. Anchusa, & Bugloſſa vide Pinnac. Bauhini pag. 255. & Schröderum lib. 4. pag. 31.

Cap. XI.

De communibus quatuor emollientibus, & primum, de maluis.

Qvatvor sunt emollientes herbæ communes, *malua, althæa, viola nigra, & acanthus,* seu *branca vrsina,* quibus adhuc aliæ quatuor minoris famæ adjunguntur, *mercurialis* nempe, *parietaria, sicla,* vulgo *beta, & atriplex.* Omnium siquidem vsus æque celebratur decoctis enematum & cataplasmatum emollientium parandis.

Malua vnde sic dicta. Est autẽ malua, sic ob præcipuã molliendi vim dicta, vel hortẽsis, quę cultu & mãgonio aliquãdo arboreſcit, & in altissimam assurgit proceritatem; vel sylvestris, quæ cuique nota est, vbique enim foliis quam plurimis luxuriat, crassiusculis, circinatis, angulosis. Flores tota æstate promit, ex purpureo pallides: Radices pusillas, longas ignosas; semen parvum, planum, ac orbiculatum.

Maluarum differentiæ multæ. Multæ autem maluarum agnoscuntur differentiæ *Prima* nomen generis retinet, quæ vbiq; viarum & arearum prope vrbes importuna sæpe germinat. *Secunda,* minus copiosa, pusilla magis, ramulis repit minoribus, prope rudera & inculta pagorũ loca, flosculis purpureis albicantibus.

Arboreſcens Tertia dicitur *arboreſcens,* quæ instar fruticis assurgit, senum & octonum cubitorũ. Quarta à multiplici, qua pollet facultate, dicitur *Althea,* *Althea.* à Latinis *Bismalua,* & *Ibiscus*: Maluacea n. habet folia, lenia, oblonga, incana, flores albidiores, & semina cæteris maluis sylvestribus similia.

Radices, pfert crassas, longas, rotũdas, in multos surculos diuaricatas, ac plurima mucagine prægnãtes. Thirsi ejus surrecti folia, pferunt malvacea, oblonga, incana, & aliquãtum tomẽtacea, flores

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 125 sur 955

flores ſubalbidos, & ſemen parvum, planum, ac orbiculatum, vt cæteræ maluarum ſpecies. Caſefacit gradu primo, facultatemq; habet digerendi, laxandi, & pus coquendi.

Alcea. Quinta dicitur *Alcea*, quæ facie maluæ prodit, ortu & cauliculis, ſed altius inciſis: Ex radice prodeunt numeroſa virgulta, ſeſquicubitalia, floribus rubellis ornata; quibus defluxis, ſemen emergit rotundum, compreſſum reliquarum maluarum modo.

Transmarina. Sexta vocatur *tranſmarina & roſacea*, à floris roſei elegantia & ſimilitudine. Cuilibet genti notiſſima eſt, cum in hortis ſata & culta multos annos perduret, radice denuo primo vere ſeſe propagante.

Althea varietates. Ad maluarũ familiam referuntur Ibiſci quædam ſpecies, videlicet *althea arborea althea paluſtris, althea Theophraſti floribus luteis.* Totidem adhuc alceæ inveniuntur differentiæ, vulgaris, exotica & fruticoſior, quæ eſt folio pentaphyli.

Virtutes. *Malua omnis vim habet emolliendi*, vnde nomen; ejuſque folia decocta tritaque proſunt ſacris ignibus & ambuſtis. Valet & contra venena impoſita, & dolores ab ictibus apum & veſparum excitatos levat.

Internè prodeſt pulmon. veſic. inteſtinis vtero. Externè capitis tineam & furfures tollit in lixivio, tumores maturat, ventremque emollit.

CAP. XII.

De Acantho ſeu branca vrſina.

ACANTHI vox non ſolum ad ſpinoſas plantas, vt carduos, ſed alias multas hortenſes nullis aculeis horridas refertur, vt ad cynaram, ſeu ſcholimum, & ad brancam vrſinam, officinis acanthum dictam, quam nonnulli *marmorariam* vocarunt, quod olim in columnarum epiſtilliis eius folia inſculpta viderentur.

Deſcriptio. Naſcitur in hortis & locis humentibus, ait Dioſcorides: folia promit longa, lata, pinguia, lævia, nigricantia, inciſuris erucæ modo diviſa: caulem bicubitalem edit, lævem, digiti craſſitudine, à medio ad verticem ex intervallis exornatum foliolis quibuſdam oblongis, velut nucamentis parum acuminatis, ſed non ſpinoſis, è quibus flos candicans erumpit: ſemen illi oblongum eſt & luteum: caput thyrſi ſpecie.

Subſunt radices mucoſæ, longæ, rubentes, glutinoſæ, quarum nullus aut rarus in medicina vſus, etſi vltis & luxatis illitæ proſint, potæ moveant vrinam, & tabidis conferant: folia enim tantum vſurpari ſolent ad enematum decocta, cui ſoli duntaxat vſui tota planta deſtinatur, & à Pharmacopœis ſcribitur, & ſervatur in hortis: ſylueſtrem enim apud nos reperire, perrarum.

Brancam vrſinam nonnulli vocari contendunt, quod eius folia pedes vtſæ anteriores referant. *Paderota.* Invenimus & Pæderotam & melamphyllum nuncupari.

De viola, quæ inter quatuor emollientes præcipuas numeratur, abunde *ſupra* locuti ſumus

***

CAP. XIII.

De aliis emollientibus, & primum de Mercuriali.

MERCVRIALIS à Mercurio nomen habet, à quo inventa perhibetur, vnde Græcis ἑρμοῦβοτάνιον ſæpe, ſæpius tamẽ *Linozoſtis* vocatur. *Linozoſtis. Differentiæ.* Eius duæ ſunt differentiæ; prima dicitur mas; ſecunda fœmina, vtrique ſurculi rotundi, leves, geniculis aliquot aſperi, cubitales, brachiati, folia circa hos multa ſunt, oblonga, mucronata, ambitu ſerræ modo inciſa, ozimi foliis affinia. Semina maſculæ bina ſimul juncta, pediculis cohærentia, è foliorum ſinu prodeunt, aparines ritu: fœminæ vero exiguæ, ſpicæ erumpunt cum floſculis muſcoſis, racematim cohærentibus, quo tabeſcentes ſemen nullum conſequitur.

Vires. Æſtate integra viret, hyeme perit, vere redit. Eius vires maxime ſe produnt, & expetuntur ad alvum exonerandam; eiuſque ſucco conficitur mel, mercuriale dictum, ad ſopitam vim expultricem ciendam, & alvum detergendam, eluendamque aptiſſimum.

Eſt & tertia mercurialis *Cynocrambe* dicta, ſeu mas ſylveſtris, quæ paſſim ſecus vias, & in locis vdis naſcitur, quæ quod mari multum affinis ſit, placuit ejus nomine, cum viris literatis inſignire.

CAP. XIV.

De Parietaria.

PARIETARIÆ plantæ vulgatis & ancillis ipſis notiſſimæ multiplex appellatio efficit, vt quid ea ipſa eſſet, & quo nomine inſignita legitime, viri docti dubitarint. Frequentius autem in arte pharmaceutica *helxine* nuncupatur, qua tamen voce planta gemina à Dioſcoride deſcribitur: Prima cognominatur Ciſſampelos, eſtque convolvuli ſpecies, quæ naſcitur in ſepibus, vicinaſque ſtirpes amplectitur: Altera in parietibus & maceriis, vnde *parietaria*, & *herba muralis* dicitur; vt etiam *helxine*, quod veſtib. hæreat, floſculoſe mittit herbidos, pallentes, muſcoſos, & folia admodum hirſuta, quæ quod detergendis vitreis calicibus aptiſſima ſint, à nonnullis *vitreola* nuncupatur. A quibuſdam quoque herbam venti nominari comperio, ſed id nominis æquius ſibi vendicat anemone, vt ſuo loco dicetur. Cum autem parietaria vulgaris ſit notitiæ, longiori deſcriptione non eget. *Muralis herba.*

Vires. Vim habet refrigerandi & detergendi, & illitu condylomata & inflammationes ſanat. Cum oleo vel butyro frixa, & regioni renum admota nephritico dolori proſeſt, & meatus referando calculi excluſionem movet & accelerat. Ob id recte ſyrupi de althea confectionẽ, ex althea cõfectionem, ex Fernelii ſtatuto ingreditur.

CAP. XV.

De beta & atriplice.

BETA vel rubra eſt, vulgò nigra dicta, vel candida, vel flaveſcens: tot enim colorum varietates in his reperiuntur. Rubra adhuc eſt duplex; vna vulgaris, ab aliis, radice, foliis, colore minime diſtincta, ſed colore tantum; alia Romana, *Differentiæ.*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 126 sur 955

Beta-rapa. quæ magis nigricat, radicem craſſiſſimam habens rapi modo, vnde & *beta-rapa*; à multis ſatis proprie *betæ erythroriſos*; à Fuchſio, *rapum rubrum*, ſed improprie nuncupatur.

Candida inter cibos magis recipitur. Ejus tamen ſuccus potius vſurpatur ad errhina: ſua enim facultate nitroſa pituitam è cerebro deducit: hinc colligitur, betam non adeo fatuam ſeu inſipidam eſſe, vt putavit Martialis, ſtomachum enim laceſſit & grauat parumque nutrit, vnde menſis tantum ruſticorum & pauperum apponitur, niſi quis prima menſa ad ciendam alvum illa velit vti; maxime vero candida, quæ vt potius ventrem, ſic rubra veſicam proritat & exonerat. Optime igitur ad confectionem *diacaſſiæ* accedit.

Atriplex. Atriplex quoque vulgo *arrochia*, Græcis ἀτράφαξις dicta, inter herbas emollientes optimo jure numeratur. Inter enim olera vix datur vnum, quod facilius & efficacius alvum ſubducat.

Vires. Refrigerat enim primo receſſu, humectat ſecundo, eſt quæ qualitatis omnis expers, hoc eſt, fatua & inſipida, atque aquaticam & vliginoſam habet naturam: ob id citiſſime ſubit inferiora, & alvuum aperit.

CAP. XVI.

De quinque capillaribus, & primum de vero capillo veneris.

QVINQVE affines herbæ, capillares in Officinis appellantur. Capillus veneris verus, ſeu *adiantum verũ adiantum cõmune, aſplenium, ſeu ſcolopendrium, Ceterach*, vulgo dictum *Polytrichum, ſeu trichomanes, & ſalvia vita, ſeu ruta muraria*. Sunt qui epithymum & cuſcatam verius capillares dici exiſtimant, quod crines & capillamenta melius reſerant: proinde non tam à forma, quam facultate, qua pollent ad tingendos capillos & amiſſos reſarciendos, quinque herbæ prius enumeratæ capillares dici videntur.

Herbæ capillares vnde habeant nomen.

Adiantum verum. Capillus autẽ veneris verus nullibi frequentius invenitur, quam in tractu Narbonenſi: raro in reliquis Galliæ partibus præſertim frigidioribus provenit, & qui Lutetiæ anno præterito late vireſcebat in horto Joan. Goneri Pharmacopœi meritiſſimi, præ rigiditate hyemis an. 1608. periit.

Deſcriptio capilli veneris veri. Herbula eſt ſine caule, flore, ſemine naſcens in locis verrucoſis, petroſis, vmbroſis, vdis, & in fontium aſperginibus. Pro caule cincinnos habet pluſculos, capilloſos, fuſcos, quibus adhærent parvula folia, ac tenella, coriandri foliis non multum diſſimilia, vnde à Meſueo *coriandrũ puteî* vocatur. Nomen autem adianti datum fuit, quod aqua perfuſum, vt etiam cæteræ ſpecies, ἀδιάβροχα, hoc eſt, minime madent, aſſerente Thophraſto *cap. 13. lib. 7. de hiſt. plantar.* quod tamen aſſerendum non eſt de longiore maceratione, nam ſi diutius aquæ fuerit immerſum, perinde ac aliæ plantæ madeſcit.

Vires. Adiantum in caliditate & frigiditate ſymmetrum eſt, ex Galen. *lib. 6 de ſimplic. med.* verum deſiccat, extenuat, digerit, alopecias capillis veſtit, ſtrumas & abſceſſus diſcutit, lapides frangit eorum, & mirum in modum thoracis, hepatis, renũ & lienis affectibus opitulatur. Vires illius profuſe à Meſueo *cap. 20. de ſimplic.* deſcribuntur.

CAP. XVII.

De adianto vulgari.

PRÆTER adiantum verum, quod abſolute dictum capillum veneris verum portendit, Thephraſtus *cap. 13. lib. 7.* duas adhuc ejuſdem nominis plantas humiles notat, Adiantum videlicet album & nigrum: vtrique tamen ramuli nigro colore nitent; folia ſimilia, criſpa nempe, denſa & punctulis rubigineis altera parte conſperſa, atque prorſus eædem vires: ſed cum alterum cauliculos, nervuloſve proferat nigriores, & obſcuro virore magis ſaturatos, nigrum vocatur. Miſero ægrorum damno hallucinantur, qui pro vtroque dryopteridem vſurpant.

Adiantum cur dictum. Miraculo quidam nimis creduli tribuunt, quod aqua perfuſum non madeat, vt dictum eſt, aut aquam ita reſpuat, vt ſiccum ſemper vidiatur: ſicque ab eventu nomen adianti detortum. Verum longior eius in aqua dimerſio, infuſione cõtrarium docet: nonnulli putant, ſic juſtius nominari, quod à pluvia deſcendente nõ cito madeat, pennarum annatum ritu; vel aquarũ margines, ac puteorũ parietes circumveſtiens, aquam tamen quaſi fugiens non attingat; perinde ac hyrundines, quæ in hominum ædib. delectantur & nidificant, ab hominibus tamen contrectari & & cicurari nuſquam patiuntur.

Adiantum porro ex radice puſilla, filamentis pluribus cõpacta & nigra exiles ſurculos emittit, iunceos, rectos, ſeſquipalmũ altos, & aliquando longiores, ex herbido nũc pallẽtes nunc nigricãtes, foliolis mollib⁹ vtrinq; veſtitos, filicis maris diviſura, ſitu & ritu, ſed multo tenuiorib⁹ & minorib⁹, altera facie magis, altera minus virentib⁹, & punctis aliquot maculatis. Locorum opacitate gaudet, perpetuo viret, folia non amittit, ſed nec florem vllum, nec ſemen edit.

Vires. Vires adianti ad multa commendantur. Capillorũ enim defluvium prohibet, vel eoſdẽ fluxos reparat: Aſthmaticis & ſuſpiriioſis pdeſt, mẽſes movet, ſtrumas diſcutit, atque eoſdem plane effectus præſtat, quos capillus veneris verus.

CAP. XVIII.

De Polytricho.

VT adianti nomine tres plantæ comprehenduntur, ſic vnica ſub triplici deſignatur. *Trichomanes* enim *polytrichum & callitrichum* ex herbariæ rei peritis, idem: nam Trichomanes Romanis dicitur capillaris, quod fluentem capillum expleat; Polytrichum, quod capillos multos ac denſos efficiat; & callitrichum, quaſi pulchricomum, quod eoſdem pulchriores reddat. *Ruell. cap. 133. lib. 3.*

Sunt, qui pinnulam adhuc, alii filiculam, & nonnulli adiantum vocant.

Deſcriptio. Naſcitur in parietibus & locis opacis, & vmbroſis, & juxta ſpecus ac fontium aſpergines, vt adiantum. Radix ei puſilla, nigra, ex qua velut capillamenta, nitida, rigida, fuſca, breviter rumpunt; vtrinque folia parvula, optimo diſpoſita ordine, & adverſos inter ſe pediculos habentia lentis magnitudine & effigie, ſed tenuiora, & ſubter maculis ferrugineis ſignata.

Nec

Nec flores, nec ſemen gerit, vt adianta, quibus in facultatum conditione convenit.

CAP. XIX.

De Ceterach.

TOTA Pharmacopolarum turba in hoc diu ſtetit errore, Scolopendrium & hemionitidem, vulgo linguam cervinam nihil inter ſe diſcriminis habere, & vnicam plantam eſſe: ſed Medicorum vel nudis verbis, vel libris peritiores facti, nunc agnoſcunt, aſplenum ſeu ſplenium vulgari ac barbara voce Ceterach dictum, verũ ſcolopendrium eſſe, cuius folia parvula ſunt, polypodii modo diviſa, ſubter flaveſcentia, hirſuta, anguſta, corrugata, viridia, pediculo vix palmum longo & nigricante adhæreſcentia, adverſa ſerie diſpoſita, ita tamen, vt alia non directe aliis, vt in polytricho, ſed aliorum interſtitiis, vt in polypodio quodam opponantur.

In petris invenitur, & opacis parietibus, atque quibuſdam aliis locis ſaxoſis & vmbroſis. Nullo caule, ſed pediculo tenui fulcitur, nullo flore coronatur, nullo ſemine gravidatur.

Vires. Vim habet eximiam ad lienem minuendum, calculos atterendos & pellendos, vrinam movendam, ſingultum ſedandum, & icterum ſanandum. Vide Dioſcorid.

CAP. XX.

De Salvia-vita.

VIRIBVS & effigie proxima eſt capillaribus alia planta, quæ à ſimilitudine foliorum rutæ, cui perbelle convenit, & à loco natali, in quo ſponte & lætè viret, ruta muraria, in officinis Salvia vita vocatur. Petras opacas, manantia ſaxa, ædificia vetuſta & ſpecus amat. Et velut ſaxa dividens è mediis eorum inciſuris erumpit, tenuibus, brevibus, & junceis ſurculis, & velut filamentis adianthi valde ſimilibus, quibus foliola adhæreſcunt parva, craſſa tamen, inciſa, ex albido colore virentia, & ad rutam accedentia.

Tota planta vix palmum æquat, flore & ſemine vidua, perpetuoq; viret, vnde frequens eſt eius vſus per hyemem, cum ſcilicet aliæ ſtirpes deſunt, vel atidæ non ſatis conveniunt.

Virt. Vim habet meatus reſerandi, obſtructiones liberandi, excrementa movendi, humiditates ſeroſas exſiccandi: propterea jecoris, lienis & meſenterii infarctibus expediendis conducit, menſes & vrinam ciet, calculos pellit, hydropi medetur, & vitiis, quæ intra ſunt thoracem, opitulatur. Falluntur, qui paronichiam eſſe putant.

CAP. XXI.

De quibuſdam aliis capillaribus, minus proprie dictis, & primum de Hemionitide.

AVIRIVM efficacia, quibus ad ſplenem minuendum pollet *hemionitis*, à Pharmacopolis vocatur nunc *aſplenum*, nunc ſcolopendrium, vt ceterach, quod ea in re cæteris omnibus medicamentis antecellit: revera tamen hemionitis ſcolopendrium non eſt, aut aſplenum, ſeu ceterach vulgare, ſed alia quædam herba caulis, floris & ſeminis expers, & foliis tantũ extra terram

Phyllitis. pdiens, vnde Phyllitis ſæpius, quaſi folioſa herba dicitur. E radice enim multis capillamentis fibroſa & nigricante folia multa exeunt, craſſa, rigida, longa, cervorum linguæ modo, hinc cervina lingua multis dicta, ſuperne lævia, inferne multis lineis tranſverſis ferrugineis aſperula, Gaza herbam mulam nominat.

Multi eſt ad lienem vſus, cuius non modo obſtructionem tollit, duritiem & tumorem minuit, ſed etiam hepatis affectus multos feliciter ſanat. *Herba mula. Vires.*

CAP. XXII.

De cuſcuta, & epithymo.

CVSCVTA, ſeu caſſitha herboſis fruticibus adnaſcitur, epithymi modo, nullaque radice nixa, ſed velut ab aliarum ſinu prodiens cirrhis, capillamentiſve longiſſimis repit, inquit Matthiolus. Ejus autem vbertor eſſe ſolet proventus in ſegete linaria, crebriſque volutionibus lini faſtigia ſcandit, vnde podagram lini officinæ appellitant. *Deſcriptio.*

Fuchſius non ſine ratione credit, Caſſitham primum radiculis niti, quæ tum areſcunt, quando cirrhi, ſeu capillamenta plantam involuunt, à qua ſugunt alimentum: proinde temperamentum mutat & qualitatem, pro varia plantarum, quibus innaſcitur, natura, putantque multi, epithymum & cuſcutam non differre, niſi quod hæc lino, illud thymo innaſcatur.

Matthiolus tamen refragatur, & effigiem vtriuſque non parum diſſimilem tradit, nec non qualitates, etiam Galeni teſtimonio. *Epithymum* enim calefacit ordine tertio, & *cuſcuta* tantum ſecundo, ita, vt veriſimile ſit epithymũ ſuas vires à thymo, cuſcutam à lino mutuari. Perperam igitur faciunt, qui podagram aliarum plantarum aſſumunt pro vero epithymo, aut cuſcuta. *Differentia inter cuſcutã & epithymum.*

Vtrique nulla ſunt folia, ſed cirrhi tantum & velut tenues, ac ſubrubiæ teſtudinum fides, quibus flores parvuli, quaſi ſtellulæ albicantes dehiſcunt, puſillo ſemine gravidati, quod ſyrupi de cichorio laxativi rhabarbaro ingreditur compoſitionem.

Vim habet abſtergendi & roborandi. Jecoris & lienis obſtructiones tollit, vrinã movet, icteros ſuccurrit, & affectibus ab humore bilioſo & melancholico ortis prodeſt. *Vires.*

CAP. XXIII.

De quinque radicibus aperientibus, & primum de apio.

RADICES aperientes multæ ſunt, quarum quinque cæteris dignitate quadam præferuntur, ex quibus tres hortenſes ſunt, *petroſelini*, *aſparagi*, *fœniculi*; aliæ agreſtes, quæ ſcil. in locis incultis naſcuntur, *apii* & ruſci.

Apium autem Latinis, & σέλινον Græcis multum inter ſe diſſentiunt, vt & Petſilium vulgo dictum, & petroſelinum verum. *Apium.*

Nam apios ex Dioſcor. *cap.* 177. *lib.* 4. folio conſtat ruraceo, brevi, caulibus ternis, aut quaternis, humi proſtratis, radice exterius nigra, intus alba, pyri effigie, & corpus ſuſque, deq; movet, licet non ita vehementer. Atque aliquando apios pro forma pyri, aliquando pro ſapore ſatuo aut vix perceptibili ſumitur. *Apios.*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 128 sur 955

Apium vero ſic vulgo dictum, ſeu Selinon, vel potius eleuſelinum, vt Dioſcorides *cap.* 75. *lib.* 3. nominat, apio ſatiuo, perſilio, vulgo dicto, ſimile, ſed grandius; Ad eademque efficax, ſed propter ingratum ſaporem & odorem, inter olera minime locum habet.

Naſcitur in locis, vt plurimum incultis, vdis ac riguis, vnde Paludapium non improprie nominatur, & apium ruſticum.

Vires. Calidum eſt ſecundo gradu, ſiccum tertio, [*Galen. lib.* 8 *ſimpl.*] menſes & vrinas mouet: flatus quoque diſcutit, & magis ſemen, quam ipſa herba, valetque ad aranearum morſus, ait Plinius. Radix vero ſæpiſſime vſurpatur ad diducendos meatus, & obſtructiones liberandas, folia comeſta pulmonibus conferre putantur.

Apium hoc vix differre puto à Seleride, de quo infra l. 6. cap. 101.

CAP. XXIV.

De Petroſelino.

QVOD veteres apium hortenſe, ſeu ſativum vocatunt, nos petroſelinum noſtras, ac vulgare perſilium, hortis omnibus frequentiſſimũ, & juſculis, ac cibis condiendis familiariſſimum vocamus, quod non niſi in hortis lætum ac copioſum viret, in quibus ad gratiam, quam cibariis admixtum concedit, ſedulo ſeritur; & in locis tam calidis, quam frigidis vberrime provenit, modo pinguibus, adſitque jugis humor, cujus rigatu facile animetur; vnde nullum cœlum & ſolum reſpuit, modo cultum. Semen autem illius omnium tardiſſime germinat, nimirũ quadrageſimo die à ſatu, & nonnunquam quinquageſimo.

Folia fert cotiandro ſimilia, criſpata, radices longas & capillatas, eſui gratiſſimas, medicinæ vtiliſſimas.

Vires. Dantur vtiliter calculoſis, ictericis, & iis mulieribus, quibus ſtati menſes non procedunt, nec non his, qui vrinæ difficultatibus laborant.

CAP. XXV.

De Aſparago.

Vnde aſparago nomen. ASPARAGI dicuntur ſic, *quod in virgultis aſperis naſcantur.* Eorum enim ſcapi aſperi ſunt, non læves, vel *quia ſua ſponte ſine ſatu proſiliant*; Ex arietis quippe tuſis & defoſſis cornibus prodire viri graviſſimi ſcripſerunt: Olerum tamen & aliarum plantarum recentiſſimi turiones, ac tenella germina, priuſquam in folia explicentur, ex veterum placitis aſparagi nuncupantur.

Corruda. Eſt vero aſparagus vel ſylveſtris, *corruda* dictus; vel hortenſis, ſeu ſativus, Et vterque vulgaris notitiæ, inquit Dioſcorides *c.* 152. *lib.* 2. multis ramis & foliolis longis, tenuibus & numeroſis ſe arrigit, quæ inſtar fœniculi in capillamenta abeunt.

Hoc olus ſiccitate lætatur, & rigationem auerſatur frequentem, ingruente tamen Autumno, dum irrigantur, thyſulos edunt teneriores & magis ſucculentos.

Vires. Subſunt radices rotundæ & numeroſæ, quæ vim habent aperiendi, meatus diducendi, jecur & renes obſtructionibus liberandi, felle ſuffuſos ſanandi, menſes & vrinam mouendi.

CAP. XXVI.

De Fœniculo.

FOENICVLVM ad varios vſus totum celebratur: nam coma tenella acetariis mixta ſuauitatem addit; Semen cum *ſenna* decoctum ab ea flatus & tormina excitari ſolita diſcurit, aliaque innumera, vel per ſe, vel aliis commixtum, beneficia præſtat; Radices obſtructionibus expediendis vnice commendantur.

Planta eſt ferulacei generis, hominis interdum proceritatem ſuperans: caule geniculato fungoſa intus medulla, cortice exterius lævi, & herbaceo, folio peucedani, tenui, longo, molli, capillaceo, grato odore, muſcario rotundo, patulo; lato, ſubluteo, in orbem circinato, ex quo ſemen nudum, oblongum, ex pallido flaveſcens dependet: radice longa, craſſa, alba odorata.

Sunt vero duæ fœniculi ſpecies; prima Græcis *Marathrum* dicitur *marathrum*, cujus adhuc duæ agnoſcuntur differentiæ: vnum dulce eſt, in Italia frequentiſſimum: Alterum vulgare, cujus ſemen eſt acrius & minutius.

Secunda ſpecies dicitur *erraticum*, ſeu *Hippomarathron*, à magnitudine ſic appellatum, ſativo enim grandius ac procerius eſt, & in Mauritania nonnunquam duodecim cubitis aſſurgit, craſſitudine quatuor palmorum, ſemine miliaceo, radice alba & odorata.

Fœniculum calefacit tantum gradu ſecundo, *Vires.* aut in principio tertii.

Contra ſerpentum ictus in vino potum confert, menſes & vrinas mouet, lac generat, ſuffuſis medetur.

Hippomarathrum vero ad omnia fœniculo efficacius: Potenter enim menſes pellit & vrinas, calculos eiicit, regium morbum purgat, & contra ſerpentum morſus nihil æque conducit.

Elaphoboſcum nonnulli inter fœniculorum genera recenſent, quod ei fœniculaceus ſit caulis, vt & muſcarius, folia tamen valde diſſimilia, vt & color, odor, ſapor, virtus & facies. A quibuſdam ocellus cervæ, ab aliis gratia Dei vocatur. *Elaphoboſcum.* *Ocellus.*

CAP. XXVII.

De Ruſco.

RVSCVS, & Officinis Bruſcus videtur eſſe myrthacantha, ſeu ruſcus ſylveſtris: Exurgit enim facie & foliis myrtheis, ſed rigidioribus, durioribus, mucronatis, & inodoris. Virgultis adhæreſcunt baccæ prærubræ, magnitudine ceraſorum, quibus nuclei bini, ternive includuntur oſſei, ac tritura expulverabiles.

Huic affinis eſt alia planta, *Hypogloſſum*, & *laurus Alexandrina* dicta, ſed folia gerit molliora & maiora, è quorum media ac ſuperna parte foliola, velut lingulæ ſupernaſcuntur. *Hypogloſſum.*

In aſperis & incultis locis ruſcus naſcitur; ejuſque radicis decoctio menſtrua ciet, calculos *Vires.* atterit & pellit, ſtranguriæ medetur & ictero.

CAP. XXVIII.

De quatuor ſeminibus frigidis maioribus.

QVATVOR ſemina frigida maiora, ſunt ſemina *cucurbita, cucumeris, melonum*, & *citrulli*:

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 129 sur 955

trulli: sub quibus alii fructus multi oleracei cõprehenduntur, ab antiquis nomine *σικυος* designati. Est vero inter eos affinitas tanta, vt fere sit indistincta & indeterminata cujusque nomenclatura: Nam multi sub cucumeribus melones & pepones complectuntur; Sub cucurbitis citrullos & melopepones.

Cucurbitarum varietates. Singulorum autem multæ sunt varietates, cultura præsertim & mangonio sic effictæ. Nam cucurbitarũ differentiæ quatuor notantur, maior, minor, seu lagenaria, anguina, seu oblonga & indica, præter *colocynthida*, quæ *cucurbita sylvestris* nuncupatur.

Cucumeri. Cucumer vero aut sylvestris est, & nuncupatur *asinimus*, ex cuius succo conficitur *elaterium*; aut sativus, cuius multæ quoque differentiæ cõperiuntur: Alii enim longi sunt, recte & flavescentes; Alii breviores, virides & incurui; Nonnulli compressi, lati, rotundi; Alii clypeiformes, & vulgo pepones nominantur.

Melones. Melones Galli sæpe vocant, quos Itali pepones, Dioscorides Melopepones, & antiquorum nonnulli cucumeres domesticos: sed vitata nominum confusione, præstat eos fructus è Sicya sativa provenientes, (sic enim vocatam plantam, ex qua melones leguntur, observavimus) & instar mali citonii, aut pomorũ redolentium fragrantes, melones, quasi fructus pomosos nominare; quorum, vt prædictorum multæ varietates notantur: Alii enim propter odoris & saporis suavitatem dicuntur *Moschatelini*, alii *sacharini*; Alii à solo & regione, vbi nascuntur, aliam habent denominationem.

Citrulli. Citrulli magnitudine dictos omnes fructus superant, locupletantque hortos rusticorum: quorum etiam permultæ traduntur varietates, tam in colore & figura, quam in magnitudine atque etiam sapore. Nonnulli enim breviores sunt, alii longiores; Aliqui plani, alii rotundi, & velut sulcati; Alii ex rubro & viridi flavescentes, qui dulcedine cæteris præstant.

Vt autem quatuor hæ plantæ effigie sunt valde affines, sic & viribus, & semina ex illis collecta pro quatuor seminibus frigidis servantur majoribus, quorum frequentissimus est in Medicina vsus.

CAP. XXIX.

De quatuor seminibus frigidis minoribus, & primum de Lactuca, & eius semine.

Lactuca vnde dicatur. LACTVCA à lactei succi, quem fundit, dum abrumpitur, vbertate, dicta primas inter olera tenet: vt enim gratissima est in acetariis & jusculis, sic in medicis vsibus salutaris. Nam præter quod sanguinem generat satis laudabilem, fervorem etiam sanguinis & viscerum extinguit, somnum conciliat, & hecticis prodest, ex Galeno, *cap. 40. libr. 2. de aliment. & cap. 13. lib. de Marasm.* estque familiare medicamentum alimentosum, juvenibus & biliosis naturis tutissimum.

Virus. Toto anno seri potest, & si terram pinguem, probe subactam & soli expositam nacta fuerit, læte viret, & in latum sese diffundit. Dum adhuc tenella est, si evellatur & alio fundo probe sterilis plantetur, pluribus foliis in globum convolutis extuberat, & capitata vulgo pomata evadit.

Lactuca pomata. *Differentiæ.* Lactuca autem vt nullum olus præstantius, sic notius nullum, nec frequentius, cuius tres præcipuæ varietates in hortis visuntur. *Rugosa* & vulgaris nõ capitata: *Sessilis*, seu *pomata* ac *capitata*, & Romano nigro semine, & *scariolæ folio*. Addunt nonnulli alias duas, *Cecilianam & Cypriam*, seu *Græcam*: Præter quas in locis incultis alia nascitur, quæ à lacte & semine potius, quam effigie, lactuca dicitur, à Galeno *Thridacine*. Nonnulli à colorum varietate varias enumerant, albas, rubentes, nigras, purpureas.

Virus. Omnis autem lactuca, vt & semen ejus refrigerat, & somnum conciliat. Eoque remedio feliciter vsus est Galenus ad vigilias immoderatas, quæ illi acciderant ob studia longiora & raro intermissa.

Semen vero, quod inter refrigerantia minora sumitur, ad multa vsurpatur: valet enim ad gonorrœam virulentam, ad vrinæ ardorem, ad humectandam, refrigerandum, leniendum, sitim extinguendam, & somnum conciliandum.

CAP. XXX.

De portulaca, eiusque semine.

PORTVLACÆ semen etiam numeratur inter semina refrigerantia minora. Est vero portulaca vna ex hortensibus, quæ omnium maxime in jusculis & acetariis expeditur, sæpeque pauperum & divitum mensas inchoat, & apud multos aceto & sale condita ad hyemem integram servatur.

Species. Duo autem portulacæ discrimina traduntur: Est enim vna sylvestris, quæ passim in vinetis multis sponte nascitur, multisque surculis in terram reptantibus, ex viridi rubentibus luxuriat. Altera domestica seu hortensis, quę studiosissime excolitur. Folia emittit ampliora, magis carnosa & succulenta: surculos magis erectos & minus duros. Vtriusque effigies parum dissimilis, sed vires aliquantum variæ. Sativam enim refrigerare omnes asserunt, sylvestrem calefacere nonnulli contendunt.

Virus. Alterutrius folia tusa & clavis pedum adhibita secure medentur; Ignibus sacris etiam auxiliantur: capitis dolores insolatu contractos, cum oleo rosaceo sedat. Commanducata dentes mobiles firmat, oris & tonsillarum vlcera sanat.

Est & portulaca quædam marina & aquatica, sed istarum nulla medicamentorum compositiones in Officina nostra descriptas ingreditur.

CAP. XXXI.

De aliis seminibus frigidis minoribus, ac obiter de cichoraceis.

DVo alia semina frigida minora desumuntur ex cichoraceis, ad quæ stirpes multæ referuntur; vt *Chondrillæ*, *Hieracia*, *Sonchi*, *Scariolæ*, *Lactucæ sylvestres & intybacea omnia*: sed cũ absolute cichorii ponitur, semper erraticũ & sylvestre intelligendum est, cuius scilicet frequentior est in medicina vsus: estque genus ad alias intybaceorum, tam sativorum, quam sylvestrium differentias. *Cichorium.*

Sativum

Intybum Seris.

Sativum autem cichorium, seu intybum, Græcis dici solet *seris*, quia seritur; cujus duæ sunt species, vnum latifolium, quod à nonnullis *endivia hortensis*; alterũ angustifolium, ꝙ *seris*, seu *Seriola & Scariola*, & Sylvio *intybus* dicitur. Vtrumque intubolachanum, quasi cichorium olus vocat Galenus, quod inter olera tam ad altera juscula, quam acetaria conficienda reponatur.

Scariola. Endivi hortensis. intybotachanum.

Taraxacum. Dens leonis. Hedipnois.

Ad sylvestre refertur *taraxacum*, seu *cichorium luteum*, *Dens leonis*, & *Hedipnois*, quasi somnum concilians dictum. A Rondeletio *Chondrilla* Dioscoridis nuncupatur. A quibusdam *caput monachi*, ab aliis *vrinaria* quoq; dicitur.

Cicerbita.

Cicerbita, seu Sonchus, Gallice *laictteron*, ꝙ ejº sit lacteus succus, dicta, ex endiviarũ familia est, passimq; in locis cultis & incultis ꝓvenit; eiusq; tres differentiæ à Dioscoride statuuntur, aspera, lævis, & arborescens. Prima *rostrum porcinum* à multis nuncupatur. Clusius agnovit quinque inter se discrepantes, duas vulgares, lævem & læviorem, duas Austriacas lævem & leviorem. & Pannonicam.

Rostrum porci.

Chondrilla.

Ad sylvestre quoque cichorium referuntur omnes Chondrillæ species, quas alii duas tantum, alii quatuor agnoscunt, præter zacintham, seu cichorium verrucarium, & perdicum, seu perdion, quod nonnulli chondrillam marinam, alii bulbosam nominant. Sicq; in vniversum chondrillarum erunt sex varietates, quæ magis viribus, quam facie cichoraceis respondent.

Hieracia.

Quod si ex qualitatum affinitate conforme genus inferre liceat, hieracia inter cichoreacia, aut vt alii volunt, inter sonchos, cum quibus magnam habent similitudinem, reponere nihil vetat. Sunt vero hieraciorum varietates multæ, nempe maius, latifolium, angustifolium præmorsa radice, longius radicatum, villosum, montanum, folio hedipnoidis, foliis & facie Chondrillæ, & Narbonense falcatum. De quibus cõsule recentiores rei herbariæ scriptores.

Cichorij varia nomina.

Cichorii autẽ varia nomina, vt ad institutum redeam, cichoraceis obscuritatem attulerunt. Genus enim pro specie, species pro genere, & vna species pro altera sæpe ponitur, & eodem nomine designatur. Nam cichorio sæpe hæc nomina dantur, *Ambubeia*, *Picris*, *Intybum*, *Seris*, *Endivia*, *Seriola*, *Scariola*, *Intubolachanum*; atque omnes hieracii, cicerbitæ, seu sonchi, chondrillæ & lactucæ sylvestris species cichorii nomine sæpius donantur.

Lactuca sylvestris.

Lactuca sylvestris partim affinis est cichoraceorum generi, folia enim scariolæ hortensis gerit, & partim naturæ papaveris, cum opii odorem vtcunque eructet soporiferum & virosum.

Semina frigida minora.

Semina autem cichorii sylvestris & endiviæ sumuntur pro seminibus frigidis minoribus quorum qualitates appellatio satis indicat.

CAP. XXXII.

De seminibus quatuor calidis majoribus, & primum de aniso.

SEMINA quatuor calida maiora desumuntur ex *aniso*, *fœniculo*, *cumino* & *carvo*. Quid sit fœniculum, *supra* diximus, quid anisum, ipsæ etiam mulierculę dicere queunt, cum eis semine sępius vtantur sacharo iucrustato. Et quæ inter eas opere pistorio delectantur, panificii quoddam genus conficiunt (biscoctum nominant) cui semen anisi permiscent, quod odorem, saporemque conciliat pergratum. Idipsum multis adhuc condimentis adjiciunt ad gratiam majorem. Oris enim halitum commendat, vrinam ciet, hydropicis prodest, & nullum ex oleraceis seminibus ventriculo magis amicum. *Dioscorid. cap. 65. virt. lib. 3.* Calefacit & siccat ordine tertio ex Galeno, *lib. 5. simpl.* gustus tamen nondum percepit tantum caloris excessum. Latinis & Græcis *anisum* vocatur, estque nomen feminis & plantæ, quam à nonnullis anicetum vocari comperio. *Anicetum.*

Planta nec apio similis est, vt scribit Fuchsius, nec etiam fœniculo, vt asseruit Ruellius, sed inter vtramque media: folia enim nec ita lata, vt apio, nec ita tenuia & capillacea, vt fœniculo. Sed cum vulgaris sit notitiæ, in describenda illius historia non diutius immorabor.

Carminativa vnde dicta.

Non est tamen prætereundum, illa semina calida & Pharmacopœis Carminativa, hoc est flatus discutientia, vt interpretantur, vocitari, etymo non satis noto, nisi forsan à verbo Græco κεφμαπίζω, id est, discerpo & in minutas partes divido, vel potius à carmino, id est, pecto, vnde apud Arabes *Carmos* ad capillos veneris refertur, & carminare est pilos seu lanam pectere, idque non affatim, sed paulatim, perinde ac flatus sensim discutiuntur. Non tamen mihi satis constat vera carminativi vox & origo, licet vsu jamdiu admisso comprobetur. *Carmos.*

CAP. XXXIII.

De Cumino.

CYMINVM, seu Cuminum, & seminis, & plantæ cujusdam fœniculo similis nomen est; cuius duo genera perhibentur, vnum sativum, ac domesticum, aliud sylvestre. Sativũ regium Hippocrati dictum, morbis mulierum multis ab eodem commendatissimum à Dioscoride Æthiopicum, à quibusdam Ægyptium & Asiaticum nuncupatur.

Id fere vnicaule, raro cubitale, sæpe pedem tantummodo altum, interdumque humilius, frequentibus ramulis brachiatum: folia in tenues particulas secantur ad fœniculum accedentia, sed breviora, minoraque: In virgularum fastigiis exeruntur vmbellæ, primum flosculis ornatæ, postea seminibus onustæ, nudis, angustis & canaliculatis: Radix subest aliquantum tenuis & odora, quæ seminibus maturis tabescit. Seritur & vbere provenit in Hispania, Italia, & quibusdam Galliæ regionibus calidis, modo semen in pingue solum injiciatur. Inter olera maxime fruticat, atque eo magis, si cum probris & maledictis seratur, vt idiotæ putant, quos irridendos magis, quam probandos puto.

Cuminum sylvestre.

Sylvestre cuminum gingidii folia profert, cauliculos exiles, scandicis seu pectinis veneri ritu: in cacumine capitula quina aut sena, rotunda, villosa, in quibus semen est acetosum. *Dioscor. cap. 60. lib. 3.*

Est alterum sativo valde simile, quod à floribus singulis cornicula ꝓmit in sublime exerta, in quibus semen est melanthio simile, ait Dioscor. hoc-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 131 sur 955

hocque videtur ea esse planta, quam Officinæ pedem alaudæ & consolidam regiam dicunt. *Consolida regia. Vires.*

Cuminum calefacit & siccat tertio recessu attenuat, digerit, resolvit: Sumptum & adhibitum flatus discutit, frigidos humores incidit, tumores pituitosos dissipat, venenis adversatur: contra colicum dolorem & Tympaniam prospere vsurpatur.

CAP. XXXIV.

De Caro.

TOTVS aromatariorum chorus Caron, sive Careum, vno consensu Carui vocitat, Athenæus Pastinacam majorem, cui viribus & vultu apprime respondet. Caule assurgit cubitali, & sæpe altiore, quadrangulari, geniculis quibusdam intercepto, intus cauo, foliis pastinacæ agrestis, vel dauci nigri, quem vulgus carottam nominat. Radix ei carnosa, gracilis tamen, oblonga, candida, interdum flavescens, sapore pastinacæ. Semen fœniculi modo in surculorum summitatibus multum, subnigricans & angulosum. Ab Arabibus vocatur Cardumeni, quod pro Cardamomo vsurpat Sylvius, sed eum deceptũ credunt Arabicæ linguæ peritiores.

Vires. Carvum tertio quodam modo recessu calefacit & siccat, vrinam movet, menstrua pellit, flatus discutit, stomachum roborat, coctionem juvat, vtiliter miscetur antidotis, & anisi vicem gerit. Ejus radix cocta pastinacæ modo manditur ex Dioscoride *cap. 66. lib. 3.*

CAP. XXXV.

De aliis quatuor seminibus calidis minoribus, & primum de Ammi.

AMMI Cumino tam affine est, vt quod in Æthiopia nascitur, pro Cumino habeatur. Semen notum est, inquit Dioscorides, & minutulum, multoque minus cumino. Quod videtur indicare ipsius appellatio; ἄμμι siquidem perpusillum & quasi arenaceum semen portendit; qua voce & tota planta designatur.

Duplici autem discrimine Ammi notatur: Vnum dicitur *Æthiopicum*, quod majus est & vulgare, foliisque constat latioribus.

Alterum minus, *tenuifolium*, nec adeo frequẽs. Prius caule sese erigit herbaceo, rotundoque, surculis multis & exiguis; folio oblongo, angusto, pluribus incisuris in ambitu diviso; muscario aneti proximo, parvulis floribus coronato, seminulis multis origanum spirantibus, cum acrimonia amaricantibus referto.

Ammi minori culmus brevis est, multis ramulis diremptus, folia oblonga, capillacea, sursum versus magis attenuata; flores vt priori, parvuli, albidi, in vmbellas coacti: semen oblongum, parvulum, & acre. A quibusdam pro Sisone vsurpatur: nam cum Sison, seu Sinon, secundum Dioscor. semen sit exiguum, in Syria natum, apio simile, nigrum, fervens, oblongum, ac ammi parvo simile, pro eo si non sumi, certe substitui potest.

Vires. Ammi gustu acre ac subamarum est; incidit, tenuat, calefacit, siccat, & digerit: vrinam & menses movet; inflationes & tormina discutit.

Creduntur mulieres facilius concipere, si post coitum ammi halitum odorentur.

CAP. XXXVI.

De Amomo.

NON modo inter exoticas stirpes, sed prorsus incognitas, Amomum numeratur: Nullus enim antiquorum illius effigiem, aut acuratam descriptionem dedit; & inter recentiores Clusius rei herbariæ studiosissimus, & amomi perquirendi dignoscendique avidissimus triplicem quidem illius iconem exhibuit, sed vix probabili cõjectura sciri potest, quænam illarum amomo vero respondeat: forsan nulla. Prior ico, vt ipse scribit, est ramuli cujusdam arboris odore & suavitate ei affinis, quæ caryophillos gerit, fructibus tamen & foliis rotundioribus & minoribus Secunda surculos Tithymali paralii non male refert. Tertia ramum brevem, granis cardamomo vtcunque similibus racematim onustum refert. Verum vt fatetur vir nobilis, difficile est statuere, quid sit verum amomum.

Amomum Dioscoridis. Ipsius quidem viribus, à Dioscoride, recensitis, optime respondet minutulum quoddam semen & oblongum, aromaticum, gustu suave & calefactorium, quod in officinis servatur, *Amomum Creticum* nuncupatum; verum ex quanam planta natum, non dicitur. *Amomum Creticum.* Hoc vt & alia multa simplicia rara in Pharmacopolio Paich. Bazoini, viri pietate & doctrina probatissimi sæpe vidi & gustavi, maxime vero amomum vulgare, quod verum si minime teneatur, illius tamen optimum est succedaneum, non Amomum Plinii fulgoris impatientissimum, quod Lutetiæ in vasis figulinis alitur, surculis rectis, copiosis, viridi cortice vestitis, foliis myrtheis, sed longioribus, floribus candidis, stellatis, quos sequuntur fructus alkekengi, modo tereres, crassi, ex rubro flavescentes, multo succo & semine turgidi. Galenus Amomo substituit acorum, licet illius nomenclatura Cardamomo magis cognatum protendat. *Amomum Plinii.*

Vires. Vim habet amomum calefaciendi, astringendi, & exsiccandi. Ejus decoctum jecori & renibus convenit, atque eos juvat, quos scorpius pius percussit.

CAP. XXXVII.

De Dauco.

DAVCVS tres sub se nominis ejusdem plantas differentes complectitur. Prima generis nomen retinens, absolute dicitur *daucus*, qui de Cretico intelligendus est; quique secundum Dioscoridem foliis fœniculo similis est, caule dodentrali, vmbella coriandri, flore albo, semine oblongo vt cumini, languine quadam albescente hirsuto, suavis odoris in mandendo; cujus potissimum celebratur vsus in *syrupo de Arthemisia*; aliis quoque medicamentis multis vtiliter permiscetur. *Species 1.*

Daucus hic non in sola Creta fruticat, sed in multis aliis regionibus, vt in Germania & Italia; & qui nunc emitur Venetiis, solum nomine tenus Cretensis est; nam ex alpibus & Genuensium tractu adfertur, nec ramen Cretico vlla in re cedit.

Secunda

2. Secunda dauci differentia apio similis est, sed acrimoniam quandam habet, halitum majorem, saporemque fervidiorem.

3. Tertia foliis est coriandri, floribus albis, coma & semine anethi, sed oblongiore & acri. Aliæ quædam stirpes daucis affines, pro daucis nonnunquam habentur: Sic Carotta à Theophrasto daucus appellatur; sic & pastinaca sylvestris & caucalis illius nomenclationem sæpe mutuantur.

Vires. Dauci semen medicis vsibus frequentissimum calefacit, siccat, aperit, incidit, vrinam & menstrua movet, & flatus discutit.

Monachi Monasterii rubei Zoniæ propè Bruxellam, teste Helmontio conqueruntur à Saxosa aqua se strophos & tormina pati, nisi semine Dauci cerevisius incocto, vtantur quotidiè. Quatenus odor seminis Dauci odorem saxatilem domet & comprimit.

De apio, cuius semen numeratur inter calida minora, *superius* egimus.

CAP. XXXVIII.

De eximiis aliquot floribus, ex quibus aquæ & olea trahuntur efficacissima, & primum de Rosis.

ROSA vix potest non esse omnibus nota, cum mire sit ferax, & in dumetis ac sepibus sponte nascatur. Ejus duo constituuntur genera, sylvestris vna, quæ *Cynorrhodon*, seu *rosa canina* vocatur, & altera hortensis, quæ absolute rosa dicitur. Cujus multæ sunt differentiæ, rubra, alba, pallida, seu ex albo rufescens, incarnata, lutea, cærulea, quæ in multis Italiæ locis nascitur, & moschata, quæ omnium vltima, nempe autumno floret.

Rosarum varietates.

Ex his mangonio & arte immutatis, multæ videntur aliæ varietates suboriri, sed trium præsertim vsus in medicina expetitur, albarum, rubrarum, pallidarum. Ex albis aquæ distillantur: Ex rubris, mel rosarum, conserva, oleum rosaceum, & syrupus de rosis siccis parantur: Ex pallidis syrupus rosarum laxativus.

Rosarum partes. In rosis multæ partes distinguuntur, flos, vnguis, capillamenta, granula, flosculi, calix, semen, lanugo. Flosculos capillamentis appensos, *Antheram* male nonnulli vocant, cum Anthera non sit medicamentum simplex, sed compositum, & ad otis affectus vsurpatum, vt constat ex Actuarii *cap. 7. lib. 6. meth. med.* Celsi *cap. 11. lib. 6.* Oribasio & Marcello.

Anthera quid.

Vires. Rosæ autem non omnes eandem habent facultatem: laxant enim pallidæ, astringunt rubræ, roborant albæ, vt & albæ communes & moschatæ: nam suavis omnium odor partes eas, quæ principatum tenent, vt & spiritus omnes, maxime vitales & animales recreat & reficit.

CAP. XXXIX.

De Nymphæa.

NYMPHEA, quâ à Nympha zelotypiæ stimulo erga Herculem, mortua natam Poetæ fabulantur, inter plantas aquarum alumnas maxime ad medicos vsus commendatur. Ejus duæ in officinis agnoscuntur differentiæ; vna major, quæ flores gerit candidos; altera minor, quæ luteos. Vtraque nascitur in stagnantibus aquis & plaudibus.

Species.

Major folia fert ampla, orbiculata, herbacea, caules graciles, longos, læves, & rotundos; flores candidos, lilio candore & magnitudine similes, in medio quid croceum continentes; radicem nigram, nodosam, longamque. A quibusdam *lilium aquaticum* vocatur, ab aliis *nenuphar*, à nonnullis *heraclea*.

Minor è limoso & aquoso etiam fundo prodit, junceis pediculis, trium sæpe cubitorum, quibus adnascitur flos luteus ac nitens, rosæ similitudine. Radix sub est alba, nodosa, aspera, subdulcis.

Vires. Nymphea insigniter refrigerat, Veneris insomnia compescit, semen immodice fluens retinet, idipsum extinguit potum & illitum, somnum conciliat, gonorrhœæ multum prodest, & Venerem in totum adimit, si diutius sumatur ejus decoctum vel conserva, aut syrupus ex floribus paratus.

CAP. XL.

De Lilio.

LILIVM à Græcorum nonnullis κρίνον, ab aliis, qui ex Junonis lacte natum credunt, *Junonia rosa* dictum, in coronamentis rosæ proximum est: Illius enim candor eximius, odor suavissimus, & elegantia formæ nobilitatem illustrant.

Planta est bulbosa, fœcundissima, quæ ex vna radice quinquagenos sæpe profert, & alit bulbos. Simplici caule sæpius assurgit bicubitali, & interdum tricubitali, comoso, foliis Satyrii, sed longioribus, foris striatis, ex herbaceo nitentibus, vt coronæ Imperiali, dictæ, quæ liliũ quoddam est: flore calathi effigie, resupinis per ambitum labris ex calicis fundo emicantib. aliquot apicibus, & velut staminibus luteis in extremitate tuberosis.

Flos ille patulus, latus & elegantissimus pedunculo tenui, languidoque adhærescens, hic vero surculo crasso & rigido, foliis vndiqnaque cincto, qui circa finem æstatis marcescit, & adveniente autumno radices ejus denuo pullulasunt.

Species. Sunt autẽ liliorũ genera multa; nã præter candidũ & cõmune, & sic absolute dicitur, aliud est candidũ Byzantinũ, à loco, vbi nascitur, nonnihil discriminis mutuatum; aliud cruentum quoddam luteum; aliud puniceum. Est & parvulum quoddam convalliũ, seu liliũ vernum dictum. Est & magnũ lilium Persicum, vulgo *coronæ Imperialis*, *Tusai* Barbaris nominatum: quibus adjunguntur, *hemerocallis Chalcedonica*, *Byzantina* & *martaga* multa, de quibus omnibus agere nostri non est nunc instituti.

Vires. Radix lilii candidi malactica est & anodyna, & vsus plurimi ad enematum decocta, & cataplasmata emollientia, & pus moventia conficienda. Ex floribus infusis paratur oleum ad eosdem vsus commendatum. Ex iisdem adhuc destillatis habetur aqua ad facies mulierũ erugandas, & niveo candore illustrãdas sumẽ expetita.

CAP. XLI.

De Croco.

IN ordinem florum eximiorum referimus plantæ cujusdam bulbosæ floré, aureo cruore niten-

nitentem, quem Medici *Crocum*, Galli Mauritanorum idioma secuti *Safranum* nominãt. Est autem bulbosa stirps, vivax & carnosa, folio augusto & gramineo, flore hermodactyli pratensis, purpureo & cruore aureo nitentibus filamentis, odoris intensi cum quadã acutie. Iuxta fontes & semitas læte fruticat, gaudetque calcari & atteri pedibus, pereundoque, inquunt, melius provenit.

Croc⁹ præstantiss. ubi nascatur.

In Coryco tamen *Cilicia* monte omnium præstantissimus nascitur. Frangrantius enim spirat, & colore plus aureo est. Vere viret, tota æstate sese in latum diducit, autumno leguntur, qui non tantum in medicos & culinarios trahuntur usus, sed aliosquoq; multos, in quibus aureus color desideratur.

Species.

Est vero crocus vel domesticus, cuius Dioscorides multas enumerat species; vel sylvestris, cuius Dodonæus adhuc plures describit, quas omnes brevitatis causa defero.

Vires.

Calefacit ordine secundo, primo siccat: eiusque moderatus usus cerebro prodest, sensus vegetiores reddit, somnium & torporem excitat, cor recreando lætitiam gignit, humores ad coctionẽ perducit, multiq; commodis beat illum, qui eo ipso prudenter uti scit. Ex eo parat oleum Mel. quod emplastri cõfectionem de ranis ingreditur. Ad alias quoque compositiones accedit, ut syrupum regis Saboris, & emplastr. Oxycroceum, quibus non modo calorem, sed etiam vires largitur eximias.

DE SIMPLICIBVS PVRGANTIBVS.

PRÆFATIO.

Absoluta libri huius prima sectione, in qua vulgaria quædam simplicia, quæ velut præparantia sunt, & passim in medicina facienda, medicamentisque componendis occurrunt, breviter, perspicue tamen explicavimus. Secundam nunc aggredimur, in qua multa cathartica seu humores alvum subducendo purgantia describuntur, quæ aliquando vel per se sola exhibentur, vel aliis compositionib⁹ in Officina nostra descriptis permiscentur. Ea autem magna ex parte peregrina sunt, & à regionibus barbaris mutuata, quæ ob id nonnisi arida, aut sacharo condita, ut siliquæ cassiæ teneriores, ad nos devehuntur. Eorum tamen aliquando semen delatum, & in solo pingvi, aprico, & soli expositio satum, germinat. Sed ob hyemis rigiditatem planta hinc nata raro adolescit, & vix unquam primigeniam retinet naturam. Medica igitur divinis augenda, & fœlicius hominum sanitatis conservandæ gratia, ab Indis & Arabibus multa mutuamur simplicia, quibus præsentissima morbis infinitis auxilia adferimus: Non tamen est adeo nostra ingrata tellus, quin optima quoque purgantia liberali manu suggerat, ut ex hac sectione demõstramus.

CAP. XLII.

De Rhabarbaro.

ÆTatis præteritæ multi Rhaponticum & Rhabarbarum idem esse putarunt, nec centaurium maius & Rhaponticum inter se dissentire: sicque de diversis trib⁹ plantis unicam effecerunt. Rhabarbarum autem vulgare, non esse Rhaponticum, manifeste convincit eius descriptio, à Dioscoride tradita; ut neq; etiam Rhaponticum ipsum esse centaurium maius, author ipse docet, qui diversis capitibus de utroque agit, diversamque faciem & virtutem agnoscit.

Rhabarbarũ nostrũ vulgare non esse rhaponticum, nec hoc cẽtauriũ maius.

Est vero *Rhabarbarum* vulgare sic dictum, quod sint insignis radix populi Barbari, seu Indici, vel provinciæ cuiusdã Barbaræ dictæ, ut Troglodyticę: forsan & à *Rha* fluvio Ponti nomẽ habet, ut de Rhapõtico probabili ratione scribitur. Sed cum *Rha* peregrino idiomate radicẽ designet, antonomasia quadam *rhabarbarũ*, seu *Rha*, quasi optima radix, ab Arabibus *Raved*, à Chinensibus *Ravam*, apud quos frequentissima est, optimaq; sæpius sine additione denotatur.

Rhabarbarũ unde dictum.

Maxime autem laudatur *Rheum*, quod ex Sinarum regione, ubi duntaxat uberrime, ac fere sponte provenit, adfertur in Indiã, in *Ormus*, in Persiam, Arabiam & Alexandriam: ex quibus regionib⁹, dum ad nos postea advehitur, Indicum, Arabicum, Antiochẽum, Turcicum quoque nuncupatur.

Rhabarb. optimum ubi nascatur.

Est vero rhabarbarum Hippolapathi rotũdi ac nostratis facie admodum simile. Radix est crassissima, rotũda, colore exterius subnigro ac rufescente, & interius ex rubro flavescente, & ad nucis moschatæ colorem internum accedente: & præterea cum maceratur, vel masticatur, croceo inficit colore.

Descriptio

Medicamentũ est cholagogũ, benignum, ac iecoris & ventriculi roborativum: Affectui dysenterico, cholerico, & ab aliis hepatis imbecillitate natis cõvenit conferq; plurimum.

Vires.

CAP. LXIII.

De cassia.

TRiplex cassiæ nomine stirps designatur: *cassia odorata*, quæ Theophrasto *encoron*, & forsan Virgilio *lavendula* dicitur; *cassia lignea*, seu *canella*, & *cassia nigra seu fistula*, aut siliquosa, quæ arbor procera est instar iuglandis, folia habens ei valde similia, ex pluribus composita. Ligni materies valde compacta, duraque est; cortex non valde crassus, & aliquantum flavescens.

Fructus siliquæ sunt, longæ, rotundæ, nigræ, exterius lignosæ, intus medulla multa, nigra, & multis seminibus rotundis & planis, quæ à se invicem membranis ligneis ac transversis dividuntur, prægnantes.

Antiquiores hanc vel non norũt, vel ignave neglexerunt. Arabes omnium primi cum illius salubrem usum essent experti, valde cõmendarunt.

Medulla casiæ plurimum humectat, caloręmmoderatũ temperat, alvũ lubricat, lenit, subducit, & clemẽter sine torminib⁹ fæces educit. Vtiliter datur pueris, senib⁹ & gravidis.

Cassia vires.

CAP. XLIV.

De Tamarindis.

TAMAR Arabum est idioma, quod dactylum seu palmulam notat, non quod arbor,

bor, in qua fructus hic nascitur, palmulæ sit congener, cum valde sit illi dissimilis; sed quod vulgato nomini & improprie usurpato aliud aptius dare Barbari non curarunt, à quibus *Tamarindi*, hoc est *dactyli India* vocantur.

Propter eorum aciditatem Græci ὀξυφοίνικα, id est, acidas palmulas nominant, aliquando & dactylos, sed minus recte, quod nullum ex digitis satis eleganter referant.

Arbor, in qua nascuntur Tamarindi, procera est, iuglandis, aut fraxini modo dura, cõpacta, multis cincta ramis, & foliis armata minutim incisis, palmi magnitudine. Fructus hi virent immaturi, & acidi sunt; maturi subcineritii, eorumq; tunc aciditas suavitate nõ caret.

Male vero putat Mesue, Garciæ iudicio, tamarindos esse fructus palmæ sylvestris Indicæ, cum in tota India palmæ non reperiantur, sed ex Arabia in Indiam advehantur: Excerpunturq; ex arbore aspectu pulcherrima, ramis brachiata multis, foliis umbrata pluribus, speciosis, filicis cuiusdam feminæ, *Helecho.* Hispanis *helecho* dictæ similibus, floribus coronata pulchellis, odoratis, candicantibus: post quorum occasum fructus emergunt initio virescentes, qui noctu sese foliis involvunt, frigoris vitandi causa, interdiu vero explicantur: Illa tamen foliorum inflexio singulis noctib⁹ etiam per inopiam fructium adesse solet, tuncq; arboris ramî foliis involvuntur.

Nomina. Vires. In Malavar tamarindi vocãtur *puli*, in Guzarate *ambili*, in Canarin *chincha*, in aliis regionibus aliam sæpe sumunt denominationem. Valent ad alvum blande subducendam, humores adustos leniendos, contemperandos, promovendos: tertio recessu refrigerant, siccant secundo.

CAP. XLV.

De Myrobalanis.

SI nomina rebus potius iuxta quam ultra naturam ipsarum debeant imponi, hi fructus Syriaci, Arabicive nulla ratione *myrobalani seu myrobalana*, dicendi sunt, cum non glãdium ideam referant, nec ungventi aut odoramenti fragrantiam redoleant, ut nominis etymon pollicetur.

Quod si Galenus & Dioscorides fructui cuipiam iuxta naturam eius myrobalani nomen dedernnt, tantum is à myrobalanis vulgaribus differt, quantum res inodora à fragrante, aut à glandibus pruna.

Myrobalani quid Recepta tamen potius longo usu, quam ratione myrobalanorum nomenclatura dicimus, eos omnes prunorum quædam genera esse, qui à tot diversis arboribus excerpũtur, quod cognominibus distingvuntur. Singulorum enim diversa figuræ & facultas illorum errorem demonstrant, qui in eadẽ arbore nasci, sed diversis temporibus colligi contendunt.

Species. Sunt vero quinq; numero, *flavi, Indici*, seu *nigri, Bellirici, Chebuli, & Emblici*, quorum magna pars in regno Cambayæ invenitur, & ab incolis singulorum nomina Garcias ab horto deprompsit, & paucis arbores & fructus singulos delineavit.

Citrini. Indici. Bellirici. Arare, inquit, seu myrobalanus *citrinus* rotundus est, & folia sorbi profert: *Rezanuale* seu niger, aut Indicus, octogonus est, & folia salicis habet: *Gotim* seu Bellitricus, foliis est lauri, sed pallidioribus & subcineritiis: *Chebuli.* *Arecca seu Chebuli* myrobalani magni sunt & rotũdi, oblongiores tamẽ, cum perfectum incrementum nacti sunt, folia pericis similia habent: *Anuale*, hoc est *emblici* folia habent minutim incisa & palmum longa. *Emblici.*

Sunt arbores singulæ magnitudine pruni; omnes sylvestres, sponte nascentes, & nuspiam domesticæ. Avicenna myrobalanos vocat *Delegi*: peculiariter vero flavos *axfar*: Indicos *ajuar*: Bellitricos *heleragi*: Chebulo *quebulgi*: Emblicos *Embelgi* vocant Arabes,

Vires. Singuli myrobalani peculiares habẽt dotes: Nam citrini seu flavi cholagogi sunt: Indi seu nigri melancholiam ducunt & exhilarant: Chebuli & Emblici phlegmagogi. Omnes autem clementer purgant astringẽdo, & ventriculum, cor & iecur roborant.

CAP. XLVI.

De Aloe.

ALOES nomine quædam herba percelebris ut & succus eius medicis usibus multum commendatus appellatur. Per os enim seu sumatur, seu adhibeatur exterius, salutares præstat effect⁹. Est vero aloe plãta vix, aut parum scyllę similis, ut quidam crediderunt; folia enim crassiora sunt, pingviora, latiora utrinq; aspera, crenata, retroversum repanda, spinulis aliquot retusis aculeata, lento tenacique succo turgida, foliorum sedi maioris modo: caulem erigit pedalem: flores multos, cãdidos & semẽ ut asphodeli. Radix singulari ac crassa, cuiusdã pali in terrã adacti effigie. *Aloes descriptio.*

Copiosissima provenit apud Indos, unde succus eius defertur, ut etiam ex Arabia & multis aliis regionibus calidis. *Ubi plurimum nascatur.*

Hæc sæpe biennium, & aliquando diuti⁹ pensillis in tabulatis, suo tenaci lentore vivit, incrementum capit, & nova folia promit; at solo demissa marcessit. Ob vivacem eius naturam (perpetuo enim viret) *sempervivum marinum* à quibusdam vocatur: nisi tamen à frigore, cuius est impatientissima, studiose conservetur, cito tabescit. *Sempervivum marinum.*

Porro tota aloes planta gravis est odoris, & saporis amarissimi, præsertimq; succus ei⁹, qui à quavis ipsius parte extractus bon⁹ est, & in medicina facienda usitatissimus.

Eius autem concreti liquoris duæ differẽtiæ ad nos advehũtur; una arenosa & sordib⁹ conspurcata, q̃ veterinariis, seu equis medicãdis dicata est, & *caballina* vocatur; alia hepatis modo coacta, unde *hepatica vel succotrina*, quasi succo-citrina, quod eius pulvis citrinus sit, dicitur; aut ut quidã volũt, *Socotorina*, quod ex Socotrina insula deferatur præstantissima. *Aloe caballina.* *Succotrina.*

Laudatur russa, pingvis nitida, friabilis, iecoris modo coacta, facile liquescens: improbatur nigra, dura, arenosa, & impura.

Aloe calida est ordine primo, sicca tertio

Admo-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 135 sur 955

Admota dẽsat, stringit, exsiccat, vulnera glutinat, uti patet supersius pag. 16. sumpta aperit, meatus reserat, menses & hæmorrhoidas stimulat ac movet, ventriculum roborat, alvum subducit, humores bilioſos ac pituitoſos purgat, ventris tineas ac lumbricos necat & expellit, infarctus tollit, putredinem arcet, & cadavera diu absq; corruptela conservat.

[*Aloën parant magni quidam viri (ut inquit Heurnius) ita ut omnem noxam exuat hoc modo: Cum Syrius æstivo solstitio flagrat, pulveri Aloes remiscent serum lactis, dum pultis characterem trahat, soli exponunt, dum indurescat: eum in pulverem comminuunt, & succum Endiviæ affundunt, denuoq; siccant, tandem in pellinem vertunt, ac Rosarum Persicarum succo imbuunt. & sæpius eandem historiam peragunt, ultimò siccatam in usum reponunt.* Hieron. Fabricius ab Aquapend. *Aloem suam Rosatam, cujus præparationem vivens occultam esse voluit, hunc in modum adornavit, ut videri licet in peculiari tractatu* Ioh. Iohannis Amos. Dedelii *Patavii edito: Aloe sumitur Soccotorina, ʒ. gr. lib. 1. quæ in tenuem pollinem redacta, & per cribrum setosum cribrata, cum tanta succi Rosar. incarnatarum, quas Officinæ Zebedenas appellant portione in catino vitreato miscetur, ut miscella liquida Cremori pisanæ similis suboriatur. Inde rariore cribro setoso, pro pulvere, muscis, & reliquis hujusmodi arcendis contecta, & singulis diebus frequenter ligno in orbem agitata, æstivo soli tam diu exponitur, donec visolis crassescat, ad mellis spissitudinem veniat. Subinde novus Rosarum succus additur, iterumq; insolatur, agitatur, quousq; crassescat, ut prius. Quod toties reiteratur, donec Aloe sexdecim Rosarum partes receperit, quod duorum vel triũ mensium spacio succedit: postea, quando justam consistentiam nanciscitur, in vesica conservatur ad solem. Conjunge* Sennertum in Instit. *ubi Aloen primum iteratis infusionibus cum aq. Endiviæ, Borrag. & Rosar. in Extractum redigendam, & postea cum succo Rosar. ad quotiesinpragnandam esse statuit. Similiter ferè processus est* [illegible] *in Pyrotechnia lib. 2. cap. 9 misi quod præter succum Rosarum addat etiam succum cichorei, buglossæ, borraginis, calendulæ, primulæ veris, &c. Exquisitior extrahendi modus in Aloes Essentia conficienda talis est: ℞ Aloes Soccotorinæ ℔. j. tere & affunde aq. Ros. vel succi convenientis duplum, digere per diem, ut fiat solutio vulgaris, quam decanta & coque paulatim ad tertiæ partis casum, repone in frigido, pars purissima, subtilior & formalior Aloes innatabit crassiori massa subsidente, quæ eodem modo soluta & digesta essentiam, Tincturamve suam deponit, ut per inclinationem cum priori liquore decantari, effundi & separari possit, relicto post se fecibus. Iam affusos humores cum separaveris leni super cinere exhalatione, defæcatam & sinceram consequeris Aloes Essentiam, ex quæ ad quotidianum usum egregium concinnabis pharmacum, si convenienti doſi Scammonii resinam & gum. Ammon. Myrrhæ & Croci Extractum adjunxeris, inq; massam duriusculã, pilulis formandis aptam, coegeris, cujus doſis à ʒ ß. ad ʒ j.]*

Conser lib. 16. part. 2. de aloes præp. Quercet.

Iuxta Heurnium

Iuxta Aquapendẽtem.

Iuxta Sennertum.

Extractũ Aloes.

CAP. XLVII.

De Senna.

VT omnia Medicinæ præcepta statim in artem redacta non fuerunt, sic nec omnia medicamenta cognita, aut in usum adhibita: nam prioris seculi Medicis ignota fuit senna, Persis *Abalzemer* dicta, qua nullũ medicamentum purgãs frequentius, usitatius, utilius. Est vero plãta siliquosa, è regionibus orientalib⁹ ad nos primũ advecta, collũteæ admodum similis, cujus tamen folia ad myrrhi maioris effigiẽ accedunt. Flores ex alarum sinu erumpunt lutei, tenuibus pediculis appensi, quibus succedunt folliculi oblongi, plani, compressi, in curvi, seminibus parvis, fuscis, compressis, gygartis similibus, gravidati.

Abalzemer. *Descriptio.*

Radices eius medicis usibus inutiles sunt, longæ ac tenues, atq; plus min⁹ pro stirpis ætate; quæ cũ sit frigoris impatiens, in plagis septemtrionalib⁹ vix quadrimestre vivit, atque etiã in Italia raro ultra autumnũ perdurat.

Huius duæ statuuntur differentiæ; una dicitur sylvestris, cujus folia minora sunt, rotundiora, ac min⁹ utilia; altera domestica, cujus ea ipsa majora sunt, acutiora & meliora.

Species.

Non autem senna adeo calefacit, ut plerique aut umãt cum vix gradũ caloris primum excedat, & circa finem secundi siccet, aut initio tertii. Purgat vero blande pituitoſos humores, ut crassos & melancholicos, simulq; terget, digerit, & à cerebro, pulmone, liene, hepate, ventriculo & mensenterio lentos humores, nec non bilem ustam expurgat. Proinde morbis dictarum partium ab eiusmodi succis proficiscentibus medetur.

Vires.

Datur & in forma pulveris, cum scilicet electuariis admiscetur, ut *electuario diabalzemer & catholiconi*, & infusa ac decocta, ut cum ex ea syrupus de pomis fit purgatorius, vel apozemata quædam solutiva parantur: quia vero flatus & tormina solet excitare, dum coquitur, simul *anisum*, aut *coriandrum, vel fœniculum* ad discutiendos flatus permiscetur.

CAP. XLVIII.

De radice mechoacan.

EX provincia Mechoacan radix quædam eiusdem nominis, crassa, per taleolas secta & exsiccata, ad nos ab hinc paucis annis adferri cœpit. Radix, inquã, peregrina, purgatoria, ex pallido candicans, & valde crassa, ex qua rami multi, longi, imbecilli, qui nisi quodam nitantur fulcro, in terram spargũtur. Ad perticas vero accedentes scandunt, & multiplici eas nexu amplexantur, bryoniæ ritu, cui valde est vultu limilis, sed viribus⁹ dissidens; nam *bryonia* acris est & calida multũ; *Mechoacan* fere insipida, nec ullius acrimoniæ particeps. Bryoniæ folia lata sunt quinquangularia, & ad vitium similitudinẽ divisa, sed asperiora, hirsutiora, & albiora: flores parvi, candidi, racemosi, & uvarum ritu congregati. Mechoacanæ vero folia ampla quidẽ sunt, sed tenuia, atro virentia, & altera tantum parte mucronata, non ut bryoniæ angulosa: fructus multi, racematim cohærentes, coriandri magnitudine, autumno matureſcentes. Deligenda radix albicans, ac recens.

Differẽtia inter bryoniam & Mechoacã.

A nonnullis *rhabarbarum album* vocatur, ab aliis *scammonium Americanum*, in officinis radix *mechoacana*, quæ valde candida, aut nigra, aut carioſa improbatur. Mechoaca Lusit. Batata de purga, Brasilianis Iiticucu dict. a

Quænam mechoacana improbetur.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 136 sur 955

De *bryonia* alias vide Freitag. Aurot. p. 358.

Vires. Calefacit tantum primo gradu, siccat secũdo. Pituitam ac serosos humores sine molestia purgat, nec partes ut reliqua purgantia debilitat, sed roborat. Cum vino melius, quam cum alio liquore solvitur, daturq; tuto senibus & pueris: tussi veteri, colico dolori & venereæ lui plurimum convenit.

CAP. XLIX.

De Lalappa.

INcognita fuit veteribus. De usu & dosi cõsentiunt Schröd. Freitag. & ferè omnes. Andam sc. esse à ℈ß. *ad* ℥ß. Veram autem historiã Ialappæ exponit Gregor: Horstius l. 3 epistol. medicin. Est autem nihil aliud (docẽte Clossæo) quã Mirabilis Peruviana **Schweitzer-Rosen**, cuius radix inodora in diebus canicularibus effoditur, tessulatim inciditur, inq; loco umbroso siccatur. Vis eius purgãs resultit in resina, unde paratur Magisterium excellens. Ad quatuor autem scrupulos dare ipsam Ialappam in substantia cum gr. 6. Diagridii nollem ego. Pergat Thonerus p. 79. Protegant superi miseros ægros à tam sævo medicamine. Magisterii dat totum ℈ß. cum gr. 6. Ef. Scam. & ℥ *vj.* & tamar. Nollẽ ego.

CAP. L.

De Agarico.

FUNGI vel terreni sunt, *boleti, & Campiniones* vulgo dicti, proxime & statim è terra exeuntes: vel arborei, truncis nempe arborũ adnati: vix enim ulla senescens arbor datur, cui non adnascatur fungus, vel rugosus & nigricans, ut in quercubus & juglandibus: vel crassus, durus & albicans, ut in betula; vel albus plen⁹, mollis & friabilis, ut *agaricum*, quod

Agaricũ. *Resina.* *Larigna.* *Manna.* *Laricea.* præstantissimum ex larice excerpitur. Hæc enim arbor triplex excremento nobilitatur, resina Larigna, quę omnib⁹ aliis humidior est, omnisq; expers acrimoniæ, & male à terebinthina à quibusdam vendit*ur*. *Manna* quadam laxativa, quæ ex effractis illius surculis colligitur, & *agarico*, truncо illius arboris iam antiquæ adnoto.

Larix. Est vero larix arbor conifera, eximiæ proceritatis, caudice assurgẽs recto, cortice crasso, infrequentes rima dehiscente, foliis circa ramulos multis, ab uno tuberculo numerosis, simul cohærentibus, brevioribus, mollioribus, & tenuioribus, quam pini, nec aculeatis, sed retusis. Coni admodum parvi sunt, cupressinis fere similes.

Agaricum optimum quod. Laudatur autem agaricum, quod ex larice decerpitur, cuius est velut apostema: præstãtissimum vero album, rarum, friabile, primo gustatu dulce, mox amarum & stypticum. A Democrito *medicamentum familiæ* vocatur.

Vbi nascatur. Nascitur in Galacia & Cicilia, sed præstantissimum in Agaria Sarmatiæ regione, à qua nomẽ. Nunc habemus optimum ex Delphinatu Galliæ provincia, & multis Italiæ regionib⁹, in quib⁹ larices proceræ ac copiosę proveniunt, quarum truncis agaricũ adnascitur; unde radicem esse minime credendum est, ut apud Dioscoridem & Galenum comperio.

Vires. Calefacit primo gradu, siccat secundo: pituitã purgat, obstructa liberat, attenuat, tergit, flatus dissipat, & omnibus morbis ab humoribus crassis, lentis, & frigidis opitulatur.

CAP. LI.

De Polypodio.

POLYPODIUM sic dicitur, quod eius radice prodeant nodi multi, & cirrhi polyporum piscium ritu. Vocatur & *Dendropteris*, seu arborum filix, quod arboribus increscat, & aliquando lapidibus umbrosis, muscosis, & muris quibusdam humidioribus.

Herba est sine caule, flore, semine, radiceque tota constat, & foliis tantum filicis maris similibus, sed minoribus, parte aversa fuluis maculis conspersa. Radix illi longa & hirsutata est, minimi digiti crassitudine, per obliquũ repens, & multis quasi verrucis exasperata, intus porracea & virescens, ut pistaciũ. Sapor admodum dulcis est, subamarus, & aliquantum aromaticus, sed lingvam ignave feriens.

Vires. Neutiquam vero tertio recessu calefacere ut asseruit Mesue, sensus indicat, siccare secundo credibile est. Præterea humores crassos, lentos, & viscidos terget, digerit, & siccat: bilem atram & pituitam lentam educit, etiam ab articulis, si largiore copia sumatur. Longissimam coctionem sustinet, & raro solum datur, sed aliis commistum purgantibus, quæ illius purgatoriam vim, alioquin multũ imbecillam augent. Si jus galli veteris aut decoctum *betæ, vel malvæ* illius vim summopere juvat. Admotũ quoq; quibusdam affectib⁹ prodest, ut Dioscorides *cap. 188. lib. 4.* scribit.

CAP. LII.

De carthamo.

VT *carthami* nomenclatura quid purgatorium, sic *cnici* quid spinosum dicit. Est enim carthamus planta, & ventris subductoria & carduorum cognata, caule bicubitali & sæpe altiore assurgens, recto, duro, admodũ ligno & superne ramoso. Oblõga ei folia sunt, in medio & prope surculos lata, in fastigio acuminata, in ambitu aculeata.

Descriptio. E surculorum extremitatib⁹ erumpũt, capitula rotunda, olivæ magnitudine, & sæpe majora, multis squammulis spinosis obvallata, è quibus staminei ac crocei flores exeunt, adeo crocum referentes, ut nonnisi à perspicacissimis discernãtur: hinc venia quadã plebecula digna, q̃ crocum sylvestrẽ appellitat.

Succedunt semina oblonga, lævia, alba, anguloſa, splendentia, seminum floris Solis peruviani effigie quorum cortex admodũ dur⁹ medulla candida, pingvis, subdulcis. Carthamus à Seplasiariis sæpe *Crocus sylvestris*, à *Species.* Medicis *cnicum* sæpius nominatur: cuius duo *Cnicum.* agnoscuntur genera; sativum unum quod carthamus vulgaris est; alterum sylvestre, cujus adhuc duas Theophrastus differẽtias tradit, *cap. 4. lib. 6.* unam recto caule, quo priscæ mulieres pro colu utebãtur, & Rullio *cap. 155. lib. 3.* attractilis est, & carthamus sylvestris, alteram humiliorem, torosiorem, hirsutiorem,

humi

humi pene ſerpentem, quæ in officinis carduus benedictus eſt, de quo poſtea.

Semen carthami inter medicamenta purgantia locum habet; ei⁹ enim medulla phlegmagoga & per ſe ſumpta, vel aliis mixta medicamentis humores frigidos & lętos expurgat; non vero calefacere tertio receſſu ſenſ⁹ judicat contra Galenum.

Cap. LIII.

De Ebulo.

EBul⁹ adeo ſambuco, foliis, muſcario, flore & fructus ſimilis, ut magnitudine ſola differre videantur: unde Dioſcorides utrũque ſambuci nomine indigitat, unum ſambucum maiorem, ſeu arborem, alterũ ſambucum minorem, ſeu *chamæactem* nominans.

Sambucus

Sambucus in arborem aſſurgit ſępe proceram, virgis arundinum ritu cavis, medulloſis, rotundis, primum viridibus, deinde ceritiis, lignoſis & duris folio juglandis, ſed graveolente, & puribus inciſuris per ambitũ ſerrato, floribus multis, parvulis, albis in umbellam elegantem diſpoſitis, quos baccę conſequuntur ſanguineo cruore turgentes: ſambucus ſylveſtrium prima germinat, & noviſſima foliis nudatur.

Chamæacte vero ſeu Ebulus herboſior eſt, & humilior, ut cui⁹ caudex lignoſus non eſt, nec perpetuus ſed quotannis tabeſcit & foliis commoritur. Vberrime fruticat in locis udis, & pinguibus, præſertim incultis: foliis per inter valla binis, amplis ex pluribus compactis, per ambitum ſerratis: floſculis in umbella numeroſis. candidis, odoratis, nec fœtidis: poſtea fructibus, ut ſambuci, parvis rotundis, nigris, ſucco multo & granulis prægnantibus. Radices ei craſſæ, longę, carnoſę. Ex fructibus autumno maturis ſecernuntur acinuli ſeu parva ſemina, & in offic. ſervãtur.

Vires.

Ebuli radices, ut & ſeminula, vim habent hydragogam, eamque validam & aperientẽ, ob id non tantum hydropi, ſed aliis quoque morbis ab humore ſeroſo natis utilem.

Cap. LIV.

De Eſula.

Species.

INter herbas lactarias Tithymalorum genere ſeptem numerantur, quibus eſulæ multum ſunt congeneres, & veluti ſpecies. Omnes enim plantæ lactariæ ſunt, ac moleſte ac torminoſe pituitam urgant. Eſula tamen multorum ruſticorum conſuetum eſt, & familiare rhabarbarum, cuius uſu nonnulli ſæpe cõvaleſcunt, & intereunt multi.

Alſebran.

Dicitur vero *Eſula* vel *caula*, Arabibus *Alſebran*, Dioſcoridi *peplus*, in officinis *eſula rotunda*, quod orbic lata conſtet coma. Naſcitur in vinetis, ſepium marginibus, & pluribus locis incultis.

Peplo ſeu eſulæ cognata eſt alia planta, *peplis & peplium* à Dioſcoride, & à nonnullis *plantago aquatica* dicta, quæ vires habet eaſdẽ, potius tamen venit in uſum peplus, ſeu eſula, præſertim rotunda & minor; nã maior, quæ folius & floribus eſt Tithymali, raro uſupatur.

Eſula calida eſt, acris, ulcerans, & cum violentia humorem pituitoſum educens. Subſtãtia enim tenui cõſtat ignea, acri, incidente, tenuante, fundẽte, aperiẽte & ſiccãte. Prętor pituitã & aquas trahit atrã bilẽ etiã à jũcturis.

Caſtigatur illius feritas infuſione in aceto facta, ut in officina *cap.* 8. *lib.* 2. docuimus, vel cardiacorum & roborantium admiſtione.

Vires.

Cap. LV.

De Hermodactylo.

HErmodactylus & *ephemerum colchicum*, bulboſæ ſunt plantę vultu affines, ſed viribus diſſimiles: nam *ephemerum* dicitur ſtrãgulatorium, quod una die ſuffocatu interficiat, nec multum purgando alvum ducat; *hermodactylus* nullum aſſumẽti periculũ adferat, & pituitam rite etiam à junctũris expurget.

Differẽtia inter ephemerũ colchicum & hermodactylum.

Eſt aliud *ephemerum noſtras*, quod nonnulli *bulbum agreſtem & crocum pratenſem* nominant, cui folia terna aut quaterna ſunt, oblonga, ut cumque lata, lævia, pingvia: flores colore & forma croco ſimiles, eodemque tempore, nempe Autumno exeuntes: radix bulbo ſimilis. In pratis naſcitur & locis humidioribus. Magno errore à quibuſdam ignaris pro hermodactylo uſurpatur: is enim exſiccatus flaccidus eſt, vietus & minime purgatorius, nec perniciosus, ut colchicus, qui unà ſtrangulat. At vero hermodactylus officinarum peregrinus eſt, non flaccidus, ut noſtras, ſed durus, compactus, & qui levi contuſione in farinaceum pulverem abit, ſumptuſque humorem è partibus remotis, ut junctũris educit. Eſt ergo ephemerum quoddam lethale & ſtrangulatorium, ut colchicum; aliud nõ ſtrangulatorium, idque tutum, ut Syriacum, quod in pharmacopoliis hermodactyli nomen habet.

Ephemerũ noſtræ.

Ephemerũ triplex.

Hermodactylus officinarum.

Hermodactylus calefacit, ſiccatq; initio ſecundi ordinis, cum humiditate tamen quadam excrẽmentia, flatulenta, nauſeabunda, qua ventriculo adverſatur, maxime dum humores à medicamento commoti, in illum cõfluunt. Pituitam lentam, ac alios humores viſcidos etiam ab articulis efficaciter trahit: ob id chiragræ, podagræ, & omnib⁹ junctura-rũ dolorib⁹ ab eodẽ humore natis conducit.

Vires.

Cap. LVI.

De Turpeto.

NVlla eſt tam anceps & controverſa, atque ea, que de Turbith fertur, enarratio: Meſue lactariam, ferulaceamq; herbam nominat: Serapio radicem Tripolii exiſtimat: Actuarius modo pityuſæ radicem eſſe putat, modo Alypum Dioſcoridis, præſertim cum albicat. Nonnulli credunt eſſe radicem Tapſiæ; alii Scammoniæ Antiochenæ; ſed Garcias ab horto plantãab his diverſam mordic⁹ tenet: Nam *planta eſt*, inquit, *radice neq; magna neq; longa, caule hederæ modo per terram extenſo, digiti craſſitie, & aliquando craſſiore, duos palmos & aliquando plures longo. Folia gerit althææ, ut etiam flores, eoſque candidos, & nonnunquam rubentes, nec colorem ter in die mutantes, ſicut tripolium, ut ridicule multi crediderunt.*

De Turbith varia opinio.

Non eſt vero totum Turbith gummoſum, ſed pars caulis tantum radici proxima, eaque utilior: reliqua pars gracilior eſt, ac comoſior, quam ut eſſe poſſit utilis.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 138 sur 955

Herba terribilis. Pituitam duntaxat purgat, non atram bilem, ut alypum, quod a quibusdam herba terribilis vocatur: eius enim folia, flores, semina purgationes terribiles commovent. Ob similem vim agendi, aut paulo mitiorem, fortassis *Turbith*, quasi turbatorium dictum est, *Turbith.* Arabibus *Terbith*, qua voce phlegmagoga valentiora nominant.

Turbith igitur Garciæ, nec radix est Alypi, nec Tripolii, nec Scammoniæ, nec Tapsiæ, ut neque plāta lactaria, aut ferulacea; nec si gūmosa, optima, nec domestica, ut asserit Mesue. Vtut sit, nulla est officina, in qua Turbith optimum, & his notis insignitum, quas illi tribuit Mesue, non invenantur; cuius viribus & illud respondet, quod aliis lineis à Garcia depingitur, Arab. *Caritamion* dictum.

Quod nā Turbith optimum. Quid autem sit verum Turbith, adhuc ambigitur. Laudatur, quod subalbum est, aut ceritium fractu facile, ac recens, nam vetus imbecillum est, & viscera conturbans.

Vires. Calidum est ordine tertio: purgat trahendo mediocriter: correctam pituitam crassā, lentam, & putrem à ventriculo, thorace & remotis partibus, etiam juncturis educit.

CAP. LVII.

De Scammonio.

SCammonii nomine succus plantæ cujusdam concretus, & planta ipsa intelligitur: quibusdam tamen magis proprie hæc *Scammonia*, ille *Scammonium* dici videtur. *Scammoniæ planta* Est vero planta lactaria, volvulosa, scansoria, lævis, smilacis modo, cui foliis, flore, facie, valde similis est, sed radice non parum dissimilis, quę in smilace tenuis est, in scammonio crassa, prælōga, intus candida, odore gravis, & multo succo prægnās; ex eaq; tenues & viticulosi surculi prodeunt, qui vicinos frutices conscendūt, amplexātur, & se implicāt: folia ei lata & acuminata sunt instar ariari, sed minora: flores albidi cōcavi, calathi figura. Nascitur uberi⁹ in pingvi solo, præsertim in Antiochia & Syria.

Scammoniæ succus quomodo extrahendus. Ex ipsius radice, Scammonium vulgo dictum, seu liquor colligitur pluribus modis; primo resecatur caput radicis, dein cultro excavatur, ut in spatium concameratum succ⁹ confluat, qui postea vasis idoneis excipitur. *Secundo*, terra foditur juxta radicem, ut concamerato sinu scrobs relinquatur, inquam, subiectis juglāndiū foliis profunditur succ⁹, qui concret⁹ extrahitur. *Tertio*, radix omnino evulsa inciditur, lac inde profluens siccatur & in offas quasdā formatur, & servatur. *Quarto*, ex foliis & caulib⁹ tritis succus extrahitur, siccatur, cogitur, & servatur; sed nigrum est, aut ex nigro virescens eductū hoc modo po-

Scammonium Antiochenum optimum. stremo Scammonium & omnium pessimum. Prestantissimū, quod ex incisa radice supernè exudat, & maxime quod ex Antiochia defertur, dein Armeniū; Europeū omnino pravū.

Quib⁹ notis dignoscatur Scammoniū optimum. Vt vero sit optimum, debet esse nitidum, splendidum, clarum gummi modo, subalbū, rarum, fungosum, tenuissimis fistulis spongiosum, cito liquescens, tenerum, friabile, non valde ponderosum, nec odoris tetri, licet non suavis, sed pprii, & taurino glutini simillimū. Ab his notis, quod longe recedit, pessimum. *Vires.*

Scammonium omne valenter, cum labore atque molestia movet alvum: bilem flavam & serosos humores, tenues & acres purgat, & si paulo largiore copia sumatur, intestina abradit, viscera jædit, venarum ora aperit erodit, sanguinē sæpe per inferiora ducit, dysenteriam excitat, cor, hepar, & reliqua viscera conturbat, & ventriculum subvertit. Calidum & siccum est tertio recessu. *Scammonij nocumenta.*

Illius effera vis castigatur admixta *aloe*: Melius vero si in malo citonio excauto, uti veteres docuerunt, clibano, aut prunis decoquatur, pasta undique circumlita, præsertim additis quibusdam seminibus, ut *apii*, *fœniculi*, *dauci*: usitatior tamen correctio sit ex solo *citonio*, vel *succo rosarum*. *Scammonij correctio.*

Castigatum, ut decet, Scammonium, *Dacrydium*, quasi lachrymula dicitur, & in Officinis, corrupto vocabulo *diagridium*. Nimis recens efferum est, antiquatum imbecillum & torminosum; movet enim, non promovet; Bimum bonum. *Cur Dacrydium dictum.*

CAP. LVIII.

De Elleboro.

ELleborus, seu helleborus albus est aut niger. Albi duæ sunt differentiæ, major & minor. Major folia gerit plantaginis, vel potius gentianæ similia, sed majora, magisque venosa, striata, & velut plicas habentia. Caulis ei rectus & longus, plures species proferēs, è quibus flosculi candidi emergunt: radix ceposa, crassa & candida, cui multæ fibræ adhærescūt. Calefacit & siccat tertio gradu: varios humores, sed maxime pituitosos ducit: idq; cum molestia: vomitū excitat sumptus, & ejus pulvis naribus admotus sternutamētum movet. Est & *elleborine*, seu *elleborus humilis albus*, ei vultu multum similis, quem omci- *Elleborine.* næ non servant. *Species albi.*

Niger vero quadruplex est, unus dicitur *verus*, alius *pseudoelleborus*, seu *elleborus niger falsus* hortensis; tertius est elleborus Dioscoridis, seu *Consiligo*: Quartus est *elleborus falsus sylvestris*. Adduntur à nonnullis elleborus niger *ferulaceus*, & *elleboraster* maximus. *Species nigri.*

Prior folia edit lata, plana ex plurib⁹ combinata, lævia, duriuscula, veluti lauri, per ambitum serrata: flores à cespite prodeunt lati, paruli, primum albidi, postea aliquātum purpurascentes, è quorum decidentium meditullio enascuntur siliquæ breves, exiguo semine prægnātes. Radix subest multiplex, in fibras, seu radiculas plures nigras disterminata. Floret circa solstitium hybernum, & in mediis nivibus. *Elleborus niger verus.*

Elleborus hic præ omnib⁹ aliis in usum medicum venit, semperq; usurpandus, cum absolute & simpliciter *ellebori* vox delignatur, Latinis *veratrū*, arabibus *cherbachen* nominatur. *Cherbachē*

Purgat humorem melancholicum: Prodest insanientibus, maniacis, hypochondriacis, quartanariis, & omnibus morbis, quod atra bilis, vel humor melancholic⁹ procreat, periculosus est autem sanis, pueris, & imbecillioribus. *Vires nigri veri.*

CAP.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 139 sur 955

CAP. LIX.
De *Colocynthide.*

Landbel. COlocynthis cucurbita quędam ſylveſtris eſt, ſic Græcis & Latinis dicta, Arabibus *Landbel, ac plantarum nex*. Perſis *fel terræ*, ut quæ ſuo amarore reliquas ſtirpes ſuperet & ſua vicinia veneni modo, inquit Meſ. inficiat. Repit autem per terram cucurbitę ſativæ ritu, & foliis multum ſimilibus, amplis, lanuginoſis, ſarmentis longis, humi ſerpentibus; floribꝰ ex luteo pallęſcentibus, quibus nonnulli cito marceſcunt, nec ullius fructus prodromi; aſſi poma ſuppeditant rotunda, mediocris pilę forma, conglomerata, vehementer amara, fungoſa, medulla intus candida, & ſeminibus cucumeris ſimilia, gravidata, primum colore herbacea, & ubi ad perfectam magnitudinem aut Autumnum pervenerunt pallida; ſemper vero amariſſima & ſtirpibus infenſiſſima, quæ tantum ob ejus viciniam intereũt, ſed & terra vicina afficitur, & quaſi aduſta videtur, Meſue referente, qui de Colocynthide multa ſcribit, quæ tanquam parum momentanea minime referenda putavi.

Vires. Calefacit & ſiccat ordine tertio: pituitã & alios humores craſſos ab omnibus partib. etiam remotis, ut cerebro, nervis, muſculis & articulis attrahit. Bilẽ quoq; purgat, & ſummopere colico dolori, apoplexiæ, vertigini, epilepſiæ, aſthmati, & aliis affectibus multis, quibꝰ clementiora medicamẽta nihil profuerũt, ſæpe medetur feliciſſime, qui plura volet legat Meſuem *cap. 4. lib. 2. de ſimpl. med. purgant.*

Cucumer aſininus Angvinus Eſt alius cucumer ſylveſtris, ſeu erraticus in Officinis, modo *aſininus*, modo *angvinus* dictus, foliis, ſurculis, floribus à ſuperiore non multum diſcrepans, ſed fructu longe alienꝰ. Non enim poma, ut ille, rotunda profert ſpõgioſa & alba, ſed glandes oblongas, è glauco vireſcentes, quæ magnitudinem adeptæ, perfectam, digitorum levi contrectatu, leviter, citoque ſubſiliunt.

Elaterium Ex his ſuccus elicitus & coactus elaterium eſt, de quo alibi.

CAP. LX.
De *Mezereo & Chamelæa.*

OScitanter nimis multi Mezereon, Thymelean, Chamelæam, & chameleonem nigrum confundunt. *Thymelæa* quidẽ & *Chamelæa* cognatæ ſunt naturæ & effigie ſtirpes, diſſident tamen inter ſe cõab utraq; *Chameleon niger*: Illæ enim frutices ſunt, & ſurculos edunt tenues, rigidos, ligneos, folia admodum parva, ut mali granatæ: hic vero ex carduorũ cenſu eſt, foliaque gerit ſcolymi, ſed minora, tenuiora & ſpinoſa, cujuque radici venenatã qualitatem tribuit Galenus.

Mezereon Eſt vero Mezereon planta quoq; venenata, ſic Arabibus, quaſi viduifica, ſeu viduas faciens, aut vitam rapiẽs, aut leo terræ dicta, cujꝰ ſtirps elevatur ſuper terram circiter cubitos duos, inquit Meſ. & folia ejus ſunt ſimilia foliis olivæ, ſed majora, granaque profert myrthi ſimilia.

Quænã autẽ ſit hæc planta, ab his, qui commentarios in Meſ. ediderunt, ignoratur: videtur tamẽ Chameleæ quædam eſſe ſpecies, atq; ea potiſſimũ, quę Tricoccos, quæ ſcilicet tria grana ſimul cohærẽtia gerit, appellatur.

Nam ut in multis plantarũ generibꝰ, quędã amicæ ſatis & familiares noſtræ ſunt naturæ, aliæ pernicioſæ, ſic in Chamælearum ſocietate, quarum una effera eſt, & malignæ cujuſdã qualitatis particeps, Mezereon, ſeu Almezerion nuncupata, alia melior & minꝰ formidoloſa, quæ tuto ſæpe medicũ venit in uſum.

Chamelæa Olivella. Dicitur vero Chamelæa, quaſi parva olea, quod ſit oleæ non multum diſſimilis: Eſtque frutex ſurculoſus, ramis tenuibus, & cubitalibus & ſæpe longioribus, foliis olivæ, ſed minoribꝰ, amaris, acribus, mordacibuſq;, lingvã ferientib. & ulceranꝫibus. Fructus ei parvus, rotundus, initio viridis, poſt rubẽs. Tota plãta acris eſt & urentis facultatis. Folia ex Dioſcoride, pituitam, bilemque detrahũt, præſertim in catapotiis ſumpta: Sic enim utilius uſurpantur. *Vires.*

CAP. LXI.
De *Thymelæa.*

THymelæa, à nonnullis *Cneorum* & *Cneſtrõ* male dicta, frutex eſt, in quo naſcitur *coctum gnidium*, ramos emittens ſpecioſos, tenues, bicubitales, foliis chameleæ, ſed anguſtioribus, & admodum glutinoſis; ac pingvibꝰ floribus in virgaeum ſummitatibus albidis, & interdum rubentibus, puſillis, frequentibus, quos conſequuntur grana quædam parva: *gnidia* vocant, primum viridia, dein exflavo rubentia rotunda, baccarum ritu, nucleis exterius nigris, intus albidis.

Thymelæa facultas. Thymelæa tota, & maxime folia & fructꝰ vim habent aerem, calefactoriam & ventrẽ: quare cum a ceto optime præparantur. Folia circa canem colligenda, in umbra ſiccanda, in uſum ſervanda: ea, ut & fructus, pituitã purgant, aqueos & ſeroſos humores.

CAP. LXII.
De *laureola.*

IN ſylvis multis naſcitur ſponte ſylveſtris alia planta, tribus his nuper deſcriptis minus facie, quam facultate cognata, quæ in multorum hortis alitur, & à foliorũ pulchritudine *Eupatalon Laureola.* ab eorundem cum lauro ſimilitudine laureola, & chamedaphne vocatur.

Naſcitur in locis nemoroſis, incultis, montoſis & aſperis, ut in multis Galliæ locis opacis & umbroſis.

Abs radice multos ſcrupulos profert; craſſiuſculos, obſequioſos, craſſo cortice veſtitos; folia oblonga, lata, carnoſa, lævia, ex viridi nigricantia, ſplendẽtia, laurinis ſimilia, ſed minora & molliora, & plurima circa ſurculorum faſtigia; floſculos oblongos, cavos, e virore candicantes, ſub foliis adnatos, fructus tandẽ ſeu baccas nigras nucl. duro prægnãtes.

Vires. Laurea go ſeu laureola pituitam ac ſeroſos humores per inferiora ducit: Ob id capitis dolori ab iiſdem ſuccis nato, hydropi & omnibus affectibus conducit, qui à ſeroſo humore proficiſcuntur, non temere tamen ſumenda, & à docto Medico præſcripta; efferã enim qualitatem habet, qua viſcera & partes internas lædit.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 140 sur 955

Cap. LXIII.

De Ricino.

RIcinus sic dicitur à similitudine parvi ac fœdi cuiusdam animalis, bovino generi infestissimi, quod illius semẽ refert. *Cici* quoque *croton, lupa, myrasola, kerva, palma Christi*, Nomina. & Arabice *Albemesuch* vocatur.

Herba est arborem figura & facie repræsentans; nam eius folia platani vel ficus æmula sunt, ampla, ac lata, divisa, angulosa; caudicem ac ramos arundinum modo cõcavos: flores moscosos & pallentes: fructus capitulis triquetris & racematim coherentes & maculosos, exterius cortice aspero & echinato vestitos; medulla plenos candida & pingvi; ex qua tusa & torculari commissa oleum exprimitur, non tantum lucernis, sed aliis usib⁹ expetitum. Nam alvum purgare, & alvi lumbricos enecare asseruit Dioscorides. Valet quoq; scabici, capitis ulceribus & uteri suffocationibus curandis.

Ricinum calefacere & siccare secundo recessu, & vim purgatoriam habere, certũ est. Vires. Eius grana viginti, aut plus, minusve, pro sumentis ætate & vigore, mundata, trita & pota, bilem & aquas per alvum dejiciunt.

Est & Ricinus Americanus, cuius semina Grana Dilliæ vulgo dicte vehementer purpant, superius & inferius cum periculosa faucium inflammatione.

Lusitanis, notante Mussaphia, Pinhoes de Brasil. h. e. nuclei pinus brasilionis Grana Dilli vocantur. Mirum, si pellicula intermedia quæ granum in partes dissecat, & duplicata conspicitur, integrè adimatur, innoxiè prædicta grana ceu nostrates amygdalæ comeduntur. Observatum est in diversis plantis Americanis naturam adjunxisse esculentis venenum: Sic Mandioca ingens radix, quæ in farinam molitur ad incolarum cittidianam alimoniam, infunditur recens in aqua, quæ pota statim interficit bibentem. Castanea Caja cruda si mandatur urit lingvã, fauces: assa cibus gratissimus est. *Hæc ille doctissimus* Sed obstat Piso p. 83. quod Mund⁹ guacu-Pinhaes do Brasil. in Histor. Natur. Brasil.

Sed impropriè Grana Dilli vocantur. *Maracot* enim, flos passionis Christi propriè Granadilla dicitur, teste Petro de Cieza part. 1. hist. Peruv. cap. 28. Penticulatius descriptã hanc plantam vidi in Flora *Ferrarii* diligentissimi, l. 2. p. 190. imo magis penitus in horto Farnesiano *Aldini* p. 49.

Cap. LXIV.

De Brassica marina, seu Soldanella.

Species. 1. BRassica marina, Officinis Soldanella dicta, duas sub se plantas multum inter se differentes complectitur, quarum prior vulgari satis est similis effigie, sed perdiso in & quotannis germinans, nova profert folia: vocatur Brassica multiflora & monospermos.

Alia multum dissimilis, quæ ex convolvulorum familia creditur, ob vultum congenerem: eaq; semen profert mucagineum, nigrum, duriusculum, anguloſum, quod vim habet hydragogam, & sumptum hydropicis multum adfert utilitatis, licet stomacho inimicum, Dioscor. Opportune tamen datum, & aliis mixtum, quæ interanea roborant, sine violentia aquas ducit, utiliterq; admiscetur Hydragogo eximio à nobis descripto. Vires.

Alia multa simplicia purgatoria facultate nobilitata tellus nostra promit, ut frangulã & rhamnum, spinam cervi dictam, quæ huc congerere nolui, quod vel raro usurpentur, vel nostras compositiones minime ingrediantur.

Ad purgantia spectant alia, de quibus ob affinitatem passim dictum & dicetur. De *Manna* quidem cap. 7. de *Asaro* cap. 143. de *Epithymo* cap. 22. de *Elaterio* cap. 269 de *Euphorbio* cap. 261. Exponendum appendicis loco de *Bryonia, Cataputia, Gratiola, Spina Cervi, Staphisagr. & Gummi Gutt.* Bryonia utero summe utilis est, ut & colicæ passioni, huic quidem externè, illi interne. Confert quoque Hydropicis. Purgat n. valide serosos & pituitosos humores unde splenis obstructiones tollit. Radicis dosis in substantia est Drach. j. in infuso Vnc. Sem. præparatur tamen prius ut radices hellebori. Paratur inde fœcula satis usitata, & alia. *Cataputia* ad Tithymatos spectat. Grana purgant vehementer serosos atque bilioſos humores per vomitũ & fecessum, dosis bacc. vj. ad XII. *Gratiolæ* folia purgant aquosos, lentos, bilioſosq; humores à Drach. j. ad Dr. Sem. *Spina cervi* constituit syrupum nobilissimum pro purgandis pueris lib. 1. part. 2. Baccæ sumuntur à XV. ad XX. Pulvis aridarum baccarum sumitur à Drachm. j. ad Drachm. j. Sem. *Semen Staphisagriæ* potenter purgat non sine violentia à Gr. 12. ad 15. *Gummi vero gutta* lib. 1. & lib. 3. epistol. medic. exponit Gr. Horstius satis fusè. Vocatur (inquit Freitagius) Gummi de Goa, Gummi Guttæ, Gummi gild & gemou, gummi Indicum, gummi Peruvianum, gutta Gemau, Gemu, Gutta gamandra, Girtagemu, indigenis Sinarum, Chattacemou, cartagaume, succus Gambici, succus Grambici. Monardo ob insignem ad podagricos affect⁹ ex serosis humoribus utilitatem Gummi ad Podagram. Dosis gr. V. ad gr. XII. cum cass. lign.

Est præterea Herba *Provechosa* (inquit Doct. Mussaphia) seu Benedicta, diceres eam Senæ folia habere, sed crassiora, qua American & ab eis edocti Hispani ad ventrem exoneran dum post convivia, inter mutua colloquia, quin etiam ad tempus fallendum, ad servandam valetudinem frequenter utuntur.

Cap.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 141 sur 955

CAPUT LXV.

DE CALEFACIENTIBVS EXOTICIS.

India medicamentū quam Medicū beatior multas mirandæ virtutis ſtirpes occultat, quas politioris vitæ & peritioris vitæ & perſuaſoris literaturæ Medici mendicant, ut his felicius medeantur morbis qui herbarum noſtratium vires aſpernantur. Ex diverſis autem eius Orientalis, Occidentalisve partibus diverſæ enumerantur plantæ aromaticæ, cardiacæ & calefacientes. Ex quibus eas tantum explicandas ſuſcepi, quæ compoſitiones in Officinis noſtris deſcriptas ingrediuntur. Ab his autem, quæ cum exceſſu calefaciunt, inutium duco, deinde quæ minus, poſtea quæ inter calefacientia & refrigerantia ambigunt ut potius temperata, & à quibuſdam calefacientia, ab aliis refrigerantia dicantur, paucis deſcribo.

De Zinzibere.

ZInziber ſeu gingiber planta eſt à Barbaris mutuata, & ſic nominata, iridi aquaticæ ſimilis, ſed foliis magis nigricantibus. Radix illius repit geniculatis internodiis, folia arundinacea proferens, quæ bis, terve in anno revireſcunt. Naſcitur in multis Indiæ regionibus, ſemine, aut radice ſatum. Optimum cenſetur, quod ex Malvar Calecut, & Arab. Troglotidic. defertur, ubi frequentiſſimum eſt, & cura multa colitur, alioquin minime bonum.

Zinziber optimum unde ad nos defertur.

Cum eruitur, internodium radicis in ſcrobe defoſſo relinqui ſolet ad plantæ perennitatē; Terra namque operta anno ſequenti germinat, & radices alias, ac folia nova profert. Tenella radix in taleolas ſecta, cum aceto, oleo & ſale in acetariis ſuaviter editur; Ad nos tamen non niſi ſiccā advehitur, aut ſacharoin china condita; nulla enim arte poteſt in noſtro ſolo cicurari. Quid vero ſit diſcriminis inter *zinziber, zedoariam, & zerumbet*, mox aperietur.

Calefacit zinziber ordine tertio. Coctionem juvat, & ventriculum roborat imbecillum: eius tamen uſus ſolito nunc eſt infrequentior, nec ita condimentis admiſcetur, fereque tantum ad quorundam medicamentorum caſtigationem uſurpatur.

CAP. LXVI.

De Zerumbet.

ZErumbet, ſive Zurumbet, zedoariā & zinziber, plātæ ſunt peregrinæ & cognatæ, ſedvix cognitæ omnibus omnes. Nam ex Arabibus Serapio *cap. 172. lib. de ſimpl.* ex authoritate Iſaac, zerumbet zedoariā eſſe ſcribit: deinde ex authoritate ſua aſſerit, *zerumbet* ardices eſſe rotundas ariſtolochię ſimiles, colore & ſapore zinziberis. Et albi *cap. 271. ejuſd. libr.* ſcribit, arborem eſſe magnam in montibus Indiarum Orientalium.

Avicenna *lib. 2. tract. 2. cap. 247.* ait, Zerūbet eſſe lignum cypero ſimile. Nonnulli putant eſſe, Arnabo, cuius meminit Paulus Ægin. *cap. 3. lib. 6.* falluntur tamen, nam Arnabo multorum opinione, arbor procera eſt, ſuaviſſime fragrans, vel, ut aliis placet, planta quædam nunc illo nomine incognita. *Arnabo quid.*

Zerūbet vero graminacea ſtirps eſt, quæ partim ſeritur in provincia Malvar, partim ſponte provenit in locis quibuſdam ſyluoſis hujuſce regionis, ibique zinziber ſylveſtre vocatur, *Garcias.* Ejus ſiquidem vultus, ut & radices, cum zinzibere magnam habent affinitatem: in zurumbet tamen omnia maiora; nam folia longiora ſunt & latiora, & radices craſſiores; quæ erutæ conciduntur & ſiccantur, deinde in Perſiam & Arabiam devehuntur, unde poſt in Europam. *Quid zerumbei, quomodo à zinzibere diffenirat.*

Zerumbet inopia, zedoaria rotunda poni recte poteſt, nam utraque planta ut nominis, ſic virtutis, & forſan generis ejuſdem non male putatur, non ſecus, quam cyperus longus & rotundus.

Commendatur plurimum zerumbet adverſus venena, & ad cor exhilarandum, atq; ad partes interiores roborandas, & conſervandas. *Virtus.*

CAP. LXVII.

De Zedoaria.

NOmine Zador, zeduar, geiduar & zaduræ, vulgaris officinarum zedoaria intelligenda eſt, quam Meſue radicem rotundam eſſe ſcribit, quæque zinziberis faciem refert: odoratior tamen eſt, ut cumque amara, nec adeo, ut zinziber, acris & calida. *Differentia inter zedoariā & zinziber.*

Devehitur è Sinarum regione, & ab extremis Indiæ finibus. Affinis eſt zerumbetho, ſed vulgatior & notior; verum utraq; planta Europeis integra fere inviſa.

Cypero zedoariam ſimilem eſſe ſcripſit Avicennas, alii cuſto, de quo poſtea: omnia vero aromatica, & virib⁹, quam vultu ſimiliora.

Calefacit, ſiccatque zedoaria ordine ſecūdo, flatus diſcutit, animalium venenatorum morſibus medetur, colicis doloribus opitulatur, alvi tineas enecat, & antidotis optime miſcetur, V. Freitag. *Virtus.*

CAP. LXVIII.

De Galanga.

GAlangæ duæ agnoſcuntur differentiæ, major & minor; utraque in eodem ſolo perveniens: ſed minor, quæ odoratior eſt, lætius & uberiꝰ in Sinarum regione fruticat. Maior in *Iava* & *Malabar*: Eſtque duorum cubitorum alta, & ſæpe amplior, præſertim in pingvi ſolo ſata. *Species.*

Folia ei longa ſunt duorum fere cubitorū, ſuperne multū, inferne minꝰ virentia. Caulis ex eorundem involucris veſtitur, ut in Orchidum generibus videtur: flos candidꝰ & inodoratus: ſemen parvum: radix iuxta Caput craſſa, bulboſa & arundinis modo nodoſa. In reliquis partibꝰ zinziberi admodum ſimilis, ſimiliterque propagatur, radice nempe, non ſemine: ſataque mirum in modum luxuriat, ac ſoboleſcit: Iridi tamen videtur ſimilior, non modo radice, ſed foliis & facie. *1. Maior.*

Minor galanga palmos tantū duos alta eſt, foliis myrrheis, radice nodoſa & ultro ſæpius naſcens:

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 142 sur 955

nascens. Male nonnulli calamum aromaticum, & acorum cum galanga confundunt. Chynenses & Malabarenses frequentes utũtur galanga in cibis & medicamentis.

Vires. Calefacit & siccat ordine tertio: ventriculum roborat, & colicos dolores sanat, flatus discutit, & frigidis omnibus morbis succurrit. Seligenda vero minor, ut præstantior, Stomachica est, cephalica & uterina.

Cap. LXIX.

De Acoro.

Acor⁹ radix odora est, gẽiculata, iridi multũ similis, sed foliis longioribus & angustioribus, nec non caule renuiore & longiore. Ipsius quoque radices tenuiores sunt, oblique juxta terræ superficiem proserpentes, foris & intus albicantes, & gustu acres cum quadam amaritudine.

Turpiter errant, qui Galangam utramque, zinziber & acorum non discrepare contendunt; nec excusandi, qui calamum aromaticum & acorum indistincte usurpant, & ambas stirpes unicam esse credunt: non parum enim inter se distãt, ut ex singularum descriptione patet. Adde, quod Europa tantum acorum profert, nunquã aut raro, & quasi invita calamum aromaticum; India calamum aromaticum nunquam, aut ægre acorum.

Virei. Reponitur acorus, ex mente Galeni, inter ea quæ tertio recessu calefaciunt & siccant.

Cap. LXX.

De Calamo aromatico.

Calamus aromaticus planta est Indica, & arundinacea, cui⁹ scilicet caulis instar calami aut tubi cavus est, assulatim fractu facilis, nam percussu cito in assulas dissilit.

Calamus aromatic⁹ quomodo ab acoro distet. Ab acoro non parũ distat, nec similiter inter radices connumerantur, sed potius inter furculos ligneos, concavos, geniculatos, arundinis modo intus albidos, exterius fulvos, odore fragrantissimo, sapore cum acrimonia non exigua amaro, & in mandendo admodũ glutinoso.

Ex India sola devehitur, & pro eo radix quędam, & rei alterius, quam calami veri & aromatici, quem Hippoc. myrepsicum, hoc est, unguentarium ab odoris suavitate nominat, in Officinis multis venditur, quam rei herbariæ peritiores *calamum officinarum*, nonnulli *Cyperum Babylonicum* nominat, qui nunc alitur, ut & aliæ plantæ rarissimæ in horto celeberrimæ scholæ Medicorum Parisiens. Ioan. Robini Regii Botanici industria & labore; antiquorum tamen calamus aromaticus & ver⁹ non est, hic enim acrior & calidior perhibetur, & folia habet strictiora, magis iuncea, & admodum triangula, vulgaris latiora, & fere iriina. Sed cum facie & facultate alteri alteri non parum sit affinis, pro exotico nostras, seu pro raro vulgatis r[illegible] substituetur.

Vires. Calefacit & siccat ordine se[illegible]ndo, le inter astringit; parum ac[illegible]r est, & partium quarundam tenuitate me[illegible]t aperit, menses movet, spiritus recreat, [illegible] co[illegible]rem juvat nativum.

Prodest in He[illegible]patis obstructionibus, lienis oppilationibus, mensium suppressionibus & dolore quoque colico.

Cap. LXXI.

De Costo.

Costvs planta peregrina est, à veteribus quidem celebrata, sed suis lineamentis non satis accurate signata, ac descripta: unde vera illius dignotio perfecte nondum recentioribus patuit. Omnes quidem uno ore radicem esse pronunciant, sed ex quanã stirpe, & an ex una tantum, vel diversis, nullus adhuc indubitanter asserit.

Quod si antiquis fides non denegetur (ut certe in his potissimum, quæ probe norunt, celebrarunt, & longo comprobarunt usu, no nisi denegabitur injuste) tria costi genera agnoscemus, *Arabicum, Indicum & Syriacum.*

Arabicus candidus est, levis & odoris suavitate cæteris præstans, recens abunde plenus, densus non carios⁹. *Species.*

Indicus levis quidem, sed niger & amaricans *Syriacus* flavescens, tuberosus, gustu acer, odoratus, ac suaviter fragrans. Arabes vero tantum eius duo genera constituunt, amarũ & dulce: credit tamen Clusius genus costi duntaxat unicũ esse, nec nisi collatione quadam cum amariore, vel acriore costo dulcem nominari: quam saporis diversitatẽ in plantis omnib. agnoscimus quotidie, quæ recentes dulciores sunt ac suaviores: vetustiores, teredinib. erosæ & corruptæ, acriores, amariores, & insuaviores. *Costus amarus & dulcis.*

Costus autem usibus medicis nunc receptus & vulgaris, radix est fere zinziberis effigie, intus albida, lævis, parum gravis, exterius è pallido flavescens, subamara suavissime fragrans, ac sæpe tam odorata, maxime cum adhuc recens est, ut importune caput feriat. Nascitur in multis Indiæ tractibus, ut in Guzarate, & circa Amadabar urbem istius regionis percelebrem. Græci & Latini Arabum nomenclaturam retinuerunt, omnesque uno ore *Cost*, aut *Costum* efferunt: *Cost⁹ vulgaris.*

In Pharmacopoliis nonnulli pro costo radicem quandam aromaticam plantæ nunc vulgaris usurpant, quę è Seseleon genere deprompta videtur: ad Æthiopicũ enim Matthiolo dictũ proxime accedit radice, foliis, caule, magnitudine, facie, viribus. A quibusdam *pseudocostus*, ab aliis *Costus Belgarum*, ab aliis *Costus officinarum* solet appellari. Qui hunc pro vero substituere verebitur, angelicam illi sumere licebit.

Vires. Costus cum subamarus sit, modice astringit; & quia acer, calefacit insigniter, suaque odoris eximii gratia, cor & spiritus reficit & exhilarat. Hinc fit Oleũ costinum, quod spinę inunctũ febrilẽ rigorẽ mitigat. Hinc notæ illæ Pilulæ Mündereri Marocostinæ, de quibus parte II.

Cap. LXXII.

De Been utroque.

Been vel Been, *ex Rhas. part. 135. de nomin. Arab.* vox est Arabica, arborem quãdã in Æthiopia nascentem, & tamarisci similem designãs, cuius granum dicitur *Abelban*, ex quo oleũ manat, *muscillinum* dictum; Qua voce ipsa

ipſa etiam planta inſignitur: Nam Been ſecũdum Rhaſim *capite* 145. *lib.* 21. & Arabes Muſcillinum dicitur. Quænam vero ſit illa planta, dilucidius non explicat, ut nec etiam Avicenna, qui dum 85. *tract.* 1. *libr.* 2. quærit, quid ſit Ben reſpondet ipſe, fruſta lignea, aut radices eſſe contractas, & incitate habẽtes rugas ſeu lineationes, ac duplici ſub ſpecie contentas, quarũ una alba eſt altera rubra; utraq; calida & ſicca in gradu ſecundo. Alibi tamẽ *tract.* 2. *lib. de medic. cord.* utrumque Ben ſiccũ primo receſſu ſcripſit, & rubeum albo calidius eſſe: contrariũ tamen videmus in iſtis duabus radicibus, in officinis Ben nomine celebratis; nam quæ albicat, calidiſſima eſt & aciter fauces & lingvam ferit: rubra id ſolũmodo præſtat langvide & ignave.

Abeban. Oleum Muſcillinum. Opinio Auicennæ de Been.

Opinio Serapionis.

Serapio plantam utramq; non clarius depingit: *Ben, ait, ſpecies ſunt duæ & ambæ magnitudine radicis paſtinacæ parvæ & quadam tortuoſæ. Deferuntur ab Armenia: Odor earum bonus & ambæ viſcidæ, calidæ, humidæ.*

Cum igitur Arabes antiqui de planta indigena ſolum nomine tenus conveniant, quid ſi noſtrates in ea deſcribẽda, aut obmuteſcãt, aut pauca quædam & probabilia tantum enũtient. Nullis ſane Pharmacopoliis non cognitæ ſunt duæ radices, quæ paſſim Been nomine albi & rubri celebrantur: Illa tamen dignotio penes tantum ſuperficiem eſt, nec dũ veram quis ipſius effigiem dedit.

Virtutes.

Ex Arabum autem ſententia Ben corborat, corpus impingvat, ſemen auget, confert tremori, & alia multa commoda præſtat, quæ vix in noſtro vulgari albo agnoſcunrur. Ob id Sylvius radicẽ Eryngii ſubſtituit, ego angelicam noſtratem vel Hiſpanicam prætulerim, ut magis cardiacam, aut tormentillam.

Subſtitutum.

Polemonium.

Sunt, qui polemonium vpinentur Ben albũ eſſe, & biſtortam, rubrum, ſed leviori coniectura, quam ut pluribus ſit opus improbare. Ex nucleis Been exprimitur oleũ quod nũquã fit rancidum, unde Gall illi utuntur ad faciẽda balſama & olea ſuaveolentia Iaſmini, roſar. &c. Alii putant idem poſſe Ol. ex nucleis ceraſ. Heurn.

CAP. LXXIII.

De Scecachul.

Nomina.

SCECACHVL varie nominari ab Arabibus, comperio, ut *lochachium, lichimum*, habet *alithimium*, apud quos illius ſemen, ſeu potius granum *Culcul* dicitur, & folium inquiunt, eſt ſimile folio *Albena*, ſeu *Iulben*. Hæc liquidem vocabula apud Serapionem & authorem Pãdectarum videntur confundi, & pro *Scecachul* uſurpari, ſecundum quos planta eſt, brevicaulis, venoſæ & nodoſæ radicis, è cuius ſingulis geniculis folia emergunt balſami, Serapio dicit *baſat*, ſimilia.

In illius ſummitate circa veris initium flores erumpunt violacei, violis tamẽ maiores, nec ſimiles, quorum occaſũ ſequuntur grana nigra ciceris magnitudine, humiditate dulci ſatura, quæ grana *culcul* barbara gens nominat. Rhaſis tamen ſuo idiomate Kilkil mavult appellare, cuius qualitates recenſet *lib.* 23. calidumq; & humidum ſecundo receſſu tenet: Serapio in utraque qualitate tantũ primo. Ambo autem plurimum valere ad rẽ veneream excitandam ſcribunt; auget enim ſemen, erectionem veretri facit, & ad congreſſum pigros alacres reddit. Naſcitur Scecachul, ſeu Secacul, in locis umbroſis, atq; iuxta radices arborum.

Culcul.

Kilkil.

Virtus.

Neq; autem radices, neque grana Secacul ad nos deferuntur: Et cum planta prorſus exotica & herbariis recentiorib, incognita deſumantur, à formulis remediorum debent expungi. Abſurdum enim eſt à Barbaris ea mendicare, quibus facile carere poſſumus, vel forſan ipſi carent, cum illorum nullus adhuc Secacul accurate deſcripſerit, aut ad nos mitti curarit, vel ſaltem venale in ſuis emporiis, perinde ac reliqua ſimplicia rariora oſtẽderit.

Cum rebus Venereis inſerviat, quoties dicta planta opus erit, vel *ſatyrium* præſcribendum, aut iam præſcriptum augendum, aut *piſtacia*, aut *nucleis pinei*, aut *ornithogloſſum*, aut alia, quę illius, quę ludibria movent, ſubſtituenda.

Virtus.

CAP. LXXIIII.

De Cinnamomo.

QVID ſit cinnamomum, vix ſcitur ex antiquis, qui de eo multa ſomniarunt: nec dum ex recentioribus innotuiſſet, niſi illius natale ſolum peragraſſent, ut Garcias ab horto, qui id ipſum vidit in multis Indiæ orientalis regionibus, ut in Zeilan, ubi laudatiſſimũ provenit & in Malabar.

Cais Maz. Darchini.

Illius autem dignotioni magnam attulit obſcuritatẽ multiplex, qua deſignatur, apud nos & barbaram gentem, appellatio: Nam in Malayo *Cais manis*, hoc eſt, dulce lignum vocatur: In Ormus *Darchini*, quo nomine etiam à Perſis & Arabibus enuntiatur. Apud nos vero modo *Caſſia & Caſia*, modo *canella* modo *cynnamomum*, quaſi Chynæ amomum, vel potius *amomum* ex Chyna delatum vocatur; unde tot diverſæ plantæ, quod nomenclaturæ ſunt reputatæ.

Caſſia Cinnamomum.

Caſſiam & Cinnamomũ eſſe idem.

Revera tamen, ſi Garciæ fides adhibenda, ut certe tanquam teſti oculato & fidiſſimo narratori debetur, *Caſſia, cinnamomum & canella*, unũ & idẽ ſunt medicamentũ: Nec cinnamomi genera par ſunt duo⁹, unum, quod in Zeilan; alterum, quod in *Malabar & Iaca* naſcitur. Pro bonitatis quidem gradu quinque eius diverſitates ab authoribus recenſentur, ſed genere tantum duplici diſtinctæ.

Canella. Salihacha

Canella autem craſſior, xylocaſſia eſt, ſeu caſſia lignea durior & craſſior: Arabibus, Perſis & Indis *Salihacha* dicta. Quæ magis odorata eſt, fragrantior, & tenuior, cinnamomum eſt verũ, quod lignum odoratum portendit, ex eodemque arbuto habetur atque canella, ſed hæc ex trunco, cui⁹ cortex craſſiſſim⁹ eſt, illud ex ramis excerpitur. Quod videtur innuere Theophraſtus, dum cinnamomum in multas partes deſcerpſit, quarum quæ radici propinquæ ſunt, deteriores & minus odoratæ, quæ in ſupremo ſunt arbuto, odoratiſſimę & præſtantiſſimæ; quæ in medio mediæ.

Matthiol⁹ negat eſſe idem.

Diſplicet tamẽ Matthiolo hæc Theophraſti &

sti & aliorum opinio, qui cassiam & cinnamomum idem esse scripterunt, fatetur quidem cassiã & canellam non differre, sed ab utraq; cinnamomum non tantum distingvi, sed nec inveniri. Et si inveniatur, non illius corticẽ, sed lignum solummodo odoratissimum, & in usum venire medicum.

Bona tamen illius venia, cinnamomũ nunc habemus præstantissimum; nec differt à canella, seu cassia odorata, nisi quodam accidente, ut gradu bonitatis. Atque eo modo accipiendæ sunt cinnamomi varietates, à Dioscoride numeratæ. Est q; eorũ optima ratio, qui asserunt, canellã seu xylocassiam esse crassissimum & extimũ corticem, cinnamomũ interiorẽ, tenuiorem, odoratiorem, præstantiorem, & ad usus multo commodiorem.

Quomodo differant.

Tempore Galeni cinnamomum adeo rarũ erat, ut soli Imperatores haberent, & curiose servarent in scriniis, sed huius aromatis præstantia effecit, ut ad nos è regionibus peregrinis adveheretur copiosissimum & præstantissimum.

Arbor canellæ.

Est autem canellæ seu cinnamomi arbor sylvestris, ac sponte nascens, magnitudine oleæ, ramis multis, ac rectis foliis citri colore, lauri effigie, floribus candidis, fructu nigro & rotundo, olivarum parvarum magnitudine. In Zeilan frequentes sunt hæ arbores.

Vires.

Eius eximia virtus in cortice est; excalefacit, concoquit, menses & partum accelerat; & mire cor recreat.

Est altera *canella Peruana*, illi vultu similis, cuius odor, sapor, & virtus non in cortice, ut in Indica orientali, sed in fructu tantũ deprehenduntur, ut ex Nicolao Monardo refert Clusius *cap. 25. lib. simpl.*

CAP. LXXV.

De *nuce moschata, maci & macere.*

Moschocaryon.

EX India defertur eximia quædam nux aromatica, quæ ab odoris suavitate Moschocaryon, Moschocarydion, caryon aromaticum & nux myristica seu ungventaria & moschata vocitatur. Excerpitur ex arbore peregrina pyri magnitudine, foliis persicæ sed brevioribus, roseo flore, odore peramœno.

Arbor nucis moschatæ.

Arbos hæc veteribus, præsertim Græcis, fuit incognita. Nascitur in insula *Banda*, ubi *Palla* & Macis *Bunapalla* nominantur.

Huius autem arboris fructus, propter odoris suavitatem, moschatus dict⁹, etiamsi moschũ non oleat, duplici putamine vestitur; altero externo & crassissimo, quod per maturitatem dehiscit, ut in iuglandibus; altero tenuiore, quod nucleum, seu nucem proxime ambit, quodque rubescens, ac eleganti facie se dat in conspectum, ubi cortex exterior dehiscit, & parvulus remanet.

Macis

Istud vero tenuius involucrum & rubeum macis est, quod etiam lexsiccata nuce dehiscit, & per calorem immutato tandẽ rubore, colorem quoddammodo aureum acquirit. Est ergo macis *membrana tenuis ex rubro flavescens, quæ nucem aromatitem, seu moschatam contegit & amplectitur.*

Macis quid.

Porro macis & macer inter se discrepant, nã macis est involutũ nucis aromatitis, ut dictũ est; macer vero *ligni cuiusdam cortex crassus, flavescens, seu cum Plinio rubeus, ex Barbaria allatus, gustu valde amarus & adstringens.* Ex qua autem arbore, neque ex veterum, neque ex recentiorum lectione certo scitur: unde maceris quoque cognitionem incertam credimus.

Macer quid.

Nux moschata probatur recens gravis, pingvis, & quæ acu puncta succum mox reddit oleosum.

Nucis moschatæ notæ.

Eius vires, ut etiam macis cerebro, roborando ventriculo, & coctioni iuvandæ plurimum commendantur.

Vires.

CAP. LXXVI.

De *Piperibus.*

Species.

MVLTÆ plantæ multum inter se dissimiles piperis nomine donantur, ut piper album, nigrum, longum, Calecutianum, ceu Capsicum, & piper aquaticum seu Persicaria. nec defuerunt, qui viticem seu agnum castũ & ribes nigrum piper agreste vocarunt: Sed cum absolute piper ponitur, Garcias rogat Pharmacopœos, ut album tanquam præstantius selegant, nostrates tamen forsan albi penuria nigrum sumunt.

Plãta autem, quę piper fert album, ab ea, quę nigrum, tam parum dissidet, ut eadem esse dicatur. Vtraque scansilis est, atque adeo imbecillis & caduca, ut nisi fulcro quodam nitatur, ad terram illius sarmenta flexilia & lenta delabũtur, lupuli vel periclymeni modo. Proptrerea vel perticis fulcitur, vel seritur ad radices arboris, ad cuius fastigium fese convolvendo scandit. Folia eius rara sunt, Assyriæ mali effigie, sed minora: radix pusilla: fructus parvi rotundi, & simul multi ac racematim cohærentes.

Piper omne potenter calefacit, atque potentius album nigro, & odoratius. Sed ut planta rarissima est, sic rarissimus fructus. Est & piper quoddã caudatum, de quo suo loco.

Vires.

Planta vero, quæ longum piper edit, non minus effigie quam qualitate ei, quę nigrum, convenit, referente Clusio, cõtra Garciam, qui stirpes valde dissidentes asseruit, nam folia utriusque magnitudine æqualia, hederacea nempe, sed nervosiora & pediculo breviore subnixa. Huius plantæ fructus Iulos Coryli perbelle referunt; ex plantæ singulis internodiis prodeunt, atque ex oppositæ pediculi foliorum parte, ut in aliis piperibus: fructus illi ex multis granulis constanti, eleganti serie secundum pediculi longitudinem congestis. Virides autẽ sunt, quia ante maturitatẽ collecti, & nunc longiores, nũc breviores aut crassiores, ut in aliis fructib. cõtingit, perfectum incrementum non assecutis.

Piper longum.

Piperis longi descriptio.

Macropiper seu piper longum vehementer mordet, ait Dioscorides *cap. 189. lib. 2.* & quia ante maturitatem decerptum est, subamarum relinquitur. Antidotis & Theriacis medicaminibus expetitur.

Macropiperis vires.

Piper

Piper jam adferunt conditum, quod longè utilius adhiberi poteſt quam crudum, remedium certe in ventriculi frig. non contemnendum.

Cap. LXXVII.

De Caryophillis.

Caryophilla, ſeu caryop illi grana quædã ſunt, ſeu fructus arboris exoticæ eiuſdem nominis, q̃ naſcitur in inſulis Moluccis, lauri forma & magnitudine, foliis perſicæ, vel magis ſalicis, aliquantum anguſtis; ſurculis multis; flore copioſo, primum albo, dein vireſcente, tum rufeſcente; qui ubi ſolis æſtu induruit, nigricat, & rudimentum quoddam fructus, ſeu imperfectum fructum & exſiccatum refert, tanquam clavum, quatuor velut exertis apicibus in extremo ex iſperatum.

Fructus hic adhuc virens ſuavitate omnes alios ſuperat: erumpit in extremis ſurculis, clavi modo, unde vulgus clavum gyroſleum vocitat. Rectius enim clavi cujuſdam refert effigiem, quam nucis aut nucifolii, ut recepta videtur notare nome iclatio. Nam caryophillum dicere, n cifolium dicere eſt.

Vires. Calefacit & ſiccat ultra ſecundum ordinẽ, Plurimus eſt eius ad eſculenta condienda, & ad medicamina uſus.

Cordi & cerebro benefacit: jecori & ſtomacho auxiliatur: oris fœtorem emendat, & halitum gratiorem reddit: co tionem juvat: oculorum aufert caligines, & viſum acuit, venerem ſtimulat, & obſtructiones tollit. Duplicis ſortis proſtant, caryophilli & Antophylli. Antophylli maturi jam ſunt. Caryophilli vero ante maturitatẽ colliguntur.

Cap. LXXVIII.

De Cardamomis.

Cardamum, Cordumeni, & cardamomũ ſtirpes ſunt nomine quidem parum, ſed reipſa multum diſſidentes. Nam *cardamomum*

Cardamũ ſeu *cardamine* naſturtium quoddam eſt, folio & ſemine calidiſſimum, & pene adurens ut

Cordumeni. ſinapi. *Cordumeni* non cardamomum eſt, ut putavit Sylvius ſed carui Romanum.

Cardamomum peregrina planta eſt, amomo, ſi non effigie, ſaltem facultate cognata, ut nominis affinitas prætendit, atque in India

Cardamomum. naſcens: cuius duo traduntur genera; majus unum quod Arabes *Cacolaa quebir*, & *Caculà quebir*: minus alterum, quod *hayl* ſeu *Kakolahil* appellant. Vtrumque ex planta cubitali & ſiliquoſa naſcens, non ex arbore procera, ut quidam autumarunt.

Cacolaa, Hayl. Leguminoſa vero eſt illa, & ubi adolevit, ſiliquas multas proferr, & ſinguleſiliquę multa grana *Cacolaa* barbaris nominata, quibuſdam grana paradiſi, alia tamen hujus nominis dignitate inſignita, circumferuntur, malageta à provincia Melegveta, unde advehũtur dicta.

Cardamomum nunc notiſſimum eſt & vulgare, licet peregrinum, atque medicis uſibus utrumq; optatiſſimum: Sed minus, ut odoratius eſt, ſic præſtantius, & magis expetitum; majus ſeu granum Paralifi, minus.

Vtrumque cardamomum calefacit, partes, *Virẽ.* quæ principatum tenent, recreat, calorem nativum roborat, flatus diſcutit, & coctionẽ juvat.

Cap. LXXIX.

De Cubebis.

Viſi ſunt antiquiores Arabibus tantum tribuere, ut quicquid ex eorum ore vel properanter effluxerit, pro certa lege debeat haberi. Sed non tam diſplicet in ſermone barbaries, quam in re eorum diſſidium, qui vix de ſtirpibus in propriis naſcentib⁹ hortis cõveniunt: unde minus mirum, ſi de his, quæ nullo cultu ruri naſcuntur, diſſentiant, ut in Cubebarum deſcriptione manifeſtum eſt, quãs Avicenna Carpeſium, Serapio myrtum ſylveſtrem nominant. Indi vero ex iſtis nullam, ſed aliam longe diverſam plantam, quæ cubebas profert, agnoſcunt, quaseorum nõnulli *Cubab Sini*, alii *Cumuc*, alii *Quabeb* & *Cubebe* nuncupant.

Planta autem, ex qua colliguntur, ſylveſtris eſt, ac ſponte naſcens, imbecilla & frutícibus ſimilacis, aut piperis modo adhæreſcẽs foliis myrtheis, fructibus racematim congeſtis, ſed ſingulis granis cohærentibus pediculis longioribus.

Fructus hic in *Iaoà*, & aliis regionibus, in quibus provenit, tanti fit, ut ab incolis decoquatur antequam venalis detur inſtitoribus: Verentur enim, ne alieno in ſolo ſatus radices agat & luxuriet.

Turpiter errant, qui cubebas, viticis ſemẽ, aut ruſci fructum eſſe contendunt, cum inter ſtirpes has omnes nihil ſit cognationis & ſimilitudinis. Actuarius magis tolerandus, qui Avicennam ſecutus, cubebas; ſic enim loquitur, *carpeſium affirmat eſſe: nam aromatica & calefactoria eſt in ambobus qualitas*: verum effigies diverſa; nam carpeſia ex Galeno, feſtucæ ſunt tenues, ſunt ſurculis *cinnamomi*, facultate & odore ſimiles, vocati *Phu*, ſed validiore, & nonnihil aromatico, quem guſtus percipit: quia tamen ſunt tenuiora, viſcerum obſtructiones expeditius tollunt, & urinam movent, calculumque pellunt. Non tamen adeo tenuia ſiint, ut *cinnamomum*. *Carpeſium*

Cubebæ admodum raræ ſunt; ventricu- *Virẽ.* lum calefaciunt & roborant, hepar infarctu liberant, flatus diſcutiunt, intemperiem uteri frigidam emendant, & Veneris ſopitam vim excitant.

Cap. LXXX.

De Carpobalſamo, & cæteris balſami partibus.

Balſamum arbuſcula eſt peregrina, olim in Iudæa, Ægypto, & in valle Syriæ, ac maxime in Hiericho naſcens, aſpectu non valde grata, colore cinericea, ramis tenuibus, foliis ſamſuchi, quæ quotannis Decembri labuntur, medio vere repullulant: floribus ad parvũ laſminum luteum accedentib⁹, quos parvum conſequitur ſemen, aromaticum, flaveſcens, plenum, guſtu mordax, & acre, atq; modice opobalſamum redolens, quod carpobalſamum nominatur. *Arbor balſami.* *Carpobalſamum.*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 146 sur 955

Planta hæc ad radicem usq; sarmentosa; cuius surculi tenues admodum sunt fulvi, odorati, frequentibus nodis asperati, balsamelæum nonnihil spiranres.

Xylobalsamum. Vbi adoleverunt, farmenta prescinduntur, emunturque ab institoribus, qui in advenas regiones deferunt, quæstus magni gratia; ubique enim expetuntur, & magno sæpe væneunt, ob insignes, quibus pollent, facultates; xylobalsamum Medici nominãt.

Opobalsamum. Nonnunquam fruticis hujus abscinduntur surculi, quibus appenduntur lagenulæ cera oblitæ, in quas guttatim oleosus eximiæ fragrantiæ liquor stillat. Sæpius tamen ineunte autumno cultellis vitreis, aut ossеis, ut eburneis truncus, aut rami crassiores vulnerantur; nam ægerrime ferrum ferunt, è quorum scarificatu succ⁹ crassior oleo per quam similis, & suaviter spirans emanat, qui *Balsameleon & Opobalsamum* nominatur.

Inter olea quævis & balsama omnia laudatissimum hoc est, præstantissimum & toto orbe maxime celebratum, ut quod vires habeat abigendis morbis nulli medicamento secundas, sive exterius adhibeatur, ut sæpe fit, vel aliis commisceatur medicamentis.

Balsamũ optimum quod. Laudatur Syriacum, tenue & perspicuum, quale *in vasis aqua pleni fundum delabi ac subsidere solet, quod omnibus balsamis legitimis commune est*, atque ei maxime, quod ex horto celebri turcarum Impetatoris habetur, in quo magna sedulitate parvula dicta arbos colitur & custoditur, ex qua nempe tres partes excerpuntur, ad multorum morborum expugnationẽ utiles, lignum, liquor, semen; xylobalsamũ, opobalsamum, & carpobalsamum propriis & usitatis vocibus Medici designant; quæ quod rarissima sint, & in paucis regionibus læta provenientia, à regibus tantum, vel solis magnatibus possidentur: Nam vulgare carpobalsamum legitimum non est, tanquã viribus ignavum; fere inodorum, vietum, rancidum, exoletum, nec suaviter spirans. Idem dicendum de ligno, quod xylobalsamum nominant; nam surculi sunt lentisci, plerũque carioſi, aut ita vetusti, ut & insipidi sint, inodori & inefficaces.

Succedanea. His tribus Medici succedanea analoga, prout materiæ medicæ cõcedit ubertas, adinuenerunt, ut carpobalsamo cubebas, xylobalsamo lentiscum recentem, opobalsamo oleũ caryophyllorum & nucis moschatæ, ut etiã lacrymam limpidissimam therebinthi instar olei tenuem. Nam *terebinthina ipsa balsamum est: & omnium balsamorum artificialium veluti mater*, cujus omnes partes optime respondent vero & naturali balsamo.

Terebinthina mater balsamorum.

Balsamũ Peruvianum. Alia nunc duo Balsama incipiunt circumferri: unum *Peruvianum*, quod ex novo orbe advehitur ex fructu quodam mediocris magnitudinis in Peru nascente elicitum, cujus meminit Clusius: alterum à regione quadã Indica *balsamum de Tolu* vocatur. Stillat hoc ex arbore fauciata pumillis pinis simili: utrũque vires habet eximias, & in Syriaci locum poterit optime substitui.

Balsamũ de Tolu.

CAP. LXXXI.

De Kermes.

STirpes multæ in regionibus tantum meridionalibus, aliæ septentrionalibus virent: Nonnullæ in his & aliis vivaces sunt, & læte fruticant, ut *granum Kermes* Mauritanis vocatum, cujus vocis usurpatio, plantã magis exoticam esse, & in Asia, Armenia, Cilicia, ut vult Dioscorides & in Arabia, copiosiorem, satis indicat. Ad duos enim usus insignes dum accedit, eius Arabica nomenclatio retinetur, ad solemnem videlicet confectionem Alkermes dictam & ad pannos Kermesio colore, omnium optatissimo inficiendos.

Kermes seu Karmas quid. Est autem *kermes*, seu *karmàs* ut aliquando loquitur Serapio, nomen fuit fruticis ex ilicum genere, & grani cuiusdam ei adnascentis, quod *Crocus baphica*: seu *granum infectorium* vulgo nominatur.

Nascitur tum in dictis regionibus peregrinis, tum in multis Gallo-provinciæ Arelatẽsis & Italiæ locis calidioribus, atq; his maxime, quæ ad mediterraneum mare vergunt, reponiturque inter aculeatas ilices. Multiplex enim agnoscitur ilicum varietas; aliæ siquidem glandiferæ sunt, quæ in proceras arbores adolescunt; aliæ coccigeræ perpetuo humiles; quædam bacciferæ inter ambas mediæ, ut Aquifolia, in septemtrionali solo frequens & vivax. Nonnulli tamen ab ilicum excludunt numero, licet duæ priores tantam non habeant inter se affinitatem, quanta posteriori cum illis intercedit similitudo.

Est ergo planta, cui adnascitur kermes pusilla quædam ilex, plures sæpe surculos, præduros à radice proferens, foliis obtenebratis perpetuo virentib⁹, oblongis, in ambitu crebris, densis, sinopsis, angulosis, spinosis, aculeatis, horridis; quæ jam sui parte, vere primo granum quoddam, tanquam ovum parvulum concipiunt, & superne reflexis spinis obvallant; quod postea augescens, ex albido cinereum, tandem matureſcens purpureum, ac perelegantem colorem acquirit. Totum enim granum id fatur ac prægnans est sangvineo cruore, qui post maturitatem perfectam diutius in membranula coactus in vermiculos abit, vesicula tenui vacua pene relicta; qui ubi adoleverint, nonnunquam fiunt alati, & volati aufugiunt. Ante tamen ipsorum procreationem studiose liquor dictus elici solet, ad syrupi de kermes apparatum, vel sericum tingendum, antequam accedat ad nobilẽ huius nominis confectionẽ.

Impeditur dictorum animalculorum generatio, vel interius cito citatur, sola aceti aspergine, qua exanimata cadaverula colliguntur, in massam miniatam coguntur, Scolerium dictam, Plinius Cusculium dicit, ad tincturam purpurei coloris, quem vulgus Scarlatum nominat.

Non est Coccus, seu granum illud Kermes fructus ilicis, sed potius excrementum, & tanquam salvia rubens & lucida in parva Kisti conclusa, quæ circa foliorum exortum nascitur;

ſcitur; hæc enim ilex pumila non tantũ coccigera, ſed glandigera quoque eſt, in cujus nempe, præſertim vetuſtæ, ſurculis, glandes quernis longiores & nigriores adnaſcuntur: Verum tunc deſinit coccum eructare; propterea eius præſcinduntur ſurculi, ut ex novorum regeneratione nova fiat coccorum productio.

Vires. Kermes vim habet eximiam, cor & facultates omnes roborandi. Nervis quoque præcipuè utiliter adhibetur, ut & vulneribus, quibus coaleſcendis ſua vi aſtrictiora prodeſt.

CAP. LXXXII.

De Sχœnantho.

SChœnanthum quaſi flos jũci, vel potius ob ejus fragrantiam juncus odoratus, ex Arabia, ubi magnus eſt eius proventus, per faſciculos defertur in alias regiones, in quibus nulla arte poteſt cicurari.

Planta juncea eſt, ac graminea, ex radice exigua, arida, duriuſcula, nodoſa, multos calamulos, præduros, ſparſos, rotundos, plenos, & in ſummo graciles proferens: folia rigida, ſeſquipalmum longa, mucronata, pallida ſurculos gramineos amplexantur.

Eorum faſtigia ornat gemina ſeries floſculorum, ex pallido rubentium & pappoſorũ. Nonnulli vocant paleam de *Mesha*: alii paſtũ Cameleorum, quod eorum ſummitatibus veſcantur & delectentur Aphricani cameli. Raro cum floribus advehitur, licet ab eis denominationem habeat.

Vires. Schœnanthum moderate & calefacit, & aſtringit. Et quia tenuium quoque partium eſt, mediocriter digerit, & repellit: radix cæteris plantæ partibus aſtringentior: flos calidior, urinas & menſtrua ſatis potenter movens.

CAP. LXXXIII.

De folio, ſeu Malabathro.

EX India folium quoddam eximium, Arabibus *Cadegi Indi*, hoc eſt folium Indum ad nos defertur, quod illius incolæ *Tamalapatra*, officinæ vero nativi nominis alteratione *malabathrum* vocitant. Eſt vero folium Indicum mali Medicæ folio ſimile, colore ex pallido vireſcens, tribus per longitudinem excurrentib⁹ coſtis, odoratum, ac caryophillos aliquantum ſpirans.

Tamalapatra. *Malabathrum.*

Non aquis innatat, nec in paludibus Indicis provenit, neque ſine radice eſt, ut Dioſcorides putavit, ſed ex arbore deſumitur procera, procul ab aquis, & in aridis locis fruticante.

Vires. Eſt autem malabathrum calidum gradu ſecundo, odoratum; urinam movet, halitum oris commendat, veſtes à tineis tuetur, & in aliis qualitatibus nardo convenit, quæ illius penuria ſubſtitui poteſt.

CAP. LXXXIV.

De ſpica Indica, & nardo.

Species. DIoſcribit Dioſcorides *cap. 6. lib. 1.* eſſe Nardi genera, unum *Indicum*: alterum *Syriacum*: utrumque in monte proveniens, ſed altera parte, quæ ad Indos flectit, Indicum; altera, quæ ad Syrios, Syriacum. Adjungit tamen adhuc poſtea *Celticum*, quod in Liguriæ alpibus naſcitur, *Saliunca* patrio nomine appellatum, & montanum, quod in Cicilia & Syria viret, *Thylacitis & Nitis* aliquando dictum.

Species nardi Celtica. Celticæ nardi duas adhuc differentias agnoſcit Lobelius; unam gentianæ cruciatæ foliis, & radice valerianæ maioris; alteram *hirculum* dictam, cujus meminit Cluſius, eam inter ſpicæ Celticæ faſciculos nactus.

Lavendula major. Præter exoticam nardum & eius relatas ſpecies, ſpicæ quædam noſtrates celebrantur, *nardi* nominibus inſignitæ, ut *lavendula major alba*, Gallico & vulgari idiomate, *aſpic*, & à multis pſeudonardus nominata, ex qua oleum artificio chymico educitur, & cum additione literæ a, vulgo oleum de *Aſpica* nominatur: ut etiam alia lavendula maior ejuſdẽ coloris, odoris & facici. Ad eaſdem, ſi nominis etymon ſpectetur, ſtœchas, quæ vere ſpicata eſt, poteſt referri.

Pſeudonardus Aſpica.

Cum autem ſine adjuncto ſpica, ſeu nard⁹ effertur, de Indica ſemper intelligenda eſt, cujus radice ex illi ſpicatæ comæ naſcuntur, & confertæ glomerationes, quaſi per cirrhos ac torulos diſcriminatæ, è quarum ſpatiis mediis folia quædam juncea exurgunt.

Vires. Spica nardi, hoc eſt, nardus Indica, docente Galeno *lib. 8. ſimpl.* excalefacit primo gradu, & deſiccat ſecundo: jecori & ventriculo prodeſt, urinam movet, ſtomachi morſus ſanat, & meſenterii humiditates exſiccat. Omnium vero maximus Indica ſeu nigra nardus corporis affectibus ſanandis confert.

CAP. LXXXV.

De Agallocho ſeu ligno aloe.

LIgnum aloe, Græcis *Xyloaloe & Agallochum* dicitur. Arbor eſt oleæ inſtar, interdum maior, non cute, ut ſcribit Dioſcorides, ſed cortice craſſo veſtita. Lignum ejuſdem odoratum eſt, nigricans cinereis venis diſcurrentibus, & velut punctis maculatum, ponderoſum, craſſum compactum, ſucculentum, igni adhibitum, accenſum (ægre autem flagrat) liquoris plurimum exudans.

Eius autem odor non per univerſam ligni materiam diffuſus percipitur, ſed in meditullio fragrantior eſt & vegetior; atque in ſicciore, quam in vireſcente, aut recens ſecto.

Cur agallochum rariſſimum. Rariſſima eſt arbor, in India ſola naſcens, & maxime in his regionibus & promontoriis in quibus Tigres & ferociſſimæ bellulæ victitant & commorantur: unde non niſi ſummo cum periculo arbor grandiuſcula cædi poteſt, aut junior evelli & ſine vitæ diſcrimine tranſportari. Hinc antiquioris ætatis ſimpliciſſima gens inepte credidit, eam in ſolo terreſtri paradiſo naſci.

Eius plura genera recenſet Serapio, quæ nec vidit ipſe, neque novit: forſan alia ligna odorata, quæ multa ſunt, ad Agallochum refert. Sic quod in promontorio Comorin naſcitur, odoratum, à quibuſdam lignum aloes vocatur, cum tamen non ſit, inquit Garcias.

Vires. Agallochum, ſeu lignum aloes Avicennæ

Agalugen. *Agalugen* dictum, calefacit & siccat ordine secundo, & ad cordis affectus plurimum valet.

CAP. LXXXVI.

De Santalis.

ARboris cujusdam peregrinæ & proceræ juglãdis ritu lignũ ad nos defertur, quod in insula *Tymor*, ubi frequens est, *Chandana*: in Arabia *Sandal*: in Europa *Santalum* vocatur: cuius tria dignoscuntur genera, album, pallidum, utrumque in insula dicta uberrime luxurians; & rubrum, quod alibi, nempe in insula *Tanasarim* provenit, ut ex Garcia ab horto narratur, qui tantam affinitatem esse scribit inter arbores santalorum, ut vix pallida à candida queat discerni, nisi forte ab ipsis incolis, qui eas arbores cædunt; cæsas mercatoribus vendunt. Facies enim utriusque similis, folia eadem, admodum virentia, lentisci æmula, flores ex cæruleo nigricãtes, fructus ceraforum magnitudine, primũ virides, tum nigri, fere insipidi & facile decidentes.

Species.

Pallida seu citrina santalorum arbor, in locis apricis lętior provenit, odoratior & præstantior, eiusque lignum albo, album rubro longe præstat. Rubrum vero inodorum est, brasilio valde simile, sed non dulce est, nec inficit, ut brasilium, nec ita durum ac ponderosum.

Santalum optimum quod.

Vires. Vires autem eximias veteres santalis dedere: Cor enim & partes vitales exhilarant & roborant, ait Avicenna; Calidis morbis, ut febribus adversantur, obstructiones liberant, & hepar valde recreant.

CAP. LXXXVII.

De Sassafras.

NAscitur in Florida arbor quædam prægrandis, Indis *Paccame*, Hispanis Sassafras dicta, caudice procero, cortice cinereo, ac tenui vestito: ramis in cacumine expansis: foliis ficulneis, in tres angulos diremptis: radicibus nunc crassis, nunc tenuibus, pro arboris ætate, per summos terræ cespites expãsis, aliquantum aromaticis, & fœniculum spirantibus.

Arbor hæc læta fruticat in locis maritimis & temperatis. Radix eius omnibus aliis partibus præfertur, præsertimque eius cortex, qui calidus & siccus est initio tertii ordinis. Sed nec lignum ipsum contemnendum docte exponente Pisone experientiss. p. 99. in elegant. histor. natur. Brasil.

Cæteræ eius partes gradu tantum secundo qualitatem utramque sortiuntur. Præter qualitates istas elementares aliæ quędam peculiares agnoscuntur ad multa perutiles & expetitæ. Sed ob raritatem circulatores interdum buxi scobem & fœniculi semen simulterunt, & pro pulvere sassafras vendunt: Sat enim esse putant fallendæ plebeculæ, si pro vero sassafras, quod fuluo colore & fœniculum exhalantem exhibeant.

Vires. *Decoctum sassafras*, inquit Clusius, *commendatur in omni morborum genere, præsertim in obstructionibus tollendis, partibus internis roborandis, morbis multis & venerea lui curanda.*

CAP. LXXXVIII.

De Guajaco.

MEdicamenta sex simplicia valde commendantur ad luis Indicæ curationem, *sassafras, guajacum, sarsaparilla, Chyna, Mercurius, & Cynabaris.* De sassafras *capite superiore*, de aliis postea. Guaiacum sic à *guajacam* voce, Indis germana, dictum, Latinis sæpe *lignum sanctum*, ex insulis occidentalibus *Boriquen, Cueuca, Nagrando & Nicaragua* defertur.

Medicamenta peculiaria ad luem veneream.

Arbor est procera ad ilicis, aut fraxini magnitudinem & faciem multum accedens, ramosa, meditullio nigricante, ac præduro, cortice crasso & pingvi, foliis exiguis & duris: flore luteo, ac purgatorio, quem Indici condiunt & sumunt ad corpus purgandum.

Guajaci descriptio.

Flores consequuntur fructũ magnitudine castaneæ, ac forma duorum lupinorum simul junctorum.

Est & alia species Guajaci minoris, præstãtioris tamen, quod *Paulus sanctus*, & aliquando *Lignum sanctum* nominatur. Arbuscule est colore, viribus, magnitudine & vultu guajaco non parum dissimilis: Nam materia ligni illius alba est, & concolor, multumque fibrosa, sapor acrior, odor fragrantior, qualitates efficaciores. Sed quia raro advehitur, ejus penuria, guiacum usurpatur, quod quidem vires habet easdem, sed infirmiores.

Paulus sanctus. Palma sancta.

Vtrumque autem plurimum valet ad luis Indicæ eurationem: nam calefacit, incidit, attenuat, meatus aperit, sudores movet, putredinem arcet, & proprietate speciali virus venereum extingvit. Gummi liquid. Guajaci ex communicatione Dn. Sonnemanni in L. G. commendat Schröderus p. 79. l. 4.

CAP. LXXXIX.

De Sarsaparilla.

EX insulis occiduis, & maxime ex *Peru*, & provincia Honduras, radix quædam prælonga & uniformis defertur, quæ nunc *Sarsaparilla* nunc *Salsaparilla & Sarzapariglia* vocatur, quam Mathiolus & Dodonæus putant esse eandem cum Smilace nostrati. Dissident tamen inter se multum, nam smilacis asperæ radix nodosa est, & geniculata, graminis ritu, multoque brevior & mollior. Enodis vero est sarsaparillæ radix, nullis geniculis aspera, dura, fibrosa, rugosa, medullosa, & aliquando viginti pedes longa, atque viminis instar facile finditur. Cæteræ eius partes smilaci similes sunt, & simili modo frutices vicinos scandunt & amplexantur. Fallopius tamen cap. 63. contrarium ab effectu probare nititur.

Differentia inter Sarsaparillam & Smilacem.

Sarsaparilla primis qualitatibus calefacit, sed moderate, calidis aperit, & sudorem prolicit, tertiis venereum virus extingvit.

Sarsaparilla vires.

Ejus cremore utuntur Indi ad venereæ luis, quæ illis vernacula & endemialis est, curationem. Hinc feliciter quoque pellit fœdum morbum egnotum **den Wurm** affinem imo patrem luis Gal. vid. Helm. Sarsaparillæ affinis est Salsa do Praya sive Carca *Pisonis* p. 103. & Murucuia-miri p. 107.

CAP.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 149 sur 955

CAP. XC.

De Chyna radice.

NEc prætereunda est alia Indicæ luis antidotus, radix nempe quædam insignis, quæ, ut & tota planta, à Chyna nomen retinens, *Lampatan* vocatur. Nascitur in Chynarum vastissima regione, Indiæ Orientalis Scythiæ contermina, nec in montibus & fundo sicciore, ut arbitrati sunt quidam, sed locis udis, palustribus & aquosis, arundinum more, ut juxta maris litus, & cujusdam Lybiæ fluvii oras.

Radix ei crassa est & nodosa, ut arundinibus, dura & tuberosa, ut rubo, rubea, & tortuosa, ut bistortæ. E radice tenues cauliculi erumpunt & imbecilli, foliis admodũ raris cincti, qui licet humiles, ut rectius stẽt, fulcro indigent, quo nitantur.

Vulgaris nunc est ista radix, quam antiquior ætas aut non vidit, aut oscitanter prætermisit. Nunc vero lippis & tonsoribus notissima, neque datur tyrunculus ullus, qui de Chyna radice non garriat; qua tanquam medicamento polychresto utuntur Indi ad omnium morborum, atque eorum maxime, qui alia remedia illis consueta temnunt, curationem.

Virtu. Valet autem plurimum Chyna ad luis venereæ curationem. Vertigini quoque prodest, stomachi dolorem sanat, hydropi convenit ex Cardano, colicis doloribus & affectibus uteri, prodest; obstructiones tollit, meatus aperit: urinam movet, sudores elicit, convulsioni & paralysi confert & articulorum dolores levat. Carolus enim Im-
Historia. perator huius nominis quintus, ab aliis medicamentis nullum, à Chyna maximum levamen, adversus arthritidem, quæ sæpe eum male exercebat, percepit. Sunt, qui tabidis prodesse contendunt, calidiorem tamen puto, quam ut atrophiam tollere, intemperiem sicciorem emendare & habitum optimũ resarcire possit.

Garcias enim ob eius usum in tantos ardores hepatis incidit, ut totum pene corpus inflammatione obsessum fuerit; Castigandum itaque cichor. & similibus. Ex huius Chinæ radice recenti plagarum orientalium incolæ aquam stillatitiam eliciunt ad paralysin, hemicraniam, Hernias, lucm malignam, impotentiam. Illos imitatus est in curatione Georgii Elencovichi Genea. Milit Præfecti sub Rudolpho Imperatore Zacharias à Puteo p. 107. Vide Clusium, Monardem Costam, Fallopium & Vasalium de Chinâ.

Huc quoque spectat *Nicotiana, Tabacũ*, cujus usus hodie tam frequens, ut rustici sæpe pane præferant.

Fumus eius attrahitur per fistulas, pulvis vero simplex & compositus per nares.

Calefacit, & exsiccat, & habet aliquod peculiare, quod semel assueti non facilè inde possint avelli. Vide Neandr. & Marved. nostram ad Medicin.

Vsum Tabaci propter abusum publico mandato prohibuit in Moscovia 1634. Russorum Imperator.

Persæ vero & inter sacra illum ad hibere non verentur per aquam quidem hauriendo ad eundem ferè modum quem Neander proponit. *Olearius.*

De Tabaco notanda singularia, quæ proponit Primr Rosius l. 4. de erroribus vulgi p. 175. & seqq. Putant plurimi, inquit, esse narcoticum hunc fumum, & propterea hyoscyamum Peruvianum vocant, quibus favere videtur experientia, nam somnum conciliat, & dolores consopit.

Hæc opinio quamvis etiam viros doctos habeat authores non prorsus tamen mihi videtur vero consentanea.

Nam quod somnum conciliat, id præstat vapore vel excitato in cerebro, vel illuc delato, vel cibi coctionem adjuvando, tunc enim suavius dormimus, cum stomachus cibo non gravatur.

Dolores autem tollit; quia causas illorum vel admit, vel alterat, non autem narcosi consopit, sicut graves & vetustos capitis dolores hoc fumo curatos vidi.

Non habere autem vim narcoticam ex variis cognosci potest.

Primò, quia fatentur tobacum esse calidum siccum, attenuare, penetrare, humores resolvere, quod verum esse experientia docet.

At hæc omnia narcoticorum naturæ depugnant, non quod narcotica omnia putem esse frigida, calida enim plurima sunt; sed quod narcotica quæcunque demum sint, humores incrassant, unde si à crassis humoribus dolor fiat, maximum damnum inferunt, quia crassiores reddunt humores, sicque curatu difficilior affectus redditur.

At tabaci fumus frigidis naturis, humoribusque magis competit, contra naturam narcoticorum.

Secundo si vacuatio quapiam aut alvi, aut sanguinis, exuperet, nec astringentibus remediis sisti possit, narcoticis & stuporem inducentibus utimur tanquam summo præsidio ad humorum motus sistendos.

At herbâ hæc corpus sursum, deorsumque purgat, instar hellebori, aut antimonii; æquè facile helleborum esse narcoticum probabit quispiam, quam mihi persuadebit eam vim inesse Nicotianæ.

Fieri quidem potest, ut vomitum compescat, sed quoniam illius causam admittit, sicut vomitus vomitum sedat.

Tertiò stupefacientia extrinsecus apposita, parti sensum adimunt, eamque admodum refrigerant: at nihil tale herba hæc facit, sicut experiri quilibet potest.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 150 sur 955

Quamvis hoc fumo nunquam hactenus usus fuerim, nec uti velim, observavi tamen plurimos omnis generis homines qui eo utuntur, tenues, crassos, biliosos, pituitosos, aliosque nihil incommodi inde percipientes, unde illorum non possum probare sententiam, qui valde noxium esse censent, nisi fortsitan ob immoderatum usum.

Sic omne nimium vertitur in vitium. Tota Indorum regio de eiusmodi herba tam sentit reverenter, ut saluberrimam esse credant, sanctissimam, multisque illam commendavi, qui illius usu multò facilius convaluerunt.

Ludovicus Mercatus inter Hispaniarum Medicos celeberrimus, variis in locis eam summis extollit laudibus, & in variis in locis eam summis extollit laudibus, & in variis morbis commendat, sed multa pernitiosum esse illius usum ostendere videntur.

Primò quia naturæ contraria est, nam sursque deque purgat violenter: Purgantia autem omnia naturæ sunt quoddammodo inimica.

Secundò, cum quis, primum illa utitur, vertigines, animi defectiones, sudores frigidos ptaitur, quæ sunt malignæ qualitatis indicia.

Hæc quidem vera sunt, cum in corpus ingeritur, sed quando sola suffitu assumitur, nec ultra fauces pervadit, cerebro prodest caliditate sua, humoresque pituitosos vacuando, nec stomachum turbat, sed potius roborat, & coctionem juvat.

Sic auripigmentum lethiferum venenum, suffitum tamen probãt authores quãplurimi ad pulmones infarctu liberandos.

Ipsi Turcæ opio assumpto tam familiariter uti dicuntur, quam nos Tabaco nostro.

Natura enim tandem eiusmodi remediis assuefit, nec illorum malignitate perturbatur.

Cum igitur offendat experientia, sine noxa à quamplurimis assumi, cur illi repugnandum est, rationem non video: Censendum tamen est.

Primò moderatum esse debere illius usum, quod sicut in aliis omnibus, ita etiam hic verum est, quamvis etiam ex immodico usu parum mali contigisse observaverim.

Secundò magis convenit crassis, pituitosis, illisque quos defluxiones fatigant, ob calefaciendi & exsiccandi vim qua pollet.

Verum etiamsi tenues, calidi, melancholici, moderatè utantur, non multum nocere solet, vix enim quispiam adeò exactæ naris est, qui sæpissimè pluribus ad cerebrum ascendentibus vaporibus non infestetur.

Nec vidi quenquam magnopere illius usu exsiccatum.

Et miror eos qui scripserunt esse narcoticum, denegare tamen illius usum calidis & biliosis, cum tamen illis narcotica magis quam pituitosis conveniant.

Tertio quamvis multis consumptis & extenuatis profuisse sciam, minus tamen illis convenire credo, quibus tabes ex rheumate in pulmones delabentem contigit.

Quamvis enim humorem pituitosum è cerebro elicit, naturam tamen inclinat ad humores in pectus etiam quovis alio tempore dimittendos.

Quoniam igitur ex Regulis medicorum ad partem affectam nunquam trahendum est, sed ab ea potius revellendum, non videntur ex usu caput per os purgantia, potius convenit vacuatio per nares.

Sic Galenus hoc in casu fortissimum emplastrum, & metasyncriticum capiti raso applicabat, ut humorum descensum prohiberet, & revelleret.

Quartò notandum, in illius usu à quamplurimis graviter peccari, quod simul cum hoc fumo assidue potent, multi etiam inebrientur, &, sic per reciproca pocula illius beneficia prohibent.

Quamvis enim humores resolvere, cerebrum calefacere & siccare videatur, cerebrum autem calidum siccumque pauciora generet excrementa, ex Galeno in arte Medica cap. de signis calidi & sicci cerebri.

Cerebrum tamen calidum siccum potentius attrahit, faciliusque repletur vaporibus ab inferioribus partibus sursum expirantibus, unde postea assidue repletum exsiccationis illius beneficia minus percipit, ut docet Galenus loco citato.

Cum eis, inquit, caput repletur (continuò enim ac tum præsertim cùm nullam servaverint victus rationem, tale quid eis accidit) plura quidem in ipsis excrementa, sed non incocta generantur, implenturque atque aggravantur, eorum capita, à calidis cibis, potibus, odoribus, atque hisce omnibus quæ extrinsecus occurrant.

Et hoc rationi valdè est consentaneum, ad partem enim calidiorem redditam facile ascendunt vapores.

Cum igitur usu tobaci cerebrum incalescat, si prava victus ratio servetur, & vinum, cerevisia, potusque ejusmodi vaporosi (sicut nimis frequenter fieri solet) ingerantur, facile iterum caput repletur, unde plus excrementorum per os & palatum expuere illos observatum est, qui hoc fumo utuntur, quam qui illo abstinent, ob crapulam & ingluviem quamplurimis nimium familiarem.

Quintò, qui hoc fumo jam pridem usi sunt, illique assueverunt, curiosè observare debent, ne remerè postea illo abstineant, nisi simul valde temperatam observent vivendi rationem, aliàs sentiunt sibi ex humorum abundantiâ caput, corpusque gravari, quos scilicet quotidiana fumi hujus assumtio vacuare solebat, tum somnos breviores,

& im-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 151 sur 955

& implacidos contingere, vaporum defectu quos hic fumus excitabat, coctiones pariter in ventriculo minus felicius abiri, plurimúque inde vitia pullulare, unde ſenibus, altiſque quibus natura frigidior ventriculus eſt, conſulendum, ut ejuſmodi fumo utantur, etiamſi prius non fuerint aſſueti.

Eos enim à podagra, variiſque affectibus frigidis præſervare poteſt.

Vtilem eſſe hunc tobaci fumum, minimeque noxium jam ſupra oſtendimus, & tota Gens Indorum occidentalium idem docet, inter quos vix è millibus unus eſt qui eo abſtineat, & tamē vivitur illic diutiſſimè.

Quando autem ore aſſumitur, non minorem fumi quantitatem rejici; quam aſſumpta fuerit, obſervatu facillimum eſt, totum enim illud ore contineri ſolet, quod excipitur.

Vnde falſum id crediderim, quod plurimi autumant, ad cerebrum uſque pervadere.

Neque neceſſarium eſt, eò uſque ferri, Maſticatoria enim, & gargariſmata, quæ ad humores è capite eliciendos præſcribuntur, etiamſi ore contineantur, vim tamen ſuam ad cerebrum uſque diffundere ſolent; Non eſt abſurdum idem fumum hunc attenuantem & exſiccantem efficere.

Sed præterea facile probari poteſt fumum hunc ore aſſumptum ad cerebrum non ferri.

Primò quod illius ſolummodo ſaporē non odorem percipimus.

Secundò, quod fumum recipimus inſpirando, cohabita reſpiratione continem⁹, expirando excludimus: Inſpirendo quidem par nates, pertingit aër ad cerebrum, ſed per os inſpirando ſolummodo ad pulmones, & ventriculum; Cum igitur fumi prædictio una cum aëre inſpiranda per os attrahantur, ad cerebrum non pertingunt.

Expirando vel Spiritum retinendo, nunquam olfacimus, inquit Galenus, etiamſi odor foret in ipſis naribus, nam expirandi odorem cum aëre repellimus.

Spiritum retinendo non admittimus, quia retento Spiritu nullus aër ad cerebrum ſponte provenit cum jam cerebrum aëre inſpirato plenum ſit.

Et hæc ratio eſt, quare eorum quæ ore, & ſtomacho continentur; odores non percipiantur, aliter ſeipſum homo ferre non poſſet, quia perceptio odorum fit per inſpirationem; Per os autem non inſpiramus in cerebrum.

Inde neceſſariò patet fumum tobaci oreaſſumptum eò non ferri.

Deinde ſi eò uſque penetraret, cùm ejuſmodi vapores ſint admodum acres, cerebrum percellerent & vellicarent, ſternutationem alioſque affectus commoverēt, quod tamen non ſolet fieri, Sicut videmus eodem fumo per nares attracto ſtatim elici ſternutationem, quod tunc revera ad cerebrum feratur.

Maneat igitur ratum, ſola illius virtute caput affici, ſubſtantiam autem illius eò non provenire.

Sed objcit quiſpiam, longo illius uſu caput gravari, vertigines commoveri, & cerebrum quaſi inebriari.

Sed reſpondendum longo & aſſiduo ſolum uſu id fieri, quod tamen admodum cito contingeret ſi fumus hic cerebri ventriculos repleret.

Vertigines autem non ſemper à vaporibus fiunt, ſed etiam à nimium calefactis & concitatis Spiritibus, aut etiam ab humorum vaporibus, immoderato fumi illius calore excitatis, aliisque variis de cauſis, quæ hic non ſunt recenſendæ.

Imò etiam quidam capite adeo ſunt imbecillo, ut facile vertigine tententur, ob levem quamlibet externam cauſam, unde etiam ex fumo Tobaci idem facile pati poſſunt, quamvis illuc non perveniat, commomota ſcilicet interiori quadam cauſa.

Quin etiam ſæpe purgatio gravior vertiginem fieri poteſt, ex Galeno 2. Aphoriſ. 37. & libro quos purgare oporteat.

Quare non mirum ſi uſu immoderato cerebrum nimis purgatum, ſpirituſque accenſi: & impendio calefacti, humores parvos ex infernis alliciant, qui gravitatem capitis, vertigines inducant, quamvis fumi hujus ſubſtantia eò uſque non pertingat.

Audivi præterea quoſdam aſſeverantes etiam à peſte præſervare.

Monardes quidam adverſus venena commendat, ſed maximè adverſus vulnera vel à telis venenatis, vel à feris venenum jaculantibus illita.

Quæ tamen intelliguntur ab ejuſmodi Scriptoribus, de herba virente, aut ejus ſucco applicato, non autem de fumo aſſumpto.

Fieri tamen poteſt ut fumus iſte adverſus peſtem proſit, verum non ut plurimum purant, ulla ei alexiteria, ſed aliis de cauſis.

Quæ enim peſtem avertunt, vel corpus excrementis liberant, & exſiccant, unde peſtilens venenum minus facilè recipit; fumum autem nunc cerebrum & corpus exſic-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 152 sur 955

care, humores per os, interdumque etiam per vomitum vacuare, certum est; sic forsitan à peste tuetur.

At hoc modo nulla peculiaris id efficiendi virtus in hoc fumo reperiuntur; nam vacuantia, per accidens tantum à peste præservant, ut purgatio, venæ sectio &c. Ideò nulla ratio cogit, ut peculiarem præservandi vim huic fumo tribuamus.

Sed præterea observant plurimi à validis purgantibus in peste abstinendum, quia facilè humores levi de causa conturbantur.

Scio plurimos vomitoriis ex Antimonio curationem pestis, & præservationem promisse, qui etiam ipsi forsitan satis tuti nõ sunt; Sicut refert Platerus in observationibus, Adamum à Bodenstein præstantissimæ notæ chymicum, cum pestis curandæ & præcavendæ certissimam rationem scriptis evulgasset, eâ tamen correptum, cum penitus ferme Basileæ cessaret, periisset.

Adeò, infida sunt & incerta omnia quę adversus hoc veneni genus præscribuutur, sed maximè vomitoria, quæ partem nobilem debilitant, maximamque vim corpori inferunt! Alia præservandi ratio est per Alexipharmaca, quæ etiam curandi vim habent, eadem enim ferme imminentibus, & præsentibus morbis conveniunt.

Aut huic fumo ejusmodi vim inesse nondum experientia constat, nam tot hominum millia, quos magna illa pestis, tum Londini, tum in aliis Regni partibus abstulit, quorum tamen haud dubiè pars maxima hoc fumo utebatur, nullam vim illi inesse ostendunt, & eorum, qui revaluerunt, nullus huic fumo sanitatem acceptam referre potest.

Quod si curandi vim non habet, nec etiam præservandi.

Sed præterea sciendum reliquorum venenorum propria esse alexipharmaca, pestis autem nullum, sed tantum remediis cardiacis utuntur Medici, quibus non ipsum venenum extingvatur, sed natura solum roboretur adversus veneni vim, quod postea expellit per sudores, aut alia corporis emunctoria.

At vim cardiacam fumo tobaci non inesse, ostendunt vertigines, lipothymiæ, sudores frigidi, vomitus, aliaque symptomata, quæ potius adversam, quam cordi beneficam vim ostendunt.

Quamvis igitur non nocere credam, multum tamen prodesse non videtur, Quin etiam cerebrum, docente Galeno in Arte Medica cap. de Signis calidi cerebri, facilè ambientis aëris occursu offenditur.

Facilè, inquit, gravantur eorum capita à calidis cibis, & potibus, odoribus, atque hisce omnibus quæ intrinsecus occurrunt, in quorum numero est qui nobis circumfunditur aër.

Propterea cum usu Tabaci maximè cerebrum incalescat, periculum est ne ab aëre pestilenti offendatur.

Vnde videmus frigida senum corpora peste minus affici, quàm juvenum, ob corporis frigiditatem, ut etiam Plinius annotavit.

Quod autem vulneribus, morsibusque venenatis idonea hæc herba perhibetur, vim tamen habere Alexipharmacam non ostendis, nam sublimato primùm utebantur Hispani ad eiusmodi vulnera, & nos quoque varia præscribere solemus, quæ natura sua non sunt alexiteria, sed vel venenum foras attrahentia, vel extingventia, ut cauterium actuale, aliaque similia.

Fierique potest, ut adid etiam valeat Nicotiana, etiamsi nulla propria & peculiari virtute venenis adverletur. *Hæc ille.*

Singulare quoque lignum exoticum ad nos misere Indiæ, Nephriticum scil. ligni genus crassum & enode, quod aquam tingit colore cæruleo.

Calefacit & siccat, urinæ difficultates solvit, & lienis obstructionibus opitulatur.

Seriò autem Helmontius inquisivit, annon esset lignum aliquod nostratibus familiare, quod vicem repleret Nephritici tandem à barbaris missi? Siquidem lignum peccati, lignumque vitæ, arbores erant, non autem frutices, multoque minus, herbæ.

Quamobrem olim observavi, Principibus Germaniæ, fuisse vernaculum, quòd contra Lithiasin, quottannis in Majo, biberunt quotidie haustum liquoris è cortice vulneratæ betulæ.

Quem liquorem præservabant à corruptione aëris, illi affundendo oleum olivarum.

Vulneratur. Arbor Germanis Birkenbaum: nostratibus verò Berkenboom dicitur.

Vulneratur enim cortex Betulæ, propter tetram, in trunco, mense Martio, circa tempus, quod solet vulnerata vitex, plorare novellum liquorem, è terrâ haustum.

Sed is liquor Betulæ, est totus aqueus, ac pene insipidus.

Sin autem ramus aliquis, spissitudinis trium digitorum, ad semidiametrum vulneretur, inditaque lana repleatur, statim flet liquorem non ingratum, ac subacidulum, qui etiam in ipso Lithiasis tormento, solatur afflictos, tribus, quatuorve cochlearibus assumtus.

Meracior est, qui supernè à ramis, quàm, qui infernè, è trunco fluit.

Considerabã enim statim, id accidere, quaten⁹ ascendendo, transiet per corticẽ subru-

beum,

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 153 sur 955

beum, qui esset tanquam jecur arboris. Sed cum ille cortex, toto anno, esset absque notabili gustu: Cortex autem extimus, albus & tanquam membranaceus, haberet saporem, atque suffitum, tanquam optimæ therebintinæ, divulsi per semipedem, exteriorem corticem, circumquaque abstruncо, ac observavi, quod nihilominus, liquor, qui è ramis stillabat, esset ejusdem gustus, quod ante. Mirabar ergò, unde diversitas istà liquorum, unius atque ejusdem arboris, manaret. Denique mirabar, quod ramulus aliquis, unicodie, facilè ploraret liquoris libras 8. vel 10., qui aliàs totà æstate, non tanto alimento opus habet, nec locum, quo tantus liquor asservari posset, multoque minus radix, aliis ramis singulis, sub decuplum tantundem liquoris largitur: nec tamen proinde, aliis ramis deesset sufficiens alimentum: quanquam alioqui, radix, multam illam quantitatem illius liquoris attraxisset, atque profudisset per alios aliquot ramos.

Considerabam itaque, quod liquor iste, similis esset Synoviæ, profluentis è vulnere; imò cœpi detestari illum, quasi contagium mortis aut putredinis in se contineret, nec sanitatem dare posset, si in se, jam integritatis culpam gereret.

Attamen comperi, tam ipsum Betulæ lignum, quam ejus corticem rubrum, spoliata esse vi medendi; corticem autem album instar pergameni, foris ramis junioribus adnascentem, facilè inflammabilem atque sapore therebintinæ insignitum, vix de se virtutem, in decoctum spargere.

Cogitavi itaque, vim liquoris præfatam, non prodire à radice, non à ligno, non denique à cortice subrubro, ut neque tandem, à cortice albo, quippe qui sibi in caudice, non passim esset continuus.

Tentavi ergò corticem istum destillare, cùm per se, tum cum additamento lixivii tartari: at sanè liquor è vulnere rami stillatus, longè antecellebat oleum, atque stalagma corticum.

Redactus ergò sum, agnoscere liquorem illum, sponte è ramis vulneratis fluentem, tam abunde, esse merum Lithiasis balsamum; neque illi obstare, quod mea petulantia illum effluenti aquæ de vulnere, aut ulcere compararem.

Siquidem vulnus atque ulcus, quod nobis mortem, Betulæ nil tale adfert, aut promittit.

Est ergò liquor ille Betulæ, medicamen à naturâ promissum, per vulnera solicitatum: adeoque est urgere naturam, ad proferendum balsamum sibi naturalem, quem aliàs nuspiam proferret.

Quapropter tenellos, subnigricantesque ramulos, (unde scopæ atque virgæ nostratium fiunt) qui tumentes gemmas, nondum frondosas haberent, malleo super lapidem, vel incudem conquassatos, jussi concoqui aquæ, ad cerevisiam fabricandam destinatæ: cui cerevisiæ, si postmodum Dauci semen, aut becapungam associaverim, fortitus sum effectus, ad Lithiasis præcautionem optabiles, potentioresque adhuc, si isti cerevisiæ, liquor ille Martialis, è superioribus, ramis collectus, infusus fuisset, post sedationem maximam ebullitionis suæ, quàm vina, atque cerevisiæ in cadis sponte tolerant.

Comperi namque imprimis, quòd ejusmodi potus, è Betulâ, diureticorum metum tolleret.

Eò quòd dolores Lithiasis, atque contracturas, laxat, tam in lumbis, quàm intestinis, (hinc namque unica Lithiasis etiam colicos dolores suscitat, non minus ac si fomes ejus, intestinis inesset) itemque dysuriis, atque stranguriis, etiam senilibus, idcircò medetur.

Calorem item jecoris, velut ex adacta spina oriundum, mitigat primum, ac dein tollit.

Denique sponsus quidam, ligatus per menses quinque, ne sponsam suam attingeret, pedissequam interea imprægnavit.

Postmodum, exortis inter desponsatos jurgiis, dixit sponsa se nefas cum pedissequa, dissimulasse, ut exploraret, an frigid⁹, an verò maleficiatus esset, & quo titulo divortium tentaret.

Tandem, solutâ est ligationis incantatio, per potum præfatæ cerevisiæ, repertusque fuit maleficiatus, non autem frigidus.

Denique quidam in angulo areæ, ex consuetudine, lotium solvens, mox strangurià cruentâ, ac crudeli afflictus, decubuit.

Medentum autem quælibet remedia, fuère frustra: præterquam, quòd quoties biberet de præfatâ cerevisiâ, levamen insigne perciperet: Sed quoties surgens è strangulis, obambularet, mejeretque loco solito, statim recidivas patiebatur.

Tandem visus est clavus è veteri, atroque ligno querno, infixus loco, quo solitum solvebatur lotium.

Evulso itaque, & cremato illo clavo, prorsus à potu illius cerevisiæ, liber remansit à cruentâ strangurià.

Memini tum, quod Ranchterus hujusmodi incantamenta, scribat se solvisse, Solo mictu per scopas Betulæ.

Caput XCI.

DE CALEFACIENTIBVS INDIGENIS.

Multàs quoque calefacientes plantas habemus, quæ peregrinis in re nulla cedunt, de quibus seorsim in hac sectione disceptaturus, eas primum describam, quæ seu ultro turi, seu in hortis nostris cultu-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 154 sur 955

cultura proveniant, cum excessu magno calefaciunt, dein eas attingam, quæ remisse suas vires calefaciendo exerunt: tandem quæ segniter sese dant in conspectum, nec si à perspicacissimis earum qualitates accurate dignoscuntur. De his igitur quæ ignea quadam qualitate insigniuntur, prior erit sermo, ut primò.

De Pyrethro.

PYrethrum ab igneæ qualitatis impressione, quam radix eius mansa in gustatorio organo relinquit, dictum vulgus *pedem Alexandrinum*, Latini à salviæ copia, quam in ore detenta elicit, *herbam salivarem* nominant.

Herba est cubitalis, & sæpe altior, caulem & folia dauci sylvestris, aut carotæ vulgaris æmula gerens, multipliciter divisa, sectaque in capillamenta tenuia, fœniculi modo, floré pulchellum in furculorum summitatibus eructat, latum ac patulum & chrysanthemo, aut helenio forma similem, sed majorem, medio orbe subluteum, foliolis ejus ambitú circumdantibus angustis, oblongis, parte superna albicantib⁹, prona aliquantú purpurascentibus. In medio eius orbe, atque inter stamina semen gignitur tenue, oblongum & odoratum.

Radix subest crassa, longa, è subruffo colore nigricans.

Nascitur in Italiæ & Hispaniæ locis multis: in hortis Belgii satum viret, adolescit, floret, & sæpe semen perficit: uberius tamen & lætius in regionibus calidis, ut Orientalibus provenit, inter plantas tamen indigenas & Europeas retulimus, quod in Septemtrionalibus etiam copiosum alatur.

Alia planta suo acri odore sternutamentú
Ptarmica. movens *ptarmica*, seu *sternutatoria*, ob id dicta, in Officinis sæpe *Pyrethrum sylvestre* vocatur, quod suo sapore vellicante gustum Pyrethri modo feriat, & salivam promoveat. Nascitur non modo in montosis & incultis locis, sed etiam in pratis, & circa margines agrorum.

Vires. Radix pyrethri fervidissima est, & ad quartum caloris excessum ascendens. Pituitam in ore detenta prolicit copiosam: proinde dētium dolori, à causa frigida prodest, diutturno capitis dolori, apoplexiæ, morbo comitiali, nervorum resolutioui, atq; omnibus affectibus, qui à pituita in capite congesta proficiscuntur.

Cap. XCII.

De Sinapi.

SInapi vix alimentum est nonnunquam medicamentum, sæpe condimentum: Dapibus enim viscidis & glutinosis præsertim hyeme, convenientissime admiscetur, ut earum lentor incidatur & corrigatur, ventriculusque roboretur: nam quibus palatum torpescit, aut cibi ingruit fastidium, mirum in modum prodest id condimentum; sed quia acerrimum est, gustumque ferit importune, non modo teritur cum aceto ad eius mitigādum fervorem, sed sæpe ad dulcedinem & suavitatem majorem mustum commiscetur; sicque gratissimum condimentú, vulgo *Mustard* nominatum, quasi à musto & ardore paratum habetur, cui nobilitatem non parvam inter condimenta multi tribuunt.

Est autem Sinapi vel sativum, vel agreste. Sativum duplici agnoscitur discrimine; *Species.* Prius folia rapo effigie similia gerit, sed pau- *Domestic. cū duplex.* lo minora, & multo asperiora; furculum teretem, hispidum, asperum, bicubitalem, & 1. sæpe altiorem, ramulis multis brachiatum, circa quos flosculi lurei, optima serie dispositi erumpunt, quibus siliquæ succedunt oblongæ, tenues & asperæ, in quib⁹ semen parvum; rotundum, ex albo flavescens, gustu mordax & acre includitur.

Sinapi domesticum alterum superiori adeo 2.
vultu est simile, ut solo seminis colore dissētire videatur, quod in priore velut luteum est, in hoc è nigro subruffum, folia tamen ad Erucam magis accedunt. Cætera omnia fere eadem.

Vtrumque in agris, hortisque seritur, terramq; diligit aratam, & maxime congestitiā: quamvis ubicunque nascatur, & nullo plerumque cultu germinet.

Sylvestre ubique sponte nascitur in locis a- *Sylvestre.*
ridis, quandoque etiam humentibus, & juxta margines & rudera. Reliquis minus est, foliaque gerit minora, laciniola, bursæ pastoriæ non parum similia, sed acutiora: flosculos emittit luteos, quadrifolios: semē in siliquis postea dat, quod aliquando evariat, & interdum album, interdum ruffum conspicitur.

Sinapi nomen dedit nobili medicamento, *Sinapismum* vocant, cuius usus ad multa valde celebratur, ut ad vetustos capitis dolores, comitiales affectus, vertigines, orthopnœam, tusses antiquas, destillationes, & arthriticos dolores.

Sinapi calidum & siccum est quarto recessu: incidit, attenuat, extrahit, pituitam in ore detentum elicit: Tritum & naribus admotum sternutamentum movet, fœminas hysterico pathemate suffocaras excitat: sed qui caligonosos habent oculos & imbecillos, eius usum prorsus vitare debent. Oleum expressum summè penetrat, unde prodest in frigidis nervorum resolutionibus. *Vires.*

Cap. XCIII.

De Thlapsi.

REcte quidem & apposite sinapi & Thlaspi eadem serie describuntur, ambo enim si non effigie, saltem qualitatibus multum cōveniunt, passimq; thlapsi, sinapi rusticum vo- *Species.*
catur. Sunt vero thlaspeos, seu thlaspidii, ut cum Dioscoride loquitur Plinius, multa genera, inter quæ tria præcipua notantur; majus unum, minus aliud, & quoddam mediū, ad quæ alia hoc nomine donata referuntur.

Primum uberrime in agris cultis, incultisque provenit, foliis latioribus, oblongis, pa- *Thlaspi primum.*
rum crenatis, in acutum sensim desinentib⁹, ramulos è caule sesquipedali prodeūtes, ambientibus, floribus primū albidis, sub æstatē frequentibus, pastoriæ bursæ parum dissimilibus, in duas glumas, & tanquam valvulas subrotundas hiantibus, ex quibus semen nigricans, fervens, & acre, sapore sinapi, aut nasturtii emergit.

Secun-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 155 sur 955

Thlaspi secundum. Secundum caulem similiter ramosum edit, pedem altum, folia minora, angusta, acuminata, in terram versa, flores albidos, semen parvum, acre & fervés, nasturtio cognatum

Thlaspi tertium. Tertium & minus thlaspi, herbula est angustis foliis, digitum longis, in terram se cõvertentibus, in extremo parum incisis, flosculis albicantibus, caule tenui, ac ramoso, pedem alto cui eleganti serie valvulæ multæ, parvæ planæ, brevi pediculo nixæ, ac ligularum, seu lenticulæ effigiem exprimentes, adnascuntur, in quibus semen coarctatur parvum, gustus acerrimi & sinapi, ac nasturtii modo, dum manditur, os lingvam feriens.

Nascitur in locis incultis, saxosis, montosis, soli expositis, calidis, siccis, ut in multis parietibus & tectis, unde & Nasturtium tectorium sæpe ab herbariis vocatur, & aliquãdo sinapi rusticum. Hujus semen usurpari solet in officinis ad Antidota, nec tamen errabit, qui ejus defectu aliorũ semina usurpabit.

Multi multas adhuc alias stirpes semen fervens & acre ferentes ad thlaspida referunt sed cum effigie multum dissideant, alii malũt ad eas, quæ vultu magis sunt affines, reducere. *Thlaspi Cretevæ.* Thlaspi enim Cratevæ, quod esse videtur, viola latifolia, vulgo *bolbonac*, ut etiam *Draba* quibusdam thlaspi dicta, nihil aut parũ cum reliquis thlaspidis habet affinitatis.

Thlaspi vim. Thlaspi semen calidum & siccum est quarto recessu: Internos absc̃essus rumpit, menses cit, fœtus enecat, Ischiadibus prodest: per sedem infusum sanguinolenta evacuat, & alia multa commoda pollicetur, dum rite & opportune usurpatur. Admiscetur vero antidotis quibusdam, ut theriacæ, &c.

CAP. XCIV.

De eruca.

ERuca, quam vulgus Roquetam, Græci Euzomon vocant, in hortis colitur condimentorum gratia; acetariis enim ut jusculis commixta simul & suaviter, & utiliter estur ab his, quibus langvet calor internus, ignavusque est libidinis stimulus: Venerem namque revocat Eruca morantem, & tardos ad congressum maritos, celeres facit, unde à poëtis *herba salax* vocitatur.

Herba salax. Proceritate cubitali assurgit, foliola admodum longo & angusto, utrinque profundis incisuris, sed rariis laciniato, floribus pallescentibus, & aliquando luteis ac quadrifolis: Semine in siliquis napi modo, radice cãdida & dura. Nascitur aliquando sponte inter rudera, & in locis asperis & incultis.

Eruca sylvestris. Est alia erratica ac sylvestris, quæ squalido solo, & secus vias & pomœria gignitur, foliis ad taraxacum accedentibus, sed tenuioribus, ac minoribus, floribus luteis & brassicæ simulis, media æstate erumpentibus.

Erysimum quibusdam *Irio*, aliis tortela dictum, vultu & gustu sylvestrem Erucam tam bene refert, ut ipsius nomine à multis donetur; cum tamen Erysimum inter cerealia à Galeno reponatur, vix inter Erucas repono.

Est vero etiam Eruca cujusdam infecti putidi brassicis & oleribus aliis infestissimi nomen, quod Græcis κάμπη vocatur, cujus multæ varietates in colore & magnitudine dignoscuntur, de quibus agere nunc nec volumus, nec debemus, sed de his tantùm simplicibus, quæ compositiones pharmacopolio necessarias ingrediuntur.

Eruca vires. Eruca calefacit & siccat ordine tertio: lienem extenuat, grave virº alarum tollit, morsibº muris aranei medetur, venerem excitat, urinas movet, cicatrices nigras delet cum felle bubulo illita &, lentigines emaculat, extrahit ossicula fissa.

CAP. XCV.

De Vrtica.

Species. VRticarum duæ generales traduntur differentiæ; una foliorum improba mordicitate, & surculorum lanugine quadã pungente lædit contrectantium manus, vel aliam partem corporis nudam, altera innoxie, ac sine molestia contrectatur. Illa Græcis modo *Acalyphe*, quod injucundo sit tactu, modo *Cnide*, quod molestè pungat, vulgo *urtica* viva & *graeca* dicitur. Hæc vero *lamium & anonidũ, & urtica alba, & mortua, ac iners* nuncupãtur. *Vrentium species.* Vrentium porro urticarum tres notantur varietates, nempe majores duæ, & minor una: omnes vero sylvestres & ubique fere spõte provenientes. Sunt tamen qui specialius quasdam sylvestres & fœminas vocant, alias vero mares, ut quæ reliquas proceritate superant.

1. Vrtica mas. Omnium prima Romanis dicitur *mas*, q̃ tereres surculos emittit sesquicubitales, & aliquando longiores, canos & vacuos: folia lata, mucronata, fimbriata, ambitu serrata, undiquaq; aspera & mordaci lanugine obsita, quæ pustulas & uredinem etiam levi contractu excitant, & cutim rubefaciunt. Semen id parvis velut pilulis includitur, rotundis, hispidis, quæ è foliorum alis prodeunt.

2. Vrtica fœmina. Secunda urtica *fœmina* est, eaque non globulorum modo semen profert, sed tanquam uvas racemosas, longas, mercurialis fœminę ritu, secundum surculos & alas exeuntes: caulem erigit altiorem, ramosioremq; & folia latiora; omnia vero mordaci pube multum importuna.

3. Canià. Tertia omniũ minima, ramosissima, mordacissima, & odore gravissima est, racematimq; semen producit, sed non prædictorum modo: nam è foliorum alis granula multa simul erumpunt, sed singula singulis pediculis brevibus è surculo natis prodeuntia urticæ martis ritu. Tertia hæc urtica *tania*: solet appellari, & omnibus mordacior percipitur.

Nascuntur urticæ locis incultis, & juxta sepes, dumos, & vetustos parietes: nonnunquam & in hortis, & in solo pingvi.

Vrtica vires. Vrtica omnis siccat insigniter, sed non item calefacit, nam licet ab urando dicatur, uredo tamẽ ab ejº contactu excitata, nõ tam calori, quam illius langvini aculeorum instar pungenti tribuẽda: nã *ut scribit Macer. cap. 2. l. 2.* trita aut decocta urtica ignave calida est. Orthopnoicis, mẽs. & urin. movẽdis cõducit: semẽ vero vener. stimulat. *& cicuta venenopraesentissimum*

simum est alexiterium. Valet etiam ad malignam hyosciami, fũgorum, & argenti vivi qualitatem, necnon ad serpentum & virulentarum bestiarum morsus. Maris autem urticæ semen cæteris præstantius creditur. Non est omittendum ad dolorem & pustulas ab urtica excitatas oleũ plurimum conferre, & sambuci folia trita & appositа; proprietate enim hanc affectionẽ tollunt.

Inter urticas reponuntur totidem aliæ plãtæ, quæ nunc lamia, nunc urticæ mortuæ & inertes vocantur; Ad quas etiam refertur multorum judicio, alia stirps, Romanis urtica labeo dicta, quam putant multi Agripalmam, seu Cardiacam esse, alii Galeopsim & Galeobdolon.

Lamium Vrticarum mortuarũ prima cubitali proceritate assurgit, foliis urticæ, in ambitu serratis mollibus, aliquantum hispidis, nec mordacibus; floribus aliquando albis, aliquando purpurascentibus cassides referentibus.

Altera superiori valde similis, sed minus ramosa, flores edit multos hormini affines, sed purpureos ex furculorum geniculis verticillatim prodeuntes.

Tertia minor est, imbecillior, fœtidior & foliis rotundioribus: vis eius infacienda medicina celebratur usus. *Syrupus de Lamio.* Ex aliarum autem floribus recentiores syrupum parant, quem vocant *de Lamio* ad vitia pulmonum & thoracis, quem tamen parum commendabilem effectus indicat.

CAP. XCVI.

De Iride.

AFloris variegato colore illius æmulo, qui arcus instar in opaca nube soli oppolita pingitur, lilium quoddam Iris vocatur. Cujus viginti duas varietates sæpe distinxi, quas omnes nunc recensere, no trum commentariolum non sinit.

Duæ autem præ ceteris species in usum veniunt medicum, nostras nempe, quæ flore cæruleo & suavissimo odore, cuius radix potenter aquas educit, dein Tusca seu Florentiana, cujus radix candida est, sed multo candidior flos, atque suavissime utraque fragrãs; Ideoque reliquis omnibus præferri solet & debet, nisi cum ex alvo serosos humores ducere consilium est.

Folia fert iris omnis longa, instar gladii, unde *gladioli* sæpe dicta, radic snodosas paucis exceptis, quæ easdem bulbosas habent, flores valde patulos, lilioformes, sed foliolis magis reflexis, quorum tria minora sũt, inter alias reliquorum trium sita, ac velut ansulas constituentia, quibus marcidis siliquæ se produnt duæ tresve, crassæ, triangulares, in quibus semina angulosa coarctantur.

Vires. Iris cærulea, *lilium cæleste* multis dicta in Pharmacopoliis multum expetitur. Nam ejus radix hydragoga est, & hydropicis utiliter datur. Ex floribus autem paratur oleum, ad multa quoque commendatum. Florentina vero omnib⁹ præstat: vim enim habet cephalicam, aromaticam, cardiacam; incidentem & aperientem. In universum omnes itides calefaciendi, extenuandiq; vim habẽt, torminib⁹ medentur, menses pellunt, & magni, inquit Dioscorides *cap. 1. lib. 1.* ad omnia usus.

CAP. XCVII.

De Helenio.

HElenium, sive *Inula*, & Officinis *Enula campana* mox à radice folia promit, longa, lata, aspera, mucronata, numerosa, tenui, lanugine hispida: caudicem durum, tricubitalem, & sæpe longiorem: flores aureos stellatos, buphthalmi, aut Conizæ mediæ æmulos, qui in scappos abeunt, remanente semine carduino non multum dissimili.

Radix ei magna est, crassa, longa, ex rufo flavescens, odorata, ac suaviter spirans. Nascitur in locis pingvibus, & humentibus. In insula Helena laudatissimum, ubi lacrymis Helenæ natum poëtæ fabulantur, unde nomen. Alii tradunt, potius ab Helena fatum fuisse, ad serpentum internecionem. *Virtu.* valet enim mirum in modum ad venena, non modo quæ corpus inficiunt humanum, sed & reliquorum animantium, præsertim quadrupedum. Datum enim ovibus, cum vino aut acero, eas servat & sanat à peste quadam, cui sunt obnoxiæ, quam vulgus Clavelatum vocat.

Pro radicibus behen vix cognitis, nonnulli credunt, radices helenii sumi debere, quibus libenter assentior: Helenium enim, si behenium non est, ei sane optimũ est substitutũ.

Radix helenii manifeste calefacit, urinam & menstrua movet, commanducata dentes firmat, condita tussim emendat, *Dioscor. c. 27. libr. 1.* Potum radicis decoctum, convulsis, orthopnoicis, pesti & serpentum morsibus medetur.

CAP. XCVIII.

De Cypero.

CYperus juncus est triangulus, in riguis & palustribus locis emicans, cubitali, & sæpe altiore proceritate, ab imo candicans, fastigio niger. Folia promit longa, gracilia, arundinacea, dura, cultellata, paniculas in cacumine dependẽtes, inter quas semen occultatur. Subsunt radices rotundæ, nodosæ, longæ, sibi implicitæ graminis modo serpentes, foris nigricantes, intus ex subluteo albicantes, odoræ suaves, amaræ: hæ solæ inter plantæ partes magno sunt usui, reliquæ fere inutiles.

Excalfacit Cyperi radix citra mordacitatem: Proinde ulcera validius exsiccando, citius ad cicatricem perducit, & propter vim quandam astrictoriam ulceribus oris valde convenit; urinam quoque movet, menses restitantes excitat, & ad calculum & aquam subter cutem utilissime bibitur. *Vires.*

Est aliud cyperi genus, vultu illi simile, sed radice magis nodosa & rotunda, ubi cyper⁹ rotundus nominatur. *Cyperus rotundus.*

Meminit & cyperi Indici Dioscorides, zinziberis effigie, qui masticatus croceum succum reddit, gustu amarus, sentitur & acer: illitum vim psylothri habet. *Cyperus Indicus.*

CAP.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 157 sur 955

CAP. XCIX.

De Angelica.

MIrum est, antiquos eam stirpem nobilē, quam propter raras dotes, *Angelicam* recentiores nominant, non noviſſe, vel ſubticuiſſe, qua vix tota Europa promit fragrantiorem & ſuaviorem. Eſt vero planta bicubitalis & interdum altior, caule geniculato, pallescente, cano & ferulaceo. Folia edit ampliſſima, hippoſelini æmula, mollia, vireſcentia, ex pluribus cohærentia, ſerrata: floſculos albicantes in umbellis: ſemina ſubflava, plana, lata, membranoſa. Radix ei valde craſſa & longa, plures in ramos aliquando diremptа, odoratiſsima, ac aroma ſuaviſſimum ſpirans, ex qua liquor ſæpe oleoſus exudat, pingvis, odoris ejuſdem, quem & folia ipſe & ſurculi exhalant.

Species. Tres autem Angelicarum agnoſcuntur differentiæ, duæ nempe hortenſes, & una ſylveſtris. Ex hortenſibus una major eſt, ſupra nēpe, deſcripta, quæ videtur eſſe laſerpitii quędam ſpecies: *Angelica minor.* alia minor, ei odore facie, viribus, ſimilis, ac ſola magnitudine diſcrepans. *Angelica ſylveſtris.* Ipſis cognata eſt alia ſylveſtris, radice, caule, foliis, umbellis, odore, flore, guſtu, multumſimilis, minus tamen ſuaviter ſpirat & ſapit. Frigidis locis delectatur, udis & pratenſib. Ea videtur eſſe, quæ à Dodoneo & Cluſio *Archangelica* vocatur. Id tamen nominis, ſi cuipiā ſtirpi cōveniat, Angelicę verę meli⁹ cōvenit. *Archangelica.*

Virtes. Angelica calefacit & ſiccat ordine ſecundo, aperit, digerit, humores craſſos incidit & diſcutit: venenis adverſatur; peſtilentibus morbis convenit, menſes promovet, cor & facultates recreat.

CAP. CI.

De Libiſtico, ſeu Liguſtico.

Libiſticum SImplicium multorum affinis vultus in diſcernenda ſpecie magnam adfert ambiguitatem. Quid enim ſit Laſerpitium, qui diſtingvatur à libiſtico, qui utrumque ab angelica, Imperatoria & Smyrnio, vix ex doctorū lectione colligi poteſt. Quantum vero conjecturis & rationibus aſſequi valet, *Liguſticum*, *Liguſticū.* Officinis *Leviſticum*, planta eſt altitudine frutices multos æquans, caule geniculato, intus *Leviſtiū.* concavo, foliis paludapio ſimilibus, ſed majoribus, lacinioſis, ac velut in partes plures diſterminatis & inciſis, atque ex pallido viridantibus & nitentibus. Vmbellis comatur, floſculis parvis ac ſubluteis, hinc inde micātibus, quorum ſenio ſemen oblongum, rotundum, ſtriatum, ſuccedit, fœniculo proximum, guſtanti acre & aroma olens. *Dioſcor. cap. 51. lib. 3.*

Panacea. Radix ei candida eſt odorata, Panacis Heracleonici ſimilis, unde & Panacea quibuſdā dicta.

Smyrniū. Silphium. Falluntur, qui Smyrnium aut Hippoſelinū vocant; atque gravius erant, qui non modo Silphium, ſeu Laſerpitium eſſe contendunt, ſed ſuccū ex eo eductum, Belzoinum nominant: Ex arbore enim procera hoc aroma exiiit; ex laſerpitio, quod ferulacea planta eſt, ſuccus Syrenaicus: ex Libiſtico vel nullus educitur ſuccus, vel eductus minime ſervatur. *Belzoinū.* An ſuccus Syre niacus ſit Aſa dulcis, vel Belzoinum, ſuo dicetur loco.

Panaces quadruplex. Liguſticum in Liguria copioſum naſcitur, ac in Apēnino monte; ibique Panacea vocatur, quod radice, caule & viribus Heracleoticum panaces referat. Quadruplici vero diſcrimine Panaces agnoſcitur, *Syrium*, *Heracleum*, *Chironium & Centaurium*, quibuſdam *Pharmaceum* dictū. Sed hæc relinquo exactius diſcutiēda his, qui univerſa ſimplicium hiſtoriam deſcribendam ſuſcipiunt: Redeo ad propoſitum.

Virēs. Radicibus & ſeminibus liguſtici vis inest calefactoria, ob id coctionem juvat, ventriculum roborat, flatus diſſipat, urinam & menſtrua movet, ſtrangulatus uteri tollit, & ſerpentum morſibus medetur.

Huc non incommodè trahi poſſe videtur Herba *Seleri* cujus frequens uſus in Italia & Gallia, ex inde ad nos tranſiit jam. Dicitur roborare totum corpus & ſemen augere. Odor & ſapor accedit ad leviſticum, gratior tamen eſt. Creſcit ut Petroſelinum Macedonicum, uſuſque eſt in forma acetarii. Ab *Apio* noſtro, ſi colaturvix dignoſces, vid. l. 6. c. 23.

CAP. CII.

De Seſeli.

PLantę multę effigie plurimum diſſidentes Seſeleos nomine donantur, ut *Maſſilienſe*, *Æthiopicum* herba, *Æthiopicum frutex*, *Creticum ſive Thordylium*, *Peloponenſe Pratenſe & Herbaceū*, *Seſeli Maſſilienſe.* ſeu quod facie Cicutæ eſt. Maſſilienſi, cuj⁹ frequentior eſt uſus, caulis eſt ferulaceus, bicubitalis, geniculatus, durus: folia veluti fœniculi, ſed ampliora, latiora, craſſiora: floſculi inumbellis albicātes: ſemina oblonga, ut fœniculi, admodum acria, non tamen ingrata, quæ ſæpe medicis uſibus inſerviunt.

Æthiopicum frutex Æthiopico ſurculi lignoſi ſunt rigidi, ſubrubei, & cubitales; folia oblonga, mediocriter lata, lævia, ex albo virentia: floſculi in umbellis flaveſcētes: ſemina oblōga, ut Libiſtici.

Æthiopicum herbā Aliud Seſeli Æthiopicum herbaceum ſurculos ferulaceos habet, bicubitales; folia lata ex pluribus cohærentia, Paludapio ſimilia: umbellas floſculis albicantibus refertas: ſemen membranoſum, latum, planū, palaceū, odoratum & gratum.

Peloponenſe. Seſeli Peloponenſi geniculatus ac ferulaceus caulis eſt; folia lata varie diſſecta; umbellæ patulæ; floſculi ſublutei; ſemen latum, oblongum, planum; radix craſſa, exterius ſubnigra, interius albida, acris & amara, & ſtomacho gravis.

Thordyllum Cretico ſurculus humilis eſt, & obſequioſus; folia inciſa, & in margine crenata; flores parvi in umbellis albi, ſemen parvum, latum, planum, odoratum, & acre. In Pharmacopoliis raro uſurpatur.

Virēs. Omnium Seſeleon ſemen calefacit & ſiccat ordine ſecundo, urinam pellit, menſes & fœtum trahit, & urinam à renibus & veſica trahit, & educit: Maſſilienſis autem ſemen aliis præfertur.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 158 sur 955

CAP. CIII.

De Gentiana.

GEntiana non immerito à Gentio Illyriorum rege nomen habet, & miris laudib⁹ effertur: est n. solenne pestifugum, putredinis exitium, & veneni alexiterium. Folia gerit plantagini, aut potius elleboro albo similia, ex viridi aliquantum rubentia, venosa, pedem longa, sapore perquam amara. Caulis ei cubitalis est, sæpe altior, è cujus singulis geniculis flores exeunt, verticillatim dispositi foliolis sex, angustis, stellæ radiantis instar explicati; quibus succedunt semina lata, ac tenuia, calicibus oblongis, è quibus flosculi emerserunt inclusa.

Vbique nascitur, sed delectatur magis in locis montosis, opacis tamen, atq; præstantissima in Illyrico, unde sibi regium inventoris nomen arrogavit. Visus eius in radice est præcipuus, & à medicis magis laudatus

Vires. Tanta vis inest Gentianæ præsertim radici, ut non solum homines, sed etiam bruta adversus venena tueatur. Stomachum corroborat ex aqua pota, lumbricos necat, putredinem arcet, virus pestilens domat, & venenatorum, animalium ictibus secure medetur

Cruciata. Gentianella. A simili tudine quædam aliæ plantæ Gentianæ vocantur, ut Cruciata minor, & Gentianella, sed quod earum vires, aut nihil, aut parum ad veram Gentianam accedant, vix in antidotorum veniunt compositionem.

CAP. CIV.

De Tormentilla.

Vnde dicta. TOrmentilla, quod tormentum, cruciatumve dentium leniat, dicta, à septena foliorum partitione *Septifolium*, Græcis *Heptaphylon* nominatur. Nascitur in locis umbrosis, nemorosis, ac opacis: surculos edit complures, tenues, imbecillos humi procumbentes: folia singulis internodiis septena, inter se inæqualia: flosculos luteos: radicem crassam, tuberosam, brevem, foris nigricantem, intus rubentem, cujus magnus & eximius est ad morborum pestilētium curationem usus.

Vires. Radix tormentillæ moderate calefacit, insigniter siccat, tertio nempe recessu, mediocriter astringit, putredini mirum in modum reluctatur, sudores movet, pesti, & morbis venenatis efficaciter succurrit.

CAP. CV.

De Paonia.

PÆonia herba est insignis nomine, flore, viribus, multos stolones edens, pedum sæpe duorum altitudine, in summitatibus flores pulcherrimos eructans, vel rubros, vel ex albo rubentes, multiplices, amplos, & rosarum æmulos, unde rosæ D. Mariæ quibusdam vocatur.

Species. Ejus tres sunt differentiæ: Prima dicitur *mas*, quæ folia juglandis nucis similia, sed ambitu minora & crassiora obtinet.

Secunda Smyrnii modo folia divisa & superiore minora gerit, ex obscuro virentia, surculos breviores atque omnia minora.

Tertia videtur quasi neutra, vel potius promiscua, quæ scilicet utriusque ideam gerit & effigiem, neque plane rubra, neque candida; sed veluti pallida est.

Quædam nunc in multorum hortis cernitur prorsus alba & pulcherrima; omniū tamen elegantissima est multiflora, cuj⁹ scilicet flos non reliquorum more simplex, sed polyanthos, ac multiplex datur.

Omnes tuberosas radices habent & multifidas; quædam tamen magis glandulosas; caules oblongos; folia divisa, flores valde patulos; in sum mo caule siliquas amygdalis similes, in quib. dehiscentibus, multa grana, parva, prærubra, cocci colore, splendentia, acinis granatorum conformia inveniuntur, & in medio quædam nigra, lucida, medullosa, sapore medicato, acri, subastringente, cum nonnulla amaritudine. Hæc omnia breviter describo, ne in maiorem opus accrescat molem. Multa autem superstitiosa de pœoniis narrantur, quæ tanquam literis indigna, lubens omitto.

Paoniarū vires. Radices pæoniarum maxime laudantur ad nervorum & cerebri robur, ad epilepsiam arcendam, sanandamque, & totum caput roborandum.

CAP. CVI.

De Rubia.

RVbia à rubedine Latinis, & *Erythrodanū* Græcis dicta, ramulis à terra prodit quadrangulis, asperis, geniculatis: foliis angustis, subasperis, ac ordine circum genicula in stellæ modum digestis. Flores in ramulorum summitatib. parvi, ac dilute lutei hiant, post quos semen parvum ac rotundum emergit, primū viride, dein rubens, postea nigricans. *Vnde dicta*

Radices prolixissimæ sunt, numerosæ, flexibus multis humi sparsæ, foris, intusque rubentes, quibus lanæ & coria inficiuntur: officinis *rubia tinctorum*, vulgo *garensa* nominatur. Sponte nascitur in locis umbrosis & opacis, omnesque regiones fere scatent ipsa radice gustu amara & canchusæ modo rubicunda, pellibus tingendis & inficiendis vellerib⁹ cōmoda, ob id à nostris infector. expetita.

Vires. Rubia radix urinam & menstrua movet, icterum sanat: Semen porum ex aceto lienē absumit: radix imposita menses, secundas & partū trahit, & lichenas ex aceto illita curat.

CAP. CVII.

De Ononе.

ONonis, vel potius *Ononе* sic dicitur à vini colore, quem illius flos repræsentat: A Barbaris *arresta & resta bovis*: à Romanis *remora aratri*, quod inter arandum, radices illius longissimæ & fibrosæ, boves aratrumque remorentur: dicitur & *acutella*, à duris & acutis spinis, quibus transeuntes, qui eam attingunt, pungere solet. Planta notissima est, in mediis agris & sæpius juxta eorum margines nascentes, & maxime in solo pingvi & glutinoso, vivaxque supra modū; nam cum fundum lætum invenit, sese multum propagat, singulis annis novos surculos eructās, qui in terram vicinam vagantur modo cultam & in pingvē. Surculos emittit breves, rigidos, spinosos, quos folia rutæ admodum similia, sed majora

Resta bovis Remora aratri. *Acutella.*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 159 sur 955

maiora & molliora in ferti modum coronãt. Capitula exerit circinata, folia parũ hirsuta, gratum halitum spirantia, florem pisi, sed minorem, & unicolorem & purpurascentem.

Vtil. Radix excalfactoria & extenuatoria est, urinam movet, calculos comminuit & pellit, obstructiones tollit, menstruum quoque sanguinem pellit, & ictero prodest.

CAP. CVIII.

De Eryngio.

Species. ERyngium & corrupte *Tringium* vel *marinũ* est, ad loca nempe mari vicina læte germinans, foliis latis, angulosis, spinis durioribus circũseptis, vel *campestre* seu *vulgare* cujus plures dantur varietates: quoddam enim dicitur planum, aliud pumilũ, & à regione quoddam dicitur *Hispanicum*, *Pannonicum*, *Alpinum*, præter alia quædam spuria.

Folia vulgaris in varias secantur particulas, acuminatas ac spinosas. Caulis cubitalis est, ac ramosus, in cujus summitatibus capitella in globum coacta, muricato spiculorum vallo, in stellæ modum radiantur. Ex medijs capitulorum spinis horridis exeunt flosculi cærulei, & interdum flavescentes, radix crassa longaque est, exterius nigra, interiꝰ alba succulenta, dulcis, odorata.

A capitulorum indefinito numero multi *centum capita* vocant, rustici *carduum*, *lepusculũ*, *carduum volutantem*. Planta enim integra marcescens, ventorũ evellitur, & per medios agros dum volutatur, currentem lepusculum eminus diceres. Falluntur, qui eryngium secacul esse credunt; ut ex Serapione liquet, qui de utroque, diversis capitibus agit, & diversam utriusque tradit descriptionem. Dicitur vero *eryngium* Arabice *Astaraticon*, non *Secacul* aut *Sekacul*, vires tamen habere pares, ex doctiorum lectione constat; quam ob causam secacul nobis incogniti defectu, eryngium vulgare substitui potest.

Vires. Radix eringii vim habet calefaciendi, meatus diducendi, urinas & menses movendi, arenulas ex renibus & vesica pellendi, & Veneris langvores proritandi.

CAP. CIX.

De gramine vulgari.

Species graminis quæ. CVm gramẽ ambitu suo plantam universam, quę folia & ideam segetum profert, amplectetur, non ita mirum, si ejus 46. differẽtiæ à rei herbariæ peritis quibusdã enumerẽtur: Istud tamen solũ, quod *Canarium* vocatur, medicatum est, & à Pharmacopœis seligitur, reliqua omnia terram operiũt, ut pecudes potius alant, quã hominibꝰ medeãtur.

Est autem *Canarium*, seu *caninum* gramen agricolis ut maxime cognitum, sic infensum, qui manibus & rastris segetes eo repurgant, alioquin mire cum sit ferax, pabulum tritico, vicinisq; plantis furripit: Proserpit enim radiculis pluribus, geniculatis, vivacibus, quæ ad se totam terræ pinguedinem attrahunt.

Folia ei dura sunt, ut arundinis parvulæ lata, tenuia & acuminata, unde *gramen acuminatum & dentem canis* mulierculæ vocant.

Laudatur gramen an renum, aliorumque viscerum farctus liberandos, tum & ad lumbricos intestinorũ enecandos. Radix vero ea potius præstat, quam reliquę plantæ partes. *Vires.*

CAP. CX.

De Glycyrrhiza.

A Dulcedine radicis, tota planta *glycyrrhiza* hoc est *dulcis radix*, & a pharmacopolis *liquiritia* dicitur. Nonnulli *δίψας* appellãt, quod in ore retenta sitim sedet atq; arceat.

Radix est fruticosa, longa numerosa, humi sparsa, ex qua caules assurgunt alti trium sæpe cubitorum, foliis lẽtiscinis, densis, pingvibus, glutinosis tactu; ac gummosis, fraxinellæ similibus, floribus, purpureis, & interdum albicantibus. Mense Iulio, & aliquando citius fert siliquas parvas cicerculæ magnitudine Glycyrrhisa à Theophrasto *cap. 23. lib. 9. Scythica* dici videtur, qua felicer Scythæ contenti sola undecim & duodecim dies sitim tolerant. Eandem pueri habent in deliciis frustratim sectam & aquæ demersam vitreis ampullis pro siti sedandã: mox enim ut aquam ex infusa glycyrrhiza flavescentem ebiberũt, aliam in lagenulam affundunt, agitant, iterãdæ potionis causa. Ex glycyrrhizæ radicibꝰ succus expressus, & in pastillos condensatus ad nos singulis annis ex Cappadocia & Hispania, ubi frequens est advehitur. *Succus glycyrrhizæ.*

In omnibus qualitatibus temperata dicitur, ad calorem tamen magis accedit: Asperitates lenit arterię & vesicæ scabræ, tussi convenit. Expectoratum movet, & ad pulmonum & thoracis omnia vitia utilis. *Vires.*

CAP. CXI.

De Cyclamine.

CYclaminis varia multaque nomenclatio: Barbaris enim *Arthanita*, officinis *panis porcinus*, quibusdam *Tuber terræ*, aliis *malum seu pomum terræ*, nonnullis *Cissophyllon* dicitur. *Arthanita. Panis porcinus. Tuber terræ. Cissophyllon. Pomum terræ.*

Nascitur in locis umbrosis sub arboribus, in veprib. & sylvis multis. Circa initium autumni floret: folia habet hederæ, angulosa, ãbitu leviter serrata, ex viridi purpurascẽtia, in quib. & supra infraq; macul. plures albicãt.

Est altera cyclaminis species, cui lata quidem folia sunt, sed fere nihil angulosa, & quasi rotunda, nec nisi obscure maculata. *Species.*

Tertia agnoscitur, radice minore, flores magis purpureo & odore suaviore: eamque nonnulli putant esse, quam Plinius Chamæcissον vocavit.

Vires multas, insigneſque cyclamen obtinet: namq; potenter incidit, aperit, menses movet, fœtꝰ etiã mortuos expellit, ictero prodest, calculos expellit, contra steotomata efficax, maculas omnes emendat, venenis adversatur, menstrua & fœtus potu & appositu trahit. Ajunt, si prægnans mulier radicem cyclaminis transgrediatur, abortum fieri. Sed levis conjectura sæpe credulos fallit. *Cyclaminis qualitates.*

Aliæ adhuc duę à recentioribus traduntur, à superioribꝰ foliorũ forma & magnitudine, florũ & colore, & inversione differẽtes. Præterea quędã vere tantũ florent, aliæ autumno, nonnullæ medio inter utrumque tempore.

CAP. CXII.

De Scilla.

SCilla, quod cæpaceo generi cognata sit, & locis calidis, arenosis, mari propinquis delectetur, vel etiam sponte proveniat *cæpa marina* jamdiu cœpit appellari. Qui enim intus, & in cute scillæ & cæpę anatomiam fecit, utriusque eadem interanea, eademque segmina novit. Multũ tamen dissimilia, flores, semina.

Scillæ foliis marcescentibus caudex assurgit cubitalis, è cujus medio, flores albidi fragariæ similes, in spica circa fastigium desinẽtes, pullulant: hos sequuntur siliquæ breves triangulares ac compressæ, semine nigricãte, pleno, ac pacato gravidatæ.

Diutissime autem culmus floridus præstat, pro triplici florum exortu: primo enim tempore flores bulbo propiores, tempus multum visuntur expansi; deinde, qui medium sertũ occupant; tandem, qui extremum. Mirum vero est, caudicem & folia simul vivere & virescere non deprehendi: nam caule tantum marescente folia erumpunt; his tantum marcidis caudex assurgit, contra reliquarũ stirpium naturam, quę primum folia emittunt, deinde caulem proferunt; in scilla caulis prior erumpit, quam ullum folium.

Scillæ vires. Scilla calefacit ordine secundo, & admodum incidentem facultatem obtinet. Præstat vero assam aut elixam sumere; ait Galenus: sic enim qualitas ejus vehemẽtior castigatur.

Meliterii est vas, in quo mel fuit repositum. Commendatur ad cerebri & nervorum frigidos affectus, ut decet, parata; quo modo eam repurgatam, minutim sectam & in meliterio reconditam, ac quadraginta dies insolatã pręparavit Galen⁹ pro puero epileptico.

CAP. CXIII.

De Bulbis.

Species. BVlbus vel coronarius est, vel medicamentarius, vel esculentus: inter coronarios recẽsetur narcissorum, lilionarcissorum, seu Tuliparum & hyacinthorum pene innumeræ varietates: Inter medicamẽtarios *scilla, hermodactylus, Pancratium, bulbus vomitorius*: inter esculentos, qui etiam ad medicos, eosque eximios trahuntur usus sæpe *porrum, ascalonium*, & hi, qui antonomasia quadam regii dicuntur, omnibus præstantiores, & ad Venerem stimulandam utiles, quinque veteribus in frequentissimo fuerunt ciborum usu, pro quibus nunc cæpis & ascaloniis tantum utimur, quæ veri nobis bulbi sunt, eosque pollicentur & præstant effectus, quos veterum bulbi, similiterque describuntur, adco utin antidotis dum bulbi semen expetitur, *cæparum* vel *ascaloniorum, escalceas* vulgus nominat, semen usurpari potest.

Bulbus quid. Bulbus autem dicitur *radix quædam sæpius corticosa, brevis, rotunda, membranis pluribus tunicata*, quarum exterior omnium maxima, extra terram sæpius frondescit, omnesque simul coeuntes, capillamenta multa, seu radiculas tenues producunt, quæ succum è terra convenientem alliciunt in totius bulbi nutricatum.

Frontes ei cæparum ritu teretes, angustæ, inanes in mucronem desinentes: cauliculi dodrãdales, in quorum fastigio flosculi emicant purpurascentes, quibus deciduis semẽ succedit exterius nigrum, album interius.

Vires. *Bulbi omnes acrimoniam habent*, inquit Dioscorides *cap.* 200. *l.* 2. excalefaciunt, Veneré stimulant, multum alimenti suppeditant, inflationem pariunt, ob id veretri tentiginem excitant. Sed copia eorum largior in cibo vitanda, quoniam nervos tentant. Præ omnibus autem bulbis, libenter crederem, *Satyrium* stimulandæ Veneri conferre, alios ignavius, nec nisi quia flatuosi sunt, ipsius ludibriis inservire.

CAP. CXIV.

De Satyrio.

ARadicum effigie plantæ quædam *testiculi* dicuntur, ab effectu *Satyria*, quod pronos ad Venerem reddant, Satyrarum ritu. Inter bulbosas radices numerantur, quarum, quæ unico bulbo radicatur, proprie *satyrium*: *Species.* quæ duobus *Cynosorchis*, seu *testiculus canis*, quę tribus, *triorchis* nominatur: cujusque vero multæ differentiæ statuuntur, à forma bulbi, foliorum numero, florum colore & serie dispositã sumptæ: Omnes tamen viribus affines & Veneris amicæ. Verum præ ceteris commendatur id, cujus radix unica est, rotũda, mali magnitudine, exterius fulva, intus candida, ac multa carne turgida, gustãti dulcis & ori non ingrata. Ex ea tria folia emergunt, unde *trifolium* aliqui nominant, ad terram depressa, lilii figura & colore similia, sed minora. Caulem pedalem erigit, flores parvos & candidos, hujus radices præ aliis sunt eligendæ ad condituram, & pro satyrio credendæ.

Vires. Satyria condita analeptica sunt, & utiliter dantur tabidis, atq; his, qui res venereas frequenter exercent. Tanta enim vi radix satyrii ad congress⁹ excitandos pollere creditur, ut sola manu detenta Venerem stimulet. Vnde Græci plantas pene cunctas libidinem irritantes, *satyrii* nomenclatione designant.

CAP. CXV.

De Porris.

POrrum studiosissime seritur in hortis culinæ dicatis: Planta enim vesca magis est, quam medica, ut olitores & coci satis agnoscunt: eius tamen succus interdum pharmacariis remediis usurpatur, ut pulveribus *pilularum fœtidarum* excipiendis, & interdum empyreumtat extingvendo, vel potius educendo; licet enim calidus sit, mira vi, impressum caloris vestigium ad se alliciens, aufert.

Species. Est vero porrum vel hortense, vel agreste, atque utrumque duũ generum: hortẽse prius, dicitur *capitatum*, alterum *sectivum*: illud, quod radice constat cæparum modo rotunda, quod longiore & frequenter secetur.

Ex sylvestribus unum dicitur *schœnoprasum*, quod folia gerit, tenuia junci ritu; alterum *ampeloprasum*, quod in vineis & aliis multis locis sponte nascitur.

Vnius nempe capitati meminit Dioscori-

des,

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 161 sur 955

des, cuius scilicet caput, vel verius radix in latum excrescit, & sese dilatat, quod ut facerent antiqui, tegulam, aut silicem superponebant, atque ita crassescere comperiebant. Alii multi traduntur modi, quibus incrementum porris conciliatur quasi prodigiosum, sed hæc omnia rei hortensis cultoribus & scriptoribus relinquenda.

Vires. Porrum omne calefacit insigniter, resiccat, extenuat, aperit, incidit, resolvit, serpentum morsibus & ustionibus auxiliatur.

Ejus semen tritum & expressum, aut vino albo bibitum, urinæ difficultates solvit, & meatus urinæ dicatos diducit. Nonnulli scribunt, porrum comestum Venerem stimulare, & ebrietatem discutere, frequens tamen ejus esus tumultuosos facit, visui officit, & bilem æruginosam gignit.

CAP. CXVI.

De Raphano & rapo, seu Buniade.

MAGNA est affinitas inter raphanum, rapum, & rapistrum: *Raphanus* notior est, quam ut longa verborum serie explicari debeat; nam infima plebecula eo admodum delectatur, & sese cum pane & pauco sale sustinet, atque omnibus fere gentibus non parum in cibatu placere video.

Raphani species. Triplici vero discrimine notatur: alius enim raphanus dicitur major, vitibus valde inimicus; alius minor, seu *raphanus*, & aliquando *radicula sativa minor*; tertius *raphanus niger* dicitur, quem nonnulli *raphanidem sylvestrem*, hortulani *Resorum* vocitant.

Rapū unde dicatur bunias. *Rapum* à tumente figura, *Bunias*, à rotunda *gonzylon*, vel potius *strongylon*, vulgo *napus* dictū, ex radice valde crassa, canosa, tuberosa, alba, vix capillata, folia edit oblonga, aspera, viridia, profundis incisuris utrinque dissecta: caules bicubitales & ramosos: flosculos luteos, quibus siliquæ succedunt, seminibus brassicæ similibus, sed minoribus prægnantes, quæ ad *Mithridati* confecturam accedūt, cujus vis ad venenatorum morborum expugnationem summopere commendatur.

Suspicantur vero nonnulli, buniadem à napo vulgari differre, illiusque, non hujus semen ingredi *mithridatij* compositionem; alterutrius tamen defectu hoc vel illud substitui potest.

Raporum species. Tria porro naporum seu raporum dantur discrimina, à figura radicum sumpta: Primum *orbiculatum*, seu *turbinatum* & breve est: secundum crassum & oblongum: tertium minus & vulgare, quod vulgus absolute napum nominat.

A soli & cœli conditione, ut magnitudinem, sic bonitatem acquirunt napi: qui in agro Cadonensi fruticant, tam suaves & grati sunt, ut omnibus aliis præferantur.

Rapistrū. Rapistrum sylvestre quoddam rapum esse videtur non bulbosum, quod passim in aruis germinat, foliis latis, virentibus, laciniatis, floribus luteis, cujus semen mulierculæ *navetam* vocant.

Alia est ejus differentia foliis eryssimi, *lampsana* dicta; ut & tertia quædam erucæ folia gerens & & flores candidos: omnia vero semina, parva, nigra, rotunda, siliquis inclusa proferunt.

Raphani crudi tantum mensis apponuntur & esitantur, napi non nisi cocti; omnibus inest calefaciendi, aperiendi, & urinas movendi facultas. *Vires.*

CAP. CXVII.

De Anemone.

Altera parte

SUPRA de calefacientibus tantum egimus, quorum radices magis celebrantur, paucis aliquot exceptis, propter excedentem calorem in hujus sectionis initio descriptis, quorum inutilis radicum qualitas perhibetur; nunc de his, quorum aliæ potius partes veniunt in usum, differemus, initiumque ducemus ab *anemoni*, deinde cætera persequemur. Dicitur autem *anemone* aliquando *herba venti*, quod ejus flos non nisi vento flante sese diducat & aperiat. Poetarum fabellæ ex Adonidis cruore natam asserunt, unde & *flos Adonis* quibusdam dicitur. Ejus duæ generales differentiæ traduntur, hortensis una, & altera sylvestris; atque utriusque præsertim hortensis adhuc multæ varietates agnoscuntur, florum colore & multiplicitate tantum distinctæ: quædam enim florem habent candidum, aliæ rubrum, aliæ cæruleum, nonnullæ phœniceum, aliæ rubellum, aliæ violaceum, aliæ ex herbaceo cruentum: quæ omnes ob florum præstantiam & pulchritudinem *croonis* tantum dicantur: Sylvestres vero pauciores sunt, & ad medicos usus magis requisitæ, ut ad confectionem *unguenti Martiati* desc. Myrepsi, in quo *sylvestris anemone*, præsertim ea, quæ vulgo *herba venti*, & *pulsatilla* vocatur, debet usurpari. Earum autem omnium varietates, cum eleganter pictæ & descriptæ dentur, à celebribus viris D. D. Dod. & Clus. in illis longius describendis non immorabor. *Herba venti.* *Flos Adonis.* *Species.*

Qualitatem omnes anemone acrem habent, aperientem, incidentem, detergentem, & exsiccantem. *Vires.*

CAP. CXVIII.

De Keiri.

KEIRI Mauritana vox est, *leucoion luteum* designans, perpetuo virens & frigoris patientissimum, contra reliquorum leucojorum naturam, quæ adveniente hyemis rigiditate cito marcescunt, nec nisi novo semine sato renascuntur; violas excipio pumilas, tam hortenses, quam incultas, quæ quotannis repullulascunt; in hoc herbariorum distinctionem secutus, qui de vocum natura parum solliciti, leucoja à violis albis distinguunt, licet leucoion proferentes, albam violam enuncient.

Ut autem violarum multæ sunt differentiæ, ut *supra* ostendimus, sic & leucoiorum; inter quæ, quod luteum florem gerit, nempe Keiri, usibus maxime medicis commendatur. Ubique fere nascitur & in maceriis, muris ædificiorum, vetustis ruderibus, aliisque saxosis & aridis locis. Seritur quoque & læte viret in hortis juxta muros ac parietes. Caules ei ramosi sunt, multi, rigidi, tenues: folia oblonga, angusta, ex glauco virentia, aliis cuiusuis leucoii *Species.*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 162 sur 955

foliis minora rigidioraque, flores lutei, odorati, suaves, siliquæ oblongæ, tenues, in quibus semen parvum planumque coarctatur.

Vires. Ex floribus per infusionem paratur oleum humoribus resolvendis, frigidis doloribus sedandis, & nervis roborandis idoneum. Semen ʒ ij. pondere ex vino datum, aut cum melle subditum, menstrua, fœtus, lochia, & secundas educit. Idem efficit insessus ex florum decocto institutus.

Cap. CXIX.

De Thymo.

THymum omnibus notum, inquit Dioscor. planta parva est, surculosa, exilibus & angustis foliis, quam plurimis vestita capitulis, in fastigio flosculis albescentibus refertis. Ejus duo sunt genera; primum dicitur *Cephaloton*, staechadi multum simile, alterum ab eo distat, quod durius sit, perpusilla habeat folia & flores, non in capitulis aut spicis, sed juxta folia. Datur & aliud exoticum, *Peruvianum* dictum, quod minus surculosum & foliosum est, sapore minus acre, odore magis suave, in reliquis aliis simile.

Species. *Cephaloton.* *Peruvianum.*

Vires. Thymum calefacit, siccatque tertio gradu, incidit, attenuat, menses movet, fœtum trudit, viscera expurgat, & à pulmonibus educit: Oculorum claritati multum prodesse creditur.

Sæpius vero in genere condimentario reponitur; nam culinæ eo quotidie & viridi & sicco utuntur.

Cap. CXX.

De Serpillo.

Species. SErpilli duo genera traduntur; unum hortense, quod majus est, magisque succulentum, cultu & solo pingui gaudens; alterum agreste, quod locis petrosis, iqualidis, siccis, sterilibus, & arvorum marginibus & collibus delectatur. Utrique fere thymi facies, odor & sapor, & à serpendo nomen: hymi namque serpunt ramuli, & imbi radices figunt, ubi terram attingunt. Vulgari ac sylvestri exiles & tenues sunt, viticuli, foliis exiguis; rhzmi similibus induti, duri, lignoti, quorum nonnulli palmi altitudine assurgunt; alii procumbentes in terram fibras capillatas, seu radiculas demittunt.

In summitatibus capitula rotunda habent, è quibus flosculi prodeunt ex albo rubentes & purpurei, quorum ut & plantæ totius odor gravis & suavis.

Pulegium montanũ. Invenitur & in multis locis aliud serpillum majus & agreste, cuivis cauliculi non serpunt aliorum more, & in officinis *pulegium montanum* vocatur.

Hortense serpillum propter gratum & suavem halitum inter coronarias stirpes locum habet. Surculos emittit longiores & crassiores: foliat item latiora & habitiora, & capita flosculis majoribus coronata.

Vires. Serpillum acre & calidum est insigniter, menses & urinam movet, tormina ventris sedat, lethargo conducit, contra venenatorũ animalium morsus valet, atque serpentes, dum uritur, suo fumo repellit.

Cap. CXXI.

De Sampsucho & Majorana.

Sampsuchum. SAmpsuchum Dioscoridis majorana non est, tum sit herba ramosa per terram repens, foliis calaminthæ tenuifoliæ, rotundis & hirsutis; *majorana* namque minime repit, sed surculis multis, rectis assurgit in altum, nec foliis constat rotundis, sed mucronatis; attamen sampsuchi penuria usurpari recte potest. Est enim planta viribus & facie valde affinis illi, cujus gratiosus odor saporque efficit, ut sedulo in hortis & vasis figulinis alatur, & cura majore conservetur: hinc forsan majoranæ nomen vel à Maro, ut sentit Dodoneus; adeo *majorana* & *marum*, seu *hyssobrium*, ut ex Dioscoridea ejus descriptione colligit, sint unica planta *sampsuchum* & *amaracum* altera, ex Dioscoride & Theophrasto: *Amaracus* tamen Galeno *Parthenium* est, ex Dodoneo, sic non suo, sed alieno lapsu nominatum, cum re vera amaracus sit sampsuchum.

Majorana. *Marum.* *Hyssobus.* *Amaracus.*

Eorum vero nusquam admittenda ratio est, qui ad mari familiam Clynopodium referunt, quod vulgus Gallorum *mastic* nominat, cum inter se non parum dissideant: nam *marum* Dioscoridi herba est surculosa, flore origani, foliis multo candidioribus, eique vulgo cognita & Origanis dicta: Plinio vero exotica planta est, nec inter vernaculas numerata. *Clynopodium*, quod nõ nulli *Cleonicon*, alii *zopyron* nominant, vulgare est, & serpillo simile.

Clynopodium.

Proro *majoranâ* vel frigoris impatiens est, vel patientissima: hæc hyemalis dicitur, & inter nives medias innoxie viret, illa æstiva & algidioris brumæ cujusdam occursu perit.

Majoranæ Vires. Calefaciendi vim habet manifestissimam, cephalicam & hystericam, atque menses subdita, vel pota accelerat.

Cap. CXXII.

De Pulegio.

Species. PUlegii duæ sunt differentiæ; unum dicitur mas, seu sativum, verum & latifolium; alteri sylvestre & angustifolium. Vero pulegio abunde caules exeunt multi, rotundi, sæpe procumbentes, in altum tamen sese attollentes, folia è singulis geniculis bina exeunt subrotunda: flores subcærulei, circulatim culmos juxta foliorum exortum circumdant. Suavem pulegium odorem halat, maxime cum floribus ornatur. Ejus odorem aqua vase vitreo, ut decet, stillata, servat. Ut pulegium verum parum distare videtur à secunda Calaminthæ differentia, sic sylvestre à serpillo. Nascitur optimum in locis aridis, saxosis, & montibus, unde *pulegium montanum & regale*, quod officinæ multæ *Clynopodium* esse dicunt. Pulegium recens incensum pulices necat, unde fortassis nomen. Ad pulegia autem plantæ multæ odoratæ referuntur, in quibus designandis vix authores conveniunt.

Pulegii unde nomen.

Vires. Pulegium calefacit ordine tertio, valenter exsiccat, attenuat, menses & secundas movet, pectoris pituitam digerit, coctiones juvat, convulsis auxilio est, contra serpentum ictus ex vino cõfert, lienosis admotum medetur, & podagricis & comitiali morbo affectis prodest.

Cap.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 163 sur 955

CAP. CXXIII.

De Polio ſ. Cupreſſo.

Polio nomen vnde. POLIUM capitulo quodam parvo in corymbi ſpeciem coacto hirſuto, tomentaceo & albeſcēte, capillitium hominis cani ſimilitudine quadam effingit, unde nomen. Aſſurgunt ei ab una radice ſurculi numeroſi tenues, duri, lignoſi, rotundi, ſeſquipalmum longi: folia oblonga ſunt, crenata, rigidiuſcula, chamædryos affinia, ſed anguſtiora, in ambitu ſerrata, in virgularum ſummitatibus floſculi albida lanugine pubeſcentes, ſimul plures in capitula coacti: ſemen parvum, nigrum: oblongum.

Tota planta incava eſt; in locis ſqualidis & montoſis lætius virens, unde *polium montanum* in *Teuthrio.* pharmacopoliis nuncupatur, cui etiam *Teuthrio* nomen eſt, ſecundum Dioſcorid. *cap.* 124. *lib.* 3. Gravem odorem ſpirat, ſed non non injucundum, & ad Medicos uſus ſæpe adducitur.

Eſt alterum non uſque adeo valens odore & viribus infirmius, cujus etiam ſurculi rigidi ſunt, & rotundi, folia breviora & anguſtiora. Floſculi multi, ſimul congeſti, lanugine tenui incaneſcentes.

Alia duo recenſet adhuc Remb. Dodoneus. Pena vero quatuor, quæ his inveſtiganda relinquo qui univerſalem ſtirpium hiſtoriam deſcribendam ſuſceperunt.

Virtt. Polium calefacit ordine ſecundo, ſiccat initio tertii, hydropicis, ictericis, lienoſis medetur, urinas & menſtrua movet, ſubſtratum, ſuffitumve ſerpentes fugat; vulneribus ad cicatricem perducendos opitulatur.

CAP. CXXIV.

De Ozymo ſ. Baſilico.

OZYMUM planta cum ſit odoratiſſima, hoc præ cæteris nomen jure ſibi vendicavit, ne poſthac minus apte *Ozymum* vocitetur, quod pabuli genus eſt, teſte Varrone, ex varia ſegete adhuc virente, boum cauſa, fieri ſolitum. Ob eandem fragrantiam, vulgus etiam *baſilicum*, quaſi baſilica; ſeu regia domo dignum appellat; *Ozymum* tamen non male dici credunt multi cum Pompeio, à naſcendi celeritate, nam tertio à ſatu die, & interdum octus erumpere ſolet, traduntque nonnulli nimis ſuperſtitioſe, aut potius ridicule lætus provenire, ſi cum maledictis ſeratur. Verum ſignificantius per z. ſcribitur ab ζέω, hoc eſt, oleo, quia tota planta ſuavem efflat odorem. Mirum eſt, quod de ozymo ſcribit Plutarchus, cujus nempe ſurculi ſicci, aut paleæ tenues à ſuccino expelluntur; cujuſvis autem alterius ſegetis *Hiſtoria.* feſtucæ, aut parvulæ ſtipulæ attrahuntur. Holerius Medicus Pariſienſis *cap.* 1. *de morb. interd.* rem notatu digniſſimam narrat, de quodam Italo cui ex frequenti odoratu ozymi, quod *baſilicam herbam* nominat, ſcorpio natus in cerebro vehemētes & longos dolores, poſtea mortem attulit: Libyes tamen aſſeverant, ſi quiſpiam eo die, quo ederit, ozymum, feriatur à ſcorpione, non poſſe lædi.

Speciis. Quatuor autem ozymi perhibentur differentiæ, tria nempe ſativa & ſylveſtre unum, *Acinos* dictum. Ex ſativis duo latifolia ſunt, & unicum tenuifolium, quod baſilicum minus dicitur.

Vulgare ac latifolium cubitali proſilit altitudine; ſurculoſum eſt ramulis teretibus, folio mercurialis, ſed minore: Floſculi ei interdum candidi, nonnunquam purpuraſcentes: ſemen nigrum & puſillum, quod in ſyrupo de arthemiſia D. Fern. uſurpatur.

Ozymum manifeſte calefacit, flatus diſſolvit *Ozymi virtt.* urinas movet, mœrores, quos atra bilis invehit, mulcet, triſtes exhilarat, timidos animat. A Chryſippo tamen improbatur, ut ſtomacho & oculorum ſanitati officiat, & inſaniam inducat.

CAP. CXXV.

De Origano.

QUATUOR ſunt origani genera; primum & *Species.* commune dicitur *Heracleoticum*, ſeu *Cunila*; ſecundum *Onitis*; tertium ſylveſtre; quartum *Tragoricum*: cujus adhuc duæ narrantur varietates, quas brevitati ſtudens fuſius deſcribere non libuit.

Verum autem origanum & foliis & virgultis eſt majoris majoranæ ſimile, in ſummitate gerens umbellam, non circinatā, ſed in parvis thyrſis, ſpacatis, hinc inde congeſtis, media æſtate adoleſcit; atque ut facie, ſic odore, ad majoranam accedit; verum hyemis ſævitiam tolerantius ſubit: nam inter nives innoxie viret. Braſſicæ multum adverſatur & ſerpentum generi; quare teſtudines cum illis dimicaturæ origano ſe muniunt, & contra frigida venena maxime valet.

Omnia origana calefaciendi, ſiccandi, incidendi, attenuandi, & urinas movendi vim habent: purgationes fœminarum cient: peripneumonicis & tuſſientibus ex melle in eclegmate & ſorbitione feliciter dantur. *Virtt.*

CAP. CXXVI.

De Mentha.

LICET Mentha cuique nota ſit, etiam Dioſcoridis teſtimonio; nam vivaciſſima cū ſit, ubique facile germinat, vix tamen ſpecies ejus omnes exacte deſcribuntur, & ſæpius cōfuſe mentha, menthaſtrum, ſiſymbrium, & calamintha deſignantur. Sic vero diſtinguuntur. *Species.*

Hedioſmos ſeu *mentha*, vel hortenſis eſt, ſeu domeſtica & vera; vel ſylveſtris, ſeu notha, *menthaſtrum* dicta. Menthæ veræ quatuor ſunt ſpecies: *Prima mentha Species.* Prima caules habet quadrangulos, obſcure rubentes, aliquantum piloſos, folia ſubrotunda, floſculos ſubrubros, circum cauliculos orbiculatim natos: Radix illius, ut reliquarum, ſerpit, novos ſubinde turiones germinans.

Secunda radice, foliis, odore, magnitudine priorem æmulatur, ſed color magis ex rubro nigricat, & flores in ramulorum faſtigiis ſpicantur. *2. Species.*

Tertia foliis conſtat longioribus floſculis ſpicatim inſidentibus. *3. Species.*

Quarta quoque foliis eſt oblongis & acutis ſed florib. ſubpurpureis; geniculatim cauliculorum internodia inſtar primæ conveſtientibus. *Quarta.*

Præter has à rei herbariæ peritiſſimis con-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 164 sur 955

numeratas, aliam adjungit Matthiolus, quæ à Goritiensibus *Mentha Græca*, à Val. Cordo *Sarracenica*, à quibusdam *Herba D. Mariæ*, à nonnullis *Salvia Romana*, ab aliis *Lassulata*, à plerisque *herbe du coq* Gallice nominatur. *Mentha Græca.* *Herba D. Mariæ.* *Lassulata.*

Planta est in hortis passim nascens, foliis majoris salviæ, aut betoniæ, ex viridi albicantibus & serratis, caulibus cubitalibus & sæpe longioribus, in quorum fastigiis flores exeunt corymbacei, colore melino, tenaceti modo: hujus sapor amarus est, odor ut mentharum gravis, non tamen ingratus.

Species menthastri. *Menthastri*, seu *mentha sylvestris* suæ sunt etiam species: Prima, ubivis secus mœnia & scrobes urbium scatet, foliis majoribus, rugosis, leviter crenatis, floribus spicatis. Secunda pratensis est, quæ viret aquosis marginibus, folia gerens hispida, incana, subrotunda, flores, ut prior, spicatos; utraque gravis, nec odore insuavis.

Vires. Mentha in re cibaria utilis est, peculiaremque gratiam tenella habet in acetariis, adultior autem ut prædura, sic ingrata est. Natura manifeste calida est, & eximie stomachica: Proprietate enim ventriculi calorem auget, robur firmat, coctionem juvat, flatus dissipat & tormina sanat.

Sisymbrium. Tanta vero est *Sisymbrii* cum *mentharum* familia cognatio, ut cultu, aut neglectu invicem transmutentur: Officinæ *balsamintham* nominant, vulgus *mentham crispam*. Longe autem distat à Sio, seu Berula, ut & à Cardamine, seu Crelcione, quem Sisymbrium aquaticum vocant: nam verum *Sisymbrium*, *serpillum sylvestre* multis dictum, menthæ hortensis admodum simile est, sed odoratius & latiore folio, virosque medicas habet insignes. *Dioscorid. cap.* 155. *lib.* 2. *Sion.* *Cardamine.*

CAP. CXXVII.

De Calamintha.

Species. 1. CALAMINTHÆ tres sunt species, prima montibus familiaris; secunda pulegio cognata; tertia menthastro. Prior, quod locis squallidis, tuberosis, montosis fœcundius luxuriet, *montana* dicitur; propter tamen ejus elegantem faciem & gratiosum odorem, nunc in hortis cicurata servatur, ut menthæ omnes, quibus & viribus, & nomenclatura utcunque respondet; nam *calamintha pulchram mentham* portendit; atque nominis iste complexus illius nobilitatem signat; in Officinis *calamentum montanum* nominatur.

2. Secunda calaminthæ species, foliis regali pulegio similis est: sed aliquanto majoribus, albidis, variegatis maculis, floribus ex candido purpurantibus, virgas cubitales amicientibus. Gaudet locis apricis & expositis soli. Reperitur & in multis aruis post segetem demessam. Vocatur quoq; interdum *nepeta*, Dioscoride referente, à quo nec improbatur, nec probatur hæc nominis usurpatio.

3. Tertio menthastro similitudine respondet, foliis oblongioribus, caule & ramis majoribus, quam superiores, sed viribus est inefficacior. Dodonæus pro hac tertia calamintha *Cattariam herbam* exhibet; Fuchsius aliam in multis dissimilem, & revera Dioscoridis lectio vix ullam Cattariæ lineam describit: juste tamen ad calamintharum familiam referenda, ut quæ illis sit cognata, & viribus herba præstans, antiquis fortan ignota. Cauliculos edit multos, quadratos, duriusculos, folia marrubii incana, singulis nodis bina, flores in extremo spicatos, menthæ aut menthastri modo. Dicitur *cattaria*, quod valde à cattis expetatur, qui ejus folia jucunde & quasi lasciviendo contrectant, & avide depascuntur. Vulgus Pharmacopœorum *nepetam* vocitat. *Herba Cattaria.*

Insigniter calefacit & attenuat; peculiari dote conceptum juvat, atque uterum reddit fœcundiorem. *Nepeta.*

Vires. Omnis vero calamintha essentia est tenui, calida & sicca in tertio quodammodo recessu; tormina sedat, lumbricos & ascaridas enecat, icterum sanat, menstrua ducit, sugillata tollit, asthmaticis medetur, strenue humores digerit, ad omnia autem efficacior montana.

CAP. CXXVIII.

De Absynthio.

Species. LICET Absynthium herba sit, Dioscoride referente, vulgo nota, in ejus recensendis speciebus ac describendis, vix duo consentiunt. Relictis autem brevitatis gratia, opinionum varietatibus, dicimus tres esse absynthii differentias, *Absynthium* vulgare, *absynthium Santonicum*, & *absynthium Seriphium*. Falluntur vero, qui vulgare aliud à Romano & Pontico existimant, quique Santonicum appellant absynthium Romanum: vulgare enim *Romanum* est, sic olim dictum, quod fuerit plebi Romanæ sacrum, & quia in agro Romano, antiquisve ruderibus passim inveniatur; *Ponticum* vero & à Ponto, & à stypticitate, seu astrictione. *Absynthii Romani, esse vulgare.*

Xantonicum. At quod *Santonicum*, vel potius *Xantonicum* appellatur, à Xantonum tractu, ubi plurimum nascitur, id nominis sortitur: hinc ejus semen à nonnullis immutata voce *sanctum*, cum *sanctonicum* dicendum esset, appellatur. Tota planta absynthio vulgari similis est, sed minor, minusque candicans, seminibus non adeo multis, floribus exiguis. *Xantonicum.*

Absynthii Seriphii, sive marinum. Tertium *Absynthium Seriphium*, seu *marinum* dictum, copiosum nascitur in monte Tauro, juxta Cappadociam. Herba est tenuis, abrotoni parui similitudine, referta seminibus minutulis, subamara & graviter olens cum quadam calfactione: Totaque adeo similima abrotoni fœminæ vulgaris hortorum, ut non facile sit, utramuis ab altera discernere.

Vires. Absynthium omne aromaticam, suavem admodum, acrem & amaram possidet qualitatem, ait Galenus; Attamen vulgare quoddam in hortis multis invenitur, minime amarum, sed dulce, soloque sapore à Pontico distinguitur. Omnia vero stomacho conferunt roborando, coctionem juvant, & alui lumbricos tam sumpta, quam admota enecant. De absynthiorum differentiis & qualitatibus videndus est Dioscorides, ut & Casparus Bauhinus, Medicus Basilienſis, qui librum integrum edidit de absynthiis.

CAP.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 165 sur 955

CAP. CXXIX.

De Artemisia.

Species. ARtemisiæ species plures sunt duabus, cõtra multorum opinionem; nam præter vulgares, latifoliam unam & tenuifolias duas, marina quædam est, quæ ab una radice lignosa, pluribus fruticat sarmentis, foliis imis & humi fere stratis. Et Ruellio & Fuchsio si credimus, ut certe de re hac credere nefas, matricaria & tanacetum artemisiæ sunt species.

Omnes autem artemisiæ sunt sylvestres, quarum prior latifolia est, lacinosa ac per margines dissecta, caules habens rectos, rotundos, striatos, bicubitales, & sæpius longiores, flosculos exiguos, absynthii odore. Nascitur secus vias, & mediis interdum in hortis.

Secunda tenuior est, flore parvulo, candido & graveolente.

Tertia tenuifolia quoque in sepibus, & juxta ductus aquarum nascitur, cujus flores & folia contra odorem maioranæ utcunque referunt. Usurpanda vulgaris ad confectionẽ syrupi, qui ab ea nomen habet.

Ab Artemisia regis Mausoli uxore sic enunciatur, cum olim Parthenis diceretur, hancque superstitiosi multi herbam D. Ioannis vocitant, qua sacris illi diebus lumbos cingunt.

Virtus. Calefacit ordine secundo, aperit, attenuat, menses secundas & fœtus pellit, & affectibus uteri multis auxiliatur.

CAP. CXXX.

De Melissa, seu Melissophyllo.

QVa dulcedine & voluptate feruntur cattiad cattariam herbam, de qua *supra*, eadem apes ad apiastrum, seu melissophyllon, quasi folium melle im, vel citragnem, ab odore citri quem refert, sæpe dictum. Ejus species. plures videntur esse differentiæ: nam præter sylvestrem, quæ improprie melissa dicitur à Fuchsio, cum Cymices redoleat, vulgaris maxime celebratur, deinde Hispanica, tum & aliæ magis peregrinæ, quæ è Moluccis insulis advectæ, Moluccæ dicuntur.

Melissa nostras cunctis notissima, surculis quadrangularibus assurgit, foliis latis, rugosis, subasperis, citrium malum olentibus, binis prominentibus juxta internodia, è quib⁹ prodeunt exigui calices, cum flosculis candicantibus, succedente postea semine minuto nigricante.

Hispanica, effigie, odore, viribus, ei valde similis est, folia tamen minora, nec ita rigida sunt, ac virentia.

Melissæ Moluccæ duæ sunt, prior *lævis* dicta, altera *spinosa*: utraque culmos, ac folia Melissa Moluccæ. edit multa, melissæ nostrati non parum affinia.

Virtus. Calefacit melissa ordine secundo, siccat primo: in insessionibus valet ad ducendos menses, & in potu, ac illitu contra scorpionem, phalangiorum, & canum morsus conducit. Caput roborat, memoriam auget, & facultates animales recreat.

CAP. CXXXI.

De Prasio.

PRasii, seu Marrubii duo sunt genera, unũ Species. album, aliudque nigrum, quod *Ballote* vocatur. Vtrumque abs radice ramosum, altitudine sesquipedali, ac juxta parietes & agrorũ margines nascens. Candidum, quod magis est in usu, caules edit quadrangulares, tenui pube hirsutos: folia per intervalla bina, subrotunda, rugosa, ambitu incisa & lanuginosa: flosculi ex calicibus emergunt exiguis, qui verticillatim surculorum genicula circumdant. Omne marrubium in ruderato solo, & prope collapsas ædes delectatur. Nonnulli marrubiastrum seu marrubium nigrum albo præferunt; ego album nigro cum perioribus viris prætulerim.

Vires. Calidum est ordine secundo, siccum tertio: Obstructiones tollit, pulmones expurgat, menses ducit, ruptis, conclusis & nervorum contractionibus confert, daturque ad serpentum morsus & pocula venenata.

CAP. CXXXII.

De Betonica.

BEtonica plane sylvestris est planta, loca a- Betonica. mans opaca, nec aquosa; propter tamẽ eius dotes eximias, in hortis culta adolescit. Foliis emergit oblongis, latis, virentibus, subasperis, in ambitu serræ modo incisis. Caulículi tenues sunt, quadrangulares, aliquantũ hirsuti, ac cubitales: flores fert spicatos, rubentes, & quibusdam in locis albidos. Græcis dicitur κέφαλληχόταφος, Latinis *Betonica*: Veronica. quæ vox ad aliam plantam detorqueri solet, quæ *Vetonica altilis & tunix*, à quibusdam *flos Armerius*, à Germanis *flos superbus* nominatur.

Præter betonicam vulgarem, alia quædã latifolia multis in locis reperitur, quæ cultu magis delectatur, atque in hortis lętius viret.

Betonica calida & ficca est secundo recessu, vim habet cephalicam & alexiteriam: Betonica vires. quare morbo comitiali, comati & morbis venenatis prodest, maxime vero demorsis à cane rabido & serpentibus, & siquis hac prę-sumpserit, lethale venenum hausturn nihil nocebit.

CAP. CXXXIII.

De Veronica.

VEronica duplici agnoscitur discrimine, Species. una dicitur mas, altera fœmina, *elatine* multis dicta. Illa Paulo Æginetæ Betonica dicta, surculis pedalibus, crebris, hirsutis per terram serpit, foliis oblongis betonicæ minoribus, serratis, & nonnihil ad Teucrium accedentibus, sed exigua lanugine pubescentibus; semine parvo, rotundo, nigricante, in calicibus loculi formam referentib⁹ contento: radice tenui huc illuc divaricata.

Elatine Veronica repens. Veronica fœmina, multis *Elatine*, nonnullis *Veronica repens* dicta, surculis pedalibus, tenellis, flexib⁹, lanuginosis, multis, foliosis, ab exili radice serpit; foliis ad nummulariam vulgo dictam accedentibus, incanis, pilosis, floribus

ribus puſillis; albidis, anthirrhini ſimilibus, ſemine exiguo, rotundo, nigro, anagallidis finitimo. Plurima naſcitur inter ſegetes, & in verfactis atque locis ſabuloſis.

Agnoſcunt uonnulli veronicam quandã ſurrecticaulem, quæ rigidioribus ſurculis ſeſe erigit, tenuibus ramoſis & folioſis, atque ſuperiori valde ſimilis.

Exit & in pratis, inquit Dodoneus, ac humentibus locis alia quædam Veronica, effigie & magnitudine ad fœminam multum accedens, cujus tamen folia minora ſunt, nec pubeſcentia, ſed lævia & vireſcentia: viticuli per terram repentes; floſculi cærulei; ſemen in theculis concluſum, parvum & nigricans. Hujus ut & ſuperioris, vel nullus, vel rarus in medicina uſus.

Vires. Veronicam calidam & ſiccam eſſe, ſenſus indicat, aſtrictoriam quoq, & vulnerariam experientia docuit. Confert ſcabiei & omnibus cutis vitiis, atque ulcera & vulnera optime ſanat. Peculiari autem virtute canceroſis ulceribus convenit, ſi non perfecte ſanandis, ſaltem mitigandis. Falſum eſt, quod ſcribit Fuchſius, Regem Galliæ Elephantiæ morbo correptum, hujus herbæ adjumento ſanatũ. Nullus enim Galliarum Rex hac fœda lue, ut nec peſte, correptus fuit unquam.

CAP. CXXXIV.

De Dictamno.

Dictamno cauliculi cubitales aut paulo breviores, in alias quaſdam diviſi aſſurgunt, in quorum ſummitatibus velut ſpicæ ſquammatim compactæ dependent, floribꝰ ex eorundem interſtitiis exeuntibus. Folia ei ſunt rotunda, ſed altera parte acuminata, multa lanugine pubeſcentia, ac pulegio admodum ſimilia; ſed alatiora. Laudatur maxime quod in Creta naſcitur, & maxime quod in Dicte, illius regionis monte, à quo nomẽ. Græcorum nonnulli *Beloxcon*, hoc eſt, telorũ remedium, & *Belotocon*, quod infixa ſpicula excludat, vocarunt. Cervæ enim ſagittis cõfixæ ad dictamnum accurrunt, cujus contactu, quaſi partu quodam ſpicula excluduntur. Inde quidam *dorcidium*, quaſi cervariam nuncuparunt, quod cervæ illius vim omniũ primæ demonſtraſſe creduntur. Oſtenderunt & id capræ eo paſtæ & vulneratæ, cito telis decidentibus Folia vero dictamno tomentoſa ſunt & flores ex violaceo nigricãtes.

Vnde dictamno nomen. *Beloxcon.* *Belotocon.* *Dorcidion*

Aliud quoddam in multis locis, præſertim maritimis quibuſdam, ut in littore Barolluctuenſi in Normãnia invenitur, illi foliis valde ſimile, quod *pſeudodictamnum* appellatur, ſed flores habet verticillatim ſurculos ambientes, & vires, quam legitimũ, inefficaciores.

Pſeudodictamnus.

Vires. Dictamnum, & ſecundum quoſdam *dipthamnum*, in qualitatibus primis calidum & ſiccum eſt gradu tertio, in aliis ac peculiariboꝰ, veterum teſtimonio tela extrahit, intro ſumptum venenum extingvit, peſti prodeſt, menſtrua, fœtum & ſecundas excludit, lienem minuit & ſtrangurias ſanat.

CAP. CXXXV.

De Stœchade.

Inique ſtœchas Arabica cognominatur, cũ ubique terrarum æque bona vireat & vigeat, & in Creta, & in Belgia, & Normania, ubi innoxie inter nives vivit, & in Stœchadibꝰ Inſulis, à quibus nomen vel à faſtigio ſpicato.

Vnde dicatur.

Species. Ejus tres differentiæ notæ fuerunt Dodoneo, prima communis eſt & vera; ſecunda Belgica, facie parum priori diſſimilis; tertia folio eſt ſerrato; præter quas alia datur, cujus coma aurei coloris eſt. Eliochryſo ſimilis, & *chryſocome*, ſeu *ſtœchas citrina* noſtras vocatur. Hæc cauliculos edit admodum breves & tenues, folia anguſta, incana & hiſpida: flores luteos, ſplendẽtes, bullis exiguis ſimiles. Naſcitur in locis aſperis & arenoſis, ejuſque tres differentias Pena diſtingvit, de quibus is videndus.

Vera ſtœchas caules emittit à radice multos, cubitales, tenues, lignoſos; comam in ſummitatibus ſpicæ modo anguloſam; folia oblonga, lata lavendulæ minoris ritu, & ſimiliter incana: floſculos in ſpica foliacea parvos, cæruleos, odoratos, ſuavem halitũ ſpirantes.

Vires. Stœchas manifeſtè calida eſt, amara, moderate aſtringens, plurimum cephalica. Caput enim & facultates omnes præſertim animales recreat, humores frigidos diſcurit, mẽtem exhilarat, & omnibus capitis affectibus ab intemperie frigida natis conducit, & omnia viſcera, totumque corpus roborat.

CAP. CXXXVI.

De Salvia.

Species. Salvia, aut domeſtica eſt, aut ſylveſtris: Domeſtica bina, major nempe, & minor. Vtraque *Eleliſphacos* dicta, licet major hoc nomine ſola à quibuſdam donetur: minor *ſphaceolos* ab iiſdem vocata, ab aliis tantum ſylveſtris, quæ etiam *Boſci ſalvia* nuncupatur.

Eſt & alia Cretenſis baccata, figura, odore, ſapore, noſtrati valde ſimilis, cujus Pena meminit.

Salvia ramoſus eſt frutex ait Dioſcorid c. 41. *lib.* 3. virgas habens quadrangulas, incanas, & folia cotoneæ mali effigie, ſed anguſtiora, aſperiora, craſſiora, & magis albicantia. Flores in ſummis ramulis eminent falcati, horminio ſimiles, cærulei.

Vires. Salvia quaſi ſalvatrix, vim habet cephalicam, nervalem, calefacientem, ſiccantem, aperientem, menſes & urinas cientem. Minor autem, ut præſtantior ſeligenda ad ſyrupi de ſtœchade confectionem, ipſius tamen defectum maior facile ſupplebit.

CAP. CXXXVII.

De Hormino.

Horminum, vel ſativum eſt, quod ſcilicet cultu, ſatu & ſolo pingvi delectatur; vel agreſte, quod ſponte in pratis & locis macilentis naſcitur. Vtrumque notiſſimum, ab una radice caules emittens interdum multos, cubitales, præſertim ſativum, & ſæpe altiores, anguloſos, ſubhirſutos: folia, lata, mucronata, aſpera marrubii ſimilia: flores juxta folia ſurculos verticillatim ambiẽtes, ex purpureo ad cœruleum vergentes, & interdum albicãtes, & in quibuſdam prorſus albos, atque ex pixidulis erũpentes, quæ hiantes per maturitatem

tatem deorsum spectant: semen his includitur parum oblongum & nigrum; in sylvestri rotundum & fuscum.

Horminum & Orvalla tam affines sunt plantæ, ut inter utramque gravissimi viri, & rei herbariæ peritissimi, nihil discriminis cõstituerint; distingvi tamen debere, certissimum est, ut inter recentiores Mathiolus notavit. Dicitur horminum à verbo ὁρμᾶν, quod eo utentes in venerem ruant; à nonnullis *Geminalis* nuncupatur. *Orvalla* vero vulgo dicitur. *Tota-bona*, aliquando *Gallitrichum*, nonnullis *Galli centrum*, aliis *Sclarea*, quibusdam *Starlea*, cujus quatuor varietates tradit Dodon. quas hic speciatim recensere nostri non est instituti.

Unde dicatur. *Orvalla.* *Tota-bona.* *Gallitrichum.* *Sclarea.*

Vires. Hormino manifestissima caliditas inest: Ejus semen cum vino potum venerem stimulat, oculorum albugines aufert, aquæ convenienti mersum mucaginem quandam eructat, quæ mira vi multis oculorum affectibus prodest. Sylvestre autẽ virib⁹ majorib⁹ pollet.

CAP. CXXXVIII.

De Scordio.

Unde dicatur. SCordium sic ab allii odore, quem refert dicitur. Planta surculosa est, humi procumbens, foliis è singulis geniculis, binis, oblongis, chamædri similibus, sed majoribus, ambitu serratis, molliusculis, hirsutis, inalbicantibus. E surculorum alis rubentes exeunt flosculi, floribus urticæ inertis, sed lamii valde similes, sed minores. Non solum quod in Creta provenit, laudatur, sed etiam quod in aliis regionibus offenditur.

Miraculo proximum est, quod de scordio viri gravissimi scribunt, & præ cæteris Galen⁹ *cap. 24. lib. de anti.* corpora nempe, quæ cruento genere belli cæsa mansissent humi diuti⁹ insepulta, quæcunque supra scordium fortuna ceciderant, multo tardius aliis computruisse, partesque cadaverum, quæ herbam attigerant, fuisse prorsus à putredine vindicatas. Ob quam rem sane persuasum est, inquit Galenus ibidem, omnibus tam reptilium venenis, quam noxiis medicaminibus, quę corpus putrescere faciunt, scordium adversari. Vberrime provenit in locis palustrib. multis, secus scorbos, ac loca concava, & humentia: reperitur quoque in montibus multis uliginosis & pingvioribus.

Vires. Calefacit, siccat, à putredine conservat, venenis resistit, pesti curandæ convenit, & morbis contagiosis pluribus.

Contra serpentum morsus & lethalia venena utilissime bibitur; expurgatque viscera & menses, urinamque movet, & hydropi opitulatur.

CAP. CXXXIX.

De Ruta.

Species. INter graveolentes herbas ruta numeratur, seu domestica, cujus una solum differentia agnoscitur, omnib. perspicua, seu sylvestris, cujus plures dantur. Est autem ruta suffrutex bicubitalis, ramosus, surculosus, foliosus, & semper virens flosculos gerens lureos, à quorum occasu capitulum emergit quadrangulo⁹ rot septis & loculis, quot angulis divisũ, in quibus semen continetur, quod in syrupi de Stœchade venit compositionem.

Dicitur autem ruta Græce πήγανον, quod eius præsicco spiritu & calore genitale semen arescat, aut extingvatur; vires tamen alias insignes, easque multas habet, quæ ej⁹ usum valde commendant, eamq; plurimi faciebat Mithridates, in sua peculiari antidoto, qua se à quibuscunque venenis tuebatur.

Constabat ducentis foliis rutæ, ficub⁹ duabus, juglandibus siccis duabus simul tritis cum grano salis. *Antidotus Mithridatis quibus constiterit.*

Sylvestris vero rutæ duæ præcipuæ differentiæ dantur, una foliis, odore & effigie horrentis similis est, vocanturque *montana*, quod in montibus fruticare soleat. Est & alia, quæ cum rarissima sit, & varie nominata, multorum in ea designanda exercuit ingenium. Dioscorides *cap. 53. lib. 3.* videtur eam moli nominare: capite tamen sequenti moly describens, ejus folia graminea facit, & radicẽ bulbosam, quod rutæ male congruit, inepteque Cappadoces id nominis illi dedere, Syri vocant *Besasan*, Arabes *Harmel & Harmalam*, quod nomen in Officinis pluribus pro ruta vulgari sumitur, ut recte quidem defectu verę harmalæ, quę est secunda species rutæ sylvestris, usurpari potest. *Sylvestris rutæ duæ quæ sylvestres quot.* *Balsam.* *Harmel & Harmala.*

Ista harmala abs radice multos edit caulículos dodrantales, folia angusta, tenuia & oblonga, florem album & quinque folium, semẽ in calicibus rutæ hortensis modo, sed triangulis. Gravẽ spirat odorẽ. Nascitur in Cappadocia, & multis Hispaniæ tractib⁹ incultis. *Harmel descriptio.*

Calida & sicca est tertio ordine: attenuat, incidit, humores crassos digerit, & semen extingvit. *Vires.*

De ruta capraria nihil nunc, cum sic improprie nuncupetur. De ea forsam dicetur convenientiore loco.

CAP. CXL.

De Lithospermo, seu Milio Solis.

LIthospermum, sic ab eius seminis duritiæ, quasi petreum semen dictum, folia gerit oleæ similia, sed longiora, hispida, asperiuscula, è virore nigrantia, surculos rectos, tenues, ligneos, asperos, & hirsutos: flores candidos ex foliorum alis prodeuntes, brevibus pediculis innixos. *Vnde dicatur.*

Flores consequitur semen parvum, rotundum, durissimum ac splendens, præsertim lucente sole, unde forsan *Milium solis* officinis nuncupatum.

Ejus duo sunt genera, vultu & in viribus paria; sola magnitudine dissidentia, præter quæ & alia duo agnoscuntur illis affinia, quorum usus tanquam inutilis, aut non satis expertus negligitur. *Species.*

Milium solis calefacit & siccat ordine secundo, urinas movet, calculos atterit & expellit, obstructiones tollit, meatus aperit, & stranguriæ auxiliatur. *Vires.*

CAP. CXLI.

De Saxifraga.

MVltæ plantæ, multumque diversæ, à facultate, quam habẽt atterendi calculos, saxifragę nuncupãtur: Sic Betonica Saxifraga Gale-

Galeno dicitur: ſic Dioſcoridi quædam herba ferulacea, & epithymo ſimilis; ſic & *pimpinella*, & aliæ multæ ſtirpes *lithontripticæ*, *Saxifragæ* vocantur, ut & aliæquædam, quæ non tam ab atterendis & comminuendis, qui in renibus aut veſica continentur, ut *Emperum*, ſeu *Criſta marina*, quæ ſaxa quaſi findens, ex eorum rimulis prodit, & vivax diu fruticat.

Vulgaris a. ſaxifraga pimpinellæ valde ſimilis eſt, præſertim maior, cujus folia varie ſunt diſciſa, & ambitu ſerrata: caulis cubitalis & ſæpe latior, anguloſus, ſtriatus: umbellæ candicantes, & ſemen, quale apii hortenſis, acre & ferventis guſtus.

Eſt & alia minor, à ſuperiore vix niſi magnitudine diſſidens. Pimpinellam ſola hirſutie à ſaxifraga differre multi ſcribunt, illa enim piloſa eſt, hæc glabra.

Saxifraga alba. Aurea.

Ad ſaxifragarum familiam referuntur aliæ duæ, quarum una ſaxifraga dicitur, quæ florem album gerit, altera aurea, quæ aureũ. Majoris ſaxifragæ ſemen ſeligi ſolet & debet ad benedictæ laxativæ confectionem.

Vires.

Calida & ſicca eſt evidentiſſime; attenuat, incidit, digerit, expurgat, obſtructiones aufert, menſtrua cit, quę in thorace glutinoſa ſũt, educit, urinam cit, calculos atterit & pellit.

CAP. CXLII.

De Ariſtolochia.

Vnde dicatur Malum terræ.

Ariſtolochia dicitur, quod puerperis conveniat, & earum lochia ducat: A multis *malum terræ*, quod fructum ferat veluti pomũ: peculiariter tamen hæc nomenclatio rotundę datur: nam aliarum fructꝰ eſt turbinatior.

Ariſtolochiæ variætates.

Porro quinque Ariſtolochiarum differẽtiæ numerantur, *longa, rotunda, Clematitis ſeu ſarmentitia, Saracenica & piſtolochia, ſeu Polyrhizon*: quæ omnes caule, fondibus & flore adeo ſimiles ſunt, ut vix niſi à perſpicaciſſimo diſtingvi valeant.

Multis in Galliæ locis naſcũtur iuxta vineas, marginesque arvorũ ac ſepium, læto ac reſtibili ſolo. Lõga copioſa viret adſequanæ ripas.

Dioſcorides Ariſtolochias tres tantum agnovit, longam, rotundam, & clematitim; priorem maſculam vocat, ſecundam fœminam; illa quibuſdam *dactylitis* quoque dicitur: utrique vires eximias tribuit, non modo adverſus animalia venenata, ſed etiam ad oſſium ſquamas & ſpicula extrahenda.

Vires.

Rotunda, quæ ad hieræ Pacchii confectionem accedit, calefacit, ſiccatque potenter: ad venena, aſthma, ſingultum & lien prodeſt, & quæ à partu relinquuntur, attrahit, unde Ariſtolochiæ nomen; remorantes enim puerperis ſecundas valenter ducit, & menſes ſuppreſſos movet.

CAP. CXLIII.

De Aſaro.

Aſarum à quibuſdam *vulgago*, ab aliis *Perpenſa & baccharis*, ſed male dictũ in Officinis *aſarum* cum Græcis & Latinis nominantur. Folia gerit colore & magnitudine hederacea, ſed non acuminata, imo rotunda, vel magis oblonga, nec perfectum circulum cõſtituentia, & auriculæ ſignaturã, ut loquũtur Spagyrici, referentia; cum jactaret Rivierius Empiricus, ex eo quæſiit Medicus Pariſiẽſis doctiſ. An aſari folia morbis auricularũ ſanandis optima ſint & determinata? Sed neq; plantã, neq; partis proprios affectus illũ unquã noviſſe, ridicula ipſiꝰ reſponſio patefacit. Flores autem aſari exigui ſunt, ſub ipſius foliis latitantes, purpuraſcentes, hyoſcyami citrini ſimiles, ſed minores, in quibus ſemen parvum, anguloſum, & aliquãtum aſperum continetur. Radices multæ ſunt, tenues & graciles, oblique diffuſæ, & ſibi invicẽ implicatæ.

Radices aſari vim habent excalfactoriam & exſiccantem, ut etiam folia, ſed imbecilliorem. Vrinam & menſes promovent, vomitum exſiccant, & craſſos, pituitoſosque ſuccos expurgant. Valde proſunt ad jecoris & lienis infarctus & ſcirrhoſos tumores, unde vino maceratæ utiliter dantur ictericis & aquis cutem ſubeuntibus.

CAP. CXLIV.

De Pimpinella.

PIpinella, ſeu pimpinella à nonnullis inter ſaxifragras numerata, duplex eſt; una hortenſis, quæ ſeritur, & cultu delectatur; altera ſylveſtris, quæ in pratis & aliis locis pluribus in cultis viret. Vtraqꝫ ſaxifragis in multis convenit, non tantum facie, ſed facultatibus quoque. Nonnulli *peponellam*, alii *bipennulam*, alii *ſangviſorbam & ſangvinariam* appellant. Sunt qui nomine compoſitiſſimo *Dioniſionymphadem* nuncupant, quod in vinum conjecta ſuavitatem quandam ſatis gratam inter bibendum conciliet.

Species.

Celebrior eſt hortenſis, quam ſylveſtris uſus. Vtrique folia oblonga ſunt ex pluribus ad unum pediculum congeſta, quorum ſingula ſubrotunda, per ambitum ſerrata, aliquantum hirſuta: caulis cubitalis eſt & ſæpe longior, quadrangularis, & nonnihil ſtratus & ramoſus; atque in ſingulorum cauliculorum ſummitatib. capitula erũpunt rotunda, foliolis oleac. velut ſquamulis, ſimul & floſculis compacta quę nonnunquã ante floſculorũ ortũ & poſt occaſum, fructũ mori effigiant. Includuntur ſemina multa, anguloſa, fuſca.

Radix ſubeſt longa, ſed non multum craſſa, & dura, inutilis.

Pimpinella calefacit, ſiccatque initio ſecundi receſſus: peramica eſt partibus, quæ principatum tenent cordi, hepati & aliis viſceribus: Sangvinem puriorem efficit, renes purgat, calculos & ſaburram ejicit, à cane rabido demorſis auxiliatur, & febribus malignis ac peſtilentibus conducit.

Vires.

CAP. CXLV.

De Chamædry.

CHamædrus naſcitur in petroſis & aſperis locis: Suffutricula eſt dotrantalis, folia gerẽs parva querni ſimilia, unde chamædryos, ſeu querculæ nomen.

Vnde dicatur.

Vocatur & *Triſſago*, & aliquando *Teucrium*, male tamẽ, propter effigiem Teucrio attinem.

Huic nullas Dioſcorides ſubſtituit ſpecies, multas tamen recentiores agnoverũt, quę magna cognatione illi congruunt: nam Fuchſio dicuntur mares, & totidem fœminæ: Dodoneo

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 169 sur 955

neo duæ repentes, & assurgentes totidem, quarum postrema tantum illi dicitur sylvestris, cum & omnes sint sylvestres.

Virtu. Chamædrys calefacit & siccat gradu tantum secundo, viscera infarctu liberat, menses educit, aliisque utentem multis beat commodis, de quibus videndus Dioscorid. c. 12. *lib.* 3.

Cap. CXLVI.

De Chamæpyti.

Species. Tres veræ chamæpyteos differentias statuit Dioscorides, quibus adiungit tres alias spurias Dodoneus. Prior dicitur *Ajuga*, vel *Abiga*, ab abiete, propter pinus odorem.

Ajuga. Abiga. Folius est semper vini minoris, sed multo tenuiorib. pinguioribus, hirsutis, & circum ramulos densis: flore tenui, ex luteo albicante. Vocatur & *Iua arthritica*, quod arthritica doloribus sanandis conferat. Secunda cubitalibus est ramis, prætenuibus, incuruis, flore candido, semine nigro, parvulo. Tertia chamæpytis mas dicitur: parvula est, foliis exilibus, candicantibus, hispidis, cauliculo aspero, flosculis luteis, & semine juxta alas. Omnes pinum redolent; nulla moschum, ut credunt nonnulli.

Iua arthritica.

Virtu. Chamæpytis vim habet aperiendi, calefaciendi gradu secundo, siccandi tertio: morbo regio & urinæ difficultatibus prodest, menstrua movet, adversus scorpionum ictus confert, nervos roborat, ischiadi & aliis doloribus arthriticis conducit.

Chamædris enim & Chamæpytis specificè sanant perdagricos.

Cap. CXLVII.

De Parthenio.

Parthenium diximus *supra*, Arthemisiam non esse, nunc esse matricariam fatemur, non cotulam fœtidam, ut à perito viro quodam assertum audio. Est vero Parthenium, ut posuit Dioscorides, foliis coriandri tenuibus, varie incisis, ambitu crenatis; flore per circulum albo, intus luteo, chamæmeli ritu, odore viroso, amaro sapore. Radix quamplurimis libris scinditur, tenuibus, duriusculis, totaque planta diluto colore viret, & cuivis notissima.

Matricaria Officinis dicitur, quod mulieribus matricis suffocationibus obnoxiis, & aliis ab ea ortis affectibus multis salubriter medeatur.

Species. Ejus duæ dantur varietates, unum simplici flore, quod vulgare est; alterum pleno seu multiplici, quod in hortis ob elegantiam alitur, & nisi in solo pingui seratur, & cultu foveatur, in simplex degenerat. Aliud ab Alpibus; ubi copiosum & sponte provenit, nomen habet, Alpinum dictum, quod odore & facie priori multum respondet, minus tamen est, flores simplices perpetuo gerens, & umbellatim congestos.

Virtu. Parthenium calefacit ordine tertio, secundo siccat, aperit, incidit, expurgat, menses, secundas, fœtus mortuos potenter educit.

Pro parthenio igitur matricaria sumenda est, non cotula fœtida, nec parietaria, nec mercurialis, quæ male secundùm quosdam hanc nomenclationem usurpant.

Cap. CXLVIII.

De Hyperico.

Hypericum vulgo *perforata* & *millefora* dicitur. Planta est surculosa, cubitalis altitudinis, folia gerens myrthinis æqualia, sed tenuiora, molliora & magis flavescentia, ac innumeris poris & tanquam foraminibus pervia: flosculos luteos in surculorum summitatibus, ex quinis foliolis aureo nitore colluscescentes, gerens, staminibus exilibus in medio concoloribus, quibus tabescentibus erumpunt siliquæ paruæ, & oblongæ minutis gravidatæ seminibus, quæ confricata resinam olent.

Radix ejus duriuscula est, multis fibris & capillamentis sulcata, flores & folia intrita succum quendam cruentum exprimunt, & flores oleo macerati idipsum cruore sanguineo tingunt.

Confert hypericum mensibus & urinæ cien- *Virtu.*
dis, & vulneribus optime sanandis, ischiadicis medetur; nervorum affectibus convenit: calefacit, & siccat, nervosum genus roborat, & utiliter medicamentis vulneribus dicatis admiscetur.

Multi ascyrum & androsæmum cum hyperico confundunt, quod sint plantæ congeneres; multum tamen inter se vultu dissident, suntque diversæ stirpes.

Cap. CXLIX.

De Androsæmo.

Androsæmum sic dicitur, quod foliorum & *Vnde dicatur.*
granorum succus sanguinem humanum referat. Planta est fruticosa, ac ramosa, surculos multos, tenues, rubentes emittens, folia quæ lata, mucronata, hederæ satis similia, sed tenuiora & lætius virentia, quæ trita vinoso succo manant, ait Dioscorid. complures alas habet in fastigio utrinque expansas, pinataque: circa quas pusilli flores & lutei. Semen profert in calicibus parvis, velut papaveris nigri. Illius trita coma resinosum spirat odorem.

Sponte provenit in multis Northmaniæ sylvis, & aliis locis incultis, ejusque folia mulierculæ colligunt, & pustulis quibuslibet, furunculis, & omnibus fere cutaneis affectibus adhibent, frequentissime optato & felici successu: Experientia enim uorunt, parti cuilibet admotum vel benefacere, vel nunquam obesse.

Androsæmum calefacit, siccat, agglutinat, *Virtu.*
sanguinem compescit, ambusta sanat ischiadicis prodest, vulneribus cohibendis, ulceribus carne implendis, & ad perfectam curationem ducendis confert. Semen tritum & ʒ ij. pondere sumptum, bilioſa alui excrementa per secessum ducit.

Cap. CL.

De Melanthio, seu nigella.

Inter Melanteriam & Melanthium non parum est discriminis: nam melanteria minerale quoddam est Mysio congener, Melanthium vero seu *Gith*, & in officinis *Nigella*, stirps est, quæ fruticis instar assurgit, ramulis tenuibus, foliis coriandri ritu minutim incisis, floribus in virgarum fastigio candidulis, interpositis plu-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 170 sur 955

ribus cirrhis,& ſtaminibus, tanquam virentibus capillis, quibus capitula ſuccedunt quadrangularia,ſuperne corniculis prominentibus & reflexis armata, membraneis ſeptis diſtincta, ac nigro ſemine,anguloſo, acri, odoratu gravidata.

Melanthiũ citrinum. Eſt aliud Melanthium ſativum,à ſemine citrino,*citrinum* dictum,priori, ſi ſemen exceperis, prorſus ſimile.

Sylveſtria. Totidem ſunt & ſylveſtria melanthia, quæ inter ſegetes naſcuntur,ſativis valde ſimilia;præter quæ aliud pſeudomelanthium eſt,quod inter cęrealia numeratur.

Prior melanthii ſpecies in officinis *Nigella Romana* vocatur,licet Romæ pauca ſit,in hortis vero Germaniæ multis multa.

Virtus. Potenter calefacit,ſiccatque, lumbricos interimit,menſes movet,orthopnoicos juvat, flatus diſſipat,& morbis ab utero multis opitulatur, ac benefacit.

CAP. CLI.

De Hyſſopo.

HYSSOPUS nulli non cognita, inquit Dioſcorides c.26.*lib.*3. herba eſt fruticoſa,pedali longitudine,foliis ſatureiæ,aut thymi, ſed longioribus, latioribuſque: floribus cæruleis, thirſos ſpicæ modo veſtientibus;radice longa,dura, lignoſa.

Eſt vero duum generum:montana una, quæ ſponte fruticat in locis aridis; altera hortenſis, quæ ſeritur & colitur,culinarum gratia, quibuſdam namque eſculentis gratiſſima eſt, & juſculla, ſi modus adſit,delectabili ſaporis & odoris ſuavitate commendat.

Virtus. Utraque deſiccat & calefacit ordine tertio; minus tamen hortenſis agreſti, & ea præſertim, quæ flores albos gerit,quæ in multis Angeliæ & Galliæ locis provenit,adhuc minus calida,ſiccaque exiſtimatur. Ejus facultates pluribus perſtringit Dioſcorides *lib.*3.ut etiam Galenus *lib.*8. *ſimpl.* ut etiam & Meſue. Omnes autem fatentur plurimum tuſſi diuturnæ,ſuſpirioſis, deſtillationibus,& orthopnoicis auxiliari.

CAP. CLII.

De Geranio.

Species. DIOSCORIDES duo tantum geranii genera facit, Matthiolus tria, tertium ex Plinio mutuatus, Fuſchſius ſex, Dodoneus octo,præter alia duo à Fuſchio deſcripta, quæ paucis attingit.

Primum ſurculos emittit à radice ſubrubentes,admodum lanugino ſos:folia anemones, diviſuris pluribus,longioribuſque ſecta; flores rubellos,quibus decidentibas emergunt in virgularum ſummitatibus capitula,quæ gruum,aut ciconiarum roſtella,acus longitudine, utcunque referunt, unde recentiores modo *roſtrum gruis*,modo ciconiæ, modo acum paſtoris nominant.

2. Alterum ſurculis paruis,piloſiſque, ſeſquipedem longis,foliiſque malvaceis;ſed candidioribus prodit;floribus purpureis; in ſummitatibus, capitellis gruum inſtar, roſtella tenuia educentibus. In errore verſantur, qui amomum eſſe dicunt.

3. Tertium ſurculos erigit,pedales,geniculatos, hiſpidos,odore ingratos,folia Chærephilo finitima;flores rubellos,capitula ciconiarum modo roſtrata.

Herba Roberti. Tota planta evidentiſſime rubet, unde *Ruberta* olim vocata:nunc *Rubertiana*, & aliquando *Robertiana* & *herba Roberti* nuncupatur.

4. Quartum folia quoque laciniata,rubentia,& flores purpureos gerit,capitulaque roſtrata, ut ſuperiora.

5. Quintum *batrachoides* dicitur, quod folia ranunculo ſimilia promat, flores magis patulos, ſubcæruleos,roſtella aliis affinia. Hoc duplici agnoſcitur diſcrimine;unũ majus, quod cæruleos flores;alterum minus,quod rubellos eructat.

6. Sextum ramulos pandit tenues, lanuginoſos, folia tenuia,in lacinias diviſa;flores in ſummitatibus purpureos,quibus roſtella prædictis ſimilia ſuccedunt.

7. Eſt & geranium tuberoſum,ſic dictum, à radice craſſa,nodoſa,tuberoſa. Multis luxuriat ſurculis rotundis,foliis ad anemones effigiem accedentibus,in multas lacinias diviſis, floribus in cauliculorum faſtigio rubris, patulis, pulchris, parvulis roſis ſimilibus. *Tuberoſum.*

Præter hæc adhuc alia numerantur, ut montanum quoddam,ut *ſcandix*,ſeu *pecten Veneris*, *pes columbinus*;atque aliud percelebre,quod ab odore moſchi, quem apprime refert, *geranium moſchatum* nominatur; quod in multis Normaniæ locis,præſertim maritimis lætè viret, & ſuaviter olet. A nonnullis *herba camphorata* dicitur, ſed male; quandoquidem camphorata ad chamepythim accedit,& chamœpeuce videtur eſſe. Attamen abrotonum camphoratam à nonnullis dici comperio;nam camphoræ halitum utcunque ſpirat. *Geranii moſchati.*

Defectu camphoratæ ſumendum eſt geranium moſchatum ad *unguenti martiati* confectionem: Si utrumque deſierit,prima geranii ſpecies ſumenda,quæ ubique reperitur.

Virtus. Omnia gerania virtutem non ſortiuntur eandem. Moſchatum calefactoriam vim habet,nervalem,diſcuſſoriam: Rubertianum deterſoriam quoque & ulceribus accommodatam.

CAP. CLIII.

De Doronico,& Damaſonio.

DORONICI Meſueo, Actuario *Carnabadium* eſt,nobis *Doronicum Romanum* vulgare, forſan Paulo *Mamiras*, Matthiolo inepte *Aconitum Pardalianche*: qui ut ſuam de eo opinionem fulciret,in cane periculum fecit,quem illius eſu miſere periiſſe profitetur. Ego præter graviſſimorum virorum authoritatem experientiam adhuc oppono: illius namque multum cani quantitatem dedi,quam innoxie & avide eſitavit. Siugulis quoque diebus tantum abeſt, ut periculoſe,imo feliciſſime datur,& in decoctis, & electuariis cordialibus;ut de gemmis. Et clariſſimus vir Conr. Geſnerus refert, ſe doronici radices,melle conditas,ſæpe ingeſſiſſe, atque harum contritarum aliquando dragmas duas ex aqua hauſiſſe,& ægrotis ſæpe illã radicem, & per ſe,& aliquando miſtam medicamentis utiliſſime conſuluiſſe.

Et licet Matthiolo detur, doronicum canes inter-

interficere, non propterea sequitur, hominibus esse lethale. Differt n. natura à natura, alimentũ ab alimento, inquit Hippocrates *lib. de flatibus* *Aloe* enecat vulpem, non hominem: *Nux vomica* feles & aves multas, nobis est salutaris medicina.

Non est igitur improbandum doronicum tanquam venenum, quod aliqui laudant, si non tanquam aroma, certe ut alexiterium; qua forsan usurpatione videtur à Mesueo institutum in electuario de gemmis, ei siquidem ineſt theriacalitas, inquit Avicenna *tract. 2. de med. cord.*

Est autem doronicum planta admodum pusilla, cui teneri sunt caules, folia mollia, oblonga, ut plantaginis, ex viridi utcunque flavescentia, hirsuta, pilosellæ ritu, & ambitu rotundo, nonnihil laciniosa & parum acuminato: Radices exiguæ, rotundæ, orbiculatæ, in extremo sensim in angustum adductæ, quæ scorpionis corpus & caudam non male referunt: color albidus: sapor dulco amarus, & parum astrictorius: flores in summo lutei & radiati buphthalmiritu.

Species. Nonnulli tres tantum doronici agnoscunt varietates, ferè sola magnitudine discrepantes. Clusius septem enumerat, inter quas *damasonion*,

Alisma. Alisma aliis dictum, comprehendi non male videtur: optimaque ratione credunt authores classici, radicem damasonii pro radice doronici vulgaris sumendam, esse in confectione electuarii de gemmis, & aliis compositionibus cardiacis: nam ad venena vel inflicta, vel ingesta commendatur radix damasonii à Dioscoride *cap. 69. lib. 3.* proin melius dictis concoctionibus permiscetur, quam doronicum, de cuius viribus alii dubitant, alii non tanta pollicentur.

Damasonium. Est autem damasonium effigie doronico non parum simile, folia gerens plantaginis, sed angustiora, laciniosa, & in terram convexa: caule tenui, simplici, cubito altiore: flore ex albido pallescente: radicibus tenuibus, acribus, odoratis & ad venenata conferentibus.

Vires. Doronicum accedit proxime ad tertium caloris & siccitatis gradum, uteri flatus discutit, cordis palpitationi prodest, venenosis & pestilentibus morbis confert & serpentum morsibus.

CAP. CLIV.

De Carduo benedicto.

Species attractylidis. ATTRACTYLIDIS, quæ Chicisylvestris species quædam est, duæ sunt differentiæ; prior,

Rectic. caulis. quod recta assurgat, *Recticaulis* dicitur; secunda, quod surculis aliquantum humi stratis procumbat, *straticaulis*, & usitatiore & convenienti nomine, *Carduus benedictus* dicitur. Planta est omnibus cognita, cuius caules teretes sunt, obsequiosi,

Carduus benedictus. brachiati, humi accumbentes: folia utrinque laciniata, subspinosa: in singulorum surculorum fastigiis capitula, spinosis foliis, aculeisque pungentibus stipata, ac muricata, unde *Acanatia* dicta molli lanugine & semine oblongo, fisco, velut pilis barbato, turgida: flos ex luteo pallescit; radix pro ramorum & foliorum numerosa mole parva, albida, & fibras divisa.

Vires. Carduus benedictus ob insignem amarorem calefacit, cor & partes vitales roborat, sudorem movet, venenis resistit, pestilentibus morbis confert, renum ac laterum dolores mitigat, lumbricos ventris interimit, & contra serpentum morsus valet.

CAP. CLV.

De Cardiobotano, seu Cardiaca.

MYREPSUS ad *Martiati unguenti* confecturam ponit Cardiobotanum, Nic. Præpositus Cardumcellum: quid vero sit utrumque, facile non est divinare: nonnulli pro Carducello chamæleonem album, non aculeatum; pro Cardiobotano, carduum benedictum sumunt: alii *Cardiacam*, seu *Agripalmam*.

Dicitur vero *Cardiaca* ab effectu; Ad cordis enim affectus convenire creditur: Mirum tamẽ, quomodo tanta halitus insuavitate, cor lætificet, quod suaveolentibus unice delectatur. Est autem cardiaca, seu agripalma (sic enim sæpe nominatur) planta cubitalis; raro enim brevior est, altior sæpe quadrangulos caules proferens, duros, crassosque ex nigro rubentes; folia lata, obscure virentia, ad urticam accedentia, laciniosa, profundisque incisuris divisa: flores parvos ex purpureo candicantes, verticillatim surculos ambientes, & ex cauliculis exeuntes. Nascitur locis incultis, lapidosis, asperis. Nonnulli melissam esse dicunt: alii Syderitidem Herculanam. *Agripalma.*

Calida & sicca est ordine secundo abstergit, *Vires.* expurgat, ventris lumbricos interimit, obstructiones tollit, convulsis prodest, & cordis affectibus medetur; minime tamen cardiacam esse fœtor illius portendit.

CAP. CLVI.

De Chamæleone nigro.

CARDUORUM pene innumeræ sunt varietates, ad quas refertur Chamæleon uterque, albus videlicet, nigerque. Albus fere sine caule est, & è mediis foliis per terram stratis, latis, longis cynaræ finitimis, caput echinatum promit. A multis non sine ratione pro Carducello sumitur. Niger vero *Vernilago* & *Carduus niger* Romanis dictus, caulibus assurgit crassioribus, altioribus, foliis longis, latisque, utrimque profundis sectionibus divisis. In summitatibus erumpunt velut glomeruli multi, in umbellam coacti, flosculis pluribus micantes. Radix valde crassa est, exterius nigra, interius flavescens, gustu valde acris. *Chamæleon albus.* *Vernilago.* *Carduus niger.*

Radix chamæleonis nigri malignæ cujusdam qualitatis est particeps, nec unquã sumitur intra corpus; exterius vero sæpe & tuto adhibetur, præsertim aliis mixta medicamentis, ut in emplastro tonsoris videre est. Aliorum enim simplicium concursu, retunditur illius feritas, & quibusdam postea affectibus effectus salutares pollicentur, ut ischiadi & pluribus cutis infectionibus.

CAP. CLVII.

De Cynara, seu Scolymo.

TRIVIALIS est notitiæ *Cynara*, *Scolymos* Græcis dicta, cuius potissimum duæ constituuntur differentiæ: altera enim sic dicitur simpliciter, seu *Articaulis*: altera spinosa & Hispanica, quæ è genere carduorum est, imo utraque ex *Species.*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 172 sur 955

eorum tribu deprompta, ſed cultu & arte lætiorem faciem & ſaporem gratioſum adepta.

Cynaræ folia longa, lataque ſunt & inciſuris profundioribus utrinque laciniata, colore cinèritio albicantia, unde forſan Cynaræ nomen: Surculi bicubitales ſunt, in ſummitatibus fructum foliis triangulis, craſſis, duris, medulloſis, ſquamarum inſtar compactum, pini como ſimilem proferentes. Fructus hic tamdiu coctus, ut molleſcat, eſui gratiſſimus eſt, vulgo *pomum articaulis* vocatur: non tamen adeo rebus venereis inſervit, ut plerique autumant. Parum enim materiæ genitalis, & flatulenti ſpiritus dat corpori, ſucci melancholici plurimum, Galenus *lib. 2. de alim. facult.* Flores ex tenuibus & innumeris ſtaminibus conglomerati eleganter ex cęruleo purpuraſcunt, qui ſeneſcentes abeunt in pappos, remanentibus ſeminibus parvis, oblongis, ut carduorum. Cynaræ ſpinoſæ vultum gerit Scolymos ſylveſtris, ſeu carduus coagulatorius. Caules tenelli Cynaræ (quam multi *Articocum* & *Articocalum* vocant) ſacharo conditi eſui grati, & in obſoniis celebrati.

Scolymus ſylveſtris.

Vires. Cynara Galeno edulium eſt pravi ſucci: calefacit ordine ſecundo, bilioſum & melancholicum ſuccum generat, urinam movet: Radix ejus ex vino cocta & pota, graveolentiam alarum, & totius corporis per veſicam una cum lotio pellit.

CAP. CLVII.

De Phu, ſeu Valeriana.

PHu, quod nonnulli, referente Dioſcoride, *ſylveſtrem nardum* appellant, Plinius *nardum Celticam*, Valeriana eſt; quibuſdam *Marinella* dicta; cuius quinque naſcuntur & noſcuntur varietates; prima dicitur mas; ſecunda fœmina; tertia parva; quarta rubra; quinta Græca.

Marinella. *Species.*

Prior ſola Dioſcoridi nota, caulem promit cubitalem, & ſæpe altiorem, geniculatum, concavum, intervallis ratioribus articulatum: folia ei oblonga, lata, lævia, virentia, ſinuata, Elaphoboſci foliis admodum ſimilia, binaè ſingulis ſurculorum geniculis exeuntia, flores pulchelli, parvi, umbellatim in ſummis ramulis collecti, purpurantes, odori: Radix digitalis ſpiſſitudinis tranſuerſa fibris pluribus terræ ſummæ adhæret.

Vires. Vim habet calefactoriam & alexiteriam, unde quibuſdam *Theriacaria*, & *herba benedicta* dicitur, & antidotis miſcetur. Urinam quoque & menſtrua pellit.

Reliquarum Valerianarũ deſcriptio, quarum nullus aut rariſſimus eſt uſus, ex rei herbariæ ſcriptoribus petenda.

CAP. CLIX.

De Fumaria.

Vnde dicatur. CAPNOS, ſeu *fumaria*, vel *fumus terræ* Latinis dicitur, quòd ſuccus ejus oculis immiſſus, lachrymas quaſi vellicando excitet, ut fumus. Herbula eſt notiſſima in aruis, hortiſve naſcens, coriandro aliquantum ſimilis, fruticoſa & prætenera. Floſculos edit plurimos, rubellos, & interdum albidos, atque altera parte inſtar criſtæ aviculæ Coridalis, quam alaudam criſtatam; ſeu galeritam vocant, acuminatos. Ejus duæ differentiæ traduntur; prima & vulgaris inter ſegetes, & in locis apricoſis fruticat; alia vix niſi in hortis invenitur bulboſa, ſubcineritia, floribus interdum albis, interdum luteis, aut alio colore variegatis.

Species.

Vires. Fumaria omnis acris eſt, & amaræ facultatis, bilioſam urinam movet, ſanatq; jecoris obſtructionem & imbecillitatem.

Ejus vero ſuccus in oculos inſtillatus mirifice oculorum caliginem ſummovet, & viſum acuit.

Vulgaris in frequenti eſt uſu, à qua duo ſyrupi nomen habent; unus de fumaria minor; alter major dicitur: hic perpetuo paratus ſervatur in officina Paſch. Bazoini Pharmacopœi doctiſſimi.

CAP. CLX.

De Euphraſia.

EUPHRASIA à nonnullis ophthalmica & ocularis herba dicta, pumila planta eſt, vix pedem alta, cauliculos è radice tenui & fibroſa graciles & nigricantes proferens, folia parva, ſerrata ad chamædryn accedentia, floſculos albos minutis punctis maculatos. Naſcitur ruri in locis macilentis, ſiccis, ſtrigoſis, incultis, ſecus vias & agrorum margines modo non umbroſas. Circa autumni initium floret, tuncq; colligitur & ſervatur, vel aqua ex ea recenti deſtillatur optima ad oculos, quibus præ aliis valde convenit, unde Germanis *ſolamen oculorum* dicitur, quibuſdam *Euphroſyne*, quod animum exhilaret; quem ob effectum eadem etiam nomenclatione deſignatur bugloſſum.

Vires. Calefacit leniter, deſiccat potenter, oculis confert inſigniter: Sumpta enim & adhibita caliginem aufert, morbiſque omnibus oculorum pituitoſis prodeſt. Vinum, cui multa euphraſia vindemiarum tempore maceratum fuerit, mira efficacitate juvat oculos, & eorum affectus expugnat.

CAP. CLXI.

De Centaurio minore.

CENTAURII duo traduntur diſcrimina; unum dicitur maius, quod rhaponticum non eſt, ut diximus *ſuprà*; alterum minus, quæ vultu & viribus multum inter ſe diſſident: nam majus caules erigit bicubitales, folia oblonga, ex multis cohærentia, in margine crenata, in virgarum faſtigiis capitula turbinata, laceæ modo ſquamis herbidis inducta, ex quibus flores erumpunt ſtaminei, cærulei & elegantes. Iſtud non magni fit in re medicamentaria, licet dignitate quadam veteres modo Centaurium, modo ex his nonnulli Panaces dixerint.

Fel terræ. *Limniſion.*

Minus vero frequentius uſurpatur, & à virũ, quibus pollet, dignitate ad febrium halo ſim, ſeu expugnationem *Febrifugum* ſæpe vocitatur: aliquando ab inſigni ejus amarore *fel terræ*; aliquando & *Limniſion* nuncupatur.

Planta parva eſt, cauliculo aſſurgens pedem tantum alto, anguloſo, foliis induto exiguis hyperici ſimilib. per intervalla binis: florib. in ſummitate coronato parvulis, purpureis, interdiu explicatis ante exortum, & poſt occaſum Solis recluſis: Succedunt ſiliquæ perbreves, in quibus grana

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 173 sur 955

grana minutula coarctantur. Nascitur ultro locis incultis, herbosis, macilentis, aeri libero expositis. Invenitur in multis locis cum flore luteo, interdum albo: Vidi, qui comam media sui parte purpuream altera albam gereret.

Vires. Centaurium minus potenter calefacit, ulcera antiqua expurgat, ad cicatricem ducit. Ejus decoctum hepatis obstructiones tollit, & lienem induratum juvat: Succus in passo usurpatus, menses & fœtum educit; cum melle oculis illitus caliginem tollit.

CAP. CLXII.

De Rhapontico.

RHAPONTICUM Rhabarbarum non est, neque etiam Centaurium majus, ut multi multa inter has stirpes affinitate decepti crediderũt: Nam *Rhapontícum* peregrina radix est, in his, quæ supra Bosphorum Thracium, ac Pontum Euxinum sunt, regionibus proveniens raphani majoris crassitudine, subnigra, ac rufescens, centaurio magno similis, fractu facilis, intus colore ex atro subrubescente & ferrugineo, sapore subamaro, astrictorio, acrimoniæ omnis experte, odore fere nullo.

In multis Galliæ hortis, eorum maxime, qui ratis simplicibus perquirendis, emendis, studiose alendis operam sedulam navant, nunc Rhaponticum læte virens invenitur, quod antiquorum Rhapontico tam bene convenit, ut ipsissimum esse & autopsia efficit, & ratio suadet, ut credamus.

Optima Rhapontici radix ea dicitur, quæ cariem non sensit & commanducata, cum remissa astrictione in ore lentescit, coloremq; reddit ex pallido rufescentem, & ad croceum vergentem, qualem quotidie videmus in Pharmacopoliis Lutetianis. Nunc enim valde rara non est, & à cunctis pene seplasiariis agnoscitur.

Virtu. Valet ad stomachi imbecillitatem, ad lienosos, hepaticos, coxendicum dolores, ad convulsa, rupta, febrium circuitus, venenatorũ animalium morsus, & utilissime antidotis admiscetur.

CAP. CLXIII.

De Meu.

Species. MEu, sive, ut alii volunt, *Meum* duplex est; unum laudatissimum, quod in Macedonia reperitur, sed copiosum in Athamante, unde *Athamanticum* dictum: alterum magis vulgare, & in multis Galliæ & Italiæ regionibus viret, quod herbarii nunc *anethum sylvestre*, nunc *fœniculum tortuosum* vocant. Utrique folia tenuia sunt angusta, capillacea; surculi graciles cubitales, in quorum summitatibus prodeunt umbellæ cum floscul is candidis, quos semina consequuntur angulosa, oblonga, cumino maiora, odorata, cũ acrimonia quadam amaricantia. Subsunt radices admodum tenues & odoratæ.

Athamanticum. *Anethum sylvestre.* *Fœniculũ tortuosum.*

Virtu. Meum calefacit ad ordinem tertium, siccat ad secundum: incidit, attenuat, expurgat, obstructiones aufert, urinam & menstrua cit, inflationes stomachi discutit; jecoris infarctus tollit, & vitia renum emendat.

CAP. CLXIV.

De Anetho.

ANETHUM & Medici & mulieres commendatissimum habent: Hæ enim sedulo Iunio mense, quo scilicet tempore suis floscul is comatur, & suavissime fragrat, excerpunt vel secant, siccant, servant, & simul cum vestibus recondunt, ad jucundum illis odorem conciliandum. Medici vero simul & semine utuntur ad multa utilissimo, ut dicetur.

Assurgit autem anethum bicubitali proceritate, surculis rotundis, geniculatis, foliis tenuissime dissectis, & veluti capillaribus: floscul is in muscario luteis: semine dein plano, admodum tenui, ac foliato, ex flavo pallescente: radice dura, ac fibrosa. In hortis seritur, & semel satum sæpe quotannis ex deciduo semine reviviscit. Gravis utcunque est anethi halitus, sed tamen jucundus ac suavis.

Excalefacit & siccat ordine secundo, atque intro sumptum urinam cit, tormina ac inflationes sedat, singultum lenit, lac evocat, & ejus copiam auget, incidit, attenuat, & humores ad coctionem perducit. *Virtu.*

CAP. CLXV.

De Petroselino Macedonico.

PETROSELINUM aut vulgare est, ac nostris in hortis frequens. Medicis *apium hortense*; vulgo *Persilium* dictum, quod ut gratissimum olus, in culinis celebratur, ut prima sectione notavimus; vel *Macedonicum*, quod non prorsus simili modo à rei herbariæ scriptoribus depingitur. Lobelius enim fere domestico simile contendit, caule, foliis, umbellis, seminibus, sed in locis præruptis & saxosis gignitur, unde *Petræi* & *petroselini* nomen, adeo, ut unum sit nostras & hortense; aliud vero sylvestre & Macedonicum. Fuchsius vero folia dat ei pimpinellæ, & semina ammi, eaque odorata, acria, & aroma olentia perhibet. Hoc non tantum ex Dioscoride resci vit, sed vidit, & expertus est. Cum enim semen petroselini, quod prõ Macedonico servabat, terræ mandasset, plantam habuit & foliis pimpinellæ respondentem, & semen his conditionibus absolutum, quas ei tribuit Dioscorides.

In Macedonia copiosum & laudatissimum nascitur, maxime vero in locis saxosis & asperis. Læte virens in horto Ioan. Gonerii Pharmacopœi Paris. alitur, ut & aliæ multæ stirpes raræ & pretiosæ.

Calefacit & siccat insigniter, urinam movet, menstrua ducit, colico dolori prodest, tormina sedat: laterum quoque, renum & vesicæ doloribus sumptum medetur, flatus discutit, attenuat, incidit, utilissime Antidotis admiscetur. *Virtu.*

CAP. CLXVI.

De Coriandrõ.

TAMETSI Coriandrum herba sit virosum & tetrum odorem spirans, hortense plane est, & studiose seritur & colitur. Ejus enim granadum resiccantur, halitum gravem & ingratum deponunt, & suaviter olent. Surculus ei admodum tenuis, teres, cubitalis & ramosus: folia primo exortu adianti similia, lacinniosa, in tenues ac varie incisa: nam eorum pars cauliculo propior minus; remotior, magis secatur: floscul i candidi sunt in umbellis laxis: semen nudum, rotundum, firmum, nonnihil striatum, ac inane, quod primum viret, dein arescens ex luteo albicat: radix

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 174 sur 955

brevis, dura, ac fibrosa: foliorum teter ac putidus odor & cimices redolens,

Semen aceto solet præparari ad qualitatis cujusdam inimicæ castigationem, quam tamen sola desiccatione amittit, & innoxie sine præparatione sumitur.

Vires. Coriandrum, seu *Coriannon*, aut *Corion* ex Dioscoride, vim habet refrigeratoriam, & cum pane aut polenta, erysipelatis, herpetibus & inflammationibus medetur, à quo tamen optima ratione dissentit Galenus, probatque calidum esse, nec valere ad erysipelas exactum, seu exquisitū, sed tantum œdematodes: nam calefacit moderate, resiccat manifeste, atque astrictionis non nihil obtinet.

Cap. CLXVII.

De Capparibus.

Capparis in multis regionibus sponte nascitur, nullo aut exiguo cultu, atque uberiore proventu in locis siccis & agris desertis, citra rusticorum opem. Frutex senticosus est, humilis, spinis aduncis hamatis, cuius ramuli aculeis horrentes orbiculariter per terram sternuntur: Folia circinata veluti mali cotoneæ, è quorum aliis pediculi erumpunt longi, umbones, seu capitula rotunda proferentes, quibus dehiscentibus, flores candidi panduntur, quibus succedunt fructus oblongi, acinoso semine pleni.

Ista florum rudimenta, seu capitula priusquā sese explicent, & adhuc nodosa solent evelli, muria conditi, & in pharmacopoliis servari pro capparibus, quæ minores majoribus creduntur præstantiores. Conditura redduntur suaviores & salubriores ad medicum usum & esum. Radix quoque præscinditur, cortex separatur, siccatur, servatur. Parum autem alimoniæ Cappares vescentibus promittunt, quod partium tenuitate polleant, & medicinæ potius cibo nascantur; à Muria tamen quendam mutuantur saporem stomacho pergratum, qui fastidientes sæpius invitant ad epulas, & languentem appetitum revocant.

Vires. Capparis (& fructum & radicem intelligo) excalfacit, extergit, purgat, incidit, digerit, lienem roborat, juvat, minuit, obstructa tollit, & morbis à splenis infarctu & imbecillitate originem ducentibus conducit.

Cap. CLXVIII.

De Periclymeno.

Nomina. Periclymenon Romanis *volucrum maius* dicitur, aliquando *Caprifolium*, à Scribonio Largo *Mater sylvæ & matrisylva*; nonullis *Lilium inter spinas*. Frutex est surculosus, lignosus, scansorius, & sese vicinis arboribus convolvens ac circumligans, & ad summa earum fastigia sæpe surculis obsequiosis ascendens. Folia profert ex longis intervallis & singulis geniculis bina, oblonga, lævia, mollia, ex albo virentia, prona parte albiora: flores candidos, & aliquando flavescentes, in longitudinem porrectos, fistulosus, in extremo hiulcos, simul multos, ac velut in serto congestos, & suaviter olentes, apicibus aliquot è medio exeuntibus. Fructus partim rubens, rotundus, racematim cohærescens, & in quo semen diuriusculum; radix crassa & lignosa; cuius nullus est in medicina usus.

Nascitur in sylvis & dumetis, & arbusta tam arcte sæpe amplexatur, ut suæ circumvolutionis impressum illis relinquat vestigium.

Ex periclymenis quoddam frutices amplexandos suos gyros ab oriente ad occidentem, aliud ab occidente ad orientem ducit, idque semper & locorum ubique.

Periclymenum evidentissime calefacit, siccatque, lienem minuit, orthopnoicis confert, urinam movet, singultum arcet, partus celeritatem facit, calculos pellit, faciei lentigines delet, & longo usu sterilitatem & viris & mulieribus adfert. *Vires.*

Xylostron periclymeno vultu quidem simile est, sed nullis, ut hoc ipsum, eget adminiculis, ut fulciatur, sed per se subsistit.

Cap. CLXIX.

De Genista.

Genistam ipsæ etiam ancillæ agnoscunt; quam colligunt & colligant ad scopas. Nascitur in locis incultis, macris, & aridis, præsertim nostras, quæ sylvestris est, nam Hispanica, non nisi apud nos hortensis, atque vix fruticans, sylvestri similis, sed virgultis, foliolis, & floribus majoribus.

Hispanicæ flores gravius spirant, virgulta suavius, sylvestris contra flores suaviores, virgulta admodum tetra.

Est quædam humilis genista, seu *genistella* dicta, cuius cauliculi hac illac, in membraneas alas, pro foliis extenduntur, à Medicis autem negligitur, nec ullius ejus celebratur usus. Genista floret initio veris, tuncque flores nondum perfecte explicati, & aceto & sale conditi, servantur ad hyemem pro acetariis capparum more. *Genistella.*

Calefacit & siccat ad recessum usque secundum: flores potissimum commendantur ad lienis, & jecoris infarctus expediendos: semen tritum & potum ad ʒj. aut ʒj. ß. cum aquæ mulsæ ʒiij. alvum turbat & subducit, vesicamque aperit, & stranguriæ medetur. *Vires.*

Cap. CLXX.

De Sabina.

Sabinæ duæ traduntur differentiæ, una bacciferа, altera fructus omnis expers: Utraque vix procera, juniperо valde similis, & perpetuo virens. Quæ baccis non gravidatur, graveolentior est, rigidior, & brevibus spinulis asperior, coma perpetuo virente, odore molesto, sapore fervido & acri: Hæc pumila semper fere est, in latitudinem sese diffudens, nonnunquam tamen in altum assurgit, dum ejus rami caulem dantes præscinduntur. *Species.* *Non bacciferа.*

Altera minus horrida est, nullis pungentibus spinis aculeata, & tamariſci admodum similis, odorem minus tetrum spirans, quā superior, baccas edens subpunicеas ac resinosas. Hæc raro in regionib. frigidis delectatur, in multis vero calidis, ut in Gallo provincia ponte, & copiosa nascitur. *Bacciferа.*

Præter dictas, alia arborescens amygdali ritu ac magnitudine à Belonio visa est, in Creta & Mysia, cui credere malo, quam inibi peregrinari. *Arborescens.*

Sabina tertio gradu calefacit siccatque, sanguinem *Vires.*

guinem per urinas ducit, menstrua suppressa movet: Cum vino sumpta, vel adhibita fœtum excutit, vel viventem, vel mortuum.

CAP. CLXXI.

De Roremarino.

Species. DUABUS plantis multum diversis nomen Libanotidis, quam *Roremarinum* dicunt, à Dioscoride c. 87 *lib.* 3. datum est: Prior ab eodem vocatur *libanotis fœcunda*, frugiferaque, cuius folia fœniculi similia sunt, humi sparsa, jucunde olentia: caulis cubitalis, aut altior, concavus, umbellis capitatus, ex quibus semen habetur oblongū, & acre, Canchrys dictum. Tres huius differentiæ perhibentur, Prior enumerata; Secunda illi valde similis, excepto semine, quod latum est, ut Spondyli, nec mordax, nec acre; Tertia nec florem, nec semen profert.

Rosmarinum ferulaceum.

Est aliud *rosmarinum coronarium* dictum, ferulaceo *superius* descripto multum dissimile: est enim frutex lignosus, caules habens multos, tenues, longos, foliis angustis, crebris, duriusculis, subtus albicantibus, superna parte viridibus cōvestitos, ac floribus hinc inde multis, ex cæruleo candescentibus coronatos. Odor utcunque gravis, non tamen ingratus, ut qui caput ac cerebrum & nervos roboret. Passim in hortis plantatur, & in calidioribus Galliæ regionibus sponte provenit. Bis floret quotannis. Vere & Autumno.

Virt. Excalefactoria qualitate præditum est. Ictero feliciter medetur, si ejus decoctio ante exercitationem bibatur; deinde exercitatus balneum ingrediatur, & merum potet, nervorum resolutioni prodest, stupori & morbis omnibus cerebri à frigidis humoribus natis.

CAP. CLXXII.

De Agno casto, seu vitice.

IN multis calidis regionibus, ac fluminum ripis, & asperis locis, ut torrentium alveis, arbuscula quædam nascitur odora, Agnus *castus*, seu *Lygos*, & *vitex* dicta foliis cannabinis, sed in ambitu non serratis; oblongis, acuminatis, & unico pediculo cohærentibus. Ramos promit longos, lentos, fractu pertinaces: flores subpurpureos, verticillatim, ac spicato ordine furculorum fastigia circumdantes: Semen rotundum Cardamomo minori simile. *Dioscorid. cap.* 36. *lib.* 1. Dicitur *Agnus castus*, quod ad castitatem conferat, foliis & floribus sumptis & substratis.

Calefacit & siccat insigniter, & flatus omniū maxime discutit, venenatis ictibus & lienosis auxiliatur, menses ciet, seminis motum cohibet, nocturnas veneris imaginationes, ut semen rutæ compescit, ob id matronæ in Thesmophoriis Atheniensium, castitatem custodientes huius foliis toros sibi sternebant.

CAP. CLXXIII.

De Fraxino, & Ornithogloſſo.

FRAXINUS arbos est procera, *Melia* & *Milia* Græcis dicta, non modo ad supellectilium ligneorum fabricam, sed rem medicam utilissima & aptissima, ex cui⁹ cortice, ligno, fructu multa percipiuntur commoda. Assurgit autem caudice multum crasso, & alto, cortice involuto, tenui & lævi, foliis oblongis, velut ex multis constantibus, & uno pediculo adhærentibus, glyzyrrhizæ, aut juglandis modo.

Absque prægressis floribus conspicuis, siliquę simul multæ & colligatæ ex uno pediculo, à ramis teneris prodeunt, quæ quod avium linguam referant, aut medulla intus conclusa veluti ligulam exprimat, *lingua avium*, *Ornithogloſſa* Græcis dicta, nominantur.

Tanta vero antipathia à veteribus traditur inter serpentes, & hanc arborem esse, ut malint ipsi in ignem prosilire, quam frondes aut ramos perreptare, si iisdem & igne circumdentur: potius enim lignum, quam ignem aufugiunt.

Fraxini folia, ut etiam cortex, moderate cale- *Virtu.* faciunt, efficaciter siccant, semen vero, quod *Ornithogloſſum*, & aliquando *Ornithogloſſum* nominat, calidum & siccum est recessu secundo. Quod si tanta sit huius arboris contra serpentes facultas, ut etiam sola ipsius umbra abigantur, multo potentiores adversus venena præstabunt effectus folia, aut succus, aut aliæ partes arboris, dum assumuntur, vel adhibentur. Ob id feliciter usurpantur ad eorum affectuū curationem, qui malignæ cuiusdam qualitatis sunt participes, utiliterque antidotis admiscentur. Semen autem valde commendatur ad stimulos veneris excitandos: medetur & jecoris, lieniſque doloribus ex causa frigida cum vino.

Lignum fraxini die Iohannis cæsum fit lignū sympatheticum Ἡελιοῦ, ex hoc oleum destillatum mira præstat. Ad Fraxinum refer lignum Nephriticum, quod fusius exposuit sub 4. fraxini specie Bauhinus in pinac. pag. 416.

CAP. CLXXIV.

De Viſco querno.

VISCI tria sunt genera, unum Plinio, Scribonio, & Hesichio venenum est, quod ex chameleone nigro, appetente canis ortu, interdum *collachrymare* traditur, ab ipsis *Ixia* nominatum; alterum malacticū est, avibus inviscandis & captādis dicatum, quod ex corticibus aquifoliæ elixatis, in fimo sepultis, putrefactis, tritis, & aqua lotis, ad corticum separationem paratur, remanente tantum viscilagine. *Species* 1. 2.

Tertium est veluti planta plantæ adnata, quā sc. *non sua seminat arbos*, inquit Virgil. 6. *Æneid.* Et quæ, cum in terra non seratur, aut fata nusquam virescat, in aliena planta læte nascitur & fruticat, perpetua fronde ac semper virente. Nascitur autem non in arbore singula, sed in quamplurimis, iisque dissimilibus, ut in quercubus, pomis, pyris & domesticis, & sylvestribus, salicibus, oxyacanta, populo & aliis multis. 3.

Excedit vero rarissimè cubiti altitudinem, sed in latitudinem sese diffundit, ramis multis, brevibus, geniculatis, lignosis, dilute virentibus; foliis oblongis, latiusculis, striatis, ex viridi nonnihil flavescentibus; baccæ ejus geniculis adnascuntur, rotundæ, albæ, splendidæ, quibus hyeme turdi, merulæ, palumbi, & aliæ aves vescuntur: radices nullæ, nisi arboris viscigræ fibræ ac rami pro radicibus habeantur. Anile & fabulosum est, quod asserunt nonnulli, viscum nempe non nasci, nisi à semine per avis alicuius, ut turdi aut similis ventrem, prius reddito. *Viscū unde fit optimū.*

Æque ridiculum, quod Athenæus scribit, Si *nascatur.* οἰνάδες, id est, vinago, seu columba sylvestris visci *Quodnam* semen comederit, super quacunque arbo-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 176 sur 955

re alvum exonerarit, viscum nasci. Nascitur enim non ex semine, non ex animalis stercore, sed *veluti ex sudore arboris illius, cuius trunco adhæresc it.* Præstantissimum autem & laudatissimum, quod ex quercu habetur.

Vires. Calefacit cum acrimonia & amaritudine; Ex eorum tamen est genere, quæ non protinus admota calefaciunt, sed quę tempus requirunt. Discudit, emollit, attrahit: Tubercula, parotidas, cæterosque abscessus cum retina & pari cera mixtum maturat, & morbo comitiali efficacissime prodest.

Cap. CLXXV.

De Populo.

Species. POpulus arbos triplici discrimine notatur, una dicitur alba, quibusdam *farfarus*; alia nigra, tertia Lybica, vulgo *tremula*: Hæc locis udis & frigidis æque viret, aliæ riguis tantum delectantur.

1. *Populus alba.* Prior caudicem habet crassum, procerum, lævi & albicante cortice indutum: folia lata, incisa, angulosa, superne lævia & virentia, inferne albicantia, lanuginosa, tussilagini similia, prolixo pediculo adhærentia, tremula.

2. *Populus nigra.* Nigra citius in altitudinem sese gerit caudice crasso, lævi, albicante: folio rotundo, oblongo, superne acuto, hederaceo, pediculo longo & tenui appenso. Iulos profert longos, ac veluti racemum, cui acinuli hærent piperis rotundi modo, qui, ubi maturuere, decidunt, antequam sæpe in pappos dehiscant.

Prima huius germina foliorum futurorum rudimenta, oblonga & acuta, pingue quiddam oleosum, ac resinosum habent, digitis adhærescens & subflavum: A Pharmacopœis *oculi populi* vocitantur, quos Veris initio excerpunt, tundunt, & cum auxungia suilla ad mensem Iunium in figulino vase recondunt, ad *unguentum populeum* confectionem. Ex foliis ejus ades lachrymam quandam colligunt, ex qua propolidem conficiunt.

Populus Lybica, tremula, seu montana. Lybica, seu *tremula*, aut montana populus a nigra vultu vix variat, sed folia gerit duriora, minora, in ambitu profundius serrata, pediculis longioribus cohærentia: ob id ad motum ventorum flatu citatiora, & mutuo inter se collisu crepitantia. A quibusdam Cercis putatur; hæc tamen secundum Theophrastum videtur ea esse, quæ apud nos *arbor Iudæ* vocitatur.

Vires. Gemmæ autem populi nigræ (sic enim rectius, quam oculi nominantur) tantum in re pharmacaria usurpantur, facultatemque calefacientem & siccantem habent, & partium tenuitate incidentem ac mollientem: Folia vim eandem sortiuntur, sed imbecilliorem: Cum aceto trita & illita podagricis doloribus utiliter medentur.

An ex populo defluat lachryma in Padum omnem, & coeat in succinum, ut plerique Dioscoridem secuti putant, postea aptius suo dicetur loco.

Cap. CLXXVI.

De Simplicibus refrigerantibus.

Medicamenta non omnibus in regionibus nascuntur optima, sed alia in calidis, alia in frigidis uberius & lætius; nam hic segetes illic veniunt felicius uvæ. Quæ ad meridiem & astuosum cœli aspectum vergit regio, calida simplicia, quæ ad Septentrionem, frigida & præstantiora fœcundius alit. Quod si materiei medicamentariæ studiosius incumberent hi Medici, qui Asiam, Aphricam, & peregrinas regiones incolunt, ad suam & suorum incolumitatem fidelius tuendam, multas e nostro solo stirpes, quas non habent, viribus eximiis præditas efflagitarent, quarum nonnullis & suavius ad alendum, & aliis felicius ad medicandum uterentur. Multas siquidem habemus, quæ nec in Ægypto, nec in Chyna, aut alibi sub Polo Antarctico virent, aut arte ulla queunt curari. Quævis enim cœli facies, in quovis solo, plantam quamlibet animare, lætam, vivacem & fœcundam reddere minime potest. Europa autem præter calefacientia multa, infinita pene refrigerantia producit; Inter quæ ea tantum hic enarro, quæ ad compositiones in nostra officina tractatas accedunt. In quorum descriptione, de his primum, quæ summe refrigerant, loquor; tum de his, quæ mitius, postremo de his, quæ inter refrigerantia & calefacientia ambiguntur.

Primo De

Mandragora.

HUcusque vetularum esse credidi insomnia, quæ de Mandragora narrantur, de quibus plebeculam audivi sæpe garrientem. Ex quorundam tamen veterum tabernis illamet figmenta deprompta esse comperio, qui nimium creduli forsan, quæ ab imperitis audiere, literis mandarunt: nam Græcorum nonnulli, quod illius radicem, tanquam philtrum quoddam ad amatoria conducere arbitrarentur, *Circeam* nominarunt. Pythagoras, quod hominis truncum, & artus utcunque repræsentaret, ejusque radices sæpius geminæ, quasi crura duo & clunes ostentarent, *Andropomorphon* nominavit; Ad cujus nominis allusionem accedit *Mandragora*, juxta Septentrionalium idioma, apud quos *Man* hominem notat, & *Dragen*, quasi gerens hominis figuram. Anilia tamen fictitiaque sunt hæc omnia, quibus vafri circulatores ineautos sæpe decipiunt, dum radiculas quasdam bifidas circumferunt, in quibus faciem humanam sculptã, & artus discriminatos agnoscere facile est: De hisque mira & incredibilia narrant, ut ab idiotis nummos extorqueant.

A quibusdam vocatur *malus canina*, ab aliis *pomus terrestris*, eo quod poma ferat rotunda, lutea, vitellis ovorum induratorum similia, odorata quidem, sed virosa.

Ejus autem duæ traduntur differentiæ; una dicitur mas, seu candida, *μόριον* Græci vocant, nõnulli *Arsen*, alii *Hypoplomon*, quæ ingentibus foliis, betæ similibus, latis & lævibus viret. *Species. Morion. Hypoplomon.*

Fœmina vero nigra dicta, folia pandit angustiora, lactucæ minora, aliquantum hirsuta, humi procumbentia.

Poma producit mari similia, sed minora; sorbi effigie, exluteo pallescentia. Radices habet sæpius binas, aliquando ternas, inter se convolutas & intortas, exterius nigras; intus albas, carnosas, longas & crassas.

Mandragora nulla patienter fert Solis æstus, & lætius fruticat in locis umbrosis & apricis; unde dicatur, de Mandragora forsan dicta, ut viri quidam docti putant, quod in mandris & specubus sata delectetur. *Vnde dicatur,*

Dioſco-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 177 sur 955

Vires. Dioscoridis tempore colligebatur radicis succus, qui insolatu concretus multo erat in usu: nunc radicibus & foliis utimur quidem, sed rarissime, atque in his solum affectibus, qui alia blandiora stupefacientia temnunt.

Ex pomis paratur oleum per infusionem, ut in Officina demonstravimus, quod prudenter adhibitum dolores quosvis tollit, & blande somnum conciliat.

Rarissime autem Mandragora per os sumitur: atque his, qui urendi vel secandi sunt, ne dolores sentiant, aliud quoddam potius medicamentum opiatum, idoneis simplicibus castigatū datur, quo sine noxa sensus consopiuntur. Vis enim mandragoræ non tantum impense frigida est, sed etiam narcotica: Proinde non tuto, nisi prudenter usurpata: nam inter venena ab Aetio *cap. 45. tit. 4. sem.* 1. numerantur.

Mala insana Melongena. Mandragoræ quædam planta cognata est, quæ mala fert ex cæruleo purpurea, ovi magnitudine, quæ *mala insana* nonnulli vocant; Alii *Melongena*, quidam *poma amoris*. Adnascuntur surculo pedem alto, utrinque foliis solani similibus amicto, è cuius media parte sursum versus, prodeunt flores albicantes, quibus mala succedunt, multa carne turgida, succulenta, granis paruis prægnantia. His utuntur in acetariis nonnulli non sine magno sanitatis dispendio.

CAP. CLXXVII.

De Solano.

Species. MULTA Solani perhibentur discrimina, primum Dioscoridi dicitur sativum ac hortense. Theophrasto inter olera repositum. Nunc tamen nec editur, nec seritur, sed sponte etiam invitis hortulanis secus vias germinat, adolescit,

Morella. floret, & baccas gerit nigras, unde Galli *Morellam* nominant: Officinæ *Solatrum*, Græci *Strychon*.

Planta est pedem alta, racemosa, foliis ozymi, sed majoribus nigricantibus baccis, racematim coeuntibus, rotundis primum viridibus: à maturitate nigris. Præcedunt flores purpurei, elegantes, ex quorum umbilico prodit apex luteus, speciosusque.

Vires. Refrigerandi facultatem obtinet insignem: ob id ignibus sacris convenit, capitis dolori à causa calida prodest; æstuanti stomacho auxiliatur. Ejus baccæ ad unguentum *Diapompholigos* efficaciter accedunt. Stillatitius liquor ad oculorum inflammationem, & aliarum partium ardores utiliter usurpatur. Vim quoque stupefacientem cum obtineat, somno conciliando sæpe prodest.

Solanum Somniferum. Aliud quoddam *Somniferum*, seu *Dormitorium* nuncupatur, quod videlicet insigniter somnum conciliet. Ramosa planta est, fructu contumax, foliis multis, ac majusculis, aliquantum hirsutis, & ad effigiem cotoneæ mali accedentibus, subobscuris; radice exterius rubra, & ubi aruerit, albicante; flore ampliusculo, subrubro nec aspectu valde grato; è cuius cavo fructus emergit rotundus, ceraseæ magnitudine, qui præsentem utentibus adfert interitum. Soporiferum quidem opio validius. Multis in locis agrestibus, & incultis læte fruticat, & præsertim in rupibus à mari non longe dissitis, unde botanici solanum marinum, Officinæ solatrum vocitant.

Tertium solani genus *maniacum*, seu *furiosum & lethale*, quibusdam, *Thryoron*, aliis *Perisson* dictum, folia gerit erucæ similia, sed majora ad acanthum accedentia promit; caules multos, proceros, speciosos; florem nigricantem, quem fructus consequitur racemosus, niger, rotundus, decem aut duodecim acinis prægnans. Id esse creditur, quod multi *Doryon*, vel *dorycnion* nominant. Sunt, qui nihil discriminis esse inter Solanum somniferum & furiosum, seu Manicum putarunt, quod tamen magnum rei herbariæ periti agnoscunt. *Solanum furiosum.*

Quartum quoddam genus est *Strychnodendron*, seu *solanum lignosum*, quibusdam *amara dulcis*, vel *dulcamara*, dictum, quod vitium ritu pergulas & sepes scandit, foliis & surculis similaceis, sed durioribus & nigrioribus, floribus purpurascentibus & violaceis, ac inversis. Ex quorum umbilico luteolus emicat apex. Succedunt baccæ, paruæ, succulentæ & viroſæ. *Solanum lignosum.*

Ad solana multorum consensu juste refertur *Vua lupina*, quibusdam *Vua lupi-alia* planta, aliis *Aconitum pardalianches*, nonnullis *herba Paris* dicta, quam Gesnerus *Monococcon*, Pena *Solanum tetraphyllon* nominat. Verum his omnibus solanis, horum tenue si exceperis, aut nunquam, aut raro Medici utuntur; nam eorum usus minime tutus est. *At mala ea medicina est, quæ majoris mali periculum adfert.* *Aconitum pardal.* *Solanum tetraphyllum.*

Alia adhuc stirps ob effigiei & virtutis cognationem inter solana refertur, quæ *Stramonium*, vel rectius *Strychmonium*, à quibusdam *Lycopersium*, ab aliis *Metel*, à nonnullis *hyoscyamus Peruvianus* & *Baryococcalon* dicitur: cuius duo traduntur discrimina, unum majus est, quod hominis proceritatem æquat, & sæpe superat: alterum minus bicubitale, aut paulo altius vel brevius. Utriusque facies eadē & flores utrūque gerit albos, majusculos, similacis æmulos & poma crassa, spinosa, echinata, in minore rotunda, in majore acuminata, cui & folia & omnia majora. *Stramonium.*

Refertur etiamnum ad solana alia planta illis cognata, quam officinæ *Solanum pomiferum*, nonnulli *Lycopersicum* vocant. Mala enim gerit ex aureo crocea, quæ herbarii poma mirabilia, aurea-ve nuncupant. Sunt, qui & Ammonum Plinii ad solana deducere tentant. Dispar tamen vultus, & natura refragatur. *Solanum pomiferū.* *Poma mirabilia.*

CAP. CLXXVIII.

De Alkekengi.

SECUNDUM Solani genus Dioscorid. *Halicacabus* est, quem officinæ Mauritanorum vocem secutæ. *Alkekengi* vocant; ob cuius ad multa celeberrimos usus, seorsim de eo differere placuit. A vesicæ figura, quam ejus grana involucro quodam membraneo vestita referunt, *Solanum vesicarium* nuncupari solet. In squalidis locis, ut inter vineta læte nascitur, & uberrime fruticat, cauliculos cubitales proferens, tenues, rotundos, subrubros, quasi geniculatos; folia solani, sed paulo majora; flores subalbidos, quibus folliculi vesicarum instar succedunt, primum herbacei, deinde phœnicei, in quorum ventre, grana rotunda, cerasorum magnitudine, effigie, & colore includuntur, carnosa, & semi- *Solanum vesicariū.*

nibus,

nibus, planis, teretibus, & subcandicantibus turgidula.

Fructus hi quibusvis, vel etiam pueris notissimi sunt, qui *hyemalia cerasa* eosdem vocitant, & *Vires.* sæpe magna quantitate & innoxie mandunt. Urinæ movendo & saburræ, à renibus & vesicæ deturbandæ, & foras protrudendæ mirum in modum conveniunt.

CAP. CLXXIX.

De Hyoscyamo.

HYOSCYAMUS, à quibusdam *herba suilla* dicitur, quod sues ejus esu quasi convellantur; *Altercum Herba Apollinaris.* ab aliis *Altercum* & *Apollinaris herba*, quia hyoscyamo dementati, rixando & altercando se torqueant, & velut Apollinis œstro percellantur. *Vires.* Vidit Matthiolus pueros, qui semen hyoscyami comederant, adeo desipere, ut à cacodæmonib. elusos autumarent permulti.

Species. Niger. Sunt vero tres hyoscyami, niger, albus, luteus. Nigro folia sunt hirsuta, longa, lataque, ut verbasco; laciniosa, ut Acantho: caules cubitales, & sæpe altiores, crassi, brachiati, ac ramosi, qui medio sui flores è fusco pallentes promunt; quibus calices succedunt ventricosi, oblongi, teretes, superne aculeati, pyxidulis aut calathis parvulis similes, & præsepiolis dissepti, in quib. cõtinetur semen exiguum, colore fuscum & obscurum. Radix albicat, crassa, erutu facilis, in alterum annum vivax, perquam utilis ad anodyna, & minus, quam folia, fœtens.

Alii duo hyoscyami rari sunt, nec nisi in hortis culti visuntur. Raro quoque ad medicos accedunt usus: quotidie vero niger usurpatur. *Vires.* Omnes refrigerant ad tertium ordinem, & vim habent narcoticam: Albus autem reliquis minus & refrigerat, & stuporem inducit.

Oleum expressum p. p. incantamenti instar lenit dolores podagricos: succus vero colicæ & paresi scorbuticæ miraculose fere.

CAP. CLXXX.

De Papavere.

Species. PAPAVERUM duo sunt in universum genera, hortense unum, & sylvestre alterum. Hortensis multæ varietates agnoscuntur, à florum colore, densitate & figura sumptæ. Quoddam dicitur simplex, aliud polyanthon, seu multiflorum; atque utrumque, vel album, vel purpureũ, vel rubellum. Sylvestris quoque multa sunt discrimina, ut nigrum, rubrum, *rhœas* vulgo dictum, *spumosum* & *corniculatum*, Cuius adhuc quatuor differentiæ videntur; unum commune est, & luteum, alterum violaceum, & duo phœnicea.

Papaver Sativum. Sativum surculis ut plurimum bicubitalibus esse erigit, foliis oblongis, pallidis, per ambitum serratis, nullo pediculo adhærentibus, floribus vel candidis, vel rubellis, vel alterius coloris pro stirpis varietate, capitibus rotundis, oblongis, in quorum cellulis semen includitur, vel nigrum, dum ex papavere nigro, vel album, dum ex albo sobolescit.

Papaver Erratũ. *Erraticum* seu *rubrum* dicitur μακὼν ῥοιὰς, quasi fluidum, à flore celeriter decidente. Folia gerit erucæ similia, incisa, aspera, flores rubros & semen rufum. Nascitur in aruis potissimum inter segetes.

Spumeum Mathiolo ignotum, à quibusdam recentioribus pro Gratiola, ab aliis pro saponaria sumitur. *Spumeum.*

Ceratices seu *corniculatum* folia habet subalbida, in ambitu erratici modo serrata, flores luteos, fructum parvum, seu siliquam, ut cornu inflexam, corniculo fœnigræci similem. *Corniculatum.*

Papavera polyanthea. Passim in hortis studiose cultis & pinguibus ob florum elegantiam seri solent papavera polyanthea, fimbriata, patula, rosea, variorum colorum.

Vires. Omnibus autem inest refrigeratoria facultas, sed erratico cæteris major; ita, ut eo solo quis uti non possit innoxie, sicut sativo ac hortensi. Omnibus quoque vis hypnotica, sed validior nigro, quod malignæ cuiusdam qualitatis est particeps, adeo, ut si quis immodice utatur, veterno quodam, tanquam lethargicus detineatur.

Opium. E papavere vulnerato aliquãdo sponte gummeus quidam liquor dimanat, quem κατ' ἐξοχὴν, ὄπιον, & ὦμον antiqui nominarunt, ad sensus stupefaciendos, somnum conciliandum, & immanitatem alicuius doloris placandam, vel certe fallendam utilissimum, quo solent Turcæ castra sequentes uti, ut ad pugnam sint alacriores, & tanquam ebrii ad pericula quævis minus formidolose sese præcipitent.

Opii qualitates. De ejus qualitatibus primis adhuc certatur, cum primæ notæ Medici, qui de re medicamentaria scripserunt, asseverent, frigidum esse, ultra tertium gradum; cui tamen qualitati refragantur illius amaror & acrimonia, quibus organa gustus feriuntur, ac vellicantur; quod occasionem dedit multis calidum esse confiteri.

CAP. CLXXXI.

De Sempervivis.

SEDUM plebeculæ *lombarda* est, quasi *Iovis barba*, *Aizoon* Græcis, *Sempervivum* Romanis dictum, quod semper vireat, & quasi sit frondibus æternum, patientissimum frigoris: nec ulla hyemis rigiditate marcescens.

Aizoon majus. Nascitur in locis aridis, Soli expositis, ut super muris & pauperum tectis, ac domorum suggrundiis, in quibus læte fruticat, frondibus crassis, carnosis, mucronatis, cynaræ ritu succulentis & virentibus, circa radicem densioribus, caule interdum pedali, aliquando humiliore; sæpius altiore, frondibus squamatim dispositis vestito ad cacumen, ubi in alias dividitur paucas floscu-lis herbaceis & subrubeis coronatas.

Species. Sunt autem aizoi multa discrimina, ex quibus tria in universum agnosco genera, majus, minus & medium. Ad maius, si nominis & effigiei habeamus rationem, aloe ipsa non præter ratio- *Aloen ad Aizoas fe ctare.* nem potest referri: hanc enim ex illius sobole quasi natam, utriusque conditio contendit. Ad *Aizoon medium.* medium, *Crassula*, seu *Telephion* Græcorum; quod Officinæ *fabeam inversam*, vulgus *Orpinum* nominat, ut etiam militaris aizoides, *fedum aquaticum* dictum, videtur attinere. Nam utrumque pervivax est, perpetuoque virens, & aizoo sempervivum maius, & alia omnia, mox describenda: atque rectius aizoon mediũ dicitur, quã

aliud

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 179 sur 955

aliud quoddam hortense, teretifolium & esculentum, quod acetariis admiscetur, nonnullis parvũ, aliis mediũ sedum, vulgo *Triquemadame* nuncupatũ; quod à radice parvula ramulos multos & graciles edit, foliolis onustos paruis, oblongis, rotundis, carnosis, mucronatis, & flosculis luteis & stellatis.

Aizoon, sempervivum. Illecebra.

Parva autem semperviva plurima sunt: quorũ minimum *Illecebra* est, Græcis ἀνδρόσαχνη ἀγρία, vulgo *panis avium* nuncupata, quam multi tertiã sedi minoris differentiam constituunt. Pusilla ac pulchella planta est, ramulis multis repens: floribus aureis, stellatis. Muros & loca saxosa amplexatur: gustu calidissima est, & exulcerans, unde Germani *piper murinum* nominant.

Vermicularis. Cauda muris. Crassula minor. Granellosa.

Secunda aizoi parvi differentia quibusdã *Crassula minor*, Italis *Granellosa*, Officinis *vermicularis*, & aliquando *Cauda muris* dicitur. Parvula quoq; planta est, foliolis rotundis, oblongis, carnosis, instar vermiũ mucronatis, è totis ramis exilibus, brevibusque pendulis: flosculis pallidis, & interdum albidis, *unguenti martiati* compositionem ingreditur. Hæc duo aizoa minora insigniter calefaciunt & exulcerant.

Aizoon tertium apricum.

Tertium est sedum quoddam maiusculum, æstivum dictum, quod surculis aliquãto maioribus assurgit, foliis rotundis, carnosis, ut vermiculatæ: sed maioribus. Nusquam semper viret, sed adveniente hyeme marcescit.

Aizoi varietates.

Plures adhuc aliæ stirpes, folio sempiterno, ac perpetuo virentes, & Séper vivis vultu, viribusq; cognatæ, ad eorum familiam juste referuntur, ut *Aizoon hematodes*, *Aizoon scorpioides*; *Sedum quod à Petreum, montanum*; ac *pusillum*, aliud & pusillis, rigidisq; surculis fruticis more assurgens.

Virent.

Aizoũ mai⁹ refrigerat ordine tertio: ob id ad erysipelata, herpetas, & inflãmationes quasuis valdè cõvenit. Ex minoribus. quædã refrigerat quidè, sed excessu minore, alia efficaciter calefaciunt simul & exulcerant, ut vermicularis & illecebra.

CAP. CLXXXII.

De Cynoglosso.

CYNOGLSSO folia sunt mollicea, lenia, oblõga, pauca lanugine pubescentia, ad tactum minime aspera, ex glauco virentia, effigie & mollicie linguæ canis æmula.

Surculi ei teretes sunt, incani, cubitales, & sæpe longiores, in alas divisi, floribus puniceis ac purpurascentibus coronati. Singulos flores consequuntur quaterna semina, parva, simul cohærentia, hirsuta & lapparum modo vestibus inhærentia. Subest radix crassa symphyti magnitudine & colore, atq; odore pene soporifero, cuius laudatur usus ad aeres & tenues fluxiones. Multum enim incrassat, & manifeste refrigerat, unde ambustis utiliter à mulieribus adhibetur. Frigida & sicca creditur gradu secundo, facultatemq; habet cohibendi & incrassandi: ob id basim præstat quibusdam catapotiis ab eo denominatis, quæ datur efficaciter omnibus morbis, qui ab humotibus fluentibus proficiscuntur.

CAP. CLXXXIII.

De Plantagine.

Species.

PLANTAGO, vel aquatica est, cuius tres agnoscuntur differentiæ, raro ad medicos usus ductæ; vel terrestris & communis, à planta absolute *plantago* dicta, cuius frequens sanitati tuendæ, & morbis profligandis usurpatio. Ejus duo à Dioscoride tradũtur discrimina, major & minor. Majoris tres sunt varietates, *vulgaris, incana & rosea.*

Vulgari folia betacea sunt, crassa, lata, lætèque virentia: caulis angulosus, subruber, interdum cubitalis, sæpe brevior, in summo spicatus, tenui semine, ac copioso prægnans. Nascitur in udis & lacunosis locis, & secus vias.

Plantago rosea.

Rosea dicitur, quod umbellam herbidam, patulam, foliolis permultis, rosæ modo, simul cohærentibus compactam gerat. In cæteris supradictæ prorsus similis est.

Lanceolata.

Minor plantago foliis viret angustioribus, minoribus, mollioribus & tenuioribus: cauliculo angulosо in terram inclinato: flosculis pallentibus, seminibus parvulis, surculorum summitatibus connatis. Vocatur in Officinis *Lanceolata*, & aliquando *Lanceola*, quod ejus folia lanceæ cuiusdam ritu sint acuminata. A quinque fibris & velut nervis, quibus habet distincta, & velut sulcata folia interdum *quinquenervia* nominatur: ut etiam *septinervia*, cum præter quinque fibras insignes aliquando parvulæ adhuc duæ quibusdam in foliis emicant. Nonnulli depravate ex quinquenervia *Centinerviam* effecerunt. Vocatur & *Arnoglossum*, quod folia agninæ linguæ similitudinem referant. Speciatim tamen quibusdam sic tantum dicitur, quæ folia promit rotundiora & lanuginosa.

Quinquenervia.

Arnoglossum.

Virent.

Plantago refrigerat & siccat ordine secundo, astringit, densat, cohibet, abstergit: ob id ad herpetas, erysipelata, inflammationes, & omnes sanguinis eruptiones conducit, fluxiones sistit, dysenteriæ & omni alui fluori convenit, putredinem arcet, & partes quascunque roborat.

CAP. CLXXXIV.

De Centinodia, seu Polygono.

Corrigiola. Sanguinaria. Proserpinaca.

CENTINODIA, à nodorum frequentia, ut aliquãdo *Seminalis* & *Polygonum* à seminis multitudine dicta, nunc *Corrigiola*, nunc à cohibendo sanguine, *Sanguinalis* & *sanguinaria*, interdumque *Proserpinaca*, vel potius *Serpinaca* à serpendo nuncupatur. Herba est humilis, humi reptans, graminis ritu, ramis exilibus, copiosis, nodosis, & genicularis, foliis *rutæ*, sed longioribus, mollioribusque, sub quibus minutulum, & multum semen turget, præviis flosculis ex rubeo pallentibus. Nascitur sponte in locis incultis & semitis, pedibusque solet conculcari, nec imbecillius viret.

Virent.

Polygonum mas (sic enim ad alterius fœminini differentiam dicitur) vim habet refrigerandi, astringendi, & spissandi eximiam, proinde contra herpetas, ignem sacrum, & omnem inflammationem valet.

Suceus ejus per os sumptus, cujuslibet partis profluvium & excreationem cruentam compescit: alvum impensius fluentem sistit.

Datur & feliciter contra stomachi ardorem, & venenatorum animalium morsus.

Polygonum fœmina.

Aliud Polygonum, seu *Centinodia fœmina* dicitur, uno caule, arundini tenellæ, vel magis equiseto simili, in locis aquosis assurgens, densis geniculis, quæ folia tenuia, piceæ frondibus similia in orbem convestiunt.

Datur & marinum quoddam Officinis ignotum, & inusitatum.

Sunt,

Polygonum marinum. *Polygonatum.* *Sigillum Salomonis.*

Sunt, qui vocum affinitate decepti pro Polygono Polygonatum, & viciſſim pro hoc, illud aſſumunt, ſed diſſimilis eſt multum utriuſque effigies. Nam *Polygonatum*, ſeu *Sigillum Salomonis*, planta cubitalis eſt, & ſæpe altior, caule rigido, incuruo, radice craſſa, & nodoſa.

CAP. CLXXXV.

De Symphyto.

Species.

SYMPHITA tria magna ſunt; *Alum*, ſeu vulgare & *conſolida maior* dictum, tuberoſum, & maculoſum. Totidem media, *petræum*, *bugula*, & *prunella*. Parua vero multa, ut Bellides omnes, Margaritæ, à plebecula nominatæ, quarum multæ traduntur varietates, coronamentis potius, quam officinis dicatæ.

Symphytū maius.

Symphytum maius ſeu *conſolida maior*, & à foliorum ſimilitudine, *auricula aſini*, dictum, caulem edit bicubitalem, folia ampla, longa, lata, craſſa, aſpera, hiſpida, ad bugloſſi effigiem accedentia, ſed latiora, obſcuriora, & mucronata. Ex ſurculorum alis prodeunt velut foliorum productiones, in quibus flores eleganti ſerie diſpoſiti, intus cani, pallidi, aut ſubrubei adnaſcuntur, quos nigra ſequuntur ſemina, verbaſci ſimilia: ſubiacent radices glutinoſæ, exterius nigræ, intus candidæ, quarum eſt in medicina frequens uſus.

Vires.

Symphytum refrigerat, contrahit, aſtringit, denſat: Enterocelas cohibet, oſſibus fractis medetur, ſanguinis ſcreatum & fluorem ſiſtit, dyſenteriæ prodeſt, & vulneribus conſolidandis adeo eſt efficax, ut ſimul cum carnibus, ſi concoquatur, caſdem conglutinet.

Symphytum maculatum.

Symphytum maculatum, quod paſſim *pulmonaria* nominatur, thyrſo, fronde, flore præcedenti ſimile; verum folia ei breviora, in quibus albicantes maculæ conſpicuæ ſunt plures. Naſcitur in ſylvis & locis opacis ac umbroſis. Creditur ad vitia pulmonum opem adferre.

Symphytum petræum.

Symphytum petræum, quod in petris & ſaxoſis locis naſcatur, dictum, ex paruis & tenuib. ramis ſeſe erigit, origani ſimilib⁹, foliis paruis, capitulis thymi, radice ſubruffa, longa, craſſaque. Sunt, qui putant, hoc ſymphytum bugulam eſſe, ſed cum lignoſum ſit & odoratum, & capitula habeat thymi ſimilia, non parum à bugula differt, ut mox patebit.

Bugula.

Bugula medium quoddam ſymphytum eſt, de quo ſenior ætas multa & mira prædicavit, adhucque plebecula ſibi perſuadet, eum nec Medico, nec Chirurgo egere, qui bugulam habuerit: Addunt & qui ſaniculam. Folia gerit craſſa, oblonga, parum & mucronata, & in ambitu inciſa, & ſubrubra, caules quadrangulos, modice hirſutos, flores cæruleos à mediis ſurculis ad faſtigium multos. A nonnullis Morandola, ab aliis Laurentina, ab aliis conſolida media nuncupatur. Herba vulneraria eſt, commendaturque plurimum ad diſrupta, fracta, cæſa, convulſaque membra.

Morandola. *Laurentia.* *Conſolida media.*

Prunella.

Prunella ſeu *brunella*, ut volunt nonnulli, ex ſymphytorum tribu eſt, humilis quidem planta, ſurculis tenuibus quadrangulis, hirſutis, humi procumbentibus, foliis latis, mucronatis, ſed brevibus, parum hiſpidis, obſcure virentibus, viſcidis, & pinguibus. Flores ut betonicæ ſpicatim in ſurculorum ſummitatibus erumpunt, è cæruleo obſcure purpurei. Ad eadem commendatur, ad quę bugula; maxime vero ad linguæ nigredinē, quæ per febres oritur delendam, ſi ejus decocto os colluatur.

CAP. CLXXXVI.

De Oxalide, ſeu acetoſa.

INTER rumicis ſeu lapathi genera à Dioſcoride numerantur *oxalis*, non quod ſit utriuſq; ſapor ſimilis, qui in lapatho ſubdulcis eſt, & fere inſipidus, in oxalide, ſeu acetoſa acidus, unde nomen, quod ὀξὺ Græce dictum, modo ad folia lapathi mucronata, modo ad oxalidis acidum ſaporem accommodatur.

Species.

Acetoſa autem omnibus nota eſt, eaque duplici genere agnoſcitur: Vna ſylveſtris, omnium minima & acidiſſima, quæ multo luxu ſabuloſis locis, macilentis, & ſæpe inter ſegetes naſcitur. A Belgis *acetoſa vervecina*, ab aliis, *vineta* cognominatur.

Altera maior eſt, q̄ in locis humidioribus delectatur, ut in pratis & hortis multis; cuius duæ ſtatuuntur differentiæ; una, quæ ſemper hortenſis eſt, & repens, ab aliis effigie valde diſſimilis, folia namque habet rotunda, & calorem ex ſubcineritio vireſcentem; ſaporem vero acidum, ut reliquæ oxalidis ſpecies, ſed palato magis arridentem: altera maioris acetoſæ differētia omnibus nota eſt, de eaq; vox acetoſæ abſolute intelligenda eſt, ob ſacros ſeu magnos effectus *herba ſacra* quibuſdam dicta.

Oxyphillum.

Oxalis in memoriam revocat oxytriphillum, ſeu trifolium acetoſam, multerculis *panis cuculi*, officinis plurib. *alleluya*. Fracaſtorio *Luyula* dictū. Planta humilis eſt, in locis ſylvoſis vere novo naſcens, cauliculis tenuibus brevibuſque, in quorū ſummitatibus foliola tria inſident, tenuia, pallide virentia, ſapore acida, grataque. Flores è brevib. pediculis prodeunt candidi, quinq; foliolis cohærentes. Puſilla hæc herba cor recreat, putredinem arcet, refrigerat, & aqua ex ea deſtillata febribus continuis & peſtilentibus confert.

Aquæ Acetoſæ in curanda febr. ardent. cum paraphranit. Primus tribuit Thoneruspag. 19. nollem ego periculum facere. vix n. proportio dari poteſt inter agens & patiens tam diſſimile. Nec una hirundo ver facit.

CAP. CLXXXVI.

De Oxylapatho.

NE huic ſimplicium examini confuſio obſcuritatem pariat, diſcrimen conſtituetur inter Lapathum, Hippolapathum, Hydrolapathum, Oxylapathum, & Lapathum ſanguineum. *Lapathum* ſimpliciter dictum, ſeu rumex, olus eſt culinis expetitum, coquis *Patientia*, herbariis *parella* vulgo dictum.

Lapathum.

Hippolapathum vel latifolium eſt, vel rotundi folium: utrumq; cultum & *Rhabarbarum monachorum*, & aliquando *Pſeudorha* recentiorum nuncupatum.

Hippolapathum.

Hydrolapathum duum eſt generum, magnum & paruū: utrumq; præcedentibus ſimile, nec niſi paluſtrib. & aquoſis locis læte viret & adoleſcit.

Hydrolapathum.

Oxylapathum in locis incultis ubertime provenit, radice longa, craſſaque, intus flava, ſeu crocea, ſurculo bicubitali, brachiato, foliis longis, latis

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 181 sur 955

latis, striatis, acuminatis, semine herbaceo, lato expediculis minutissimis dependente, & tenuibus membranis involuto, colore rufo.

Lapathum sanguineum. *Lapathum sanguineum* seu *maculatum*, multi nullatis considerate sanguinem draconis vocitant, ut docebimus postea fusius & commodius suo loco.

Piger Henricus. Ex lapathis quoque est *oxalis*, de qua *supra*, ut etiam herba quædam, nescio, qua ratione *Piger Henricus* dicta, q̃ spinaceum olus sylvestre puto.

CAP. CLXXXVII.

De Hepatica, hepatorio, & Eupatorio, seu agrimonia.

HERBARIÆ doctrinæ periti *hepaticam*, *hepatorium*, & *eupatorium* ita distinguunt, ut *hepatica* sit *lichen*; hepatorium *vulgare eupatorium*; verum eupatorium *agrimonia*: hæc tria, quod hepati roborando & sanando conveniant, eupatoria sæpe & recte dicuntur.

Hepatica. Hepatica autem sæpe nominatur lichen, & contra lichenas omnibus remediis anteponatur, vel quod lapides lingat. Folio constat succulento & crasso, petris udis & umbrosis adhærente, sub quo cauliculi, pediculorum forma, capitula steilata habentes exeunt. Abstergente modice, refrigerantem, ac roborantem habet facultatem.

Hepatorium. Hepatorium à radice fibrosa moderatæ magnitudinis, surculos promit bicubitales, ac ramosos, foliis convestitos oblongis, cannabinis, per ambitum serratis: flores parvulos, muscosos, dilute rubentes, qui ubi umbellam pulchellam coronarunt & contabuerunt, desinũt in pappos.

Eupatorium. Agrimonia. Eupatorium verum seu agrimonia, herba fruticosa est, potentillæ valde similis, sed foliis magis virentibus, utrinq; in partes plures divisis, per ambitum serratis & hirsutis: Caule tenui, recto, cubitali, vel altiore, piloso, ex cujus partibus diversis exeunt flosculi, parui, lutei, quos sequuntur semina admodum parua, & altera parte aspera, qua vestibus laneis facile adhærescunt. *Agrimonia* ab Eupatore inventore, *eupatorium* nominatur.

Virtus. Vim habet attenuandi & expurgandi, & peculiari virtute jecori & aliis visceribus prodest.

Non omittendum est, Mesuem pro eupatorio aliam plantam cubitalem, valde amaram, foliis centaurii minoris sed in ambitu serratis & asperis usurpare, quæ à nonnullis *herba Iulia* à Græcis *Ageratum* nominatur.

Ageratũ.

CAP. CLXXXVIII.

De Primula veris, seu herba Paralysis.

VULGARIS hujus herbæ varia denominatio veram dignotionem obscuravit; nam *primiveriam*, seu *primulam veris*, *herbam sancti Petri*, *herbam paralyticam & arthriticam*, *phlomidem*, *brachulam cuculi*, *Tusculanam violam*, *betonicam albam*; & *verbascolam* vocitari comperio. Sed inanis esto nomenclaturæ pervestigatio, modo res intelligatur ipsa. Primula veris dicitur, quod primo statim vere vireat & floreat; cujus tres præcipuæ traduntur varietates, *hortensis*, *pratensis*, *nemoralis*.

Nomina.

Species. Hortensis vel simplex est, vel multiflora; atq; utraq; vel flore herbaceo, vel ex luteo pallescente. Quæ virent in pratis & sylvis, foliis quidem valde similes, sed non parum dispares floribus, qui in illis crocei, parui & fere inodori; in his pallentes, magis patuli & odori.

Primula veris folia multa promit, rugosa, betonicæ similia, sed longiora, latiora, pallidiora; è quorum medio cẽtro multi velut styli exeunt tenues & longi, in quorum summitatibus dehiscũt modo tres, quatuor, aut quinque flores sublutei, pensiles, summis labris denticulati. Aliquando & unicus tantum flos pedunculo exili adnascitur.

A florum diversitate octo differentias observavi: aliæ enim florem herbaceum, ac viridem & elegantissimum gerunt, aliæ album, atque etiam venustum; nonnullæ rubeum; aliæ aureum; aliæ subflavum. Præterea quædam tantum simplici flore coronantur; aliæ multiplici; aliæ ita prolifico, ut alter alteri adnatus videatur. Quæ simplicem ac luteolum florem gerit, copiosa ac sponte provenit in multis infimæ Neustriæ locis, ac maxime in agro Vallonienſi, in quo aliæ stirpes multæ insignes læte proveniunt.

Nervorum resolutioni, seu paralysi confert, & articulorum dolori. *Vires.*

Radicis decoctum commendatur ad infarctus renum expediendos, saburram protrudendam, & calculos vesicæ expellendos.

CAP. CLXXXIX.

De Brassica hortensi.

BRASSICA seu caulis, Græce dicta *Crambe*, adeo vulgaris est, ut supervacaneum videretur, longo verborum amplexu eam designare, cum propter esum ubique gentium & locorum seratur, plantetur, colatur, ejus tamen omnes varietates non omnibus in regionibus læte virent, sed quædam hanc, aliæ aliam tellurem postulant; unde quædam *Sabauda* dicitur, quod Sabaudiæ tractu magis delectetur, quæ multum patula est, parum occlusa, foris virens, intus alba; alia *marina*, quæ maritimis in locis sponte nascitur; alia *caulistora*, ac *Italica*, quæ non nisi in Italia, vel ex ejusdem solo advecta, provenit; alia *vulgaris*, quæ apud omnes uberrime fruticat; alia *caulorapa*, quæ medio caule turbinata est, seu rapata, & quasi bulbosa. *Species.*

Præterea à foliorum conglomeratione, explanatione, albedine, viriditate, rubedine, obscuritate & capite crispo, racemoso, lascinioso, vel sessili, caulium, seu brassicarum varietates multæ desumuntur, quæ olitoribus & coquis, quam Pharmacopœis potius relinquendæ, marinam si exceperimus, ut magis medicamentosam.

Crassum succum brassica gignit, ac melancholicum, & caput ebrioso modo tentare creditur, unde forsan à Germanis tã avide in cibos recipitur. Rubra speciali dote pectori convenit, & in aliis in eclegmate de caulibus solet præferri. *Vires. Cur brassica germaniis sit grata.*

CAP. CLXXXX.

De Psyllio.

PSYLLIUM *herba pulicaris*, ab ejus seminis effigie dictum, planta est parva inter vervacta & sabulosas scrobes nascens, foliis Coronopo non multum dissimilibus oblongis, angustis, hirsutis: Coma è medio caule incipit, capitulis hinc inde ex alis foliorum eminentibus, spicatis, & squamatim pimpinellæ globulorum ritu cohærentibus, à quibus flosculi pusilli, pallidi, lanuginosi prodeunt;

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 182 sur 955

deunt;quibus succedit semen parvum, nigricans ac splendens, quod alvum mollit & clementer subducit.

Vires. In secundo gradu refrigeratorium est, in humectando & siccando quodammodo symmetrũ ex Galeno. Hanc vim refrigerandi in *psyllio* etiam agnorunt,& asseruerunt Dioscorides & Plinius:

Mesuei error. unde mirari subit Mesuei falsum de illius qualitatibus judicium,qui semen ejus scripserit, quarto recessũ calidum,acre, ulcerans, & venenosum. Hoc credo,ex aliorum relatu præcipitanter scripsit,vel ex codice mendoso excerpsit, vel forsan quod verissimum scripserat,abs quodam immutatum fuit. Minor igitur & tutior illius qualitas & usus,quam ex Mesuei lectione patet.

Cap. CLXXXXI.

De Tussilagine.

TUssilago Romanis dicitur, Græcis *Bechion*,à præsentissima utilitate,quam tussicolotis & anhelosis præstat. Pharmacopœorum *ungula caballina* est,sic nuncupata, quod ejus folia unguibus equorum sint utcunque similia inferiore & aversa parte tomentosa & albicantia, superiore & adversa, viridia.

Caulis ejus ita brevis est, ut vix palmũ æquet, unde sine caule nasci nonnulli crediderunt, ait Dioscorides. Flos luteus,radiatus,aureus,taraxaci æmulus,qui nondum egressis foliis,Februario & Martio erumpit,& cum paucos dies perstiterit,dehiscit in pappos. Radix tenera est, candida,geniculata,quæ uda loca,& fluminum crepidines amat. *Dioscor.cap.109.libr.3.& Galen. lib. 6. simplic.*

Vires illius potissimum commendantur ad tussim & orthopœam,ait Plinius, atque etiam ad thoracis abscessus,quos illius fumus per arundinem haustus rumpere creditur.

Tota planta nonnunquam Romanis dicitur *Farfarella*. A quibusdam adhuc *Filius ante patrem* nuncupatur.

Cap. CLXXXXII.

De Lupulo.

LUpus salictarius, nunc in officinis Lupulus dictus,planta scansoria est,quæ sensim proserpens arborum vestigia petit.

Nascitur sponte in sepibus & pratorum marginibus,folia habẽs aspera,cucumeris, aut bryoniæ modò triangula,frutices intexentia; flores subalbidos,herbaceos,multis foliculis squamatim compactos,& racematim pendulos, in quibus parvum semen continetur. Apud Belgas in magna est authoritate;nam hoc frugibus admisto suas vindemias parant,potum nempe illis, ut

Cerevisia. & Angelis familiarem,quem *cerevisiam zythumq;* nominant. Vere inchoante turiones adhuc tenelli coquuntur,eduntur que asparagorum modo ex butyro,vel oleo & aceto.

Lupulus moderate refrigerat,sanguinis ardores compescit,bilem utcunque ducit,meatus diducit,obstructiones liberat,urinam movet,ictero medetur,pituitam & aquam in intercute per alvum exigit,& stomachi inflammationes sedat.

Cap. CLXXXXIII.

De Bistorta.

Vndedicta. BIstorta sic ab intortis & convolutis radicibus dicta,à quibusdam pro draconculo, ab aliis pro Limonio,à nonnullis, male tamen,pro Behen Arabum sumitur: Tolerabilius à multis Britannica nominatur, cum ejus quædã species asseverentur,cum ejus quædam species asseveretur, & solo radicum colore ab ea distinguitur: nam utriusque facies similis & vis vix dissimilis. Peculiari dote commendatur *Britannica* ad Stomacacen seu Sceletyrben,grave malum Germanis multis, & quibusdam septemtrionalibus familiare;in quo similis interdum contingit, quæ Cæsaris olim militibus accidit, qui cum trans Rhenum iter fecissent,fontem invenere,cujus aquam cum bibissent, dentes eis intra biduum decciderent,compagesque in genibus solverentur. Est autem reperta auxilio herba, quæ vocatur *Britannica*. Plin. *cap.3.lib.25.*

Porro bistorta ex radice nodosa, intorta & rubescente,folia longa promit,lata & acuminata,rumicis instar,venosa,superne virentia,inferne ex cæsio colore albicantia: caules teretes, cubitales,aut paulo breviores,à medio ad summũ per intervalla minoribus foliis circumvestitos, spicatos,& floseulis purpurascentibus micantes: semen parvum,triangulum,acetosæ ritu.

Radix potissimum bistortæ in usus medicos *Vires.* venit. Inodora est, refrigeratoria & astrictoria: partes interiores roborat,putredinem arcet, venenis resistit,& morbis pestilentibus medetur.

Cap. CLXXXXIV.

De Fragaria.

FRagaria perpetua fronde anno toto viret,nullis caulibus nixa,sed pediculos tenues, lanuginososque abs radicibus emittens,quorum nonnulli folia tantum,alii flores albos, & quinque folios,gerunt:quasdam adhuc fibras promit humi repentes, quibus soboleseit; ubi enim terram attingunt,agunt radices, & novellam plantam ministrant:folia in uno pediculo terna, lata,oblonga,in ambitu serrata, pentaphyllo finitimi. A floseulorum occasu globulus herbaceus erumpit,qui sensim augescens albicat, matureseens rubet,& morum parvum exhibet, aliquando candidum,molle,medullosum, vinosum,humidum,gustu suave,minutulis granis refertum,quod *Fragum* à fragaria, vulgo *Fraizaa* nominatur.

Radix subest fibrosa, capillata & nigricans, cuius,ut & foliorum in medicina vix commendatur usus,licet ad unguenti matiati confectionem accedat:vis enim tota plantæ commendabilis in fructu est,ut *rosarum* in floribus, *molabathri* in foliis, *zinziberis* in radicibus Sponte nascitur in sylvis & locis umbrosis,lætius tamen viret in hortis,& fraga fert crassiora, & suaviora.

Fraga refrigerãt,sitim sedant,æstus ventriculi *Vires.* compescunt,parum nutriunt,fugacemq; alimoniã corpori exhibent. Aqua ex his stillatitia maculas delet,facie expurgat,eãq; nitidiore reddit.

Cap. CLXXXXV.

De Pentaphyllo.

PEntaphyllon,seu quinq; folium sic à numero foliorum dictum,plures à radice unica surculos mittit,sæpius pedales,festucaceos: flores in summitatibus luteos,fugaces,potentillæ similes:folia à singulis pediculis quina,raro plura, oblon-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 183 sur 955

oblonga, in ambitu crenata serræ modo. Tota planta subhirsuta est, inalbicans, radiceque nititur oblonga, exterius nigricante, subrubra interius. Spõte provenit ruri juxta margines arvorũ.

Alterum quinque folium datur foliis magis crenatis, superna parte virentibus, inferna candicantibus & lanuginosis. Tertium quoddã invenitur repens, cuius viticuli tenues sunt, imbecilli; folia lævia, virentia; flosculi lutei; radices fibrosæ & exiles. In locis stagnantibus nascitur aliud foliis & magnitudine primo valde simile, floribus ut plurimum geminis, obscure rubentibus, quib. capitulum suboritur seminibus multis refertum.

Virtu. Pentaphyllon (cujus præcipue radix usurpatur) ad tõsillarum & asperæ arteriæ inflammationes confert: contra alui fluorem & dysenteriã utiliter datur: coxendicum & junctũrarum dolores in potu sanat, erysipelata & scabiem curat, strumas discutit, herpetas cohibet, œdemata reprimit. Radicis adhuc tenellæ succus adversus venena prodest, & contra jecoris & pulmonum affectus valet.

CAP. CLXXXVI.

De Spargula seu aparine.

Species. APARINE surculos habet & folia, vel mollia, & *Mollugo*, vel aspera, & *Asperugo*, vel *Spargula*, & *Asperula* dicitur. Tota enim planta scabritie quadam tenaci prætereuntium vestibus adhæret, unde etiam Græci *Philanthropon* & *Philadelphon* nominant, Plinius *Lappaginem*, vulgus *Grateronẽ*.

Est autem Aparine planta juxta sepes, scrobes & inter sentes nascens, vicinis fruticibus adhærescere solita, surculis imbecillis, obsequiosis, quadrangularibus, plures cubitos interdum longis: foliis angustis, stellæ ritu decussatis, ac orbiculatim ramulorum geniculis cohærentibus, ut in rubia; cui non parum similis est: flos ei parvus, albus: semen durum, album, rotundum, concavũ, umbilici forma, unde *Omphalecarpon* quibusdam dicitur.

Virtu. Aparine modice extergit & desiccat: Succus totius plantæ hausus ex vino, phalangiorum & viperarum morsibus auxiliatur: Is infusus auriũ doloribus medetur: folia trita, in fæce vini collecta strumas discutiunt.

Gallion. Spargulæ vel potius mollugini valde simile est *Gallion*, alia planta, quæ à lacte, cui aliquando additur, pro coagulo nominatur, id ipsum enim citissime coagulat.

CAP. CLXXXVII.

De Scabiosa.

EX veteribus vix scimus, quid sit Scabiosa, cum Scobe Dioscoridis non sit, nec psora Aetii. Est vero planta obfrequentiam & præstantes effectus notissima, folia gerens oblonga, lata, hirsuta, laciniata & incisa crucæ ritu. Radix illi admodum simplex & longa, caulem sæpius unicũ, sesquipedalem, interdumque longiorem promens, in cuius fastigio flos conspicitur, compluribus floseulis farctus, quorum circum ambientes majores sunt, medii minores: Omnes cum staminibus connatis è cæsio colore inalbicant.

Scabiosa minor. *Scabiosa ovilla.* Est & altera parvula scabiosa, minor dicta, vix palmum alta, quæ illi flore, foliis & colore optime respondet. Tertia quædam est mediæ magnitudinis, *ovilla* dicta, cuius folia latiora sunt, oblõga, hirsuta, ambitu crenata. Quarta datur, primæ non multum dissimilis: caules gerit cubitales, folioso, & flores discorum instar in surculorum summitatibus è cæruleo albicantes.

Virtu. Scabiosa scabiei mederi creditur, pulmonem purgat, tussi confert & aliis thoracis affectibus, nec non pestilentibus morbis, nonnulli frigidã putant, alii calidam, alii temperatam, nec ulla qualitate exuperantem.

CAP. CLXXXVIII.

De Gossipio.

GOSSIPIUM, sive *Xylon*, vulgo *bombax* dictum, planta cubitalis est, ramosa, brachiata, foliis vitis, sed minoribus; floribus luteis, in medio purpurascentibus, qui post se nuculas relinquũt, aut potius mala parvula, aristolochiæ rotundæ magnitudine, quæ maturescentia sponte dehiscunt, exitumque parant liberum mollissimæ, albissimæque lanugini, intus conceptæ & editæ una cum semine, forma cubebæ, copioso, medulla alba, turgido, & exterius nigricante. Illa lanugo in multos usus humanos trahitur, semen tantum in medicos, eosque multos. Nascitur Gossipium, Barbaris ac Arabibus *Coton* nominatum, in Sicilia & multis Italiæ & Germaniæ locis udis & Soli expositis.

Semen cotonis seu Gossipii tussientibus difficile spirantibus, anhelosis & rabidis prodest, nec non aliis vitiis pluribus pulmonum hepatis & renum. Oleum ex eodem per expressionem tractum, pustulas & lentigines faciei delet. *Confert etiam hernios.*

CAP. CLXXXIX.

De Hispidula, seu Æluropo, quem vulgus Pedem cati nominat.

A SIMILITUDINE pedum quorundam animãlium, quam multæ stirpes referunt, denominatione mutuantur, ut *Lagopus*, *Coronopus*, *Leontopodium*, *pes vituli*, seu *Aron*, *ungula caballina*, *Aluropus*, vulgo *pes cati*, qui à tomentosa lanugine, nunc *Pilosella*, nunc *Gnaphalium*, & sæpe *Hispidula* vocatur.

Planta est admodũ parvula, in collib. ac locis siccis & Solis expositis nascẽs, ac viticulos tenues spargens, quib. fœcunde propagatur. Cauliculos emittit aliquãdo pedẽ longos, sæpius breviores, folia admodũ parva, flosculos suave rubentes, & interdũ albidos, omnia lanuginosa, imo tota fere planta extra terrã lanugo tangenti & videti est, maxime vero flores, qui à tomento multo, quo vestiuntur, pedem cati pilosum repræsentant, unde nomen. Copiosam vidi in sylva Byerensi, prope regium ac structura, omniq; ornatu mirandum castellum Fontis-belaquæ, unde Melodunum & Lutetiam defertur.

Virtu. Inter moderate refrigerantia & efficaciter astringentia atq; agglutinantia reponitur; atq; idcirco herba vulneraria perhibetur, cui⁹ usus maxime commendatur ad rupta, anastomoses vasorum, & pulmonum affectus, qui ob imbecillitatem, laxitatem nimiam, & continendi sanguinis impotentiam oriuntur.

Ex ea recentiores syrupum pararunt *de pede cati* illis dictum, cuius usum ad vitia thoracis salubrem compererunt. Illius descriptionem in nostro Antidotario dedimus.

CAP. CC.

De Meliloto.

TRIFOLIORUM multa sunt genera, ad quę refertur tota melilotorum familia: Omnes ternis

ternis diviſuris folia habent ſejuncta, iiſdem in
Species. locis virent, & faciem pene eandem ſortiuntur,
Sunt vero tres præcipuæ meliloti varietates: Prima vulgaris eſt, inter ſegetes paſſim in Gallia naſcens. Secunda multò rarior floſculos albos gerit, ſurculos & folia priori ſimilia. Tertia omniũ rariſſima, quia peregrina, flores eructat purpuraſcentes, interdum cæruleos & elegantes; In Syria provenit copioſa.

Vulgaris, forſan *Sertula* Romanis dicta cauliculos hinc inde ſpargit multos, pedales, teneros: folia tribus diviſuris diſterminata, trifolio, aut potius fœnugræco ſimilia, in ambitu aliquantulum fimbriata; flores luteolos, vel melinos, piſorum effigie, acervatim velut in ſpicam coactos, à quorum occaſu perbreves erumpunt ſiliquæ latiuſculæ & nigricantes, ſemine parvo pallidoque turgétes. A quibuſdã *trifoliũ odoratũ*, ab aliis *corona regia*, à nõnullis *Serta* & *Sertula cãpana* vocatur.

Vires. Melilotus in qualitate refrigerante & calefaciẽte ambigere videtur, ſed aſtringendi quandã facultatem obtinet. Omnes inflammationes emollit, præcipue uteri, ſedis, in paſſo decocta & illita. Peculiariter & contra meliceridas efficax: Succus ejus cum paſſo inſtillatus aurium dolores ſedat: Cephalalgiam lenit, ſi cum aceto roſaceo adhibeatur.

CAP. CCI.

De Lino.

LINUM æque de planta & ſemine intelligitur: Planta ſuo cortice ad ſyndonũ texturam, ſemen ſua medulla ad medicinã eõmendatur. Eſt vero planta exilibus cauliculis, cubitalibus; foliis oblongis, acutis; florib. cæruleis & ſpecioſis, poſt quorum celerem occaſum (brevi enim decidũt) capitula parva ſeſe produnt, ſemine rufo, oblongo, lævi, glabro, ſplendente gravidata. In Gallia eſculentum non eſt, ut neque his in regionibus, ubi laute vivitur; olim tuſum, melli adiectum & frixũ ruſticis Aſianis in frequenti cibo fuit, quoquo tamen modo apparatum vix ſuave eſt & ſalutare; ſtomacho enim adverſatur: ob id ad veſtimenta & medicamenta, non alimenta ſeritur.

Vires. Eaſdem vires linum habet, quas & fœnũ græcum. Dioſcorides *c.* 125. *lib.* 2. Diſcutit, emollitq; intus & foris inflammationem. Ejus decoctio erotionibus vulvæ, & alvo ciendæ utilis. Oleũ ex ſemine trito & torculari expreſſo lenit, emollit, lentigines aufert, varos & cutis vitia emendat.

CAP. CCII.

De Fœnugræco.

FOENUNGRÆCUM ſiliquoſa planta eſt, ex unico caule primum emergens, dein multos in ramos, alaſque, brachiata, folia gerit trifolio pratenſi non multum diſſimilia, ſed rotundiora, minora, & ſuperne magis virentia, inferne ſubcinericia: flores exiguos & albicantes ſequũtur ſiliquę longæ, incuruæ corniculorum ritu, in quibus ſemina anguloſa, flaveſcentia, piſi parvi magnitudine continentur. *Fœnumgræcum* in officinis dictum, Hippocrati *Epiceras*, Theophraſto *Buceras*, Dioſcoridi *c.* 24. *lib.* 2. *Tellis* nominatur.

Vires. Farina fœnugræci vim habet emolliendi & diſcutiendi: cum aceto & nitro ſubacta lienem minuit: ſuo lentore lenit, & calorem mitigat: cũ oxymelite in pultem redacta prodagricos dolores aufert. Fœnumgræcum, inquit Galen. fervétes inflammationes irritat, quæ vero minus ſunt calidæ & magis duræ, eas digerendo curat. Illius ſapor & odor calefactoriam qualitatem denunciant, licet in refrigerantium vel magis temperatorum ſeriem retulerimus.

CAP. CCIII.

De ciceribus rubris.

LEGUMINA multa ſunt, inter quæ primas te- Species.
nent piſa & fabæ, quæ ad alimenta potius referuntur, & cicera, quæ ad medicamenta. Sunt vero cicerum, ut piſorum multæ differentiæ. Aliud enim dicitur cicer ſativum, aliud ſylveſtre. Sativum videtur idem eſſe cum *Arietino*, à Dio- Sativum.
ſcoride ſolum nomine tenus deſcripto, cuius eſt magnus in Italia proventus, ubi non tantum ad Medicinam, ſed etiam menſam trahitur. Folia fert piſis affinia, ſed minora, flores ex purpureo punicantes, ſiliquas rotundas, mũltis granis prægnantes. *Dioſcor. c.* 126. *lib.* 2. In quibuſdã locis cicera plane alba ſunt, quæ non raro eſitantur, in aliis nigricant; ſæpe ex fuſco purpuraſcunt, cæteris præſtantiora, & ad medicos uſus magis expetita.

Eſt aliud cicer ſylveſtre, foliis parum, ſed ſe- Sylveſtre.
mine multum ſativo diſſimile. Utrumq; renum Vires.
vias aperit, menſes ac partus expellit, lac auget, exergendi facultatem obtinet. Flatus gignit, & veretri tentiginem excitat.

CAP. CCIV.

De Orobo, ſive Eruo.

ERUUM Græcis dicitur, quod in officinis *Orobus*. quoddam nempe genus leguminis ciceri multum ſimile, in locis macilentis naſcens, in
quibus magis delectatur: nam in ſolo pingui ſa- Species.
tum, ſæpe nimis luxurians corrumpitur. Ejus duo traduntur diſcrimina, unum candidum eſt, quod dulcedine præſtat, eſtq; minus vulgare; alterum rufum, quod in omnibus pharmacopoliis ſolet haberi. Utrumq; notum omnibus, Dioſcoridis *c.* 131. *lib.* 2. judicio; multi tamen cicerculam agreſtem, ſeu eruiliam, frugibus infenſiſſimam pro orobo negligentius aſſumunt: Illa enim verius ſylveſtris vicia quædam ſpecies eſſe videtur, quæ ſponte, ac ſine ſatu, inter ſegetes, etiam invitis agricolis naſcitur.

Orobus vero *domeſticus* magis ſeritur & colitur. Aſſurgit autem cubitali culmo, & interdum longiore, geniculato, incuruo, cõcavo, leniter ſtriato: foliis & floribus ad cicera accedentibus. Surculis adnaſcũtur ſiliq; teretes, granis ꝓtuberãtes
ternis, aut quaternis, nulla diſiunctis mẽbrana.

Deſiccat eruum manifeſtiſſime; tam lente ve- Vires.
ro calefacit, ut temperatum à multis credatur: incidit, attenuat, extergit, obſtructiones tollit, reſolvit. Vix unquam per os ſumitur: ſæpiſſime adhibetur exterius; ſeminis enim illius farina in cataplaſmatis celebratur.

CAP. CCV.

De Lupinis.

LUPNUS è fabarum genere videtur eſſe: Caulem enim edit, ut faba, rectum & ſuapte natura ſtantem, ſed rotundum, cavum & aliquantulum tomentoſum. E radice fere ſingulari & fibroſa caulis emergit cum ramis alterno ſitu diſpoſitis, foliis Staphyſagriæ æmulis quinquefariã diſſectis, floribus albicantibus, æſtate ad autumnum ter erumpentibus; quibus defluxis adoleſcunt, ſiliquæ fabaceis minores & magis planæ,
quibus

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 185 sur 955

quibus singulis, quinta, senave grana intus continentur, rotunda, compressa, foris albida, intus subrubea, & perquam amara.

Virei. Lupinus editur coctus, dieb. ante multis macerationem in aqua suam dimittens amaritudinem. Lumbricos enecat illitus, aut cum melle linctus, aut ũ posca pot⁹. Ejus decoctũ alphos, achoras, scalies, psoras, & ulcera maligna curat, partim digerendo, partim extergendo, & citra mordacitatem siccãdo: Strumas & parotidas in aceto cocti discutiunt, & cicatribus colorem candidum reddunt. Propter amarorem utcunq; calefaciunt, nõ inepte tamen in hac sectione describuntur.

CAP. CCVI.

De Hordeo.

Species. HORDEUM, ut præ cæteris cerealibus utilissimum, sic notissimum, cujus, si sationis tempus spectetur, duę sunt differentiæ; unum dicitur *Autumnale*, cujus stipula, spica, granaque majora sunt; aliud *vernũ*, quod omnibus sui partibus minus est. Spica utriusq; utrinq; vallatur aristis, folliculis multis, incluso grano, oblongo, rhomboide, medulloso.

Zea. Spelta. Ad hordei familiam refertur utraq; Zea, quam Itali *Speltam*, nonnulli *Speautram* nominant, ut & *Soucrion*, vulgo *Scourgeon*, quasi succurrens genti dictũ. Necnon aliud segetis genus, quod multi Zuppyrũ. *Zeopyrum*, alii *hordeum nudum* vocitant; quod in Cappadocia provenit, ut asserit Galenus *c.5. lib. de atten. dieta c.2. lib. de ptisan.* Ad segetem adhuc alia multa multi cerealia reducunt, ut *Olyram, typham, brisam, & zeocrithon* & *oryzam*, quam *hordeum, distichum*, & *galaticũ* nominant. Olim in India nascebatur hordeum in panis esu gratũ & salutare, equis vero delectariũ; Hoc n. oblatum equis Alexandri ut manderent, necabat eos primo, dein cũ palea exhibitum desiit esse noxiũ. Aliud nascitur in Thracia ad Gedropolim, quod à jumentis & famelicis nõ attingitur. Cujus rei causam Theophrastus tribuit malo illius odori, licet ab homine non percipiatur. Quod à cortice nudatur *exasticum* & *cantherinum* à quibusdam nominatur.

Virei. Hordeum autem vulgare refrigerat & exsiccat, habetque detersivi quippiã, unde panes hordeacei per alvum citissime subducuntur, & exiguum corpori præbent alimentum. Quod vero habet flatulenti, ait Galenus, elixatione deponit, proinde in ptisana conficienda jubet Hippocrates, ut diutissime concoquatur.

CAP. CCVII.

De Sumach, seu Rhoe.

RHus fruticis & fructus nomẽ est, idem Græcis & Latinis, sed cum adjũcto culinaria, vel obsoniorum, quod olim in culinis esset in usu frequenti, & in obsoniis potissimum pro sale usurpata. Nunc vero medicamentaria tantum est, & à Mauritanis *Sumach* nominatur.

Arbuscula est in locis petrosis uberius nascens & fruticans, ad tres, quatuorve, & interdũ quinq; cubitos adolescens, ramulis multis discriminata. Folia profert ex pluribus fraxini modo cohærentia, quorũ medius nervus, sive costa aliquantulũ rubet, singula vero foliola inalbicãt oblonga, lataque, & ambitu serrata. Flores emittit Julio mẽse candicantes, racematim Lillacis ritu cõgestos. Fructus Autumno parvus maturescit, cũ semine parũ lato, lentis instar, exiguo, ac rubente. Vocatum etiam *Rhus coriaria*, ꝙ ejus folia dẽsandis coriis apprime conveniant, ut & alia stirps, *Cotinus coriaria* ob id dicta, quæ inter Rhois differentias numeratur, sed ejus in medicina usus.

Rhus culinaria, seu *Sumach*, cum sit austeræ qua- Virei. litatis, multum astringit & desiccat, convenitq; dysentericis & fluxionib. cohibendis, muliebres fluxus sistit, hæmorrhoides compescit. Hujus siquidem folia & fructus insigniter astringunt, gradu tertio resiccant, refrigerant secundo.

CAP. CCVIII.

De Myrto.

Species. MYRTUS vel sylvestris est, quæ in multis regionib. calidis, ac locis incultis sponte frutescit; vel domestica, quæ cultura egent, cujus duæ agnoscuntur species, una dicitur minor effigie buxi, sed foliis acutioribus ut ruscus; baccas nigras gerit, hederæ æmulas, ac vineo succo gravidatas, unde *nigra* sæpius myrtus dicta. Propter ejus gratiosum odorẽ, faciemq; perpetuo virentẽ valde cõmendatur, seduloq; nutritur in hortis, & fictilib. in vasis transplantata in multarũ ędium fenestris ad delicias, & ornamentum custoditur, nec raro prostat Pharmacopoliorum vestibulo.

Est altera minor, *alba* dicta, quæ foliis latioribus est, longioribusq; ut mali punicæ, & colore minus obscuro, ac ex albo virescente, unde cognomen. Cultura nõnunquam in arboris mediocris altitudinẽ assurgit, ut nos in quibusdam hortis maritimis vidimus. Utraq; myrtus flores promit albos, suaveolentes, ex quibus arte debita aqua stillatitia elicitur suavissime fragrans.

Circa myrti caudices adnatum quid verrucosum, inæquabile, ac concolor prominet, quod velut manus myrti ramos amplectitur, *Myrtidanum* à Dioscoride *c.156. lib. primi* appellatum: sed *Myrtidanum.* nullus nunc ejus usus, cum ab institoribus nec ematur, nec adferatur, nec væneat.

Est & alia sylvestris ac parvula myrtus, q̃ locis *Myrtus* sylvosis, siccis, macilentis, aeri expositis delecta- *sylvatica.* tur, quæq; baccas fert nigras esculentas & suaves, quas multi *vaccinia*, quasi *baccinia* nominant; Alii aliis nominib. ad arbitriũ fictis designãt: In Normania vulgus à colore nigro, qualis est Æthiopũ, *Vaccinia* qui Mauri vocãtur, *moreta* dictos fruct⁹ appellat. *nigra.*

Myrtus ex contrariis substantiis constat, vincente frigido terreno: habet & tenue quiddam calidum, ob id ex Galeno efficaciter desiccat.

Fructus autem ut & folia utiliter & assumun- Virei. tur, & adhibentur, & propter qualitatem astringentẽ, sanguinis excretiones sistunt, atque alios quosuis humores profluentes compescunt. Eorũ decoctum ad laxatos artus, & ad ossa fracta atq; ferruminationi repugnantia valde prodest. Alia quoq; multa commoda myrtus pollicetur, de quibus videndus Dioscorides *c.156. libri primi.*

CAP. CCIX.

De Millefolio.

MULTÆ stirpes à foliorum pluralitate & incisura multiplici millefoliorũ nomẽ assumunt aliquando, ut *Achillea, Osyris*, & *Strathiotes aquaticus*, sempervivo similis, quæ secundũ Plinium in Ægypto tantum nascitur, ut etiam *Strathiotes Chyliophyllum, & Myriophyllum*, de quibus diversis capitibus loquitur Dioscorides.

Strathioti chyliophyllo cauliculus brevis est; *Chylio-* folia pennas juvenum avicularum imitantia, bre- *phyllum.*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 186 sur 955

vitate & scabritie ad sylvestre cuminũ accedẽtia; flores umbella dẽsa anethi modo fulciti, parvi, cãdidi. Nascitur sec⁹ vias in locis aratro nõ pscissis.

Eximii est usus, inquit Dioscorides c. 103. lib. 4. ad ulcera vetera, recentiaque, profluentem sanguinem & fistulas, unde rustici *Carpentariam*, seu *herbam fabri lignarii*, qui vulgari idomate, dicitur illis carpentarius, appellant. A nonnullis *militaris herba* nuncupatur.

Myriophyllum. Myriophyllo caulis unicus est, tenellus, unica radice prodiens, innumeris foliis, tenuibus, capillaceis, fœniculo similib. surculus flavescit varius, ac veluti ex industria sic delineatus. In pratis & locis udis nascitur atque palustribus.

Vires. Qualitatem habet astringentem, exsiccatoriam & vulnerariam: vulneribus enim adhibita optime confert, ea ab inflammatione vindicando, desiccando, & glutinando; ulceribus quoque prodest, & sanguinem undeq; fluentem sistit.

CAP. CCX.

De Tamarisco.

TAMARIX, seu Tamariscus indigne fruticis nomine donatur à multis, cũ sæpe in proceritatem assurgat notabilem, atq; in crassitudinem tantam increscat, ut ex ejus trunco & ramis calices fiant, & alia vasa lienosis inservientia; Etsi Columellæ creditur, è tamarisci trunco alvei excavantur, & aqua replentur, ut subinde sues bibant, sicq; lienis incremento, quo sæpe & pessime laborant, sanentur.

Ramulos autem complures tamariscus emittit, & folia circa hos frequentia, exilia, tenuia, rotunda, veluti quibusdã lineolis transversis ac obliquis, sine incisuris in superficie exasperata: flores muscosos, tomentosos, albidos, aut ex albido purpurascentes, quamplurimos, fastigia surculorũ occupantes, ac in pappos demum evolantes. Subest radix lignosa, valde crassa, p arbusti ætate.

Species. Sunt autem Myricæ seu tamarisci duæ varietates; una sylvestris & infrugifera, seu sterilis, quæ in multis sylvis nascitur; altera domestica, ei faciei & viribus finitima, quæ semina quædam profert.

Vires. Abstergentis ac incidentis est facultatis, absq; manifesta desiccatione; habet quoq; astrictionem quandam. Mirifice autem & speciali proprietate confert indurato; obstructo & imbecillo lieni, atq; omnibus affectibus, qui ab humore crasso & melancholico proficiscuntur.

CAP. CCXI.

De Fructibus.

STirpes eas, è quibus radices, culmi, ramuli, ligna, cortices, folia & flores Officinæ Pharmaceuticæ cõpositiones ingrediuntur, superioribus sectionibus accurate descripsimus: Sequitur nunc, ut de fructibus tam esculẽtis, quam medicamentosis agamus, quib. Pharmacopolium recte non carere potest. In eorum autẽ enarratione & examine fideli eos primum, qui dignitate, suavitate, utilitate, magnitudine & usu communi cæteris præstant, explicabimus, cujusmodi sunt Poma, sic dicta secundum Varronem, quod potu, aqua nempe, dum inseruntur, indigeant, vel potius, quod ex his potus paretur suavissimus & saluberrimus: Vnde non sine ratione pomorum inventio, quæ Græci Mela *vocant, Libero patri tribuitur, quod sic ex Theocrito liquet.*

Atque sinu medio Bacchus sua mala recondit.

De Pomis.

Species. POMORUM tam multæ sunt varietates, ut vix queant enumerari, imo nec dici: nam cum tellus quævis ipsa proferat, insitione miscellanea & mangonio varie immutantur: arte enim agrestia cicurantur, acerba miteſcunt, acida dulescunt, pumila crassescunt, rubra flavescunt, aut. lium colorem nanciscuntur.

Et licet ubivis arbos pomigera, seu malus ferax sit, in Normania vero non modo fœcundior et, sed poma gerit præstantiora, esui gratiora, ani- *Pomaceũ.* ciorave, & salubertimæ potioni cõficiendæ, qã Pomaceum vocant, aptiora: Cujus, ut vini variæ differentiæ comperiuntur, sed quod exponis quibusdam Coccyneis dictis, paratur, sapore, suavitate & præstantia vix generoso vino cedit.

Sunt vero notissima cuilibet genti poma, quibus nec ulla mensa carere solet, nec officina, quæ eorum succis utitur ad confectionis Kermeticæ, & Syrupi regis Sabotis condituram, ut etiam ipsorummet carne ad unguenti pomati confecturam.

Generalia, pomorum nomenclatione fructus omnes operi comprehenduntur, herbaceo colore virentes, lignosi nihil exterius habentes, ut poma *curtipendula, rambura*, & similia. Contra vero *Acrodrya* dicuntur, quæ putamen habent exterius lignosum, durumque, ut *pistacia, nuces, amygdalæ*. Veniunt & pomorum nominatione *mala cotonea, Armeniaca, Persica*, & quamplures alii similes fructus.

Omnium vero præstantissima suavissima & jucunde fragrantia, quæ vulgus Normanorum vocat *gulorogeria, paradisiana, passipoma caluillea, rubeliana, renetea, curtipendula*, & alia pene innumera, quæ ob salubritatem & suavitatem odoris, saporisq; habent hi in deliciis, etiam qui lautius vivunt, quibus respondent, si non antecellunt Borsdortiam.

Aliorum adhuc incredibilis apud Septentrio- *Vires.* nales datur varietas & ubertas; quæ quod sint, vel amara, vel acidiora, vel austera, vel dulcoacida, vel dulcoamara, in horreis post perfectum incrementum congeruntur, ut matureſcant, deinde molis trusatilibus cõtunduntur, prælo committuntur, copiosus ut succus exprimatur, qui in doliis reconditus, diutissime & incorrupte servatur pro potu Normanis familiari & salutari, quem à colore citri, *citrum*, & corrupte *sydrum* nominat.

Glycymela, hoc est, poma dulcia tẽperata sunt; *Sydrum* acida frigidiora, ut & austera; amara calidiora. O- *Vires.* mnia fere alvum molliunt, sed maxime dulcia, humorem bilio sum contemperant, atque etiam melancholicum.

CAP. CCXII.

De Pyris.

PYRUS arbor à turbinata pyramidis instar effigie, sic dicta, omnibus notissima est; Ea enim horti & vireta terrarum ubique luxuriant, fructus tamen ex eadem expetuntur avidissime: Pyra enim quædam adeo esui grata sunt, ut illis alia quævis edulia à multis postponantur.

Eorum autem in colore, sapore, magnitudine *Species* & forma tot sunt varietates, ut enumerare nemo queat. Veteres quædam *superba* cognominarunt *parva & ocyssima*, quæ forte nostri hodie *Moschatula*, à gratioso sapore moschum referente, nominant, quæ minima omnium sunt, quina, senave,

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 187 sur 955

senave, sæpe plura, ab uno ortu prolixis pediculis dependentia, quæ fere omnium prima maturescunt.

Commendatur Lutetiæ & *Rosea*, à succo sic nuncupata, *bicipitia*, magnitudine satis conspicua, *Calletia*, *Sertelia*, *Dagobertiana*, *Fusea*, *Bergamotia*, *Bonchristiana* omnium gratissima, in agro Turonensi & Metensi laudatissima, ac pene in tota Gallia nunc frequentissima.

Laudantur & quædam à magnitudine, ut quæ *liberalia* dicuntur, atque alia nonnulla crassiora, quæ primum Rhodo advecta sunt, unde *Rhodensia* nominata, qualia forsan antiquis *cucurbitana*, aut *Pompeiana* cognomine *mammosa*. Alia multa dantur his minora, carne firmiuscula, quæ frequentius cocta, quam cruda manduntur, & hybernas mensas terminant.

Ex Pyris autem nunc in multis Galliæ locis potio paratur, vini albi in colore, & calore sæpius æmula. In sapore non multum varia, quam Pyraceum nominant, quo non minus, quam mero ac vino generoso potise inebriant.

Pyracia.

Exsiccantur ruri pyra in clybano, & servantur ad Quadragesimale tempus, seu Ichthyophagian: Aliquando coquuntur in defruto, sæpe *caryophyllis* configuntur, *saccharo* condiuntur, & servantur pro bellariis, aut obsoniis.

Pyrorum genera, aut magis aut minus astringentia pro saporis asperitate aut dulcedine. Decocta ut grata, sic salubria; Cruda stomacho gravia.

Pira.

CAP. CCXIII.

De Citr. & Limon.

Malum Citreum varium est, ut omnium optimè exposuit Ferrarius l. 2. Hesperidum. *Primum* Vulgare est idque belluatum, cucurbitinumve. *Alterum* est dulce, qualia in Canariis Insulis multa dantur. *Tertium* multiforme est & variegatum, de quare vide allegat. Doctiss. & diligentissimum Ferrarium. *Limon* quoque datur vulgaris, S. Remi, Liguriæ cenescus, pusilla pila dictus, Cajetanus, Amalphitanus, Calaber, à Rio, Lauræ, in comparabilis, imperialis, dulcis, peretta, striatus, spatafora, racemosus, striatus, Sbardonis, roselinus, bachadorus, scabiosus, citratus simplex & dulplex, põzinus, sponginus, paradisi, Adami, idq; *Rheginũ*, *Neapolitanum*, *Romanum*, *fœtum*: Lumia eaque *Valentina*, *salis*, *Ollulæ aspectu*, *medullæ expers*: lima *eaque dulcis*, *acris*; *scabiosa*, *longa*, *rotunda*. Uti exponit cit. *Ferrarius* in libris Hesperidum.

Vsum quod attinet, prædictus *Ferrarius* eundem omniũ optime & dilucidè exponit l. 2. & 3.

Aurea mala inquit pretiosis genus humanum bonis opulentant. Eorum benefica vis utilitasq; multiplex paulatim comperta, hominum expetimento per seculorum gradus proficiente. Rudis antiquitas poma hæc ad oculorum & narium delicias in ædibus exponebat: condebatque vestiariis ad necandas odore tineas: ac, tanquam ingentis pretii res, in arcarum thesauris asservabat. Corticis amaritudinem, carnis duritiem, & medullæ acrimoniam detestata, inter esculenta non habebat: sed pro medicamine usurpabat. Cæterum Athenæus Naucratita, qui M. Antonini Principis ævo eruditus convivator sophistarum cænam elegantis lautitiæ volumine instruxit, avorum memoria suorum cæpisse in cibo esse citrea testatur. Horum præterea pomorum vim contra venena efficacem ætate sua in Ægypto fuisse compertam sic narrat. Sumptum citreum ante cibum quemlibet (sive is humidus sit, sive siccus) venenis omnibus resistere ex cive meo didici, cui fuerat Ægypti administratio demandata. Quosdam hic facinorosos homines Alexandrino more ad serpentum morsus damnaverat. Illis ad locum licariorum supplicio destinatum procedentibus muliercula quædam, cauponis uxor in ipsa via, quod in manibus forte habebat admordebatque malum citreum, misérata porrexit. Pomo illi commanducato, ingentibus ac sævissimis anguibus objecti citra noxam venenatos ictus excepere. Atronitus rei novitate judex, ab eo, qui custodiebat, milite quæsivit, nunquid antidoti bibissent rei aut commessent.

Ubi denique rescivit, absque dolo malo citreum illis fuisse datum, jussit postridiè alteri tantum dari: deinde utrumque anguibus obiici. Ex quo factum est, ut citreo pastus sospes evaserit: alter ilicò expirarit. Exinde crebra experimenta fidem fecere certissimam, venenis citreum omnibus adversari. At verò Plutarchus uno antiquior seculo, quàm Athenæus, vix ad huc inter cibos receptum fuisse citreum significat: Quia seniorum plerique, qui tum viverent, cibi ejus insolentes penitus abstinerent. Multa inquit, quæ nemo aut gustare aut comesse voluisset, suavissima jam sunt facta: velut cænomeli, cerebrum, sicyopepon, piper & malum Medicum: Exteram citri arborem soli nostratis diu recusantem hospitium, tandem Palladius Plinio posterior accurata felicique translatione Italicam fecit: unde in Hispaniam & in Regiones alias jam mansuefacta transivit: sedulaque cultura obstetrice didicit multoformes soboleseere in partus, & in varios medicaminum, ciborum, ac deliciarum usus mitescere. Ita veterum palato execratæ amaritudinis malum citreum multiplici suavitate vescum fecit solertia posterorum: &, ne fames auri reliquum damnetur in tempus, aurum natura maturat in pomum. Mitto hic infinitas enumerare oportunitates, quibus Medicæ arbores earumque poma in re medica, cibaria, voluptaria optimè de hominum genere merentur. Is enim esset immensi ac peculiaris voluminis labor. Quare præcipua complectar prædicti potissimum generis emolumenta, quæ luculenti scriptores prolixius cõmonstrarunt: ut id genus pomum summorum judicio virorum, quam sit humanæ salubritati pretiosum, quam verè aureũ, quivis interpretur. Verum, ut ejus vires planius intelligatur, quia idem polleat, principum qualitatum gradata temperiem, convenit prædiscere. Igitur malum aureum partibus constat quatuor, nimirum *cortice*, *carne*, *medulla*, *semine*, habitudinis inter se perquàm diversæ. In ea cuique statuenda mirè invicem dissident doctissimorum effata medicorum. Summus citrei cortex apud Galenum mediocritatem excuperat secundo siccitatis, ut Medici ajunt, gradu: Caloris a. frigorisve nullo: sed temperatè se habet, aut paulò citra tẽperiem.

Cortex citri.

periem. Paulus Ægineta sentit propemodũ cum Galeno. Sed ipse sibi discors Avicenna modò ait eundem corticem esse in primo calidum gradu, siccũ in fine secundi: modò æquè calidũ siccũq; tertio. Idem præterea carnem in primo calidorũ & humectorum ordine reponit. At Ægineta cũ Galeno pituitosam facit, ac proinde nequaquam calidam, sed frigidam. Hoc Rasis etiam, inter Arabes medicos percelebris affirmat: additque citreæ carnis frigus humori præpollere. Medullam verò, sive acidam partem in tertia refrigerantium & exiccantiũ classe connumerat Avicenna. Nullam partis hujus falso videtur nonnullis mentionem facere Galenus. Eam enim ab intimo, ut opinor, situ, semé vocavit humidum acidumque, quo nucleus, hoc est verũ semen includitur, eandemq; partem gradu siccitatis ac frigoris itidem tertio à temperatis recedere affirmavit.

Caro.

Medulla.

Semen.

Semen Avicennæ testificatione tertio gradu, vel ut alii codices habent, secundo calidum est ac siccum. Sed idem alibi author eidem semini primum caloris, secundum siccitatis gradum ascribit. Utrumq; geminat Galenus. Id genus semen Averroes calidũ esse fortiterq; siccũ pronunciat. Cæterum folia vim discussoriam ac desiccantem habere creduntur. Mitto hic, ne longum faciam, varias referre sententias medicorum. Unã Christophori Georgii de Honestis attexam: quod hic non partibus modò, verum etiam toti citreo peculiarem decerpsit habitudinem. Hoc ergo judice cutis in fine gradus primi calida est. Caro vergit ad frigoris primum gradum, humoris pervenit ad eundem. Medulla friget in secundi gradus fine, sicca est in primo. Semen gradu caloris primo, & siccitatis secundo tẽperata exuperat. Deniq; universi pomi temperies, è vario partiũ habitu coalita, primum frigoris siccitatisq; gradum sic obtinet, ut hanc illud excedat. Iam verò ex oraculo Galeni citreus cortex parce commanducatus roborando stomacho valet. Ejusdem corticis concisi expressiq; succus medicaminib. miscetur, quæ sumpta per superà ventrem solvunt & purgant. Caro ex aceto garoque manditur ut facili⁹ cõcoquatur, & hebetior ej⁹ acuatur sapor.

Sed Avicenna condito citreo stomachi languorem curat, cibiq; cõcoctionẽ adjuvat. Citrei cortice, ob innatum calorem theriacæ vim quãdam habente, cor lætificat. Hujus quoque adhibet loco, medica efficacitate proximũ, tenuioris concretionis folium & florem. Acida vero parte, quippe frigida siccaque fervidioris habitudinis cordi opitulatur. Cardiaco morbo, quem nimius fecerit, calor, & venenatis repentium bestiolarũ ac serpentiũ ictibus medetur. Semina præterea, tanquam theriaca, utitur contra venena omnia: putatq; cor juvari, eo firmitatem præbente facilè vanescenti subtilissimo sanguini, quem spiritum vocant. Quin etiam ex iis ait esse remediis, quæ humanam intelligendi vim sublevant & serenãt. Postremò docet (quod veteres ut supra scripsimus, usurpabant) interposita vestimentis citrea tinnearũ noxas prohibere. Invitat hoc me loco, & ab inito medicinæ curriculo paulisper avocat peramanum dignumq; cognitu diverticulum.

Citrosæ vestes.

Citrosas vestes à veteri Poëta Nævio appellatas censet Macrobius: Quia (ut est ab Oppio traditum) vestib. interjectum citreum malum odoratissimum tineas necat. Sed Festus & Isidorus citrosam vestem nunc ũpari existimant, quasi cocrispam, ad citri alterius crispante materia inclytæ similitudinem. Hinc de nonnullorum sententia interpretum Iulius Capitolinus in Pertinace citratas militares nominat: quas illi virgatas, crispamq; citri elegantiã imitantes intelligunt. Veruntamen appositior ejus interpretatio loci pro citratis cirratas mavult. Et hæc scinditur bipartito. Nam cum Iosepho Scaligero Isaacus Causabonus cirratas chlamydes pro villosis sive hirtis accipit: quarum Spartianus in Severo, & Lampridius in Alexandro meminerunt. Claudius verò Salmasius in Iulium Capitolinum fimbriatas interpretatur. Cirri enim (inquit ille) fimbrias significant, q̃ per extimã vestis orã dependẽt. Hinc tunica cirrata Phædeo Augusti liberto in fabulis

Ex altricinct⁹ unus atrienſibus
Cui tunica ab humeris linteo Peluſio
Erat deſtricta, cirris dependentibus.

Oræ autem illæ, sive limbi, sive cirri vestiũ è pellibus plerumq; & loris prætexebantur. Equidem in hoc sentio cum Salmasio, cum ob eruditam ejus conjecturam, tum quia in Trajani Cæsaris columna Romæ visitur ejusmodi chlamydis, cirris dependulis cirratæ, cælatura: Cæterum, ut ad rẽ medicam redeamus, ex eodem Avicenna citrea caro inflationes parit: easdẽ folia discutiunt. Floris succus subtilior est eis. Acida pars stypticã sive astrictoriam vim habet, & choleras inhibet. Ad hæc tradit Averroes, citrei corticem stomacho & jecinori prodesse: semen esse præstantissimum bezahar, sive præstantissimum antidotum contra omne genus venena: sed carnosa parte crassos humores procreari. Serapion ejusdem pomi medicas vires ita recenset. Citreum adversus mortifera medicamina salutariter ex vino sumitur: alvumq; laxat. Ejus decoctum ori colluẽdo adhibitum cõmendat halitũ: prægnantib. quoq; auxilio est in malacia: Caro stomachum plus æquo calentem refrigerat. Pars acris illita impetigines diluit: decocta cardiacos adjuvat: aviditatẽ ad cibos præstat: choleram incidit: Ventrem sistit & vomitum: jecinoris restringit ardorem: tristitiam abolet: Ejusdẽ verò acidæ partis succo potissimũ tribuitur hilaritatis affectus: sed pulmoni ac nervis acritudine officit. Seminis grana pollent adversus venena, si nũmi unius aurei, drachmæ videlicet ac dimidiæ põdo cũ aqua tepida venenatis morsib. imponatur: alvũ præterea molliunt. Ex acri medulla syrup⁹ medicatissima est potio dieb. æstivis, pestilentẽ calorẽ calidumq; venenũ afflãtibus: vertigini auxiliatur ex vino: & cholerã efficacissimè reprimit: Mesue quoq; perspicax fuit in opportunitatibus citrei pervidendis, & liberalis in evulgandis. Condita, inquit, citrea cor & ventriculum roborant: concoctionem iuvant: & oris animam jucundiorem faciunt. Quare Iacobus Sylvius iis, quæ in Mesuen scripsit, commentariis asserit, conditos citreos cortices cardiacis compositionibus adhiberi, qui cor excalceiunt & refocillant.

Duos præterea syrupos idem præscribit Mesue: alterum è citrei corticibus stomacho firmando, & halitus gratiæ conciliandæ: ex acido succo alterum, flavæ bilis & febrium, quæ cum ex illa tum ex viscerum phlegmone sive inflammatione *Syrupus citri.*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 189 sur 955

Vbi lib. 1. part. 2. c. 1. 2. 3. 4. 5.

mationeoriuntur, ardori flammeo valide restringendo: siti sedandæ, ebrietati arcendæ; vertigini curandæ, febribusque contagiosis depellendis, quas maleficus æstatis vapor accendit. De utroque syrupo complura scituque digna, qui commentarios in Mesuen edidere: Ut è multis pauca: Iacobus Sylvius ita subscribit, licet primus è citrei cortice syrupus excalefaciat: morbis tamen ob æstivam intemperiem sævientibus, ipsique veneno adversatur: quia principes corporis partes corroborat. Ioannes verò Costæus hæc subiicit, Magno est usui syrupus supradictus ob ea, quæ confert, commoda membris præcipuis adeoque corpori universo, frigida quavis noxa laboranti: dum torpidus sanguinis vigor & semimortui spiritus citrini odoris afflatu, suaviter igneo, recreantur & reviviscunt. Ea propter præstiterit moschum addere, præterquam in curandis fœminis quarum plurimæ hoc odore læduntur. Altero, ut ait Ioannes Fernelius, acido syrupo febrilis æstus, putredo, visque malefica, superatur. Ut autem Valerius Cordus, bilis, febrium subdolè pernicioſarum, quas vocitant malignas, ac vehementis sitis ardor extinguitur. Accedunt ad hanc sententiam omnium suffragia medicorum, præsertim vero Pij Æneæ Caprilei, & Ioann. Baptistæ Montani: quorum ille contra pestilentem febrem præstantissimum remedium putat citrei acrimoniam: quippe quæ refrigerat, exiccat, & laxat: habetque theriacæ vim efficacissimam, & alibilem, nullaque ratione noxam. Hic autem citreum appellat iisdem pernicioſis febribus aureum remedium.

Cortex citri conditus.

Conditus citrei cortex (ut est apud Fernelium) cardiacis medetur & melancholicis. At vero semen, sive hausum sive injectum, venena aut etiam noxia & mortifera medicamenta, quæ vocantur à medicis, deleteria, pugnacissimo dissidio expugnat: quia vim eorum debilitat, vel prorsus infringit.

Electuarium citri.

Medicatam è citreo compositionem conficit Mesue, quam recentiores medici à partium, quibus conflat, delectu nominant electarium.

Ea cordi robur, & ventriculo vim concoquédi: halitum jucundum facit: Conceptosque ventos dissipat: Aliud à Guidone de Cauliaco excogitatum est è citreo electarium eo præcipuè diversum à prædicto, quod alvum ciet. Nullum hoc frequentius Francisci Sanchez testimonio medicamentum adhibetur à montis Pessulani medicis: Noxios enim humores omnes, ut ait Valerius Cordus, absterget: Nonnulli additis sennæ foliis cum exiguo gingiberis & croci pastillos electarii loco ex artis præscripto componunt: ventrem pariter emollientes. E citrei & aurantii seminibus oleum exprimitur, quo Mesue dolorib. arthriticis sive articularibus, tumoribusq; supervenientibus opitulatur, & calculum è renibus & vesica exturbat. Ejusdem quoq; olei potu illituve Manardus & Sylvius pestilentiã arcent, & intestinorum animalia necant. Cæterum ubi scribit Avicenna non citrinũ oleum quodcunq; nervorũ prodesse paralysi, sed id solum, ꝙ exprimitur è cortice: dissentire videtur à Mesue, seminis oleum ad morbos articularios adhibente: Re tamen vera in eandem uterq; sententia est: Nam ex Avicenna & semen & cortex dissolvendi facultate pollent: Quare utriusq; partis oleum ex usu esse potest ad frigidos nervorum affectus discutiendos: Censendũ igitur est, acidam reiici partem ab Avicenna, quippe frigidam, atque, ut ipse subiicit, nervis investã. Quin etiam crediderim, conjunctam cortici carnem ab eodem non admitti: ne suum illa frigus oleo impertiat. Iam verò si libeat ex Ioannis Heurnii, medici Trajectini, præscriptione corroborare frigidum cor, pomum citreum ex aqua rosarum aut melissæ stillatia coquitur ad tabem usq; cum saccharo: deinde datur cochlearis mensura: Si Iosepho Quercetano auscultes, ex oleoso & sulphureo citrei cortice, satis aqua macerato, extrahes oleum cordi conveniens, sudorem movens, & adversus pestilentiam aliosq; venenatos affectus perquã utile.

Decoctum citri.

Pastilli citri.

Succus citri.

Eundem corticem cum saccaro dirigies in pastillos ad stomachi cordisq; robur. Ex medulla verò succum exprimes, chalcanthi sapore acidũ & mercurialem, incidendis extenuandisq; crassis & glutinosis humoribus, nec nõ solvendis & cõminuendis humani corporis arenis & calculis efficacem. Vis enim ejus chalcanto similis, nẽpe aspera & mordax, perinde inter hominũ viscera, ut foris solet, lapideam duritiem domat: siquidẽ gemmas, uniones, & coralia in tabem resolvit: Ad hæc mali citrei, magnamq; cum hoc affinitatẽ habentis limonis succus, ut idẽ author est Quercetanus, cibi aviditatem excitat: ardorẽ belis refrigerat: ardentes ac pestilentes febres abigit; & venenis omnibus efficacissimè resistit. Cũ dulciũ Amygdalarum oleo ad sedandos renum dolores mirè facit: Ad unciam unam vel alteram cum vino albo, aut cum raphani decocto haustus calculum comminuit, eiicitque. Stillatitia succi ejusdẽ aqua cor aliasq; corporis partes contra pestilentiam ac dolosas in perniciem febres corroborat.

Aqua citri.

Syrupus de succo citri.

Ex eodem succo syrupus à pharmacopolis cõficitur ad eosdẽ usus. Deniq; ad cordis vitia & ad pestilentiã citreũ ritè conditũ salubriter sumitur. Mistũ decocto saccharo citrinũ oleum, ꝙ in capite consequente Iulepũ nos citratum appellamus; citri Elæosaccharũ vocat Hadrianus à Mynsicht, medicus Germanus. Ejusdem ille componendi rationem non ita perspicuè ac minutatim præcipit, uti nos faciemus: Vires autẽ, usum, portionemq; semendam accuratè tradit: Ait enim, hoc Elæosaccharum à dimidio scrupulo ad integrũ cum congruente, qui devehat, liquore adhibendũ esse ad imbecillitatem cordis & ventriculi sublevandã, ad concoctionẽ adjuvandã, ad inflationes discutiendas, ad retundẽda venena, ad halitũ inodorandũ, ad vina demũ cum odore tum sapore jucundissimo condienda. Diversi à prædicto generis Elæosaccharum Angelus Sala, inter Germanos medicus chymicus Vicẽtinus cõficit: & germanici sermonis volumine sic evulgat.

Elæosaccharum citri.

Quomodo paranda Elæosaccharа.

Quodcunq; aromatũ & calidiorũ plantarum benevolentiũ olẽũ medicamentum est pretio & salubritate præstantissimũ. At efficacitatẽ suã in fluida natura perdiu retinere difficulter potest: Tametsi n. ꝑtermittas ex iis nihil, q̃ adhiberi de more solent, ut in vitreis vasis diligenter occlusis obturatisq; custodias: Aeriã tamẽ igneaq;, ac ꝑinde in omnia sese penetrãtẽ vim ex facili amittit: qa vel aeris calore, vel agitatione qualibet partes illæ subtilissimę vanescũt, humore quodã lẽto

duntaxat

duntaxat glutiniſque perſimili relicto: Huc illud accedit incommodi non levis, quòd ex iiſdem vaſis, frequentem in uſum apertis clauſiſque adeoque aeri perviis, odoratam oleum animam exhalat:

Huic etiam noxæ obnoxium eſt, cum alia in vaſa traïcitur. Fieri præterea nonnunquam ſolet, ut, fortuito caſu vaſe diffracto, liquor omnis irremediabili diſpendio effundatur. His ego incommodis (ſic ille ſubiicit) ut occurrerem, pluribus abhinc annis mecum ipſe reputavi, qua poſſem arte hoc genus liquoribus concretionem aliquam adjungere: ut eorum tenuiſſima pars citò evanida craſſiore aliquo in corpore, velut in ſuo matrice vini ſpiritus, foveretur: Sic enim erit eorundem uſus liquorum commodior & expeditior: Saccharum autem viſum eſt huic rei peridoneum. Nam & ſuapte natura ſiccum oleaceos avidè liquores combibit: & inodorum, quos recipit odores non inficit: & quamvis dulce (modò temperatè adhibeatur) vim odorum acerrimam non retundit. Ad hunc igitur modum miſtura fiet: Candidum ſaccharum minutiſſimam tritum in farinam in vitreum mortarium, ſcyphumve mittetur. Deinde ſtillatitii tantum olei, quantum lubet, minutatim tamen atque per partes, infundetur. Interea loci ſaccharum uſque agitabitur, miſcebiturque, dum benè oleo fuerit inſuccatum. Sed cautio erit, ne olei nimio infuſu inſtar unguẽti pulvis ſacchari pingueſcat: Suffecerit autem, ſi eatenus humeſcat, ut papyro impoſitum oleacei liquoris maculam relinquat. Ita humectum oleo ſuccarum in oris anguſti vitreum vaſculum adiicietur. Os vaſis obturabitur fruſtulo ligni, veſicæ membrana obvoluti: rurſumque ſic obturatum os, papyro, & ejuſdem generis membrana ſotinſecus operietur: Denique benè operculatum in uſus loco frigido ſervabitur: Hoc genus miſturis ita cuſtoditis ſuus manet longo tempore vigor & efficacia: iiſdemque aptiſſimè olei loco uti poteris: melius enim cum liquoribus commiſcentur. Magno enim uſui ſunt in omne genus potionibus catarthicis ſive purgantibus, quas apozemata ſive decocta nonnulli vocant, inodorandis, pariter & temperandis. Quin & aſportari quocunque poſſunt loculoſis aromatum thecis incluſæ ad itinerum opportunitates. Quod ſi vitreum vas fortaſſe frangatur, promptius fuerit odorato madentem liquore ſacchari pulverem, quàm ipſum per ſe effuſum oleum, colligere, ne peſſum eat. Cæterum ſi quis pretioſum quodpiam ejuſmodi olei genus velit cum ſaccharo componere, ut inter balſamum vel inter alios conſimilis pinguedinis devehentes liquores, quos medici recentes vehicula nuncupant; adhibeat: is animadvertat, oportet, plus eſſe olei, minus ſacchari admiſcendum, ut ad inſtar pinguioris unguenti miſtura craſſeſcat: Quæ in hunc finem eſt non efficacitate ſolum, verum etiam commoditate, quam ſiccum elæoſaccharum, præſtantior. Poſſunt enim diverſa elæoſacchari genera confundi ad puram liquidamque potionem concinnandam licetque arbitrarios ad uſus moſchum & ambarum coaddere.

Aſſeverant Chymici, ſalſas res, è quibus oleũ diſtillant ſaccharo eſſe ad cum finem opportuniores. Ego tamen ſecus re ipſa comperi. Cui periculum facere lubeat, eſto liberũ. Quod ad nomen attinet elæoſacchari, oleũ cũ ſaccharo permiſtum ſonat: cum Græcorum ἔλαιον, ſit oleũ latinorum. Si verò perculiaris olei nomẽ acceſſerit, tum elæoſaccharum vocabitur exempli cauſa è corticibus limonum. Hactenus Angeli Salæ ſuper elæoſaccharo diſſertatio. Hic opportunè ſubjungere habeo, quod ingenioſe docteq; Marſilius Ficinus ait, ſaccharo videlicet, idoneis odoribus cõdito vires mirificè inſtaurari: quia valdè vitalem ſpiritum alit jucũdus odor afflatus è pabulo, quo corpus citò plurimumq; nutritur, & ſenſus voluptate perfunditur: cuiuſmodi eſſe idẽ aſſerit vinum præ cæteris calidum & humidum, benecolens, defæcatam & limpidiſſimum, nec nõ ſaccharum oderamentis medicatum. Hùc etiam ſpectat ab eodem Ficino diſertè tradita odorib. & aromatis tuendæ vitę fovendiq; ſpiritus ratio. Igitur qui cupit ſine irrorantis Aurorã ſucco diuturnam Titoni ſenectutem, & ſine recoquentis aheno herbiſq; Medeæ reducem Æſonis juventutẽ: ex juſſũ Ficini multiplici præſcripto citreũ adhibeat. Sed revocat nos prædictus Hadrianus, alia cognitu digna è citreo medicamina & primò Electuarium monſtraturus.

Syrupum è malo citreo, quem à roſis adjunctis roſaceum, vulgò autem roſatum nominant, idẽ ꝑcipit Hadrianus, quẽ vide parte 2. lib. 1. p. 15. *Syrupus citrin. Mynſich.*

Deniq; citrei decoctum ex ejuſdem Hadriani præſcripto ſic facito: Mala citrea terna cum corticibus rotunda in ſegmina, eaq; tenuia, concidito. Deinde ſumito ſacchari candi diſſimi uncias quaternas, & aquæ fontanæ libras ſenas. Decoquito ad tertias: tum percolato: decoctum inſtar vini limpidum in uſus reponito, Salubriter adhibetur quotidianæ loco potionis in peſtilentia, in epidemicis ſive popularibus morbis, in ardentibus ac biliоſis febribus, inflammationibus, puerorum puſtulis, quas etiam varos dicunt, nephritide ſive renũ dolore, cholera, ſitiq; immodica: inſigniter enim refrigerat humectatque. Corꝑterea, ventriculum, hepar, cæteraq; viſcera præfervida & imbecilla corroborat, nec ſinit putreſcere. Satis a. erit unius tantummodo largior ejus decocti hauſtus. Cæterũ delicatiorũ palato ſine corticibus citrinũ hoc decoctum conficitur. Vino miſtum ebrietatẽ prohibet. Citrei virib. pugnat adverſum toxica Iohannes Langius: deque ſolius huiuſce mali, nec non aurantiæ ac limoniæ oleum elicit odoratum. Iohannis Baptiſtæ Portæ diſtillationum liber Medici pomi emolumentis vbertim Scatet. E Danielis ſcherti volumine haurimus citrei aquam, oleum, & arabici nominis Elixir, ſive (ut vulgò ajunt) quintam eſſentiam, ejuſdemq; pomi conditurã: æq; jucunda & ſalutaria cordi præſidia. Noſtratib. ſe medicis opportune inſerit; philoſophandi medendiq; arte inter Arabes præſtantiſſimus Bredaddinus, Cadibæ 2. Albegui filius: qui, Machario Chriſtiano ſuis in libris chronicis reſtante, deceſſiſſe dicitur anno Hegyræ, ſive à fuga Mahometis centiſſimo quinquageſimo quinto: Scriptoris huius liber de voluptate, quã animus percipit ſenſuum beneficio extimorum intimorũque, arabico ſermone cõſcriptus etiamnũ extat apũd Marcum Ovelium, Spole-

Elixir. tri vid. 119. 120. lib. 5. part.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 191 sur 955

Spoletino patre natum Syriæ in urbe percelebri, quam vocant, Alipum, & Mantuæ Carpetanorum sive Madriti arabicæ linguæ interpretem: qui librum eundem Hispanicæ Consuetudini reddidit.

Breddadinus de Citr. In eo sic Breddadinus mali citrei vires prædicat. Notissimum citri pomũ, aspectu odoratuque perquam jucundo geminum oculorum, & nariũ gaudium est. Permultis verò beneficis pollet viribus, quibus alii naturæ partus deficiuntur.

Ferunt, virum apud Persas sapientissimũ, Regique Chosroæ percharum, gratia tandem excidisse: detrusoq; ob eam causam in carcerem unius tantum quotidiani cibi optionem fuisse regio jussu datum; eum verò malum citreum prætulisse. Deinde causam optionis hujus hanc retulisse. Citrei mali gratus odor animum exhilerat meum; cutis & semen cordi opitulantur, Caro cibi, medulla potus præbent usum. E feminibus præterea oleum exprimitur ad lumen. Citreus cortex afficcotus in salutarium cordi medicaminum compositione adhibetur: minutè tritus oris suavitatem facit, stomachum roborat, coctioni confert. Ejus caro ægrè concoquitur, quippe crassior. Idcircò, nisi modica, esse non debet in cibo. Ex acri medulla syrupus & compositio spissior concinnatur, choleræ inhibendæ: cordis palpitationi sistendæ, discutiendoque languori, quem utriusque bilis fervidi vapores faciunt: intimo ardori sedando; calidorum violentiæ venenorum reprimendæ: vomitionibus cohibendis, quas bilioſi humores movent: denique jecinoris incendio restinguendo: Esitata sola acrimonia stomacho & nervis officit: Author est Aloysius quidam de Nerbais, mala Indiæ citrea esse dulci sapore. Idem aliquando in familiari sermone super Insulis fortunatis, quas etiam Cannarias vocant, & super earundem memorandis rebus, narravit illic citrea reperiri, quorum alterum altero includeretur: & alterum quidem esse dulci, alterum acri medulla. Nec tamen satis memini, utri dulcedo insit. Caro citrei friget humetque. De aliorum autem sententia primo, ut ajunt gradu calet. Tristitiam animi resolvit, & forinsecus admota tollit exanthemata, & fædam quancunque maculam corporis. Semen venenis peculiariter adversatur; detritum verò, & ex aqua tepida impositum, scorpionum ictibus medetur. Folia multiplici potentia vigent. Præcipua sunt ad inflationes discutiendas, ad vires faciendas, ad corruptos humores, sive stomachi pituitas purgandas.

Hæc Arabis Breddadini de citreo dissertatio.

Jun. citri ad hæmorrh. At verò Balthasar Pisanellus mali citrei semen ex vino hausum etiam contra hæmorrhoidas, contraque venena universa & præcipuè scorpium prodesse asseverat. Sed nemo citrei viribus pluribus plus tribuit, quam Parisiensis medicus, Guido Petinus Bellovacus. In eo enim, quem Gallicè scribit de valetudine tuenda, libro apertissimè ait, pluris à se fieri malum vinum citreum, quam universa officinarum nostrarum cardiaca medicamenta: plus esse in eo præsidii contra perniciales morbos, contra febres ex humorum putredine ortas, contraque venena & pestilentiam ipsam: quam in quovis lapide Bezaar, vel in theriaca, & in Antidoto Mithridatis.

Quin etiam putat, lapidem Bezaar esse factitium ludibrium, & Byzantinorum aliorumque Iudæorum inventum mortalitati, magis animo quam corpore ægrotanti; nimiumque credulæ imponentium. theriacam & mithridaticum antidotum venenatas ex igneis aromatis compositiones, hominum viscеribus exurendis, emptorumque pecuniæ decoquendæ aptissimas: & unis circulatorum venditorumque crumenis implendis egregiè salutares. Adhac suæ suffragatorem sententiæ citat medicum alium Parisiensem Philibertum Guibertum, æque contra lapidem Bezaar declamantem. Verum enim verò (quod utriusque pace dixerim) compertissimum est nostrorum quoque sociorum in utraque Indiæ degentium testimonio, prædictum lapidem quarundam viscеribus animantium innasci, usurparique salubriter toto fermè orbe terrarum. Et quanquam sæpè idem adulteratur: attamen adulterium à vero certis judiciis internosci. Theriacum autem & mithritatis antidotum salubertimi usus diuturno experimento indignam à se calumniam propulsare: Sed ut ad medicam citrei vim redeamus, præsentissimum esse adversus venena remedium evincit idem Guido Petinus, cum quia (ut ex Athæneo narravi) fuere, qui præsumpto citrei antidoto venenum innocenter hausere: tum quia pomi ejusdem singula membra salubri temperie sic invicem discrepant, ut varios consanare morbos possint, & contra ipsa venena in unam coalescere medicinam. Possem hoc præterea loco, qui citrei multiplicem salubritatem tradunt, addere: nempe Iulium Cæsarem Scaligerum, Hieronymum Cardanum, Carolum Stephanum, Vidum Vidium, Iacobum Wecherum, Franciscum Baronem, Claudium Deodatum, Rodericum Fonsecam, Ioannem Renodæum, Paulum Zachiam, Vincentium, Alsarium Crucium, Simonem Paulum, Franciscum Citesium, aliosque medicos permultos, & suavi carmine medentem Iovianum Pontanum: quos tacitus prætereo, ne, qui brevitatem amo, sim infinitus. Illud universè vereque affirmo, vix esse medicæ rei scriptorem, qui citrei mali utilitates silentio dissimulet. Unum extremo loco subiiciendum censeo Plinium, pomi hujus præcipuos usus eloquentia de more compendiaria ingeniosè complectentem. Citrea, inquit, contra venenum in vino bibuntur, vel ipsa, vel semen. Faciunt oris suavitatem, decocto illorum colluto, aut succo expresso. Horũ semen eden-

De Bezaar indic.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 192 sur 955

edendū præcipiūt in malacia prægnantibus: ipsa verò contra infirmitatem stomachi, sed non nisi ex aceto facillimè manduntur. Ut hoc demum præconium citreo malo, beneficiis innumeris admoniti, debeamus: unum pomum ad omnia se generis humani commoda temperare. Attamen inventus est, qui medicum malum, saluti humanæ medicatissimum sibi vehementer, incommodare existimarit: Is erat medicus, sed malus: nempè multæ vocis & nullius mentis circulator. Factum igitur aliquando, ut in officina medicamentaria hoc ægro præscriptum à medico legeret; Recipe carnes mali medici: deque sua carnificina medicinam concinnandam interpretatus, crederet se vel pilo tundendum in pilulas, vel prælo premendum in potionem: deinde migratione corporis unius in aliud quæ nec Pythagoræ in mentem venerit, aut esculentum, aut poculentum ad alvum ducendam devorandum: ac denique pro beneficio effusissimo ingratam sibi vicem reddendam, quod infelici exitu ejectitius non medico, sed medicina dignum sepulchrum esset habiturus. Quare in summa trepitatione prudens à pedibus consiliū & auxilium petit, nempe fugam, cum se malum medicum esse sciret, & quidem eo præsertim nomine malum, quod malum medicum bonum esse nesciret:

Salubertimum è citrei mali floribus oleum, ubi felix id malum uberrimè provenit; velut in Agro Rhegino locisque Siciliæ nonnullis, elicitic poteſt. Flores in unum aliquod è Chymicis vasis idoneum conijcies. Pro quaq; florum libra quinas aquæ fenas adijcies. Ut oleum effluat perquam optimum, vas implebis medio tenus, aut citra: Aquam non frigidam, sed egelidam infundes, ut olei stillicidium properetur. Ut autem chymica juvetur cōcoctio, qua oleum existat uberius, ignem admovebis minutatim gradatimque vehementiorem. Cumque vasis cervix & caput, humore calido assurgente, jamque distillaturo vaporatum, cæperit incalescere, cautè ignem temperabis: ne bullantis agitatione humoris excitatis in sublime fœcibus, turbidum sordidumque oleum extillet: Ita sæpius suffectorum recentium florum quinquagenæ aut sexagenæ libræ unciam fetè olei dabunt, succino colore flaventis, & leviter quidem odorati, sed medicos in usus præstabilis.

Ol. flor. aurant. Pari opera ex aurantiæ mali floribus stillatitium oleum, quod vulgò quintam essentiam nominant, elicies, cum exteris nationibus tum gallicæ in primis expetitum: eaque ratione quam in loco tradam, adhibendum. Si prætei florum folia seorsum detracta, pomorum etiam rotunda rudimenta mediis infloribus prominula, sive pusilla aurantia in alio generis ejusdem vase infervefacias: acutissimi odoris oleum uberiore proventu evocabis; E frontibus quoque citrinis oleum sic educitur. Cum citrea putator interlucat, amputati supervacui rami parvo pretio, quippe reiiculi, comparantur: Foliorum tenerrima, summique cauliculi grādiore forfice cultrove non minutè, sed crasse conciduntur; & in prædictum modum igne guttatim liquantur. Ita tricenæ aut quadragenæ frondium & ramulorum libræ unciam olei reddent, ex viridi albicantis, jucundè olentis, & morbis compluribus salutaris. Cæterum ipsius pomi oleosus cortex nō una oleum via suppeditat: Nam præterquam quod usu pharmacopolis familiari notissimoq; alienū commistus oleum odorat ac medicat, vel manu pressus emittit: Sic autē efficacis ope caloris guttatim hoc extrahimus. Mala citrea complura, exempli causa centena seu ducena, cōparamus: In catinum fictile, vitrei lævoris textorio expolitum aquam defundimus. Super hoc mala eadem decorticamus: corticesq; aversum cultrum crassos in aquam deiicimus, ut oleosus humor vel ab incisu prosiliens vel corticibus hærens, citra jacturam aqua excipitur: Hac præparatos cautione cortices ipsamq; catini aquam ferreo cochleari, quod inductum stamnosit, aliove instrumento consimili addimus in vas chimicum rostratum, quod alembicum vulgò dicunt: Ita macerari eos patimur in aqua modicè tepida, ut oleum stillet uberius & odoratius. Primum igitur ad lenti vaporis temperiem oleosus liquor, nempe olei flos existit: cui dilutus instar aquæ color, acutissimus odor, & mira tenuitas, naphta ipsa, sive (quod recentiores malunt) petroleo penetrabilior, vulgare spiritus nomen adjunxit. Cavemus autem alembico vehementem ignem, ne cōtusum cū prætenui spiritu crassius oleum evocetur: Quod inferioris quidem, sed probabilis notæ consequi solet: Centum mala citrea justi incrementi satis levia, non maturissima, nec nimium cruda, quippe succosiora unciam fere fundent, tenuissimi, & semūciam crassioris. Eadem multum olei ciebit industria è cortice aurantiorum, quæ vel in marbore diutius pendula, vel spōte lapsa, exhausto vetustate medullæ succo, nullum jam cibi usum præbere possint: Quinetiam, quæ suis plurimæ decidunt ex arboribus immaturæ viridesq; aurātiorum pilulæ, cultro minutim confecta, aqua egelida (ut paulò antè præmonui) maceratæ, acritè infervefactæ ubertimo peracuti odoris oleo scatebunt.

Quæ de citreo malo aurantioq; præcipimus, *Ol. citri, aurant. Limon.* ad limonium etiam referuntur. Nam quæq; corticum libra quinas aquæ aut fenas exigit, ut oleū uberius, dilutius, & odoratius extillet: Ectus præterea convenit calor ad fenas septenasve horas. Quanquam enim cortices in aqua natantes adustioni non esse obnoxii videntur: attamen, vase nimis infervefacto, illi non sine noxa ignescerēt: Quod vitium chimici nominant empyreuma. Præcipuè verò curabitur, ut ad operculum alembici refrigerādum perennis aqua, vel è fonte nativa, vel è dolio congestitia, canaliculo corrivetur: Etenim in sublime subvecti calidi vapores frigore illo cum in aquam, tum in oleum densabuntur, pluvioq; lapsu stillabunt. Cæterum ipsa ænea vitrica, sive refrigeratorii huic operi aptissimum adhibebitur: Animadversum est, priorib⁹ ejusmodi stillicidii guttis olei florem, nempe Spiritum transmitti, eumq; ob tenuitatē colorēmque maximè dilutum cum aqua simul stillante confundi. Quo circa pretiū operæ fuerit, ut pretiosus liquor secernatur, excipulū, qui dicitur à chymicis Excipiens, aquā modo consimili stillata ea tenus replere, ut à summa distet vase ternos digitos aut quaternos: ipsi verò aquæ guttas olei citrini

trini quaternas ſenaſue ſuperfundere. Fiet enim, ut in iis olei guttis idem prætenuis liquor, ſive ſpiritus conſiſtat. Tunc oportebit in vaſculo illũ ſeponere aut vitreo infundibulo, quod chymici ſeparans appellant: aut certè goſſypio, quod ſummo ſurculo adjunctum ſit, ſæpius inſuccato expreſſoque. Iam verò ſic manibus exprimito ex iiſdem conticibus oleum, quod nobilitate quidem odoriſque ſuavitate ſtillatitio præſtet, ſed ætatem non ita ferat. E citreis malis compluribus, exempli gratia centis, octona ſeu dena quadripartito in longitudinem incidito: ab iis ſegmentis medullam & carnem ſic reſecato, ut, exiguo carnis relicto, cortices minimum craſſitudine digitum æquent: eorum tamen extremitatem magis extenuato: Ad hæc patinam fictilem, & figuli tectura lævigatam, quadantenus decies, ſuper menſam ſtatuito: Deinde utroque cubito menſæ innixus, corticem intimæ partis apicibus utrique volæ applicitis, & in exteriorem partem impulſis, unico niſu in adverſam patinam recurvato: ut uno impetu emicans oleum minutiſſima patinam aſpergine irroret. Curato autem, dum exprimis, ut à patina manus palmi dimidium diſtent: cavetoque, ne violentiore cortices compreſſione perfringas: quod, iis in patinam deciduis, oleum penitus & operam perderes: Sic pergito cortices reliquos exprimere: Ubi quatuor aut quinque citreorum cortices ita preſſeris, tum oleum incipiet apparere in patina, pigroque lapſu in ejuſdem patinæ cavum fundum profluere. Centena mala citrea ferme unciam olei præbebunt, ſi tamen ea nec percruda fuerint, neque permitia: ſi præterea cautè naviterque rem peregerit, qui expreſſit. Iam ſatis expreſſum è patina in oris anguſti vaſculum infundes: ipſumque vaſculum diligenter operculabis. Deinde ſaccharum minutè contritum patinæ affricabis: & ab affrictu mirè inodoratum recondes vas ad condimentum ſuaviſſimum, & capiti cordique ſaluberrimum. Compluresid olei menſes recentem citrei mali odorem ſervat: intraque hoc tempus eodem oleo ſal & ſaccharum inodorare licebit ad epulas ſuavius & ſalubrius condiendas. Cæterum etiam, poſteaquam nonnihil odor evanuit, ejuſdem illitu olei cardiacis utiliter morbis occurritur.

oleum expreſſum.

E Corticibus iiſdem poſtmodum elici oleum alterum ſtillatitium poteſt ærea veſica, quam vulgò tamburlanum vocant. Hic autem ſecundarius liquor inſtar aquæ perſpicuus erit, ac purus: prior ille aliquantulum virebit. Uterque ſalubriter adhibetur cardiacis cæteriſque bilis atræ morbis, aut illitus, aut medicos in paſtillos coactus, quos manus-Chriſti nuncupant. Quod ſi cuipiã idem liquor dono detur ad linimentũ, ante poterit cõmiſceri cum oleo balanino, ſive glãdis unguentariæ: quia pari emolumẽto plus ejus miſturæ licebit alinere: minorque fiet liquoris pretioſiſſimi jactura. Denique optimum è limonibus & aurantiis opera Conſimili oleum exprimetur: Ad medicatam verò potionem idẽ oleum cum ſaccharo, ex aqua ovique albumine decocto & deſpumato, quod julapium ſive julepum nominãt, ſic permiſcetur. Prædicto ſaccharo ſive julepo ampulla potoria mediotenus impletuur. Deinde additur una vel altera gutta olei è citreo cortice expreſſi: & obſtructa digito ampulla peragitatur, ut liquor uterq; benè coeat, citreiq; odore ſaccharum penitus imbuatur. Eundem pariter odorem adjunget vel ſurculus prædicto leviter oleo intinctus, & in julepum demiſſus agitatuſque: vel ſuper ipſum julepum in patinam diffuſum expreſſa è citreis corticibus oleoſa irroratio. Iulepi hujus citrati cochlear manè à jejuno ſumptum exhilarat cor, ſtomachumq; corroborat. Aliud citratum julepum ſic facies. Citreos cortices, nec nimium virides, nec omninò flaventes, ſine carne prætenues, librali pondere, cum vulgari quinque librarum aqua compones; lentoq; vapore ſtillatitii liquoris librã prolicies: Tum oleum ab aqua ſeeernes: Deinde in hanc aquam lectiſſimi ſacchari librã demittes: de more decoques, deſpumabis, percolabiſque. Eodem adiicies olei citrini guttas ferè quaternas. Deniq; vaſe probè obturato recondes: Cum voles cordi ſtomachoq; ſuppetias ferre præſentiſſimas, liquoris hujuſce cochlear mane jejunus ex aquã ſumes: Nunc aliam habeo delicatiſſimam è citrei cortice, planeq; baſilicam tradere medicinam. Sumito mala citrea ſex: Summatim & carne tenus decorticato. Siquid carnis corticibus adhæſerit, nihil officiet imò etiam proderit. Eos cortices demittito in vitreũ vas globoſum & prægrande. Eodem aquam è vino ſtillatitiam præſtantiſſimã trium pondo librarum infundito. Vas diligenter obturato, inſerto ac bene agglutinato itidem vitreo operculo, quod antenotorium ſive cæcum pileum appellant. Idem vas æſtivo ac præfervido in ſole, leonem obeunte, habeto dies duodecim.

Citrat. Iulep.

Confer. cum dicta de Eſcutiis cap. 5. l. 3. part. 1. & part. 2. lib. 3.

Animadvertas hic velim, quo plus adjunctæ carnis habuerint cortices, eo futuram ejuſdem aquæ ſtillatitiæ vim obtuſiorẽ. Poſt eos dies eandem aquam citrino jam colore tinctam, olentéq; ac reſipientem citreum, deliquato in aliud vitreũ vas: eoq; adiicito, malum citreum minutatim cõſectum, & ſaccharo conditum: Quæ compoſitio Neapoli fieri optimè ſolet, ac fictilibus alveolis recondi. Deinde vas benè operito: & in ſole finito dies viginti. Tum liquorem illum farinario cribro trãſmiſſum in alio benè obturato vaſe cuſtodito. Manè horum ante cibum quarta ſumito ejus miſturæ drachmas tres: Mirè valet ad lætificandum cor, ſtomachum roborandum, halitũq; commendandum. Deniq; nectarium eſt, viroq; dignum principe medicamentum.

Sed nullum æque remedium cordi, ſtomacho, capitiq; conducibile, atq; citreis è corticibus paſtilli: Eos ita componimus. Malis citreis jam adultis, nec dum tamen flaventibus, virentes cortices in quatuor aut quinq; partes diviſos detrahimus. Deinde aqua maceratos ita ſaccharo incoquimus, ne genuenſi more dulcis granoſa ſcrupuloſaque concretione obruantur, neve tanquam in ſyrupi liquido medicamine natent: ſed ut concreſcente prædulci, quem combiberunt, ſucco ſatis rigeſcant: Ad hæc ſiccatos tyrocneſti, ſive radula multifora minutam in ſcobem atterimus. Eam ſcobem in ſaccharum ferve factum, liquatumque coctura denſandis paſtillis idonea coiicimus: Ubi citrea ſcobs liquefacto cum ſaccharo penitus corcorporata videbitur: tũ demũ, ſi libeat, in ſingulas cõpoſitiones hujuſce

Paſtilli citr. cort.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 194 sur 955

libras adiicimus grana moſchi bina, & ambari dena. Verum hæc odoramenta in tabem antè reſolvimus aut aqua ex aurantii floribus educta, aut momento julepi oleo citrino conditi. Igitur utranque rem, nempe odoramina liquoremque in mortarium æneum benè concalefactum ac benè mundatum confundimus: & piſtillo itidem benè calido conterimus & permiſcimus: Si ſuppetant exambaro paſtilli, oris animæ odorandæ compoſiti, eos quoque in pulverem ſolutos adiicimus. Quanquam citra hos odores prædicta compoſitio jucundiſſimè olet ſapitque. Hi denique paſtilli ad majores florentini numiſmatis amplitudinem ſic rotundantur: Super tabulam ſive marmoream ſive ligneam, quàm mundiſſimam, optimique ſacchari farina inſperſam ſupradicta miſtura particulatim ac diſperſim effunditur: ut pares in orbiculos univerſa diffluat & concreſcat: Accipe nunc è citrei corticis liquore paſtillos, univerſam ſuavitatem, hoc eſt ſuam ipſam opificem Neapolim reſipientes. Principio mala citrea ſumenda complura, exempli cauſa quindena, modicæ magnitudinis, quorum cutis è viridi ad flavum leviter inclinet: ea quippe ſuccoſior. Deinde mala eadem ſingula ænei mortarii, permundi, nulloque odore imbuti labro intimo ab ima parte ad ſummam candida tenus pulpâ cauto ni ſic affricanda, ut expreſſis in mortarium, aquæ conſimilis, craſſiuſculus & odoratus defluat liquor. Hunc autem ante percolare oportet, quam adhibeas. Tum ex eodem quarta unciæ pars in optimè ſacchari minutè contriti ſe libram infunditur. Tria præterea moſchi, duo ambari lectiſſimi grana cum aqua rubentium roſarum ſtillatitia adiiciuntur: ex eaque miſtura paſtilli forma fiunt arbitraria, & abſque igne ſiccantur: Compoſitio hæc languentem ventriculum, ejuſque præſertim os corroborat: inflationes diſcutit: cordis palpitationem ſiſtit: tenuiſſimi ſanguinis vividas igneaſque particulas, ſive ſpiritus, quibus ad vitam ſenſumque vigemus, inſtaurat: & halitum commendat: Aliter alii minus operoſam, palato tamen jucundam & cordi ſalutarem compoſitionem ſic elaborant: Scobem è citreis cotticibus deraſam linteo perquam mundo includunt, exprimuntque. Succum expreſſum eliquari pauliſper ſinunt, dum retrimentum ſubſidat. Tum ſacchato ad pinguedinem ſyrupi coacto excoctoque in paſtillos tantum prædicti ſucci adiiciunt, quantum ſatis eſt, odori ſaporique peregrino conciliando. Ejuſdem alii ſcobis ariditatem calida nonnihil inſuccant: & oleoſum acumen obtundunt: expreſſoque liquore ſaccharum condiunt ſyrupi modo concretum, & more ſupra dicto ita excoctum, ut lentor fila deducat: Exinde in alveolos addunt, & ritè operculant, curantque, ut ea compoſitio denſeat, & cruſtulam obducat: Iam verò potionem citrei cortice ſuaviſſimam ſic facies. Quantum aquæ ſaterit, in cucuma fictili, levique tectorio boricata & permunda infervefacies: per horæ quadrantem fervere ſines, deinde in pulverem contriti Sacchari eò conicies, quantum voles, prout eam dulceſcere placuerit. Poſt angelicæ ſalutationis intercapedinem adiicies quadrata in fruſtula conciſi citrei corticis pugillum: ſtatimq; cucumam operculo bene operies, ne qua interſpiret. Tum igni ſubduces ac per horas decem defervefcere patieres: Exinde poteris nive refrigerare: verumq; in aqua nectar citreo condiente potare: Medicamentum diaphoreticum, ſive diſcuſſorium, ſudori evocando præcipuum, è corticibus iiſdem ita præcipit Anglus medicus *Remingbtonus*. Sumes theriacæ, radicum petaſitis & ariſtologiæ rotundæ, baccarum lauri, corticum citreorum & aurantiorum viridium ſingulatim libram unam: macerabis in vino albo, & diriges ſive ſtillatione præparabis ad quintenos dies: tum balneo, quod Mariæ dicunt, ſtillatitium ex iis liquorem educes, uſque dum ſicceſcant: fæces verò combures: Inde ſal extrahes ex artis præſcripto, denique cum eadem aqua ſtillatitia permiſcebis. Detur autem à cochlearibus duobus ad unicam uſq; unciam. Sed medicum hoc malum non modò cortice tenus & ſummatim, ſed penitus etiam atq; medullitus noſtris ſeſe commodis impendit, acrimonia miteſcere docili, condimentoq; dulceſcere; ut amabiliſſimũ ſit pomũ, quod amoris ſaporem trahit, nempe dulcacidũ. Quare citreum ſi nõ verbis, re ſane præfert percelebrem epigraphen illam, Meliora latent: Acris autem medullæ condiendæ ratio multiplex. Et vulgatiorè quidem pharmacopolæ noſtri ſacharum primi, ut ajunt, generis in æreo vaſe in coctili, nempe ſtannea inductione ad ignem albato, cum ovi albumine & aquæ momento decoquunt: colo eliquant ab omni fæce: tum defæcato & in æreum vas refuſo incoquendum acrem citrei medullam, membranis omnibus ac ſeminibus exemptis, perpurgatam: lineaq; ligula peragitant & commiſcent: denique percoctam compoſitionem refrigerant: & fictilibus alveolis, levi cruſta obductis, recondunt. Alii verò accuratius atque utilius eandem citream medullam in olla fictili, vitrei lævoris tectorio inducta, ſeparatim percoquunt uſq; ad pulticulæ ſeu pumis elixi ſpiſſitatem. Hæc elegantior eſt compoſitio, nec ærei vaſis ſapore vitiatur: Illud autem cuſtoditur, ut in ſingulas citreæ medullæ libras ternæ minimum ſacchari adiiciantur: Qui præterea velint compoſitionem hanc odore citrino condire, citreorum quatuor aut ſex ſectilẽ corticem ſuper ipſam exprimant; eandemq; ſpathula lignea peragitent; deniq; vas vulgari carta aut membrana bene operiant: Crediderim autem ejuſdem medullæ ritè cum ſaccharo compoſitæ atque decoctæ frequentem uſum ad bona valetudinis vitæq; longinquitatem facere. Perſuadet ut credam Iohannis Baptiſtæ Martini Romani Civis, honeſtique viri vivum adhuc exemplum.

Hic per annos quadraginta à menſe Martio inchoante ad extremum uſq; Octobrem quotidiè manè tribus ferè ante cibum horis ſupradictę compoſitionis dimidiatũ cochleat: veſpere autem ante ſomnum tertiam cochlearis partem ſumore conſuevit. Atque hanc veſpertinam non una ſtatim ſorbitione tranſmittit: ſed paulatim deliqueſcere ſinit; ut pituitam, quæ faucibus ac thoraci noctu ſolet adhæreſcere, lento lapſu abſtergeat; & excreabilem reddat, primaq; concoctione ſolitam accendi ſitim extinguat. Eandem verò compoſitionem manè uno ſorbet hauſtu, ad

Diaphoret.

Citri Remingt.

Medulla citr. condit.

Potio Citr. ſuaviſſ.

Obſerva.

ad ventriculi pituitam pariter discutiendam excreandamq; vel deiiciendam: ad mollienda alvũ. ad urinam ciendam, ad prohibendam putredinem, sitimq; sedandam. Quinetiam, si quando austrina per hyemen ferveat intemperies, hanc ipsam salubriter adhibet medicinam. Hoc ille parabili suaviq; remedio tot per annos sese præmuniens nullo præterea medicamento indiguit: atque integra firmaq; semper usus valetudine feliciter continuit. Iamq; illi annum prope octogesimum agenti tenectus ipsa, veteri abrogato proverbio, morbus non est: Sed civilibus ac domesticis officiis juveniliter vegeta, ætatis prudenter actæ fructus jucundissimus: Cæterum in ea compositione faciendâ illud in primis curat, ut præstet acrimonia: ne nimia nauseem dulcedo moveat: Quare octonas citrea medullæ uncias cum sacchari duodenis componit: & ad justam spissitudinem citò inferve facit ac decoquit: iterumque ligneo rutabulo agitat, ne perustum saccharum rubescat: Deinde compositioni huic, antequam refrigescat, unciam adiicit, lectissimi sacchari semitriti, ut conditior compositio magis granosa grataque concretione densetur. Hãc ego misturam degustavi: nec eloqui facilè queã, quam jucundè palato sapiat dulcacidum acumen. Sed ad viatorum opportunitatem ejusdem medullæ conditura sic duratur in pastillos. Sacchatum primi generis, sive absoluti sacchari farina in fictili vitrei lævoris vase igne languido liquatur, lataque spathula lignea permiscetur, donec incalescere incipiat. Tunc acres citreorum medullæ paulatim adiiciuntur: & assiduè saccharum agitatur, ne bulliat. Hac autem agitatione citreæ medullæ petuita extenuatur & vanescit: manetque succus acidus bene defæcatus. Tunc, satisne acrimoniæ ceperit saccharum, gustu exploratur. Adhæc sumitur tabellæ urnæ dimidium longa, aut etiam productior, ternos digitos lata, quaternis affixis tabellis, non admodum extantibus, in capsulæ formam circundata. In ea citrei cortex minutissimè concisus substernitur, ut inodoret. Deinde prædicta liquida mistura in eam tabellam diffunditur: & antequam refrigeretur, pinna expresso è citrei cortice oleo illita latè contingitur. Postmodum, qua lata est tabella, ea compositio in segmina digitalis latitudinis dividitur: & arescere linitur, ut avelli cultro perfacilè queat. Citrei porro & limonis medullam sic transsuccidam facies. Saccharum sumes, salis fossilis more perspicuum quod candidum vocant. Id minutè contusum in parvum scutellam, seu vitream seu fictilẽ, cõficies. Eodem confundes citreæ tantum medullæ, humore superfluo nonnihil excocto & purgatæ: Quantum saccharo in tabem solvendo fuerit satis. Eam deinde compositione in chrystallina digitalis altitudinis vascula defundes: & septentrioni advertes, ut congeletur: aut certè in hypocausto habebis, ut concrescat: deinde sicco loco repones: Supereſt, ut artificium minimè operosum aperiam citreæ medullæ saccharo condiendæ, ubi præsertim potioris condituræ copia non suppetit: quo artificio quilibet sibi esse pharmacopola poterit. Malum citreum in tenuissima segmenta circulatim concidito. Eorum singula singulis patentis oris summis calicibus vitreis inseruntur. Saccharo in pulverem redacto acres medullæ cõtegunt: cui moschi pulviculus, si libeat, adiicitur. Ipsi calyces in vinaria aliave subterranea cella reponuntur. Ita fiet, ut loco humecto frigidoque saccharum distabescat: & citreorum medullas permeans, acrimoniam combibat: & in imos demum calices dulcacidum guttatim defluat. Oportet autem medullis iisdem bis ac tertiò saccharum imponere, ut acidus succus justa dulcedine temperetur. Easdem cum saccaro crudas medullas quibusdam in febribus adhibere dicitur *Tiberius Carnevalius*, qui nostro ævo medendi peritia Neapoli claret.

Citrea medulla syrupus, quem à peculiari magisterio vulgò nominant magistralem, ita concinnatur. Mali citrei acrimonia libralis cum optimo quindecim unciarum saccharo misceatur. Ea deinde mistura coniicitur in vitreum globosi corporis vas: & eodem inclusa vitreo vase intra aquam, sive (ut ajunt) intra balneum conferveſcere linitur: aut certè in vase fictili, nitida crusta lævigato, excoquitur. Debet autem ad julepi crassitudinem densari. Exinde percolatur: ac transmissa pars & liquidior pro citrinæ acrimoniæ syrupo, residua verò & crassior pro ejusdem acrimoniæ compositione servatur. Cæterum ipsa semina morbosæ mortalitati adeo medicata sunt, ut ex iis plus salubritatis, quam pomorum existat. Vulgatior est ob aliorum scripta, idemque numerosior, quam ut exigatà me vel possit explicari eorundem usus in re medica, morbis innumeris salutaris. Ne tamen penitus indicta prætereatur pars citrea præstantissima: qua ratione oleum ex iis saluberrimum eliciet non incelebris distillarius *Ioannu Baptista Porta*, minutatim docebo. Igitur semina suis cutriculis deglubit: tum in marmorrea pilâ diligenter contundit: vino irrorat; in æreum vas addita igni superimponit: interim argenteo cochleari peragitat, donec humor vini evanescat: denique torculo vehementes premit, & aurei coloris oleum exprimit adversus venena præclarum, externisque odoribus capiendis peridoneum, quia verò nunquam rancidum efficitur. Quod si fortè rancorem duxerit, aquæ mistum, ac bis terve peragitatum æneo in vase iterum stellare cogit: Sic pituitoso humore omni dimisso nullum præterea rancorem trahere asserit: Ad eundem ille modum è limonis & aurantii seminibus oleum extrahit. Iam verò alias minus fortasse compertas è citreo, ut ajunt, integro medicinas deliciasque monstrabimus. Medicatissimam citrinam compositionem, sive, ut recenti cum inventore loquar, citri magisterium, & quintam essentiam, sic elaborabis. Sumes tibi, quantum libuerit malorum citreorum. Detractos illis cortices sicco mundoque loco servabis. Quicquid est albi insulsique, resectum abiicies: Acres medullas, seminibus exemptis prælio exprimes.

Syrupus Magistr. Citr.

Semen citr.

Essentia citr.

Ol. Semin. citr.

Residuam fæcem arefactam in usum, quem mox subiiciam, custodies: Expressum deinde succum incisis cum corticibus, cumque contusis seminibus condes in vitreum vas, quod cucurbitæ

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 196 sur 955

bitam vocant. Clausis eadem spiraculis in sole pones, vel calida in aqua, sive (ut vulgò dicunt) in balneo Mariæ. Ubi flavum ea mistura duxerit è corticibus colorem: (quod intra binas hebdomanas evenire solet) rostratum vas, sive alembicum cucurbitæ impones: subjectoque igne stillatitiam pituitam elicies. Quod erit in cucurbita residui, exprimes. Succum expressum lintea lacinia, seu charta emboretica percolabis. Retrimentum omne, quod linteo, papyro ve obhæserit, arefacies: unaque cum altero retrimento, quod extraxeras è prælo, cumbures. E cineribus aqua vulgari salem educes. Ipsum interim citrinum liquorem emporetica papyro percolatum, sive (ut ajunt chymici) filtratum: & in aquæ ferventis balneo vitreis vasis stillatum, rediges ad mellis crassitudinem. Tunc prædictum salem adijcies. Is ubi distabuerit, cucurbitam eximes è balneo: jam enim salubertimum medicamentum confectum est. Cujus drachma una vel altera non modò vim omnem auxiliarem habet quam citreo malo tribuit antiquitas: verum etiam longè illi efficacitate præstat. Extrahitur enim è fæculenti corporis concretione purior hæc natura: denique partibus tenuioribus, nempe oleo, sale, spiritu, tinctura que componitur. Hinc illa strenuè vires corroborat: inflationes intimosque ventos discutit. Ventris animalia enecat: febrilem inhibet putredinem: contra venena prodest: eaque per urinam & per sudorem expellit.

Hanc essentiam olim à Prævotio communicatam mihi obtulit D. D. Paulus Neucranzius.

Quinetiam nupera in pestilentia, per Italiam grassante, non paucis, qui Patavii degebant, exteris hominibus opem attulit præsentissimam. Datur autem drachma ejus una aut etiam duæ in vino aut jusculo aliove liquore pro re nata idoneo. Deinde illud habeo tradendum, in hujus medicamenti stillatitiis aquis multum latere halitus ignei, quem spiritum vocant: ac proinde conducere chymico eadem ritu bis terve stillatim extenuare: ut quod in iis tenuissimum est, nempe spiritus, relicto in ima cucurbita remorantis aquæ ignavæ crassamento, purior & expeditior ad celerem prodeat efficaciam. Recentis hujus gloria medicaminis alienigenæ debetur authori, medendi peritissimo. Id autem supradictis morbis utiliter adhiberi solitum magni nominis Medici Patavini honorifica testificatione comprobarunt. Sed age jam post multiplicem medicinam, escarias quoque delicias ipsamque ambrosiam è citreo delibemus: Priore loco vulgaris occurrit conditura, qua sic dulciarius it refecta & solida mala citrea componit. Primum, ubi satis matura legerit, in eorum ima parte foramen amplitudine digitali facit: & inde idoneo ferramento emedullat.

Spir. Citr.

Condit. citr.

Tum per octo decemve dies aqua profluente macerat: eam, nisi profluens fuerit, bis quotidiè mutat. Deinde in aqua decoquit eatenus, quoad cultri acumen facilè excipiant & remittant. Post iterum habet in frigida, donec perfectè dulcescant, id quod degustata particula deprehendit. Tum accommodatum in vas conjecta, defæcato tepidoque, nec non justa coctura filatim lentescente saccharo infundit: eodemque patitur insuccari diem unum. Altero tertioque die reliquum saccharum elutriatum eadem ratione recoquit, & refundit: Deinde egesto, quod supererat, priore saccharo, recens coctura consimilis substituit, terniisque vicibus more prædicto ingerit: Ita in syrupi modum malorum citreorum compositio conficitur. Ut autem eadem concrescente saccharo condiantur, è vase deprompta prono foramine statuuntur per diem, dum saccharo liquor defluat: aut certè calente aqua proluuntur & siccantur. Deinde sicco in vase depositis primæ notæ saccharum, ad glutinosam spissitudinem decoctum calidumque, sic perfunditur, ut supernatet. Hoc modo composita in sole vel in hypocausto sinuntur bidui triduive aut quinque dierum spatio, donec dulcem in glaciem calore concrescant. Quidam in saccharum ritè perpurgatum conjiciunt, quod octo continuos dies singulis semel diebus per octavam horæ partem lenta pruna leviter infervefaciunt. Sic paulatim insuccata citrea penitus pervadente & concrescente saccharo condiuntur. Huc usque nimirum progressa est recentioris industriæ felix audacia, ut execratæ veteribus amaritudinis poma tunc esculenta maximè faciat, cum lapidescunt. Nonnulli primum quatridui spatio condunt in muriam, si præsertim nimia maturitate mollia opus habent nonnihil durescere; inde transferunt in aquam dulcem, quæ si profluens fuerit, utiliorem operam navabit. Minuta vero inchoantis incrementi mala citrea stylo acuminato ad insinuandam facilius dulcedinem compuncta & perforata, eorumque flores nec dum hiantes, aut etiam hiantium folia primum quatriduo habentur in muria. Deinde in aqua dulci, quæ bis die mutabitur, mitescere permittuntur per dies septem vel octo. Tum supradicto more infervefiunt, & rursus aqua dulci per aliquod dies macerantur eousque, dum omnem amaritudinem dimittant. Postremò majorum instar citreorum saccharo conditura componuntur. In hunc eundem modum limon & aurantium suis cum floribus condimentarium saccharum recipiunt. Placet jam, omissis pluribus pervulgatis, minimè vulgarem tradere totius, ut vocant, citrei condituram.

Condit. totius citri.

Sumes, quod voles, mala citrea, satis quidem ea adulta, non satis tamen matura, nec dum flaventia; quippe horum cortex validius calet, oletque pertinacius. Deinde super explicato permundo linteo mala eadem citrea foraminosæ radulæ, perpurgatæ, nulloque prorsus odore imbutæ, eatenus affricabis, ut viridis tantum cortex minutam solvatur in scobem. Tum è radula, quicquid hæserit scobis, decuties. Compertum verò est, è citreis terdenis ternas ferè libras colligi ejusmodi scobis. Exinde ansatum ahenum incoctile, aqua propemodum plenum, ad ignem admovebis. Ubi ea inferbuerit, scobem infundes: & per horæ dimidium

dium conferveſcere patieris. Sæpè etiam ferrea ligula ſtamno inducta, ſive cochleari agitabis: excitatamque craſſiorem ſpumam detergebis, in quam pleraque amaritudo ebullit: Poſteaquam prædicti ſpatio temporis coctura conferbuit, eam in farinarium cribrum, non anguſtè ſed rarè, non ſerico filo ſed equina ſeta contextum, deiicies: & inverſo aheno ſuperpoſito per tertiam horæ partem operies, ut halitus vaporarii repercuſſi repulſique colorationem decoctam ſcobem efficiant. Sublato deinde aheno, eandem ſcobem decies aut duodecies prolues. Tum per cribrum diffuſæ ſalem candidum adiicies, manuque bene commiſcebis ferè per horæ quadrantem. Additur autem exempli cauſa in tres citreæ ſcobis libras una ſalis, aut etiam ſeſqui libra. Deinde aſſiduè frigidam effundes; crebraque tractatione premes, ut ſalem exprimas: Satis expreſſum eſſe guſtu intelliges: Quinetiam ſic elixam & ſalitam ſcobem in mappa includes, levique preſſu extillare coges, & aliquatenus exſaniabis. Neque enim permagni intereſt, ut humoris nonnihil remaneat. Tunc optimum ſaccharum, minutiſſimè contritum, in aheno pariter incoctili decoques. Pro qua que citreæ ſcobis libra ternas ſacchari: pro illius ternis denas hujus adiicies. Interea loci ſaccharum ſic è fæcibus eliquabis. In aquæ ſextarium albumen ovi effundes: manuque ſurculoque duplici ſeu Triplici tandiu agitabis & commiſcebis, dum totum abeat in ſpumam albumen. Hujus aquæ partem æquam in ſaccharum confundes, & aquæ vulgaris exiguum addes. Ubi fervidum ſaccharum bullabit, aquam ovi albumine medicatam ſubinde, prout uſu venerit, affundes: ne ſaccharum fervore ſuperfluat. Ubi verò multum ſpumæ craſſioris extabit: ab igne ſummotum ahenum per exiguo tempore abeſſe patieris, & ligula deſpumabis. Deinde iterum appones ad ignem: & reliquam ſupradictam aquam ingeres: novamque ſpumam detrahes, donec ſaccharum benè defæcatum maneat. Præterea decoques uſque eò, dum ejus paulum inter pollicem indicemque comprehenſum filatim lenteſcat, non autem duretur. Duritia enim coctorum juſto vehementiorem argueret.

Tunc elixam citream ſcobem utriuſque preſſu manus benè comminutam in ſaccharum coniicies ac diligenter agitabis permiſcebiſque ligula, ſive argentea, ſive lignea recenti. Quartam horæ partem conferveſcere ſines. Interim peragitabis, ſpumanteinque miſturam purgabis. In hanc prope jam excoctam compoſitionem ternas uncias aut quaternas aquæ ex aurantii flore ſtillatæ adiicies. Sed ſatis coctum ab igne removebis: & licet bullans fervor remiſerit penituſque reſederit, perges tamen agitare, dum calebit. Iam intepeſcenti moſchum, & amburum, & exiguum candidi ſacchari in vinum trita, ſi voles adiicies: curabiſque, ut agitatione ſedulâ bene commiſceantur. Citreæ ſcobis ternæ libræ & ſacchari denæ grana moſchi octona, ambari duodena congruenter admittent. Denique adhuc tepentem compoſitionem prædicta ligula ſive cochleari fictilia in vaſcula, vitreo lævore nitida, diſtribues, quæ Neapoli ducuntur alveoli. In iis diem unum & noctem refrigerari, concreſcere, cru tamque obducere permittes. Tunc membrana primum pelliculabis: deinde papyro conteges. Quinetiam cortices aut recentes & intactos, aut certè more prædicto preſſos ad oleum exprimendum, ipſaque tractatione mollitos & coctibiles, ac proinde faciles dulceſcere, in fruſtula digitum ferè dimidiatum lata concedimus; deinde, ne inter ſe contingant, laxius in aqua ferveſacimus. Poſt horariam coctùram jam teneros & edulcatos in ahenum traiicimus cum ſaccharo, ad ſyrupi ſpiſſitudinem redacto, incoctoque ex aqua conſimilium corticum ſtillatitia, ut reponatur odor, qui ex iis inferveſactis magnam partem expiraverat. Cum autem ſaccharum ita denſatum fuerit, ut lenta fila ſuſpendat, ſatis excoctum intelligimus. Quare ſummotum ab igne in vaſcula perfundimus. Si quid fortè humoris in ſaccharo remanſit, exemptis ſecretiſque corticibus, qui condituram acceperint, igne rurſus inferveſactum ſaccharum concreſcere uſque patimur, quoad ſupervacuus humor aſſiccetur. Deinde ſaccharum pariterque cortices in vas recondimus. Atque hæc illorum erit perfectiſſima conditura. Ut citreo ſaccharo alia ratione & quidem perfacili, Genevæ uſurpata, componas: illud in longa ſegmenta parturis. Acri medulla detracta, de more in aqua maceras. Deinde inferveſacis, ut tenereſcat atque dulceſcat. Deinde liquato in ſaccharo conferveſcere ſinis. Deinde fictiles in alveolos coniicis: idem liquatum ſaccharum perfundis: ac refrigerari & concreſcere pateris. Denique vaſcula membranis pelliculas, papyroque operis. Compoſitio hæc jucundiſſima eſt; nec non capiti, cordi, ſtomachoque medicatiſſima. Florentino eadem riſu ſic variat conditura. Cortices, utpote amari, per dies aliquod frigida ſæpius mutata perluuntur macerantur que. Tum eatenus ex aqua coquuntur, quoad tenereſcant. Ad hoc in aqua frigida recenti ſemel iterumve habentur. Deinde julepo, cui mel & aquæ aliquantum fuerit admiſtum condiuntur. Denique igne quotidie modico tandiu inferveſiunt, dum ea juſtè compoſitio ſpiſſeſcat. Ita malum citreum dulci coctura miteſcit in cibum. Quanquam & crudo nonnunquam veſcimur, quod permaturum ſit, & prægrande: quod calido loco provenerit: quodque aliquantis diebus decerptum fuerit. At ægrè concoquitur: moleſtiam exhibet iis, qui capite calent; ſi veſperi eſtur, vertiginem facit. Quare, ſi Balthaſari Piſanello credas, ab ipſo ſtatim citreo violas comedes purpureas & recentes, ſive ſaccharũ violaceum itidem recens. Cæterum Medicæ hujus arboris pars infirmior vim habet curandis vulneribus tam ſalutarem, ut Veneris Æneæ vulnerato medentis cretcam dictamnum, & odoratam panaceam, nempè laudatiſſima canoræ fabulæ remedia, non deſideremus. E contuſis enim præteneris ſoliis, & recentiſſimis germinibus ſuccus exprimitur. Deinde cum ve-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 198 sur 955

neta therebinthi resina in vas fictile, vitrei nitoris tectorio incrustatam, confunditur : ipsumque vas bene operculatur. Ea mistura igne subjecto eatenus fervere sinitur, quoad citrinus succus fervore credatur absumptus, Ubi demum intepuerit, percolatur; &, cum res exigit, allinitur. Usque adeo gravissimum vitæ momentum levibus pendet è foliis : Iam verò librum claudat, qui multa paucis mali citrei emolumenta concludit, medendi scientiam omnifaria cumulans eruditione, hoc est Urbis Neapolitanæ non Æsculapius modò, verum etiam Apollo, *Mairus Schipanus*. Ejus nuper ad me datæ literæ sic habent. Solidum citreum Genuensi conditura cum saccharo componitur. Eandem ejus pomi corium condituram recipit: quod deinde tenuia & longula in frustra concisum, saccharo incrustatur, velut frustillatim sectile cinamomum. Idem præterea viridi etiamnum colore corium foraminosæ aspetitatis radula in scobem friatur: & minutim comminuto saccharo conditum cogitur in pastillos, quas Hispani aliorzas nominant, odore jucundos, & ventriculi discutiendis inflationibus efficaces. Eodem è corio quintæ (ut ajunt) essentiæ oleum elicitur, præsentissimo contra fungorum venena remedio, sive hausturn, sive cordi illitum. Ex acribus citreorum medullis syrupus fit, adversus insidiosè lethales febres accommodatus : nec non acida compositio prædicto spissior syrupo. Hæ quoque medullæ cum citreis corticibus in scobem attritis in compositionem veniunt, imbecillo stomacho saluberrim. : quæ totius citrei dicitur conditura. In Balneo, quod vulgò nuncupant Mariæ, aqua è citrei viridi cortice, aut etiam è folio stillatitiam educitur, quæ cum saccharo ritè permista julepum conficit suavissimum, cordi stomachoque perutile. Denique semina stillatum oleum suppeditant, contrà toxica & ventris animalia præclarum. *Hæc ille.* His ego isto subscribo : Gratulari me ærati nostræ feliciter ingeniosæ : quod in pomo veteribus ob amaritudinem exectato multiplicem hæc suavitatem, vitamque ipsam invenerit. *Hactenus diligentissimus citatus* Ferrarius *Senensis* loc. citat. de *Malo Citr.* De Limonibus pag. 353. aquam commendatc ontra arenulas & calculum, quam parari scribit in officina Lotharingiæ Ducum cum fruct. Halicacabi. Pulverem quoq; ex succo ad potionem & condituram. De Turcarum potu Sorbetto pulchra habet & singularia ex Francisco Bolagnino, Petro Petrechino, Equite Cassiano à Pureo & Petro à Valle, Contra scorbutum quoque commendat, pag. 364. & seqq.

De Limon. Ferrar.

CAP. CCXIV.

De Aurantiis.

AURANTIA, vulgo *aurengia*, & *aurea mala*, ab aureo colore dicta, in arbore nascuntur, quæ parum à citria malo effigie distat ; Idem enim color, odor, flos, ut & folia, quorum tamen pars pedunculo proxima, non æqualis est, ut citriæ mali, sed veluti pinnata, & quasi gemina, dilute virentia, odorata, & citriæ malo concoloria. Arbos ipsa parum procera est, ramosa multum, perpetua fronde virens, singulis mensibus æque etiam diebus pomifera, aliis nascentibus, aliis ruentibus, aliis matureścentibus. Flores gerit toto anno albos, eleganter, suaveolentes, æstate fragrantiores, quorum nonnulli nodoso pediculo adhæreścunt, & fœcundi sunt, alii steriles & enodes labuntur. Ex his *aqua Napha* vulgo dicta stillatur mira suavitate & fragrantia commendabilis, qua matronæ & delicatuli aulici vultum, & comam aspergunt & manus abluunt. *Aqua Napha.*

Ex Hispania, Italia, Gallo-provincia magna aurantiorum ubertas in alias regiones defertur, quorum nonnulla dulcia sunt, & ingrata, vel certe gustui non satis amica, alia acida, jucunda, cardiaca, & palato gratissima; Omnia vero rotunda, aureo colore nitentia, seu multum flavescentia, unde mala aurea sæpius dicta.

Quæ dulcia, temperata; quæ acida, refrigerantia, putredinē arcentia, venenis resistēria, corroborantia : cortex vero acer & amarus, & calidus est, & propter odorem gratiosum in tinctibus gratiosus & expetitus: *sachato* conditus oris commendat halitum. *Vires.*

Ad de his quæ habet *Ferrarius pag.* 467. lib. 4. Hesperid. & seqq. tam de arbore quam de pomo, ubi exponit Condituram elegantem, usum escarium & alia. Succo aurant. omphacii loco utuntur Turcæ teste Bellonio, quem ex Cretâ advehunt Byzantium. E corticibus parantur globuli, vascula *pag.* 479. *Ferrar.*

CAP. CCXV.

De granatis.

ARBOR punica, *granata* vulgo dicta, ut & fructus, *malum granatum*, à granorum, quibus farctum est, innumera multitudine, vel forsan à regione Granata, ubi fruticat ubertime : aere calido delectatur, & solo minime aquoso : folia gerit myrthea, & singulis annis caduca; florem puniceum, oblongum, aspectu jucundum, & effigiem calathi referentem; *Balaustium* vulgus nominat, licet id nominis ad sylvestrem, Dioscoride judice, potius queat deduci.

Duæ porro sunt mali punicæ differentiæ; una sylvestris, quæ florem quidem gerit, sed infructuosum, quem scilicet pomum consequitur nullum ; Altera domestica, cujus tres statuuntur species ; una quæ poma fert acida : altera, quæ dulcia, tertia, quæ vinosa ac dulco acida. Omnia ex rotundo sunt angulosa, crassa granis innumeris, angulosis, succo multo immersis prægnantia. *Species.*

Cortex vocatur *mali corium*, cujus color ex viridi flavescit, instar vitrioli, cujus particeps perhibetur à Spagyricis, à nonnullis *Sidion* nominatur. Flos oblongus, purpureus, pulcherrimus, veluti Cytinum referens, quem una cum flosculis ex eo erumpentibus *Balaustium* Plinius appellat.

Quali-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 199 sur 955

Facult. Qualitatem habet totum granatum astrictoriam & refrigeratoriam: sed præstantiores succus facultates habet, ut qui præter cætera, cor recreat, fervoribus stomachi auxiliatur, & choleræ morbo prodest. Dulcia tamen, quæ *Apyrena* vocantur aliquando, stomacho inutilia creduntur.

CAP. CCXVI.

De malo Cotoneo.

Vnde dicatur. CITONIA mala ex arbore prodeunt, quam à M. Catone *Cotoneam*, quasi *Catoneam*, nonnulli dixerunt, & scripserunt; Antè tamen longe à Græcis *Cydonia*, à Cydone, Cretæ oppido, unde primum fuit advecta, nomen habuit, Libentius crederem, nomen hoc asciviſſe à cortice tomentoso, & fere bombacem, quem vulgus cotonem vocat, referente; Tenui enim lanugine tanquam Cotone poma dicta videntur induta.

Descriptio. Est autem humilis arbos, ex qua excerpuntur, sæpiusque tantum instar fruticis assurgens: Cortice induitur asperulo, hinc inde hiulco, & quasdam veluti squamas producente: ramos emittit multos, breves, tortuosos, cineritios, folia subrotunda, mucronata, superne viridia, inferne albicantia, mollia, lanuginosa; flores albos, nonnihil purpurascentes, quinquefolios: fructus crassos, aureo colore flavescentes, tomentosos, odoratos, halitu quibusdam jucundo, aliis ingrato fragrantes: sapor omnibus idem, interior caro lutea; succus austerus; Semen ut reliquis pomis membranis inclusum: & tanquam in capsulis reconditum.

Ubivis ferax est cotonea malus, sed maxime in regionibus calidis, atque locis cultis, & hortorum sepimentis, in quibus pomis pluribus, Species. aureis, melinis, fœta cernitur. Eorum quædam rotundiora sunt, breviora, minora, & pomorum vulgarium figuram magis referentia, absolute *Cotonea* dicta; alia majora, crassiora, longiora, turbinata, & pyris similia, vulgus *Coignacea* vocat, quæ cæteris bonitate postponuntur.

Quædam insuper candidiora, alia struthea, omnia tamen magis lutea, & fere aurea, unde & *Chrysomela* dicuntur. Quotquot autem, tenui lanugine pubescunt, & odore fragranti quibusdam feriunt caput.

Ex his parantur medicamenta multa Eustomachica, ut *Myra*, *Citoniatum*, *Syrupi*, quorum in mensis tam sanorum, quam ægrotorum frequens est usus.

Vires. Crudorum porro citoniorum vix ullus est esus; Cocta palato gratiora, & naturæ amiciora: ventriculum enim roborant, vomitum sedant, alui fluores reprimunt, Dysentericis & Cœliacis conferunt, & his, qui vel sanguinem spuunt, vel fluorem mensium aut hæmorrhoidum immoderationem perpetiuntur.

CAP. CCXVII.

De Mespilis.

MESPILUM pomum quoddam rotundum primum viride, durum, & nonnihil hispidum, dein rufum, ac molle, dum maturuit, *Tigranum* quibusdam dictum, Galeno *Tricoccum*, quasi *trioſſum*, quod tria intus grana quasi lapidea, aut ossicula seminis loco contineat, aliquando tamen quatuor, & sæpe quinque reperiuntur pro numero unguicularum ex margine umbilici multum patuli exeuntium. Ante maturitatem tam acerbus est fructus hic, ut à quopiam deglutiri non queat, Maturum, & gratum; & ultima mensa salutare.

Species. Arbor, ex qua decerpitur, *Neſpierus* vulgo dicta, duplici differentia notatur, una sylvestris est, spinosa, in sylvis, dumetis & vivis sepibus sponte nascens, quæ poma gerit parva, oblonga, per initia acerbissima, post maturitatem parum grata, *Aronia* Dioscorid. vocat. Altera domestica cultu & insitione talis. Poma, quæ profert, crassiora, magis plena, utcunque compressa, rotunda, altera parte sæpe hiulca. Utraque tortuosa, rigida: hæc tamen spinis minus horret, *Serania* Dioscoridi, *Satanea* Theophrasto dicta.

Mali vulgaris assurgit magnitudine, ramis in gyrum comosis, & nonnihil aculeatis: foliis promissis, latiusculis; floribus albis; quinque foliis, quibus poma succedunt mespila dicta, magnitudine mediocria: umbilico lato, quinis unguiculis foliosis discreto: carne albida, austeraque, quæ dum matureſcit, rufeſcit, dulceſcit.

Vires. Mespila immatura acerba multum sunt, & astrictoria, eorum tamen pulvis ex Aut. Musa, lapillos in renibus comminuit & excludit. Maxime vero id præstare creduntur eorum ossicula trita & assumpta. Ad fluorem alui cohibendum, & partes roborandas commendantur.

CAP. CCXVIII.

De Sorbis.

SORBA parva poma sunt, qualitate mespilis affinia, forma & magnitudine multum non dissimilia: utraque enim initio viridia, dura, acerba, esui inepta; Per maturitatem rufa, mollia, palato ingrata, & succo vinoso turgidula.

Species. Sunt vero secundum Plinium quatuor sorborum discrimina, quædam vulgariora, & pyrorum instar turbinata, quæ *Cormas* rustici nominant; alia rotundiora malorum modo; quædam olivarum ritu oblonga: alia *torminoſa* dicta. Dioscorides Pyroformium seu vulgarium tantum meminit, quæ scilicet ex sorbo seu Cormiero vulgari Autumno decerpuntur.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 200 sur 955

Est autem Sorbus arbor prægrandis, caudice recto, cortice lævi, colore cinericio, foliis ex pluribus compactis, lateribus pediculi prolixioris cohærentibus, fraxini, vel potius Orni æmulis, floribus candidis, minutis racematim congestis, quibus caducis fructus succedunt turbinati, primum virides, dein flavescentes, atque perfecti maturi, rufi, & molles. Quæ fructus olivarum effigie profert, Torminalis, atque etiam Ornus forbi sylvestres creduntur.

Vires. Universum Sorborum genus acerbum est, & astrictorium: ob id Dysenteriæ, & fluxionibus omnibus sistendis convenit. Vulgaria autem ex usu sunt frequentiores; vomitiones reprimunt, sanguinis eruptiones compescunt, & partes roborant. Ex his maturis, torculari commissis & expressis, vinum quoddam pallidulum paratur, pyraceo vicinum, quo plebecula in regionibus multis utitur.

CAP. CCXIX.

De Cornis.

Quid. CORNA fructus sunt oblongi, phaseolorum magnitudine, non tamen plani, sed rotundi, rubelli, nucleo intus, osseo, albido, duro prægnantes, sapore austero cum quadam aciditate. Colliguntur ex arbore non multum procera, scabro vestita cortice, foliis lævibus, latis, mucronatis, venosis, Evonymo similibus. Prima ferme omnium floret, fructus æstate virides gerit, autumno cornos rubentes dat, montes & valles diligit, & sæpe citra culturam nascitur. Habetur tamen in hortis multis, ut sint promptius ad manum fructus pro facienda medicina.

Fœminicornus. Cornus thelycronia. Est alia cornus *thelycronia* Theophrasto, quasi *fœminicornus* dicta, quæ caudice fungoso sese effert, & baccas fert Autumno maturescentes, perquam acerbas, multum insuaves, & cunctis animantibus ingustabiles.

Nodos autem cornus omnis omnes habet per intervalla geminos, & invicem respondentes, ut in vite & vitice, corticem ex pallido flavescentem: maris autem lignum adeo solidum est, ut duritie cornibus ferme respondeat, ejusque baccæ succo cruento, austero, & aliquantum acido prægnantes turgent.

Vires. Corna refrigerant, desiccant, astringunt; Ob id utiliter contra alui profluvia, mensium & hæmorrhoidum immoderatiorem fluxum dantur.

CAP. CCXX.

De Prunis.

PRUNORUM varietates nec lubet, nec licet persequi, cum liceat aptius ex rei rusticæ & hortensis scriptoribus, quam nostris commentariolis illorum differentias omnes perquirere, quæ fere sunt inexplicabiles, ac innumeræ, insitione, mangonio, & arte sic redditæ. Eorum enim (si colorem spectemus) alia colore perfunduntur herbaceo, alia albo, alia eburneo; quædam luteo, aut ex albo flavescente, aut purpureo: alia nigro aut violaceo, alia variegato, alia rubeo.

Species.

Distinctio quoq; eorum sumitur à magnitudine, figura, sapore & loco: quædam enim vel parva, aut magna, aut mediocria: alia rotunda, ovata, oblonga: nonnulla acida, dulcia, austera, vel dulcoacida, vel alterius mistæ qualitatis A loco commendantur *Damascena*, deinde *Brignolensia*, tum *Rhemensia* & *Turonensia*. In prædiis tamen nostris nunc habemus præstantissima & suavissima, quæ vulgus *Pardigonia* vocat, ut & *Imperialia* dicta, nec non *Damascena rubella*, nigra & violacea, & quæ *Datta*, nominant: quæ omnia mensas etiam lautiores nobilitant, & officinas locupletant. *Prunida. Cyla.*

Colliguntur ex pruno arbore omnibus notissima, quod passim ubiq; & sponte nascatur, præsertim sylvestris, quæ licet admodum pumila sit, & fructus parum suaves ferat, cultu tamen & insertione plurimum immutatur: nam in proceram arborem abit, & pruna quorannis dat suavissima colono. Sed longius in rei notissimæ dilucidatione immorari nefas.

Pruna Græcis *Coccymela*, Siculis, *Brabyla* dicta, humectant, refrigerant, emolliunt, & ventrem lubricant; Ex Damascenis præsertim nigris elicitur pulpa ad *Diapruni* confectionem. Siccantur in furno, pruna ad Ichthyophagiam, & medicinam, & saccharo condiuntur ad merendam. *Κοκκυμηλα. Vires.*

CAP. CCXXI.

De malis Armeniacis.

ARMENIACA mala ob odoris gratiam & saporis dulcedinem plurimum arrident, & magnatum lautiores mensas tam cruda, quam *saccharo* condita nobilitant: eorum enim in halitu gratioso, & gustu jucundo suavitas etiam saturos ad se invitat & allicit. Quidam ad Persicorũ, alii ad prunorum genera referunt, verum inter utraq; media videtur esse, efficitq; Iuniorũ sedulitas, ut pruna quædam habeamus, quæ nũc pruna *briciocciæ*; quæ scilicet in sapore, forma, magnitudine, partim *pruna*, partim *abricoccia* referunt, nominentur. Ab antiquis autem *mala Armeniaca* tantum vocabantur, postea Galenus *præcoccia* nominavit; nunc vero recentiores paucis literis mutis *abricoccia* dicunt.

Leguntur ex arbore magnitudinis moderatæ, pyro videlicet minores, & Persica majore: duriore, durabiliore. Caudicem emittit crassissimum, ramos multos, non ut Persica prolixos, sed breviores & crassiores; folia lata & mucronata pyri modo; flores albos, primo Vere erumpentes, ante foliorum exortũ; fructus rotundos Persicis similes, colore foris & intus luteo, carne multa, succulenta, palato grata.

Abricoccia humida censentur ordine secundo, frigida primo, vel potius temperata, ut dulcia omnia. Alvum lubricam efficiunt, & cito corrumpuntur in corpore infirmo, maxime si immoderata quantitate ingerantur. Eorum autem nullus in Medicina celebratur usus. *Vires.*

CAP. CCXXII.

De Persicis.

PERSICA, seu Persea arbor est plurimis Galliæ regionibus notissima & frequentissima, qua scili-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 201 sur 955

ſcilicet omnia pene vineta conſita ſunt. In mediocrem proceritatem aſſurgit, ramos emittens longos, fragiles, foliis raris, ſaligni fere ſimilibus, ambitu ſerratis, guſtu amaris & aroma utcunque redolentibus, indutos: flores, amygdalinis finitimos, ſed dilute purpuraſcentes.

Arborem hanc, inquit Dioſcorides *cap.* 146. *lib.* 1. prodiderunt aliqui, in Perſide exitioſam eſſe: translatamque in Ægyptum, mutata natura innocuam, & in cibos receptam. Quod confirmatur etiam à Galeno *lib. de cauſ. ſymptom.* Eorum tamen opinioni refragatur Mathiolus *c.* 1. *lib.* 3. ſed conjecturis adeo levibus, ut tantorum virorum authoritatem infirmare non queat, nedum improbare.

Poma autem profert abunde, albida pube obducta, ſublutea, ſucculenta carne turgidula, & velut cruore quodam ſoris & intus variegata, aliquando prorſus lutea. Corticis externus color internam carnis tincturam oſtendit, rubellus rubellam, luteus luteam, variegatus variegatam.

Poma hæc rotunda quidem ſunt, ſed quæ altera parte parum depreſſa cuiuſdam rimæ figuram oſtentant. Succus eorum Galeni judicio *cap.* 19. *lib.* 2. *de aliment facult.* pravus eſt, ut etiam caro, quia facile corrumpitur: propterea ſyrupus, ex ſucco paratus, quibuſdam uſitatiſſimus, nullo encomio commendandus, ſed negligendus.

Pird. Mala Perſica frigida & humida perhibentur recteſſu ſecundo, ſuccumque exhibent cito corruptibilem, & peſſime menſa ultima ſumuntur: ante alios cibos ſumpta, minus mala.

Eorum nuclei calidi & ſicci ſunt, aperiunt, incidunt, extergunt, adverſus jecoris & lienis infarctus conferunt.

Folia amara ſunt, calefacientia, incidentia, & viſcerum obſtructiones tollentia, aluum ſubducentia, & bilem moventia.

Ex floribus paratur ſyrupus hydragogus, & vermibus enecandis convenientiſſimus.

CAP. CCXXIII.

De Ceraſis.

Species. CERASORUM multæ ſunt varietates: alia enim ſunt ſylveſtria, eaque parva, longipendula, primum viridia, dein rubra, & ubi maturuerint, nigra, Gallis *Meriſia* dicta, quaſi *amara*: Alia domeſtica, multo craſſiora, quorum alia rubra, alia nigra, alia alba, quædam alborubea. Omnium minima, præcociſſima, ingratiſſima ſunt *meriſia*, quibuſdam ſylveſtria ceraſa dicta, quorum nonnulla plane rubra, alia nigerrima. Hæc ſequuntur alia majora, fugacia, dulciſſima, tenerrima, & adeo poſt maturitatem mollia, ut geſtatum non tolerent, *Guignea* vulgo dicta, inter quæ alia nigerrima, & craſſa, turbinatione pomi figura, *Actia* veteribus & *Iuliana* nuncupata; alia obſcure, alia dilute rubra.

In dulcedine principatum obtinent *Duracina*, quibuſdam *Pliniana*, Francis *Bigarrella* dicta, omnium duriſſima etiam matura, dulciſſima, palato jucundiſſima, ut quæ adhuc formam cordis, vel parui cujuſdam ſeroti vervecini referunt. In ſalubritate reliqua ſuperant *Aproniana*, quæ valde rubra ſunt, acidula & eſui valde grata.

Quædam adhuc ſuaviter & ſalubriter eduntur perfecte matura, craſſiſſima, rotunda, obſcure rubentia, *Agriota* nominata. Sunt quædam acidula, alia auſtera; illa *amarena*, hæc *Merona* cognominantur. Omnia ceraſa, bigarellis, exceptis, ſucco multo prægnantia videmus, inter quæ, nigra aut obſcure rubra, tenera ſunt, & ſuo cruore contrectantium manus inficiunt.

Ceraſa corpori ſuccum laudabilem ſuppeditant: ſtomacho eſtuanti conducunt, ventrem ſubducunt, *febricitantibus utilia ſunt*, humorem biliоſum contemperant, & *jecoris infarctus tollunt*; quædam tamen hos effectus inſignius, alia ſegnius pollicentur. *Vires.* *Hoc multi negant.*

CAP. CCXXIV.

De Moris.

DUÆ ſunt Mori ſpecies; una dicitur *nigra*, quæ fructus nigros; altera *alba*, quæ albos profert: utraque procera eſt, radicibus flavis, caudicibus craſſis, corticibus ſcabris, ac frondibus alni, longis, latis, juxta margines ſerratis, quibus bombices veſcuntur. *Præſtantiſſimum vero ſericum nent, cum albæ Mori folijs aluntur, ut quæ illis ſint gratiora, & materiam ſuppeditent ſerici filis ducendis largiorem & aptiorem.* *Species.*

Fructus mori nigræ, quos *Mora Celſi* vulgus Pharmacopœorum vocat, ſuaves ſunt, & ſæpe menſis apponuntur, ex eorumque ſucco & Syrupus & Rob conficitur, huius tamen uſus fere nunc exoleuit.

Qui vero in alba moro naſcitur fructus, quaſi fatue dulcis eſt, admodum ingratus, & ad alendum ineptus, ita ut arboris præſtantia, non tam ex fructu, quam frondibus perquirenda, quibus dicti vermes educati ſericeum vellus præſtantiſſimum ſuggerunt.

Porro domeſticarum arborum noviſſima morus germinat, ut menſe Majo, cum ſcilicet hyemis plane deſiit rigiditas: fructus fert Iulio & Auguſto, oblongos, è granis compactos, moris in rubo naſcentibus, finitimos, ſed longiores, craſſiores, mjores, initio virides per maturitatem purpuraſcentes, poſtremo nigricantes, rubente ſucco prægnantes.

Mora immatura refrigerant, & ſiccant ordine propomodum tertio, & valenter aſtringunt, atque ad oris & faucium inflammationes conducunt, ait Dioſcorides *cap.* 18. *lib.* 1. Matura vero humectant, ac parum refrigerant; adverſus ſitim valent, appetentiam proſtratam revocant, ventriculo non adverſantur: parciſſime autem corpus nutriunt. *Vires.*

In Norvegia dantur Chamæmori **Moltebeer** fructus ex optatiſſimus ad fallendum morbum ſcorbuticum, unde illo ſale condito frequenter cibum cucumerem aut capparum incolæ ututuntur. Colore æquant cynobata, ſapore ferè melon. carnem.

***

CAP.

Cap. CCXXV.

De Moris ſylveſtribus & Idæis.

Species. Rubus vel ſylveſtris eſt, ſpinis horridus, βάτος Græce dictus, & corrupte, *batinus*; vel domeſticus, & veluti cicuratus, qui quod in Ida monte fœcundius luxuriet, *Idæus* nominatur: cuius, ut illius duæ agnoſcuntur differentiæ; unus fructu rubro, alter albeſcente, ſed utriuſque ſylſtris fructus primum viret, dein rubet, tandem nigricat.

In dumetis, agrorum marginibus, & locis incultis feraciſſimo proventu, & agricolis importuno naſcitur rubus, ſurculis prolixioribus, ſentis, obſequioſis, virescentibus, nonnunquam quadrangulis, maxime antiquioribus, intus medulloſis, foris aculeis minacibus, ſpinoſis, foliis ex pluribus cohærentibus, per ambitum inciſis, ſuperne virentibus, inferne candicantibus, aſperis & ſecundum coſtarum longitudinem ſpinoſis: floribus albis in ſurculorum ſummitatibus digeſtis, quos fructus ſequuntur, officinis *Mora bati*, & *batina* & dicti.

Rubus Idæus. Rubus Idæus per ſe conſiſtit, rectaque aſſurgit ad hominis interdum proceritatem, ſurculis medulloſis exterius parvulis ſpinis, non multum horrentibus, exaſperatis, foliis, & floribus ſylveſtri ſimilibus, nec non fructibus, ſed vel rubeis, vel pallidis, acinoſis, eſui atque olfactui pergratis. Noſtrates *Frambœſias* nominant, ab odoris, ut arbitror, fragrantia, quam mandendo ori repreſentant, & illud præ cæteris vinum laudatur, quod *frambœſiam* olere dicitur.

Vires. Mora ſylveſtria vim habent aſtringentem & domeſticis vicinam: manducata enim oris & tonſillarum inflammationes reprimunt, & fluores alui cohibent. *Idæa* ſimiles quoque facultates poſſident, ſed infirmiores, & ad eſum, quam uſum medicum, aptiores.

Cap. CCXXVI.

De Sebeſten, ſeu Myxis.

Sebesten, ſeu Myxa, vel myxaria ſunt fructus, in Syria & Ægypto naſcentes, ex arbore ejuſdem nominis, ſatis procera, pruno valde ſimili; cortex caudici albicat, ramis viret, qui foliis induuntur ſubrotundis, ac firmis & amplis; flores albidi racematim, aut potius in umbellis laxioribus cohærent: quibus caducis ſuboriuntur fructus paruis prunis ſimiles, qui maturitatem adepti ex atro virescunt, intuſq; nucleum durum, & quaſi oſſeum, ac triangularem continent.

Myxa ſeu *ſebeſten*, ut officinæ loquuntur, matura leguntur, inſolantur, & in rugas paſſularum, aut prunorum modo contracta ſervantur. In Italia olim rariſſima erant, & peregrina, nunc uberrimo proventu in illius hortis naſcuntur.

Vires. Ventrem molliunt, ut pruna, danturq; utiliter febrientibus, tuſſientibus, & linguæ aſperitati: urinæ item difficultati & ardoribus: Sitim quoque temperant in linctu, aut alio quovis modo ſumpta, & ventris tineas enecant & pellunt.

Cap. CCXXVII.

De jujubis.

Jujubæ *Ziziphæ* & *zinzipha* Græcis dictæ, naſcuntur in Syria, & nunc in multis Italiæ & Narbonenſis agri locis ex arbore puſilla rhamni non multum diſſimili, ſurculis præduris, ſpinoſis, folioſis, floribus muſcoſis. Caudex ei contortus eſt, ſcaber ac rimoſus: rami tenues, longi, obſequioſi, duri tamen & virgultarum geniſtæ ritu protenſi: folia diuriuſcula, oblonga, Clematidis æmula, ex intervallis longioribus alterno ordine diſpoſita: juxta quæ muſcoſi ac palliduli flores parui emicant; poſt quorum occaſum accedunt baccæ oblongæ, ceraſorum magnitudine, carnoſæ, tenellæ, cortice tamen membranoſo, ac duro veſtitæ, quas Galenus Serica vocat.

Fructus hi luteoli ſunt, vel ex luteo purpuraſcentes, olivarum mediocrium figura & magnitudine, dulces, carne multa, vinoſa, & nucleo parva, foris rufo turgiduli, qui maturitatem adepti, leguntur, ſiccantur, in rugas contrahuntur, & ſervantur.

De eorum qualitatibus & ſalubritate non inter Græcos & Arabes omnes conſtat: Galenus enim ſtomacho inutiles eſſe, imbecillime nutrire, & difficile concoqui ſcripſit: Arabes vero ad uſus varios accommodant & commendant; in quos licet paulo acerbius inſultet Fuchſius, contendatq; iniiubarum uſum inutilem eſſe, ab Actuario tamen, Græco Nic. Alexãdrino, & à Dogmaticis omnibus, atque his, qui certa experientia ſalutares norunt earum effectus, celebrantur.

Vires. Valent plurimum ad tuſſim, difficultatem ſpirandi, arteriæ aſperitatem, humores concoquẽdos & expuendos, & ad vitia pulmonis & thoracis multa. Renibus quoque proſunt, ardori urinæ, & veſicæ dolori.

Cap. CCXXVIII.

De Ficubus.

Ficus ubique locorum viret, ſed in frigidis vel ſterileſcit, vel groſſus inutiles gerit, ac parvos & inſuaves fructus, qui nunquam matureſcunt: In calidis uberrime, biſque fruticat, verna fœtura & autumnali. Arbor eſt moderatæ magnitudinis, non omnino recto caudice aſſurgens, nec cortice lævi, ſed aſperiuſculo, præſertim cum adolevit. Lignum ei album eſt, molle medulloſum, album: folia ampla in quinque partes diſterminata, & totidem angulis conſpicua, aſpera, dura, obſcure viridantia: fructus ſine prævio flore, aut prægreſſis ſulis, juxta foliorum exortum erumpunt, initio parvuli, tempore majores, forma turbinata, colore primum virides, dein vel albeſcentes, vel ſubrubentes pro peculia i natura: nam ut ficus aliæ aliis præcociores ſunt & ſuaviores, ſic vel albidiores, vel magis rubeſcentes, aut nigricantes. Omnes vero molles ſunt, medulloſæ, granulis innumeris gravidatæ. Ex his immaturis, foliorum pediculis & cortice tenello vulneratis, lacteus quidam ſuccus effluit acer & amarus.

Præter dictam altera eſt pumila ficus, illi ſi proceritatem exceperis, ſimillima, quæ in locis apricis, & ſoli expolitis, atque interdum in regionibus ſeptemtrionalibus fovetur. *Ficus pumila.*

His adhuc effigie reſpondet quædam ſylveſtris infœcunda, & vix ad uſus quoſdam mediocres commendabiles expetita. *Ficus ſylveſtris.*

Eſt & *ficus Indica*, quam nonnulli *Opunciam* Plinii *Ficus In-*

Plinij putant, q̃ sine caudice, & ramis adolescit, tota q; planta nil nisi folia; verum quos habeat in medicina usus, nondum licuit experiri.

Ficus omnium laudatissimæ Massilienses, quæ dactylorum inopia substitui possunt: mediocriter calefaciunt & nutriunt, & alvum molliunt, sed sanguinem valde laudabilem non gignunt: attenuant, leniunt, concoquunt, maturant, aspetæ arteriæ, pulmonibus, renibus, vesicæ conveniũt. Ficus reficcata *Carica* dicitur, Græcis σύκα, qua voce etiam *apios* Matthiolo designatur. Frõdes nostratis ficus hæmorrhoidibus ciendis prosunt, si podex his confricetur. Ex *ficubus, ruta & nucibus* fit Mithridatis antidotus tantopere decantata, cuius compositionem dedimus in rutæ historia. Aliæ quam plures ficuum utilitates narrantur, quas brevitatis gratia subticeo; in his enim recensendis multus est Dioscorides, *ca.* 183. & 184. *lib.* 1.

CAP. CCXXIX.

De Dactylis.

DACTYLI sunt fructus Palmæ in Ægypto, Creta, & Iudæa nascentis, qui ubi maturuerint, à Dioscoride & Galeno Phœnicobalani vocantur. Valde probantur è Iudæa allati, magni flavescentes, parum rugosi, molliusculi, pleni tamen carne multa, intus subdura, ad nucleum candicante, ad corticem tubescente, sapore vinoso, & qui concussi nihil aut parum sonat: Deteriores sunt flaccidi, duri, excarnes.

Est autem non parva, Galeno *lib.* 2. *de alim. facult.* judice, in palmulis differentia; aliæ namque, ait, siccæ sunt, & astringentes, ut Ægyptiæ; aliæ molles, humidæ, dulces, ut quæ *Caryotæ* nuncupantur. Hæ autem præstantissimæ nascuntur in Syria, Palestina, & Hierechunte, & multis orientis populis, quibus cibos potusque suppeditant.

Palma truncus crassus, teres & altissimus, exterius densis, gradatisque pollicibus scaber & salebrosus, quorum inæqualitate regionum orientalium rustici facile sine alio adiuto, ad cacumen arboris scandunt: folia arundinacea, longa, latiuscula, acuminata, simul ab uno exortu secundum rami longitudinem multa. Fructus in summitate gerit multos, quasi racematim, sed pediculis longioribus cohærentes; quorum genera quam plurima traduntur, sed maxime commendantur. Mustei ac succo multo pingui vinoso prægnantes, cuiusmodi sunt, qui in Iudæa nascũtur, necnon in Hierechunte, Syriæ Palestinæ oppido. Iudicio Galeni omnium dulcissimi, colore tusi, aut lutei, neque amplitudine, neque exilitate insignes: Mali virides, exucci, & insuaves.

De Palmæ & ejus fructus qualitate sic censet Galenus *lib.* 8. *simpl. Phœnix*, inquit, *arbor palma dicta, astrictoriæ facultatis omnibus suis partibus est particeps: nam ramorum succus austerus, ex aquea substantia, tepida, terrea, & frigida constans.*

At fructus, præsertim dulcis, non paucam obtinet caliditatem, stomacho & thoraci prosunt, nutrimentum laudabile suggerunt, & sunt gentibus multis pro cibo.

CAP. CCXXX.

De olivis.

OLIVAS & pinguem earum succum, quem oleum nominant, ad rem escariam pertinere nemo nescit: magnatum n. mensas olivæ ad appetitum excitandum opulentant; oleum vero non tantum ad acetaria conficienda, pisces frigendos, aliaque edulia multa paranda, sed etiam ad unguentorum & emplastrorum confectiones usurpatur.

Sunt autem olivæ fructus arboris, magnitudinis moderatæ, quam Oliverum Galli, Oleam Latini nominant, quæ caudice internum prægrandi assurgit, maxime sativa; nam sylvestris semper humilior est, ramis multis in latum diffusis, foliis oblongis, parum latis, duris, ex pallido viridantibus, salicis æmulis: floribus albis, racemosis, quos baccæ, seu fructus consequuntur, olivæ nempe oblongæ, multa carne & pingui succo turgidæ, nucleo intus duro, initio virentes, postea nigricantes. Ab arbore fructus, à fructu succi denomiuatio efficit, ut oliva ex olea, & ex olivis oleum dicatur.

Gaudet arbos ipsa in locis siccis & argillosis, atque regionibus calidis, ut Hispania, Italia, & Gallo provincia; fervidum enim squalidumque tractum & statum cœli libenter amplectitur; In septemtrionalibus agris vix vitescit, aut sterilescit, aut cito tabescit.

Olivas nigrèscere incipiẽtes, & maturas Græci δρύπεπες, Galli *druppas* appellant: Sale ac muria conditæ ἅλμαθες & κολυμβάδες illis dicuntur. Ex maturis oleum simpliciter dictum, quod & sapore & odore multum suave est, ex immaturis, *omphacinum* elicitur. Hæc autem uberius tractanda rei rusticæ scriptoribus committuntur.

Olivæ immaturæ vim habent astrictoriam; maturæ qualitatem temperatam: Conditæ delectabili suavitate palatum recreant, & appetitum excitant, humentem nimis ventriculum resiccãt & roborant, sed parum nutriunt, nec sanguinem laudabilem gignunt. De oleo & ejus qualitatibus alibi fusius egimus.

CAP. CCXXXI.

De uvis acerbis & passulis.

VITIS nomen multis stirpibus inditum, viniferis tantum proprie congruit, viburnum enim, sigillum beatæ Mariæ, & aliæ similes plantæ, quæ in altum surrectæ, alias, ut stent, amplexantur, falso id nominis sibi vendicant. Proprie siquidem *vitis* dicitur, quæ vinifera est, eaque domestica, cuius multæ sunt varietates, tum à sapore, magnitudine, colore, tum à soli & cœli conditione sumptæ.

Generali acceptione, vitis quidem omnis vel alba, vel nigra dicitur; cum tamen aliæ quædam inveniantur variegatæ, seu coloris mixti, quæ nec albæ, nec nigræ, sed potius subrubræ, aut flavescentes comperiãtur. Racemos, aut vinum ex his expressum intelligo, quod nec absolute album, aut rubrum, aut nigrum est, sed colore mixtum; cujusmodi sunt vina multa, quæ licet alba vocitentur, magis tamen flava sunt, aut rufa, aut gylua, aut obscura, pro uvarum expressarum varietate, aut vario colore.

Porro

Omphacium.

Porro ut omnes racemi maturi dulces sunt. sic immaturi agrestes, acerbi & insuaves, unde ex uva qualibet immatura, expressaque *omphacium* haberi potest, sed ex ea potissimum petitur, qua etiam matura, vinum expressum acidum est, & minus suave, cuius videlicet palmites crassiores longioresvé sunt, & ad topiariorum pergulas & fornices deduci solent, vuasq; acerbas & racemos crassiores proferunt, ex quibus tusis succus exprimitur, tum ad *omphacium*, tum ad *syrupum de agresta* conficiendum, qui propterea Syrupus de Agresta nominatur.

Passulæ quid & unde dicãtur.

Passulæ autem sunt fructus maturi vitis viniferæ, sic dictæ, quod aridæ & rugosæ sint, & vim caloris exsiccandis expertæ, unde & passæ sæpius nominantur. A dulcedine quoque, quam calore adipiscuntur, id nominis sortiri queunt, ut *vinum passum*, seu γλυκύ, id est, *dulce*. *Sunt* enim *uvæ passæ omnes ardore solis siccatæ, dulces.* Nostrates, quæ in clibano siccantur, dulcoacidæ sunt.

Species passularum.

Sunt vero passarum, quæ tum ad popinam, tum ad pharmaciam trahuntur, tres differentiæ; majores seu Damascenæ; minores, seu Corinthiacæ, & mediæ seu nostrates.

Vires.

Omnes vero calidæ sunt primo gradu, seu temperatæ, admodum tamen astrictoriæ, si cum acinis edantur: Sic enim dysentericis prosunt. Uvæ autem acerbæ seu agrestæ refrigerant, & adstringunt.

CAP. CCXXXII.

De Ribes, & uva crispa.

RIBES seu *Ribesium* fruticosa stirps est, nullis plane spinis horrida, multos ramos parũ surrectos, sed tortuosos & inflexos emittens, ac frondes vitis æmulas, sed minores, & fructus uvæ modo congestos, parvulos, rotundos, rubentes, sapore acidos.

Grossula, sive *grossella rubra* vulgus nominat, Mauritani *Riben*, à quibus officinæ suum Ribes fecerunt.

Species.

Huius fruticis duæ tantum à rei botanicæ scriptoribus traduntur differentiæ; alter fructu rubro, propter virium præstantiam commendatus; alter nigro, qui vix in usum medicum recipitur, sed topiarium; induit enim eleganter hortorum areas. Tertius reperitur, fructum qui profert *album* & gratum, quem in horto Ioan. Gonerii sæpe vidi. Recentiorum nonnulli *Ribesium* nominant *Crespinum*, & uvæ Crispe, alteram esse speciem contendunt. Sicque illius fructus grossula rubra, huius alba nuncupant: Effigie tamen, colore, sapore, magnitudine non parum inter se distinguuntur.

Sunt in Germania frequentes.

Vua crispa.

Nam uva crispa spinosus est frutex, multis ramulis, tenuibus, albicantibus & aculeatis luxurians; foliis latis, crenatis ambitu incisis; & flosculis ex herbaceo albidis, fructibus non racematim congestis, sed baccarum modo pediculis oblongis cohærentibus, initio viridibus, dein albicantibus, & cum exacte maturuerint, flavescentibus succini ritu. Vicem uvæ acerbæ gerunt ante maturitatem in jusculis & condimentis.

Virtus.

Ribes refrigerat, siccat, moderate stringit, & roborat: febrium æstus extinguit, bilé reprimit, fervidum sanguinem contemperat, sitim temperat, putredinem arcet, febribus malignis confert, ventriculi subversioni & dysentericis affectibus à causa calida natis. Ejus succo syrupus paratus ad hæc omnia efficacissimus & usitatissim⁹.

CAP. CCXXXIII.

De Berberis.

BERBERIS horridus est spinis frutex, sepimẽtis idoneus, surrectus, virgis præduris, quinq; aut sex cubitorum, quæ aliquando arboresc unt. Earumque cortex lævis est, ac subalbicans, ut radicum flavescens, ligni materies lutea: folia numerosa sunt, rigida, acuta, oblonga, dura, dilute virentia, ambitu crenata, & nonnihil aspera: flosculi expediculis oblongis cohærent lutei, muscosi & emicantes: fructus parui, oblongi, rubri, racematim cohærentes. Vocatur hæc planta, ut etiam fructus, spina acida, sive oxyacantha. In officinis *Berberis*, nomine deducto ab Amyrberis Avicennæ, ut sentit Dodoneus, qui hunc fructũ *oxyacantham* vocat, non *oxyacanthum*, qui spinæ acutæ, seu Burgespinæ, aut albæ spinæ fructus est, rubeus, dulcis & rotundus. Vulgus *senellam* vocat, ut *Berberum*, Spini-vinetam. *Senella*

Virtus.

Berberis refrigerat, & siccat moderate, validius astringit, fluores sanguinis, & aliorum humorum cohibet, calorem viscerum mitigat, vomitum sedat, & viscera recreat.

CAP. CCXXXIV.

De Avellanis.

NUcum is nihil notius ipsis, quas Græci λεπτοκάρυα, quasi *nuces exiguas* nominant, Pharmacopœi *Avellanas*, olim *Abellinas*, forsan ab Abellino Campaniæ oppido, ubi earum proventus est uberrimus. Nonnulli *Ponticas* nuncupant, quoniam è Ponto in regiones alias venerint: alii *Prænestinas* dicunt, quod Prænestini his abundent, & aliorum ciborum defectu famem diu tolerarint. *Abellinæ* *Nuces Pontic.* *Nuces Prænestinæ*

Sunt autem vel urbanæ ac cultæ, vel sylvestres: *Species.* Ex domesticis, quibus hortorum pergulę ornantur, aliæ sunt oblongæ, & abditæ latent in calicibus longis, callosis, herbaceis, in extremo fimbriatis; aliæ rotunditate insignes, & calicem exteriorem breviorem, & magis patulum habentes. Inter longiores, quæ membrana rubente obuelantur, sunt præstantiores. Sylvestres paruę admodum sunt, minus gratæ, & in sepibus, dumetis & sylvis passim nascuntur.

Omnes vero colliguntur ex arbore pumila, quam *Corylum* nominant, cuius rami præsertim juniores recti sunt, fere enodes & obsequiosi: folia lata, acuminata, ambitu serræ modo incisa: cortex tenuis: radix crassissima. Vt fructus sic frutex notissimus.

Virtus.

Avellanæ ad eclegmatis de pineis confectionem accedunt: *Sacharo* interdum incrustantur, ut bellariorum vires impleant, & suavius edantur, difficile tamen concoquuntur, propter terrestrem & solidam, qua constant, substantiam Bechicam quandam vim obtinent, ob dulcissimum earum saporem, & recte medicamentis thoraci dicatis admiscentur.

CAP. CCXXXV.

De Pistaciis.

PISTACIA nuculæ sunt ex arbore terebintho simili, quarum exterius ac primum tegumentum

tum tenue admodum est ac virescens; secundum nucamenti ritu lignosum, fragile tamen & albicans: Nucleus inclusus, utcunque viret: Sapor amarodulcis, ac jucundus. Illa in Italiam ex Syria Vitellium primum intulisse, & in Hispaniam Flaccum Pompeium equitem Romanum, Plinius author est, *cap. 5 lib. 13.*

Arbor, ex qua promanant, hucusque exotica fuit, sed recentiorum sedulitate nunc cicurata, in plagis septemtrionalibus multis fruticat, sed fructus perfectionem & maturitatem raro aut nunquam assequuntur. In officinis *fistici* solent appellari. Posidonius *Bistacia* nonnulli *phistacia* nominant. *Fistici.*

Calidi & humidi sunt, seu temperati, & optimi succi. Phthisicis ac rabidis valde conveniunt: materiam in pulmonibus contentam coquunt & expurgant, viscera infarctu liberant, semen & Veneris stimulos augent, nephriticis auxiliantur. *Virt.*

CAP. CCXXXVI.

De Amygdalis.

AMYGDALUS non adeo videtur similis Persicæ, ut scribitur, nam frondosior est, procerior, vita diuturnior, & cortice constat crassiore, duriore atque foliis angustioribus, longioribusque, ambitu crenatis. Raro in Aquilonio tractu floret, tarius fructum parturit; flores tamen algoris patientissimi sunt; nam ante finem hyemis explicati, innoxie brumam & gelu tolerant, & amygdalas autumno copiosas largiuntur, quas nonnulli *Græcas nuces* & *Thasias* cognominarunt. *Nuces græcæ. Nuces Thasiæ.*

Ex his quædam amaræ sunt, quæ calidiores & minus esculentæ; aliæ dulces & culinæ, & officinæ delectabiles. Ambæ in arbore simili nascuntur. Ex omnibus oleum exprimitur; ex amaris amarum, quod aurium affectibus conferre putatur; ex dulcibus dulce, quod temperatum est & naturæ amicissimum. Datur siquidem fœliciter omni ætati & sexui: atque ipsis infantulis tussientibus familiare & securissimum est medicamentum: humores in thoracem delapsos optime coquit, & ad expectorationem ducit. *Species.*

De amygdalis amaris duo memoranda traduntur, earum nempe esu vulpes interfici, & ebrietatem arceri: cujus rei narrat historiam Plutarchus: *Fuit*, inquit, *apud Drusum Tyberii Cæsaris filium, Medicus quidam amaras amygdalas commessari solitus, qui sic omnes potando superabat, nec temulentia tentabatur.* *Historia.*

Dulces vero, quia suaves, bellariorum vices multis modis implent; nam decorticatæ mensis apponuntur, aut adhuc tenellæ, aut adultiores & reliccatæ, aut sachato incrustatæ & conditæ, & integræ, vel ex his tritis, *sacharo & aqua rosarum* panes dulciarii fiunt, quos vulgus Macharones nominat. Amygdalarum quoque paratur forma potus lactei, puerperis familiarissimum.

Amygdalæ amaræ calidæ sunt & detersoriæ: dulces calidæ, vel potius temperatæ, ori gratæ, & alimoniam corpori conferentes.

CAP. CCXXXVII.

De Nucibus.

NUx juglans, quasi *Jovis glans*, aut *juvans* dicitur: illius enim truncū fabri lignarii quæritant, corticem infectores, fructum pueri, ad lusum & esum, Pharmacopœi ad medicū usum; quem etiam novit Mithridates, qui ex nucibus antidotum, paucis additis, conficiebat suum; ut etiam Galenus, qui ex earundem succo suum parabat *Diacaryon*, seu *Dianu- -m*, addito *mellis* tāto, quanto ad suavitatem opus esse videbatur: quo medicamento ipse sanavit hortulanum ab uva, tonsillis ac glandibus fere suffocatum, ut testatum reliquit *lib. 6. compos. medic. local. cap. 2.*

Est vero nux arbor prægrandis, foliis nervosis, fraxini modo cohærentibus, & facie similib⁹, sed majoribus. In agris, secus vias pingui ac restibili solo lætè proficit, atque etiam in hortis, sed quia sua vicinia & halitu segetes & stirpes proximas male afficit & quasi inficit, secus agrorum semitas plantatur, juxta illud poetæ: *Nux plantis inimica.*

Me sata ne ladam, nam sata ladere dicor.
Ionus in extremo margine fundus habet.

Circa solstitium æstivum nuces virides & adhuc tenellæ à cortice externo purgantur, & tam diu in aqua subinde mutata infunduntur, ut amaritudinem deponant. Dein coquuntur, ut molleſcant, postea *cinnamomo* aut *caryophillis* configuntur, & *sacharo* coquuntur, & servantur ad ventriculum imbecillum roborandum, & coctionem juvandam.

Siccæ nuces calefaciunt & siccant, ex hisque tusis & expressis oleum elicitur, quod vim habet calefaciendi, digerendi, resolvendi, nervos roborandi, & flatus dissolvendi: Ob id utiliter clysmis ad colicum dolorem, à flatu & frigidis humoribus natum præscriptis, admiscetur. *Virt.*

CAP. CCXXXVIII.

De nucibus Pineis.

PINus, Picea, Abices, Cedrus & Larix arbores sunt præcelsæ, coniferæ, resinifluæ, & inter se vultu non multum dissimiles: Earum tamen aliæ exoticæ sunt, nec facile in nostro solo & cœlo cicurantur, ut *Cedrus* Palestina ac Libania: Aliæ nostrates quidem sunt, sed sylvestres perpetuo, nec nisi ad spectaculum in hortis habentur, nec cultu delectantur, ut abies, Picea, agrestes pini. Vera autem pinus magis urbana est, ac mansueta, quæ ubi crasso caudice ascenderit, circumquaq; ramos edit multos, foliis tenuibus & longis, in extremo aculeatis vestitos & comosos.

Fructus *coni* dicuntur, vulgi *pomapini*, ex multis velut squamis, cynaræ ritu, crassis, duris, lignosis, capitatis compacti; in quorum sinibus, ac veluti toris includuntur nuclei, oblongi, rotundi, tenui membrana nigricante involuti, dulces, qui modo *pini nuces*, modo *Strobili*, modo *Coccali* & sæpius *pinei* nominantur. *Galenus.*

Nucleus hic temperatus, ad calorem tamen magis accedens, unde rebus venereis inservire creditur: semen enim & lac auger, multum alit, exasperata lenit, tussi veteri prodest, nec non phthisicis ac tabescentibus. *Virtu.*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 206 sur 955

Pini ſylveſtris.

Præter Pinum veram, aliæ ſunt multæ ſylveſtres, ut *Picea*, tres maritimæ & aliæ quædam, quæ inter rupes & loca prærupta ac montoſa ſponte naſcuntur. Omnes autem, quemadmodum & abies & larix, quæ illis affines ſunt, lacrymoſæ cernuntur, & ſponte, vel illato vulnere ſuccos effundunt, aut liquidiores, aut ſpiſſiores, albiores, vel nigriores: de quibus ſectione ſequente diſſeremus.

De cocto pini aliquot deſperati, varis correpti, reſtituti, interne & externe uſurpato, inquit Clariſs. Michaëlis. In Moſcovia aliquot millia hominum hocce remedio feliciſſimè cum admiratione reſtituti. Scripſit de Pino Empiricus Crugnerus tractatulum ſed optima omiſit, digito quaſi monſtrat efficaciam in ſcorbato. Pinus enim & Abies ſingularia ſunt medicamenta anti ſcorbatica, adeo ut decocta ſtatim dentibus vacillantibus ſubveniant.

Cap. CCXXXIX.

De nucibus cupreſſi.

Cupressus ſempiterna fronde viret, caudice procero, tereti, craſſo, ſurrecto; ſummitate faſtigiata, atque in orbem coacta; folio pini, ſed carnoſiore, breviore, obtuſiore, amaro; ramis compluribus, foliоſis, in anguſtum cohibitis, odore gravibus, tactu alperis, neutiquam pungentibus.

Pro fructu conos, ſeu nuces effigiem coni referentes exhibet, quibus fatiſcentibus, & vetuſtate, vel calore dehiſcentibus, ſemen parvum intus concluſum, vel ſponte, vel levi attactu delabitur. Materia ligni ſolida flaveſcens, ſantali æmula, odorata, ad ſupellectilium ligneorum fabricam maxime idonea.

Species, Mas.

Huius autem arboris duæ traduntur differentiæ; una mas dicitur; altera fœmina; utraque comæ perpetuæ ac ſemper virentis. Illa fœcunda eſt terq; in anno galbulos, ſeu nuces promit, Ianuario, Majo, Septembri, vultuque veluti moroſa eſt, fructibus torva, odore gravis, nec umbra delectabilis. Altera, quæ fœmina dicitur, ſterilis eſt, nec galbulos, nec ſemen proferens, & ramos in latum magis diffundit: cætera mari vix diſſimilia; nam idem utriusque color, odor, ſapor, virtus, & vultus. Solet cupreſſus hyemem ſalva perferre; Lutetiæ tamen evaſit nulla per rigiditatem hyemis anni 1608.

Fœmina.

In Creta inſula, referente Theophraſto *cap. 2. lib. 2. & lib. 3.* læte & ſponte etiam ſine ſemine provenit, ut etiam in Idæis montibus, Leuciſque vocatis, in quorum ſummis jugis, quib⁹ nix nunquam deeſt, cupreſſum comperiri affirmant, quamvis alibi non naſcatur, niſi teporem invenerit *Theophraſt. cap. 1. lib. 4.* E cupreſſo reſina quædã lanignæ conſiſtentia ſimilis exudat, acerrima ſapore, cuius rariſſimus eſt uſus.

Virtus.

Tota cupreſſus vim habet calefacientem, exſiccantem & aſtringentem, ſed eius maxime folia, germina, nuces, & ſemina uſurpantur. Conferunt laxis partibus roborandis, dyſentericis & cœliacis affectibus cohibendis, & humoribus ſiſtendis.

Huc ſpectant nuces Cocia Braſil. de quarũ transplantatione ita Barlæus Surgebant Cociæ ſpectabili ſerie hoc, procenores alia, aliæ humiliores, quarum quædam caudicem attolebant 50. quędam 40. quædam 30. pedum altitudine, priusquam ramorum attingeret divergia. Has cum transferri non poſſe omnium eſſet opinio, ſcitè effoſſas, petoritis, trium quatuorve miliariã ſpacio, tectari & pontonibus transfluvios deportari in Inſulam juſſit. Translatas non labore ſolum ſed & ingenio, excepit amica tellus, eaq; fœcunditate, præter omniũ ſpem, implevit annoſas arbores, ut primo ab inſitione anno mira naſcendi aviditate, fructus dederint copioſiſſimos jam ſeptuagenariæ & octogenariæ erant, veterique proverbio fidem imminuere, Arbores annoſas non eſſe transferendas. *Res geſt. ſub C. Maur. in Braſil. p. 144. factum hoc 1639. ut toſto I. Maur. Comit. Naſſov. Domini mei Clementiſs.*

Cap. CCXL.

De fructibus ſeu baccis Lauri.

Laurus δάφνη Græcis dicta, Apollini conſecrata, cuius ſcilicet ramo vulſo in divinationis ſignũ ſeſe coronavit, frut ex eſt perpetua fronde, ſemperq; virente, in juſtã arboris proceritatem caput erigens, ramis multis, craſſis, cortice vireſcente indutis foliis oblongis, latis, mucronatis, duris, viridibus, ſuavem odorem ſpirantibus; floribus albidis ſecundum ramulorum ductum erumpentibus; quibus marceſcentibus ſuccedunt fructus, ſeu bacce, ovali figura, ſeu oblongæ, nigricantes, ſolidiore nucleo gravidatæ, aroma olentes, cum quadam acrimonia amaricantes.

Uberrime germinat & proficit in tota Gallia, in Normania enim juxta mare quasdam vidi, qnæ mediocris quercus magnitudinẽ æquarent. Lætius tamen & uberius naſcitur in Italia, & locis calidioribus; hyemem enim rigidiorem, qualem Septemtrionales perpeti ſolent, non innoxie tolerat, nam rami & folia gelu percuſſa ſæpius commoriuntur: his tamen abſciſſis poſtea ex radice vivaciſſima novi ſureuli, ſeu ſtolones denuo erumpunt. Hanc autem arborem non ſolum ſolam à fulmine tutam eſſe, ſed etiam ædes, in quibus rami illius adſunt, nunquam à cœli fulminibus tangi, multi ſcripſere: Idcirco Tyberius Cæſar cœlo coruſcante & tonitru fragore perterritus lauro coronabatur.

Virtus.

Baccæ lauri inſigniter calefaciunt, ſiccant, attenuant, flatus diſcutiunt. [*Dioſcorid. cap. 108. lib. 1.*] Ad medicamenta autem adhibentur, quæ nervorum laſſitudines reficiunt, *Acopa* vocant, & ad unguenta, quæ calefaciunt & reſolvunt. Oleum ex his expreſſum, aut decoctione elicitũ, ſcabiem, pſoram, & multas cutis fœditates delet, ac ſanat, ſuggilata & ecchymoſes aufert, & humores effuſos diſcutit.

Cap. CCXLI.

De granis Iuniperi.

Juniperi lignoſus eſt frutex, ſpinoſus, ramoſus, mediocris arboris magnitudinem ſæpius æquans.

æquans, cortice membranoso, sæpius disrumpẽte indutus, odorus, baccas ferens primo virides, & per maturitatem nigras, pisorum magnitudine. Materia ligni flavescit, santali citrini modo: foliola angusta, acuminataq; spinas potius, quam frondes referẽtia. Nascitur sponte in locis aridis & incultis, ibique lætus fruticat, præsertim montosis & squalidis: *nam in planis nasci recusat*. Sola inter arbores fructꝰ suos in biennium prorogat qui etiam antiquati, & in arbore relicti citius marcescunt, quam sponte decidant. Cedro valde similis est Iuniperus, & à quibusdam male *oxycedrus* nominatur: licet enim Iunipero & oxycedro, præsertim phœnicæ caudex sit tortuosus, foliola acuta, viridia semper, baccæ parvæ & rotũdæ, multum tamen inter utrumq; est discriminis; nam Oxycedrus utraq; exotica planta est, cuius baccæ fulvæ sunt, odoratæ & suaves, & ligni materia rubescens. Sponte nascitur in Asia, ut Iuniperus in Gallia.

Hic in germania fit.

Oxycedrus.

Belonius agnovit juniperum quandam majorem, quæ in mediocris arboris altitudinem sæpe assurgit; baccasq; gerit avellanarum magnitudinem, ut plurimum superantes, & Gallas sæpius æquantes: nostras tamẽ cum minime sit inefficacior, & forsan præstantior, in medicis usibus tantum celebratur.

Ex Iunipero manat gummi quoddam resinosum *Sandarax* Serapioni, Latinis *vernix* dictum, cuius loco nonnulli vocũ affinitate decepti, Sandaracham Græcorum quæ auripigmenti species est, periculose substituunt; ea enim Sandaracha exitiale venenum est: nam cum *Arsenicum* triplice discrimine notetur, croceum seu *auripigmentum*, *Risagalum* quibusdam dictum rubrum, seu *Sandaracha*, & album, seu vulgare; atq; unum quodq; deleterium, *Sandaracha auripigmentum rubeum* est, & exitiosum, nec tuto pro *vernice*, seu *gummi Iunipero* usurpatur, ne postea minus cautos decipiat vocum affinitas, apud quos interdum *Sandarax*, & *Sandaracha* apud Plinium *cap.7. lib.11.* pro re multum dissimili, pro cibo videlicet apum, quo, dum favos conficiunt, operantur. Ab eodem vocatur adhuc *Erithace*, & *Cerinthus*.

Sandarax. Vernix.

Risagalum.

Sandaracha.

Baccæ Iuniperi calefaciũt, stomacho prosunt, urinam movent, crassos & viscidos humores expurgant; contra inflationes, tormina, serpentum ictus, tussim & pectoris vitia utiliter dantur, & antidotis convenientissime admiscentur.

Vires.

CAP. CCXLII.

De Gallis.

GALLÆ velut pilulæ quædam salebrosæ, ac spurii fructus, qui præter legitimos in glandiferis arboribus, noctu fere erumpunt, Sole de Geminis exeunte; quo fervidiore existẽte, tabescunt, nec justam magnitudinem adipiscuntur. In Bohemia & Hispania nascuntur uberes, in quercubus multis, quarum truncis & ramis etiam tenuibus, absque pediculis, ut plurimum adnatæ cohærescunt.

Gallarum genera multa traduntur, inter quas duæ potissimum, & ad medicamenta quædam paranda, & ad coria densanda accommodantur, una *Omphacitis* dicta, quę parva est, rugosa, nodosa, solida, nullo foramine pervia; altera plana, levis, flavescens, interna parte laxior & major, & perforata, ex cuius videlicet foramine quoddam exiit insectum, seu musca, vermiculus, ut contingere solet, aut aliud simile animalculum.

Species.

Omphacitis.

Ex quercubus Hemeris & Robur præstantiores semper gallas eructant. *Hemeris* autem ea esse quercus creditur, quam nonnulli *Mydion* nominant, cui caudex in orbem comatur, contorquetur, & multis ramorum alis consurgens glandes, præter gallas, gerit non insuaves.

Hemeris. Mydion.

Robur Latinis *Quercus*, Theophrasto δρῦς dicta, gallarum feracissima est, quarum ubertatem æstate præter glandes suppeditat, nec non alias pilulas exiguas foliis mediis sine pediculo adhærescentes, ut in nostratibus quercubus videmus. In summa, quercus non tantum glandes & ramos germanos promit, sed adulterina multa, viscum, gallas, poma, fungos, & multos alios pseudofructus.

Robur, Δρῦς.

Quercus adulterini fructus.

Gallæ refrigerant ad recessum usque secundũ, reseccant ad tertium, & potenter astringunt: partes laxiores contrahunt, imbecillas roborant, fluxiones cohibent, atque efficaciter ad astringenda aut siccanda, quæ opus sunt, usurpantur, inquit Dioscor. *cap.*147. *lib.*1.

Vires.

CAP. CCXLIII.

De Gummis.

Nihil tam vulgare, tamq; controversum & anceps, atq; gummorum, resinarum & lacrymarum, quæ ex plantis colliguntur, vera dignotio, & inter se distinctio: vix n. aliquis datur classicus author qui singula in artem redegerit, & de omnibus apposite disseruerit. Unus Sylvius ordinem meditatus meliorem, gummi multa tanquam in fasciculum congerens simul de Electro & ambaro odorato, (ambram griseam Officinæ nuncupant) egit, & Galbanum, Hammoniacum, Sagapenum & Scammonium inter liquores numeravit. VVekerus promiscue de gummis, resinis, succis concretis & liquoribus disseruit. Res herbariæ authores modo de his, modo de illis pro varia resiniferæ, aut gummiferæ stirpis describendæ natura, velut per transennam tantum verba fecere: Nos vero in Pharmacopœorum gratiã hanc singula noscendi methodum instituimus, & qui gummi à resinis, & hæ ab illis & liquoribus vulgo dictis, dissideant, ostendimus.

De Succis, seu plantarum humoribus.

UT cornua cervis, & comæ atque pili multis animalibꝰ quotannis decidunt, sic folia, Juli, flores & fructus plantis, quibus non modo sua caro est, nervus, os, vena, & suus velut sanguis, & humor in plantæ singulas partes alendas destinatus, sed & sua sunt velut menstrua, perinde ac mulieribus, quæ certis temporum circuitibꝰ superveniunt, ut lacrymæ vitibus, gummi cerasо, amygdalo, & aliis arboribus permultis, resinæ Lentisco, piceæ Larici, aliis alius liquor illis quãtitate molestus. *Vt enim sanguis animalibꝰ turget & urget, sic plantis humor seu succus*, cui seu sponte, seu arte detur exitus, ad ipsarum semper levamen profluit & incolumitatem.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 208 sur 955

Sanguis plãtarum varius.

Sanguis autem ſtirpium ſuccus proprius eſt, qui in ficubus eſt, ut lac, ait Ariſt. *lib. 1. de plant.* In vite velut humor; in quibusdam ſimilis eſt picis liquidæ, in aliis velut oleum; in nonnullis ut gummi. Et quædam, inquit idem philoſophus, ſuccum habent ut reſinam, myrrham, & thus, & thymiama. Præterea nonnullæ venas habent, & ventrem, & partes, ut in animali ſimiles, licet animalia non ſint contra Anaxagoram.

Anonymos plantarum humor.

Humor autem ille plantarum, quo deficiente, deficere incipiunt ipſæ, & exſiccato tabeſcunt, communi nomine caret, ſed vocabulo magis uſitato, ait Theophraſtus *cap. 3. lib. 1. de hiſt. plant.* *ſuccus* appellatur, quem alii *lacrymam*, alii *liquorem*, alii *humorem* dicunt, qui in ſingulis variam coctionem ſubiens, variam ſpiſſitudinem & colorem acquirit.

Hinc inter ſtirpium humores, ſi conſiſtentiã ſpectemus, alii tenues & aquoſi, alii craſſi & lenti, alii calloſiores: alii denſari facile poſſunt, alii nequeunt. Theophraſtus *cap. 17. lib. 6. de cauſ. plant.* Si vero ſaporem & qualitatem, alii vinoſi ſunt, ceu vitis pomi, moti, myrthi: alii pingues, ut Oleæ, lauri, nucis amygdali; alii lenti & reſinoſi, velut abietis, pini laricis: alii dulces, ut ficus, palmæ, jujubarum: alii acres, ut origani, piperis, ſinapi: alii amari, ut abſynthii, fellis terræ, colocyntidis.

CAP. CCXLIV.

Quid Gummi, & qui differat à Reſinis, & aliis liquoribus concretis.

QUAMVIS ſucci plantarum, cum plurimi ſint, facile comprehẽdi non poſſint, ex Oribaſio *cap. 5. lib. 14. coll.* ſingulos tamen ad ſua genera qui reduxerit, de his certam doctrinam conſtituere valebit.

Succus quid.

Χύλος autem ſeu ſuccus proprie *is humor eſt, quo plantæ nutriuntur, quiq; non ſponte, ſed præcedente tritura & expreſſione, aut alia præparatione elicitur*, eſtque ſemper tenuior, niſi calore exſiccatus induretur, ut in Rob & ſuccis inſpiſſatis contingit.

Liquor.

Liquor vero craſſior eſt, & interdum ſponte, ſed vulnere ſæpius illato delabitur, & lacrymatim profluit, unde *lacryma* fere ſemper nominatur. Is ſi oleaginoſus fuerit, & liquidus, ſpecialiore nomenclatura ῥητίνη dicitur. Si terreſtrior, admodum aqueus & concretus in truncis arborum, *gummi*: quæ mediam inter gummi & reſinas poſſident naturam, ſuntq; partim terreſtria, & aquea, partim oleagina & pinguia, *Gummireſinæ* nobis dicuntur.

Lacryma.

Reſina.

Gummi.

Commi reſina.

Gummi quid.

Eſt autem *Gummi*, ut exotico nomine κόμμι, ut Græco utar, *lacryma coagulata, concretaque in truncis arborum ipſam producentium*, Gal. *cap. 40. lib. de ſimplic.* cuius aquea magis eſt ſubſtantia, ut reſinæ oleaginoſa: proinde gũmi aqueis promptius miſcentur, oleaginoſis ægerrime: Reſina contra, quæ & flammam facile concipit; gummi vero in igni crepitat; licet enim calidum ſtillando procedat, ubi tamen aerem contigerit, coagulatur, & aquæ ſimile eſt, inquit Ariſtot. *lib. 2. de plantis circa finem.* unde ad prunas ardentes injectum fragorem edit.

Cum autem multa ſint eius genera, ex diverſis arboribus prodeuntia, quædam enim coagulantur, quomodo lapides & conchæ, ait Ariſtot. *ibid.* alia ſunt molliuſcula: quædam pellucida, aureo colore flaveſcentia, alia obſcuriora, pallidiora: nonnulla ex arboribus peregrinis, alia ex noſtratibus profluentia, de eo primum agam, quod è ſpina Acacia provenit, & ſimpliciter *Gummi* dicitur.

CAP. CCXLV.

De Gummi Arabico.

Nomina.

GUMMI nomen ab Arabibus depromptum eſt, & abſolute dum ponitur, id ipſum eſt intelligendum, quod Officinæ privilegio quodam *Arabicum*, Galenus *Thebaicum*, nonnulli *Babylonicum*, alii *Acanthinum* nominant. Ex arbuſcula quadam manat, quam Dioſcorides *Acaciam* nominat, cuius duas ſpecies conſtituit; Prior recta aſſurgens virgulta profert lignoſa, ſpinis exertis, & durisi hinc inde ſtipata: folia longa, quaſi ex multis foliolis cohærentib. compoſita; flores albidos; ſiliquas breves, planas, lupinorum ritu; ſemen glabrum, & ſplendens. Male depictam eius iconem tradit Matthiolus.

Acacia gummifera.

Acacia ſpecies.

1.

Altera Acacia in Cappadocia & Ponto provenit, ait Dioſcorid. priore minor, tenerior, humilior, folia habens rutæ, & virgulta quibusdam aculeis ſpinoſa. Ex hac ſuccus quidã educitur, qui arbuſculæ nomen retinens, *Acacia* dicitur; ſed ob eius raritatem ſubſtitui ſolet *ſuccus ſylveſtris pruni*, Dodoneus Germanicam nominat. Ex illa Gummi profluit Arabicum, quod laudatur vitri modo pellucidum, ſyncerum, in vermiculorum ſpeciem contractum, dein candidum: ſordidum ac reſinoſum inutile.

2.

Acacia ſpecies.

Acacia Germanica.

Vires.

Vis eius ad ſpiſſandum & refrigerandum efficax, ocularibus medicamẽtis & arteriacis cõmodiſſime miſcetur: cutis meatus obſtruit, & procidentes oculos reprimit. Ut optime pulveretur, debet in mortario & piſtillo calidis verberari.

CAP. CCXLVI.

De Gummi Tragacantho.

Tragacanthum quid.

TRAGACANTHUM eſt *gummi pellucidum, album, ſubdulce, leve, ac ſyncerum*, quod à radice cuiusdam plantæ ſpinoſæ vulnerata, nominis eiusdem manat. Ea radix ſummo ceſpite nititur, & humiles, rigidosque ſurculos emittit, in quib° minuta folia, multa & tenuia, quæ ſub ſe ſpinas occulunt, albas, rectas & firmas. Arbuſcula hæc *Tragacãtha* Græce, *Spina hirci* latine dicitur. Naſcitur in Creta, & multis Aſiæ locis, lacrymamq; non inciſura, ſed ſponte profluere contra Dioſcoridem, aſſeruit Theophraſtus *cap. 8. lib. 9. de hiſt. plant.* hanc enim cædere, inquit, opus nequaquam eſt. Licet autem omnino peregrina ſit, & à noſtratibus herbariis raro viſa, cicuratam tamẽ & ſatis lætevirentem in horto Joannis Gonerii, rei medicamentariæ peritiſſimi, vidimus. Illius vero coagulatus ſuccus, ſeu gummi gentilitio nomine *Tragacanthum*, & Officinis *Dragaganthum*, dictum, ipſis etiam tyronibus notiſſimum eſt, quod non facile, ut obiter dicam, lævigatur, niſi pilis & piſtillo calidis.

Spina hirci.

Vires.

Uſus eius commendatur ad oculorum medicamenta, ſcabrities arteriæ, raucedines, tuſſes, retuſas voces, cæterasque defluxiones cum melle, aut ſacharo in delinctu.

CAP.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 209 sur 955

CAP. CCXLVII.

De Ammoniaco.

Vide habitum. GUMMI Ammoniacum dicitur, quod stillet in arenis juxta Jovis Ammonis oraculum. Ex qua autem stirpe, non liquido constat; nam Plinius ex arbore, quam *Metopion*, Dioscorides & ex frutice, quem *Agasillum* nominat, & ex ferulacea planta manare dicit: vix autem ferulaceum genus fruticum generi consentit.

Ferulæ porro lacrymam esse, Galenus asseruit 6. *simpl.* ex qua vel syncerum gummi, densum, nullis sordibus conspurcatum, & minutis glebis coactum, vel impurum & in quinamentis quibusdam infectum colligitur. Illud *Thranisma*, hoc *Phyrama*, Dioscoridi *cap.* 98. *lib.* 3 dicitur. Thranisma. Phyrama.

Probatur, quod nullis arenis, terra, aut aliis rebus extraneis sordescit, in thuris masculi similitudinem effigiatur, odore castoreum utcumq; refert, & sapore amaricat. *Ammoniacum*, Officinis corrupte *Armoniacum* dictum facile aqua, aceto, vino albo, & aqueis dissolvitur.

Vires. Vim habet emolliendi adeo efficacem, ut junctura rum tophos dissolvat, & alia tubercula discutiat, lines induratos sanet, & potu datum obstructiones etiam contumaces tollat; menses & urinam movet, calculos trudit, & admotum chæradas dissolvit.

CAP. CCXLVIII.

De Lacca, & Cancamo.

QUID sit *Lacca*, quid *Cancamum*, an utrumque sit idem, vel alterum ab altero dissideat, & si dissideant, quid singula sint, ex authorum libris non plane constat. Serapio, Paulus & inter recentiores Mathiolus, *Laccam*, *Cancamũ* Dioscoridis esse firmiter credunt. Brasavolus, Garcias ab horto, & Clusius rem diversam tenẽt. Qui veritatis perdiscendæ cupidi varios orbis tractus lustratunt, *Cancamum* Dioscoridis non modo à *Lacca* varium, sed incognitum putant: nam cum ad suffimenta præsertim usurpetur, aliaque multo fragrantiora & suaviora thymiamata habeamus, negligitur. Adde, quod ex arbore peregrina, Arabica nempe profluere perhibeatur, nec à regionibus tam longinquis mercatores hanc ad nos devehere lacrymam dignantur. Utut sit *gummi quoddam est, sapore viroſum; odore probatum, & valde rarum*. Lacca autem utraque qualitate destituitur, frequens invenitur, nec *Chermes* Arabũ existit, neque ex sorbi aut mespili, aut myrti ramis colligitur, ut nonnulli putant, neque myrrhæ similis est, ut scripsit Avicennas, cui forsan ignota fuit. Sed si vera loquitur Garcias ab horto, quædam veluti favago est, & liquor in arboris vastæ ramis concretus, & formicarum alatarum suctu & ope coactus. Cancamum quid. Lacca quid.

Hæc autem arbor in Arabia non nascitur, sed in India, & maxime in provincia *Pegu*, ubi Lacca, *Tree* vocatur; ut etiam in *Bengala & Malavar*, ubi *loc, & lac*, unde Lacca dicitur. Hanc opinionem, & ratione, & enarratione multa tueri conatur Garcias, & ex Amato Lusitano efficere contendit, Cancamum id aroma esse, quod alio nomine *Anyme* vocat, cuius duo facit discrimina, unum album, quod Dioscoridis Cancamum est, suadente Brissoto Medico Parisiensi; alterum subnigrum, quod est *myrrha*, seu potius *Mynea*, aut *Aminea*. Tree.

Sic rei cuiusdam obscuritas cogit ad vocum affinitatem confugere, perquirendæ veritatis gratia. Ut tamen libere dicam, credo *Anyme*, seu *Amyneam*, ut quidam loquuntur, *myrrham & Cancamum* res plane diversas esse: Laccam autem Officinarum quadam usurpatione, Cancamum veterum incuria vocitari, qui vocularum aliquot è gente Barbara depromptarum ignari, quæ minus fideliter audiere, crediderunt. Sicque longo usu Laccam Cancamum nominantes, hanc veluti præscriptionem & loquendi libertatem ætati posteriori reliquerunt.

Sunt qui illorum sententiam tuentur, dicuntque, tres Laccæ varietates assignari: Prima est *Cancamum* Dioscoridis nulli fere visum: Secunda *Lacca vulgaris*: Tertia *factitia* est, qua infectores utuntur: cuius adhuc plures differentiæ notantur, quas brevitatis gratia omitto.

Vulgaris dura, pellucida & rufa est, myrrhæ admodum similis, surculos arboris exoticæ circulatim involvens, quam suctu à formicis Indis ex arbore elicitam, elaboratam, & ramis cohibitam esse, ut asseruit Garcias, vix credibile est, sed potius lacrymarum & reliquorum gummi modo, sponte exudasse & concreviſſe. Nam cum animalia ex Philosopho, laborent & pugnent pro victu & coitu, quæ in hyemem futuram totaæstate panem illis familiarem quæritant, aut panificium quoddam elaborandum suscipiunt, non ramis arborum, aut loco aeris & cœli injuriis obvio exponunt, sed in latibulis recondunt. Formicas autem Indicas Laccam frustra, nec pro cibo congerere & cogere, sed deserere, perpauci credunt. Quæ ad nos defertur, bacillos arboris circumvestit, estque dura, & pellucida, & facile aqueis dissolvitur; hæcque trocisco de *Carabe & Dialaccam* ingreditur, non factitia, ut perperam ignari quidam putant. Lacca vulgaris.

Non tantum ad Medicos, sed alios plures mechanicos usus celebratur, ut ad ceram, quæ literis obsignandis inserviit, inficiendam, & ad tincturas, quæ ligneis supellectilibus inficiendis dicantur, parandas, atque ad eos colores excipiendos, qui Laccæ commixti elegantius micant. Vires.

CAP. CCXLIX.

De sanguine Draconis.

SANGUINIS draconis pervestigatio jam diu multorum exercuit ingenium. Quidam enim Plinii [*cap.* 7. *lib.* 3.] erroneam opinionem secuti, draconis animalis ab Elephante collisi sanguinem esse crediderunt. Quem errorem non modo sequitur Solinus, sed *Cinnaberin*, sanguinem draconis officinarum tenet. Serapio scribit *capite* 341. esse succum plantæ cuiusdam, illi *Sidrichis*, & *Egilos* dictæ, quam herbarii nostrates quartam syderitis speciem existimant. Ignari quidam Pharmacopœi pro sanguine draconis, rem quandam è terra Synopica rubia tinctorum, & quibusdam aliis factitiam, in rotulas convolutam, ab impostoribus emunt.

Brasavolus inepta tria sanguinis draconis facit discrimina, primum ex pseudobolo factitium, secundum lachrymam cuiusdam arboris

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 210 sur 955

dicit, tertium gummi. Sed ut ſanguis draconis adulteratus verus non eſt, ſic improprie duplex eius conſtituitur ſpecies, una, quæ lacryma, altera, quæ gummi ſit eiusdem arboris: *omne* ſiquidem *gummi, quod lacrymatim ex arbore ſtillat, generali ſignificato lacryma dici poteſt.*

Aloyſius Cadamuſtus, patritius Venetus *cap. 4. lib. 1. ſuæ navigat.* ſic melius originem illius expreſſit. *Eſt*, inquit, *in inſula, cui nomen portus ſanctus*, (è Canariis una eſt) *Sanguis draconis, qui lacryma eſt arboris: nam ſtato anni tempore, arbores ferro ſauciant, quæ ubi inciſæ ſunt, anno ſequente, gummi per inciſiones emittunt. Id ahenis coctum, defæcatumque ſanguis efficitur, quem Draconis nominant.* Eius arbor fructum inſtar ceraſi profert, menſe Martio, guſtu eximium, coloris veneti.

Sanguis draconis quid.

Nic. Monardus huic opinioni videtur aſſentiri, & ſanguinem draconis, non alicuius animantis ſaniem, ſed arboris lacrymam eſſe, ſic aſſerit: *Attulit*, inquit *ante paucos dies ex novi orbis continenti Epiſcopus Carthaginenſis fructum arboris, ex qua manat lacryma illa, quam ſanguinem draconis vocant.*

Fructus arboris.

Eſt autem hic fructus admirandus, nam ſublata, qua integitur, pelle, ilico dracunculus apparet tanto artificio à natura fabrefactus, ut à peritiſſimo aliquo artifice è marmore ſculptus videatur, collo oblongo, ore hiante, ſpina aculeis horrida, cauda oblonga, & pedibus conſpicuus.

Ab eo fructu nomen arbor ſumpſit, & eius lacryma, quæ vulnere illato effluit. Et laudatiſſima ex Carthagine Pervana defertur.

Arboris deſcriptio.

Arbor illa procera eſt, cortice ſatis tenui, & facilis vulneratu, cuius nomen cum veteres ignorarent, de ſanguinis draconis natura & origine nihil certi tradiderunt. Cluſius illam vidit, & accurate deſcripſit.

Sanguis draconis quid

Sanguinis igitur draconis & arboris cuiusdam exoticæ, & gummi in ipſius rimis concreti, duri, purpurei nomen eſt.

Vires.

Vim habet collecticam & agglutinatoriam: ob id vulneribus coaleſcendis convenit, & partibus laxioribus & ſtringendis, & roborandis. Ante uſum facile aqueis diſſolvitur.

CAP. CCL.

De Aſa fœtida.

MULTI ex veterum quorundam opinione Aſam duplicem conſtituunt, *dulcem* ſeu *odoratam & fœditam*: hanc *Altit* Arabum eſſe, illam *Belzoinum* officinarum: atque utrumque è Laſere, ſeu Laſerpitio provenire contendunt. Verum quid ſit Aſa dulcis, nondum compertum eſt: & forſan tam eſt ignota recentioribus, quam vix perſpecta veteribus fœtida: cuius haud ſcio, ſi meminerint. Nunc vero tam frequens eſt in Pharmacopoliis, ut importune tyronum nares feriat. Innaſcitur ferulaceæ ſtirpi, ut Benivinum arbori proceræ, cui Aſæ nomen nuſpiam inditum invenimus. Ut igitur ſingulorum diverſus odor, ſapor, & origo, ſic diverſa nomenclatio.

Aſa fœtida quid.

Eſt autem Aſa fœtida *excrementum ſeu gummi Laſeris, ſeu Laſerpitii*, quod Silphion, Dioſcorides *c. 94. lib. 3.* Avicennas *Altit*, ſive *Antit*. Indi *Aninden*, Officinæ *Aſſam*, ſed magis proprie *Aſam*, quaſi laſer, ex quo depromitur, nominant: nam *Laſer lacryma* eſt, *Laſerpitium planta*, ex qua elicitur *laſer*, ſeu Aſa non Aſſa, quæ ſecundum Rhaſim herba eſt, quibusdam yſopus, aliis thymum dicta. Laſerpitium vero ferulacea eſt ſtirps caule annuo, quem *Maſſetum* vocitant; foliis apio ſimilibus, ſed flaveſcentibus, ſemine lato, foliaceo, radice nigra, craſſa, longa, ac interdum cubitali. Audacter quidem Garcias Aſam lacrymam eſſe Laſerpitii contendit, ſed timide ac jejune nimis ejus deſcriptionem exhibet; tantum enim de foliis breviter loquitur, quæ coryli ſimilia credit. Peculiare huius culta fugere loca: quam ob rem ſi colatur, miteſcatque ſolum, deviat, atque omnino degenerat. utpote natura culturæ aſpernãs, inquit Theophraſtus *c. 2. lib. 9. de hiſt. plant.* ferocitatiſq; conſtans vernaculum.

Qui differt Aſa ab Aſſa.
Laſer.
Laſerpitii.
Maſſetum.
Laſerpitium cultura impatientiſſimum.

Singulas autem huius plantæ partes ſpeciali nomenclatura deſignari comperio: nam radicem nonnulli *Magudarim* vocant; Caulem *Silphion*; folia, *Maſſetum*; ſemen, *folium*: nam *folium* id ſemen eſt, ait Theophraſtus *cap. 3. lib. 6. de hiſt. Magydarim* tamen à *laſerpitio* differre annuit. Seu autem pars ſit eiusdem, vel planta affinis, *Aſa Laſerpitii lacryma eſt*, ſeu gummi quoddam, quod vel è radice, vel è caule carpitur: illud *Radicarium*; hoc *Scaparium* ex Theophraſto vocatur.

Radicarium.
Scaparium.

In Armenia, Media, Lybia, Syria naſcitur; unde aliquando ſuccus vocatur *Lybicus*, interdum *Medicus, & Syriacus*, olim *Cyrenaicus*, quod ex Cyrenenſium agro copioſus & laudatiſſimus haberetur: ſed is nunc plane defecit Barbarorum nequitia, qui odio quodam in Cyrenenſes ducti, radices Laſerpitii pene omnes eruerunt, ut ex Strabone docetur. Poſt Cyrenaicum; Syriaco magna authoritas datur, deinde Medico, qui nempe è Media devenitur.

Succus Lybicus.
Medicus.
Cyrenaicus.

Traduntur autem Aſæ duæ varietates, una pura, ac ſyncera, & translucens, altera turbida, & impura, cui nempe farina, aut furfur, & ſecundum quosdam *Sagapenum* permiſcetur, cuius halitum apprime refert, ſimulq; virorem quendam ac odorem teterrimum.

Aſa ſpuria.

Hinc Germani *diaboli ſtercus* nominant. *Braſavol.* Utraque odoratiſſima eſt, gravis tamen: nec in eorum facile deſcendo ſententiam, qui priorem Aſam dulcem ad fœtidæ diſcrimen vocant; eius namque halitus nonniſi eum faſtidio toleratur. Unde mirari ſubit, quod ſcribit Garcias ab horto, nullum medicamentum ſimplex per totam Indiam, majore eſſe in uſu, quam *Aſam fœtidam*, eum in medicamentis, tum *in condiendis cibis*. Eam autem ſolent Indi ſuis juſculis & oleribus commiſcere, confricato primum ex ea lebete, nec alio condimento utuntur omnibus in cibis, ipſamq; ſumunt, ut appetitus dejecti faſtidia rollant. Verũ ſi hoc fabula nõ ſit ex duobus alterum conjecto, aut Aſam fœtidã in India non fœtere, aut Indos æneum guttur, ut vulgo fertur, habere. Adeo autem nobis eſt ingratus illius odor, ſaporq;, ut venia quadam dignũ cenſeamus Matthæum Sylvaticum, qui inter venena repoſuerit. A Dioſcoride tamen commendatur cibis aut ſali permiſta.

Teuffelsdreck.

Aſæ

Vires.

Asæ vires tot, tantasque agnovit Dioscorides, ut eas recensuerit ad fastidium; recentiores efficacissimas quidem credunt, ad paucos tamen affectus, nec frequentissime usurpant, nisi in uteri ascensu, aut aberratione, & paucis quibusdam morbis mulieribus.

CAP. CCLI.

De Sagapeno, seu Serapino.

Sagapenum quid.

SAGAPENUM, & Officinis *Serapinum, liquor est concretus; quin Media ex ferulaceæ stirpis radice sauciata manauit.* Eius autem plantæ descriptionem subticuit Dioscorid. quod eam fortassis minus nouerit, quam succum. Illam vero nõdum videre, nec illius historiam à probatis authoribꝰ enarratam legere mihi cõtigit. Exotica n. planta cũ sit, vix circuratur aut cicurata sterilis est, exucca, & marcida. Ideoq; tantũ ad nos eius succus concretus advehitur, & copiosissimus, & optimus. Laudatur translucidus, foris colore fulvo, intus albido, gusto acri, odore gravi, substantia crassa.

Vires.

Sagapenum calefacit ordine tertio, siccat secundo: purgat pituitam crassam, & alios humores lentos, Mesuei testimonio. Ignava tamen est multum illius purgatoria facultas, sed alias multo potentiores vires habet. Potum enim aut suppositum menses euocat, fœtum enecat, dolori & præfocationi uteri prodest; resoluit, attenuat, dissipat, movet, soluit.

CAP. CCLII.

De Galbano.

Metopium.

GALBANUM quoque ferulæ Syriacæ in Amano monte luxuriantis succus concretus, quem aliqui *Metopium* nominant. De ipsius autẽ plantæ dignotione nihil Dioscorides scripto reliquit, ut qui gummeum illius succum magis, q̃ plantã agnosceret. Vt vero cognatæ sunt ferulæ, sic earum liquores & succi, non modo consistentia, sed colore, odore, sapore, viribus; nam *Galbanum* aspectu *Asam* non male referr, odore *Opoponacem*. Laudatur cartilaginosum, syncerũ, ad similitudinem *Ammoniaci*, minimeq; lignosum, & in quo nonnihil seminis ferulæ sit admistum, odore gravi, neque valde humidum, neq; squalidum. Aqua, aceto, vino, facile dilui potest, ut omnia gummi.

Vires.

Vim habet excalefactoriam, extractoriam & discussoriam. Menstrua & partus accelerat, & appositu, & suffitu. Aceto dilutum, & pauco nitro mixtum, lentigines delet: furunculis quoque discutiendis prodest, strumis & iuncturarum nodis: adversatur venenis, & serpentes fugat.

CAP. CCLIII.

De Opoponace.

Quid.

OPOPONACEM succum esse Panacis, & nomen ipsum indicat, & Dioscorides prodidit: sed cum multa sint Panacis genera, ex quonam illorum profluat, non satis aperte liquet, ob variam eorum, qui ea de re statuerunt opinionem. Mesue ex ferulaceo Panace manare scribit: Dioscorides ex Heracleo; nonnulli ex Chironio.

Dodoneus ex peregrino quodam utpote Syriaco, quod foliis est amplis, ex aliis plurimis commissis, aliquantum asperis & hirsutis, longis, latisque. Caulis ei geniculatus, ferulaceus, tres aut quatuor cubitos altus, superna, parte plures in ramulos diremptus: flosculi ex amplis umbellis exeunt lutei, quos sequitur semen latũ, planum, & subflavum: radix albicans & longa, succulenta, & odorata. Ex vulnerato caule, maxime circa radicem æstate, gummeus succus sponte concrescens, effluit, qui Plinii, multorũque aliorũ iudicio *opoponax* est ad usus plurimos commendatissimus, quod indicare videtur plantæ, ex qua eruitur, nomenclatio; nam *Panax*, seu *Panaces* dicitur, quod omnem morbum & dolorem abigat, vel omnibus remedia promittat: hinc multi Agyrtæ & pseudomedici, medicamenta quædam sæpe morbis ipsis periculosiora, Panaceas nominant. Sic sæpe, dum viveret, Aulicos & nimis credulos fefellit Medicus quidam, hominum mendacissimus, bibacissimus, vanissimus, falacissimus.

Panacis Syriacum.

Opoponax inter gummi locũ habet, & aqueis facile dissoluitur. Excalefacit ordine tertio, siccat secundo: emollit, digerit, attenuat, flatus dissipat, lenit, expurgat. Probatur valde amatus, interne albus, aut subfulvus, pinguis, tener, friabilis, statim liquescens, odore gravi. Niger ac mollis improbatur.

Vires.

CAP. CCLIV.

De Sarcocolla.

SARCOCOLLA cuiusdam arboris peregrinæ, & gummi ab ipsa manantis nomen est. Nascitur in Persida fruticosa & spinosa, ramis nodosis, & arbori appressis, ex quibus sauciatis & interdum sponte profluit *lacryma thuris*, pollini similis, colore subrufa, amara sapore. *Plin. cap. 9. lib. 12.*

Vires.

Calefacit ordine secundo, siccat minus: coquit, terget, carne implet, & glutinat, unde Sarcocollæ nomen; nam cruentis vulneribus, ac diuturnis ulceribus mirifice medetur. Ea quippe propria dote à sordibus mundat, carne noua replet, & cicatrice obducit.

Arabes non tantum Sarcocollam ventrem subducere, sed humores crassos & glutinosos è partibus dissitis, ut articulorũ cavitatibus educere scripitarunt. Ratio tamen id videtur denegare, nec effectus comprobare. Efficaciter autem vulnera conglutinat, oculorum fluxiones inhibet, & ex Galeno *lib. 4. compos. med. part.* digerit, sed minus, quam, galbanum: lacte asinino quinque dies macerata in vase vitreo, quotidie lacte mutato mirifice prodest oculorum albugini, nubeculis, & cicatricibus.

CAP. CCLV.

De Gummi hederæ.

EMaioris hederæ trunco vulnerato, & interdum sponte lacryma quædam seu gummeus succus exit ex flavo rubescens, odore gravis, sapore multum acer, quem gummi hederæ nominant. Est vero hædera arbor scansoria, quæ muros interdum vestit, interdum arbores vicinas, quas suo multiplici cõplexu & virore interimit.

Hederæ quid.

Sunt

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 212 sur 955

Hedera ſpecies. Sunt autem eius prima genera duo; una maior, quæ in altitudinem ſeſe erigit; altera minor, quæ viticulis tenuioribus & obſequioſis, humi defixa repit, nec florem, aut fructum ullum profert.

Species maioris. Maior triplici notatur varietate; quædam enim dicitur *alba*, quæ fructum gerit album; alia *nigra*, quæ nigrum; tertia Helix, quæ nullum, & à nonnullis pro minore hedera ſumitur.

Hedera alba. Alba nonnunquam Corymbos, ſeu fructus aliquando folia alba exhibet, & inter media folia emittit velut brachia, ſeu capreolos, quibus tam arcte complectitur arbores, ut totum humorem ſugendo enecet: inopia enim ſucci marceſcentes facile emoriuntur, vel tam pertinaciter parietibus hæret, ut vix poſſit ſeiungi. Nam tot initia & radicum rudimenta effert, quod brachia, quibus muris obrepit, & ita vivax permanet, ut pluribus locis interciſa, non tabeſcat.

Nigra. Nigra & magis vulgaris, quam *Dionyſiam* vocant, ait Dioſcorides, ubique per parietes & macerias reptat, & arbores etiam proceras radicoſis velut digitis amplectitur: folia promit anguloſa, in principio fere triangula, dein magis rotunda, dura, & perpetuo virore nitentia: flores exiles; baccas primum herpaceas, mox nigras, oblongis pediculis quaſi racematim adhærentes. Cætera ad genus hederaceum ſpectantia notiora ſunt, quam ut longiore diſcurſu & explicatione indigeant.

Vires. Hedera omnis calida eſt, raroque medicis inſeruit uſibus, folia ſi exceperis, quæ fonticulis, expyrotico relictis, Sparadrapi loco nonnunquam adhibentur, ut ichores & ſeroſos humores ad partem alliciant. Eius gummi lentes interimit, inſigniter calefaciendo ſenſum aduſtionis imprimit, & pilos deſtruendo, caput nudat. Illitu enim eſt pſylothron efficax.

DE RESINIS.

Sectionem de Reſinis ſpecialem conſtituimus, ut certius cognoſcantur, & fidelius diſtinguantur à gummis, & poſthac ſimul ambo antiquata iampridem inſcitia minime confundantur. Turpe enim eſt, in re vulgari adeo oſcitanter errare, & liquores plantarum concretos & aqueos, quales ſunt gummi, cum pinguibus & oleaginoſis, quales reſinæ ſunt, cõgerere, & indiſcriminatim uſurpare. Vt enim diverſa eſt illorum inter ſe natura & origo; (nam ex plantis ferulaceis nonunquam educuntur gummi, non reſinæ, ſed ex arboribus ex parte magna proceris) ſic quoque qualitas & agendi virtus. De reſinis ergo inſtat, ut agamus.

CAP. CCLVI.

Quid reſina, & eius varietas.

Reſina quid. RESINA ῥητίνη Græcis dicta, *lacryma, ſeu liquor eſt, pinguis ac oleaginoſus ſponte ſæpius ex arbore, & interdum ea vulnerata defluens.* Qui nullo vulnere profiluit, αὐτόῤῥητος, & à quibusdam πρωτόῤῥητος dicitur.

Omnis reſina cum partium tenuitate ſubſtantiũ habet oleoſam; ob id in oleoſis, utpote cognatis, prompte ſolubilem, atque in eo à gummi diſſidentem, quod cum aquea magis ſubſtantia cõſtet, aqueis expeditius & accuratius permiſcetur, ut dictum eſt *ſupra.*

Reſina quid. Sunt autem reſinarum, ſi conſiſtentiam ſpectemus, duæ generales differentiæ; una dicitur liquida, Græcis ὑγρά hoc eſt, humida, ſeu fluxilis, ut *Terebinthina*; alia durior & ſiccior, quam *Fricta.* φρυκτήν, id eſt, frictam, ſeu toſtam ſubinde vocitant; cuiuſmodi eſt *Colophonia*, ſic dicta, quod ex *Colophonia.* Colophone olim advehebatur, quæ omnium ſiccisſima, flaviſſimaque; in pulverem tamen redacta alba eſt.

Reſina ſicca. Hæc præ cæteris nuncupatur φρυκτὴ & aliquãdo συγκομιςὴ, quaſi confuſa, quod ex multis ſimul congeſtis in maſſam induruerit. Contingit enim ſæpe, ut primiflua reſina negligentius collecta arenas, ſilices, lignoſas, quisquilias, aut alias ſordes contrahat & retineat; à quibus ut repurgetur, igni liquatur, extranea rejiciuntur, & purior redditur, ſicque durior & ſiccior.

ξηρὰ. φύσημα πίτυϊνον. Eſt alia ex ſe cito concreſcens absque ignis ope, ξηρὰ Græcis, *ſicca* Latinis dicta, quæ minus, quod ſit pinguedinis particeps, areſcit, φύσημα πίτυϊνον, quaſi *germinatio picea*, à Galeno nuncupatur, *lib. 3. & 7. de comp. med. gener.*

Vires. Quæ venalis proſtat in officinis, dura, flaveſcens & friabilis, confuſa quædam eſt reſina, ex abiete nempe, Strobilina & Pityina conſtans, fumum quæ reddit, dum accenditur, *thuris* æmulum.

Strobilina paſſim meminit Galenus *cap. 1. l. 2. cõp. med. gen.* q̃ alii ex pinu alii ex picea, alii ex pineis nucibus. quas Strobilos vocant, manare dicunt. Hæc reſinarum calidiſſima eſt; *Terebinthina* ambabus qualitatibus omnium moderatiſſima; *omnes ſiquidem reſinæ calefaciunt & exſiccãt*, ſed hæ magis, illæ minus. *Strobilina.*

Omnium ſicciſſima eſt, quam nonnulli fricta, alii *Colophoniam* vocant, ut & omnis, quæ igne purgatur, & in fricta mutatur, ex Galeno *cap. 1. lib. 7. comp. med. gener.*

Abietina utraque qualitate media eſt inter calidiſſimam & ſicciſſimam, quæ male à quibusdam dicitur Colophonia, nam liquida diu durat, parum ſiccat, & naſcitur admodum modica; ob id pretioſior.

Omnibus reſinis præfertur *Terebinthina*, deinde *Lentiſcina*, quæ etiam gummireſina eſt; tum quæ de abiete colligitur; poſtea quæ de pinu & picea.

Vires. Vſus reſinarum, multus eſt, non tantum in arte pharmacaria, ſed in rebus aliis pluribus. Emolliunt, calefaciunt, digerunt, & commodiſſime emplaſtris & unguentis ad ulcerum & vulnerum curationem dicatis, admiſcentur.

De pinu autem & arboribus coniferis *ſupra* diſſeruimus *Sectione de fructibus.*

CAP. CCLVII.

De Pice.

Pix quid. HÆc frequenter occurrunt in reſinarum enarratione & dilucidatione vocabula, *Pix, Teda, Piſſa, Palimpiſſa, Zopiſſa, Piſſaphaltos, & pix navalis*; nec quid per ea deſignetur, omnibus in promptu eſt. Pix dicitur *reſina combuſtæ fluxus*: ſic tamen melius, *pinguis eſt & reſinoſus liquor ex accenſa teda colliquatus & eductus.*

Teda quid. Eſt vero *Teda* non arboris genus, ut falſo puta-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 213 sur 955

putavit Plinius, ſed *morbus arboris, pini videlicet, per ſenectutem nimia pinguitudine veluti ſtrangulata.* Vbertas enim reſinoſæ materiæ, qua totum pini lignum refertur, illi interitus eſt, & fere tota in *Tedam* abit, quæ artificioſa ſedulitate accenſa, picem fundit, quam *Piſſam* Græci nominant.

Piſſa. Palimpiſſa.

Palimpiſſa quaſi *interata pix, ac ſecundo cocta* dicitur, quando ſcilicet è liquida coctione & elaboratione craſſeſcit, purgatur, atque durior & ſiccior evadit, ξηρὰ πίσσα quoque, id eſt ſicca pix dicitur.

Zopiſſa eſt *pix à navibus maritimis deraſa*, quæ propter ſalſuginem quandam ab aqua maris contractam, omni pice ad exſiccandum & diſcutiendum eſt efficacior. A nonnullis *Apochyma* nominatur.

Zopiſſa. Apochyma.

Pix naualis proprie in pharmacopoliis dicitur à navibus picandis, nõ jamdiu picaris, ut *Zopiſſa*. Et cum abſolute *pix navalis* ponitur, illa ſumenda, ut hæc, dum *zopiſſæ* deſignatio notatur.

Pix naualis.

Piſſaphaltum eſt *bitumen pici commixtum*, quod ad mortuorum condituram olim uſurpabatur. Dioſcoridi tamen non videtur mixtura artificioſe parata, ſed naturaliter talis: *Naſcitur*, inquit, *in Apolloniatarum agro circa Epidaurum, quod piſſaphaltum nuncupatur*. Sed de eo poſtea, nempe *ſect. vlt. cap. de Mumia*, fuſius agemus.

Piſſaphaltũ.

Differt autem pix à reſina, quod illa per ignẽ tranſierit, hæc ſponte effluxerit: utraque arborum earundem ſoboles; verum *pix eſt veluti reſina cocta & ignis adiutu educta.*

Qui differãt pix & reſina.

In pice autem educenda ſic fere proceditur, ut in carbonis faciendi modo. In loco lapidib⁹ aut lateribus artificioſe ſtrato, tedæ in haſtulas conciſæ aggeruntur: Superponuntur rami abietum & piceatum: Omnia ita conteguntur terra, aut luto, aut alia materia non viſibili, ut ne rimula quidem circumquaq; pareat, ſed in vertice tantum, aut alia parte magis idonea foramen relinquatur, per quod ignis immitti & flamma primũ emitti queat: accenſis tedis, omnia arctiſſime occludenda, ne flamma erumpat, & picis exſpectatio pereat. Quod ſi rimula quædam hiarit, & flammam aut fumum admiſerit, terra aut luto obſtruenda. Tum aſſulæ tedæ vi ignis æſtuantes copioſum liquorem exprimunt in canales affabre conſtructos, per quos & ipſe deducitur in ſcrobes ac vaſa idonea, fluenti pici excipiendæ dicata. Nigredinem autem acquirit à fumo & calore, unde pix nigra ſolet eſſe; nam quæ flava eſt, reſina potius dicenda.

Pix faciendi modus.

Pix nigra.

Quæ primum extillat, fluxior eſt, humidiorque, & *pix liquida* officinis, *Cedria* Plinio, *Piſſelæon* Dioſcorid. dicitur, quod maxime tale evadit, ſeparato, qui ſupernatat pici, ſicuti lacti ſerum, aquoſo humore. Separatur verò, dũ pix coquitur, velleribus mundis ſuprahalitũ eius expãſis, & cum eo præmaduerint, expreſſis. Verius tamen *piſſelæon* medicamentum ex *oleo & pice* compoſitum, quam ſimplex dicitur.

Pix liquida. Pix cedria. Piſſelæon.

Quæ ſecunda fluit, craſſior, ſicciorque. Quæ ultima, craſſiſſima & duriſſima, & ad exſiccandũ efficaciſſima.

Ad liquidam refertur alia quædam gravis odoris, quam Seplaſiarii nunc *oleum Cadinum*, nunc *Takinum* vocitant, cuius uſus ad pecudum genus transfertur.

Oleum cadinum ſeu takinum.

Cum pix univerſa vel liquida, vel ſiccior, utraque ſincera, levis & ſplendens laudatur. Illa emollit, digerit, dolorem lenit, coquit, pus movet, ſcabros ungues extricat, impetigines emendat, & duritias vulvæ & ſedis diſcutit. Siccior hæc omnia præſtat, ſed imbecillius; potentius vero ſiccat, & coaleſcendis vulneribus magis convenit.

Vires.

CAP. CCLVIII.

De Therebinthina.

VERA *Terebinthina* ex Terebintho, ſeu Terminthо, ut Græci dicunt, habetur. Eſt enim *liquor pinguis ex eius trunco & ramis defluens.* Optima eſt *clara, perlucida, alba, acris, & odorata*: quæ Prædictis dotibus ſuo flaveſcit, non improbanda. Laudatur, quæ ex Chio inſula defertur, Chio ob id nuncupata, quæ odore & guſtu cæteris antecellit, & plus Terebinthi refert. Poſt hanc Lybica probatur, etiam Andromachi teſtimonio; dein Pontica, Minus celebratur Cypria, Syriaca, Iudaica, Arabica.

Terebinthina quid. Optima quæ. Quæ minus bona.

Eſt autem Terebinthus arbos contorta, fruticoſa, ac mediocri magnitudine, cautice craſſo, ramis multis, oblongis, foliis fraxini modo longis, ex multis ad unam coſtam cõhærentibus, ſed craſſioribus & pinguioribus, quorum ſingula laurinis ſimilia cernuntur: flores admodum parvi ſunt, muſcoſi & purpuraſcentes: fructus exigui baccarum ritu racematim cohærentes, rotundi, oblongi, duri, pingues ac reſinoſi & manus contrectantium inficientes.

Deſcriptio arboris.

Fert præterea veluti quandam ſiliquam oblongam, inſtar corniculi incurvam, in qua vermiculi ſimiles culicibus reperiuntur. Aliquando etiam humor quidam, ut in ulmorum veſiculis continetur. Materia ligni lenta nec valde dura eſt, radices validæ in profundo.

Terebinthorum quædam maſcula dicitur, quæ ſterilis eſt; alia fœmina, quæ fructus gerit. Hæc adhuc pro fructu vario colore duplici differentia ſignatur; una, cui fructus lentis magnitudine ruber; altera, cui & grandior & pallidus eſt, & ſuavius fragrat.

Terebinthus maſ. Fœmina.

Naſcitur copioſa in regionibus calidis, atque his potiſſimum læta viret; à quibus eius liquor nomen & laudem aſſumit, ut in inſula Chio, in Cypro, Syria, & circa Idam & Macedoniam. Sunt, qui perhibent ad nos deuehi terebinthinam duram ſiccamque, ſic ignis ope concretam, quæ pro reſina venditur: vix tamen ſuſpicor, nonnullos adeo eſſe mentis inopes, ut terebinthinam coquendo deteriorem & viliorem reddant, & è longinquis regionibus adferant. Therebinthina enim qualiscunque fuerit, ſemper plutis emitur, quam ea ipſa reſina, induſtria qualibet concreta.

Vires.

E larice quædam reſina humidiſſima habetur, quæ terebinthinæ, quod ſit valde ſimilis, pro ea ſæpe ab inſtitoribus exhibetur & venditur ignorantibus eas diſcernere, inquit Gale-

Galenus *lib.2.med.gener.c,4.* Sed Larigna odore, gustu, & facultate, quam Terebinthina acrior, atque tenuioribus partibus, & maiori discutiendi virtute præditaest. *Terebinth. Larigna.*

Exresinis omnibus, principatus debetur terebinthinæ, post eam lentiscinæ secundum Dioscoridem; tum ei, quæ de picea educitur & abiete: post quas pinea strobilinaque numeratur. Galenus tamen lentiscinam terebinthinæ præfert, *c.5. lib.3. compon.med.gener.*

Vires. *Terebinthina resinarum mitissima est*, vulnerum familiare balsamum: moderate calefacit, mollit, expurgat, discutit, renes purgat, urinam movet, atque optimum est in multiplices usus accommodatum præsidium. Quibus polleat viribus eximiis, norunt satis, qui virulenta gonorrhœa laboratunt.

CAP. CCLIX.

De Thure.

Thus quid sit. THus *arbusculæ cuiusdam in Arabia nascentis lacryma est resinosa*, quæ ab incolis vernacula lingua modo *Conder*, modo *Lovan* appellatur. Eius duo traduntur genera; unum dicitur *Olibanum*, seu *thus masculum*, quod ex albo flauescit, limpidumque, pellucidum, pingue, ac siccum est, & resinæ Cedriæ puritatem, atque succini nitorem æmulatur. Fortan. *Olibanum* dicitur præposito & adnexo articulo Græco, ὁ, cum satis esset *thus libanum* enunciare, quod è monte Libano deferatur. *Species eius quot. Olibanum.*

Alterum dicitur fœmininum, quod resinosum magis est, ac molle & cito ardens, quodque bonitate masculo cedit. Vtrumque ex planta manat, vix dum cognita, nisi de paucis notis, quia arbor est peregrina, Arabiæ indigena, pusilla, folis lentiscinis: cuius duæ traduntur differentiæ; una dicitur montana, quæ tantum in montibus contragosis & asperis fruticat, optimumque thus profert, altera in locis tantum planis viret lætius, ex qua copiosum quidem thus promanat, sed multo min⁹ bonum. Vtrumque facile oleaginosis diluitur. *Fœmininū.*

Thuris cortex crassus est, pinguis, odoratus, levis, minime scaber & sine membranis. Vis ei eadem, quæ thuri, sed calidior astringentiorque, & crassiorum est partium, quam thus. *Thuris cortex.*

Mannam thuris vocant micas ipsius cōcussu elisas, quod dum convehitur, evenit, ut alibi demonstravimus. Intus & foris thus usurpatur, & adversus morbos multos magnæ est utilitatis. Vires siquidem habet pene innumeras, quas recensere longum nimis foret. In primis qualitatibus calefacit ordine secundo, siccat tertio, & puris movendi facultatem habet, sed non valde efficacem. *Manna thuris.*

Vires. Manna thuris vim habet magis astringentem à portione *thuris*, quam habet ad mixtam, in eoque differt à *thure*, quod & minus astringit & coquit.

CAP. CCLX.

De Beniuino.

BEnivinum officinis *Belzoinum* dictum nec *Laserpitii*, seu *Cyrenaici succi*, nec *myrrhæ* species est, ut nonnulli contendunt, nec *Angelicæ* vulgo dictæ, aut *Imperatoriæ succus resinosus*, ut innuere videtur Ruellius; *Laser* enim seu *Asa* ex Syria, Cyrenne, & India in alias regiones; Benivinum in Indiam ex aliis regionibus, ut *Samatra* & *Sian* advehitur, nasciturque non inferulacea stirpe, sed in arbore præcelsa, cuius caudex crassus & durus est, multis ramis brachiatus, ordine pulcherrimo dispositis, & in latum extēsis: folia oblonga, citri æmula, mucronata, at non usque adeo virentia, sed aversa parte candicantia. Ligni materia dura est, odorataque.

Sponte sæpe nascitur in multis sylvis, tum Malacæ, tum aliarum regionum, quas ob Tygridum frequentiam sæpe periculosum est adire.

In quibus hæc animalia ferocissima rarius visuntur, vulnerantur arbores, quæ huius odoratissimæ resinæ copiam effundunt, quam Chinenses *Cominhan*, Arabes *Lovaniaoy*, Guzaratæ & Decan incolæ *Vdo* vocant. *Garcias cap. 5. lib.1.*

Tria autem notantur Benivini discrimina; unum dicitur *amygdaloides*, quod maculas candidas amygdalarum deliberatarum instar refert, quod maxime ab institoribus expetitur. Alia duo admodum nigra sunt, quorum alterum parum fragrat, & viliotis est pretii; alterum suauissime spirat, & è nouellis arboribus exudat; à Samatræ incolis *Benini de Boninas* nuncupatur. Omnium censetur optimum, pellucidum, globulis candidis refertum, thuris æmulū, & suauissime spirans. *Benivini species.* *Optimum quod.*

Benivinum cor, spiritus, & facultates omnes roborat & thymiamatis, antidotis & medicamentis ornatui dicatis utiliter permiscetur. Oleaginosis autem perinde ac resinæ aliæ facile dissoluitur. *Vires.*

CAP. CCLXI.

De Euphorbio.

AB Euphorbo Iubæ regis Mauritaniæ Medico, *Euphorbium* primum nomen accepit, & hucusque seruavit. Est autem *Euphorbium* Dioscoridi, arbor ferulæ speciem gerens, acerrimo succo prægnans, cuius eximium feruorem expauescentes incolæ, ouillas pelles arbori circumligant, & eminus conto ramos eius vulnerant: E plagatum copiosus succus in pelles defluit, qui postea concretus colligitur. *Vnde sit & habeatur.*

Dodoneo vero non arbor, sed herba potius est, foliis oblongis, crassis & virentibus, in rotunda figura angulosis, multis albicantibus spinis, ordine duplici armatis, ex quibus sauciatis liquor acerrimus, mordacissimus, facileque concrescens effluit. Est enim, ut scripsit Galenus *lib. 7. simpl.* causticæ & exulcerantis facultatis, & usque adeo calefacit, extenuatque, ut in hoc cætera liquorum concretorum genera superet.

Ob

Ob tam vehementem acrimoniam & summam tenuitatem non nisi magna cum molestia pulveratur; cuius rei gnari Pharmacopolæ rusticis quibusdam, ac conditionis infimæ viris terendum committunt, monentque, ut à pila, in qua teritur, vultum avertant: nunquam tamen ab eius feritate intacti redeunt; nam eius polline & vapore sursum elato tam importune feriuntur nares & cerebrum, ut sternutatio, acrimonia, calor, dolor confestim ac simul ingruant. Euphorbii planta primum videtur herba, sed quæ ætate arboreſcit.

Vir. Præter calorem eximium & acrimoniam insignem, purgandi quandam facultatem habet, qua non tantum pituitam, sed aquam ducit: per se tamen nunquam datur per os, nec cum aliis, nisi raro & parva quantitate,

CAP. CCLXII.

De lacryma oleæ Æthiopicæ, improprie gummi Elemi dicta.

PINGUIS illa lacryma concreta, officinis *gummi Elemi* dicta, gummi non est, sed resina, ut quæ in igne facile flammam concipiat, & oleaginosis diluatur. Scammonio utcunque similis est, ait Dioscorides *cap.* 142. *lib.* 1. sed magis flavescēs, aut potius subrufa, minutis stillacidiis mammosa, nec linguam vellicans, aut gustum mordicans, ut scribit idem author; unde forsan de alia lacryma loquitur, quam de hac vulgari, quam *gummi Elemi* Pharmacopœorum vulgus nominat, gustu, quæ mers est, nec acrimonia notabilios & palatum ferit. Ex olea Æthiopica stillat, & ubi in glebas concreverit, ad nos devehitur.

Vir. Calefacit, emollit, digerit, resoluit, coquit, ad suppuratum ducit, dolorem sedat, & unguentis atque emplastris utilissime multis permiscetur.

Similem fere lacrymam oleæ nostrates & oleastri eructant, sed parciorem & minus commendatam: At oculorum tamen habetudines & albugines valet illitu; & si sumatur, menses cit, & partus extrahit; sed sumendam non censeo, si inter venena scribatur, ut scribit Dioscorides.

Gummi Elemi vulgari, seu lacrymæ Æthiopicæ admodum simile est quoddam resinæ genus, ex nova Hispania delatum, quod Indi vernacula lingua *Tacamachata* nominant, apud quos usus est plurimi ad tumores frigidos coquendos, digerendos, resolvendos, & dolores sedandos. Tacamachacha gen. Vir. Huius vires pluribus recensēt Nic. Monard. *lib. de simpl.* ex orbe novo delatis.

Ad Tacamachacam accedit alia resina, pinguis, oleaginosa, & tenax, Indis *Caranna* dicta, qui ea utuntur in tumoribus, & omnis generis doloribus. Verum cum resinas omnes persequi non statuerimus, sed eas tantum, quæ in Antidotario nostro usurpantur, huic sectioni finem imponemus. Caranna.

DE GUMMI RESINIS.

Concreti liquores, seu ex stirpibus ferulaceis, seu ex fruticibus, vel arboribus excelsis manarint, modo aqueis prompte diluantur, nominantur à Galeno speciali nomine gummi; ut qui eandem originem sortiti, oleis & pinguibus facilem admittunt dissolutionem, in resinarum ordinem reponuntur. Qui autem inter utraq; ambigunt, & æque aqueis & oleaginosis dilui patiuntur, Gummi resinæ à nobis dicuntur, cuiusmodi sunt Mastiche, Caphura, & Styrax, ut quædam alia, quæ nonnulli gummi, alij resinas appellitant. Ab his pauca quædam deflectunt, quæ quod accurate cum oleis aut aqueis dilui non queant, Anomale gummi resinæ à nobis vocantur, de quibus in calce huius sectionis breviter disseremus.

CAP. CCLXIII.

De Mastiche.

MASTICHE gummi resina est omnium optima, è Lentisco exudans. Præstantior censetur, *quæ in insula Chio provenit, odorata, candida, splendens, friabilis, adulta, & retorrida.* Deterior virescens & nigra, Ægyptia dicta, aut Pontica, & bitumini similis. Mastichem adhuc spinam Ixinam reddere, Theophrastus *cap.* 1. *lib.* 9. *de hist. plant.* author est; sed Lentiscinam quavis alia (si quæ detur) præstantiorem, artis medicæ proceres statuunt. *Qua optima.* *Deterior.*

Est autem Lentiscus mastichem eructans, arbor admodum procera, σχῖνος Græcis dicta, ex cuius radice multi stolones coryli modo concrescunt, ramis lentis & flexilibus brachiati. Folia ab uno pediculo fere octona cohærent, foliis glycirrhizæ non multum dissimilia, sed duriora: flores muscosi plurimi pediculis longis adhærent; quibus baccæ succedunt Erui magnitudine, initio virides, & ubi maturuerint, nigræ, substantia quadam pingui & nucleo intus nigro & duro turgidæ. *Lentiscus.*

Præter folia, flores, & fructus lentisco adnascuntur, velut utriculi intorti, corniculorum ritu, in quibus initio liquor continetur, ex quo insecta quædam culicibus similia, velut in ulmi vesicis nascuntur.

Ex eius ligno dentiscalpia fiunt optima, quibus non modo repurgantur dentes, sed roborantur, gingivæ constringuntur, & ori suavitas conciliatur. Ob vires eius eximias non male substituitur pro *xylobalsamo*. *Dentiscalpia ex ligno lentiscino.*

Ægræ lentisci fruticant Lutetiæ, duas tamen vidi in horto Ioan. Gonerii rei herbariæ studiosissimi, sed quæ sævitiam hyemis ægrè perferunt.

Mastichæ ad multa commendatur, sed maxime ad stomachi & ventriculi affectus: nam sumpta, vel admota, dolores illius sedat, nauseam & cibi fastidium tollit, retinendi potentiam roborat, & coctionem juvat. Prodest & hæmoptoicis in linctu cum syrupo conveniente, ut etiam veteri tussi: commanducata oris halitum emendat, & pituitam è cerebro blande attrahit. Vt optime pulveretur, debet & solet parum aquæ commisceri. Dissoluitur autem facile & aqueis & oleaginosis. *Vires.*

CAP.

CAP. CCLXIV.

De Caphura.

Quid sit. CAPHURA nec bituminis genus est, nec medulla, nec medicamentum compositum, ut nimis oscitanter nonnulli crediderunt, sed *Gummi resina quædam pellucida*, Dioscoridi & Græcis veteribus incognita, ex arbore peregrina manans, quam Garcias ab horto juglandi nuci similem dicit, sed foliis magis candicantibus: Ligni materia cinerei est coloris, & interdum nigrioris, nec levis, aut fungosa multum, sed mediocriter densa & solida.

Procera est hæc arbos, ramos quaquaversum fundens, & aspectu perpulchra; quæ non lacrymas uberius exudat cœlo coruscante, aut crebro tonitru crepitante, quam placido ac sereno, ut inscienter putarunt multi.

Effluit autem ista lacryma per arboris rimas reliquorum gummi ritu, syncera, ac candida, nec coctione ad conciliandum candorem egens. Si namque pulverem, sordes, aut lapidum vel ligni fragmenta simul habuerit admista, id fit eorum qui colligunt, oscitantia & errore. Seligenda autem crystalli modo splendens, syncera, odora.

Caphura de Burneo. Chynea. Præcipuæ vero duæ eius agnoscuntur differentiæ; prima dicitur Caphura de *Burneo*, quæ præstantissima est, & ad nos nunquam aut raro defertur: altera cognomen habet à Chyna, unde solet advehi, nunc que in pharmacopolis servatur. Magnus est eius usus in his regionibus, in quibus provenit, adeo, *ut inter cibos interdum admittatur.*

Vires. Calidam multi asseruerant, non modo manifeste, sed ad tertium usque recessum: alii frigidam mordicus tenent: neque desunt his, nec illis rationes, quas brevitatis ergo subticemus, dicimusque, morbis calidis & frigidis multis prodesse. Est enim mistæ qualitatis, & odore, ac spirituum tenuitate videtur afficere caloris modo: Reliquis qualitatibus tanquam frigida lacessit.

Crediderunt multi *Caphuram*, *Capur* & *Caphur* Arabibus dictam, officinis *Camphoram*, Veneris stimulos arcere, & conceptum impedire: fecit huius rei periculum non nimis credulus Scaliger, primæ notæ philosophus: omnia falsa deprehendit. *Caphura* facile pauca addita aqua pulveratur, & aqueis & oleaginosis ac pinguibus optime dissoluitur, accuratius tamen his, quam illis dissolui, contingit.

CAP. CCLXV.

De Styrace.

Styrax quid STYRAX Syriacæ *cuiusdam arboris gummeus resinosusq; est succus, concretus, aridus*; nullus huius nominis liquidus, humidus, fluxilis, ut imperite multorum inhæsit animis, qui & liquidum & siccum storacem non modo constituerunt, sed ex eadem arbore utrumque manare profitentur. Sed revera arbor Styracis flua lacrymam tantum extillat coagulabilem, quæ scilicet mox tota concrescit in molem densam, pinguem & resinosam: nullaque eius portio in liquorem fluxilem abit, ut jampridem falsa vetusque Arabum increbuit opinio: quam qui sectantur vocum affinitate decepti *Styracem* pro *Stacte* nimis oscitanter usurpant. Vtriusque enim ut diversa consistentia, odor, sapor, qualitas, sic origo & natura: nam Stacte est *pinguitudo myrrhæ recentis, cum pauca aqua tusæ & expressæ, atque in unguenti liquidioris formam redactæ*: aut si mavis, *pinguissimus est myrrhæ flos*: vel, *eiusdem recentis tusæ & expressæ præpingue serum*: vel, *tortivum ius machinis quibusdam eductum.* *Stacte qui.*

Melior judicatur *Stacte*, quæ olei mistionem admiserit: qualitatem myrrhæ non modo calefactoriam habet, sed virium quoque est compos plurimarum. *Stacte melior qua.*

Storax vero, ut cum seplasiariis loquar, vel potius *Styrax*, quia stiriatim ex arbore extillat, ubi ex arbore prosilit, mox concrescit in glebam densam, solidam, resinosam, aliquot grumis albicantem, suavissime fragrantem. Laudatissimus *Calamita*, quod in calamis è Pamphilia ferebatur, nuncupatus, *pinguis, lentus, fragmentis albicantibus, odore perseveranti.* Improbatur furfurosus cano situ obductus, inodorus. Optimus quoque ex Cypro, Sidone, & Pisidia ad nos advehitur. *Styrax. Calamita.*

Ex arbore malo coroneæ simili manat, cuius tamen folia minora sunt, minusque rigida, & aversa parte cana: flos albidus. Arantiæ magnitudine, non odore: baccæ admodum parvæ ternis unguibus exceptæ, ac pediculis longis hærentes surculis adnascuntur. Eius autem arboris concretus liquor plurimum laudatur, qui præter dotes *superius* dictas, diutissime in sua odoris suavitate permanet. *Arboris scriptio.*

Styrax omnis calefacit, emollit, concoquit, tussi medetur, graveolentiæ, raucedini, vulvæ præclusæ, & mensibus ciendis extra & intra datus convenit, utiliter adhibetur antidotis cardiacis & lætificantibus: adversatur venenis, quæ vi refrigeratoria nocent & interimunt, & illitu strumas & nervorum nodos discutit. *Virtutes.*

APPENDIX
DE ANOMALIS GUMMIRESINIS.

Discedunt à legibus statutis quidam liquores concreti, qui licet mediam inter gummi & resinas naturam sortiti, nec tamen facile & expedite aqueis, ut illa, nec perfecte oleaginosis, ut hæ dissolvuntur. sed vel subsidunt, vel grumescunt, vel nexui & commixtionem aversantur, cuiusmodi sunt bdellium & myrrha.

CAP. CCLXVI.

De Myrrha.

Myrrha quid. MYRRHA Græcis *Smyrna* dicta, *concretus est gummeus succus cuiusdam arboris*, quæ in multis Arabiæ regionibus & montosis & planis, ut circa *Sabe*, *Adramyta*, *Citibæna* & *Mamali* nascitur. Est autem arbos hæc myrrhiflua, mediocri magnitudine, caudice duro, contortoque juxta terram, cortice lævi ad portulacam accedente folio aculeato, ulmeo simili. Dioscorides

Ægyptiæ

Ægyptiæ ſpinæ non diſſimilem facit, alii terebintho, Diodorus lentiſco æquat; Sic tamen, ut ſpinoſior ſit & humilior: nam quinis cubitis raro eſt altior.

Naſcitur ſæpe & læte in locis ſabuloſis & areſcentibus, atque ut plurimum incultis, uberius tamen, & lætius viret ac fruticat inculto ſolo. Incidi ſolet à radice ad ramos adhuc ſatis conſpicuos, & ex illato vulnere exillat *myrrha*: Sed ante corticem ferro ſolutum, ſponte & ſine plaga, ſed veluti cutis hiantibus poris, quaſi ſalivam quandam exudat, & ſtillatitium rorem, quem *Stacten* nominant, quam imperite multi *ſtyracem liquidum* dicunt, utrumque ex eadem arbore manare mentientes. Verum ex arboribus diverſis effluere, & *ſtyracem liquidum* dari nullum, aut ſi detur, *Stacten* non eſſe, nuper fuſiſſime demonſtravimus. *Stacte.*

Arbor myrrha. Redeo igitur ad myrrham & arbuſculam, è qua manat, quæ prorſus exotica eſt ac peregrina, ſcabra, ſpinoſa, foliis aſperis & aculeatis, ſapore Iuniperi: in eodemque ſolo & cœlo, ubi thus naſcitur, delectatur, & abunde fruticat. Ex eius vulnere lacryma coagulata, ipſiusmet nomine donatur; laudaturque *fragilis, lævis, undique concolor, minutis glebis, amara, acris, odorata, & quæ confracta venas unguium modo candidas & leves oſtendit.* *Myrrha optima quæ.*

Myrrha Troglodytica Quæ ex ſativa arbore colligitur, ſemper præfertur ei, quæ ex ſylveſtri: ſed omnibus antefertur, quæ à loco, unde convehitur, nomen trahēs, *Troglodytica* nuncupatur; quæ colore ſubviridis eſt, ſplendens ac mordax.

Pediaſimos. Gabi. Caucalis. Ergaſima. Mynea. Quædam adhuc dicitur *Pediaſimos*, alia *Gabi*: utraq; quoq; bona & copioſam ſtractem emittens. Duæ ſunt aliæ malæ, *Caucalis*, quæ nigra & retorrida eſt; & *Ergaſima*, omnium deterrima, macra & cano ſitu obducta. Eſt & quædam *Mynea* dicta, peſſima.

Tanta eſt *myrrhæ* cum *bdellio* affinitas, ut multi non differre contenderint: male tamen, ut mox videbimus. Operoſa eſt, nec accurata utriusque cum in oleis, tum in aqueis diſſolutio.

Virus. Myrrha calefacit & ſiccat gradu ſecundo, vulvam præcluſam aperit, menſes cit, & partus celeriter extrahit; commanducata graves oris halitus emendat.

Vires Stactes Stacte mira ſuavitate & efficacia commendabilis, ſubſtituique poteſt pro *opobalſamo*, verum hoc illa rarior eſt. Stomachum & partes præcipuas roborat, putredinem arcet, ſpiritus recreat, morbis ab utero & crebro multis conducit.

CAP. CCLXVII.

De Bdellio.

Nomina. IN Bactris arbor quædam eſt nigra, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu Caprificī, nec inſuavi, ex qua manat lacryma, quam nonnulli *Brochon*, alii *Maldacon*, & officinæ *Bdellium* nominant. *Plin. cap. 9. lib. 12.*

Bdellion optimum. Id probatur guſtu amarum, translucidum cum frangitur, pingue cum fricatur & incenditur, odoratum, facile liqueſcens, ſimile ceræ, vel taurino glutini, molleſcens ſordibus exutum. Galenus laudat Scythicum, Plinius Bactrianum, Dioſcorides Sarracenicum, quod ſcilicet è Saraca felicis Arabiæ civitate devehitur.

Eſt & quoddam Indicum, ſordidum, nigrum, in offas convolutum, omnium peſſimum, quod *Atrobolon* nuncupatur. Laudatur, quod in Media naſcitur, *Parthicum* medicamentariæ materiei ſcriptores nominant. *Peſſimum.* *Atrobolon.*

Porro ex quanam ſtirpe bdellium habeatur, non ſatis inter viros graves & probatos conſtat; alii enim exudare dicunt ex arbore ei valde ſimili, quæ *myrrham* profert; alii ex multum diſſimili. De hac autem doctorum tam ancipiti opinione non habeo, quod ſatis audacter poſſim aſſerere: forſan habetur utrumque ex plantis parum diſſimilibus, ſed alterum ex agreſti, alterum ex ſativa depromptum; perinde ac varia pomorum, pyrorum, & prunorum, in facie, colore, odore, ſapore diſcrimina, ex arboribus parum diſſentaneis excerpuntur. Vtut ſit, *Bdellium* Officinarum minime rarum eſt, & his conditionibus inſignitum, quas illi veteres dederunt.

Calefacit, emollit, reſoluit: duritias & tumores gutturis & hernias humidas diſcutit: vulvæ ſpiracula laxat appoſitu & ſuffitu: Menſes, fœtus & humidates omnes extrahit, calculos potu comminuit, & pellit utinam; atque utiliter malagmatis inſeritur, quæ contra duritates & nervorum nodos proſunt. *Vires.*

DE ALIIS STIRPIUM HUMORIBUS SEV SUCCIS.

Plantarum ſanguis humor eſt, qui uſitatiore nomenclatura, ait Theophraſtus, ſuccus dicitur, quo deficiente, deficiunt ipſæ, luxuriante & latius virēt, & vegetius adoleſcunt. Is autem pro plantarum varietate, ex quibus habetur, varius eſt: in quibusdam enim craſſus, lentus, viſcidus, fulvus, ruſus, friabilis, gummeus; in aliis pinguis, oleoſus, odoratus, reſinoſus, in quibusdā melleus, lacteus, vinoſus, ſalſuginoſus, ut ſupra jam monuimus. De ſuccis gummeis & reſinoſis, ac pinguibus ſupra ſatis: inſtat nunc, ut de aliis quibusdam magis terreſtribus & macris diſſeramus. *Plantarum ſanguis.*

CAP. CCLXVIII.

De Opio.

PAPAVER, aut ſatiuum eſt, aut ſylveſtre; atque ſpecies utriusque plures, ut *ſupra* docuimus. Ex ſingulis ſativis contuſis expreſſus ſuccus & concretus, *Meconium* dicitur. Ex nigri tantum capitulis aut vulneratis, aut ſponte effluens lacryma, ſeu ſuccus, dignitate quadam ὀπὸς Græcis, *Opium* Latinis dicitur. *Meconium.* *Opium.*

Eius variæ differentiæ agnoſcuntur, pro regionum, in quibus colligitur, varietate. Quod *Thebaicum* eſt, & ex Cairo advehi ſolitum, albicat, & præſtantiſſimum eſt. Ex Syria, Alexandria, & aliis regionibus allatum, nigrum & minus bonum. Ex albo quoque papauere vulnerato, optimum haberi opium recentiores aſſeverant. Quod ex *Cambaia* adfertur, ex prægrandi papavere, *Carcax* inibi dicto, manat. Cuius ſcilicet capita ſingula ovi ſtruthiocameli magnitudinem æquant: unde minime mirum, ſi ex his cultello læſis ſuccidimanet ubertas. *Opii varietates.* *Optimum.* *Carcax.*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 218 sur 955

Opium cuiq; qualitatis. De opii qualitatibus non unus eſt omnium conſenſus, Dioſcorides & alii plerique non modo frigidum, ſed quarto receſſu eſſe tale ſcripſerunt. Matthiolus illis opponit odorem & acrimoniam, Ego miſtæ qualitatis exiſtimo, ſed caliditatem leviorem ac fugacem, frigiditatem leviorem ac fugacem, frigiditatem validiorem ac contumacem.

Eius immodice ſumpti incommoda. Modici ſūpti commoda. Præter qualitates elementares alias habet, quæ ipſum commendant, ſi opportune & juſta doſi exhibeatur; Et improbant, ſi indebite detur. Tremorem enim & paralyſim non tantum inducit, ſed ad ſomnum perpetuum, hoc eſt, interitum ducit.

Bene paratum & datum, bene prodeſt: vigiliis namque perpetuis medetur, ſomnum conciliando, dolorum immanitatem ſedat & fallit, ſenſum magis hebetem reddendo.

Magnus eſt eius uſus per univerſam Mauritaniam & Aſiam, ubi *Amſium*, & *Oſium*, quaſi opium dicitur, ad animi, quod valde mirum, & corporis erigendas vires, & facultates exhilarandas: ſiquidem ipſius eſui adeo aſſueverunt, ut ſi prorſus abſtineant, vitæ diſcrimen incurrunt, ac ſæpe moriuntur.

Eo ſolent uti Turcæ caſtra ſequentes, ut ad pugnam ſint alacriores, & tanquam ebrii, vel amentes, ad pericula quævis minus formidoloſe ſeſe præcipitent.

Putarunt nonnulli, Venerem quoque excitare: rario tamen id negat, & experientia docuit, libidinis æſtrum potius arcere, atque ignavos carnis reddere motus.

CAP. CCLXIX.

De Elaterio.

Mochlica. ELATERIUM inter medicamenta mochlica & turbatorio motu corpus agitantia numeratur, quo licet violento eſt olium uſus Hippocrates, *ſect. 2. lib. de loc. in homin. Sect. 2. lib. de internis affectibus.* Nunc vero eius fere deſiit uſus, niſi in paucis regionibus Italiæ, in quibus aliquando uſurpatur, ad earum forſan ægritudinum curationem, quibus benigniora parum profuerunt remedia.

Elaterium quid. Eſt autem Elaterium *fructus cucumeris agreſtis inſpiſſatus*, qui ſecūdum Theophraſtum mirabili virtute ducentis annis ſervari poteſt. *Omnium medicamentorum*, inquit *cap. 14 lib. 9. de hiſt. plant. diuturniſſimum eſt Elaterium, optimumq; quod vetuſtiſſimum.* Itaque Medicus quidam vir haud inſolens, neque mendax. Elaterium ducentorum annorum, mirabili proprietate ſervare apud ſe retulit, eo à quodam munere donatus, Cauſa, propter quam tam longo tempore ſervari poſſit, humoris copia eſt; unde ad quinquageſimum annum usque lucernis ad motum, lumen extinguit. Modus extrahendi & inſpiſſandi facilis eſt, quem qui non novit, ex Dioſcoride noſcat.

Cucumer agreſtis. Eſt autem cucumer agreſtis, quem anguinum & aſininum appellant, ſativo valde ſimilis, niſi quod folia minus anguloſa ſunt, & magis incana, fructus vero multo minores, ex pallido virescentes, ut & tota planta, ſeminibus & ſucco pleni, qui tacti protinus exiliunt, inſtar Perſicariæ ſiliquoſæ, quam ob id *noli me tangere* vocitant.

Vires. Cucumeris agreſtis & fructus ipſius ſuccus, quem Elaterium vocāt, inquit Galen. *lib. 8. ſimpl.* ad medicationes accommodus eſt. Summe amarus, ordine ſecundo calidus, menſes movet, fœtum interimit, & alvum turbando aquas ducit.

CAP. CCLXX.

De Ladano.

Ladanum quid. LADANVM *liquor eſt ex foliis Ciſti, in Cypro naſcentis, cui Ladon nomen eſt, exudans.* Is caprarum ope, ſi vera narrat Dioſcorides, ſic colligitur. Cum hirci & capræ Ciſti frondes paſcuntur, his pinguetudinem quandam verno tempore innatam, barba terguut, excipiuntque, atque eam ipſam villoſis cruribus adhærescentem reportant, quam poſtea depectentes incolæ, & colo trajicientes cogunt in offas, & ita ſervant, vocantque *Ladanum*, Officinæ *Labdanum*.

Hunc Ladanum excipiendi modum, tāquam fabuloſum nonnulli aſpernantur, nec tamen alium faciliorem ſubſtituunt. Verum cum ſit natura tenax & lentum, facileque ſequatur ad contactum, ut viſcum funiculis attractis, & aliis pluribus modis excerpi poteſt.

Optimum. Laudatur maxime Cyprium, odoratū, ſubviride, facile molleſcens, quod arenas & ſordes nō collegit, nec ſqualidum eſt, Arabicum vilius eſt, & minus bonum.

Vires. Vim habet calefaciendi, & molliendi: venarum orificia aperit, capillum fluentem continet, addito *vino nigro, myrrha & oleo myrtino.*

Ladanū Ciſti duplex. Habetur non ex Ciſſo, hoc eſt, hedera, ut putavit Plinius, ſed ex Ciſto, quæ parvus eſt frutex, ſurculoſus, lignoſus, folia emittens longiora, nigricātia, tactu glutinoſa, quæ pingue quoddam, odoratum, & reſinoſum vere exudant, quod arte qualibet collectum, *Ladanum* dicitur. Flores exiguos, albicantes, & parvis roſis ſimiles gerit.

CAP. CCLXXI.

De Hypociſtide.

Ciſtus. PRÆTER Ciſtum *Ledon*, ſeu Ladanigeram, duæ tradūtur aliæ varietates, una mas dicitur, è cuius radicibus *Hypociſtis* profilit, quarum veluti ſpurium eſt germen, punici mali cytinis ſimile. Quibusdam *Lunodorū*, aliis *Robethron*, Fuchſio *fungus* nominatum. Eius ſuccus extrahitur, ut acaciæ, & concretus aſſeruatur.

Ciſtus mina. Altera Ciſtus fœmina dicitur: folia oblōga gerit, parum anguſta: flores candidos & parvos, & ſemen in triquetro pericarpio puſillum: Ladanigeræ Ciſto admodum ſimilis eſt.

Ciſtus. Ciſtus mas parvus eſt frutex, maior thymo, foliis ozymi, ſed rotundioribus, floribus roſaceis, qui fœminæ albæ ſunt, & minores; radice lignoſa, ac duriſſima, à cuius fere medio Hypociſtis velutinfixa pullulat, ut viſcum è quercus vel alterius arboris ramo.

Vires. Raro admodum eſt *Hypociſtis*, cuius loco utimur acacia, quæ vires habet illi analogas, ſed imbecilliores. Vim habet aſtringendi potentiſſimā: prodeſt dyſentericis, cœliacis, & ſanguinem undecunque excernentibus. Siccat quoque, & roborat, & ad fluxionum affectus omnes efficax eſt remedium.

CAP.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 219 sur 955

CAP. CCLXXII.

De Tartaro.

VT lactis, sic vini substantia prorsus homogenea non est, sed varia: illius enim portio quædam butyrosa & levior, alia caleosa, & grassior, ac gravior, quædam serosa, quæ medio modo se habet. *Partes vini.* Huius vero tenuis quoque portio flos vini dicitur, alia minus levis, quæ medium dolium occupat, alia crassissima, quæ subsidet, & dolio facile adhæresci, fæx vini dicta, quam recentiores *Tartarum* nominant, forsan, quod multorum Empiricorum sit Idolum, ut *Tartac* olim fuit Heuæorum, 4. *Reg cap.* 17. Magis tamen sic dictum puto, quod infimum vasis locum teneat.

Tartarum quid. Licet autem tartarum sit fæx vini, multis tamen dotibus commendatur; nam ut in corpore humano, humores aliqui, excrementa dicuntur benigna, & utilia, ut semen, lac & humores multi certis partibus ad certos usus inclusi, sic etiam vini fæx utilis est. *Vinum* enim, ut proverbio fertur, *non consistit sine face*, diutiusque cum eiusmodi excremento sine corruptela conservatur, ut ignis cum cineribus.

Oleum tartari. Ex eo manica incluso, incella vinaria, aut alio udo loco suspensa, oleosus educitur humor, quem oleum tartari vocant, quod è sacculo cannabino, & raro veluti per ephydrosim, & deliquium exudans, in subiectum vas guttatim delabitur, ut in nostra Officina demonstravimus. Educitur quoque per ascensum, sed opere magis laborioso & minus utili.

Gravellata. Ex usto tartaro fit cinis ille Lutetiæ frequentissimus, linteis dealbandis expetitus, quem *Gravellatam* vulgus nominat qui etiam ad Pyrotic orum confectionē, aliosque quosdam usus laudatur. *Tartarum* enim *in detergendo compar non habet*, ait Cardanus; ob id sordida ac duris nata locis, & carnis excrescentias purgat, ac vivam carnem ostendit.

CAP. CCLXXIII.

De succo glycyrrhizæ.

SVccvs glycirrhizæ ad multos usus expetitur. Est enim Bechicum eximium, quod & per se utiliter ad pulmonum & thoracis affectus sumitur, & aliis medicamentis commiscetur. Galenus eum præfert, qui è Creta delatus est, *lib. 7. cōpos. med. secund. loc.*

Dicitur autem Græcis *Glycyrrhiza*, Officinis *Liquiritia*, Celso juxta Græcum idioma *dulcis radix*, vulgo *rigolitia*, Batavis, *dulce lignum*. Saporem enim dulcissimum & gratissimum succus eius exhibet, qui sic educitur.

Modus educendi succū glycyrrhizæ. Radices glycyrrhyzæ recentes & perhumidæ, Iulio mense colliguntur, purgantur & teruntur: dein ex aqua coquuntur, colantur, & exprimuntur. Expressus succus igni, vel sole siccatur, & servatur. Optimus, qui dulcissimus, mollis, recens, purus, tenax, & qui confractus splendescit, quique nigerrimus est, & linguæ subditus, tandem totus liquescit.

Laudati solet, qui ex Hispania defertur, ubi copiosissimus & optimus dicitur præparari; nullibi tamen melior & gratior reperitur, quam in Officina Domini Larderi Pharmacopœi Parisiensis; qui non modo solennia quævis medicamenta magna dexteritate, & solerti ingenio parat, sed etiam vulgaria & simpliciora non aspernatur, ut succum glycyrrhizæ, quem solo parandi artificio gustu suavem, & consistentia commendabilem reddit.

Est vero glycyrrhiza colore foris buxeo, intus croceo, ligno lento, & fractu contumaci, sapore dulci, quæ mansa sitim extinguit, unde & *adipsas* dicta. Improbatur intus alba, vel nigra, exucca, vetus, fragilis raphani modo, & inter frangendum pulverem edens. Cætera de hac dicta sunt *sectione quarta lib.* 1. de medica materia.

CAP. CCLXXIV.

De Cera.

APIBVS mira est sagacitas, industria, & sedulitas in colligenda & conficienda cera, quæ nullibi terrarum citra horum animalculorum opem & laborem habetur. Solæ enim apiculæ faciunt, quæ nullus hominum potest. Solæ inter insecta homini & alimenta, & medicamenta suo opificio suppeditant.

Cera optima. Tot vero tantæque sunt ceræ commoditates, ut vix possint recenseri, inquit Plin. *cap. 24 lib. qua.* 22. Laudatur flaua, odorata, modice pinguis, pura, coacta, & alienæ omnis materiæ expers, mellis habitum quadantenus referens. Secundum locum obtinet candida, quæ vel suapte natura aliquando talis est, ut *Pontica*, sed sæpius artificio, nempe lotione, ut *Tyrrhenica*, *Galen. cap. 14. lib. 1. compos. med. gener.* Cæteri colores sunt acquisititii, ut viridis ab ærugine, rubeo ab anchusa vel minio, niger ab atramento, vel charta usta, à quibus mistis vires mutat. Semper vero melior est recens & subflaua, quæ *cera virginea* nominatur.

Cera virginea.

Medium autem quodammodo tenet calefacientium, refrigerantium, humectantium, & exsiccantium. Habet vero quiddam etiam essentiæ crassæ, atque emplasticæ. Quamobrem aliorum medicamentorum, tum calefacientium, tum refrigerantium materia est, *cap. 23. lib. 7 simplic.* *Vires.* *Cera omnis mollit*, inquit Dioscorides, *calefacit, modice explet corpora*: datur in sorbitione dysentericis. Vt alba reddatur, liquatur primum ad ignē, deinde in aqua fontis pura demergitur, ubi permovetur, expurgaturque. Galenus *cap. 14. lib. 1. compos. med. gen.* Alium modum, quo candidissima fit, docet Dioscorides, apud quem videndus, *cap. 105. lib. 2.* *Cera lotio & dealbatio.*

CAP. CCLXXV.

De succis quibusdam aliis, alio loco aptius descriptis.

SVccI servantur consistentia, vel liquida, ut *acetum, vinum, omphatium*; vel solida, ut *Aloe, Scammonium*; vel media, ut *Rob & sapa*, de quibus singulis suo ordine disseruimus.

Mihi autem cum decies, imo bis tantum repetita, minime placeant, ad singulorum examen vix videbor denuo rediturus: libenter enim exoptas-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 220 sur 955

optaſſem hoc opuſculum in molem minorem contractum fuiſſe.

De *Aloe* porro & *Scammonio*, cumpurgantia ſint, ſuperius ſatis ſuperque diſputavimus, in qua purgantium omnium ſimplicium naturam, & facultates accurate deſcripſimus.

Succi fructuum in Rob, ſeu mellis conſiſtentiam inſpiſſati ſupra quoque enarrantur. De liquidis *prior primi libri ſectio* copioſe diſſerit.

Opoponax à ſucco Panacis nomen habet, cum ferius ſit eiuſdem gummeus liquor, qui ubi concrevit & aruit, colore foris eſt ſubflauo, intus candido, & odore gravi, lævis, pinguis, friabilis, & in aqua facile liqueſcens.

Aliorum ſuccorum, ut Glaucii & Licii meminit Galenus, ſed quia nunc eorum exolevit uſus, in Pharmacopoliis aut raro, aut nunquam inveniuntur..

APPENDIX

APpendicis loco exponendum eſt medicamentum *Chocalate*, ex ſucco inſpiſſato fructus Cacao paratũ; ex quo fructu incolæ novæ Hiſpaniolæ potum coquunt reſpondentem ferè Braggâ ex Mylio parata Tartarorum. Chocalate, ſcribit Excellentiſſimus Muſſaphia, tum inter delitias, tum inter medicamenta ab incolis Novi Orbis, celebre habetur, inde uſus ad Hiſpanos. Baſis compoſiti granum fabæ ſimile eſt. Cacao Peruviani id vocant; neque ſapore aut ſenſili qualibet alia qualitate inſignitur. Id granum tũditur, ac cum aromatibus & ſacharo commiſcetur, donec fermentetur ad inſtar Theriacæ. Primus honor habetur in America præparato; ſed ex grano inde avecto, in Hiſpania didicerunt jã conficere. Vetuſtate corrumpitur. Ad ventriculi labem ex frigiditate & humiditate contractam, ad ſcreatus ex pituita ferè purulentos, ad vertigines, ad palpitationes commendatur; unde colligitur vis eius calefaciens, ſed maximè aromatica. Et *incitat in Venerem tardos Chuclate Maritos.* Uſus eſt ut in vino albo cum aqua roſacea interdum diluto ad ignem liquefiat, ac ſachari ad ſaporem tantillo admixto, tempore matutino abſorbeatur. Hæc ille doctiſſimus.

Contrarios verò effectus obtinet nigra aqua Perſarum *Cahrra* ex Ægypto orianda. *Cato* diverſum quid eſt à Chocalate, eo uſus Elector Moguntinus Anſelmus Caſimirus p. m. ore ſcil. volutando ad defluxiones à cerebro derivandas. Ignavi rerum dicebant id Catechen, ſed falsò. Cato dicitur, & eſt confectio ſolida penes Indos, ex ligno Aloës, & aliis ingredientibus concinnata, ore volutatur ad intercipiendas fluxiones, quæ in pectus irruuat.

Cachunde longè alia compoſitio, eaque pretioſa. Ex rubeo nigricans perhibetur, ſaporei ex amaro acris, odor ſuaviſſimus. *Gummi Anime* cujus mentionem non facit Renodæus, colligitur in Nova Hiſpaniola, idque Amatus putat eſſe ex Garzia Cancamum veterum, aut Minæam Galeni, vel Ammæneam Dioſcoridis & Serapionis. In capitis & cerebri affectibus frigidis, Dolorificis, catarrhoſis, flatulentis, in paralyſi, contractura prodeſt ſummopere in facie emplaſtri aut fumi applicatum. Oleum exinde parat ſale in Hydrol.

Ita in affectibus cephalicis utimur quoq; non raro Reſina *Copal* ex Hiſpaniola nova ad nos delata. Calefacit enim, emollit & humectat, eſtque reſina duriuſcula, candida, ex albo flaveſcens, beneque odorata. Huc quoque ſpectat *Fuligo*, ex qua ſpiritus, Oleum & ſal conficitur, de quibus infra.

Ad hanc claſſem referenda *tubera Cervina* boleti, in difficultate partus ſummam opem ferentia. Tubera quoque Chirurgorum Poſiſt. quæ adſtringunt, ſiccant & ſanguinem ſiſtunt. Pronuper Novus Orbis nobis peperit Herbam *The*, univerſale roborans, lethargicis utilis, tam quoad ſubſtantiam, quàm quoad Decoctum. Debeo hoc Dn. Petri & Sonnemano Materialiſtis. Noviter Dn. D. Iſaac Küflerus Medicus Belga mihi retulit, ex ore Magni Viri Dn. Tulpii ſe habere, quod decocto herbæ. *The* Friduales vigilias tabelliones in India ſibi conciliare poſſint.

Sumunt decoctum ad libram integram.

FINIS LIBRI QVINTI.

PAR-

PARTIS PRIMÆ
Liber Septimus;
DE
MINERALIBUS.

PRÆFATIO.

MEDICAMENTORVM materia cum multiplex sit, & à plantis, mineralibus, & animalibus desumatur, de ea primum disseruimus, quam stirpium universa propago suggerit: Sequitur nunc, ut mineralia perscrutemur, quæ fœcundissimam quotidie nobis medicam materiam suppeditant, ex qua, *melioris defectu*, eximia nonnunquam medicamenta paramus, quibus morbos contumacissimos, & qui aliorum præsidiorum vim eluserunt, oppugnamus & expurgamus. Externos maxime dico, qui ferrum & ignem sæpius expostulant. Ad interiorum quoque sanationem non tantum conducunt, sed etiam ad partium, quæ principatum tenent, robur, & facultatum recreationem mineralia quædam dantur, *ut terra lemnia*, *bolus orientalis*, & lapilli pretiosi; de quibus ordine, dilucide, breviterque hoc in secundo libro sermo nobis erit. Licet autem mineralia seu fossilia dicantur, quæ è terræ fodinis & visceribus eruuntur, ut terrarum, lapidum, & metallorum genera multa, attamen eorum ampliore significato, ea quoque comprehenduntur, quæ sensus expertia è maris sinu, alueo & litore, & aquarum voragine leguntur, ut salis & bituminis genera multa, quorum censu *Ambarum* coarctatur. Omnia igitur mineralia non tantum sunt terræ, vel metalli quoddam genus, ut quidam ex Arist. colligunt, sed salis, bituminis & lapidum genera sub se complectuntur. De quibus ac singulis libententer disserem; Verum instituti mei ratio tantum expostulat, ut de his breviter agam, quæ medicaminum confectiones in Officina, seu antidotario nostro descriptas ingrediuntur. Proinde mineralia tantum præstantiora & usitatiora ad examen adducam, quæ quod triplici potissimum discrimine dignoscantur, librum hunc in tres sectiones disponam. In priore de terrarum, in secundo de lapidum, in tertio de metallorum natura & qualitatibus disputabo.

CAP. I.

De terra Lemnia.

TERRARVM medicarum præstantissima ea est, quam Officinæ nunc ab insula Lemno, ex qua defertur, *Lemniam*, nunc à sigillo illi impresso, *terram sigillatam* vocant. Eius plures notantur differentiæ; sed præstantior olim erat ea, quam in placentulas efformatam, sigillo Dianæ, quod capram referebat, illius sacerdos obsignabat.

Vera autem Sphragis, seu sigillata Lemnia, ex Dioscoride & Galeno, fuluo, seu ruffo est colore, sicut & collis in Lemno, ex quo eruitur, & in quo nec arbor, nec herba, aut alia stirps, nisi ægre fruticat, nec saxum natum invenitur, sed terra illiusmodi tantum visitur.

Constantinopoli tamen eiusdem placentulæ cineritii coloris adferuntur, Turcarum Imperatoris sigillo, quod nullius animalis effigiem, sed varios tantum characteres refert, notatæ, quæ pro vera Lemnia habeutur, emuntur & servantur.

Nusquam vero caprinus sanguis ab incolis, qui eam in pastillos cogunt, aut ab institoribus, qui ab iisdem emunt, eidem permiscetur, ut gravissimi quidam viri existimarunt.

Isthæc terra adeo pinguis est, ut è seuo constare videatur, dum in ore contenta dentibus confringitur.

Vim habet Antidoti contra pestem & morbos contagiosos, & malignæ qualitatis participes. Magis tamen credo ceremonias & superstitiones vanas Barbaræ, seu Turcicæ gentis, quam virium præstantiam terram nobilitare; quam si quibuslibet fas esset, ac sine fastu è fodinis eruere, magnam suæ celebritatis jacturam pati verisimile est.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 222 sur 955

Varietas characterum, quibus notatur, à magnatum varietate, qui ei sexta Augusti juxta morem eruendæ & sigillandæ præfuerunt. Omnes autem characteres illi duas tantum Arabicas dictiones continent, *Tinimachton*, quæ terram sigillatam significant. *Tinimachtō*

Quam proximè accedit Terra sigillata silesiaca è Laubacensis nostra solaris. Non efficacia minori deprehendi Marpurgi Husanam omnes colores Planetarum exactè possidentem, è qua paravi Spiritum eo modo, quem ex parente meo describit Schröderus diligentissimus pag. 317. lib. 3. Pharmacop.

℞. Orbiculorum terræ sigillatæ Silesiacæ flavæ, quæ duobus monticulis insignitur. lib. j. hos frange in duas vel tres particulas, inde Retortæ, & igni nudo per horas 6. expone, appositoRecipiente satis capaci: prodibunt post phlegma spiritus albicantes in parva quidem copiâ, sed gratissimi acoris & saporis, terra restans eiusdem etiamnum figuræ extrahitur è Retorta, sed quæ non amplius linguæ adhæreat, nec saliva humectata in tumorem sese attollat: hic spiritus non indiget rectificatione, sed unà cum phlegmate datur in vehiculis convenientibus pondere semiscrupulari.

Cap. II.

De bolo Armena.

Alia quædam terra viribus eximia, ex Armenia Cappadociæ finitima advehitur, quam Medici *bolum Armenam*, & *bolum Orientalem* vocant. Temporibus Galeni multum venit in usum adversus eam pestem, cuius meminit *lib. 9. simplic. c. 7. Liberum est autem*, inquit, *appellare, vel lapidem, ut is, qui mihi primus donavit; vel terram, ut ego, quandoquidem humidis rigari patitur.*

Non solum vero ex Armenia, sed multis aliis regionibus defertur. Laudatur, quæ calcis modo promptissime in summum lævorem solvitur, pistillo adhibito, aut liquore quodam affuso, nec quidpiam arenosum habet admixtum, atque commanducata butyri modo liquescere videtur, & in gustu manifestam relinquit adstrictionem.

Valde siccat, astringit, & roborat: sanguinem fluentem sistit, catarrhum cohibet, dysentericis prodest, & ulceribus oris. *Vires.*

Plurimum quoque valet ad pestem. *Quodquot enim hoc medicamentum sumpserunt*, inquit Galenus, *celeriter curati sunt.* At quibus non profuit, interierunt omnes, cum nec aliquo alio juvarentur remedio. Vnde colligitur, his duntaxat auxilio non fuisse, qui erant incurabiles. Et, ut libere dicam, *bolus Armena Lemnia non est inefficacior*, facileque ut Turcarum peristromatis seu rapetis, sic ipsorum sphragide Lemnia carere possumus.

Cap. III.

De aliis quibusdam terris minus usualibus.

Aliæ multæ sunt terræ ad refrigerandum, & meatus occludendos ab antiquis commendatæ, & olim in usu medendi frequentissimæ, quas tamen posterior ætas nunc adeo despicit, ut à Pharmacopoliis prorsus excludantur, paucis exceptis, quæ ob candorem aut ruborem, aut alium colorem, seu flavum, seu alium insignem commendantur, & ab infectoribus expetuntur, & emuntur, ut *Ocra, rubrica, terra Synopica, Creta*, & aliæ multæ.

Nonnullæ tamen vires habent medicas, easque eximias, *ut terra Melitea*, sic à Melita insula, ex qua deportatur, dicta, quæ contra pestem utiliter datur. Contra venena quoque valere, experientia comprobavit, unde multi pro terra Lemnia feliciter usurpant. *Melitea.*

Samia terra species est in insula Samo effossa, cuius ex Dioscoride duæ species notantur; Prior dicitur ei *Collyrium*, quod ut arbitror, in collyriis oculorum misceatur. Altera *Samius aster* appellatur, quod in ipsa quædam micæ stellarum modo eniteant, estque crustacea, & cotis modo prædensa, quidpiam viscosum obtinens. Hæc uritur & abluitur, ut terra Eretria, & vim habet consimilem; ob id sanguinis reiectionem cohibet. Illa *Collyrium* dicta, mollis est, candida, friabilis, & ore contenta linguæ adhærescit. Vtraque refrigerat, & fluxiones arcet. *Samia.* *Samius aster.*

Chia terra è Chio insula delata, Samiæ vultu & viribus valde affinis est, candida nempe, mollis, refrigeratoria, & astrictoria. Contra ambusta optimū est remedium, ex Galen. *lib. 9 simpl.* faciem erugat, splendidam facit, & cicatrices delet. *Chia.*

Est alia *Selinusia* dicta, quam Galenus *lib. 9. simplic. c. 4.* laudat ad Phlegmones mammarum, testium & inguinum incipientes. Est vero & colore, & consistentia, & viribus Chiæ finitima. Ambæ autem pulcherrima sunt ad ambusta remedia. *Selinusia.*

Cimolia adhuc meminit Dioscor. cuius duo constituit genera, unam candidam dicit, alteram purpurascentem. *Cimolia.*

Optima censetur pinguis & frigida, cum tangitur. Vtraque aceto diluta parotidas & tubercula discutit, inflammationes reprimit, & ambustis per belle medetur.

Terra Eretria gleba est rubicunda, inquit Galenus *c. 126. lib. simpl. cuius est optima, quæ sine sabulo est, ac sine lapillis.* Dioscorides duplicem Eretriam facit, unam albam, & cinericiam alteram; nullam rubicundam. Quæ ad cinereum colorem vergit, si mollis fuerit, optima est. Eretria porro urbs est in Euboia prope Calcidem, in cuius agro dicta hæc terra effoditur, unde nomen. Vim habet astringentem, refrigerantem, leviter mollientem, cava explet, atque sanguinolenta conglutinat. *Eretria.*

Rubrica sic, quia ruber, dicta, vel *Sinopica* est, ex Synope videlicet Cappadociæ urbe delata, à qua nomen, vel fabrilis dicitur, quod ea sæpius utantur fabri ad lineas ducendas, infectis in ea funiculis. Quædam rubrica dicitur maculata, alia unicolor; quædam mollis, alia dura, & spissa, alia pinguis, alia media. Omnes autem picturis sunt accommodatæ. Quia tamē siccant & astringunt, medicis visibus inservire, & emplastris vulnerariis, & siccantibus commisceri possunt. *Rubrica.*

Ochra species est terræ flavæ, quæ laudatur natione Attica, non lapidosa, friabilis, omnino lutea & *Ochra.*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 223 sur 955

tea & leviſſima. Vim habet aſtringendi, erodendi, collectiones diſcutiendi, & excreſcentias reprimendi. *Ex ea paratur medicamentum*, inquit Aetius, *quod multum valet ad colliſa & vibices.*

Creta. A Creta inſula terra quædam nomen habet, quæ & *Creta & Cretica* nuncupatur, in multis tamen aliis regionibus paſſim, & copioſa invenitur. Eius multæ ſunt differentiæ. Prima dicitur candida, quæ reliquas terras omnes albedine vincit, qua utuntur artifices in lineis protrahendis. Theodoſia. Eſt alia vireſcens ad eosdem uſus celebrata, *Theodoſia* ſolet appellari. Eſt alia nigra, qua & fabri, & pictores, & ſartores utuntur. Omnes habent vim abſtergendi, unde ad vaſa ſtannea, aut argentea ſordida valent multum. Viridis plus habet acrimoniæ, quam alba; & nigra, quam utraque, ob id magis abſterſoria. Galenus.

Pnigitis. Melia. Ampelitis. Inveniuntur adhuc apud Dioſcoridem aliæ terræ, ut *Pnigitis*, *Melia*, & *Ampelitis*, quarum etiam meminit Galenus, ſed tam ignava eſt illarum virtus, aut certe tam parum commendatos pollicentur effectus, ut vix à junioribus commendentur, qui glandibus relictis non imprudenter malunt tritico veſci. Quæ igitur inutilia ſunt, non utiliter deſcribenda puto.

Alana. Tripolis. Lutetiæ ſubrubra quædam terra *Alana*, vulgo *Tripolis* dicta, circumfertur, ſed quæ tantum vaſis æneis tergendis inſeruit, quib⁹ apte convenit.

DE QVIBVSDAM FOSSILIBUS E MARI, TERRAQUE, ERUtis, quæ inter metalla, lapides & terras ambigunt. Et primum.

CAP. IV.

De Chryſocolla, ſeu Borace.

CHRYSOCOLLA, Officinis, quæ Mauritanorum idioma barbarum ſæpe ſequuntur, *Borax* dicta, in Armeniæ, Macedoniæ, & Cypri fodinis aurariis, argenteiſve & interdum ærariis Optima. invenitur. Laudatiſſima cenſetur Armeniaca, porraceum quæ colorem refert, & ſaporem nitroſum, cum pauculo amarore. Laudatiorem putat Plinius, quæ in fodinis æratiis habetur, ex limo quodam hybernis rigoribus concreto in pumicis duritiem: Huic proxima, quæ in argentariis colligitur: minus bona, quæ in aurariis. In plumbariis invenitur omni alia deterior. Ab Avicenna *capiſtrum auri*, à Dioſcoride & Galeno *Chryſocolla*, hoc eſt, *auricolla* ſeu *gluten auri* nuncupatur. A Plinio *viride terræ*, quod ſegetis læte virentis habeat colorem; Minime tamen ad tantam viriditatem accedit ea Chryſocolla, quæ in Pharmacopoliis habetur.

Capiſtrum auri. Auricolla. Gluten auri. Viride terra.

Species. Nativa. Eius autem duæ differentiæ traduntur; una nativa eſt, ex vena putrii in fodinis metallicis in duritiem pumicis coaleſcens, quæ varium colorem nanciſcitur pro metallorum natura, è quorum fodinis eruitur. Verum quæ viridis eſt, in arte medicamentaria cæteris præſtat, ut flaveſcens auro ferruminando.

Factitia. Eſt quædam factitia ex urina pueri in ardentiſſimis caloribus ſolis in ærea pila ac piſtillo æreo tamdiu agitata, donec in mellis aut unguenti conſiſtentiam abierit, quod ulceribus ſordidis, cadaveroſis, & curatu difficillimis, tum per ſe, tum aliis commiſtum medicamentis conducit, ex Galeno *libr. 9 ſimpl.* Nativam ac foſſitiam tundit & abluit Dioſcorides, donec pura, ſynceraque ſpectetur, dein ſiccat, & recondit ad uſus. Eam ipſam qui urere voluerit, multo tenuiorem habebit, *Dioſcor. cap. 104. lib. 5.*

Virei. Chryſocolla calefacit, excreſcentem carnem cohibet, & modice mordendo exeſt; Multis propterea ulceribus ad ſanitatem perducendis confert; ſed per os ſi ſumatur, periculoſa eſt.

CAP. V.

De Vitriolo, ſeu Calchanto.

CALCHANTUM Græci vocant, quod Latini modo ab atro colore, quo ſutorum pelles inficiuntur, *atramentum ſutorium*, modo à nitore vitri modo ſplendente *Vitriolum* nominant.

Species. 1. Eius tria Dioſcorides perhibet eſſe genera; Nativa duo, & Factitium unum. Prius ex nativis in terræ cuniculis, ac viſceribus, per ſe concretum reperitur.

2. Alterum ſub forma aquæ primum in quodam fodinarum lacu colligitur, quæ poſtea vaſe excepta cito concreſcit in vitriolum.

3. Factitium vero fit ex gleba quadam, maculis pluribus ferri rubiginem & æruginem referentibus conſperſa, aqua madefacta, transfuſa, fermentata, ſolis ardoribus cocta, ex qua vitrioleus humor elicitur, qui poſtea calore, interdum ſolo Solis, interdum ignis in Calchantum abit. Plures alios idipſum faciendi modos docuit Plinius *cap. 13. lib. 34.* ut etiam artis metallicæ periti, quos brevitatis gratia omitto.

Capparoſa. Atramentū ſutorium. Inter factitia Romanum cæteris præſtat, olim *Cyprium*, Germanicum deterius, diciturque vulgo *Copparoſa*, ſeu *infectorium*, vel *atramentum ſutorium*, quod ad pelles inficiendas corrugatores uſurpant.

Nativum, quod ex montibus Cypri eruitur, *Stalactícum*, hoc eſt, *ſtilatitium*, & *pectum*, id eſt, *concretum* nominatur. Tam naturale igitur, quam factitium *Cyprium* nuncupatur, quod ex eius monte vel jam concretum eruatur, vel exudet aqua in id ipſum cito concreſcens, vel arte ex eiusdem terra eliciatur.

Eſt vero nativum, ſeu foſſile calciteos, miſyos & ſoryos particeps, præſertim Cyprium, quod concrementum capeſcit ex aqua vireſcente, quæ ex ipſius monte continuo ſtillicidio delabitur in ſpeluncam, abluitque calcitim, miſym & ſoryn, ſponteque coagulata fit Calchantum: unde facilis huius in illa tranſitus: hæc enim tempore omnia inter ſe commeant, & Galenus Calchantum tractu temporis conſeneſcens in calcitin tranſire ſæpe conſpexit, *lib. 9 ſimpl.*

Præfertur autem ad medicos uſus album & nativum, quod metallicolæ chymici ex ſuo ſulphure & mercurio, tanquam ſpermate prognatum perhibent, & ſæpe ad omnes affectus ſine diſcrimine præbent. Ex eo liquorem quendam aciditſſimum eliciunt, acidulum vitrioli ſæpe

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 224 sur 955

vocitant, cuius aliquot guttæ syrupo violato permixtæ eundem rubellum, & elegantem colore, & sapore efficiunt. Idem præstat oleum sulphuris; & utrumque rosarum infusioni paucula quantitate commixtum, vel alterutrius tantum aliquot guttulæ ei ipsi dilutæ, liquorem totum efficiunt rubeum, quam *tincturam rosarum* nominant.

Oleum sulphuris.

Tinctura rosarum.

A calciti emplastrum quoddam *Diacalciteos* nomine in Pharmacopoliis paratur, quod *Diapalma & emplastrum palmeum* frequentius, nec melius appellatur, nec palmam enim, nec calcitim admittit, ob raritatem. *Calcitis* enim, *missy sory, melanteria, diphryges*, & alia pleraque ab antiquis celebrata, nunc fere invisa, incognitaque jacent, unde pro calciti calchantum ei finitimū, & in quam vetustate commeat, ex Galeno substituitur. Recte quoque substitui potetit in *missos soryos, & melanteriæ* locum, hæc enim omnia magnam inter se cognationem habent, & vires ferme similes, sed colorem ac consistentiam dissimilem.

Vires.

Calchantum natura dotibus eximiis locupletavit, quas artis medicæ proceres agnorunt, & descripserunt. Dioscorides nempe, Galenus, Aetius, Paulus Ægineta, & Oribasius. Calefacit, astringit, siccat, latas ventris tineas necat, adversus hausta fungorum venena prodest, carnes humidas servat, & serum absumendo contrahit, putredinem arcet, robur partibus intimis conciliat. Foris adhibitum adstringit, expurgat ulcera, corrugat aluminis ei cognati modo, & aquæ Swalbacinæ & Spadenses Pucenſesque vitriolina qualitate refertæ, quasi miraculo quodam affectus deploratos perfecte sanant. Mutuantur autem aquæ dictę vim illam insignem à calchanto, cuius energia omnes omnium partium helices & sinus pervadunt, quod obest, evertunt, quod prodest, non lædunt, nec tangunt, quod laxius est, stringunt, quod strictius, laxant, crassius incidunt, liquant, tenuant, expellunt. Præter tamen commoditates tot insignes sua quoque habet incommoda: Cacostomachum enim est acre, erodens & vomitorium, ob id multi monachi & mulierculæ ad febrium circuitus quotidianos, & quartanos donant incerto pondere quandoque vino, quandoque rosacea solutum, & sæpe vomitu vehementius citato febris solvitur: sæpe quoque sic datum ab imperitis medicamentum morbo ipso magis formidolosum.

Aquæ Spadenſes.

Calcanthi incommoda.

In consuetis tamen non negamus, quod etiam in principio dari frigida, præsertim cum consuetudo natura altera. Sed hic opus est, spiritus vitrioli usus in febribus maximus est, utpote cum insignem attenuandi, incidendi, obstructiones aperiendi, sitim & inflammationem sedandi vim habeat, qui propterea commodum cum aqua miscetur, ad jucundam aciditatem, ut saporem acidularum naturalium æmuletur; ubi tamen observetur, quod caute sit procedendum, quando suspicio quædam est de pulmonū læsione, vasorum ruptura, vel interna quadam exulceratione; sicut etiam in Phthisi, Sputo cruento, Dysenteria, Sāguinis mixtione, Pleuritide, renum & vesicæ Ulceribus, ut & in constitutione Macilenta & Hectica, Senum potissimum, &c.

Correctio frigida in consuetis.

Vis spiritus Vitrioli.

Nota vere, quod commodissimè spiritus vitrioli, caustica eius parte sepositā, subtilior & volatilior tantum in usum vocetur, qui ad incendium febris ardentis extinguendū, mirè confert, cuius extrahendi methodus hæc est: ℞. Vitrioli Hungarici depurati ℔iiij. destilla, & igne vehementi coge, ut spiritus & oleum educantur. Liquori egresso adde duas partes aq. pluvial. destill. & in B. M. nova destillatio instituatur, ut sublimissimus & penetrantissimus spiritus vitrioli sursum efferatur & emanet, acidissimo oleo in fundo relicto. Huius 5. aut 6. guttæ quātitati pluvialis aquæ instillatæ febribus ardentissimis mirum in modum succurrunt. Hæc ex communicatione *Dn. Sam. Clossæi.*

Sp. Vitrioli præparatio egregia.

CAP. VI.

De Alumine.

ALUMEN est *veluti muria terræ*, ait Plinius *cap. 15. l. b. 35.* cuius tria Dioscorides genera facit. *Strongile* seu *rotundum, liquidum & scissile.* Priora duo nunc vel raro, vel nūquam visuntur. Posterius nempe sciſſile à multis alumē plumeum vocatur: utriusque enim adeo est facies similis, ut vix alterum ab altero distinguatur. Differunt tamen natura & qualitatibus: nam *Scissile* vim habet astringendi manifestissimam, utiturque; *Plumeum* acre est, & à flamma tutum invictumque manet; videturque esse *lapis Amiantus*, qui ligni modo plurimis constat lineis intercursantibus, nec igni comburitur, quē multi pro illo Amento sumunt, quod unguentum citrinum ingreditur.

Alumen quid. Eius spec.

Scissile.

Plumeum.

Est aliud maxime vulgare & usuale, glaciei, aut crystalli modo lucidum & spissum, ac durū, unde *alumen rupeum* Medicis dicitur; hocque semper solet usurpari, cum alumen absolute dicitur. Huius elaborandi & faciendi modus & longus, & laboriosus est, quem accurate Matthiolus describit. Est quoddam nigrum in Cypro, cuius meminit Plinius.

Alumen rupeum.

Sunt, qui rotundum alumē esse dicunt, quod nonnulli alio nomine *Zucharinū* vocant ex crudo alumine rupeo, ovorum albo & rosacea aqua confectum. Liquidum Matthiolus vidit, contrectavit, & gustavit, nec quicquam unquam magis astrictorium percepit.

Rotundum Sacharinū.

Liquidum.

Præter dicta quædam adhuc inveniuntur factitia, ut *Catinum*, ex cineribus plantæ *Kali*, seu *Sodæ* vulgaris; ut *alumen squamosum*, quod fit è lapide speculari, instar vitri pellucido, quem male nonnulli Talcum vocitant; ut alumen fæcū, quod è vini fæcibus ustis & albefactis paratur. Parandi modum describere duxi superfluum, quod ejusmodi aluminum nullus nunc sit usus.

Catinum.

Squamosum.

Alumen fæcum.

Omne alumen crassarum est partium, & multū astringit, unde *Stypterion*, quasi stypticum dicitur: mediocriter calefacit, expurgat, ulcera putrida emendat, humida siccat, carnem supercrescentem absumit, pruritum tollit, scabiem sanat, ad multa medicamenta ulceribus destinata utiliter accedit.

Viru.

CAP. VII.

De Sale.

UT *nihil communius, nihil frequentius & utilius, sic nihil notius sale, sine quo bellua quidem vivunt, nos vero nequivimus.* Eius aurē multæ differētiæ dātur, *ut marinus, fossilis, lacustris fluviatilis.*

Differen.

Mari-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 225 sur 955

Marinus. Marinus communior est, præstantiorque quo tota Gallia utitur. Marino succedit fontanum, maximè Hallense & Luneburgense, ac his Hassiacum nostrum. De Marino lege Helmontium doctissimum. In novi orbis Pernace ex monte Nanavata aqua fluit fervens, ex quo sal parant, teste Petr. Hispal. p. 5. c. 31. *Fossilis*, quem officinæ *salem gemmæ* vocant, in fodinis lapidum modo exciditur, ac frangitur, & instar crystalli splendens eruitur, unde *gemmeus* dictus. Hic in ignem conjectus, non cæterorum modo crepitat, sed ut ferrum ignescit.

Fossilis.

Gemmeus.

Sal Indus. Est & *sal Indus*, quem Mesue ad pilularum de *lapide lazuli* confectionem accedere facit. Sed cum desit *gemmeum* substituimus. Falluntur, qui putant, Mesuem salis Indi nomine *sacharum tabarzet* intelligere suum, aut nostrum candum, cum & Indi suum salem habeant, quem ex Oromeno monte glebis ingentibus effodiunt, cuius loco gemmens valde convenit, ut ad acuendam *agarici* aut *polypodii* vim pigriorem.

Ammoniacum. *Sal ammoniacus*, seu *armeniacus*, ut nonnulli dicunt, non magno incommodo rarus est, ut qui sapore & colore sit ingratus, nec eximiis dotib⁹ commendatus. Sub arena in Cyrenaica regione concrescit in laminas, exterius venis nigricantibus; colore ad alumen Schiston accedit, ut *salalkali* ad catinum.

Salalkali.

Externè Sal Ammoniac. instar Incantamenti Lieni succurrit. Internè Febres fugat, & Luem Veneream, non obstante *Thoneri* venenositate.

Lacustris. Phrygius. A Dioscoride *cap.* 126. *lib.* 5. laudatur *sal lacustris*, tum & *Phrygius*, nomine *tapeus*, aut *tritæus*, aut *gantæus*. Nos nostrum præferimus.

Flos salis. Flos salis flumine Nilo defluens apud nos non visitur, nec expetitur, estque velut spuma fluminis huius, ut *spuma salis flos spumosi maris*, de quibus videndus Dioscorides.

Spuma salis.

Nitrum. Aliud salis genus dicitur *nitrum* duplici signatum discrimine, prius est *nitrum* Dioscoridis & antiquorum, leve, roseo colore, aut candido, in foramina dehiscens, perinde quasi spongiosum, quod ad nos devehi desiit: alterum est vulgare, *salnitrum*, vulgare, seu *litrum*, aut *salpetræ* dictū, quod Pyrii huius pulveris confectionem ingreditur, qui ad tormenta bellica in multis Galliæ urbibus ex aquis nitrosis paratur.

Salnitrum. Litrum. Salpetra.

Aphronitrum. Dum multa coctione elaboratur, *aphronitrum* eructat, seu spumam nitri, ab ea diversam, cuius veteres meminerunt, quæ non arte educta, sed nativa creditur, ut & lanugo quædam friabilis, alba & salsuginosa, quæ parietibus multis adnascitur, quæ flos nitri judicatur. Nitri conficiendi modus, cum ad Pharmacopœum minime spectet, de eo nunc silebo.

Nitri.

Vires. Salis dotes magnæ quidem & multæ sunt, & usibus humanis plurimum expetitæ. In arte tamen Pharmacaria non adeo necessariæ, ut multi putant, qui salem multorum mixtorū arte Spargyrica educentes, de eo mira & sæpe vana prædicant. Purgatoriam enim medicamentorum facultatem in sale consistere mordicus tenent, atq; ubi eorum extractum quoddam habuerunt, salem se habere asseverant. Insignem autem conservandi vim habet: astringit, abstergit, expurgat, discutit, reprimit, extenuat, & à putredine vindicat. Alius autem alio præstantior est.

Muria cum sit illius velut liquamen, eosdem effectus exhibet; clysteribus utiliter admiscetur ad pigriorem facultatem expultricem excitandam, qualis esse solet in catoche, lethargo, & apoplexia detentis. *Muria.*

[Vulgaris illa salis prunellæ (ut notat Sam. Clossæus) cum sulphure præparatio, ad prunam, aliosque externos affectus potest sufficere: ad internos autem usus, & febres causenides (de quibus supra) minus prodest, contra eorum sententiam, qui sal petræ tum demum ad Medicinam belle paratum esse contendunt, si scilicet quater ad minimum cum sulphure detonet, totiesque filtretur & coaguletur; ajunt enim ei inesse crudos spiritus, qui misi exhalent & dissipentur, ventriculo non levem noxam sint allaturi. Sed non animadvertunt ii, totam petræ salis substantiam eiusmodi spiritibus firmis & ponticis abundare, quos si crudos appellent, non multum repugnavero: per hanc detonationem autem tantum abest ut corrigantur, quin unà cum sulphure subtiliores, & nefrigerio aptiores partes in auras avolent, & si conflagratio illa diu duret, tandem nihil aliud sit restiturum, quam sal amarum, porosum & fixum, calefaciendi & siccandi facultate præditum, id quod illis divinare non erit difficile, qui Cerberi huius chymici spiritum per injectionem particularum sulphuris evocare didicerunt. Itaque totum artificium in depuratione huius salis consistit, atq; in legitimo exhibendi modo. Cape igitur salis petræ nitidioris quantū placuerit, funde in crucibulo igne mediocri, postea projice in lixivii comunis barbitonsorum bonam quantitatem. (Sit autem & hoc utcunque calens alias resiliret materia in faciem) fac in eo dissolvatur, filtra, & evapora ad medias, dein repone in frigido, & ad fundum congregabuntur Crystalli purissimi, qui bonitate & elegantia secundos & tertios subsecuturos longè antecellunt; hos separa, & denuo in Aq. Rosar. solve; ex alia parte etiam tantundem sacchari in aq. Cordiali, vel eadem; solutiones confunde, & eoque secundum artem, ut in cella colligantur Crystalli, quorum usus est ad ʒß. vel ℈ij in ptisanà vel decocto pectorali: sic enim palati sensum effugiunt: alias si in aquis stillatitiis exhibeas crystallum minerale, urinosum & mordicantem saporem senties, qui ventriculo molestiam pariet. Paulo aliter purificationem Nitri proponit *Dn. Zach. Brendelius, Amicus noster, in comp. chymico pag.* 176. qui ex communicatione *D. Rein Franci*, Nitrum primo solvit aqua purissima, vel pluviali destillata, postea coquit ad aliquam consistentiam, & insperso lixivio, residentem impuritatem mutilaginosam in fundo coagulatam relinquēdo, quod clarum est, separat, & in loco frigido pro concrescendis crystallis reponit, &c.] *Alia præparatio.*

CAP. VIII.

De Bitumine.

BITUMEN *Asphaltos* Græcis dictū, est *velut terræ pinguitudo aquis supernatās, quæ ad litē discta concrescit, densatur, ac dura, tenacissimaq; redditur,* *Bitumen quid.*

ditur, & facile flammam concipit. Quamdiu bitumen innatat aquis, molle est; ubi exemptum est, spissatur, fitque pice etiam sicca durius; sed facile adhibitum igni liquatur.

Sodomeus lacus. Bituminosi vero sunt lacus multi; sed maxime insignis & bituminosus est, qui in Iudæa cernitur; ob id *Asphaltes* dictus. Vocatur & *mare mortuum*, tum ob vastitatem, tum quia ipsius aqua fere manet immota, non procellosa, gravis, salsa, crassa, fœtida, in qua nec plantæ, nec animalia nascuntur, nec injecta nutrit, nec in ipsius sinum admittit.

Inter bitumina solida numeratur à quibusdam aliud fossile & terrenum, nonnullis male *terra ampelitis*, aliis melius, *carbo petræ* dictum: cuius generis esse videtur *gagates*, seu *obsidianus lapis*, ex quo globuli precarii & imagunculæ sæpe fiunt, quæ peregrinorum pileis gestantur.

Carbo petræ.

Lapis obsidianus.

Non est vero bitumen omne densum ac durum, sed quoddam datur liquidum perpetuo ac fluidum, *Naphta* nominatum, quod bituminis Babylonii est colamen, colore candidum, ignis rapacissimum. Tanta enim est huic cum igne cognatio, ut protinus transiliat in ipsum, undecunque visum. Invenitur etiam quoddam nigrum.

Naphta.

Ut *bitumen Iudaicum ac Sodomeum* ad nos minime defertur verum & nativum, sed eius loco *pissaphaltum*, aut quid factitium ex petroleo, pice, & aliis quibusdam; sic neque etiam *naphta*: cuius loco cognatum quoddam liquamen assumi potest, ex agro Mutinensi deciduum, quod *Saxoleum*, seu *Petroleum*, quasi oleum è petra eductum nominant. Huc spectat *Oleum Terræ* pellucido rubicundum, ante paucos annos ex India orientali ad nos delatum, fortis odoris & petroleo affine. Prodest Arthrid. vagæ, scorbut. paresi & paralyticis affectib⁹, doloribusque calculi. Naphtæ & Petrolei utriusque eadem consistentia, color, virtus. Est vero *Pissaphaltos*, de quo *supra, picis & bituminis commixtio*, ut nomen ipsum indicat, quam nonnulli pro Mumia usurpant, de qua postea.

Petroleum.

Pissaphaltos.

Mumia.

Bitumen omne discutit, emollit, glutinat, ab inflammatione tuetur, proptosim uteri, & strangulationes, olfactu, & impositu emendat: sed raro, nisi adulterinum invenitur.

Virtus.

Naphta extenuat, incidit, digerit, penetrat, frigidos & crassos humores ex quavis parte corporis absumit: Nervorum resolutioni, tremori, & articulorum morbis à causa frigida medetur.

Naphta.

Inter bitumina recensetur adhuc quædam *velut pinguitudo furfurosa*, quæ à nonnullis *sperma ceti*, ab aliis *ambra subalbida*, à multis *flos maris* dicitur: colligitur enim in mari, cuius est aliqua *pinguis spuma & tanquam flos innatans*, & à quibusdam putatur esse ἄλας ἀνθος, Dioscoridis.

Sperma ceti quid.

Ambra subalbida.

Flos maris.

Fontes Neffte in Persia dantur non procul ab urbe Derbent juxta Persiæ fines. Ex illis fontibus instar aquæ Neffte (oleum aliquod Petroleum) ebullit cum sonitu & odore. Alba quidem emittit odorem magis gratum, quam

ruffa aut fusca. Olear. p. 497.

CAP. IX.

De Sulphure.

SULPHUR vel nativum est, ac fossile, *apyron*, seu *vivum dictum*; vel factitium. Illud ex quadam pingui terræ substantia sponte naturæ generatur; plurimum vero in Lipara & Melo, atque iisdem in locis, ubi factitii vena foditur. Laudatur nitedulæ modo splendens, pellucidum, nec lapidosum, exterius colore subcineritio, intus cum frangitur, subluteo.

Species. *Nativum unde.* *Quodnam optimum.*

Multi montes magna sui parte sulphure constant, inter quos nonnulli, ut Ætna, perpetuis flammis coruscant.

Factitium ex pingui quadam gleba paratur, quæ in fodinis sulphureis eruitur. Modus conficiendi quibusdam rusticis eo in opere exercitatis & peritis relinquendus. Probatur virescens & præpingue.

Factitium unde.

Cum igne sulphur magnam habet cognationem; statim enim prunis adhibitum accenditur, nec unquam extinguitur, donec prorsus oleosa ac pinguis eius substantia igni absumpta fuerit.

Color non idem omni sulphuri: aliud enim viridius, aliud magis luteum, aut cinerium, aut pallidum, aut lucidum; unde plura duobus eius perhibentur esse genera. Nam Plinius quatuor enumerat, quorum nonnulla duriora sunt: alia pinguiora, alia citius flammam concipiunt.

Id autem sulphur vulgare non est, de quo Chymici multa futilia ridiculaque somniant, quod licet mixtum sit, mixtorum tamen esse principium asseverant. Verum ea de re nunc non est disserendi locus.

Ex sulphure pinguem quendam liquorem educunt ad multa efficacissimum, sed qui tantum debeat à peritis tractari, ne plus obsit, quã prosit. Paratur adhuc ex eo quidam pulvis ad vitia pulmonum commendatus, cuius interdum vim eximiam eventus indicat.

Oleum sulphuris.

Ab eo quoque nomen assumit medicamentum apud Mesuem *Diasulphur* nominatum.

Diasulphur.

Sulphur calefacit, coquit, resolvit: Tussientibus & asthmaticis prodest, atque ovo sumptum, aut suffitum sputum movet. Pruritum toto corpore erumpentem cum butyro vel axungia suilla mitigat & tollit, & terebinthinæ commixtum lichenas, scabros ungues, & ploram curat.

Vires.

CAP. X.

De Ambaro griseo.

AMBARUM vulgo *griseum* dictum, veteribus vix cognitum, nec balenæ semen est, aut alterius ceti excrementum, nec quarundam avium herbis odoriferis in insula de Maldina educatorum stercus, quod maris allisionibus alluvionibusque è scopulis abraditur, ut quidam putavit; etiam fungi marini species, è fundo, ubi nascitur, agitatione maris eruta, ut multi scripserunt, *Ferd. de Lopez*. Nec quicquam factitium ex *ladano, xyloaloë, styrace & zibetho*, ut Fuchsius credidit, sed verissime *bituminis quoddam genus est, ex maris fontibus & alveis procellarum vi in littus eructatum, quod aëri expositum illico densatur*, ut solent pleraque alia in mari orta, quæ sub aquis adhuc tenella molliaque sunt: Aqua vero eruta exsiccantur & indurantur, ut *Electrum*.

Ambra fossa quid.

Forsan,

Forsan, ut narratur, in ventre cuiusdam balenæ quantitas ambræ multa reperta est, sed quam viva mediis in fluctibus attigerat & ingesserat: Nam absurdum est arbitrari illius excrementa, ac pravam illuviem ambram esse, cum ea etiam optima à quovis cete ac Physetere devorata, statim bonitatem ac suavitatem amittat.

Quod subolfecit Simeon Sethi, qui ambram bituminis modo è fontibus quibusdam manare asseruit, pessimamque eam esse, quæ à piscibus devoratur.

Garcias ab horto quandã odoratæ terræ speciem esse annuere videtur, cum non solum fragmentum trium fere millium pondo repertum sit, sed & insulæ ex puro ambaro visæ sint: hocq; probabile astruit, cum terræ sint infinitæ varietates in colore & qualitatibus: atque ea generali acceptione, cum bitumen possit etiam dici terræ species, non illius verisimilitudinem impugno. Et re vera nonnulli terrã pretiosam vocant.

Sic breviter ambræ historiam refero: variam enim eorum, qui de ea scripserunt, sententiam discutere nec suscepi, nec breves nostræ perferre possunt annotationes.

Animi optimi. Probatur ambarum, quod odoratissimũ est, à sordibus repurgatum, quodque acu perfossum multum succi pinguis resudat, ac cinerei, non nigri est coloris. Improbatur enim nigrum & valde candidum.

Vsus. Excalfacit, resolvit, cor, cerebrum, & partes principes recreat, spiritus reficit, lipothymiæ medetur, vires erigit, mentem exhilarat, & palmo conducit.

CAP. XI.

De Ambaro fulvo, seu Electro.

Nomina. AMBRA citrina vulgo dicta, varie à variis appellatur, ut à Græcis *Electrum*, à Persis & Mauritanis *Charabe*, hoc est, rapiens paleas. *Dioscor. Plin. Brasavol.* à Germanis *Glesum*, id est, vitrũ, quod vitri modo splendescat. A Romanis *succinum*, quod ex succo, ac velut bitumine marino concreto proveniat: Non autem ex succo pineæ arboris, aut populi nigræ, ut multi dixerunt. Nam inter vada & in ipso maris littore reperitur ex succo pingui terræ, marisque concreto.

Illa autem materia cum lenta sit, viscida & pinguis, ante deliccationem & durritiem multa animalia, ut muscas, pulices, formicas, & similia insecta invisçat & includit, quæ illic commoriuntur, exsiccantur, & simul cum succino indurantur.

Ita scil. credit vulgus. Sed falso. Muscæ enim illæ, pulices, formicæ, ligna non sunt revera res sed apparent saltem, saltemque sunt figuræ & ideæ à vi plastica Macrocosmi producta.

Bonitas. Est vero succinum vel candidum, vel fulvum. Candidum, quod lenius sit & odoratius, optimum quoque & fulvum, quod pellucidum & attritu calefactum rorismarini refert odorem, paleasque trahit.

Vsus. Succinum pulveratum & liquore idoneo datum, valet ad album uteri fluorem, viscera roboranda, sanguinem fluentem cohibendum. Pro fluvio seminis dragmæ unius pondere ex ovo sorbili datum convenit, ut & tabidis, intestinorum difficultatibus, hæmoptoicis, & à longo tempore tussientibus.

Chirurgus Hispanus Guardiola Xenodochii infectorum in obsidione Ostendana præfectus, ostendit Helinpetri fustũ succini rubentis, quod sibi, toto diennio dixit unicum fuisse Renexton. Cuius arcanum erat. Quod Scilicet ad septem pulsus principales fuisset confrictum, usq; ad calorem. Nimirum utrimq; ad tempora, ad carpos, malleolos, & ad sinistram mammam. Ego saltem vidi, illum semper præservatũ, cæteris coadjutoribus è medio sublatis. Erat autem pestis arenoso littore, ventosoq; plerumq; cœto, ac frigoribus infesto, tunc & atron valde. Quod autẽ in succino, reperio, non prorsus spernendũ, est inprimis vis tractoria, affrictu manifesta, & excitata. Dein, est succinum, licet in se transparens atq; gemmorum, minus arcte tamen clausum, faciliusq; ideo nostro calore movetur, & alteratur. Deniq; nec habet succinum vim trahendi limitatam, qualem Magnes, ferrum, & non cuprum, alliciens: Sed generalem, & absq; electione, modo leve id fuerit: Scilicet, ut pestilentem auram, atq; virus trahat, sufficit, si levia quæcumq; ad se traxerit.

Signatũ ergò huiusmodi tractionis, denotat Zenexton in natura fundatum: eoq; fortius, si mumiali fermento appropriationem sit adeptũ. Vidi sic namq; frequenter venenatorum vulnerum, dissoluto inspiritu vini succino, factas sanationes, alioqui penit⁹ desperatas. Imo prout succinum non liquescit, aliis resinis, pinguedine ve colliquatum (quod singulare aliquid sibi domesticum denotat) certe, peregrinã Phaëtontis fabulam, & tumulũ, nomenq; electri, non frustra coincidisse demonstrat. Ridear qui volet frictiones succini, ad pulsus nostros; Recurrat ad Magnum oportet: & pomorum frictiones, ad verrucarum abolitiones, non sine fructu saltem admirabitur. Siquidem si linteum, pestilenti buboni affrictum, contagium arripit atque propagat: quid ni, & in bonum finem, frictiones mumialem adferant dispositionis coadaptationẽ. Quis quæso succinum pestilenti emunctorio affrictũ, non suspicetur; sic; venenũ, cur pari etiam gressu, etiam mumiale symbolum contraxisse, saltem non addubitet? Memini namque caseo sub axilla gestato, & per canem degustato, in decipulã servisse, herumq; suũ ita deseruisse, ut se crediderit, extero, per classem advehi. Equidẽ si bruta, hanc mumiæ determinationem, velint nolint sentiãt, eiq; pareant, multoq; tamen liberiore electione fruuntur, quam quæ Archeali cõceptu, in zenexton cadunt; non video, cur eandem determinationem succino tribuisse, nefas fuerit. Est etenim admirandum crescens, olim in resinam arboreã delatum: aliis demum, minerale creditum: Dantisco tamen mari sudatũ. Nil saltẽ stomacho, intestinis, nervis, imò & cerebro est grati⁹, succino in vini spiritu resoluto. Mirari ergò cessa, tam singulare crescens, tam singulari quoq; vi confortativa ac præservativa dotatũ, tamq; singulari tractrice signatum, pestem queat extirpare è locis membrisque nostris, quibus consolandis, singulari, divinæ providentiæ, bonitate, nascitur. Nec enim hyperbolen sapit, quod frictione, succinum trahat odorem: Cuius ergò, magis illi appropriatur individuo, quam alteri.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 228 sur 955

alteri. Est namque gummi porosum, ac plane volatile: Ideoque susceptivum odoris mumialis, quem frictione suscepit. Novi namq; methodū, qua gemmis, vis herbæ, animalisq; characterizatur: ita, utcunq; postmodum exacte abluantur: residua tamen atque sospes. Vis impressa perstet.

Olea diversa ex succino. [Cum difficulter assurgat oleum succini, quā diu adest vehiculum aquorum, idcirco hic imitandi, qui sine vehiculis aquarum hoc oleum destillant, ubi modus sequens observari potest. Recip. succini albi modicè tusi ℔.j. vel alterā, laterū contusorum [Hartmannus cinerū ossium combustorum præfert] quantum lubet. Mixta per Retortam luto munitam ex Arenæ igne in amplum recipiens destilla: egredietur primo phlegma acidum, deinde oleum album cum spiritib⁹, nubium instar, mox flavū, ubi vero rubronigrū subsequitur oleum, cessa, & Retortam transfer in furnum ignis aperti, ubi mutato recipiente, continuetur ignis, donec nil amplius egrediatur. Priora olea adhuc aceto suo commixta rectifica super idem caput mortuū, & habebis oleum albū limpidissimū, aquæ fontanæ instar, quod separabis, deinde flavū paulo minoris conditionis acetum quoq; ab oleo albo est separandum. Nigrū autē oleum quod attinet, illud aqua fontana est permiscendum, & per dies aliquot digerendum, sæpius vas agitādo decanta, aliam affunde, & digere ut prius, sic oleū ab omni fætore vindicatur, quē sal volatile succini simul cum oleo ascēdens

Sal volatile succini. causatur. Hoc oleum, per infundibulum ab aqua secretum, misce denuo cum cineribus frondium juniperi, & rectifica: quod si limpidius desideras, fac ut ex vesica cuprea cum aq. fontanæ quātitate suff. adhuc semel destilletur. Sal volatile autē ut obtineas, sic procede: cape acidum succini, & aquam priorem, quam oleo nigricanti affudisti, filtra, & in B. M. ad tertiæ partis remanentiam extilla, pone in frigido, separabitur sal quoddam ex fusco rubescens, quod probè siccatū sublimabis lento igne, & egregiè albescet. Aliam præparationem non contemnendam habet *Claudius Dariot*

Alia præparatio olei succini. *de præparat. med. cap.* 10. quæ ex Gallico sermone trāsfertur hoc modo: Recipe succini clari pellucidi, pulverisetur, & in vas circulatorium mittatur, affuso sp. vini optimo, salis proprii acrimonia non destituto [qualis est ille, qui ad extractionē vegetabilium fuit usurpatus, ut superemineat ad latitudinem 2. vel 3. digitorum, vas optime claudatur capitello suo, commissuris luto munitis, & per 24. hor. in cineres calidos reponatur, singulis 6. horis per commotionem permistis contentis post, refrigerationem spir. vini tinctura succini prægnans decantetur, idq; reiteretur quoties necessariū. Fœces, quæ remanent in fundo cum pulverisatis tegulis figulinis misceantur, & per Retorta in arena elicieatur oleum, quod à phlegmate suo per rectificationem separetur, cuius odor non tam gravis esset, si fieret adhibito refrigaratorio superius descripto. Usus olei est gutt. 2. vel 3. cum vino tepido contra dolorem nephriticū, & suffocationem matricis. Spiritum vini tinctū prægnantem separa per destillationem à tinctura, quæ mellis instar in fundo remanebit, & sub nomine Magisterii succini reponitur, &c. *Balduinus Clodius in Officina Chymica, mihi pag.* 32. hunc modum proponit ad destillandum oleum albū succini: R. succini opt. pulver. q. v. imbibatur vino veteri optimo, sepeliatur in cella, profundè satis, in arenam ad longitudinem viri vel 7. circiter pedum: relinquatur ibidem per 6. menses postea, per Retortam destilletur oleum, exterius & interius usurpendum. Alium modum *oleum Carabis* destillandi vide apud *Iohann. Bapt. Portam, lib. 9. de destill. cap.* 3.]

CAP. XII.

De Corallio.

Nomin. CORALLIUM ab effigie, duritie, & natali loco, sæpe, nec improprie *Lithodendron*, quasi *lapid. arbor*, & aliquando *frutex marinus* dicitur: Nam, ut ait Macer, hoc velut arbusti ramusculus esse videtur. In Tyrrheno siquidem & Siculo mari provenit, & fruticis instar assurgit, ac ramos emittit. Hinc à nonnullis inter frutices, ab aliis inter lapides, à quibusdam inter bitumina reponitur. Vere tamen nihil istorum est, sed inter omnia ambigit, aut omnia aliquo modo idipsum est.

Spec. Triplici autem agnoscitur discrimine, unum siquidem rubrum, aliud album, & tertium nigrum. Prius, ut aspectu jucundius, sic melius, medicatius, & ad armillas aliaq; ornamenta aptius. Album, ut spongiosius, sic levius, magisq; refrigerans. Nigrum rarius visitur, minusque medicatum & expetitum. Laudatissimum rubeum, quod semper usurpatur, cum absolute Corallium ponitur. Aliud insuper datur, mixtum, intermixtis nempe coloribus intercursantibus, estq; minus bonum Rubeum, ut cæteris præstet, debet esse colore floridum, ut *alga* odoratum, ut frutex ramosum, fractu facillimum, non scabrosum, nec concavum, aut lacunosum.

Virt. Omne autem corallium refrigerat, siccat, & astringit: menstrua immodice fluentia, & omnē sanguinis fluorem cohibet; unde dysentericis valde prodest: & in viris seminis profluvium, & in mulieribus albos uteri fluores reprimit. Hæmoptoicis plurimum confert, epilepticis, lienosis, & cardialgicis; nam cerebrum roborat, lienem minuit, cordi adfert hilaritatem. Ex eo Chymici parant oleum rubellum, ad sanguinis ex quavis parte rejectationes, & ad robur membris conciliandum utilissimū, de quo alibi dictum est.

CAP. XIII.

De Auripigmento.

AURIPIGMENTUM, *Arrhenicum*, seu *Arsenicum*, *Sandaracha*, & *Risagalum* vix nisi nomine discrepant; omnia iisdem in fodinis erura: omnia septica & summa caloris acrimonia principia vitæ dissolventia, destruentia, depascentia. Et recentiorum nonnulli *Arsenici* nomine tria subintelligunt; *Auripigmentum* enim vocant *Arsenicum croceum*; *Sandaracham Arsenicum rubrum*, *Risagalum Arsenicum album*.

Auripigmentum & Sandarachain iisdem metallis gignuntur, tantumque majori & minori coctione distare videntur: ob id eadem gleba ambo

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 229 sur 955

ambo sæpe mista videntur. Illius autem duo noscuntur discrimina; unum aureo colore micat, χρυσίζων, *lib.* 1. & 9. *comp. med. part. med.* Galeno dictum, crustosum, In squamas fissile, nulli materiei permixtum; alterum pallescens, glandis effigiem referens, & ad sandaracham proxime accedens.

Auripigmenti.

Affinitas sandaracha & arsenici.

Sandaracha non solum natali solo, sed etiam natura tota Arsenico finitima est, & coctione tantû hæc videtur *Arrhenicum* superare. Id enim ustione transit in Sandaracham, ut *Ceruſa* in *Sandicem*, quam *Sandaracham pictoriam* nominant. Meminit alterius Sandarachæ Plinius *cap.* 7. *lib.* 11. quam ad ceraginosi mellis genus refert.

Sandarax Arabum quid.

Turpiter errant, qui vocum affinitate decepti *Sandaracem* Arabum, hoc est, *gummi Iuniperi*, seu vernicem, sandaracham mineralem esse putant & usurpant, ut alibi, *nempe sect.* 6. *libr.* 1. pro rei exigentia notavimus; Multum enim inter se dissentiunt Sandarax & Sandaracha, origine, natura, viribus: alterum enim ex pallido flavet, leve est, & viribus naturæ amicis commendatur: alterum rubet, ponderosum est & deleterium.

Diuersorum à risagalo opus.

De *Risagalo* pauci ac pauca loquuntur, vixque ex eorum monumentis, quid id sit, bene scitur. Bern. Dessennius arsenicum factitium album & crystallinum dicit esse. Sed forsan in eius dispositione & dignotione sese prudentiores gesserunt antiqui, quod adeo lethale venenum detegere noluerint. *Risagalum* scribit Sylvius in iisdem fodinis, in quibus *arrhenicum*, inveniri, quod nonnulli *auripigmentum* putant.

Vim.

Omne autem arsenicum vim habet erodentem, malignam, partibus internis omnibus, humido radicali & calori primigenio inimicissimam: ob id malo consilio Athanasiæ magnæ confectionem à Nic. Alexand. descriptam ingreditur. Aliorum enim permixtione suam feritatem omnem minime deponit. Medicamentis quidem externis aliquando commiscetur, sed exigua tantum quantitate, atque dum carnem erodere superfluam consilium est.

Aura enim arsenicalis, quæ in quodam sale consistit, ut loquuntur Chymiatri, pessima, nec sua fixatione, & salis extractione ita deletur, ut secure possit intra corpus abire.

CAP. XIV.

De Minio.

Cinabrii Dioscoridis quid. Cinnabaris mineralis fuses.

CINNABERIS Dioscoridis, quæ *arboris cuiusdam in Aphrica nascentis succus est*, qui pro sanguine Draconis usurpatur, multum distat à *cinnabari* recentiorum, quæ mineralis est; cuius duæ generales differentiæ, nativa una, & altera artificialis. Illa rursus duplici notatur discrimine; alia enim ex multis argenti fodinis, ut quæ in Hydria est, eruitur, videturque esse gleba purpurascens hydrargyro multo referta, ex qua sæpe sponte profilit; alia in venis fodinarum argenti reperitur, estque *minium secundum*, de quo postea.

Cinnabris artificialis.

Est & *cinnabaris artificialis* ex *sulphure & argento vivo* simuligni coactis facta, quam *Cynaprium* Brasavolus vocat ad distinctionem cinnabaris nativæ, quam ex Dioscoride lacrymam arboris Aphricæ solummodo tenet.

Revera tamen *Cinnabaris*, *Cynaprium*, & *minium* præsertim apud recentiores, qui hæc omnia sedulo ad rationis examen adducunt, non discrepant: Et qui discrepare pertinacius contendunt, singulorum descriptionem accuratam exhibentes, omnia unum esse concludunt. Nomenclationis enim varietas ita sæpe rem ipsam obscurat, ut aliquo modo veniat excusandus ille, qui *Cinnabarim*, *Cynaprium*, *milton*, & *Vermillionem*, sic enim Galli loquuntur, diversa putarit.

Quatuor cinnabaris varietates.

Sunt ergo Cinnabaris quatuor discrimina: Prior est *cinnabaris Dioscoridea*, quæ succus est arboris Aphricæ, cuius succus, ut etiam illa ipsa Draco vocatur. Secunda, *mineralis* est illa insigni rubore nitens, nec multum ponderosa, quæ in fodinis argenti vivi reperitur; ibique, cum flammeo & rutilo colore splendescat, *Anthrax* à fossoribus sæpe nominatur: utraq; rara admodum est. Tertia ex *sulphure & argẽto vivo factitia*, ponderosa, lineis velut argẽteis & rubris intermixta. Quarta in venis fodinarũ argenti reperitur, servaturq; in officinis in forma pulveris eximio rubore nitentis, quem alii *cinnabarim*, alii *milton*, alii *minium*, vulgus officinarum *Vermillionem*, nonnulli *Sandicem* nominant.

1. 2. *Anthrax.* 3. 4.

Sandix quid.

Est vero Sandix *ceruſa usta*, quam ob eximiã rubedinem Serapio minium nuncupavit: cuius opinioni recentiores omnino refragantur.

Recte autem pulvis ille purpureus, quem officinæ pro vermillione servant, à Plinio *cap.* 7. *lib.* 33. *Minium secundum* vocatur, quod in fodinis argenti reperitur, & artificiosa pluriesq; repetita lotione pulchriorem rubedinẽ nanciscitur, adeo, ut tota minii ad minium differentia, inquit Plinius, ex sola lotione & arte petenda est. Primum autem minium, seu *cinnabaris mineralis* ista lotione non eget, & igne copiosum reddit *hydrargyrum*: Secundum seu vulgare, *vermillio* dictum, in igne rubet quidem, sed ne tantillum argenti vivi eructat, nec nisi raro medicis usib. inseruit.

Vires.

Cinnabaris, multo quod sit referta *mercurio*, vires eius habet: quod cum sit etiam lippis & tonsoribus notum, à multis circulatoribꝰ ad luis Indicæ curationẽ sæpe usurpatur, qui ex illa tam imprudenter suffitus parant, ut multos statim in tremorem & paralysim incidisse, alios interiisse viderim.

CAP. XV.

De Hydrargyro.

Mercurium non esse metallorum principium aut semen.

INTER magnifica Chymistarum Idola primas tenet *Mercurius*, seu *Hydrargyrus*, quasi *argentum aquæ*, vulgo *argentum vivum*, ob mobilitatem dictum, quod & rerum principium, & sperma metallorum illi vocitant: sed utrumque æque verum, hoc est, falsissimum & ridiculum. Si quod enim habeant semen metalla, in se ipsis habent, nec aliunde mutatum: nec mixta unquam resoluuntur naturaliter in Mercurium, salem & sulphur, sed tantum Vulcano Spagyricos, ut in eos docte disputavit Dom. Riolanus.

Hydrargyrũ esse monstrũ naturæ.

Est autem Mercurius, seu argentum vivum velut naturæ monstrum, quod nullis videlicet naturæ legibus tenetur: Argento quovis est candidius, aqua fluxilius, acero meabilius; nunquam tamen madefacit, sæpe refrigerat, sæpe calefacit,

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 230 sur 955

aliquando frigidos tantum affectus, aliquando tantum calidos sanat, & cum frigidius percipiatur, calidos interdum affectus inducit; cum calidum, frigidos: nonnunquam parva quantitate nocet, nonnunquam magna prodest, facileque formam propriam amittit, facile eam denuo quasi resurgendo resumit. Et quod mirũ est, sæpe per os sumptum insigniter prodest; foris adhibitum, tremorem, paralysim, & alios affectus pravos adducit. *Falop. c. 27. & 76. lib. de lue vener.*

Historia de hydrargyro inunctus.

Quosdam vidit Trajanus, ante obitum litu hydrargyrato inunctos, in quorum secto cadavere hydrargyrus copiosus repertus est, in cranio nempe, scapularum & brachiorum junctu ris.

2. *Hydrargyrosis.*

Alium vidit, qui per tantum hydrargyrosim passus multos humores per vomitum exclusit, quibus multa hydrargyri quantitas erat confusa.

3.

Alia historia narratur de quodam Antonio Gallo, qui pluries hydrargyrato medicamine inunctos, nec salivationem (fluorem oris vocant) expertus, cum urina hydrargyrum minxit, quo nummus aureus ad eo belle dealbatus est, ut pro argenteo sumeretur.

4. *Alia historia.*

Per os vero sumendum exhibet Brasavolus ad tineas ventris enecandos. Quasdam mulieres asserit Fracastorius hydrargyri singulas sumpsisse ℔j ad perdendum fœtum, quæ ne tantillum molestiæ perceperunt, nec votorum compotes extiterunt, fœtibus nempe minime exclusis.

Idem tamen author postquam eius usum modo probarit, modo improbarit, ingenue faterur, se illius qualitates ignorare. Verum audacter asserit, luem veneream optime curare.

Quis primus usus sit mercurio ad luẽ venereã.

Omnium autẽ prim⁹, qui ad huius morbi sanationẽ hydrargyrum præscripsit, fuit quidã Jacobus Carpensis, quo tã feliciter usus est, ut brevi ditissimus evaserit. Eum recentiores sunt secuti, & remediis tam externis, quam internis permiscent: utroque enim modo prodesse deprehenditur, propter vim quandã alexiteriam, qua virus venereũ in Italico morbo delitescẽs extinguit: Est enim ipsius Alexipharmacũ, licet non satis tutũ, nisi optime tractetur, debite castigetur, & opportune detur. Multos enim vidim⁹, qui ab imperitis per hydrargyrosim tractati, vel interierunt, vel in deteriorem sanitatis conditionem inciderunt: tam feta enim est ista bellua, vix ut ulla arte queat curari. Propterea excusandus Galenus, qui *cap. 59. lib. 9. simpl.* in illius usu meticulosus fuit, nec sit ausus facere periculum, quandoquidem edidicerat à Dioscoride, vim illi esse pernicialem: unde plumbarii & aliorum metallorum, in quibus hydrargyri portio quantulacunque continetur, fusores facile in tremorem, paralysim, & nervorum corrugationem incidunt: Et fossores, qui argentum vivum ex fodinis eruunt, quantumvis rustici ac robusti, vix quadriennium in eo opere vivunt, sed miselli moriuntur. *Est* enim *quasi indomitum medicamentum, cuius est anceps agendi virtus & effectus*, quod licet liquidum sit, metalla tamen valide ponderosa ei supernatant, ut aquæ lignum, auro excepto, quod fundum petit.

Mercurium luis venereæ esse alexiterium.

Pernicios. vis hydrargyro.

Species. Naturale.

Est autem argentum vivum vel naturale, vel artificiale: Naturale ex multarum fodinarum, ut quæ sunt in Hydria monte, glebis guttatim, ac sponte stillat; & aliquando ligone, aut aliis ferreis instrumentis mucronatis percussa quædam fodinarum vena, fonticuli instar prosilit in subjectam humum.

Artificiale.

Artificiale fit, aut potius extrahitur ex *cinnabari*, de qua *capite superiori*. Nec facile assentior Brasavolo, qui etiam ex marmore mercurium fieri, ex Vitruvio scribit, nisi quoque dixerimus cum Chymistis, ex rebus omnibus mixtis elici posse, perinde ac sulphur & salem.

Hydrargyri qualitates.

De qualitatibus autem hydrargyri adhuc certatur: alii enim calidum, alii frigidum ab effectis contendant, ut dictum est; Avicenna, quem Palmarius Medicus Paris. atque alii multi sequuntur, frigidum & humidum asseverant. Fracastorius, Tomitanus, atque plerique alii, qui qualitatem erodentem illi tribuunt, calidum perhibent. Ego cum Traiano qualitatis mixtæ contendo, in eoque qualitates quasdam esse subtiles & calefacientes, alias crassiores & refrigerantes: sed præterea multas adhuc alias dotes possidere. Incidit enim, attenuat, penetrat, liquat resolvit, ventrem subducit, & quod mirum est, vi partim attractiva humores à superficie ad centrum, hoc est, ad ventriculum adducit, & per secessum educit, partim impulsiva à centro adhibitum impellit, & per salivationem propellit.

Hydrargyri vis attractiva impulsiva.

Ad effectum utrumque datur in morbo Italico; sæpeque datur ad salivationem, eius loco supervenit alvi fluor, ut aliquando ad ventris fluorem, cuius loco supervenit salivatio.

In pulverem aliquando reducitur album & valde ponderosum, de quo alibi egimus, qui sine molestia alvum deturbat, viscerib. tamen non parcit, quibus suæ & aquæ fortis, dictæ, in quam immergitur, maligoitatis impressum sæpe relinquit vestigium, ut in multis observavi, qui in agyrtæ cuiusdam manus se commiserant.

DE LAPIDIBVS PRETIOSIS ET MEDICATIS.

Angulus terræ nullus est, qui homini non suggerat pabulum aut medicamentum, nullusque eiusdem sinus, in quo quicquam non lateat humanis usibus idoneum; atque non tantum Arabia felix, sed Barbara quævis regio ad nos plurima mittit, quibus & suaviter vescimur, & salubriter utimur. Ex India enim utraq;, & regionibus exoticis multa quotidie, & gemmarum ditissima ubertas, & eximiarum sturpium ingens copia ad nos devehitur. Vocantur autem gemmæ lapilli pretiosi propter raritatem, elegantiam, ac pulchritudinem & vires insignes: nulli enim dubium est, quin sua sit gemmis divinitus insita virtus, ait poeta, unde regum & principum coronas ornant, digitos illustrant, supellectilia ditant, à fascino tuentur, morbis medentur, sanitatem conservant, oculos recreant, mentem exhilarant, tristitiam pellunt. Non est autem, ut obiter dicam, omnino irri-

irridendus ſtultiloquus vir Fr. Rabaleſius, qui ſuo ineptiarum libro, quem veluti guari, vel pſeudocatholici doctrina multa refertum prædicant, molendinariam molam ex Pictorio Villigenſi lapidum pretioſiſſimam enuntiavit, ut cuius uſus omnibus aliis præferendus ſit: Sed præſtat mimum relinquere, ut ſeria tractemus.

CAP. I.

De Smaragdo.

POST Adamantem fere ſola duritie commendatum, *ipſius enim nullus eſt in medicina uſus*, Smaragdus, Arabibus *Zamarrut* dictus, elegantiſſima viriditate, eximia dignitate, efficaciſſima virtute cæteris præfertur lapidibus pretioſis. Smaragdo enim nihil jucundius, nihilque gratius oculis objicitur: coloris ſiquidem lenitate fatigatos oculos reficit, quos aliorum fulgor ſæpe laceſſit.

Smaragdi præſtantiſſimi reperiuntur.

Inveniuntur Smaragdi pluribus in locis, ſed præſtantiſſimi *apud Cyclopes*, ſeu *Arimaſpos*, ſic dictos, quod unicum, eumq; rotundum in media fronte habeant oculum. *Arima* enim apud eos unum ſignat, *Spu* vero oculum. *Herodot.*

Hipopuli dicuntur aſſidue prœliari cum Gryphis, ut liberius aurum & lapides pretioſos effodiant, quibus montes apud eos multi multum abundant, quos tamen frequentes habitant Gryphi alites ferociſſimi, & mira rabie ſævientes. Viſos n. homines diſcerpunt; & veluti cuſtodes pervigiles nati ad plectendum ſummam avaritiæ temeritatem, in obvios quosque crudeliſſime roſtro ruunt & unguibus.

Species. Duodecim autem à Plinio Smaragdorum differentiæ traduntur, quorum *Scythici & lucido viridiores*, *Optimi qui.* elegantiores & præſtantiores judicantur: deinde *Bactriani*, qui nonnunquam in ſaxorum commiſſuris inveniuntur: tertium locum tenent *Niliaci ſeu Ægyptii*, qui in collibus & cautibus circa Coptonoppidum Thebaidis eruuntur. Reliqua genera in æratiis metallis inveniuntur, de quibus videnduseſt Plinius *cap. 6. lib. 37.*

Fere tamen tres ſolummodo varietates, majoris & minoris ratione diſtinctas inſtitores venditant. Parvi enim ducunt *Calchoſmaragdos*, obſcuros, variegatos, non tranſlucidos, atque eos omnes, qui vel Jaſpidem, vel Beryllum, vel alios lapides habent admixtos.

Optimi qui. Optimus eſt Smaragdus, unicolor, ſplendens, ac perlucidus, & qui jucundam ex liquido viriditatem oculis objicit.

Vires. Tam mira virtute pollet Smaragdus, ut annulo incluſus à comitiali præſervare dicatur. Memoriam quoq; roborat, caſtitatem amat, & Venetis ludibria tam avet ſatut, ut cum rex Hungariæ uxorem iniret, Smaragdus annulo concluſus, qui tum digitum ornaret, in tres partes diſruptus eſt. Eximiæ eum ſint eius dotes, recte Meſuei interpres, præter authoris mentem, in electuario de gemmis, *Smaragdum* pro *feruzegi*, vel potius *peruzegi*, id eſt, *Erano*, ſeu *Turcheſa* ſubſtituit.

Turcheſa, ſeu Eranum uſus in medicina. Nã *Turcheſa, ſeu Eranus, nullius fere eſt virtutis & uſus in medicina*; Smaragdus vero plurimi, & ſuo eleganti colore, & viribus multum commendatur, juxta illud Marbodæi:

Omne virens ſuperat forma viridante Smaragdus.
Colloſuſpenſus dirum fugat hemitriteum.
Et ſanare poteſt ipſa ratione Caducos.
Fertur laſcivos etiam compeſcere motus.

CAP. II.

De Saphyro.

SAPHYRUS gemma eſt non pretioſiſſimi valoris, præſertim qui ab aqueo colore, quem æmulatur, aqueus Saphyrus vulgo nominatur: ſed qui magis ſplendet, colore cyaneo, maximi ſolet æſtimari, de quo ſic Poeta:

Saphyri ſpecies digitis aptiſſima regum.

Aqueus, ſeu ut lapicide loquuntur, albus Saphyrus tam belle adamantem æmulatur, ut nonnullos interdum fefellerit. Uterque invenitur in *Calecut*; ſed præſtantiores ex *Zeilan & Pegu* advehuntur. *Saphyrus aqueus ſeu albus.*

Saphyrorum virtutes nec tot, nec tales, quot *Virtutes.* qualesq; recenſentur à multis ſuperſtitioſis, atq; deſcribuntur in vulgatis lapidum libellis. Vana ſiquidem ſunt; & mere falſa, quæ de Saphyro carmine Macer *cap. 5. lib. 5.* dicit hoc modo:

Quem, (inquit) natura potens tanto ditavit honore,
Vt ſacer & merito gemmarum gemma vocetur.
Nam corpus vegetum conſervat, & integrà membra.
Et qui portat eum, nequit ulla fraude noceri,
Invidiam ſuperat, nullo terrore movetur,
Hic lapis, ut perhibent, educit carcere vinctos.
Obſtructasq; fores & vincula tecta reſolvit.

Alia non perſequor, ad faſtidium uſq; de Saphyro verſibus conſcripta, Poetis enim cum liceat mentiri, ut ait quidam *Comm. in Dant. Poet. Ital. Cant. 20 ſui purgat.* ab his rei cuiusdam veritas & fida hiſtoria non expectanda. Fides autem his eſt adhibenda, qui ſcribunt, Saphyrum cor recreare, venereos appetitus compeſcere, hilares pacificosque reddere geſtatum. Venenis in potu reſiſtit, & inteſtinorum ulcerationibus; oculis quoque adhibitus eorum ſordes expurgat.

CAP. III.

De Rubinis.

RUBINUS à flammeo colore ἄνθραξ, hoc eſt, *carbunculus* dictus, non noctu ſplendet, nec in tenebris accenſæ candelæ vicem gerit, ut idiotæ putant, ſed eius nitor quaſi flammeus præ cæteris lapidibus rubeis fulget, unde Poeta:

Ardentes gemmas ſuperat carbunculus omnes.
Nam velut ignitus radios jacit undiq; carbo.
Nominis unde ſui cauſam traxiſſe videtur.

Ab igne igitur *Carbunculi* nomen habent, unde Græcis non modo *Anthraces* dicuntur, ſed etiam *Pyropi*, vel, ut alijs placet *Apyroti*, quod vix ignem ſentiant, aut igni incaleſcant.

Eorum autem tot ſunt varietates, ut vix poſ- *Species.* ſint peculiari nomine ſignari, & inter ſe diſtingui, ait Plinius *c. 7. lib. 37.* præſtantiores, elegantiores, flammeis radiis fulgentiores ſunt *Carchedonii*, omnium que pretioſiſſimi; dein *Æthiopici*; tum *Alabandici*; Quarto *Sytices Carbunculi*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 232 sur 955

laudantur, ut etiam Indi; *Lithizontes* omnium minime boni & pulchri: sunt enim impuri, & fere marmorei; ob id obscuri; quemadmodum & multi alii, vel fusci, vel candicantes. Sunt, qui Carchedonios à Carthagine, non à pulchritudine & valore dignitatem mutuari contendunt.

Quinque autem Carbunculorum, seu Rubinorum genera tantum solent institores venditare, unum eximie rutilum & splendentem, quem absolute *Carbunculum* vocant, alterum minus fulgidum, quem *verum Rubinum* dicunt: hic satis frequens est, ille vere rarissimus, & vere invisus, nisi solis regibus.

Balasius. Tertius dignitatis gradu sei tribuitur, quem *Balasium* corrupte nominant, eum *Balaustium*, à mali punicæ flore, quem refert, dicere deberent. Post hunc laudatur *Rubuh*, quem subinde *Spinellus.* *Spinellum* appellitant. Quinto loco *Granati* recensentur, de quibus *cap. seq.*

Sexus. Plerique tenent Carbunculos utriusque sexus esse; mares nempe, qui excitatius fulgent; alios vero crassius nitentes & pinguiores, fœminas.

Vires. Omnes rubini vim habent cardiacam & putredini, venenisque resistentem.

Cap. IV.

De Granatis.

Unde habent nomen. Granatus sic dicitur, quod sic acino mali granati similis, estque species quædam Rubini à natura minus elaborati, & quasi imperfecti. Rubeus quidem est, sed admodum obscurus, veluti si umbra, aut nubecula quædam rubino *Rubinus nigricans.* offundatur, unde *Rubinum nigricantem* nonnulli vocitant.

Species. Eius duæ differentiæ agnoscuntur: alius enim est coloris vivacioris, flammam coruscantem cum quadam intermixta obscuritate æmulantis; alter obscurioris, qui minoris æstimatur. Uterque provenit in Calecut, & quibusdam Hispaniæ locis.

Granatus suspensus, vel ebibitus tristitiæ multum resistit, & cor recreat. Cum tamen igneæ sit naturæ, cerebro nocet, sanguinem exagitat, & ad iracundiam excitat.

Cap. V.

De Sardio lapide.

Onix quid. Onix, *Sardonix & Sarda*, magnam inter se habent affinitatem, à Plinio tamen & aliis recte distinguuntur. Nam Onix *gemma* est, *unguem humanum referens, eaque polita & nitens.* Onicem pulchrum habebat Polycrates, de quo vide Plin. *c. 1. lib. 37.*

Sarda. *Sarda* non perlucida est, sed rubedine quadam diluta, ac carnis colorem repræsentans, *Carnalina.* unde & *Carnalina*, non *Cornalina*, cum quibusdam dicenda, nam cornu minime similis est.

Sardonix. *Sardonix* tanquam utriusque particeps, huius & illius habet colorem, hoc est, veluti unguem hominis carnibus impositum, & utcunq; translucidum refert.

Dicitur vero *Sarda*, quod Sardibus primum fuerit inventa. Laudatissima plurimum ruber, *Optima.* & perspicua cernitur. Minus probatur, cui obscurus, seu dilutus est rubor.

Gestata sarda, recreat animum, somnia tristia *Vires.* cohibet, timorem pellit, à maleficiis gestantem servat, hæmorrhagiam sistit, utilerque accedit ad confectionem electuarii de gemmis.

Cap. VI.

De Hyacintho.

Hyacinthus gemma est non maximi valoris; eius enim copia non modo è multis Indiæ locis, sed etiam ex Lusitania ad nos devehitur. Electri fere colorem refert, magis tamen ex flavo splendet, & quasi fulgur aureum emittit.

Hyacinthos quosdam rubeos esse, alios cæ- *Optimi.* ruleos aut venetos nonnulli scribunt; multi tamen Granatos, aut Topazios, vel similes his lapillos potius, quam veros hyacinthos putant. Inveniuntur hyacinthi variegati, unicolores tamen meliores sunt, ac pretiosiores, præsertim Bactriani Arabici omnium pessimi. *Pessimi.*

Plinius sæpe inculcat, hyacinthos citrinos esse, & quosdam venis quibusdam albis variegatos. Qui talis invenitur, *Leucochrysos* Græcis dicitur. Datur quoddam succinum flavissimum, syncerum, fulgidum Græcorum idiomate *Chryselectrum* nominatum, quod ignari pro *hyacintho* vero sumunt.

Suæ autem non desunt hyacinthis vires, frigi- *Vires.* dæ enim cum sint naturæ, corpora densant, somnum conciliant, cor roborant, à pestis contagio tuentur, animi alacritatem excitant, & à fulgoribus defendunt.

Cap. VII.

De Topazio.

Gignit *& hunc Arabum gemmis ditissima tellus,*

ait Marbodeus, de Topazio loquens, qui in nebulosa quadam nominis huius in rubro mari insula primum repertus est à prædonibus, qui in illam tempestate & procellis injecti, ibique diutius sine victu commorantes ad herbas & radices confugerunt; quas effodientes simul Topazium ereuerunt, sic à natali solo nuncupatum.

In alia quoque insula, cui nomen est *Chitis*, frequentes effodiuntur Topazii, pulchro splendore nitentes, & valde expetiti.

Duo autem illorum tradunt esse discrimina; *Species.* *Prazoidem* vocant unum, sive *Chrysoprasium*, quem cum *Chrysolito* eundem esse, multi contendunt; alterum *Chrysopteron*, sic ab alarum aureatum, quibus micat, fulgore nuncupatum.

Chrysolitus, seu *Chrysoprasius* vererum, succi *Chrysolite* porrorum viriditatem ex aureo fulgentem elegantèr refert, unde nomen.

Porro *Topazius* inter lapides facile limam admittit; cæteræ gemmæ cote aliisque saxis poliuntur.

Est vero mirũ, quod Topazius in aquam fer- *Vires.* ventem injectus, non modo amplius bullire impe-

impedit, sed ipsius fervorem adeo temperat & æstum obscurat, ut absque læsione nuda manus statim in illam ipsam immitti queat.

Hæmorrhagiam à quacunq; parte sistit, iram sedat, tristitiam vel tollit, vel minuit, phrenitidem impedit, & animum oblectat.

CAP. VIII.

De lapide Lazuli.

Nomina. QUEM Mesue & Arabes reliqui *lapidem Lazuli* vocant Græci κύανον, Latini *Cyanon*, & aliquando *Cyaneum, lapidem stellantem, radiantem, & ceruleum* nominant. A Gallis prærogativa quadam absolute, & sine adjuncto *lapis* vocatur. Interdum ab Avicenna & Serapione *Armenus & Armeniacus* dicitur.

Discrimen inter lapidē Armenum & Lazulū. Dissident tamen inter se *Armenus* & *Lazulus*, hic siquidem aureis stellulis, & velut radiis micat cum cærulæo flavescentibus, ille maculis multis, & viridibus, & cæruleis, & quibusdam subnigris distinguitur: unde Itali *Verdazuro*, quasi *viridecæruleum* appellant. Utriusq; tamen vires adeo affines sunt, ut alter alteri facile substitui possit: in iisdemque fodinis uterque fere reperitur, & maxime in æratiis venis & argentariis: potius tamen Lazalus in auratiis, à quibus maculas & puncta aurea mutuatur quam plurima.

Is vero ut pulcherrimus, sic & optimus, & multum expetitus, non modo ad mulierum armillas, & alia ornamenta, sed etiam medicamenta.

Virt. Gestatus Lazulus confert visui, & animum exhilarat. Præparatus & sumptus multa commoda pollicetur; nam tritus & lotus, ut decet, potenter & innoxiè humorem melancholicum purgat. Ustus & ablutus interiora recreat. Superstitiosum est nimis, quod de eo multi scripserunt, hominem quippe blandum, divitem, & benefortunatum asserentes, qui illum gestarint.

CAP. IX.

De Magnete, seu lapide Heraclio.

Augustinus de Magnete. NIHIL in orbe toto natura mirandum magis creavit Magnete, quem D. Augustinus mirabilem ferri raptorem vocat; *quem cum primum vidi*, inquit, *vehementer exhorrui: quippe cernebam à lapide ferreum annulum raptum atq; suspensum: denique tanquam ferro, quod rapuerat, vim suam dedisset, communemque feciſſet, idem annulus alteri admotus est, eumque suspendit; sic accessit & tertius, & quartus; jamque sibi per mutua circulis nexis, non implicatorum intrinsecus, sed adhærentium extrinsecus, quasi catena penderat annulorum.* Eadem scribuntur à Plin. *lib. 34. suæ historiæ c. 14.*

Causa virtutis Magnetis primus inuenit. Eius autem trahendi ferri virtus primum innotuit cuidam armentario, cuius calceis cum ferrei clavi essent confixi, is armenta sequens in monte Inda, ad quendam locum venit, ubi Magnes copiosus latitabat, ex quo vix discessit, nisi clavis extractis, aut crepidis relictis, & baculo altera parte ferrea cuspide armato.

Magnes unde dictus sit. Vtr. Ille autem pastor vocabatur *Magnes*, à quo & lapis hic hucusque nomen retinuit. *Nicander, Plin.* Dicitur & *Heraclius*, non ab Heraclio inventore, ut credidit Taisnierius, sed ab Heraclia Lydiæ civitate, ubi laudatissimus gignitur. *Syderiten* adhuc alio nomine vocitant, quod ferrum alliciat, trahatque. Et aliquando lapidem nauticum, quod nautis plurimum inserviat.

de dicatur Heracleus. Syderites. Lapis nauticus. Magnetis species.

Agnoscuntur vero quinque eius differentiæ; prior dicitur Æthiopicus, secundus Magnesiacus; ille ab Æthiopia regione, hic à Magnesia civitate defertur. Tertius invenitur in Alexandria: quartus in Echio Bœotiæ, quintus omnium pessimus in Capo Verlychi Natoliæ. Est enim lævis & spongiosus instar pumicis. Æthiopici omnibus præstantiores judicantur: atque omnes cuiuscunque generis sint eo meliores, quo magis cærulei. Laus quoque summa datur ponderosis, & potenter ferrum trahentibus.

Meliores qui

Adamas autem impedit, ne ferrum trahatur à Magnete, ut etiam allium eidem affrictum. Tam valida enim illius in trahendo ferro virtus non est, quin facile possit eludi, obscurari, superari. Unde ridiculum credo, quod scripsit Taisnierius, quasdam naves clavis ferreis compactas, mare Æthiopicum oberrantes, & tempestate ad promontoria agitatas, in fundum à Magnete attractas fuisse, aut saltem clavis Magneris virtute extractis, in mille partes dissolutas. Hæc enim vetularum sunt insomnia, viri docti calamo nimis indigna.

Quidnam Magnetis vim attrahendi ferrū impediat.

Attrahit autem Magnes ferrum *tanquam sibi simile*, ad sui conservationem & alimoniam: ob id eius scobs solet in pyxidibus asservari: respicitque partem Aquiloniam, tanquam matricem, unde ad Antarcticum dirigi nautis dicitur.

Quomodo Magnes ferrum trahat.

Gignitur & in monte quodam Æthiopiæ lapis alius oppositæ virtutis, quem *Theamedem* nominant, qui nempe ferrum omne respuit, abigitque.

Theamedes.

Sunt, qui Magnetem ustum pro Hæmatite vendunt, magnum tamen est inter utrumque discrimen, ut ex singulorum descriptione patet. *Dioscor.*

Magnes, præter dotes enumeratas, quasdam adhuc medicas habet, unde ad *emplastrum divinum*, & alia medicamenta accedit. Sunt, qui putant, Magnetem per os parva quantitate sumptum adolescentiam conservare: Ob id Rex Zeilan fertur patinas ex Magnete jussisse confici, in quibus cibus eius coquatur. *Garcias ab horto.*

Virtus.

CAP. X.

De aliis quibusdam gemmis, in medicina rarius usurpatis.

INFINITÆ, pene dixerim, aliæ traduntur gemmæ, & aspectu perpulchræ, ac elegantes, & viribus non temnendis insignitæ, quarum quod rarissimus sit usus, de singulis singula capita constituere non decrevimus: Sat enim est, si nostro satisfaciens instituto, eas tantum accurate descripserim, quæ Officinæ à nobis instructæ confectiones ingrediuntur. Ne tamen Pharmacopœus gemmas adeo paucas esse existimet, hoc unico capite, velut in fasciculum & brevem epitomem, alias plures simul contraham.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 234 sur 955

Turchesa Augites. Inter eas autem frequenter occurrit *Eranus*, *Turchesa* Gallis, *Perozaa* Arabibus, *Callais*, & *Augites* Plinio dicitur; cuius color ex cyaneo, & viridi eleganter videtur confuse mixtus. Nascitur in India, præcipue circa montem *Cokas*.

Iaspis. Jaspis viridis est lapis, aut magna sui parte viridi commixtus & elegans, cuius species omnes recensere nimis esset fastidiosum; nam *Iaspidis esse decem species septemq; feruntur*, ait Macer. Vim habet insignem ad sanguinis fluorem sistendum.

Hamatites. *Sumpsit Hæmatites græcum de sanguine nomen*; Gestatu enim & sumptu sanguinem undecunque fluentem cohibet. E Jaspidum genere creditur: Est enim lapis viresçens, variegatus, & guttis cruentis conspersus.

Achates. Achates sic dicitur à fluvio Achate, in quo reperitur. Eius multa dantur discrimina, sed vulgatior ex obscuro candicat, venis quibusdam modo rubellis, modo nigellis intercursantibus. Pyrrhus rex elegantissimum fertur habuisse, in quo novem musæ sola naturæ manu erant sculpæ. Visus est aliquando Achates, instar coralli rubeus, *Corallochates* ob id dictus.

Corallochates. *Amethystus* Amethystus lapis est ex India delatus, colore purpureus, violaceo permixtus, leniter quasdam flammulas emittens. Eius quinque species perhibentur: communior violacei est coloris, refertque eius species quædam vini colorem aqua multa diluti. Ebrietatem quidem impedire, sed insomnia excitare dicitur.

Opalus. Ut adamas laudatur ex candido coruscans, Smaragdus viridis, Carbunculus flammeus ac rubeus, Saphyrus cæruleus, Chrysolithus aureus; sic *Opalus* varius, cui ignis Carbunculi micat, est, Amethysti purpurea fulgens, Smaragdi mare virens; atque cuncta pariter mixtura incredibili lucentia, nihilque inter gemmas pulchrius esse potest. A Plinio *Pæderos* vocatur. Nascitur in insula Zeilan, inque multis aliis Indiæ regionibus, in quibus *Argenon* nominatur. In Ægypto etiam inveniuntur quidam *Senites* nuncupati.

Pæderos. *Argenon. Senites.*

Pseudopalus Oculus catti Est Opalus alius minus elegans & nitens, quem *Pseudopalum & Oculum catti* nominant. Ut verò vero Opalo minus pulcher sic minus expetitus. Forsan is est lapis, qui ab Isidoro *Ophtalmius* nominatur.

Ex Opalorum genere est alius lapis, qui à Pardalis, seu Pantheræ animalis variegato colore *Panthera* nominatur. Nam *Pantheram patet esse feram diversicolorem*, ait Macer. Tot autem virtutes, quot colores habere creditur.

Panthera.

Selenites. Selenites, quod imaginem Lunæ referat, sic dicitur. Lapis est ex candido, melleoque fulgore nitens, qui ad incrementum aut decrementum Lunæ, & crescere, & decrescere videtur. Eius quædam species pallidior, alia viridior deprehenditur.

Girasola. Girasola quibusdam *lapis solaris*, aliis *Leucopetalos* dicta, inter gemmas reponitur, quæ ex candido nitent, & aureum fulgur emittunt.

Dionysia. Est quædam gemma non ignobilis *Dionysia* dicta, quæ trita & sumpta vini saporem utcunque refert, ebrietati resistit: sic à Poeta describitur:

Nigra micat rubeis Dionysia consita guttis.

Beryllus Beryllus gemma est alias multas eiusdem nominis sub se complectens, quarum aliæ maris viriditatem referunt, aliæ pallidiores, aliæ flavescentes, & ex aureo colore fulgentes, quæ *Chrysopraſi* sæpe vocantur: aliæ olei colorem, aliæ alium ita, ut novem eius varietates enumerentur. *Beryllus* obscure micat, ni forma sexangula poliatur.

Nephritis lapis. A paucis annis ex Hispania nova delatus est lapis variegatus, ex viridi & lacteo permistus, quem *Nephriticum* nominant. Is enim brachio alligatus, mira proprietate calculos atterit, & cum urina propellit.

De lapide nephritico vide Unzerum qui fusius pag. 106. eius usum probat ex variis Autoribus.

Ætites. Ætites est lapis veluti prægnans, alio cum quatitur, quasi sonante. Ab Aquilis nomen habet, à quibus ut multi ferunt, defertur, ad ovorum calorem contemperandum, ne nimis calefiant, dum incubantur. Alii aliter sentiunt, & sæpe falsa enuntiant. Utut sit, iste lapis creditur partum accelerare, si femoribus alligetur; retardare, si super stomacho, aut inter gemmas gestetur. Eius quatuor differentiæ notantur, quas ex Plinio quis edisçere quit.

Iudaicus lapis. Lapis Judaicus à natali solo nomen habet. Candidus est, forma elegantissima, glandis magnitudine, & lineis inter se æqualibus, veluti torno factis distinguitur. Tritus, ac lævigatus, & sumptus calculos in renibus & vesica comminuere dicitur.

Chrysolapis. Chrysolapis interdiu sub pallida est, ac fusca, noctu vero ut ignis splendescit. In Æthiopia nascitur. Rarissime tamen ad nos devehitur.

Alias pene innumeras recensent, & Plinius, *cap.* 10 *lib.* 37. & qui de lapidibus libros in lucem ediderunt. Sed multa sæpe scripsere, quæ nec norunt, nec viderunt unquam: atque multos interdum lapides quadam affinitate conjunctos, pro eodem usurpant, & sæpe eundem multis nominibus designatum, multiplicem constituunt. Infinitæ enim sunt lapidum nomenclaturæ, ait Plinius *c.* 11. *eiusd. libri.*

Varietas. Supersunt & alii lapides eximiæ virtutis, & multum pretiosi, sed quia ex animalibus desumuntur, cuiusmodi sunt uniones, seu margaritæ, lapis Bezaar, & alii multi, de his in libro de medicamentis ex animalibus, aut eorum partibus sumptis agemus.

CAP. XI.

De lapidibus quibusdam medicatis, nec pretiosis, & primum de Marmore.

Marmoris species. MARMOR notissimum & durissimum lapidis genus est, cuius tot videntur discrimina, quot loca, è quibus eruuntur. Omnium nobilissima hæc dicuntur, *Phengiticum*, *Parium*, *Zeblicum*, *Porphyrites*, & *Ophites*. Probantur vel improbantur omnia colore, nitore, perspicuitate, duritie. Quod vel virideest, vel plurib⁹ coloribus varie-

Nobilissima.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 235 sur 955

variegatum, sic qnoque durissimum, & pulcherrimum, & præstantissimum habetur. Laudatur quoq; plurimum eximie candidum & solidum hoc se ligendum ad *unguenti Citrini* confectionem.

Phengitici marmor. *Phengiticum marmor* maxime nitet, imagines reddit. Eo constructum est à Nerone Fortunæ templum, quod intus adeo nitebat, ut etiam clausis foribus & fenestris perpetua claritas perciperetur.

Parium. Parium non uniusmodi est. Aliud enim *candidissimum*, quod in Italia frequentissimum est; aliud *cinereum*; quoddam *viride*; aliud ferreum. Hoc postremum tam durũ est, ut ex eo nonnulli incudes faciant.

Zeblicum. Zeblicum in Missena invenitur: Omniũ mollissimum est, & adversus venena prodesse creditum. Si ita est, hac conditione cæteris marmorũ generibus antecellit.

Porphyrites. Porphyrites marmor rubeis ut plurimũ maculis variegatur; ex Ægyto deferri solet, quod maculis candidis distingnitur. *Leucostictos* nominatur. Ex eo pilæ & molulæ fiunt optimæ & elegantes.

Ophites. Ophites, seu *serpentinum marmor*, partim viride est, partim aliis coloribus multis corii serpentum instar variegatum, unde nomen Maculæ frequentiores in vulgariori pallide sunt, cum aliis valde dissimilibus.

Sunt & marmorum genera à viris & regionibus nobilitata, ut marmor nigrum Luculi, ut marmor Augusti, Tyberii; ut Ægyptium, Thebaicum, Ephesium, Lacedemonium.

Alabastrites. E marmorum generibus est Alabastrites, sic ab Alabastro urbe Ægyptiæ dictum, plerumque album & perspicuum, quo & imagines sculpuntur, & vasa excipiendis, & conservandis unguentis idonea fieri solent.

Cap. XII.

De Chrystallo.

Crystallus quid. CRystallus non est aqua congelata, ut plerique existimant, sed *lapis mineralis, albus, pellucidus, aquæ clarissimæ modo nitens.* Ex humore aqueo & purissimo, non frigore, sed ut multi volunt, divini cuiusdam caloris virtute concreto, ortum ducit. Neque etiam ex glacie fit, licet ea id illi nomen dederit, & inter nives soleat inveniri, sed *ex humore sui generis.* Nam glacies igni excalefacta facile liquescit; Crystallus vero non nisi ignibus circumdata assidueque vento & flammis agitata liquatur.

Vsus crystal. Inter Lapides autem, & sub terra crystallus concreta reperitur, etiam in regionibus æstuosissimis, in quibus humor crystallinus, tum à causa universali dicta, cum potentia quadam terrestri lapidescit; non secus ac *succinum* & *corallium*, quæ primum fuerunt humor, dein in lapideam soliditatem, non frigore, sed materiæ aptitudine concreverunt.

Vsus. Chrystallus eligenda purissima, perlucidissima, ac eximie nitens. Ex ea non tantum calices, vasa, armillæ, & alia pleraque elegantissima fiunt opificia, sed etiam medicamenta quædam parantur. Eius pulvis *unguenti Citrini* compositionem ingreditur, ad dentifricia commendatur, & alia medicamenta ornatui inservientia.

Lapidem cristall. montan. cum succo Limon. & berber. commendat in cholera Heers p. 13.

Cap. XIII.

De Gypso.

GYpsum cuique notissimum, præsertim Lutetiæ, cuius mœnia, ædes, palatia, magna ex parte gypso cœmentantur: fodinæ siquidem illius suburbianæ totæ gypsatæ sunt, nec silicem, aut alterius generis lapidem in earum cuniculis invenire facile est.

Gypsum quid. Est vero Gypsum *lapis candidus, utcunq; nitens, in laminas facile scissilis, ædificiis & muris struendis idoneus.* Grudum gypsum vix ad ædium fabricas usurpatur; sed in furno coquitur, donec tabescat, plane albescat, & in pulverem citius reducatur; qui aqua dilutus, mox lapidescit. Antequam tamen induruerit, fidelia agitatur, subigitur, ducitúrque, ut citius reddatur molle, & sequax ad alios lapides simul agglutinandos, & alia opera industriose fingenda. Præstantissimum est recens coctum, nam diutius asservatum humidius est, & aquæ immixtum non ita solide lapidescit.

Species. Eius duo notantur discrimina; vulgatius, quod obscure nitet; alterum rarius quod in laminas finditur, fere *specularis lapidis*, aut *talchi* modo splendens, unde multi *Talkum*, impro- Talkum. prie tamen nominant. Est enim *Talkum* magis & tenue, & squamosum, & album, & lucidum. Sunt, qui selenitem vocitent. Agyrtæ nonnulli ex talcho arte deceptoria oleum parant ad vetulas fucandas, erugandasque, & ad faciei nigredinem dealbandam, sicque imprudentes mulierculas, quæ deformitatem ægre ferunt, vanis pollicitationibus quotidie fallunt, caute, nec illicite (*consentiendi* enim & *volenti non fit iniuria, nec dolus*) in illarum crumenas manus injicientes. Virtus.

Gypsum vim habet astringendi & obstruendi, inquit Dioscor. Sanguinisque eruptiones & sudores cohibet. Ob id utiliter ad emplastrum contra rupturam accedit, & ad alia medicamenta externa, quæ ad meatuum laxitatem imperantur. Per os autem non sumendum, quia strangulationis modo interficit.

Cap. XIV.

De Calce.

CAlx & gypsum, duo sunt lapidum simul agglutinandorum in ædificiis divitum construendis vincula, nam pauperum ædiculæ sola fere terra subacta, aut luto cæmentantur. Sed gypsum postquam semel aquã ebiberit, & coierit, eius est impatientissimum. Calx verò, & aqua nutritur, & diutius ac melius conservatur. *Calcem* cum dico, coctam intelligo, quæ alba multum est, facile pulverabilis & friabilis, & aquæ effusione ignibilis.

Calx cruda. Cruda vero lapis est durus, ponderosus, aqua quæ nec diluitur, nec incandescit, ob id non calx absolute, sed lapis calcarius appellatur.

In quibus autem terris calx reperitur, in his gypsum nullum; ut in quibus gypsum, in his nullus lapis calcarius effoditur. Calx ea optima est, *quæ superfusa maximos strepitus edit, & ignem concipit*, eaque recens, & admodum cinerea, nam vetus albior est, & infirmior, quam scilicet aer ingressus est, & imminutus est ignis.

Calx optima quæ.

Fit quoque calx secundum Dioscor. ex buccinorũ marinorum, cochlearum & ostreorum testis, tam diu igni combustis, usquedum vehemẽter inalbuerint.

Ex *calce viua & auripigmento* eximium paratur psylothrum, quo partes hispidæ facile depilãtur. Pyrotica quoque ex illa fiunt, paucis adhibitis, quæ partem, cui admoventur, inurunt, & eschatam relinquunt.

Pluries aqua pluviali, aut fontana calx elota, utiliter unguentis permiscetur, quibus ulcera cadaverosa curantur. Aqua extincta, & bis terve lota, si denuo in aquam proiecta abluatur, ea posterior aqua valde convenit ulceribus pudendorum, & aliis aliarum partium phagedenicis, cadaverosis, & curatu difficillimis. Pluries enim lota mordacitatem omnem exuit, & acris esse desinit, calefacit tamen & siccat manifestissime; proinde ulceribus confert exiccandis, & ad cicatricem perducendis.

Aqua calcis.

CAP. XV.

De lapidibus Spongiarum.

SPONGIÆ proximam plantis, non animantibus, habent naturam; crescunt enim, augenturque, sed non sentiunt, contra multorum opinionem. Earum quasdam Dioscorides mares facit, tenui fistula spissas, quarum duriores *tragos* nominant; alias fœminas, quæ contrarias dotes habent. Aristoteles quatuor varietates earum agnoscit; *aliæ*, inquit, *raræ, quæ amplissimæ sunt, aliæ spissæ, quæ mollissimæ, aliæ tenuissimæ, quæ duriores, aliæ spississimæ, & validissimæ, quas Achilleas nuncupant.* Quæ summis saxis nascũtur, duriores sunt; quæ in tranquillis tractibus maris, molliores.

Sexus.

Spongiarum differentia.

Nobis autem tres Spongiarum differentiæ notissimæ; prima, & vulgatissima, & mollissima raras, & parentissimas fistulas habet, magnitudine & forma hepar humanum referens. Secunda densior & minor, duriorque, ac fistulis minoribus pervia. Tertia densissima, valida, cinerea, & Alcyonio similis. Omnis spongia fungus marinus solet vocari.

Fungus marinus.

In spongiis autem lapides vel concrescunt, vel alibi appulsi stabulantur, inquit Plinius. Utrique satis noti sunt, in omnibus enim fere spongiis inveniuntur. Seligendi vero, qui his innascuntur, quibus vis ad frangendum calculum datur. Eam tamẽ non adeo validam Galenus putat, ut eum, qui in vesica stabulatur, lapidem comminuere valeat.

Lapis spongiæ.

Vires.

CAP. XVI.

De Lateribus.

NON ex gemmis solum & lapidibus, sed etiam lateribus, & fractis, & antiquatis, atque etiam ex solea detrita, sæpeque ex luto Medicus opem largitur ægrotis. *Nihil enim est qualitatis expers, quæ qualiscunq; fuerit, à perito & probato Medico opportune usurpata prodesse potest.*

Multa autem sunt, quæ recentia efficacissimas vires habent; inveterata vero exolescunt, & qualitatem amittunt, ut medicamenta vulgaria; alia vix nisi antiquata, medicata, ut *lateres*, qui de novo cocti muris tantum ac ædibus construendis inserviunt; veteres medicis usibus optatissimi, & efficacissimi. Hoc ex *oleo delateribus* constat: quod ad morborum multorum curationem eximiis viribus pollet, ut in Officina nostra docuimus.

Lapidibus supra enumeratis addi possunt his in locis *lapides Bufonum* Büdingenses, & *lapides Vulvarum* qui non procul à Swalbaco eruuntur, quorum hi uteri doloribus: Illi verò venenis singulari vi medentur, busones quidem & membra muliebria externa forma & figura aprimè referentia. Huc quoque spectant *linguæ viperinæ fossiles Melitenses*, venenis & Epilepsiæ medentes.

DE METALLIS.

Metallum proprie dicitur corpus fossile, durum, malleo ductile, & igni liquabile, sed quod liquatum in pristinam formam redit. A μεταλλάω, id est, perscrutor, nomen habet, quod illud soleant fossores intra terræ venas scrutari; vel ἀπὸ τοῦ μὴ τὰλλα εὑρίσκειν, quod aliud, post aliud metallum fodiendo inveniatur. Nam ubicunq; una cuiusdam metalli vena detegitur; non procul invenitur alia, ut in sterili solo, & montibus multis.

Metallum dicta.

De corum autem materia varij varie sentiunt; Aristoteles lib. 3. Meteor. c. ult. omnium mixtorum, quæ intra terram fiunt duplicẽ materiam constituit, halitum & vaporem, quorum mixtione in terræ visceribus fossilia fiunt, quæ scilicet effossa terræ similia sunt, nec liquescunt, ut metallica, quorum nonnulla plus continent humidi, & facile liquantur, ut plumbum & stannum; alia ducuntur & liquantur quidem, sed difficilius, ut ferrum. Mathiolus scribit, esse substantiam elementarem, quæ tanto perfectius metallum efficit, quanto magis in æquali proportione, tum quantitatis, tum qualitatis impense depurata est. Paucis Scaliger exercit. 20. dixit, esse aquã terream: Spagyrici Mercurium, ut etiã sulphur, quod ex Albert. efficiunt, dum sic ait: Prima materia metallorum est humidum unctuosum subtile, quod est incorporatũ terrestri subtili fortiter commixto, ita, quod plurimum utriusq;, non tantum cum plurimo utriusq;, sed etiã in plurimo utriusq;. Sic, ut aliquid fore videãtur sua in somnia enunciant. Tot autem Metalla, quod Planetas esse perhibent, septem nẽpe quorum nomen & characteres ad designanda metalla mutuantur: illis aurum dicatur Sol, argentum Luna, plumbum Saturnus, stannum Iupiter, ferrum Mars, cuprum Venus, argentum vivum Mercurius, quod tamen proprie metallum non est, neq; enim ducitur, neq; liquatur, sed aliquo modo, ut potentia tantum, metallum dici potest.

De Metallorum materia opinio Aristot.

Scaligeri Spagyrici Mathioli

Metallorum quot & quorũ numina, secundũ Spagyricos

At vero reprehendit Scaliger Exerc. 106. hanc metallorum cum Planetis affinitatem & nomenclationem, quam ridiculam ostendit, nec ex planetarũ numero numerum metallorum esse designandum. Non solum autem metallum planetis, sed multa fossi-

fossilia signis Zodiaci voce & characteribus respondere contendunt, ut aspalatum Tauro, auripigmentum Geminis, salem ammoniacum Cancro, arsenicum rubrum Virgini, vitriolum Romanum Libræ, sulphur Scorpioni, alumen rupeum Sagittario, alumen scissile Capricorno, salem nitrum Aquario; sicque sua arcana, ut loquuntur, involucris quibusdam anigmaticis obtegentes, tanquam deliri mille ineptias effutiunt, quas satius est irridere, quam refellere: nunc enim ad nostrum institutum tantum spectat, ut ut ea tantum metalla, aut metallis adnata describam, quæ ad nostram officinam necessaria dicuntur, initio à metallorum Sole ducto quam Aurum nominant.

Cap. I.

De Auro.

AVRVM metallorum rex, omnium perfectissimum & temperatissimum, & veluti Solis tincturam in vultu gerens, summum in mortale genus habet imperium. Nam *aurum omnes colunt, Aurum, lex sequitur & aurovenalia rura. Diphilus Auro* enim *puro nihil potentius; illi parêt illo fiunt omnia; quo qui destituitur, vel tanquam Elephanticus ab hominum consortio seiungitur, vel tanquam mortuus inter vivos vagatur.*

Aurum esse bonum & malum.

Adiaphoron tamen cum sit, & pro ratione vrentis vel bonum, vel malum, si quis eo male utatur, malorum maxime malum est. Est enim dux scelerum, vitæ pestis, rerumque ruina & propter aurum fiunt raptus, lites, homicidia, pugnæ. Si vero quis eo bene utatur, non solum ad vitæ subsidia, sed etiam sanitatis tutelam, intro sumptum valde prodesse creditur. Non de Chymistarum auro potabili, vel potius esculento loquor, plebeculam, quod mendaciis & vanis exspectationibus reficit, vel potius decipit. Demus enim licet liquorem quendam flavescentem, auri liquati æmulum arte chymica paratum, is tamen nullius est insignis in medicina usus, tantum abest, ut elephantiasim, hydropem antiquatum & alios morbos deplorato sanare, & senectutem tardare, & juventutem conservare vegetam ac floridam valeat, ut ipsi jactitant. *Natura siquidem auri cum longissime distet à nostra natura, neutiquam nostræ per illam licebit instaurari*, ait Scaliger. *exercit.* 272. Multa enim cum sint nostræ naturæ similiora, eidem reficiendæ convenientiora; estque absurdum dicere, aurum alere, & substantiam nostri corporis reparare, atque in illam ipsam mutari: sic enim qui auro vesceretur, tandem fieret aurum.

Aurum non alimentum substantiam nostri corporis reparans.

Medici igitur aurum non destruunt, ut dissolvant, & bonitatem nativam amittendo, alienam & inutilem, & sæpe noxiam inducant. Sed melius vel in tenues bracteolas, vel scobem, ac individua corpuscula comminuunt, ut ad partes facilius sese valeat insinuare.

His apparatum modis utiliter accedit ad confectionē *electuarii de gemmis & pulveris latificātis Galeni*, optimeque permiscetur medicamentis corroborantibus. Soleo ego feliciter ditioribus puellis fœdis coloribus detentis, pro chalybe præparato limaturam auri, cum aliis quibusdam idoneis medicamentis in forma catapotiorum, & aliquando tabellarum præscribere.

Auri medicatæ vires multæ quidem sunt, non tamen tot ac tantæ, quantas Chymiatri prædicant. Laudantur potissimum ad melancholicos, & præter naturam tristes exhilarandos. *Vires.*

Cap. II.

De Argento.

EST quoque *argentum & anima & sanguis mortalibus.* Ab auro enim omnium metallorum est præstantissimum, quod nulla vetustate rubiginem contrahit, nec deterius evadit, sed semper nitidum, splendidum ac syncerū, quod facile ducitur & liquatur. Fit in terræ visceribus ex hydrargyro mundo & candido, & ex sulphure puro, claro, firmo, & albo æqualiter simul contemperatis. Sicque candidum & fulgens redditur, propterea quod calor sulphuris bene mundati, ut loquuntur Chymistæ, dealbat & subtilius reddit, adeoque exsiccat, ut sonorum, durum & tinnulum evadat. *Argentum esse animam & sanguinē mortalibus.* *Argentum unde fiat.*

Solum autem inter metalla splendorem videtur emittere translucidum: Suæ enim in fodina, quasi lux est in tenebris, veluti rudimenta stellarum referens; magis tamen multo splendet purum, & igne examinatum, & septies repurgatum, cui connexa sunt, quæ Psalmista *Psalm.* 11. sic cecinit; *eloquia Domini, eloquia munda, argentum igne purgatum.* A Chymiatris Lunæ comparatur, cuius nomen mutuatur, sed non qualitates æmulatur.

Auro censetur frigidius, cuius tamen vires & dignitatem quadantenus refert, secundum perfectionis & puritatis gradum obtinens: Sua naturali complexione frigidum & humidum est temperate, unde membris spiritualibus auxiliari creditur. Multum quoque valet ad cordis palpitationem; ipsum namque roborat, & hæmatosim adiuvat; efficitque laudabiliorem. Ex eo arte Spagyrica oleum educitur morbis cerebri pluribus commendatum; Dogmatici tamen, seu veri Medici tantum solent in medicamentis eo uti, vel in scobem, vel in tenuissimas laminas redacto, perinde ut auro. *Qui secus faciunt, in labore dolus.* *Virtus.* *Dogmatici veri Medici*

Cap. III.

De Stanno.

STANNVM aliud metalli genus est in fodinis cum argento inventum, quod Plinius *plumbum candidum* vocat ad differentiam plumbi nigri, quod velut argenti stanniq; quoddam purgamentum in fornace remanet. Qui Jovi sacrum faciunt stannum, id ex hydrargyro, puro, claro, & ex sulphure crasso & immundo generari dicunt. *Stannum unde fiat.*

Sunt porro multa plumbi & stanni inter se comunia; neutrum enim rubiginem contrahit, sed potius squalorem & sordiciē quandam, plus tamen plumbum, quam stannum: neutrū quoq; valde sonorum est, nec valde durum. Plumbo tamen durius stannum & magis tinnulum. *Stanni & plumbi communia quæ.*

Est vero stannum vel simplex & purum, ac prope defœcatum; vel impurum & ex aliis metallis compositum, quod naturâ, vel artificio tale redditur, cuius multæ sunt differentiæ pro rerum mixtarum ratione & diversa earundē proportione.

portione. Eius autem vires rerum, ex quibus componitur, mixtioni respondent.

Stannum duplex. Multis vero usibus humanis inseruit stannum: verum ex eo rarissime medicamenta parantur, sed vasa sæpissime, in quibus illa ipsa reponuntur & servantur. Audio, Chymicos oleum ex Stanno parare, ad vulnerum & ulcerum curationem commendatum; sed alia prostant medicamina, & paratu faciliora & viliora, & ad id præstandum efficaciora.

Cap. IV.

De Plumbo.

Μολυβδος seu *plumbum* secundum Chymistas & Saturno dicatur, & Saturnus dicitur, atque ex ipsorum iudicio ex hydrargyro impuro & crasso & sulphure modico & impuro generatur. Non solum autem in terræ latibulis inclusum *sed sub dio positum crescere perhibetur*, atque ideo tecta sua gravitate labefactare existimatur, inquit Cardanus, qui eius quatuor facit discrimina, vulgare, album, quod multi *stannum* appellant, *Bisemutum* hucusque incognitum, & quod è Stibio paratur.

Plumbi species.

Plinius agnovit tantum vulgare seu nigrum, & album. Nigro duplicem originem tribuit: aut ex sua, inquit, nascitur vena, nec quicquam aliud ex se parit; aut nascitur cum argento, mistisque venis conflatur. Primus liquor, qui in fornacibus fluit, album *plumbum* & *stannum* vocatur; secundus *argentum*, quod remansit, Galeno dicitur, & Latine *plumbago*, ex qua plumbum elicitur.

Plumbago.

Lapis Molibdoides. Extrahitur quoque è gleba quadam plumbaria, è fodinis erura, quam lapidem *Molibdoidem* nominant. Secretum autem & liquatum plumbum, adhucque calens aqua frigida perfunditur, quousque scoriam quandam exuat, quam *recrementum plumbi* nuncupant.

Ad usum autem medendi ex plumbo fiunt mortaria & pistilli, nec non turundæ fistulosæ, canulatas dicunt, internis & profundis viceribus dicatæ, quæ aliis quibusuis etiam aureis æque sunt efficaces.

Paratur quoque pulvis è *plumbo* ad ulcerum exsiccationem commendatissimus de quo mentionem alibi fecimus.

Vires. Est autem plumbum refrigeratoriæ facultatis, ait Galenus; ipsumque Chironis, quæ vocant, ulceribus & cancrosis & putredinosis, tum ipsum per se, tum quibusdam aliis permistum convenit. Elotum vero, ut etiam ustum vires habet commendatitias. Abluendi & urendi modum, & qualitates & effectus docet Dioscorides. Ex plumbi adhuc laminis *cerussa* fit, de qua mox agetur.

Cap. V.

De Aere.

Cuprum unde dicatur. Æs Veneri dicatum, ab insula Cypro, in qua laudabile & copiosum eruitur, *Cuprum* vulgo dictum, vel aurei coloris est, ob id à multis *Aurichalcum* dictum, vel ad rubedinem accedit, & absolute æs dicitur: quod apud veteres magis fuit in usu, quam aurum, vel argentum, vel ferrum: Nam prima hominibus moneta fuit ex

Aurichalcum unde.

Vnde æs.

ære, unde *ærarium publicum*, unde *æs alienum*, & *quæstor ærarius*. Idemque bellatorum arma olim non ex ferro, sed ex ære fuerunt, ut etiam statuæ & templorum valuæ.

In Pharmacopoliis autem hæc passim occurrunt, *Æs ustum*, *flos æris*, *squama æris*, *& ærugo*, sed quæ singula sint, omnes lectionis Pharmaceuticæ studiosi non certo dignoscunt. *Æs ustum*, inquit Dioscorides, fit è clavis solutarum navium, fictili crudo compositis, subsperso sulphure, cum sale pari: Omnibus vicissim inspersis, fictile circumlito creta singulari spiramento, fornacibus inditur, donec percoquatur.

Æs ustum.

Astringit, exsiccat, reprimit, extenuat, attrahit, ulcera purgat, & ad cicatricem perducit, vitia oculorum emendat. *Dios.*

Flos æris. Flos æris fit, cum fornacibus æs fusum in receptacula delabitur per colla fistularum ad ea pertinentium. Et antequam coeat in massam duram super ipsam adhuc ignitum, aqua frigida infunditur: Tum siquidem repentino concretu ac densatione velut expuitur, & erumpit *flos* ante dictus. Vapor quoque concrescens delabitur granulis milio proximis ac rubidis, quæ pro *flore æris* habentur.

Squama seu Batitura æris. Squama vero seu Batitura æris fit, dum id malleis percutitur: Præstantior est ea, quæ ex ære, quo clavi fiunt, excutitur, *Helitis* proprie dicta. Omnium deterrima, quæ ex vili promiscuoque ære, aut candido habetur. Astringit, extenuat, reprimit, erodit, nomas coercet, & ulcera ad cicatricem perducit.

Vires.

Cap. VI.

De Ærugine.

Ærugo non tantum pictoribus inseruit, sed etiam Medicis, qui eam multis medicamentis permiscent, curandis ulceribus dicatis, cuiusmodi est, medicamentum Galeno, *Lite* dictum, atque alia multa, quæ ipse describit *lib. 2. comp. med. gener.*

Ærugo qui. Est autem ærugo, non quidem æris flos, ut putarunt nonnulli, sed *quædam velut rasura viridis, quæ illius laminis aceti vapore madidis effloruit.*

Species. Ejus duæ traduntur à Dioscorid. varietates, una vulgaris, simpliciter *ærugo* dicta; altera *Scolecia*, seu in vermiculorum speciem effigiata. Eaque duplex, fossilis una, & altera factitia. Vtraq; autem rarissima; altera enim non quæritur aut quæsita non reperitur; altera non præparatur.

Vulgaris autem copiosa est, & venalis ubique reperitur, & multis paratur modis, quorum usitatior est, qui sic fit.

Æris præparandi modus. In dolium aut aliud vas satis amplum acetum acerrimum infunditur: vas æneum & inversum superponitur, præsertim concameratum: Si id planum fuerit, ita obstruatur, ut nullum habeat spiraculum: post decem dies exempto operculo, insidens ei ærugo deradetur.

Hoc adhuc modo visitatissimo habetur. Æris lamina una aut altera in dolio acetum continente ita suspenditur, ut acetum non attingat, & elapsis postea diebus adnata ærugo deraditur. Quin etiam ex laminis iisdem maceto maceratis haberi potest ærugo.

Qua-

Ferr. Qualitatem habet acrem, digerentem, attrahentem, & liquantem carnem non modo teneram, sed etiam duram. *Galen. 9. simpl.* Non tantum vero gustum mordicat ærugo, sed ipsa etiam ulcera. Quod si eius pauculum cerato non pauco admiscueris, id, quod ex ambobus erit mixtum, citra morsum exterget. *Falluntur* autem *multi in multis compositionibus, quibus non recte sarcoticam aut epuloticæ facultatem asscribunt, utpote, cum ipsa ad præstare nequeant, vernm ea, quæ ex ipsis composita sunt.* Galen.

CAP. VII.

De Ferro.

Ferri necessitas. FERRO vix quicquam communius, vixque aliquid & utilius & nocentius. Neque enim ædicula aut stabulum, nec navicula, neque quæ ad hominis vestitum & alimentum spectant, sine ferro fieri, aut haberi, aut parari queunt. Nullus siquidem labor suscipitur, nullum opus absolvitur sine ferri adiutu. Omnes enim artifices ferreo quodam instrumento, ut agant, opus habent. Omnia specialius nolo persequi, cum satis etiam rusticis innotescant

Necessaria. Ex eo autem non solum vomet, serra, securis, falx, forfex & acus, sed & enses, hastæ, iacula, sagittæ, & bombardarum globi, quib⁹ non tantũ civiũ ædes, sed civitates & propugnacula ruunt, homines enecantur, & mille cædes perpetrantur. Quod ægrè ferens Plinius; *Ferro*, inquit, *utimur non cominus solum, sed etiam missili volucriq;, nunc tormentis excusso, nũc balistis, nunc vero pennato: ut ocyus etiam mors adhominem perveniat, alitem illam facit, & pennas ferro tribuit.*

Quid si vidisset Plinius Bombardas, seu tormenta bellica, quibus nunc non modo urbium mœnia, sed montes & saxa ruunt, & dimoventur?

Ferrum ex se maximum malum. Ferrum autem tot malorum causa non est, sed humani fraus ingenii sceleratissima, quæ pessime ferro utitur, quod ex se malum haud quaquam judicandum, Ex eo enim abscessus seu vomica aperitur, sanguis putridus in venis educitur, empyematis purulenta sanies extra thoracem ejicitur, ossium fragmenta, aut aliæ res cerebro molestæ extra caluariam ducuntur, confecti carie dentes evelluntur, ulcerum cadaverosa caro tollitur, membrum putre, ne in consortium totum trahat, abscinditur. Quid plura? ferro vix vita, imo nullo modo carere potest, alioquin pro domibus speluncæ unguibus effodiendæ, & belluarum more victandum.

Ferri species. Sunt autem ferri duo genera; unum generis nomen retinens, absolute *ferrum* dicitur; alterum quod magis defæcatum, *chalybem*, & ab acie, quam gladiis ex eo factis præbet, *aciem* vulgus Gallorum nominat. Illud rursus duplici discrimine agnoscitur; unum enim est, quod & liquescit & ducitur, ex quo nempe multa fiunt instrumenta rustica; aliud, quod liquescit quidem, sed non ducitur, & facile frangitur, ex quo fiunt lebetes fusiles, & alia multa ad usum culinarum. Post id operis, non inutile est, ut credit Scaliger *exercit.* 88. denuo enim funditur, ut etiam alterum, quod ipse scripsit tantum mollescere: vtrumq; enim ignis vi ardentissimi liqua-

Varius chalybs.

ri vidimus. Suntque nonnulli Lutetiæ, qui ferrearum ollarum fragmenta quæritant & emunt, quæ ad fornaces denuo liquanda convehunt.

Chalybs quid. Chalybs autem à multis dicitur *ferrum accurate defæcatum*, multique ex eo illum efficere jactitant. A Chalybone oppido Assyriæ nomen habet. Laudatur omnium maxime *Damascus*: Gladii enim Damasceni etiam ferrum scindunt.

Vnde dicatur. *Optimus quis.* Ex chalybis scobe paratur pulvis, quem Chymiatri *Crocum Martis* vocitant. Verum scobs ferri ut decet apparata, æque valere comperitur. De utroque in officina disseruimus.

Crocus Martis.

Ferrugo. Vt autem ex ære fit ærugo, sic ex ferro ferrugo, quæ ipsius rubigo est, à qua velut in vindictam, quod sanguinem effundat humanum, eroditur & absumitur, & ferrum omne hominis cruore tinctum, quam mox rubiginem contrahit.

Scoria ferri. Eructat adhuc quoddam excrementum, quod modo *scoriam*, modo *squamam*, modo recrementum, modo stercus ferri nõcupant. *Squama* tamen seu *battitura* magis proprie dicitur, quæ è ferro, dum malleis percutitur, excutitur; recrementum sive stercus, quando tantum ignitur, expuitur.

Rubiginem ferri curandis ulceribus conferre asseverant, eaque Telephum Mysinorum regem ab Achille sauciatum, sanatum scribunt: Ea enim, ut & scoria, stringit & siccat; unde emplastris quibusdam exsiccatoriæ facultatis permiscetur.

Vires. Ferrum autem omne vim habet roborantem, atque ex eo aquæ quædam Normanæ, *Forgenses* vocant medicatas, & eximias vires matuantur.

CAP. VIII.

De septimo metallo.

SEPTIMVM metallum nonnulli dicunt esse *Mercurium*, alii *Electrum*, neutrum tamen vere metallum est, nisi potentia tantum tale *argentum vivum* dixeris. Verius metallum dici videtur *Stibium alterum insigne Chymistarum Idolum, unicum Empiricorum Catharticum*, quo omne morbi genus expugnare jactitant, sed aliis aluum suscque deque movendo anxie perturbant, alios hypercatharsi semper molesta misere lacessunt, nonnullos interimunt, paucos sanitati restituunt.

Stibium alterum chymistarum idolum.

Historia memoranda de usurpato antimonio. Medicus Anglus ex Paracelsistico genere, alioqui in arte Chymica valde insignis, inquit Lovanienſis Medicus Corn. Gemma *libr. de divin. natur. charact.* febre quadam detentus, vna cum uxore, tum huic, tum sibi ipsi porrexit antimonium præparatum, ut vocant. Illa quidem celeriter in maniam fortissimam versa vitam cum morte commutavit: hic autem primo conquestus in somnia, vigiliasque continuas à deiectione non pauca ante septimum diem in delirium venit; à delirio statim factus est epilepticus: ex epilesia in coma lethargicum incidit, cui quid apoplecticum miscereturEo sopore detentus triduum rursus ad insaniam rediit, horrendoque furore agitatus, non

multo

multo post exspiravit, & à communi lecto communem uxori tumulum est ingressus.

A multis tamen tanto artificio præparatur antimonium, ut oportune datum miros effectus producat. Ex eo enim fit eximium quoddam sudorificum, quod nulli cedit. Nec improbandus est omnino puluis ille, *quem Stybij* florem appellitant, qui à peritis artificibus paratus, & à doctis exhibitus, sæpe mirum in modum prodest. Huius parandi modum & exhibendi consuetudinem veri Medici solent aspernati, quod alia multo præstantiora habeant medicamenta, quibus morbis quibuslibet medentur securius.

Flos Stybij

Cap. IX.

De Ceruſa.

Ceruſa quid.

VT ferrum ferrūginem, æs æruginem, sic plūbum *plumbaginem* quandam eructat, quam alii *ceruſam*, alii *plumbi florem*, alii ex Galeno 9. *ſimpl. pſymmithion* nominant.

Licet autem ceruſa aceti beneficio erumpat, sicut & ærugo, non tamen ut ea viridis est, sed albissima, unde pictores, quibus inseruit frequentissime, *album plumbi* vocitant. Fit autem ad hunc vel similem modum.

Modi conficiendi ceruſam.

Infunditur acetum acerrimum æstate in urceum oris lati, aut aliud fictile vas idoneum: superponitur lamina plumbea, ita operitur vas, ut nihil exspiret: vbi lamina fuerit resoluta, ut decimo die, & aliquando citius, aliquando tardius contingere solet, & deciderit crassamentum in fundum vasis, colligendum & siccandum; mox trusatuli mola terendum, cribrandum, deinde in massam aut pastillos cum pauco aceto cogendum & servandum.

1.

2.

3.

Fit adhuc ex scobe plumbi in acetum perquam acerrimum decem dies immersa & resoluta. Aliquando etiam ex laminis eiusdem infusis & derasis, iterumque maceratis & adhuc derasis. Atque hoc denuo repetito, donec laminæ sint resolutæ: tum colligitur rasura, teritur, cribratur, cum aceto cogitur.

Quæ optima

Albissimam autem ceruſam non modo pictores exoptant, sed & mulieres ad faciem fucādam, eius tamen indebito usu dētes nigrescunt, carie eroduntur, & oris fœtura nascitur. Laudatissima est *Rhodiaca*, vel illi similis, quæ nunc Puteolis dicitur.

Torretur porro ceruſa fictili novo, prunis flagrantibus, & ustione colorē rubrū acquirit, fitq; non quidem *ſandaracha*, ut quidam male putarunt, sed *ſandix*, quæ *minium* quoddam artificiale est, de quo *supra* mentionem fecimus.

Antequam autem ceruſa in emplastrorum, unguentorū & collyriorum veniat compositionē, debet præparari, hoc est, ablui, ut mediocriter deficcet & astringat, sine aliqua mordicatione, in liquore conveniente, ut aqua interdum simplici, sæpe rosacea hoc modo:

Ceruſæ præparatio.

Ceruſæ quantitas idonea sumitur, in mortario lapideo cum pistillo ligneo teritur; dein aqua affunditur, agitatur; tum quiescere permittitur: ubi in pilæ fundo ceruſa quieverit, aqua abjicitur. Rursus alia affunditur agitatur, residere crassamentum sinitur; aqua, ut ante, ejicitur, atque denuo nova immittitur: idque toties iteratur, donec aqua ultimo affusa & agitata, pura & clara, & sordis omnis expers appareat.

His rite peractis, ceruſa super porphyrio lævigānda, siccanda, atque rursus terenda, cum aqua rosarum in pastillos fingenda, & ad futuros usus reponenda. Sunt, qui aceto terunt, & subigunt in massam; alii alio liquore intentioni accommodato.

vires.

Ceruſa refrigerat, siccat, astringit, extenuat, expler, excrescentia leniter reprimit, & ad cicatricem perducit. Per os autem non sumitur, nisi periculose.

Cap. X.

De Cadmia utraque, factitia & fossili.

CADMIA, *Climia* Arabibus dicta, vel fossilis est, ac nativa, quæ *lapis Calaminaris*, vel *Cadmia lapidoſa*, *& araria* nuncupatur. Ea enim artifices utuntur, ad efficiendum æs luteū, quod officinæ *Aurichalcum* & *Orichalcum*, vulgus *Lethonem* nominat.

Cadmia ſilitiqua.

Nativa autem reperitur sæpius in metallorum fodinis, licet eorum sit expers. *Subflavus est lapis, admodum durus, luteum, dum accenditur, colorem eructans.* Non accensus autem bicolor apparet, videturq; is esse lapis, quem Albertus *Didachon*, seu *Dæmonis lapidem* vocat. Aliquando in rimulis Cypri & torrentibus invenitur *lapis Calaminaris*, qui quod unicolor non sit, à quibusdam *Iridis gemma* vocatur, de qua *superius*. Revera tamē nec Iris, nec Didachos est.

Lapis Calaminaris. *Iridis gemma.*

Cadmia factitia.

Cadmia vero factitia corpus est dense concretum ex fuligini æris liquati in fornacibus, egesta flatu, & lateribus, camerisque fornacum inhærente. At si non terram, sed lapidem, inquit Galen. *c. 38. lib. 9. ſimpl.* nuncupare volueris, ex quo in fornacibus se cernendo partim fit *as*, partim *Cadmia*, partim *Diphryges*, nihil sane retulerit. Quin & ex Pyrite lapide in fornacibus usto fit *Cadmia*.

Capnitis.

Sunt autem Cadmiæ factitiæ quinque varietates: Prima dicitur *Capnitis*, quæ in ipso fornacum ore reperitur, estque tenuissima, exusta & nimia tenuitate similis favillæ. Secunda est *Oſtracitis*, quæ magna ex parte nigra est, testaceamque facié habet, & gravitatem maiorem; ob id in terram & infimam partem fornacis, seu in pavimētum delabitur, omniumque sordidissima est, & *ſpodos* seu *ſpodium* Galeno dicitur, de quo mox plura dicemus. Tertia & quarta in media fornacis parte reperiuntur, *Placitis* nempe & *Botrytis*. *Placitis*, seu *Placodes*, quasi crustosa est, & segmentis quasi zonis quibusdam cincta, quę minus pōderosa est, & laterib⁹ fornacis adhæresc⁹it. Sub hac *onichitis* cōprehēditur. *Botrytis*, hoc est racemosa, modice gravis est, facie & colore spodii, quæ fracta cinerulenta est, & æruginosa. In editiore fornacis parte, quam placodes coacta reperitur & colligitur. Quinta est velut æris liquati tenuior *fuligo*, quæ superiori parti fornacis adhæresc⁹it, de qua post fusius.

Oſtracitis. *Spodos.* *Placitis.* *Onichitis Botrytis.*

Omnis autem Cadmia in Cypri fornacibus optima & maxime, quæ ex eo lapide fit, quem dignitate quadam *Cadmiam* nominant. Fit quidem etiam in fornacibus agenti candidior, ac mi-

Quæ optima.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 241 sur 955

ac minus ponderosa, sed comparanda nunquam æraria.

Vires. Cadmia leniter desiccat, abstergit, & vlcera humida & putrescentia adiuuat, & ad cicatricem ducit.

CAP. XI.

De spodio.

NIHIL tam frequenter inculcatur in pharmacopolijs, vel potius auditur, nihilque minus intelligitur, quam *Spodium*, quod omnes, quotquot noverim, pharmacopœi duplex constituunt, vnum Græcorum, & Arabum aliud; atque vtrumque, vt idem nomine, sic re & natura longe diuersum. Sed vt libere dicam, Spodium nullum Arabicum, nisi fictitium, vt alibi docuimus, moxque docebitur.

Spodium Græcorum vbi & quando fiat. Spodium Græcorum, quod vnicum est, in æris fornacibus invenitur, vbi *pompholix*, cui congener est, ac consociale, fitque tum, cum fauille è metallo, dum coquitur, emicantes, sursum ascendunt, & propter grauitatem in terram, seu pauimentum delabuntur: Simul enim vt refrigerantur, sordibus commiscentur. Hinc concretus ex ijsdem fauillis glomusculus, spurcicitia quadam inquinatus, Spodium Græcorum dicitur, cuius tantum est vsus ad externos affectus.

Spodium Arabum vnde fiat Spodium Avicennæ & reliquorum Arabum, si quod sit, ex materia fit multum dissimili, ex cannæ videlicet radicibus tantum vstis: quibus tot ac tam eximias dotes tribuit Avicenna *cap. 617. tract. 1. lib. 2.* vt mirari subit nimiam hominis credulitatem, aut in scribendo simplicitatem. A ratione siquidem alienum est, eiusmodi radicem vstam, ipsi spodium dictam, cor recreare, animi deliquio prodesse, siti, inflammationi stomachi, tremori, melancholiæ, & alijs affectibus multis ab eo enumeratis conferre.

Ebur vstum non esse spodium, sed antispodium. Demus autem Arabicum hoc spodium hæc omnia recensita præstare, attamen non debet præscribi, quia nondum ad nos est delatum. Eius vero loco nimis oscitanter pharmacopœi ebur vstum submittunt, spodiumque imperite nominant; cum potius sit *antispodium* velut id ipsum, quod fit, frondibus ficulneis myrrheis, & rebus alijs concrematis, de quibus plura dicit Dioscorides.

Vt vero crudum ebur viribus & natura multum dissidet à cannis crudis, sic & illud vstum ab ipsis vstis. *Crudum enim ebur præstantius est seipso concremato ac vsto.*

Spodium Arabicum non haberi. Cum igitur spodium Arabicum non habeatur, nec si haberetur, viribus ab Avicenna enumeratis est insignitum, neque analogum datur illi antiballomenon, seu substitutum, ex remediorum formulis expungendum, cum vere vnicum tantum sit spodium, Græcorum nempe, quod per os nec solet, nec deber assumi.

Tabaxir. Est autem in Barbaræ linguæ interpretes reijciendus error, qui pro *Tabaxir* Arabum, seu *Tracsir* Indorum *spodium* verterunt. Est vero *Tabaxir* Persica vox secundum Garciam, quæ lacteum humorem, seu liquorem aut succum dulcem signat, à Barbaris *Sacar mambu* dictum. *Sacar mălu.* Gignitur in arundinibus, vel potius arboribus adeo magnis, vt ex earum trunco cymbas multas faciant, quæ singulæ inter duo internodia tantum excauatæ duos viros admittere queant, in quibus Indi vecti celeriter nauigant, & à crocodilis tuti sunt.

Succus porro earum arborum admodum niger ac cinereus *Tabaxir* est, quem non solum inepte Spodium dixerunt, sed & cineres earundem vstarum eodem nomine donarunt. Cum anti- *Antispodia.* spodium fiat ex cineribus, secundum Dioscorid. possunt quidem cineres cannarum antispodium dici, & spodij Græcorum defectu substitui, nunquam autem per os sumi. Ergo cum *Tabaxir* non detur, ex quo inique spodium quoddam fictitium detorserunt, & ridicule ebur pro illo vslerunt, vnicum tantum spodium, Græcorum videlicet, admittendum; quod *cadmiæ factitiæ* species est, vt etiam *pompholix*, cuius nunc suscipitur inquisitio.

CAP. XII.

De Pompholige.

POMPHOLIX *tenuissima & volatilis*, est *fauilla*, *Pompholix quid.* *quæ, dum æs in fornacibus perficitur, in altum evolat, & supernæ earum parti adhæresit.* In principio cum fit, velut in bullas prodit, aut glomusculos vellerum similes coit, & farinæ modo contacta dispergitur. Est autem veluti candidus cinis, & vsque adeo leuis, vt in sublime facile feratur, & farinæ volatilis ritu superiori fornacum tecto hæreat. Ea, dum propter leuitatem sursum effertur, alia propter gravitatem in pauimentum recidit, quæ *spodos* est, de quo *supra*, fiuntque si- *Spodium Græcorum.* mul ambo in eadem fornace, atque tantam habent inter se cognationem, vt vnius defectus, alterius vice poterit facile suppleri.

Pompholix à Seplasiarijs quibusdam vocatur *Nil*, & aliquando *Nehili*, ab alijs *bulla Cadmica*, à Mautitanis *Tuthia*: cuius duas nonnulli tradunt varietates; vna subpinguis est, quæ ad æris colorem vergit; altera magnopere candida & leuitatem summam nacta, minus laudata: nam optima creditur *Cypria*, inquit Dioscorides *libr. 5. cap. 85.* quæ accepto aceto halitum æris præstat, colore aliquantum piceo, sapore cœni horrido. *Nil & Nihili. Tuthia.*

Antequam autem in vsum veniat, solet præparari, hoc est, ablui, hoc modo: Pompholix lineolo modice raro excepta, & ligata in vase aqua limpida pluviali aut fontana pleno, huc illuc ducitur & tribulatur, vt eius vtilior & tenuior pars in aquam effluat, impurior, & magis excrementosa atque inutilior in linteo remaneat: Residere permittitur, & aqua effunditur, atque alia denuo affusa; idem opus repetitur, donec in linteolo nihil vtile maneat. Alij multi sunt eius abluendæ modi, quos Dioscorides fusissime describit. *Tuthia præparatio.*

Vires. Pompholix medicamentorum prope omnium, quæ citra morsum desiccant, præstantissima: ob id ad vlcera crancrosa & alia maligna, & oculorum fluxiones efficacissima. *Galen. 9. simpl.*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 242 sur 955

CAP. XIII.

De Lythargyro.

Lithargyrus quid.

LITHARGYRUS, seu *Lithargyrium*, est *metallorum igni purgatorum velut spuma*: vel est *fex tenuior argenti à plumbagine repurgati, vt follium excussa & expulsa.* Licet autem eius materia multiplex sit, quam alij plumbum, alij argentum, alij aurum, alij Galenam dicunt, à plumbo tamen fere solo suam ducit originem, quod argenti recrementis commixtum, & igni liquatum ac excoctum, tandem secernitur. Omnia enim argenti recrementa facile per ignem secernuntur, quæ si fuerint plumbea, vt esse solent, vel ærea, coctione in lithargyrum vertuntur: qui vbi refrixit, nonnunquam aureus, nonnunquam argenteus apparet, pro coctionis breuitate aut diuturnitate.

Vbi fiat.

Chrysitis. Celauritis. Argyritis.

Qui aureum colorē ementitur, modo *Chrysitis*, modo *Celauritis* nominatur; qui argenteum, *Argyritis*: non tamen quod hic argentum contineat, aut ille aurum, sed quia alteruter vel magis, vel minus fuerit excoctus, vel plus ærei, vel argentei vaporis ab argento detracti, intra se receperit.

Lithargyrus vbi fiat.

Fit enim potissimum lithargyrus in fornacibus, in quibus repurgatur argentum è plumbo argenti recrementis admisto: vnde potius ab argento, quam auro, aut alijs metallis nomen habet; lithargyrus enim quasi lapidem argenteum portendit.

Omnis ergo lithargyrus argenti quædam est soboles, nec qui auri modo flauet, ab auro proficiscitur, vt putarunt nonnulli; licet ab eo cognomen sortitum, lythargyrus auri dicatur. Gradus enim & intentio caloris non modo colorem mutat, sed calorem sæpe intendit, aut minuit, & nomen variat. Sic *Diphryges*, quasi bis coctum, aut tostum dicitur, quod *ære perfecti velut fæx est subsidens, & imæ fornacum parti cohærens*, tāqua m vstorum in foco lignorum cinis: ablato ære visitur, post aquæ frigidæ affusionem. Acre est, vt æs vstum, vehementer siccat, vlcera rebellia sanat. Duobus alijs adhuc modis fit secundum Dioscoridem & Plinium.

Diphryges quid.

Eius virt.

Præter autem duas lythargyri differentias, quas Dioscorides pro vnica tantum vsurpat; alias adhuc duas recenset, nempe *molybditin*, quæ fit in fornacibus ex arena, donec perfecte igni incandescat; & præterea alteram, quę fit ex plumbeis laminis, quæ omnium est vsitatissima, quia frequentissima.

Molybditis, vbi & vnde fiat.

Omnibus autem præfertur *Chrysitis*, solet tamen à plumbo & scoria repurgari, priusquam medicamenti cuiusdam ingrediatur compositionem. Ex Dioscoride vritur & lauatur, vt *Cadmia*. Nunc vero tantum tenuissime læuigatur in mortario, aqua desuper limpidissima affunditur & agitatur; dein in aliud vas conjicitur: tum alia affunditur & agitatur, & vbi turbida fuerit, ad præcedentem adiungitur: idque toties iteratur, donec plumbum & fæces in mortario subsideant, & omnis substantia tenuior cum aqua fuerit educta, quæ quiescere permittitur, vt in fundo remaneat lithargyrus solus ac syncerus, qui aqua prius effusa, colligendus & super marmore ita læuigandus, vt nulla eius in linga asperitas percipiatur.

Virtutes

Lithargyrus refrigerat, astringit, reprimit, occludit, caua explet, exterget, ad cicatricem ducit, & ad femorem intertrigines valet.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

PAR-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 243 sur 955

PARTIS PRIMÆ
Liber Octavus;
DE MATERIA MEDICA.

De medicamentis ex animalibus integris, aut eorum partibus sumptis.

PRÆFATIO.

NATURA rerum mater optima nihil imperfectum aut frustraneum vnquam agens, plantas animalium gratia, & cætera cum plantis animalia produxit: Mansueta quidem propter alimoniam & aliam vtilitatem; fera, etsi non omnia, illorum tamen plurima propter cibum & alia adiumenta, vt medicamenta & indumenta. Propter victum alia alijs insidiantur, vt minoribus maiora, quæ quod à se grandioribus tuta non sint, solerter cavent. Muscas enim venatur, & vorat, aranea, araneam lacerta, lacertam pauogallus, homo pavogallum, lupus hominem, lupum canis, canem interdum lupus. Omnia vero homini inserviunt, & vsum aliquem præstant. Vti autem non omnibus gentibus peræque sanctiones, ita non omni ætati omnes promiscuè cibi. Nam in vniuerso animantium genere (vt verbis loquar Ocieſſii apud Horst. de dign. Cancell. l. 2. c. 3. p. 445.) non tantum figuræ pœnè sunt & habentur innumerabiles; verùm etiam & illæ, quæ vnius figuræ fuerint maxime distinguuntur. Nullum autem adeo pudendum insectum est, ex quo quandam sibi non vendicet vtilitatem. Sæpè autem ex imperfectis & intemperatis quæritat medicinam, ex perfectioribus & temperatis alimentum & medicamentum, ex quibus nunc vngues assumit, & cornua; nunc pilos & excrementa, nunc sanguinem, carnem, & medullas, nunc coagulum, testes, & ossa. Animalium porro quædam alijs medentur, vt vtſis formicæ has siquidem illi ad famem explendam non ingerunt? Alia malis ab eis inflictis, vt scorpiones vulneribus ab ijsdem illatis; Alia alijs etiam sui generis, atque etiam sibiipsis, nam canis sauciatus plagam lambendo deterget, siccat, & ad cicatricem ducendo sanat, & mumia, sanguis, & axungia hominis homini sanando sæpe conducunt. Nam vt calor manus ad ventriculum admotæ familiaritate quadam eius robur firmat, & coctionem iuuat, sic axungia hominis, parti cuipiam imbecillæ adhibita eam roborat, & vi discussoria excrementitios humores resolvit.

Animalia animalibus medentur.

CAP. I.

De sanguine humano, & alijs Hom. Part.

CHYMISTÆ ex sanguine hominis oleum educunt, & aquam stillatitiam. Dogmatici fere tantum vsurpant ad emplastrum enterocelæ dicatum. Cuius loco suillus recte consilio Galeni *lib. 3. de alimentis*, substitui potest; *Sanguis suillus*, inquit, *ad sanguinem humanum maxime accedit, ita vt quisquis humanum sanguinem alicui morbo vtilem esse ait; id in suillo comprobet.*

Est autem sanguis naturæ thesaurus, jecoris αἱματώσει primi organi, calore, ex puriore chyli portione, in majoribus venis genitus, per quas tanquam per tubos ad singulas partes corpori alendas defertur, in illisque quandiu continetur, liquidus est & ruber, extra effusus citissime concrescit, Damarum tamen & ceruorum sanguis, quod fibris careat, coitu firmo non concrescit, sed fluido, *cap. 6. lib. 3. de hist. anim. Aristot. libr. de carn.* instar lactis, nam *sanguis omnis non concrescit fibris ademptis*, inquit Hippocrates.

Sanguis autem, cum totius corporis sit materia, ex Philosopho *cap. 5. lib. 3. de part. in homine*, *qui regula est omnium viventium*, tenuis & sincerus

Materia corporis.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 244 sur 955

rus est, calidus & humidus, & succorum optimus. Non tamen simplex humor, sed pituitæ & vtriusque bilis est particeps: Ob id Hippocrates quatuor humores materiam esse generando homini tradidit, ait Galenus *lib. 2. de temp. lib. 2. de element.*

Sanguis quid. Sanguis igitur *humor est ex temperata chyli parte, in hepate genitus, substantia, & omnibus qualitatibus mediocris, rubeus colore, dulcis sapore, in venis & arterijs naturaliter contentus, vt in partes omnes dirigatur lib. 3 de partib. animal.* Quemadmodum enim de vno fonte, & vna origine aqua rivis multis deducitur, aliique ab alijs ductus excipiunt, quousque humor in omnes partes deueniat; sic natura sanguinem per totum corpus censuit derivandum, cum is omnium materia sit.

Non est vero sanguis ægrotorum, aut cuiusliber intemperati viri colligendus & seruandus in officinis ad emplastri dicti confecturam, sed è bene temperato & minime morboso homine, si fieri possit, habendus, velut ex his, quibus iudicis statuto caput truncatur. Sic enim venis simul & arterijs sectis, promiscue sanguis arteriosus & venosus colligitur, qui statim grumescit.

Neque tamen sanguis hic, neque alius animalis magni ducendus est, ad emplastrorum astringentium confectionem, quod is siccatus & asseruatus, vix quicquam nativæ bonitatis retineat, nec vllam qualitatem astrictoriam, aut aliam acquisititiam insignem assumat.

Præter sanguinem ex *homine vivo* sumuntur & trahuntur ad vsum medicum Capilli, Vngues, Saliva, aurium sordes, sudor, lac, menses, secundinæ, vrinæ, stercus, semen, calculi, membrana caput fœtum ambiens; pediculi. *Ex cadauere* sumuntur caro, cutis, pinguedo, ossa, Cranium, Vsnea, Cerebrum, fel, cor. Vide de hac re Bekerum & Schrôderum.

Cap. II.

De Mumia.

MVMIA Rhasi & Avicennæ vox Arabica est, *Pissaphaltum* indicans. Isaac Persicam esse dicit, quæ liquamẽ quoddam in in sepulturis inventum notat, in quibus hominum cadauera aromatis condita multos annos seruata fuere.

Cerops. Abs quodam dicta est *Cerops*, ratione mihi prorsus ignota, nisi forsan, ceræ quod habeat consistentiam: *Num* enim Persis cera est, olim tamen erat liquidior.

Cur Ægyptii corpora condiebant. Reperiebatur tantum in regum & heroum Ægyptiorum sepulchris, qui quandam futuræ resurrectionis cognitionem habentes, vt humanũ corpus diutissime sine corruptela servarent, *myrrha, cinnamomo, aloe*, alijsque pluribus aromatis condiebant.

Multos autem post annos, cum per bella milites omnia deuastarẽt, sepulchra funditus euertentes, in quorundam feretris, liquorem quendam mellaginis instar spissum, odoratum, nec insuauem inuenerunt, quem cum Ægyptij Medici ac Philosophi, probabilissima ratione fulti, eximijs pollere viribus arbitrarentur, ad quorundam affectuum curationem valere crediderunt; & dederunt, nec eos fefellit eventus. Multos siquidem sanitati illius vsu restituerunt.

Quapropter hac experientia facti audaciores, hanc condituram in aliorum, præsertim magnatum, sepulchris quæsierunt, quibus inuersis & exhaustis, sic enim sæuiebant in mortuos, tandẽ ad virorum infimæ sortis tumulos manus iniecerunt. In quibus licet multo deterius liquamen, cadaverosam nempe saniem inuenirent, eam ipsam tamen assumebant. Mumiam appellabant, & ægrotis dabant.

Sic ita huius invaluit vsus, vt multorum corpora seu peste, aut lue Indica, vel elephãtiasi, aut psora mortuorum, sale & alumine conspersa fuerunt, è quibus post aliquot menses, sanies putris decidens pro Mumia habita & empta sit. Et quod mirum est, multi multorum in Arabiæ desertæ medijs arenis suffocatorum, & exsiccatorum cadauera Mumiam vocitant, & horrendum dictu, per os assumenda tradunt.

Inepta de Mumia quorundam opinio. In eoque multi sunt adhuc errore, vt Mumia tantum sit cadauerosa, ac putris caro corporis cuiusdam corrupti. Meminique vidisse doctum quendam virum, sed in re medicamentaria non satis versatum, qui cum in cœtu quodam clarissimorum virorum de Mumia sermo haberetur, qui nullam nunc veram haberi contenderent, dicerentque, hanc ipsam, quæ nunc circumfertur, tabum quoddam esse, seu illuviem fœtidam potius quum antiquorum Ægyptiorum regum, à multis annis conditorum in sepulchris liquamen, quod non modo suauiter fragrabat, sed eximijs pollebat viribus: *Imo*, respondit ille, *mumia corporum est exsiccatorum caro, nuperque vidi eam exsiccatam adhuc costæ inhærescentem.*

Sic impia credulorum animis inhæsit opinio, qui ex hominis carnificina virus quoddam tertium, olidumque colligentes, nefaria consuetudine à perditis viris introducta ægrotus exhibent. Tantum enim abest, vt Ægyptiorum antiquorum habeamus mumiam, quæ pauciissima fuit, brevique defiit, cum ne quidem Avicennæ mumia, quæ ex sanie humana *pissaphalto* mixta, constabat, nobis suppetat, sed tantum expressus putridi cadaueris succus inspissatus, qui nunc magno mortalium damno, in Pharmacopolijs servatur, quem periti ac prudentes viri nunquam ad medicum adducent vsum. Absurdum enim est dicere, Mumiam eiusmodi his prodesse, qui ex alto ceciderunt; Quin potius his obesse, atque alijs omnibus, qui ea sint vsuri, sit credibilius: Quibus enim veremur, ne ob casum, aut ictum sanguis grumescat, conducibilius est poscam, aut oxymel, aut aliud incidens medicamentum exhibere.

Mumiam tiquorum amplius ha beri.

Mumiam prodesse alijs sum, sed pus obesse, e aliis omnib

Cap. III.

De sanguine hirci.

HIRCVS vel peregrinus est, ac cornutus, vt Æthiopicus, & Creticus, vel nostras seu nostra in regione natus, qui aliquãdo cornibus exultat, aliquando ijsdem mutilus est. Vtriusque sanguis, vt docuimus in Officina, apparatus plurimum ad calculos atterendos valere creditur, estque

estque basis eius eximiæ confectionis, quam *Lithontripticon* vocauimus, ad cuius commentarium illius præparandi modum adiunximus.

Hircorum peregrinorum varietas.

Hircorum autem peregrinorum, vt obiter dicam, multæ sunt varietates, inter quos commendatur Persicus, *Pazan* lingua vernacula dictus, ex cuius ventre lapis *Bezar* seu *Bezoar*, vt loquitur vulgus, cuius vsus commendatur plurimum, eruitur, adversus virulẽtorum animalium morsus, venena & morbos omnes malignos, vt postea fusius dicetur.

Hircus Creticus.

Creticus sicà Creta insula, quæ vt Anglia, lupis caret, Gallis *houcestain* dictus, pilis breuibus & flavescentibus induitur, bina cornua, longaque gerens ad dorsum incurua; Tantæ agilitatis est animal, vt ex scopulo in scopulum desilire soleat, sex etiam passuum spatio distantem. *Bellonius.*

In rebus veneriis socium facile admittentes, vnde dicantur cornuti.

Inter hircos seu capras sylvestres numerantur *Ibices, Rupicapræ, Oxyges, Damæ, & Pygargi*: hæc tamen animalia multum à se invicem distant, & omnia ab hirco nostrate, qui solus inter animantia in rebus venereis socium patienter admittit, vnde qui non ægre idem patitur, *Cornutus*, hircorum instar, per Sarcasmum dicitur.

Strepsiceros.

Strepsiceros quibusdam hircus dicitur, verius tamen aries dicendus, cui duo sunt cornua, in gyrũ canaliculata, vt vnicornu erecta, ad vsum medicum nusquam expetita.

Monocerotem non esse figmẽtum.

Strepsiceros in memoriam revocat *Monocerotem*, quem in rerum natura dari multi dubitant, tam rarum enim est animal, vt vix vivat aliquis, qui id viderit. Dubium hinc nascitur, quod rarum sit, quod ignoretur illius natura, quod inter se dissentiant authores, qui de illo scripserunt.

Datur tamen, etiam sacræ paginæ testimonio, eiulque cornu quotidie visitur, & à Medicis adversus venena, venenatosq; & malignos affectus præscribitur. Non minoris tamen, vt libere loquar, facio cornua cervi, aut rhinocerotis, quam monocerotis, de quo multi magis mira, quã vera prædicant. Quodnam autem sit animal, cuius naturæ, vbi degat, & quibus dotibus polleat illius cornu, postea pluribus explicabitur.

Præter sanguinem & cornua Hirci lien quoque vsurpetur, medulla, sevum de quo infra, lac, lapilli, stercus, vrina, vesica, omentum, pellis, fel.

CAP. IV.

De sanguine Leporis.

LEPORIS assatum sanguinem calculo comminuendo plurimum valere, gravissimi viri scripserunt, & experientia comprobauit. Est autem lepus animal notissimum, timidissimum, & velocissimum, cui soli pilos in ore, & sub pedib. Aristoteles annotauit. Sunt, qui candidos vidisse scribunt; Tales tamen non esse, sed apparere, certum est, nempe hyeme, dum niuibus, tanquam alba veste teguntur.

Lepus cornutus.

Venatu cepit vnum cornutum illustris heros D. de Vitri, cuius cornu Iacobo Anglorum regi, dono obtulit. Fabulosum est, quod iam diu plebeculæ mentibus inhæsit, leporibus scil. vtrumque sexum, tanquam hermaphroditis esse, & vim vtramque gignendi, concipiendi ac pariendi habere.

Non solum autem sanguis leporis, sed & lepus integer, olla fictili operculata impositus, & in clibano vstus calculos atterit, & expellit cũ pauco vino albo aut aqua, vel decocto idoneo sumptus: obid recte ad Lithontripticon accedit.

Præter sanguinem & cineres leporis, oculi ad partum, pulmo ad pectoris vitia, cerebrum ad dentilionem, cor ad epilepsiam, jecur ad alvi fluxus, fel ad oculorum vitia, renes & testiculi ad calculum, vterus ad concept. vt & coagul. & tali, pili ad hæmorrhag. adhibentur.

Lepus marinus.

Est & lepus marinus, sic dictus, quod in mari nascatur, & terrestris referat effigiem, pulmonibus & grauidis inimicissimus, de quo videndus Rondeletius.

CAP. V.

De pinguedinibus, & primo de Medulla Cerui.

Medullarum in genere vires.

MEDVLLA in quovis animali ossium est alimentum, calefacit, dolorem sedat, resoluit, emollitq; scirrhos partium quarumuis, maxime ceruina, deinde vitulina. In alijs animalibus vel acrior & intemperantior. Obid venatores studiose ceruorum medullas eximunt & seruant.

Subulones quid, & vnde dicti.

Est autem ceruus animal notissimum, quod reliqua cornigera siue formæ pulchritudo, siue cornuum amplitudo, siue ramorum varietas spectetur, facile superat. Ceruæ tamen cornua natura denegavit, quæ mari primum oriuntur recta subularum instar, vnde *subulones* tum vocantur. Dein bifida, postea trifida, primisque mensibus cute quasi vestita, & lanugine tenui ac molli hispida, sed vbi creverint, & aeri ac soli fuerint exposita, aspera, dura, glabraque redduntur.

Ceruorum genitalia.

Omnia animalia cornigera caua cornua habent, solus cervus solida, quæ quotannis decidunt, tuncque cerui tanquam inermes sese occultant interdiu, antequam nova renata sint. Illa ptiora corniculæ æque laudantur ad corroborãdum, & venenatos affectus oppugnandos, atque cornu Monocerotis. Genitale ceruiad pleuritidem, colicum dolorem, necnon ad dysenteriam plurimum valere, experientia comprobauit.

Lacryma cervi.

In majore oculorum cãtho cervorum antiquiorum concrescit liquor quidam gummi modo, *lacrymam cerui* vocitant, qui mira proprietate sudorem mouet copiosum, & venenatam pestis aliorumque malignorum affectuum qualitatem oppugnat.

Euryceros & Platyceros ex cervino sunt genere, sed eorum omnium naturam his describendam relinquo, qui absolutam animalium historiam susceperunt.

CAP. VI.

De seuo Caprino.

MEDVLLA, sevum, adeps, & axungia, valde cognata sunt, quæ in sanguine præditis animalibus tantum reperiuntur, sed non in omnib. omnia, [*cap. 5. lib. 2. de part. anim.*] alijs enim alia

tantum ſunt, vt cornigeris ſeuum, adeps biſulcis quibuſdam, adeps cunctis auibus & quadrupedibus multis. Sic enim axungiam ab adipe diſtinguunt multi. Alij volunt, axungiam eſſe veterem, vt ſalitam, quam Gallorum vulgus *vieeloing*, vocitare ſolet, vt recentem, *ſaing doulx*, quæ ſcilicet ſalis eſt expers, nec à fibris purgata.

Adipis & ſeui diſcrimen.

Differt autem ſeuum ab adipe, quod ſevum vſquequaque fragile ſit, & cum refrixit; concreſcat: adeps liquidus ſit minimeque aptus indurari, ait Ariſtot. *cap.* 17. *lib.* 3 *de hiſt. animal.* Locis etiam diſcrepāt, quod adeps inter cutem, carnemque ſoleat conſiſtere, ſevum in omento, circa renes, ac in fine carnis ſemper eſt.

Quanam animalia habeāt ſeuum. Et quæ adipē.

Quorum autem ſanguis corpulentior eſt, hæc ſeuum potius habent. *Seuum* enim *terrenum eſt*, ait Philoſ. *cap.* 5. *lib.* 2. *de part. anim.* vnde fit, vt fibroſi ſanguinis modo cogatur. Quamobrē, quæ non vtrinque dentata, ſed cornigera ſunt, quia natura ſunt arida & terrena, hæc ſeuum habent. Sed quæ cornuum expertia ſunt, & vtrinque dentata & multifida hæc vice ſeui adipem habēt, qui quod terrenam non habeat naturam, minus cogitur.

Seuum ergo cum adipe ſit magis terreſtre, potius ſumitur ad *vnguenti Citrini* confectionē. Seligitur vero caprinum, ſeu hœdinum, ſed arietinum minus idoneum non duco. Caper autem ſeu hœdus, cum animal ſit notiſſimum, de eo plura verba facere fruſtraneum.

CAP. VII.

De axungia Suis.

Axungia vnde dicta.

AXVNGIA ſic *ab axibus vngendis ad rotarum faciliorem circumactum* dicta, multi eſt in medicina vſus; maxime vero ſuilla ad quorundā vnguentorum, vt *roſati*, & emplaſtrorum, vt *Vigonij* compoſitionem. Omnium eſt liquidiſſima, inſtarque olei ſæpius effluit, magiſque emollit, concoquit, & reſoluit, quam oleum, habetque qualitatem lenientem, & anodynam. Propterea humorum acrimoniæ mitigandæ, dolori ſedando, inflammationi contemperandæ, & humoribus reſoluendis vtiliter adhibetur, & cataplaſmatis ad eoſdem effectus inſtituris, pereapte permiſcetur. Quæ ex animalibus calidioribus, vt leone, detrahitur, reſoluentem vim habet maiorem. Suillum enim genus nō eſt multum in qualitatibus primis intemperatum: ob id facile & cito pingueſcit: eſtque animal multiparum, quod ante exactum priorem ætatis annum venere ſtimulatur, & congreſſum appetit, exercetque. Roſtrum habet repādum, collum breue & craſſum, ſetis rigidis hiſpidum. Teſtes mari hærent retro, nec longi penduli prominent, omnium fere quadrupedum ritu. Dentes exerti & longi conſpiciuntur, quibus fœmina caret, aut certe ei multo breuiores, & vis extra os apparent. Vtique cauda intorta, vt etiam apro, quem porcum ſylueſtrem nominant.

Suilli generis temperies.

Cur ſues facile pingueſcant.

Præter ſuis Axungiam Medici quoque vtuntur felle ſuis ad aurium vlcera; pulmone in contuſionibus; oſſibus in quartana; Aſtragalo in oſſium fracturis; ſtercore in duris tuberculis, ictibus venenatis & hęmorrhagia; veſica in mictione involuntaria.

CAP. VIII.

De axungia Vrſi.

VRSI axungia calidior & ſiccior eſt ſuilla, & vtraque qualitate inferior leonina, velutiq; inter ambas media. Non tantum ad olopecias & pernionescommendatur per ſe, ſed vnguentis reſoluentibus miſta qualitatem eorum reddit efficaciorem.

Vrſus quo animal.

Eſt autem vrſus animal aſpectu horridum & mugiat, nam vox illius iracunda & minax eſt,

Pienaque terroris rauco de gutture fertur.

Os illi valde patulum, dentes ſerrati, nares hiulcæ, aures decurtatæ, totum corpus prolixioribus pilis hiſpidum, & cauda tam breuis, vt vix queat agnoſci.

Vrſa veneris eſt appetentiſſima, maremque ſępius ad congreſſum ſolicitat, ſupinaque initur mulierum more, & ſimilibus, ac mutuis complexibus. Informem autem molem non parit, quam poſtea lambendo effigiat, vt plebecula hucuſque credidit: quem errorem improbat Scalig *exercit.* 15. *contra Cardan.*

Fel vrſi ad morbum comitialem, Aſthma & Icterum commendatur. Oculus dexter effoſſus, exiccatus, & infantibus appenſus terrori infanti reſiſtit.

CAP. IX.

De axungia Anſeris.

Virus.

INgrati quid omnes habent axungiæ, *quo ventriculum ſubuertunt:* Anſerina tamen ſuauitatem quandam præ ſe fert, quæ eam commendat in ruſticorum culinis, à quibus auide expetitur. In Pharmacopolijs quoque celebratur ad medicinam; Nam & per ſe adhibetur meatui auditorio ad tinnitum, qui grauem auditum præcedere ſolet, atque pluribus alijs medicamentis externis, reſoluentibus commiſcetur.

Eſt autem anſer & carniuora, & frugivora auis, quæ tum in aquis & paluſtribus locis, tum in ſolo ſicciore verſatur, amphibitumque volucre perhibetur, tam domeſticum, quam agreſte ac ferum, quod ſedem ac ſolum certis temporibus mutat, gregatimque volat, vt grues.

De anſere ſuperſtitioſe manorum.

Anſeres autem non minus ſolertem præbere cuſtodiā, quam canes, ſuperſtitioſi credūt, quod ſemel atq; ex euentu Romanis profuerint, quos à ſomno profundiore clangore ſuo excitantes, Capitolium ſeruaueruut. Illi enim excitati quoſdam ac paucos milites Gallos conſpexere, qui ſcalis ad ipſius muros erectis conſcendebant, in quos vi & violentia quamplurimi irruentes ſuum Capitolium ſervarunt. Cuius beneficentiæ memores Romani per tempora multa ſacros habuerunt anſeres. Poſtea tamen depoſita ac ſpreta illa ſuperſtitione, inter ſuaviores epulas anſeres tranſtulerunt. Satis enim laudabilem corpori præſtant alimoniam, & odorem, dum aſſantur. Et ſaporem dum eduntur, ſatis gratum & ſuauē exhibent. Ad anſerinum genus referunt multi *onocrotalum*, & *olorem*, ſeu *cygnum*. Sed de his coqui, quam Pharmacopœi, verius & vberius loquuntur.

Præter

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 247 sur 955

Præter Axungiam Anſeris ſanguis alexi pharmacus ſtatuitur, ſtercus vero ſummum aperitivũ in diuturnis obſtructionibus ictero; cuticula pedum commendatur in nimio mẽſium fluxu &c. lingua anſerum ſtranguriæ medetur. Petrus Caſtellanus de carnium eſu p. 278.

CAP. X.

De axungia Anatis.

Virtu. ANATIS axungia nec omittitur in arte medicamentaria, qua & per ſe vtimur in artuum dolore, nervorum frigida intemperie, & vnguentis quibusdam, vt reſumptiuo, & emplaſtris multis permixta. Qualitatem enim habet emollientem, calefacientem, reſoluentem, anodynam.

E palmipedum autem genere eſt anas, quæ ſeu domeſtica, ſeu ſylueſtris, locis aridis & aquaticis, vt lacubus æque viuit. Ex domeſticis aliæ ſunt omnino albæ, aliæ prorſus nigræ, quædam picarum ritu, partim albæ, partim nigræ, aliæ ſubcineritiæ, cuiuſmodi omnes ſunt ſylueſtres.

Anas tam agreſtis, quam domeſtica ſemper fœmina maior eſt, & colore magis vario, præſertim circa alas & collum, in quo plumulæ ex cæruleo viridi mixto nitent.

Caro anatum ferarum, ſeu ſylueſtrium & pinguium vtcunque ſuauis eſt, licet dura, nec inutilem ſanguinem gignit; Sed quæ in vrbibus verſantur; carnem habent excrementoſam, & minus ſuauem. Aluntur enim ſpurciſſimis ac fœtidiſſimis edulijs, vtanimalium interaneis, & ſæpe bufonibus, quos nonnunquam integros vorant.

Anates autem Ponticas venenis educari multi credunt: Vnde Mithridates earum ſanguinem antidotis adverſus venena inſtitutis permiſcebat. In fluuiis, lacubus, & locis paluſtribus viuunt, aliæ aues multæ inter anates numeratæ, vt *Querquedula, Boſcas & Colymbis*, quæ non in parua cibariorum gloria habentur.

CAP. XI.

De axungia Gallinarum.

Vim. AXVNGIA gallinarum medię eſt inter ſuillam & anſerinam naturæ. Recens & ſalis expers affectibus veteri prodeſt. Confert adhuc labiorum ſciſſuris, aurium doloribus, & puſtulis erũpentibus in papillis.

Ea inueterata magis calefacit & reſoluit.

Eſt autem gallina auis homini vtiliſſima, ob ib fœcundiſſima, quæ non modo ſuas carnes edendas præbet, ſed omni tempore fœturam exhibet commodiſſimam. Sunt enim quæ quotidie vel ouapariunt, vel incubant, vel pullos excludunt, qui vbi pipiones adhuc ſunt, à quibuſuis etiam delicatulis expetuntur: Adultiores facti onium palato arridenr. Caſtrati autem & ſaginati, vt Cœnomani capones etiam aulicorum menſas explent & ornant.

Capones Cœnomani.

Eſt enim gallinaceum omne genus optimi ſucci, & coctionis facilis, omnibus naturis & temperamentis idoneum. Non multum vero illorum ſententiam probo, qui ius galli veteris potius, qui ſemper macilentus eſt, quam iunioris & pinguis exhibendum ægrotis ſtatuunt. Ego capi aut pinguis gallinæ iuſculum prætulerim, & vbi nitroſa quædam qualitas deſideratur, aliunde quærerem. Gallinacei enim omnes excarnes fere & exucci ſunt, præſertim veteres, quia quicquid habuere ſucci laudabilis, veneri impenderunt.

Gallinarum differentia. Tres autem gallinarum differentiæ apud nos viſuntur; quædam magnitudine alias ſuperant, quæ roſtro & pedibus, vt plurimum ſunt luteis, & oua maiora pariunt, ſed minus fœcundæ ſunt; *Gallinæ Medicæ.* vt Londunenſes, quæ è Varrone *Medicæ* vocantur, quia à Media fuerint allatæ.

Aliæ paruæ, quibus criſpæ ſunt plumæ, quæ ſæpius, quam annis ſingulis decidunt, ita, vt nonnunquam implumes cernantur, hyemis rigiditatem ægre ferentes. Sunt & vulgares perpetuo plumis indutæ, quarum aliæ prorſus nigræ ſunt, quæ putantur meliores, aliæ albæ, quæ deteriores, aliæ variegatæ, quæ mediæ.

Sunt, qui ſtomachicis imperant tunicam interiorem ſecundi ventriculi gallinarum, ad augendam coquendi facultatem, quod lapillos cõficiat, nullo tamen ſucceſſu ſumitur. Illius enim temperies vitiatur interitu & deſiccatione, deſtruitur vis coquendi. Multa ſiquidem viuis ineſſe comperimus, quæ mortuis non ſupereſſe certiſſimum eſt.

Præter Gallinas noſtrates aliæ multæ ſunt ruſticæ, vt *Attagen, gelinottam* vocant, *Fulica* ſeu *gallina aquatica & Aſcolacus*, ſeu *Ruſticula & gallina ſyluatica*, Septentrionalibus *vidcoq*, vel potius *vvodcok*, ſecundum Anglos dicta, apud quos *vvod* eſt ſylua, & apud Germanos *vvald* idem; Et *cok*, gallinaceus. *Vidcoq vnde dicta.*

Sunt quædam gallinæ peregrinæ, vt *Indicæ, & Numidicæ*, quas *Phaſianos* multi arbitrantur, & *Meleagrides*, à quarum variegato colore, herba quædam florem multis veluti punctis maculatum gerens, apud nos Meleagris dicitur.

De ouis. Multarum autem auium color, vt variegatus eſt, ſic & oua, è quibus illarum generatio pendet, variegata, vt meleagridum, perdicum, gallinarũ Indicarum; Noſtratium vero ac vulgarium gallinarum ova alba ſunt, ſicut & anſerum, anatum, columbarum.

Porro ſæpiſſime in re medicamentaria ouis vtimur, nam vitellos in clyſmis ſoluimus, vixque ſine eorum adiutu *terebinthinam* diluimus. Ex ijſdem induratis oleum extrahimus: atque ab ovo eximium quoddam electuarium habemus denominatum, cuius vires adverſus peſtem mirum in modum commendantur.

Vires. Sæpius vero in cibatu ovis vtimur: *Habent enim quod robuſtum, & alunt, & inflant*, inquit Hippoc. *lib. 2. de dieta.* Robuſtum quid habent, quia generatio eſt animalis: alunt, quia hoc eſt pulli lac; inflant, qui ex parua mole in multam diffunduntur.

Quæ autem tremula dicuntur, ad nutriendum ſunt omnium præſtantiſſima. Frixa, & in cinetibus vſta, mala. Cæterum gallinarum, phaſianorum, & perdicum omnibus ſunt præſtantiora, *Galenus libr. 2. de aliment. & libr. de Euchij.*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 248 sur 955

Ovum vnam ſolum prauitatem admittit, inquit Galenus *lib.* II. *de ſimplic.* quam adfert vetuſtas, quam facile effugies, ſi recentibus vtaris.

Præter axungiam & ova, vtimur Gelatina, Cerebro, Tunicis interioribus ventriculi, teſticulis, felle, pinguedine, gutture, ſtercore.

CAP. XII.

De Butyro.

E Lactis parte magis terrena caſeus concreſcit, è pinguiore, quam *cremorem* vocant, crebro agitatu in oblongo vaſe, *Lactuburiam* dicunt, butyrum cogitur, quod multæ nationes habent in delicijs, præſertim, quod ſuauitate palato plurimũ arridet, vt *Vanneum*, quod in agro Parienſi fit, & *Normanicum*, quod eius prouinciæ, præſertim Conſtantienſis incolæ ſale condiunt, in vaſa fictilitia, prælonga demittunt, & ad cæteros Gallos mittunt, quibus olei vicem explet: facit enim, vt omnia fercula ſapiant, & auidius commendantur. *Butyrum Vanneum.*

Vtiliter admiſcetur *Eclegmati de Pineis* & medicamentis pluribus externis, dum lenire, humectare, emollire, & dolorem ſedare conſilium eſt. Temperie enim cum ſit calidum & oleoſum, bubones & parotidas iuuat. Humores in pectore latitantes litu & linctu coquit, & ventrem ſoluit. Maxime vero, quod ex lacte fit vaccino, tum quod copioſius habeatur, tum quia præſtantius, ſuauius ac ſalubrius. Ex ouillo enim & caprino quibuſdam in regionibus aliquãdo fit, ſed quod in Gallia nec guſtatur, nec viſitur, nec probatur.

Eſt autem vaccinum, ſeu bubulum genus quatuor ætatis gradibus diſtinctum. Prior ætas eſt vitulorum: ſecunda iuuencorum; tertia boum nouellorum; quarta vetulorum, quæ ad extremum extenditur ſenium.

Horda quid. Forda. Quæ iam adulta, ſterilis eſt, *taura* à bubulcis ſolet nominari. Quæ prægnans, *horda*, *fordaue* dicitur.

Pro regionibus autem, & ſoli cœlique conditione, boues corporis habitum, pilorum colorem, mores, & naturam habent. Aſiatici enim aliam formam, Epyrotici aliam, Gallici aliam habent.

Boues ſine cornibus. In boum genere cornua gerunt tam mares, quam fœminæ. Apud Myſios tamen, & circa paludem Mæotim, boues ſine cornibus viuunt. Et aliquando apud Indos nonnulli viſuntur vnicornes, alij vero tricornes. Aonius bos vnicum tantum cornu gerit, in medio capite inſtar monocerotis.

Sunt aliæ boum, ac vaccarum varietates multæ, quas exactius diſquirere noſtri non eſt inſtituti. Sat eſt nunc, ſi dixero, ex bubulo genere lac & butyrum haberi, quibus noñunquam in Pharmacopolis opus habemus. Lac enim non tantum nutrit, eſt enim dealbatus ſanguis, ſed pluribus affectionibus medetur, vt dyſenteriæ, phthiſi ac pulmonum vitijs, quibus aſininum, poſt muliebre maxime conuenit. *Lac, & eius vires.*

Homini autem tot, tantaque commoda bos ſuppeditat, vt vix poſſint numerari. Illius enim in labore & agricultura non tantum ſocius eſt, dum vivit, ſed mactatus menſas opulentat, & alimoniam exhibet firmam & laudabilem.

Ad bubuli generis familiam ſpectant *vri*, *biſontes*, *bubali*, & *tauri Æthiopici*, quorum naturam illis deſcribendam relinquo, qui perfectam animalium hiſtoriam explicandam ſuſceperunt.

Præter Butyrum, lac, caſeum à vacca & bove mutuamur Cornu, fel, hepar, ſplenem, ſanguinẽ, medullam, ſevum, Axungiam, Vngulam, Vrinã, ſtercus, lapillos, piapum, oſſa.

CAP. XIII.

De pulmone Vulpis.

PVLMO vulpis à Meſue commendatur ad vitia pulmonum, & ab eo quoddam Eclegma denominauit, quod phthiſicis conducere aſſeruit. Vt libere tamen dicam, ſapor ejus acer & ingratus, & teter odor efficiunt, vt minus, quam creditur, valere à doctioribus judicetur.

Vulpes. Eſt autem vulpes animal aſtutum, caudam habens multum villoſam, & genitale pene oſſeum, calculo atterendo, & expellendo idoneum. Inſidiatur gallinis, & alijs auibus iuuenculis, nec non leporibus. Speluncam fodit altam, multos habentem anfractus & exitus, procul inter ſe diſſitos, vt facilius venatorum eludat conatus.

Vires. Oleum vulpinum. Illius caro temperie ſicca eſt, & digerentis facultatis particeps. Vnde oleum, in quo fuerit elixata, *oleum vulpinum* dictum, humores ad extimam corporis ſuperficiem euocat, & diſcutit: eaque ratione morbo articulari vtiliter datur. Illius adeps liquatus & auri infuſus, dolorem ipſius ſedat.

CAP. XIV.

De teſticulis Caſtoris.

CASTOREUM Medici vocãt fibri ſeu Caſtoris teſtes ad multos medicos vſus expetitos & aptos. *Caſtor.* Eſt autem fiber, ſeu Caſtor animal amphibium, ex albo cinereum, in dorſo nigricãs, quod partim in aqua, partim in terra victitat, & ex vtroque loco pabulum venatur, lutrarum modo, quib. valde ſimile eſt, cauda excepta, quæ Caſtori glabra eſt, & lata, & piſcium modo ſquamoſa; lutris longa, rotunda, hiſpida, rufa, & ad caſtaneam accedens, vt & totum corpus.

Morſus Caſtoris. Circa fluuios Ponti Caſtores plurimi ſunt, necnõ in Hiſpaniæ paludibus: verum ex eis Caſtoreum, vt vocant, nõ eandem habet cum Pontico Galatiæ vim.

Eſt autem horrendi morſus Caſtor. Nam hominem dum mordet, partem comprehenſam non deſerit, antequam fracta concreparẽ oſſa ſenſerit & audierit. Eius teſticuli potiſſimum appetuntur in vſum medicum, quos non proprijs dentibus amputat, à venatoribus coactus, vt fabula de ipſo natratur.

Teſtes caſtorum quinam eligendi. Porro ad medicamenta ſeligi debent teſtes convexi, ex vno ortu dependentes, liquore intus ceroſo, odore graui, & viroſo, guſtu acri & amaro. Eſt vero Caſtoreum medicamentum, & celebre, & multi vſus, inquit Galenus, adeo, vt Archigenes de Caſtorei vſu totum conſcripſerit librum.

Virtus. Excalfacit autem manifeſto, ſerpentum veneno medetur, menſes & partus ciet, lethargicis & veternoſis prodeſt, & nervorum affectibus.

Præ-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 249 sur 955

Præter teſticulos Caſtoris, vtimur quoque axungia ad nervoſi generis & vteri affectus, morbum comitialem, membra reſoluta & convulſa. Pellis podagricis opituletur & paralyticis. *Egregius eſt* Spiritus Caſtorei Antilethargicus, *quem ex* Dn. Mayerno *ſeſe didiciſſe* Cloſſæus *aſſerit: quemque boni publici gratia Colophonidis apponere lubet: R. Vitrioli Hungarici ℥.iij. ſuccini ſubtiliter pulverſati & per triduum in aceto deſtillato infuſi ℥.j. Vini malvatici lib.j. ß. F. digeſtio in vaſe clauſo per octiduum in B. M. mox deſtillatio in cineribus fere ad ſiccitatem vitando empyreuma Cape huius liquoris lib.1. Caſtorei opt. ℥.iij. Cinam. interior. ℥.j. Caphuræ ℥j. Fiat digeſtio per biduum: dein in Bal. M. vel cineribus tepidis deſtilla. Cape hujus liquoris ſtillatij quart. 1. Aq. Claretæ cum Ambra. & Moſch. ℥js. M. Sumat ager cochlear j. aut ij. in paroxyſmo abſque mora, cuius vſus etiam eſt in Apoplexia.*]

CAP. XV.

De excrementis animalium, & primum de Moſcho.

ANIMALIVM quædam venatu coguntur, capiunturque propter eſum, vt cerui, lepores, apri: Alia propter medicinam, vt viperæ; Alia propter odoramenta & voluptatem, vt Moſchus, & catus zibethicus. Fiber etiam & Sebellina, vt ex his medicamenta & veſtimenta fiant, expetuntur.

Eſt autem moſchus, & excrementi, & animalis, à quo idipſum habetur, nomen. Animal vero exoticum eſt, idque Indicum, in regno *Pegu*, ac potiſſimum in agro Tumbaſcorum admodum frequens, capræ non multum diſſimile, ac corpore prægrandi, *Dorcadem moſchi, gazellam Indicam & capreolum moſchi* nominant, ex cuius inferiore maxilla æque dentes vtrinque ſinguli porcorum inſtar exeruntur.

Huic cum Veneris œſtro percellitur, furoris vehementia vmbilici regio intumeſcit, ibique congeſto ſanguine multo & craſſo fit apoſtema: atque tum ferum illud animal potum cibumq; auerſatur omnem, & humi ſeſe prouoluens atq; lapidibus & arborum truncis turgentem partem quadam voluptate confricans, diſtrumpit, ac vomicam aperit, ex qua *ſanies quædam* excernitur, quæ *verus eſt moſchus, omnium rerum odoratiſſimus & ſuauiſſimus*, quique alias omnes moſchi varietates, quæ nunc multæ circumferuntur, bonitate ſuperat.

Moſchum quid.

Moſchus quis optimus.

Illa utem ſanies ſuper arborum truncis aut ſaxis relicta, calore ſolis ac cœli bonitate coquitur, elaboratur, & viroſus ipſius odor, ſi quis ſit, diſſipatur, fitque præſtantiſſimus ille moſchus, quos reges & magnates donantur & vtuntur. Qui vero paſſim venditur, bonitate longe inferior eſt, & ab animalibus venatu captis carpitur. Capta enim fera venatores partem cum corio ſimul abſcindunt, cruorem effluentem exprimũt, colligunt, exſiccant, & ſervant cum triculis aut pellibus eorundem animalium, quorum ſæpe ſanguis exſiccatus, pauculæ recrementi dicti portioni commixtus, pro puro moſcho ab inſtitoribus ſeu adulteratoribus venditur.

Eſt quoddam genus muſtellæ majoris, quæ quod martia ſit & pugnax (gallinas enim etiam grandiores enecat) quibusdam *Martes, alijs Marturella*, vulgo *Fovina* dicitur, cuius excrementa *moſchum* redolent, vt ſæpe obſervavi. *Martes.*

Sunt & quædam plantæ & fructus, qui huius aromatis ſuavitatem naribus & palato referunt, vt *geranium moſchatum, herba moſchata*, dictum, *roſa moſchata & pyra moſchatellina.*

Sunt autem moſchi vires eximiæ: nam cor frigidum & tremulum roborat, exhilaratque, & omnibus ipſius affectibus confert, nec non cerebrum recreat, & ſpiritus omnes reſacit. Calefacit ordine ſecundo, ſiccat tertio. *Moſchi vires.*

CAP. XVI.

De Zibetho.

ANIMALIA tria gratum odorem ſpirare perhibentur, *Panthera*, quam tamen brutis tantum, non hominibus ſuaueolentem multi credunt; *Gazella*, ſeu *Capreolus moſchi*; & *felis*, ſeu *Catus Zibethi*, qui Græcis recentioribus *Zapetiõ*, vulgo *Ciuetta* nominatur, de cujus natura veteres non ſatis inter ſe conveniunt. Animal ferum eſt, dentibus ferox, feli non tam ſimile, vt multi ſcribunt. Maius enim eſt, ſæpe vulpem excedens, caput, collum, pedes, atque alias partes habens illi valde diſſimiles. Os ei oblongum eſt, vt meli, ſeu taxo animali, corpus longum, maxillæ inferius albæ, vt etiam barbitium, pedes nigri, laterales ventris partes albicantes, dorſum ex obſcuro cinereum, maculis nigris conſperſum, cujus recrementum *Zibethum* dicitur, ob fragrantiam à ditioribus expetitum, ob vires inſignes à Medicis celebratum. *Animalia gratum odorẽ ſpirantia.* *Catus zibethi.* *Zapetion.* *Ciuetta.*

Zibethum ergo odoramentum eſt aliud à *moſcho* diuerſum, ſuauiſſimum, pingue, craſſum ac nigricans, ex animali ejuſdem nominis, cui eſt cati figura, vnde *Catus zipethicus* ſæpius vocatur, deſumptum. Illius enim ſtrigmentum eſt, ſeu *ſudor circum teſtes, ac pudenda concreſcens, qui cochleari corneo, aut argenteo, aut alio quovis eradi ſolet.* *Zibethum quid, & quo modo colligatur.* *Catus zibethicus.*

Indicum quidem animal eſt, ſed nunc apud Europeos valde frequens & cicuratum. Quotidie ſiquidem Lutetiæ in multorum ædibus viſitur & contrectatur. Vt vero maiorem dicti recrementi copiam ſuggerat, irritari ſolet, fatigari, & ad iracundiam cieri; tunc enim genitalia multo ſudore glutinoſo madent, qui poſtea eraditur. Deraſus primis diebus gravis eſt, molleſq; nares ferit, ſed poſtea concretus & aeri expoſitus, virus omne deponit, ac ſuauitatem acquirit gratiſſimam. *Quomodo zibethum in Catis augeatur.*

Vt odor illius moſcho affinis eſt, ſic & qualitas. Maxime autem confert vteri ſtrangulationibus, ſi ejus aliquot grana in vmbilici cauitatem indantur. *Vires.*

Animalium ſtercora propter fœtorem & ingratum ſaporem auerſantur, ſæpè ægri, & Medici. Malunt enim alia perſcrutari, contrectare, & exhibere medicamenta, quam puridorum animantium excrementa; *Muſcerda* tamen multum prodeſt cum vino albo ad calculum atterẽdum & excludendũ, & *ſtercus canuum* probatur à Galeno ad anginam: humanum vero laudatur à mul- *Muſcerda.* *Stercus canũum.*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 250 sur 955

multis ad ſuppurandum. Epilepſiæ autem, quæ fit per partium infernarum conſenſum, & materiæ tenuis ad caput aſcenſum, nihil æque prodeſt, atque *pauonis ſtercus*. Succus ſtercoris equini Coliæ & Pleuriſi; Anſerini Ictero.

CAP. XVII.

De Ichthyocolla.

Chryſocolla. *Sarcocolla.* *Taurocolla.* *Xylocolla.* *Ichthyocolla.* *Alkanna.*

MVLTA glutinis in officinis Pharmacopœorum varietas invenitur; vnum minerale eſt, quod auro coniungendo rite conuenit, & *Chryſocolla* dicitur; aliud, quod vulnera ac carnem glutinat, & oculorum fluxiones inhibet, atq; arboris cujusdam in Perſide naſcentis gummi eſt, quod *Sarcocolla* vocatur, de his duobus *ſupra*; tertium quoddam eſt, ex corijs bubulis factitium, quod *Taurocollam* nominant, & à frequentiore, quem præſtat, vſu, lignis videlicet arctiſſime ſimul firmandis, *Xylocolla* nonnullis dictum. Eſt & *Ichthyocolla*, ſeu glutenex ventre cujusdam piſcis confectum: cui, quod vis inſit opplere, ſiccare, atque etiam quadamtenus mollire, recte miſcetur emplaſtris glutinantibus, & alijs, quæ lepras tollunt, & faciem erugant. Ab Arabibus *Alkanna* vocati ſolet.

Morüa & moluæ. *Exoſſis piſcis.*

Vt autem *Taurocolla* non tantum ex corio bubulo, ſed ex omnium quadrupedum auribus, pedibuſque fit, ſic & *ichthyocolla* non tantum ex vētre vnius piſcis, ſed ex omnibus viſcidis ac glutinoſis fieri poteſt. Sæpius vero fit è quodam piſce, quem Rondeletius *exoſſem*, alij *moluam*, alij *moronam*, quidam *Morüam* appellant.

Eſt autem Exoſſis piſcis ceraceus, cartilagineus, abſque ſquamis, ſpinis, & oſſibus, niſi pauciſſimis. Caput ei craſſiſſimum eſt, latumque, os magnum, è cuius maxilla ſuperiore molliuſculæ & oblongæ apophyſes deorſum pendulę emergūt. Carne eſt præ dulci & glutinoſa, proinde male grata, niſi longe ante eſum ſale condiatur.

Ichthyocollæ conficiendæ modus.

Non ſolum veroex corio, ſed etiam inteſtinis, ventriculo, pinnis, & cauda piſcis, Exoſſis *Ichthyocolla* conficitur adhunc modum. Partes dictæ in fruſtula tenuiſſima ſecantur, in novo fictili ponuntur, aquæ calidæ quātitas idonea affunditur, ſic diem vnum aut alterum macerantur: tum lēto igne coquuntur, donec in cremorem aut pultis conſiſtentiam abeant. Poſtea ab igne ſemouentur, antequam hæc confectura refrixerit, à fictili eximenda, & in partes diſiungenda, ne in maſſam tenaciſſimam concreſcat.

CAP. XVIII.

De OEſypo.

OEſypus ſeu Iſopus humida quid.

OESYPUS officinis Iſopus humida, eſt *ſuccidarum lanarum arte detracta & concreta pinguitudo*, à qua emplaſtrum quoddam à Philagrio deſcriptum. *OEſypatum* vocatur; quod ad lienis dolorem, ſtomachi & hepatis duritiem, & aliarū partium nodoſitates commendatur. Emollit enim OEſypus & explet, præſertim vlcera ſedis ac vuluæ cum *melilotō & butyro*; ſine exceſſu calefacit, & dolorem lenit.

Vires.

OEſypi conficiendi modus.

Conficiendæ autem OEſypi ratio hæc eſt; lanæ ſuccidæ è collo fœminibus & femoribus ouium ſumuntur, aqua ferventi horas octo macerantur, comiſcentur, & rudicula aut baculo agitantur: deinde ferne fiunt, quouſq; in aquam depoſuerint totam pinguitudinem.

Tum expreſſis & ſemotis lanis, aqua illa pinguis, acſordida ex alto in aliud vas ita infunditur, vt multum ſpumeſcat. Spuma denuo accipitur, atq; adhuc tam diu agitatur in aqua, donec amplius nullam ſpumam emittat.

His ita peractis pinguedo collecta in aqua pura lauatur, & manibus agitatur, donec œſypus admota linguæ leuiter tantum aſtringat, nec mordeat, & candida ſpectetur: tum in fictili vaſe reponitur. Verum omnia ſub feruido Sole fieri debent. Nonnulli addunt ad lotionem aquam marinam, ſed dictus modus vſitatior & melior iudicatur.

Ouillum autem genus nulli nationi non notiſſimum, homini infinita commoda ſuppeditat: illius enim lana tegitur, carne alitur, ſimo paſcua pingueſcunt & fœcundantur.

Aries vnus dictus. *Cantherius.*

Ouium iuniores pulli agni dicuntur; grandiores & integri, arietes, ab ara, in qua olim immolabantur; Caſtrati, verveces, Italis *Caſtrones*. Sic enim vervex ab ariete differt, vt cantherius ab equo, capus à gallo, caper ab hirco. Sectarius vervex vocitari ſolet, quem agni ſequuntur.

Habitus arietis, quem Galli *Bellerium*, à bellando, vt credibile eſt, nominant, commendatur, dum altus ac procerus eſt, ventre promiſſo, cauda longiſſima, velleris denſi & candidi, fronte lata, cornibus intortis & patulis, rauis oculis, auribus amplis, pectore, ſcapulis, & clunibus amplis.

Arabia duo miranda arietum genera profert; vnum caudam adeo longam gerit, vt non ſit tribus cubitis brevior; alterum cubitali latitudine eandem gerit. Cætera de pecuino genere cuique vulgaria.

CAP. XIX.

De oſſibus medicatis, & primum de oſſe cordis cerui, C.C. &c.

SI animaliū excrementa etiam fœtidiſſima vim habent commendatitiam ad multos affectus curandos, vt ad anginam ſtercus caninum, quod faceti viri *Album Græcum* vocitant, multo magis partes illorum integrantes, vt alces vngula ad epilepſiam, capræ ad eos, qui noctu ſtragulas permingunt, & oſſa multorum & piſcium & volatilium, & quadrupedum.

Cranium humani facit.

Os etiam hominis homini medicina eſt; nam cranium inſepultum, vt decet apparatū & exhibitum, morbum comitialem ſanat. Os de corde cerui, cornu rhinocerotis, dentes elephantis, apri, & lucij multis morbis conducere, experientia comprobauit.

Præſtantia cervi ad medicinam.

Rem autem medicamentariam cervus multum adauget: Ei enim cornua ſuggerit, ſevum, adipem, medullam, lacrymam, priapum, & oſſiculum illud, quod ad baſim cordis invenitur, corium, teſticulos, ſanguinem, talum, calculos, bezoarticos, & hyſtericos.

Eſt vero cervus animal nobiliſſimum, quod pulchritudine, celeritate, dignitate & vtilitate reliqua fere animalia ſuperat: vnde regibus ſolis, ac illius miniſtris eos inſectari ac venari fas eſt eorum

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 251 sur 955

eorum caro lautiora etiam conuiuia ornat, & quę mensis non congruunt, pharmacopœorum tabernas locupletant.

Crux cerui. Maxime autem celebratur illud ossiculum, quod ad basim cordis ceruorum annosorum habet adhæsum, quod à figura crucis, quam non male refert, venatores *Crucem cerui* nuncupant, plurimumque ad cordis affectus valere, non solum ipsi experientia ducti docuerunt, sed & Medici præter experimentum ratione docti confirmarunt.

In ceruis iunioribus non os, sed cartilago tantum est.

Lacrymaocularum in cernis senioribus. In valde senibus concrescit aliquando in vtroq; oculorum canto majore lacryma quædam mira vi sudorum proliciens, & morbis venenatis conducens, vt ostendimus *supra*. Os autem de corde cervi ad *diamoschi* confectionem accedit, vt vim eius cardiacam iuuet & reddat efficaciorem.

Vt autem nobilissimi Medicamenti C. C. pateat vis & efficacia satis dilucide, placet addere sequentem quæstionem Greg. Horstij problem.

Ad Cornu Cervi crudum, vel præparatum sit præferendum in cura morbi ungarici?

Vsus cornu cerui apud veteres. I. VSus *cervini cornu* tempore *Galeni* non omnino nullus erat, quemadmodum patet *l.* 11. *de simpl. med. facult. §. Cornua*, vbi additur, quod cornua cervina dentes candidos reddant, fluidasque gingivas corrigant; imò eadem usta & lota dysentericis, hæmoptoicis, cæliacis & alijs conveniant. Idem habetur *lib. de theriaca ad Pisonem cap.* 9. ex quibus locis illud ipsum quoque repetere voluit Ægineta de re med. lib. 7. cap. 3.

[Aëtius tetrab. 1. Ser. 2. cap. 156. *Cornibus Cervi vstis sæpe usi sumus (inquit) ad illustrandos dentes, gingivas quoque flaccidas adstringunt. Aiunt Cornu Cervi, si post vsturam lavetur, dysenteriam at sanguinis sputum & Caliacas affectiones sanare: Ictericis quoque vtiliter præbetur à dato omnibus coch. 3. mensura. Vstum & lotum collyriis ocularibus ad fluxiones oculorum destinatis admiscetur.*]

Vsus nobilissimi hodiernus. II. Præter has operationes, quæ maximè ratione virtutis exiccantis proveniunt, alias longè nobiliores cornu ceruinum virtutes obtinet, quo ad effectum, nulli hodie incognitas, nimirum quod insigniter viscositatem humorum incidat, internas viscerum obstructiones aperiat, & vi sua penetrandi putrescentibus humoribus resistat, adeoque balsamica quadam virtute malignitatem humorum corrigat, vnde *Iobertus* quoque *tract. de peste cap.* 18. maxime cardiacum dicitur, quod probat felicissimus successus in variolis, morbillis, alijsque morbis putredinem humorum præsupponentibus, & potissimum in febri illa maligna, quæ κατ' ἐξοχὴν veteribus, hodie ungarica dicitur, propterea quod durantibus hactenus bellicis apparatibus in Vngaria contra Turcas milites nostros frequenter invaserit, plurimosque è medio sustulerit.

Κατ' ἐξοχὴν veterum hodierna febris Vngarica. [*Tanta est, inquit* Rulandus lib. de Lue Vngar. cap. 7. hist. 10. *Cornu Ceruini ritè adhibiti efficacia, vt omnes indicationes curandi in hac lue exquisitè compleat: Si requiris Antidotum? Cornu Ceruinum præparatum efficacissimè malignitatibus repugnans præsto est: conaris putredinem tollere & prohibere? Cornu cervino oppido valebis. Ducit insuper urinam, ciet sudorem, enecat vermes, aliisq; virtutibus multis excellenter dotatum est &c. Cornu Ceruinum, vt experientia docet, venenosis & pestiferis affectionibus opem non obscuram adferre dicit* Mercurialis Tom. 2. consult. 63. *In febribus malignis (inquit* Sennertus lib. 4. de Febrib. cap. 9.) *commodè præbetur decoctum C. Ceruinum Spiritu Vitrioli, cui etiam Iulapii Rosar. & Violar. aliquid admisceri potest: sitim enim sedat, obstructiones aperit, putredinem arcet, malignitati resistit.* Herculles Saxon. lib. de Plica cap 59. *dum Vnicornu vires celebrat, sic subjecit: quod si quispiam hoc (Vnicornu) careat, Cervinum Cornu substituat, quod perfectè ego non minus efficax existimo, quam quodvis aliud, propter insignem, quam habet, vim sudoriferam.*]

Vsus C. C. in febri Vngarica.

III. In his enim effectibus iusta evacuatione præmissa, cum magno successu & audacter Cornu ceruinum præbetur, idque propterea, quod illud ipsum ratione copiosi sui salis atque interni balsami putridis & malignis humoribus resistat, & verum naturæ balsamum omnis operationis vitalis autorem confortet, vt hosti suo repugnare & malignitatem eo citius superare queat.

Cornu ceruini efficacia in malignis & putridis.

[*Coniungatur hic* Sennertus lib. de Cons. & Diss. Chym. cap. 11. *ubi Spiritum coagulantem Salinum principijs animantium constitutivis & conservativis inesse statuit, qua ratione, cum pars quælibet simili succo nutriatur, quidquid in alimentis est eiusmodi succi & Spiritus & salis coagulativi, in animalibus ad ossium, testarum, imò, vt postea subjecit, cornuum quoque generationem & augmentationem consumitur. Hinc manifestum redditur, sicut in Vniverso corporibus naturalibus salina substantia per primam benedictionem concreata est secundum magis & minus: (terræ enim & mari Deus ἀλγλιχ sua semina fecundissima indidit, ex quibus postea omnia tum vegetabilia, tum mineralia, vt & animalia quædam, suo quoque tempore nascerentur; vnicuique etiam virtutem quandam similem, sine non generativam per semen, more animatorum, attamen in sui naturam commutativam, modo materia patientis ἀφθονίας non repugnet, contulit, vt habet* Untzerus in Physiologia Salis cap. 3.) *Ita etiam in partibus animalium his magis, illis minus abundat, juxta naturam cuique propriam, quod in Cornibus Cervorum etiam apparet. Nec obstat illorum assertio, qui sibi persuadent, ignis combustione salem in plantis & animalium partibus primum generari, cum potius illis antea sit congenitus, & ignis beneficio tantum separetur & in apricum producatur, vt pluribus apud* Untzerum citat. loco c. 20. *videre licet.*]

Origo C. C.

Salis substantiam non fieri adustione.

IV. Quis enim nobilissimis his effectibus conspideratis cum *Paræo lib. 20. cap. 29.* solam vim exsiccandi tantum in cornu cervino laudabit, cum liquorem in peste non contemnendum, ac duplex sal volatile & fixum in eo facilimè spagyricus diligens deprehendere queat? quis cervinum cornu tanquam terreum excrementum

Idem copiosa sale abundare

tam

tantum considerabit, vt cum *Cardano lib. 10. de subtil.* affirmat solius ornatus gratia, quemadmodum barba hominibus, sic Cervis cornua facta esse, cum videamus singulis annis ad tantam magnitudinem eadem excrescere, & quotannis augmento adhuc quodam fere deijci?

Confirmatur id ipsum vlterius.

[*Effectus suam causam testatur: ast notum est omnibus, quod non tantum Cornu Cerui præ cæteris insignem facultatem seipsum augmentandi possideat, quod à vegetabili principio sine dubio deducendum, cujus ratione* Plinio lib. 11. cap. 37. *singulis annis decidua cervis Cornua dicuntur, sequacis omnino naturæ, ita vt referente* Libauio lib. 6. Syntag. Arcan. Chym. p. 1. cap. 18. *juxta* Linschotti *narrationem, Goæ in India recenter terræ commissa cornua cum terra coalescere & radicari dicantur; sed vsus, experientiâ confirmatus idipsum quoque comprobat, copiosam hîc adesse substantiam illius principij, quod præter manifestam exiccationem putredini resistit, & vi sudorifica corporibus languentibus succurrit, quod tanquam Balsamus conservativus animantibus concessum est. vnde videmus illa animalia, quæ ejusmodi salem naturâ copiosum possident, vt Cervi, longè viuaciora, diuturniorisque vitæ esse cæteris, in quibus ille parcior inhæret: quin & partes animalis eo abundantiores, quales sunt ossea, minus corruptionibus obnoxias esse, serinsque interitum minari notum est.* Untzer. cit. loco c. 28.]

V. Hæc sanè non aliunde, quam à copioso sale vegetabili deducere possumus, cujus virtute quotannis in tantam molem excrescunt, & cum fœnore deijciuntur: tantæ enim hujus virtutes sunt in conseruando generando, vt non solum homo quotidianum salis communis vsum instar optimi condimenti adhibeat, sed etiam bruta irrationalia tantoperè naturali instinctu illud ipsũ appetant, & vel ex ruderibus antiquissimis exhauriant ac lingua lingant, vel ex locis fœculentis, urinosis, nitrosis atque aluminosis curiosè perquirant, vt in columbis, alijsque avibus apparet. *Quercetan. de mat. prist. Philos.* Adde quod nulla re magis luxurient arva, quam cornuum in ipsis putrefactorum ac digestorum adiposo sale, vt idem habet in defens. Hermet. Med. cap. 20. Imò & ipsum mare salsum hoc indicat tanta tamque variâ animalium generatione & conservatione, quod veteres voluerunt, vbi Venerem omnis generationis matrem ex spuma maris productam, adeoque ἁλιγενῆ dixerunt, vnde *Erasmo* Saligena, *Virgilio* nata salo Venus vocatur.

Salis virtutes.

Cur venus ἁλιγενὴς dicatur?

[*Fœcunditati salem conferre, seminalemque vigorem acuere confirmatur à* Natali Comite lib. 5. Mythol. c. 13. *propterea, quod naves onerariæ, salis copiam vehentes, murium copiosam congeriem producant, unde mures salacissimos esse scribit Ælianus lib. 12. Animal. & Plinius lib. 10. cap. 65. refert, quod quidam salis gustatu fœminas (muriũ) prægnantes fieri opinentur. Marinos Deos in universũ fœcundos finxerũt Poëtæ, queis ea, ppter numerosã prosẽ tribuãt, quod etiã per Cornu Amalthea. frugib. ac fructibus refertissimum, docere voluerunt, copiã videlicet & affluentiam rerum ex sale, quo pinguissimo cornuum substantia præ reliquis abundat, proficisci. Non igitur à ratione dissonat, quod* Lemnius lib. 2. de occult. cap. 63 *refert, obasas mulieres, maximam partem steriles, moderato salis condimẽto ciborum fœcundas, & conceptui idoneas fieri, cum sal abstergat superfluam vaginem, & consequenter vterum madidum exiccet.* Vide Anton. Snebergerum de multiplici salis vsu. *Pulchra quoque de Salis natura & significatione collecta proponit* I. P. Lottichius in Com. ad T. Petronium Arbitr. Satyr. lib. 3. c. 1. Item Dn. Iacob. Bornitius ICtus, Avunculus meus honorandus, lib. de Rer. sufficientia tract. 2. c. 12. Item Claud. Deodatus lib. 2. Panthei c. 1.]

Salis fœcunditati confert.

VI. His præmissis ad decisionem problematis perueniendum, *num sex: in maligno & putridis febribus crudum cornu cervinum, raspatum videlicet, & lævigatum potius, quam præparatum per calcinationem vsurpandum sit?* prius vulgus fere statuit: nihil enim matronis nobilibus, alijsque medicastris mulietibus frequentius, quam in variolis, morbillis, febribusque ardentibus, crudũ cornu raspatum, cum adæquatis liquoribus, propinare. Quod etiam absque ratione fieri non videtur ijs, qui dicta recolligunt, & ea quæ crudo inesse diximus, perpendunt, vtpote cum verisimile sit, virtutem Balsamicam, & sal vtrumque copiosius inesse crudo, quam illi, quod per calcinationem præparatum est.]

Probatur quæstionis pars.

[*Subscribit huic assertioni* Hercules Saxon. lib. de Plica c. 59. *Quia scio (inquit) consueuisse plurimos illud Cornu ceruinum præparare, comburere, infundere, mihi præparatum minus placet: etenim per ustionem partes aëre ac tenues dissoluuntur; per infusionem vero obtunduntur & incrassantur, idcirco infirmantur. Limâ ergo teri potest, & ex decocto aliquo sudorifero, vel aqua destillata superius descripta præberi ad drachmæ pondus. Sic inter recentiores* Brossæus, Galliarum Regis Medicus lib. 3. de la Nature des plantes c. 7. *post ustionem Cornu Cervini tantum modo cinerem mortuum, figulinis vasis conficiendum magis, quam Medicinæ idoneum superesse statuit, ex quo penitus arte, nullâ sal aliquis elici queat, propterea, quod Armoniacus sal, & oleosa substantia, quibus Cornu Cerui abundat, per vstionem separentur & consumantur. Hinc Alexipharmacum quidem Cornu Cerui statuit, modo maneat in sua integritate, sine vstione.*]

VII. Sed posterius vsus Medicorum comptobauit, conuenientius videlicet calcinatum & præparatum adhiberi, cum crudum propinatum frequenter eodẽ modo, vt fuit ebibitum, per alvum sine omni alteratione reddatur. In promptu ratio est, propterea quod spirituosa substantia omnis actionis causa, per fœculentam materiam additam colligata impediatur, quo minus virtutes suas exercere possit, ita ut in crudo vis illa quasi sepulta jaceat: imo sal etiam balsami sui vires exercere nequit, nisi terrestribus suis vinculis expediatur. *Quercetan. in tetrade. c. 18.*

Probatur posterior quæstionis pars.

[*Sunt, qui propterea Veteres tantum C. C. Cremasse statuunt, vel vt citius in pulverem redigeretur, vel vt spiritus ferocientes & ad exitum properantes concentraret, humidum superfluum exiccaret, putredinem arceret, quo nomine Ebur etiam vsserunt, ad coërcendum scilicet nimium menstruorum profluvium, quod aliàs etiam, vt os de corde cervi, Cornu Monoceros, Vngulam Alcis, Cranium humanum, & similia, sine vstione præscripserunt. Quanquam vero per longam experientiam, esse*

C. Cochlear. pp. non prescribendum.

& Ana-

& Anatomiam Spagyricam Cornu Cervini satis confirmatus sim, alios quoque præparationis ejusdem modos usui medico maxime convenientes haberi, quemadmodum posteà patebit: non tamen effectus Cornu C. usti præparati, toties à veteribus & recentioribus observatos negare possum, etiamsi facilimè concedam, salis istius fixi demonstrationem per extractionem difficulter dari posse, quamvis ebullitio & incalescentia ejusdem, affusis aquis vitriolatis, more calcis per aquæ affusionem incalescentis, unà cum effectu, quem in sudore movendo, nec non urina cienda quotidiè præstat idipsum confirmare videantur. Sunt, qui de Philosophica calcinatione, situti vocant, maximè gloriantur, ubi per vaporem aquæ calidæ Cornu Cervinum temporis, diuturnitate friabile reddunt: at cum per eundem emollitionis modum Cornu sale suo volatili & oleo depradetur & exhauriatur, quod patet, ubi recipiente appositio, commodumque accommodato, salem oleaginea substantia dulci permixtum aquæ stillatitiæ supernatantem eodem labore colligimus, non video, quomodo præparatum hoc modo C.C. tantum prorogativam, præ communiter usto, queat obtinere quanquam non nego, id ipsum efficacius esse.]

Quid statuendum de CC. Philosophicâ calcinatione seu igne.

Nec illorum modus nobis displicet, qui hasce partes cervinas sine igne culinari & interveniẽte aliqua aqua appropriata, ramentisque lignorum, vel per vesicam norunt in pollinem redigere, nam & in hujusmodi præparatione spirituũ ossium, cornuumq ; Tuba & sal illud volatile, à quo virtus glutinosos humores incidendi, viscerum obstructiones aperiendi, & vi sua penetrabili putrescentibus humoribus resistendi, adeoq; balsamica & cordialis virtus malignitatem humorum corrigendi dependet nequaquam perditur, talesque subtiles pulveres non difficulter à calore nostro digeri possunt, inquit Eustadius de Conf. alkerm.

VIII. Expeditur autem per *veram calcinationem*, quæ primum gradum transmutationis spagyricæ constituit, & est rei per ignem purificatio, seu pulverisatio, ex privatione humiditatis partes consolidantis, quemadmodum *ex Gebro describit Albertus Magn. lib. de Alchymia, Pantheus Venetus l. transmut. metal.* & alii: Atque hic verè accidit, quod Hermetici dicunt, nimirum ut sulphureitas desœdans & corrumpens combustione deleatur, quemadmodum ex fœtore primi liquoris Cornu Cervini colligitur. Quod ipse quoque *Galenus* non nescivit, qui pleraque metallica sine calcinatione ad usum medicum non admisit, ut patet ex 9. *simpl. Med.*

[*Sapientiæ mirabilis est (inquit Libarius) in ea re conservare naturam, in qua nihil naturæ restare omnes sapientes putare queunt, quod ad res calcinatas etiam accommodat non immeritò, propter causas hactenus expositas.*]

V. Claud. Dariot. in lib. de præpar. med. Chymic.

IX. Nec obstat, quod hac operatione sal volatile copiosum sublimetur, unà cum liquore, quem supra commendavimus: remanet enim præterea copiosum sal proprium & fixum, cujus ratione rei balsamica qualitas etiam post calcinationem remanere dicitur, in quo firmissimæ tincturæ ac impressiones proprietatum rei calcinatæ, experientia teste, delitescere videmus. Et hoc est, quod Philosophi humidũ primigenium post calcinationẽ quoq; remanere volunt, quẽadmodum *Querceranus in Tetrad. lib. contra Aubert. & alibi* innuit.

[An post declinationem. C. Cervi sal aliquis fixus *remaneat non immerito dubitatur, præsertim ubi communem salis extractionem è cineribus rerũ combustibilium perpendimus, è quibus absque difficultate sal elicitur. Etiamsi vero tali promptitudine non possit idipsum, quod volumus, hic demonstrari, nihilominus tamen ex effectu, tot seculis cõprobato, convincimur, operationem hic talem esse, quæ cineri mortuo tribui nequeat; cui accedit nõ tantum ratio, quod C. Cervi ustum, tanquam perfectè mixtum principio suo constitutivo tertio, sale videlicet, nõ destituatur. Sed etiã experientia, quâ laboriosè quidem, sal iste fixus ad oculum quoque demonstrari potest, ubi in præparatione essentiæ, seu liquoris C.C. post debitam macerationem cum vino citri vel granatorũ, per alembicum lenta destillatione spiritus cum sale volatili evocatur, cum qua essentia postmodum ex capite mortuo sal fixũ extrahitur, ita ut impræg nata ejusmodi essentia cum sale suo fixo tandem in loco frigido Crystallos cõcrescentes exhibeat. Quanquam enim de virtute diaphoretica C.C. dubitent plurimi, cum* Dioscotides *illius non meminerit, & alii liquoribus ac vehiculis, alij quieti & corporis apertura (quæ aliquando sola sufficit ad sudorem provocandum) alij ignea impressionis in calce relicta, eandem adscribant: nos tamen sali fixo vim illam tribuimus, ut dictum fuit, quod quantumvis vulgari saliũ extrahendorum labore non veniat in conspectum, inesse tamen huic mixto non diffidimus, præsertim si accedat longa atq; pluries iterata calcis reverberatio, liquoris affusio, cõvenienſque digestio. Ex prima enim ustione C.C. hoc resultat commodi, quod pori corporis aperiantur, & ad fundendum sal suũ disponantur, ficque virtus insita & diaphoretica, si qua est, potentius se exerit: adde quod spiritus ignei & fuliginosi carbonum & lignorum inter comburendum sese affigunt corpori, in eoque condensantur, non secus ac in lapidibus per vim ignis, aut in Tartaro & Vitriolo combusto accidit, qui postmodum aquis suis stillatitiis soluti, & per genus venosum dispersi, humores serosos in corporis peripheriâ subsistentes attenuant, & in halitus, vaporesque dissolvunt, quemadmodũ hac de materia quidam Amicorum in literis ad me datis philosophatur.*]

An post calcinationem sal aliquis fixus in C.C. remaneat.

An C.C. virtutem diaphoreticam habeat?

X. Cum igitur vis illa diaphoretica, quæ propter salem fixum ineſt huic remedio, una cum aliis qualitatibus ab impedimentis suis post calcinationem & præparationem maximè liberata sit: Ideò concludimus magis cõveniens esse cornu cervi ustum & præparatum, quàm crudum: Imò tam tutum & jucundũ in gravissimis quoq; morbis hoc medicamentum est, ut omni ætati, ipsis etiam recens natis commodissimè, necessitate urgente, præbeatur.

C.C. pp. tum præfertur crudo.

[*Colophonidis loco non possum intermittere, quin viri clarissimi* D.D. Samuelis Closſæi, Medici Metensis, *amici mei, verba, dum inter alia de C.C. natura per literas inter nos ageretur, adscribam quæ sic habent: Cornua Cervorum, etsi excrementa sint medullarum, & veluti ossium productiones, attamen admirandis non spoliantur virtutibus, quæ consistũt præcipuè in sale volatili, atque sulphure, quorũ copia*

Natura C.C. elegantur descripta.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 254 sur 955

turgentia ossa animalium (melancholicorum præsertim, quippe spiritu vitæ abundantissimo præditorũ) quod purũ est, sumunt pro nutrimento, quod superfluum, extrudunt ad extremitates ossium. Hæc luxurians materia cranio adnata, cute primũ, molliq; lanugine vestitur in cervis maribus; sed ubi aëri diutius exposita fuerit, figitur post annum, & velut vitriolatur, atq; indura, aspera, gradiag, abit cornua, propter volatilẽ & extensilẽ Balsami sui naturã, atq; hinc Cardiacũ summũ, vereq; Bezoar dicũ secundarium esse creditur: nã spiritus suo (qui sanguinis spiritui omnino cõgener est) cor recreat, Balsamo dulci humidũ radicale fovet, sale armoniaco penetrat, tartareas materias attenuat, sudores & urinas movet, ac proinde auræ pestiferæ adversatur, quartanamq; curat: facultate acida (quæ omni armoniaco inest) malignis febribus resistit; vi autem siccante, quæ in ejus terra supereſt putredinem arcet, vermes enecat, fluxibus alvi opitulatur, unde pro variis indicationibus, variæ quoque C.C. præparationes in usum vocandæ sunt. Sic in peste ætherea & venenis utor Spiritu & sale Armoniaco C.C. (ubi is ad manum est) tanquam insigni diaphoretico: in malignis febribus, ut variolis, ubi tota massa sanguinis non solũ incenditur, sed etiam putrescit, secundarius ex tota substãtia istius Cornu depromptis, Decoctis puta, Gelatinis & Extractis: ad lipothymia Aqua ex typho Cornuũ recent. destillata, ejusque Syrupo: ad phthisin & senectutem retardandã Balsamo dulci ejusdem: ad vermes & diarrhœas C.C. vitriolato utor, &c. Hactenus Amicus, cui non absque ratione subscribimus, & pro candore nostro, Lectori benevolo Præparationes & Compositiones quasdam subjicimus. Salis istius Volatilis, armoniaci dicti, copia nunquam non facilimè colligitur, quando C.C. crudum per retortam destillatur, oleagineo & fætido liquore progrediente, simulque sale dicto copiosè sublimato, qui postea separatus ac depuratus magnæ est efficaciæ, sicuti inter alios videre licet apud Tholdium in Haliographia. De Aqua ex typhis cervorum videatur sect. 9. lib. 1. Epist. Medicinal. cujus compositionem pretiosam in Aula Hassiaca contra cordis palpitationem & lipothymias præsentissimum remediũ observavi, quæ sic sese habet:

Medicamenta ex C.C.

Sal volatilis.

Oleagineus liquor.

Aqua ex typhis Cervorum.

℞ Cornuum Cervi recent. mollium adhuc, ℔ ij. Incidantur, & adde Rosar. rub. ℔ ß.
Fl. bugloss., borrag., rosmarini, tiliæ.
Her. Majoranæ, matrisylviæ an. ℥ iiij.
Fl. peoniæ, violar. tunicæ coron. fl. farris an. ℥ ij.
Cort. citri, santali rub. citrini an. ℥ j.
Passul. mund. ℥ iij. Galangæ ʒß.
Nucis moscb. macis, caryophil. ana ʒ ij.
Croci ʒß. Cãphoræ ℈ j. incisis & contusis adde Aq. Rosar. Borrag. Buglossæ, fl. tiliæ, melissæ hortensis & sylvestris, Matrisylviæ, Betonicæ an. ℔ j.
malvatici ℔ ij. Omnia misceantur, & per dies aliquot digerantur, post destillentur per B.M. destillato misceatur aliquid Margarit. præparat. corall. rub. ppt. Unicornu raspati, ossis de corde cervi, ligni Aloes, moschi, Ambræ, visci quercini, auri & argenti foliati, quantum placuerit.
Dosis manè & vesperi cochlear j. vel ij.

Syrupus de C.C.

Ex hac aqua composita, vel etiam simpliciori, quæ solutarie è Cornu Cervino cum vino destillatur, syrupus addito sacharo clarificato, sufficienterque cocto, per lentum ignem misceri potest, eidem intentioni, præsertim in delicatis, inserviens. Decoctum cornu cervini passim a Practicis commendatur, nõ tantùm quod ex crudo raspato conficitur, de quo vide cuatum locum in Epistolis Medicis, sed etiam illud, quod per admistionem C.C. usti præparati confici solet, cujus usus in sudore & urina movenda frequens est. Gelatinam ex coctione lenta C. Cervini facilimè possidemus, quæ tamen non absque cautione præparanda venit, ne sal armoniacus volatilis efficax evaporet, & ingrata glutinosa substantia tantum remaneat. Fr. Ranchinus tract de Morb. senũ, sect. 3. tale modũ proponit: ℞ Rasuræ C.C. ℥ iiij. Coq. in lib. iij. aquæ fontis, vel in æquali portione aq. & vini albi ad medias, deinde colentur, in colaturâ dissolve sacchari opt. ℔ ß. agitentur simul cũ paucâ aquâ rosacea, vel cum succo limonum, dein coquantur ad medias; postremo colentur & refrigerentur. Quidam addunt Ambræ gryseæ infusæ ʒ j. alii dissolvunt gr. ij. vel iij. Mo. chi, & ut clarior evadat Gelatina ejusmodi, pariatria amygdal. dulcium contusarum addunt ante colaturam in manicam. Hanc sensibus inter vũ ἐυσχὰ convenire statuit præditus Autor, quæ commodior adhuc erit sequenti modo parata: ℞ C.C. torno comminuti ℔ ß. decoquatur lento igne (ubi primo per 7. vel 8. hor. super cineribus calidis in duplici vase fuit infusum) in ℔ 10. aquæ cum capone & poplite vituli, addendo sub finem vini albi ℔ j. succi limonum ℥ iij. bulliant iterum, colentur, exprimantur, clarificentur cum alb. ovor. postea adde Sacch. Cinam. Crocum, & F. Gelatinæ, formulis, majoris jucunditatis gratia, recepta.

Decoctum C.C.

Gelatina C.C.

Pulvis Obrizeus.

Pulverẽ Obrycium ex auro & Cornu Cervino conjunctim per integrũ diẽ diligentissime tritus, & postea reverberatus, (quod in furno figulino quoq; fieri posse statuit) cap. 18. in Enchiridio suo describit Finckius, tanquam Medicinam paratu facillimam. sed viribus efficacissimam, & multis Auri præparationibus laborissimus præferendam.

Insigne cordiale fit, si rasura Cor. Cerv. destilletur cum succo Citri.

Magisterium C.C. proponit Sennertus in Instit. lib. 5. par. 3. s. 3. cap. 15. quod sic sese habet: ℞ C.C. limati, vel torno in frustra minutim confracti, q. v. Affundatur spiritus Nitri, & ponatur in locum calidum ad solvendum. Trajiciatur per chartam bibulam, Spiritus Nitri separetur, & solutio aqua pluviali edulcoretur, & exiccetur, ubi in separatione spiritus Nitri caute procedendum esse monet, ne quod facile accidit, spiritus nitri cum soluto C.C. flammam concipiat. Novi chymiatrum, qui per aquã regiam, ex aq. forti & armoniaco paratam, sed valde debilem, quæ jam pluribus usibus inservierat, C.C. solvit, & collectis affusionibus, ad siccum oleo Tartari, coagulum albissimum conficit, ubi post ebullitionem torrosivus & lixivios us Tartari sapor separatur, ut magisterium remaneat, non multa ablutione indigens.

Magisterium C.C.

Spiritum porro C. C. conficias hoc modo; ℞ C.C. molluscul ℔ iiij. Vitriol. Vngar. calcinati ℔ ij. tunde & misce. destilla per A. in cucurbita terrea, cũ magno Recipiente: primò prodit igne leni phlegma, seu aqua, & postea auctiori, spiritus. Destillatum liquorem rectifica cum novi vitrioli calc. ℔ j.

Spiritus C.

in cu-

in cucurbita terrea per A. & purus ac pellucidus destillet. Dosis à ℈s. ad ℈j. in aq. appropriata.

Extractum C.C.

Extractum *cum aqua prædicta phlegmatica fieri poterit, si C.C. recens contusum in eadem infundatur, & per mensem digeratur, donec tincturam extrahat; filtretur postea, & exprimatur fortiter, quicquid adest liquoris, quem leniter in B. destillatus, ad consistentiam extracti, cujus dosis à ℈j. ad ʒß. Vtrinsque hujus medicamenti communicationem à Clariss. Dn. D. Clossæo habeo, quem honoris causa nomino, ne mihi tribuam, quod aliorum est.*

C.C. Vitriolatum.

Porro utile quoque est C. C. vitriolatum, *quod* Angelus Sala tract. de peste, *proponit, quod, Spiritus vitrioli sicci nomine, commodissimè febribus ardentibus, internis putredinibus præscribi poterit, cujus compositio facilis, quando C.C.V. & præparatum pedetentim affuso spir. vitrioli in mortario vitreo miscetur ad sufficientiam, ex qua massa postea facilimè trochisci formantur.*

Quinta Essentia C.C.

Quintam Essentiam C. C. *sic præparat* Joh. Pet. Faber. lib. 1. Myrotheci Spagirici cap. 29. *Radenda sunt cornua, inquit, & in pulverem tenuissimum comminuenda, & vasi vitreo oblongi colli imponenda, cum spiritu salis ad eminentiam 4. digitorum: deinde obturato vase circulanda sunt, & digerenda in balneo tepido per mensem, tum demù destillanda levissimo igne in cineribus ad siccitatem usque; cavendum autem est, ne empyreuma redoleat hæc aqua, quæ destillat, non propter virtutum diminutionem, sed propter ingratum saporem. Postquam spiritus omnis salis destillatus fuerit, fetes, quæ remanent in fundo Alembici, comburendæ sunt fortissimo igne, & calcinandæ ad candorem usq; ex cineribus vero probè calcinatis sal erit eliciendus, cum aq. card. benedicti, aut phlegmate vini septies destillato: sit autem aq. Card. ben. etiam septies rectificata, ut salem purum emittat: huic deinde sali puro & mundo, spiritus salis superius destillatus connectendus est, & digestione incorporandus, ut fiant unum spissum gummi, quod erit servandum in phiolis optimè clausis ad usus miros. Hujus usum contra omnem malignitatem ad ʒj. quantitatem commendat idem Autor.* Cornu Cervi Philosophica calcinatio sine igne talis est: *℣. vesicam destillatoriam, cujus quarta pars vacua sit, alias aquam contineat: (ubi roris matutini copia sufficit eò melius:) in capitello Cornu Cervi frustulatim incisum contineatur, fiatque destillatio, semper affusâ aquâ sufficienti, donec Cornu vapore sursum ad capitellum elevato, continuatione temporis, friabile reddatur, quod tanquam diaphoreticum cordiale insigne commendatur, cujus dosis sit ℈ ß. ad ℈j. in vehiculis appropriatis.*

C.C. calcinatio philosophica.

VNGVENTVM EX C.C. GVILIELMI Simonidis.

℣. C.C. dimidium minutim incisum, ponatur in cacabo vino pleno addito semper vivo q.s. bullant ad vini consumptionem, deinde abjecta crassiore C.C. parte, medulla remanens fricetur manibus, inque pulverem redigatur, huic adde ol. Abrotani, Hyperic. Antth. scorp. lumbric. terrestr. nucum laurini, rutæ, spicæ, scabinæ b. ʒß. Axung. hum. ʒjß. Castor. ʒij. Nitri, ʒjß. Euphorbij ʒj. M. f. l. a. unguentum.

CAP. XX.

De Ebore.

IN quadrupedum genere maximum & homini obsequiosissimum est Elephas: Dominum enim non modo suum, sed & vocem agnoscit, jussa capit, obsequitur, peragit. Visus est, qui domino jubenti responderit *hoo, hoo*, hoc est, volo, volo, vt Barbarorum idioma notat.

Elephas locutus.

Alterum scripsisse viri fide digni asseruerunt: *Ego*, inquit Ælianus, *recte & ordine in tabula quadam latinas literas vidi Elephantum scribere: verum tamen manus docentis subjiciebatur ad literarum figuram & lineamentum instituens animal: cumque Elephantus scriberet, ejus oculos immotos & dejectos esse perspexi, vt quendam Grammaticum dixisses.*

Elephantum ingenium admirandum.

Tritum esse illud, ait Oppianus, *Elephantos inter se loqui; verum non omnibus, sed solis domitoribus illorum collocutionem notam esse.*

Tam prope accedunt Eliphanti ad hominis ingenium, vt nonnulli prudentiores judicentur, quam in locis quibusdam homines. Vartoman.

Obsequiosi sunt, gloriæ cupidi, beneficiorum, & injuriarum memores, atque retributionis & vindictæ cupidissimi.

Notum est illud Æliani: *Qui Elephanto*, inquit, *hordeum admetiendi procurationem habebat, partem hordei subtraxisset, & in ejus locum lapidibus admixtis ac suppositis, ipsi tamen mensuram debitam ac solitam cumulate servasset, vt dominum vtrinsque, si quando vidisset, falleret: Elephantus videns eum, qui sibi debitum fraudabat, polentam coquere, promuscide sabulum collegit, & in ollam infudit, sicque solerter injurias injurias sibi illatas vltus est.*

Descriptio.

Ei autem parvi sunt oculi pro corporis magnitudine: proboscidem pro nare gerit, qua vtitur vt manu, ad quælibet contrectanda, & maxime ad esculenta, potulentaque assumenda, & in os ingerenda; linguam habet valde parvam: dentes vtrinque quatuor crassos & breves, alimentum atterit & molit: duos præterea longissimos & crassissimos, quos verius cornua dixeris, qui certo tempore decidunt, & postea renascuntur.

Ebur quid.

Eorum autem materia ebur est, vsibus humanis pene infinitis, sed potissimum medicis accomodum.

Atque id ipsum est, quod magno errore pharmacopœorum vulgus vtit, vt pro spodio Arabum fictitio sumant.

Ebur vstum non recte pro spodio vsurpari.

Neque enim vstum, neque crudum recte pro spodio ponitur. Vis siquidem vsti perit; crudum vero nequaquam est spodio analogum: nam proprie loquendo, *vnicum tantum est spodium, Gracorum nempe, quod pompholix* nominatur.

Spodium quid.

Arabum vero quorundam falso creditū spodium est *Tabaxir*, quod cum ebore vsto convenit, vt *rhabarbarum* cum *saccharo*; sed ea de re latius alibi differimus.

Vires.

Ebur autem crudum facultates habet eximias; nam viscera omnia roborat, moderate refrigerat & astringit, stomachi dolores abigit, vomitū cohibet, vermes enecat; diuturnis obstructionibus prodest, & hujus potu mulieres ad concipiendum fœtum aptissimæ redduntur.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 256 sur 955

CAP. XXI.

De cornu Monocerotis.

Homo cornutus.

SI quæ animalia cornibus natura mutila voluit, aliquando cornuta visa sint, hæc inter raro contingentia reponuntur. Sic pro monstro habitus est rusticus quidam Cænomanus, cujus fronti cornu adnatum crassissimum, duos palmos longum ad occiput incurvum Lutetiæ anno Domini 1600. vidimus. Sic & perrarum, imo nusquam, nisi forsan semel visum, alteri homini cornu in dorso prominulum, cujus meminit Philippus Ingrassias.

Animalia tricornia. Et quadricornia.

Multa vero cornuta sunt, præsertim mascula, quorum maxima pars bicornis est, vt bos, vrus, capra; alia tricornia sunt, vt boum genera quædam in India, ex Solino; quædam quadricornia, vt in arietibus multis observavi.

Vnicornia.

Nonnulla tantum vnicum cornu gerunt, idque in fronte media, vt Onager Indicus, vaccæ quædam in Zeila vrbe Æthiopiæ, Camphur animal amphibium in insulis Molucis frequens,

Aves & pisces cornuti.

vt aves quædam Æthiopicæ, ex Æliano, & pisces nonnulli, cujusmodi est, Vletif in Indico mari frequentissimus. *Ludovic. Roman.*

Omnibus his dignitate antecellit, literis non modo humanioribus, sed divinis tantopere celebratũ illud animal, quod Hebræi *Rem*, & *Reem*, Avicennas *Acherchedan*, ex Arabibus nonnulli *Barkaran*, Græci *Monocerotẽ*, Latini *vnicornem*, Indi *Cartazonos*, Galli *Licorniam* nominant.

Varia de monocrote opinio.

De hoc animalia varia varii authores scribunt; alii enim dicunt, esse procerum, nonnulli pumilum. Sunt, qui asserunt, esse perpetuo ferum & sylvestre, alii non tantum arte cicurari, sed etiam visis puellis mansuescere, & aliquando juxta eas in somnum delabi, earumque amore & odore allici. Sunt & qui illarum cornu nigrum, alii rufum, alii album pronuntiant.

Ex eorum autem opinione communi, qui novum orbem lustrarunt, monoceros elephanto humilior tenuiorque est, & magnitudinem equi tantum mediocris æquans colore mustellino, seu subrufo & secũdũ quosdã cinereo, capite cervi, collo nõ oblõgo, nec oblonga juba, sed admodum rara, & altera colli parte pendula, hircina barba, sed breviore: vngulas bifidas habet, tibias non valde crassas, caudam apri modo: *Solin. Plin. Ælian.*

In capitis summa & anteriore parte cornu gerit vnicum, rectum, crassum, velut in spiras intortum, quatuor aut quinque pedes, aut plus minusve pro ætatis ratione longum, solidum, ac durum, nullis squamulis asperum, nullis rimis hiulcum, exterius subrufum, interius velut eburneum, sed nullis lineolis vndulatum, in ambitu tanquam crasso cortice linea circulari à reliqua parte ditempto obvallatum, quem institores inepta, licet vsitata voce, *Laridum vnicornis* vocitant.

Laridũ cornu vni cornis.

Cum igitur monoceros animal sit & rarum & ferum nunquam cicurabile, nisi forsan, cum adhuc pullus capitur, nec ei, ut cervis cornua quotannis decidant, non mirum, si illius cornu rarum sit & pretiosum: vnum tamen longissimum & hominis proceritatem æquans tanquam thesaurus ditissimus servatur in templo D. Dionysii juxta Parisios, & multa segmina singuli pharmacopolæ Parisienses in officinis servant, vt quoties vsus postulat, hoc insigni præsidio juventur.

Vires.

Laudatur autem plurimum adversus venena, & ad partes nobiles exhilarandas & roborandas. Proinde solet dari pesti, morbis contagiosis, & omnibus venenatis. Verum cum omnes ægroti æque non valeant opibus, debet tantum divitibus exhiberi; aliis fortunæ tenuioris cornu rhinocerotis, vt etiam cervi præscribo successu non minus felici.

CAP. XXII.

De lapide Bezaar

Vnde habet nomen.

LAPIS Bezaar sic dicitur vel ab animali quodam orientali, ex quo habetur, quod Persica lingua *pasan*, aliquando *bazar*, & Indica *bezar*, nominatur, vel à facultate bezardica, hoc est, alexiteria & eximia, qua pollet adversus venena; & ea ratione lapis quidem metallicus & alexiterius, apud quosdam Arabes Bezaardicus dicitur, ut omnia virus expugnandi qualitate prædita ipsis bezaardica dicuntur. *Avicen.*

Bezoar.

Lapis autem Bezaardicus nunc vulgaris & in vsu medico frequens, vulgo *Bezoar* dictus, è fodinis metallicis non eruitur, sed è ventre, ac partibus internis cujusdam animalis eximitur, in Persia, Corasone, promontorio Comorim, & multis aliis Indiæ locis & montibus Chynæ finitimis, frequentissimi; quod qui viderunt, hircum credunt & nominant; incolæ *capram montanam*: forma enim & magnitudine hircos Europeos refert, sed pilis brevioribus hispidos: magis quoque proceros N. Monardus asserit, atque cervorum æquare proceritatem, & recte *Cervicapram* nominari opinatur, quod partim cervorum, partim caprarum ideam gerat & naturam.

Cervicapra quid.

Ocyssimũ & agile est animal è scopulo in scopulum facile desiliens, ferocissimum, quod in venatores Indos irruẽs sæpe eos occidit, bisulcum; vngulas enim vt capra bifidas habet, tibias partũ crassas, caudam prominulam ac brevem, corpus hispidum quidem, vt genus caprinum, sed brevipilum ex cinereo rufum & fere cervinum, caput hircinum, binis armatum cornibus in obtusum mucronem desinentibus, ad dorsum multum incurvis, admodum nigris, crassiore & inferna parte cavis, tuberculis pluribus obsitis: duo vidi Couberti in castello Dom. de Virty.

Lapis vbi gignitur.

In hujus autem animalis ventre dictus lapis generatur, cujus non modo varia est magnitudo, sed etiã forma atque color: magnitudo quidem pro animalis natura & ætate; nam in seniore & majore majores lapides inveniuntur, in juniore & minore minores. Omnes fere ovali figura cernuntur, sed alii aliis rotundiores sunt, alii magis quadrati.

Color vel obscurus ac nigricans, vel rufus aut magis pallidus pro animalium temperatura, quorum quæ lapides crassiores generant ac gerunt, min⁹ agilia sunt, & ad cursum saltũq; min⁹ apta, & magis tristia vivunt, q⁹ & venatores quasi primo intuitu agnoscunt. Forsan ejusmodi lapides

lapides illis animalibus infensi sunt & contra naturam, vt hominibus calculi.

Corticatim autem generantur ex paruulo rudimento, quod sæpe palea quædam est, aut puluis coagmentatus, cui novus humor apponitur, adhæresçit, agglutinatur, assimilatur: & in laminas multas crassas, aut tenues ceparum modo, pro lapidis magnitudine & appellentis humoris appositione.

Puluis bezaardicus naturalis. Puluis hic in centro contentus eiusdem est, imo maioris efficaciæ, quam aliæ lapidis partes, ac laminæ, quæ singulæ tam internæ, quam exteriores læues sunt, expolitæ & splendētes; quod in adulteratis lapidibus non ita est, in quibus nūquam puluis interius inuenitur, vt in veris & natiuis.

Signum veri lapidis ab adulterato discernendi.

Lapides bezoardici præstantissimi qui. Ex bezaardicis lapidibus Persici omnium præstantissimi, dein orientales maxime vero qui animalibus eruuntur, quæ in montibus Persiæ degunt; nam quæ in campestribus & planis locis victitant, cum plantas bezaardicas & æque salutares minime depascantur, perinde ac ea, quę excelsa loca incolunt, minus efficaces lapides gignunt.

Virtus. Omnes multum commendantur aduersus virulentorum animalium morsus: nam eorum puluis sumptus, vel admotus vulnera à scorpionibus, viperis, aut alijs serpentibus inflicta sanat, atque ijsdem animalibus viuis insperſus, eadem torpida & minime nocua reddit. Aiunt, Cordubæ regem à sumpto veneno quodam perniciosissimo huius lapidis vsu liberatum. Ob id nonnulli recte *Bezaar* ab Hebræis deducere videntur, apud quos *Bel* dominum notat, & *Zaar* venenum; vnde Bezaar, quasi dominus veneni.

Historia.

Nominis interpretatio.

Eadem ratione morbis omnibus venenatis, & contagiosis multum prodest, vt pesti, morbillis, exanthematis, variolis, & similibus. Animi quoque deliquijs, palmo, longis mœroribus, hysterics affectibus, & alijs pluribus malignis feliciter medetur, de quibus vide N. Monard. Christoph. à Costa, & Clusium.

Circa vsum lapidis bezoar, inquit Primi Rosius, vulgus in tribus peccat. Primò quod de lapide isto nimis benè sentiat. Secundò quod qualitatem ipsius ignoret. Tertiò quod quantitatem bene non metitur. Quod ad primum spectat, nomē istius lapidis deducunt quidam à vocabulo Pasar, quod apud Indos orientales hirci genus significare dicitur in quo lapis iste reperitur. Alij dicunt esse belzaar, quod vocabulum Mauritanorum lingua veneni dominum significat, estque apud illos commune nomen omnibus remedijs quæ Græci Alexipharmaca, & alexiteria vocant. Sic Averrhoës cap. 23. lib. 5. colliget, postquam de venenis capite præcedenti egisset, agit tandem de Bezaar, quod idem est ac antidotum. Medicinæ, inquit, quæ dicuntur Bezahar, quæ curant à venenis. Avicē. lib. 2. fen. 1. cap. 4. Albezaar, inquit, est remedium, quod sua proprietate conservat sanitatem, & virtutem in spiritu, vt veneni noxam à se expellat. Ubi patet esse nomen generale omnibus eiusmodi remedijs. Sed peculiariter apud nos intelligitur lapis ille adeò usitatus ex animalibus erutus, & ex Indiâ ad nos delatus.

Præstantia autem huius lapidis à quibusdam tanta esse creditur, vt omnibus alijs præferantur; Nam Arabes aduersus venena, pestem, icterum, corporis & viscerum obstructiones valde commendant; Avenzoar in libro Theisir, dicit se liberasse quendam, qui pernicioſissimum venenū sumpserat, exhibitis tribus granis lapidis Bezaar, in vnciis quinq; aquæ cucurbitæ. Verum si consideremus quę de isto lapide scribit Avenzoar, inveniemus nō esse nostrū lapidē, qui ab Indijs advehitur, sed lachrymam cerui de quo ita fabulatur. Cervus, quod etiam testatur Plinius, serpentes narium spiritu extrahit ex cavernis, eosdem mandit, tunc maximâ infestatur siti, ad cujus levamen aquas stagnantes petit, in quibus immergit sese collo tenus, sed ita docente natura nō bibit, aliâs illicò concideret mortuus; Tunc ad ejus oculos humor quidam defluit; qui paulatim crassescit, cogitur, & ad glandis magnitudinem excrescit, quem postquam ex aquis Cervus exijt, deciduum quærunt homines, lapidemque Bezaar quidam vocant, qui dicitur esse latus, in pyramidem tendens, coloris mellei, quem se vidisse scribit Amatus Lusitanus, comment. in Dioscoridis cap. 39. libr. 2. eandemque fabulam sequitur Scaliger exercitat. 112. ad Cardanum, eumque etiam se habere scribit, sed fides sit penes Authores. Sed tamen lapis hic noster non est lachryma cervi, quæ nimium rara est, si vnquam talis fuit. At lapis hic noster est admodum frequens. Est autem, vt Scriptores testantur, variorum generum, flavus, dein pulverulentus, de quo sic scribit Rhazes: lapis est mollis, colore flavo, sapore nullo, quo adversus vim napelli fœliciter se vsum esse testatur. Erat autem colore flavo, albicante, levis, & luminis modo splendens. Aliter tamen eum describit Garcias ab Horto ProRegis Indiarum Medicus, qui tamen fatetur, se tantum audivisse quosdam illius vsu à deploratis morbis fuisse servatos, vultque esse coloris ex viridi nigricantis, atque necesse esse omnes ad Regem illius Regionis deferri, nec sine difficultate inde haberi possunt, vnde cum sint jam adeò familiares, & frequentes, de bonitate illorum maxime dubitandum. Hic recte monet Matthiolus multos esse adulterinos eiusmodi lapides, facie tantum similes, nullis autem viribus præditos. Et libro Epistolar. tertio, in Epistolâ ad Quacelbenum, lapidem quem Mauritani Bezohar vocant, accepit in sui commodum sereniſſimus Princeps. Ego jam dudum plures illi similes vidi lapides, sed an veri vel adulterini sint profecto nescio. Atqui si Serapionem, & Rhazin consulamus, non video cur probem lapidem hunc legitimum esse. Vbi ingenuè ignorare se fatetur, an lapis bezoardicus Imperatoris verus sit, creditque potius esse adulterinum. Duplex autem est hic lapis, vnus Orientalis ex Persia, viciniſque Regionibus allatus, in quodam hirci genere repertur, alius Occidentalis ex Americâ advectus, qui in varijs animalibus reperitur. De quo ex Iosepho Acosta notandum est reperiri hunc lapidem in animalibus quæ vicugnas vocant, sunt que caprarum genus quoddam, tum in tarugis dictis omnibusque animalibus quæ

Peruviano ſolo propria ſunt, reperiturque in ſtomacho & ventre, interdum vnicus, interdum duplex, triplexve, interdumque etiam majori numero. Differunt autem hi lapides inter ſe, figurâ, magnitudine, & colore: Quidam enim non excedunt avellanæ magnitudinem, quidam vero juglandes, ova columbarum, & gallinarum æquant, interdum etiam malum Arantium, qualem ſe vidiſſe refert idem Acoſta. Figura quoque diuerſa eſt, & admodum varia; Colore quidam ſunt nigri, alij virides, albi, aurei, griſei. Vnde nec color nec figura ſigna certa eſſe poſſunt bonitatis illorum. In Peruvia ex varijs animalium generibus eruuntur, feris & cicuribus, in ganacis, pacis, vicugnis, tarugis, quæ animalia ille deſcribit; Ganaci, & Paci arietum genus quoddam, lapides habent minores, & nigricantes, requis ad vſum Melicum inferiores. Majores & meliores eximuntur ex vicugnis, & ſunt virides, aut ſubalbi; Optimi verò ex Tarugis, ſunt craſſi, albicantes ad griſeum colorem tendentes, habentque cortices cæteris craſſiores; In nouâ Hiſpania in cervis etiam reperiuntur. Qui ex Indiâ Orientali afferuntur, ſunt præſtantiores, ſuntque colores olivacei. Secundum locum obtinent Peruuiani, tertium quos noua Hiſpania mittit. Indi autem eleganti artificio eos adulterant, vt pluribus explicat idem Acoſta libro 4. cap. 42.

Ex prædictis patet non eſſe admodum fidendum huic lapidi. Primò quia noſtrorum lapidum effectus non reſpondent ijs quos Authores ſcribunt. Volunt enim ſudores potenter mouere, interdum quoque & vomitum, quod tamen ſi quis in noſtris experiatur, non ſemper verum eſſe comperiet. Dedi ſæpiſſimè hunc lapidem varijs ægrotantibus, nihilque animaduerti illorum quæ de ipſo perhibentur. Idem obſeruarunt quamplurimi recentiores: Hercules Saxonia inter Italos maximæ famæ practicus, ingenuè confitetur, ſe, quamvis etiam lapides illos habuerit, ſi præſtantiſſimi Venetijs credebantur, nullum tamen inſignem effectum obſervaſſe. Ego, inquit, vt ingenuè dicam, dum Venetijs practicarer, maximam hujus copiam conſumpſi, nec egregiam operam ſenſi. Scio plurimos quibus exhibui fuiſſe ſanatos, ſed non retuli in lapidem. Cauſa, quia reperio apud Scriptores quod eo ſumpto ſudor copioſius excitetur, poſt quem ſtatim ſublevantur; Ego tamen non vidi ſudorem prorumpentem, vel ſi apparebat, erat ſudor imperfectus. Itaque quantum ad me abjeci omnem ſpem huius lapidis in his febribus. Fieri poteſt vt ego inciderim, in Sophiſticum, adulterinum. Sed cum Venetiis medicinam facerem, in Primatum ædibus, perſuadebant eſſe omnium excellentiſſimos. Capite de febribus peſtiferis. Matthiolus tamen, alijque hunc lapidem laudant, ſed credendum eſt eos habuiſſe quosdam veros, qui apud nos ſunt rariſſimi, ipſeque in Epiſtolâ jam citata fatetur lapides Imperatoris non fuiſſe genuinos. Valleſius Medicus doctiſſimus Philippi Secundi Hiſpaniarum Regis Medicus primarius credit libro quarto methodi nullum verum eſſe lapidem Bezoar, etiam in ipſa Hiſpania, quod ſi Rex Hiſpanorum nullum habuit verum hunc lapidem, multò minus apud nos proſtabit venalis.

Secundò lapides noſtros vt plurimum eſſe adulterinos non minima ſuſpicio eſt, quod ex animalibus eruantur eviſceratis, & occiſis, vixque fieri poteſt vt vnica regio tot ſuppeditet animalia, quin tandem tarior fiat ſpecies. Tanta enim iſtorum lapidum quantitas in ſolâ Angliâ reperitur, vt miraculi inſtar mihi eſſe videatur, quod non fiant rariores. Quod ſi reliquas ſimul Europæ regiones conſideremus, vbique pariter abundant. Fatentur tamen Medici qui apud Indos fecerunt medicinam, illic eſſe rariſſimos ejuſmodi lapides, & admodum caros, ab Indis ipſis curioſè in proprium uſum aſſeruari, vnde ergo nobis tanta illorum copia ſuppeditatur, ſi non ſunt adulterini?

Tertio difficillimum eſt, &, quantum conjicio, prorſus impoſſibile, genuinum à factitio certo diſcernere, tam artificioſa eſt quorundam impoſtorum ſolertia. Vidi ego Lutetiæ Pariſiorum quendam, qui eos tam affabrè conficiebat, vt eos ab alijs ipſe qui fecerat dignoſcere niſi appoſito ſigno non poſſet. Ipſe Saxonia fatetur ſe nunquam indicium certum lapidis ſcire potuiſſe. Dicunt quidam in medio eſſe feſtucam, vel arenam, vidi ego in medio aciculam. Acoſta vidit ſtrobylum, ſed hæc & alia ejuſmodi impoſtores factitijs ſuis addere norunt. Rodericus à Caſtro. libro ſecundo de morbis mulierum ita dignoſcere docet. Præfertur, inquit, Orientalis, lævis, pellucidus, laminoſus, coloris ex viridi nigri, inſipidus, cujus puluerem ſi calce & aqua miſceas, colorem refert ex pallido viridem, quique ſuper accenſos carbones injectus in auram penitus evaneſcit. Sed pariter hæc non ſunt admodum certa. Scribunt Authores lapides hos eſſe varij coloris, at noſtri fermè omnes ſunt ejusdem coloris ſubnigri, optimi dicuntur eſſe flavi, rarò igitur præſtantiſſimi nobis adſunt, qui raro flavi reperiuntur. Fatetur Acoſta Indos eos adulterare, quod veriſimile eſt, quum in minoris pretij medicamentis id ſæpiſſimè fieri ſoleat. Si quiſpiam igitur lapidem habeat, quem verum eſſe & genuinum certò nouerit, non improbo quin eo vtatur, ſi illius vires ſemel fuerit expertus. Id tantum hoc capite monere volui, non eſſe quibusliber lapidibus adhibendam fidem, veros eſſe rariſſimos, & quod peſſimum eſt nulla eſſe certa indicia, quibus veri à falſis diſtingui poſſunt. Suntque in varijs animalibus, vt equis, porcis, alijſque interdum lapides Bezoarticis omnino ſimiles, qui tamen nullius ſunt efficaciæ.

Quoad doſin lapidis Bezoar plurimi illius quantitatem reformidant, quaſi ſit medicamentum calidiſſimum, & potentiſſimè efficax. Vidique ſæpe mulierculas, quæ calida remedia ægris propinant ad roborandum, ut aquam cinnamo-

hamomi, vinum cum aromatibus coctum, aliaque ejusmodi, reformidare tamen hujus lapidis quantitatem, & repugnare siquando ad plura quàm duo, aut quatuor grana ad summum exhibeatur. Videtur autem ipsis quodammodo fauere ratio, nam dicitur movere sudores. Sudorifica autem calida esse videntur, quia humores attenuant, secant, in cutem expellunt. Ideò tantò calidior esse hic lapis, quo in minori dosi exhibitus id præstat. Sed primò notandum est, sudores hodie hujus lapidis vsu rarò provocari, vt experientia quotidiana fidem facere potest.

Secundò, si quispiam quam maximam hujus lapidis quantitatem assumpserit, non sentiet vnquam se factum esse inde calidiorem, quod sanus quilibet in se ipso potest experiri.

Tertio qui de hoc lapide scripserunt, hactenus quidam voluerunt esse temperatum, alij frigidum, nemo autem calidum, nullum enim saporem habet, nullumque odorem, quod mirum foret, si adeò calidus esset hic lapis. Verisimilius igitur est, agere proprietate occultâ, non manifesta, cor scilicet roborando, & muniendo adversus malignam vim, vnde obiter infero inutilem esse hunc lapidem ad roborandum, nisi maligni, venenatique in corpore humores adfuerint, vnde quamuis datus non noceat, frustra tamen exhibetur.

Quartò qui de hoc lapide scripserunt, in ejus dosi non consentiunt, dedit Avenzoar ad grana tria, quæ dosis est vulgaris, verum illius lapis non erat Bezaar dicus hic noster. Sed Matthiolus præscribit ad grana ad minimum septem, Garcias ab Horto ad grana triginta, fateturque posse etiam innoxiè ad plura sumi. Audiui celebres quosdam Medicos huic lapidi multum confidentes, hanc tamen causam afferre quate minus efficax lapis hic deprehendatur, quia scilicet nimis exigua quantitate sumitur. Sed præterea legi alicubi Edwardo Regi datum fuisse lapidem Bezaar ad drachmæ pondus quæ sunt grana sexaginta, vt pluribus legi potest apud Monardum Fumanellum, Abra, conciliatorem. Quia autem, vt diximus, rarò bonus invenitur hic lapis, atque etiam ille quem habemus nimis carò vænit, suadeo vt tantum divitibus præbeatur, non autem alijs qui ejusmodi impensas sustinere nequeunt, semperque dosi satis magna præbeatur, aliàs erit inutilis. Imò firmiter credo, posse ad drachmam vnam innoxiè assumi, tam benignum atque innocens est remedium. Fumanellus lib. de peste commendat ad drachmam vnam, & Garcias ab Horto refert solere in India ad 30. grana assumi nimis, inquit ille, magna quantitate, nam tametsi nullas noxias facultates contineat hic lapis, rariot tamen est ejus exigua quantitas. Sed si lapis hic est innoxius, pariter magna quantitas est innoxia, vt alij observarunt. Propterea non erit formidandum pueris aliquot illius grana tria, quatuorve dare. Quamvis enim Galenus pueris vetet dare theriacam, diversa tamen prorsus est ratio de lapide Bezaar, nam theriaca calidissimum est medicamentum, varijsque constat simplicibus quæ calori puerorum vim inferre possunt, Bezaar autem non calet, sed tantum roborat, qualitate occulta, non autem manifesta. *Hæc Primi Rosius.* Ridiculum igitur est, quod *Thorrerus*, ex eo quod udorem quam sudorem potius moueat lapis bezoar, lapidem bezoar non per se sed cum puluere rubr. pannon. (abhorret à multis simplicibus & hunc puluerem probat!) ad gr. 4. exhibeat. Augenda est dosis secundum Primi Rosium. Deinde non minus prodest aliud sudoriferum non evacuato (si id necesse) corpore, quam ipse bezoar, vt proinde nulla dica bezoar lapidi scribenda. Scrupulus scilic. non mouet sudorem, & grana tamen quatuor id præstant! Non sufficio ita me Deus! In debellandis febribus malignis frustraneus eius vsus, & tamen grana integra, sex dantur optimo seni Ortio malignitatis gratia! Vdorem non sudorem mover, & tamen ad sudorem præscribuntur gr. 6. civi primario! Sisto pedem, ne nihil agam nihil scil. agendo.

Cap. XXIII.

De Margaritis ac vnionibus.

Margarita & Vniones quomodo differãt.

Margaritæ ex conchis quibusdam, seu piscibus testaceis, ostreorum valde similibus, in Indico mari victitantibus sumuntur; quæ si paruæ fuerint, *Margaritarum* nomen seruant; si crassiæ & ponderosæ, *Vniones* appellantur, quia scilicet singuli in singulis conchis inveniantur, iuxta illud poëtæ Marbod.

Vnio dictus ob hoc, quod ab vna nascitur vnus,
Nec duo vel plures vnquam simul inveniantur.

Vniones cur dicti.

Huic tamen opinioni refragatur Ælianus, & experientia docet in eadem & sola concha multos sæpius vniones generari & reperiri pro pisciculi redundante excrementitio humore, puro & lucido, à quo generantur. Vniones igitur Latini vocãt, non quod in vnica concha vnicus tantum reperiatur, sed *quod duo nunquã indiscreti in eadem inveniantur*, inquit Rondeletius. Probantur candore, rotunditate, magnitudine, pondere & læuore, quales reginæ in torquibus gerere solent.

Generatio autem margaritarum est è conchis multis, sed præstantiores è quibusdam exoticis, quæ reperiuntur tum in mari Persico, quod in oriente est, vnde & *orientales* dicuntur, tum in Chynarum tractu & multis Indiæ regionibus, in quibus concha margaritifera ab incolis *Berberi* vocatur, & à quibusdam Barbaris *Cheripo*, ab alijs *Chanquo*, quod mater, seu vt vulgus loquitur, *Nacra perlarum* perhibetur.

Nacra perlarum.

Magna vero est illa concha, spissa, modice cava, pectinum æmula, non vtrinq; aurita, sed tantũ altera parte, exterius minime striata, sed plana, & aliquantulum flavescens, intus levis, splendida & argentei coloris. In illius carne generatur

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 260 sur 955

margarita, vt in ſuilla grando, vel in veſica calculus, aut in alijs partibus lapilli. Vidi ſiquidem virum quendam, qui lapidum quantitatem per ſeceſſum excrevit, quorum ſinguli caſtaneam aut glandem æquabant.

Lapides in mulcis partib. generari.

In illuſtris viri cadauere ſecto tres lapides in hepate reperti ſunt. Vidit quendam Fernelius, qui è thorace multos lapillos margaritis ſimiles cum ſputo eduxit.

Sed ad propoſitum redeam, conchæ, quas matres vnionem vocant, aeri expoſitæ hiant, vel ferro aperiuntur, atque intus vna cũ carne margaritæ reperiuntur, quæ re vera *nec oſſa ſunt, nec partes eorum piſciculorum, ſed quid illis adnatum, & veluti excrementum, ad teſtarum inſtar, quibus teguntur, concretum & ſplendens.* Verum exterius ſcabrum eſt & impolitum, interius læuiſſimum & aſpectu pulcherrimum, videturque eſſe vulgaris *Nacra perlarum*, ſeu *mater margaritarum*, quæ naturaliter nunquam, ſed arte tantum proferantur.

Vniones quid.

Majores ſunt, quæ ex maioribus conchis, atq; ex alio mari ſumptis eruuntur.

A mulieribus tam ſtudioſe quæruntur, vt nulla etiam mediocris fortunæ ſe ſatis ornatam credat, præſertim Lutetiæ, ſi è collo ſuſpenſas margaritas, *Perlas* vocant, non geſtarit.

Earum vero vſus plurimum ad rem medicamentariam commendatur; vno enim conſenſu recentiores cum veteribus margaritas valde cordiales aſſeuerant, & ad cor exhilarandum imperant. Ex his arte Chymica ſolutis, liquor perlarum, vt vocant, habetur, de quo Spagyrici multi multa, & ſæpius ridicula prædicant & promittunt.

Hiſtoria cuiuſdam mendaciſſimi Empirici.

Noui Lutetiæ chirurgulum empiricorum aſtutiſſimum, qui ſex aureos poſtulabat, quod hyrudines duas ęgroto admouiſſet; quod cũ mirarentur multi, *maiorem*, inquit, *mercedem deberem efflagitare, quia menſem integrum illa duo animalcula liquore perlarum cibaui.*

De margaritis & conchis, in quibus generantur, deque illarum natura, præſtantia, duratione & viribus, doctam apud Rondeletium lectionem habes, *lib. 1. de Teſtaceis, cap. 51.*

Præter Margaritas autem Europæ, Aſiæ, Africæ & Indiæ occidentalis, peregrinas, dãtur quoque in Germania, in Bohemia ſcilic. & maximè in Bavariæ fluvijs Regeno & Iliſſo, de quibus docte ſcripſit Geigerus. Vidi ego in Odera & piſcinis juxta Arolſenſem Arcem non procul Caſſellis eiuſdem generis conchas Margaritiferas.

Non incommode autem quærit prædictus Geigerus an Bavaricæ vel Germanicæ Margaritæ magis proſint Germanis & Bauaris quam Orientales? Hoc ita eſſe probat ſeq. modo. Sicut enim terra (philoſophatur) cuique Regioni victum & amictum exhibet: Si non ad ſuperfluam voluptatem, tamen ad neceſſitatem ſufficientem: ſic etiam rerum ipſa Mater, eademque parens Natura, quæ omnibus providit abundanter, medicamentorum ſufficientiam diſtribuit neceſſariam. Vna quæque Patria ſui Elementi in ſe continet matrices, ſibique ipſi, quod eſt neceſſarium exhibet, ſuis quibuſque terris & regionibus ſuæ genti, ſuo climati, ſuo cœlo, ſuo ſeculo, Natura herbas producit & alia, atque temperat: & vbi malum aliquod vel morbus, ibi proximè à Natura remedium exhibetur opportunum, ne longius à nobis ſit medicandum. Ideo Ruellius non immeritò dicit: nullam medicinæ partem incertiorem eſſe, quam illam, quæ alio orbe, quam à noſtro petitur. Verè etiam Agrippa dicit, ſtultum eſſe ex India petere, quod domi habemus, exiſtimantes propriam terram, neque Mare ſufficere, patrijſque rebus peregrina, frugalib. ſumptuoſa, facile acquiſibilibus difficilia, & ab ipſis vſque terræ finibus importata præferentes. Quod per axungiam auri & argenti ſiue terram ſigillatam probatur, cum æquè bona circa noſtras auri & argenti fodinas habeatur quam in Turcia, Sileſia; & alijs longè diſſitis locis. Et vt videmus Turcarum, Iudorum, Æthiopum, & Chriſtianorum mores & naturam diverſam: ita etiam creſcentia ſecundum quatuor mundi plagas & diuerſa climata provenientia ſine dubio differunt, ac ſæpius quæ apud alios ſunt alimenta, apud nos medicamenta ſunt, vel apud nos alimenta, apud alios venena vt Dioſcorides, & Galenus de Perſicâ arbore, quam in Perſide exitioſam eſſe, translatamque in Ægyptum mutatâ naturâ innocuam & in cibos receptam referunt. Confirmatur etiam per radicem Aronis, quæ radix in locis noſtris frigidioribus adeò fervens & mordax eſt, vt mandentium os & fauces exurat: At quæ in Lydiâ prope Cyrenem urbem provenit, exteriori formâ noſtræ plane reſpondens, dulcis & grata eſſe dicitur guſtu, vt raparum inſtar homines in cibo ſine nocumento vti poſſint.

Et quamuis exotica majores haberent vires, ſicuti deſidioſi noſtra non inquirentes, ac ex peregrinâ arrogantia peregrina ſemper ſectantes afferunt: qui non communem ſalutem, ſed ſuæ negotiationis compendium quærunt, perſuadentes nobis, non niſi pretioſa quæque plurimum prodeſſe: Tamen illa non niſi in ſui climatis hominibus, quibus creata & producta ſunt putabimus ſalubria.

Pari modo ſe res habet cum Margaritis: quæ quia noſtris corporibus tantopere conueniunt, natura quæ omnibus cumulate proſpexit, factum eſt, vt illæ apud nos quoque naſcerentur, nobis per ſignaturam magicam, hoc eſt per indicem officij, eſſentiæ, ac virtutis latentis oſtendens, vſum earum commodum futurum in plurimis malis & affectibus totius corporis humani. Quod experientijs plurimis confirmatur.

Primò in lue venerea: dum hoc primum anno verno & autumnali tempore viginti quatuor perſonas ſub cura habuiſſem, illorumque articulis ſolito more Mercuriarum ex Mercurio ſublimato applicare iuſſiſſem: id, cum multis opem tuliſſet, alijs vero quorum natura diſſolutior erat, cor infeſtare cum notabili jactura virium & conſumptione partium cepiſſet, horrendis inſuper exortis ſymptomatibus: margaritas noſtras Bavaricas magiſtraliter præparatas cùm aquâ de corde cerui copioſè ſatis illis exhibere juſſi:

juſſi : quibus aſſumptis , illicò vires reſumpſêre, abſolutâque curâ, in tantum convaluere, ut in hoc uſque tempus à morbo illo liberati in optimâ valetudine vivere non deſierint.

Secundò in febribus tam continuis quam intermittentibus, etiam contumaciſſimis, jamque ad Hecticam deſinentibus: cum nullis remediis cedere vellent , ſingulis diebus mane & veſperi ſcrupulo uno ad drachmam ſemis Magiſterii Perlarum Bavaricarum exhibui , tanto cum fructu & levamine febricitantium , ut paulò poſt à tenaciſſimis febribus imo Hectica ipsâ liberati fuerint. Quod plurimorum tam aulicorum quam civium & exterorum teſtimonio confirmare poſſem.

Tertio in pictoris puero Epileptico. Hic poſtquam ſecundum paroxiſmum epilepticum in Noſocomio Electorali S. Eliſabethæ ſuſtinuiſſet, præmiſſo lenitivo, ter aut quater Magiſterij Perlarum Bavaricarum drachmam ſemis in aquâ Epilepſicâ Langij aſſumſit: quo facto, nullas amplius invationes epilepticas ſenſit, ex integro convaluit, & ad hoc uſque tempus integrâ ſanitate apud Magiſtrum ſuum fruitur.

Quarto in Polono dyſenterico cum ulcere inteſtinorum tenuiorum ſordidiſſimo. Is, cum omnibus viribus deſtituus, & ob frequentem alvi dejectionem quæ ad ſanguinem uſque urgebat, plurima animi deliquia perpeſſus fuiſſet, ut planè mortuo quam vivo propinquior eſſet: præmiſſis præmittendis , Magiſterij Margaritarum Bavaricarum ad vnciam ſemis in libra una & ſemis emulſionis amygdalatæ chalibeatæ frequenter exhaurire conceſſi (ſummopere enim ſiticuloſus erat) poſt cujus uſum, vires iterum reſumpſit, ulcus conſolidatum eſt, alvus aſtrictior reddita , priſtinæque ſanitati reſtituta fuit.

Quinto non minorem fructum ſenſerunt ex margaritis Bavaricis Manlaci & Melancholici : in illis enim, cum continuus furor & inquietudo: in his verò timor, triſtitia & deſperatio , ſimul etiam anxietas cordis, nullum ſomnum admiſiſſent : per emulſionem ex ſemine papaveris albi, margaritis Bavaricis, additis aquis refrigerantibus cordialibus, & pauculis aliis, furor mitigatus, caliginoſa melancholia diſcuſſa , & placidus ſomnus illis inductus eſt : unde quietiores redditi, paulò poſt adhibitis aliis evacuationibus, priſtino vigori redditi ſunt.

Nec ſilentio præterire poſſum duorum melancholicorum, quos hoc primum anno in Noſocomiis Electoralibus ſub meâ curâ habui, perverſa facinora : quorum unus noctu in poſteriori parte lecticæ , dormientibus aliis, ſe ſuſpendio interimere volebat : cumque jam jam pependiſſet ſuffocandus , proximè illi accumbens ex ſtrepitu expergiſcens , miniſtro ægrorum clamat, videret, quid ſibi iſti ronchi altiores & inordinati vicini ſui vellent ? hic, velociter accurrens, cum ægrum pendentem deprehendiſſet, territus primo inſtanti , illicò rameu reſumpſit animum, cultroque quem caſu forte deprehenderat, funiculum , quo collum ſibi conſtrinxerat miſer, abſcidit : Semianimis & propè ſuffocatus æger diu ſpiritum reſumere non poterat , tamen cùm tandem liberius meare cepiſſet , medicamentis debitis poſtea adhibitis , brevi à melancholiâ ſuâ liberatus fuit. Alter cum ſemetipſum lædendi aut interficiendi occaſionem nullam accepiſſet, poſtquàm diu deliberaſſet, tandem ad Latrinam ſecedit , cultrumque quem forte in manicâ occultaverat, jugulo magnâ vi intrudit, clamorem inde edit ingentem: hoc percepto, cùm miniſter ægrotum accurriſſet, ægrumque humi procumbentem, ſeque in ſanguine ſuo volutantem deprehendiſſet, ægrumque brachiis ſuſtinens lecto ſuo accommodat : tum vocatus ego, ſanguinis hæmorrhagiam ſuppreſſi, vulnuſque ſpacio octidui conſolidavi : convaluit inde, & hunc in diem uſque bene vivit.

Sexto in ſuffocatione uteri cum multorum admiratione vires ſuas edidêre margaritæ Bavaricæ : quippe per ſe , & cum aquis cordialibus ad drachmam vnam ſæpius aſſumptis, non magna uteri faſtidia amplius ſenſêre hiſtericæ fœminæ.

Septimo in oculorum fluxionibus & maculis, per applicationem pulveris margaritarum Bavaricarum tenuiſſimi, per ſe , aut collyriis immixti, mira expertus ſum: multorum enim viſus ratione humoris affluentis exſiccati plurimum corroboratus eſt , maculæ illæ tanquam impedimentum viſionis deterſæ & conſumptæ ſunt , & denique viſus taliter acutior redditus eſt , ut jam objectum à longè, quod antea in propinquo non poterant , cernere liceat.

Plures experientias in medium proferre poſſem , quas tamen ne longior ſim, lubens prætereo , interim pro certo affirmans & concludens rationibus & experientiis ſupra allatis, Margaritas noſtras Bavaricas in viribus æquales eſſe Orientalibus & Occidentalibus.

CAP. XXIV.

De Vmbilicis marinis.

VMBILICVS marinus vel integer piſciculus eſt, cujus meminit Rondeletius *libr. 2. teſtaceorum, cap. 38. & 39.* vel pars, & velut os, aut tegumentum alterius majoris. Prior turbinata ac parva quædam concha eſt, ita vmbilico ſimilis, vt nullus, qui viderit eam, vmbilicum non nominare poſſit.

Eſt alius vmbilicus, totus oſſeus, *Bellericus* & *Bellerulus* marinus in officinis dictus, qui vel teſta, vel os alterius putatur. Multis enim piſcibus oſſa quædam inſunt, quæ vel ad ſpinarum, quibus vitam ſuam tuentur, inſertionem natura tribuit, vel ad corporis firmamentum & motum. Sic Sepia ſuo ſtabilitur oſſe, ſic Raię dorſum oſſiculis pluribus ſpinoſis armatur, quæ levi cœctura facile à toto corpore ſejungitur, nec male forma & magnitudine, ſpinam ſe exemeris, vmbilicum marinum repræſentant. *Bellericus marinus*

Vmbilicos ergo marinos in pharmacopoliis frequentiſſimos cum Bern. Deſſennio ſuſpicamur, *vnde,* *Vmbilicus marinus*

mur, à marinis animalibus desumi, & in littoribus cum reliquis lapidibus sæpius inveniri, non tamen lapides similis cum iisdem generis esse. A quibusdam *gemmæ marinæ* dicuntur, non tamen vires habent adeo eximias, vt inter gemmas debeant reponi. Forma illorum notissima est, color in quibusdam albus, in aliis rubellus. Frequentes væneunt in celebribus totius Galliæ civitatibus.

Gemmæ marinæ.

CAP. XXV.

De Dentalio.

DENTALIVM concha parva quædam est, oblonga, candida, exterius asperula, intus lævissima, tubuli modo concava, & altera parte canini dentis instar acuminata, vnde Dentalii nomen. Testa enim dentis æmula, in quo vermis procreatur & vivit oblongus & tenuis pro conchæ concavo, qui foras interdum sese exerit hauriendæ aquæ & quæritandi victus causa. Nascitur cum suo tubulo, & veluti fistula testacea in saxis marinis, & super concharum vetustarum tectis. Eandem habet virturem ac vmbilicus marinus, & reliquorum pisciculorum conchæ, quæ *vnguenti citrini* æquè possunt ingredi compositionem.

Dentalij nomen vnde.

CAP. XXVI.

De Antalio.

ALIVD quoddam testaceum marinum Antalium in pharmacopolis dictum sequitur, cujus parum frequens est in arte medicamentaria vsus, *vnguentum citreum* si excepetimus.

Tubulus est *testaceus, in mari prognatus, digitum minorem longus, foris striatus, intus lævis ac concavus*, è cujus alveo eductus est pisciculus paris magnitudinis.

Antalium quid.

Videtur inesse parvulus piscis, quem Athenæus *Solenem* nominavit; nam *Solen* ex concharum longarum genere est, duplici constans testa lævi, tenui, arundinis modo cava, & extremis duobus semper apertis. A Plinio *dactylus*, seu *digitus* vocatur, quod is digiti humani longitudinem, vel vnguis similitudinem, vt malunt nonnulli, referat. Vtut sit, *Antalium*, quo officinæ vtuntur, satis est vulgare; & desierit, non valde pretiosum & eximium medicamentum deesti; cujus loco conchylia quævis, vt *pectines marini*, *buccina* & *conchæ* omnes, præsertim albæ & striatæ, quas peregrini è mari illius montis percelebris, qui D. Michaëli sacer est, advehunt, possunt substitui. Omnium enim vis æque convenit ad vnguenti dicti confecturam: ad aquam accedit & aliud, ne quidem verbo tenuis satis notum, quod alii *Amentum*, alii *Amiantum* vocant. Adhuc enim certatur, post gravissimorum virorum disquisitionem, an amentum sit Amiantus lapis ille, qui ex albo virescit, & à multis *alumen scissile* vocatur; à quo tamen non parum distat.

Solen. *Dactylus.* *Amentum. Amiantus.*

Alumen enim scissum vim habet astringendi manifestissimam, & prunis injectum vritur. Plumeum vero acre est, & à flamma tutum, nec male vocatur *Amiantus*, vel forsan *Amentum*, aut *Amiantum*, quod *vnguentum citreum* admittit. Hoc tamen certo asserere non ausim, cum *amenti* vox barbara sit, à paucis, imo nullis, vt credo, intellecta; vt ex varia authorum, qui de Amento locuti sunt, opinione constat. Theophrastus enim nomen arboris putat; Matthæus Sylvaticus vitrum coctum; Manlius gypsum ustum; nonnulli sebum, seu axungiam virti; alii talkum, seu lapidem specularem, qui re vera huic vnguento valde convehit, vt etiam alumen plumbeum, quod non sine ratione Pharmacopœi pro Amento, seu Amiantho vsurpant.

scissum & plumeum in differant.

In officinis quoque fit sæpe mentio de Blatta bizantia, quæ conchylii operculum est, ei simile, inquit Dioscorides, quo purpura piscis integitur. Illa tamen similitudo tantum est, penes substantiam & facultatem, non formam: nam tegumentum purpuræ rotundum est, ex Rondeletio, conchylii longum & strictum, quod in lacubus nardiferis invenitur, suavem ideo spirans odorem, quod inibi conchylia nardo vescantur, diciturque *Vnguis odoratus*: halitum enim *castorei* quadam tenus spirat. Ejus autem historiam non fusius describo, quod nulla medicamentorum ingrediatur, quæ in nostra officina congeruntur.

Blattæ bizantia. *Vnguis odoratus.*

CAP. XXVII.

De Testudinibus.

TESTVDINES vel aquaticæ sunt, quæ scilicet in mari aut aqua dulci vivunt; vel amphibiæ, quæ partim in terra, partim in aquis, aut locis palustribus ac lutosis. Vnde Plinius in genere eas omnes quaternario numero complectens, *cap. 4. lib. 32. nat. hist.* vocat *marinas, Emydas, terrestres & lutarias*. Emydas interpretantur, quæ in aqua dulci vivunt.

Testudinum genera. Emydæ.

Est autem testudo *animal caudatum, quadrupes, squamatum, ingratum visu, cujus testa forma ovali, longa, lata, intus concava, exterius instar scuti extuberans, sub qua collum, caput, pedes & caudam modo recondit, modo foras, prout vult, exerit.*

Testudo quid.

Sola inter squamata animalia renes & vesicam habet; ex Aristotele *c. 8. & 9. lib. 3. de part. animal.* Ova duriotis testæ & bicolora edit, eaque in scrobe effossa, forma dolii reponit atque cooperta, & complanata terra, postea incubat, sicque fœtus excludit.

Testudines tantæ magnitudinis esse in Indico mari Solinus refert, vt testis duabus superna parte junctis inferna diductis, Indorum vulgus suas ædes constituat, in quibus numerosa familia non arcte recipiatur, & à quibusdam vsurpantur cymbarum loco, qui illis devecti navigant inter insulas rubri maris.

Mira testudinum magnitudo.

Apud Troglodytas cornigeræ, sed minores inveniuntur.

Sunt autem testudines & in re cibaria & medicamentaria vsus magni: decoctum phthisicis & attenuatis reficiendis valde conducit: ob id vtiliter ad syrupi resumptivi confectionem accedit.

Vires.

Caro

Caro à multis suavissime editur: animal tamen est adeo deforme capite, cauda, pedibus serpentes, forma, colore, maculis referens, vt natura ipsa ipsum nobis infensum esse, & insalubre notare videtur. Quod etiam fatentur hi, apud quos in deliciis est; verum apparatus & condimenta reddunt minus noxium, sine quibus innoxie vix ingeri possit.

CAP. XXVIII.

De Ranis.

RANIS vtuntur Integris Myropolæ ad *emplastri Vigonis* compositionem, quod author descripsit, ad gentis suæ morbi curationem. Probat earum decoctum Sylvius ad dentium doloris sedationem, si eo os colluatur. Valet earum cinis cum *pice*, secundum Dioscoridem, vel potius cum *melle*, secundum Plinium ad explendas inanitates Alopecarum. Vnguenta & emplastra, quibus permiscentur, siccandi, discutiendique vim habent, præsertim in junctarum doloribus. Contra serpentem omnium venena pro antidoto sunt, inquit Dioscondes, si ex sale & oleo decoctæ edantur, jusque earum itidem sorbeatur.

Ranarum varietates.

Omnes autem Ranæ esculentæ minime sunt; earum enim multæ sunt varietates, nam quædam in aqua tantum delectantur, majoremque partem vitæ in illa transigunt; aliæ in solo arido; quædam amphibiæ, quæ æque in aqua & terra sicca degunt.

Ex aquaticis, nonnullæ in aqua palustri ac cœnosa vivunt, & pernicioſæ sunt, ad bufonum enim naturam accedunt; aliæ in aqua limpida, vt fontium, & fluviorum, quæ non insalubres sunt, & inter cibos referuntur.

Ex his, quæ in aridis locis victum quæritant, aliæ, inter arundines, aliæ in rubis, ac vepribus, & frutetis vivunt: illæ *calamitæ*, quæ omnium minimæ sunt, hæ *Rubetæ* Latinis, *Phrynoni* Græcis dicuntur, quæ palustribus non sunt minus pernicioſæ, vt etiam *Dryophites*, quæ quercus scandunt, & in his, & sub his degunt, quæ sunt viridissimæ, & *Diopetes*, quæ per tempestates & imbres tepidos ex aere decidunt.

Bufonum natura.

Omnes autem hyeme mutæ sunt, atque inter eas vocales tantum sunt aquaticæ, quæ circa hyemis finem, & veris initium solummodo coaxare incipiunt, quando scilicet in aquis putrentibus secus vias *gyrini* procreantur, quos male ranarum sperma, aut ranarum pullos nonnulli vocitant. *Aristot.*

Quam varia sit vocalis.

Gyrini quæ sint.

Hinc Chymiatri cujusdam à multis irridetur medicina, qui aquam spermatis ranarum ad omnes oculorum, faciei, totiusque corporis phlegmonas imperat. Posset enim totius Galliæ ranas venari, exenterare, vasa seminalia perquirere, secare, exhaurire, nec vnquam suæ campanæ fundum illarum sperma oblinire.

Gyrinos autem sponte ex limo terræ nasci, nec in ranas abire experientia docet, & doctissimus Rondeletius notum fecit, *libro de paluſtribus*. Sunt vero ranæ omnes malignæ & esu pernicioſæ, præter aquaticas, vt etiam, quæ inter eas punctis pluribus nigris sunt maculatæ, bufonum ritu, quorum naturæ sunt participes. Et qui esculentis sæpe vtuntur, ait fide dignus author, colore plumbeo inficiuntur, propterea non cibi, sed medicamenti ratione sumi debent: Reddunt enim corpus putrefactioni opportunum.

Inquadam insula.

Ad emplastri autem Joannis de Vigo confecturam, alii ranas paluſtres, alii rubetas adjiciunt. Ego amphibias prætulerim.

Rubetæ enim, & quæ in vepribus, dumetis, lociſque siccis degunt, venenatæ cum sint, & acriores, qualitatem quandam medicamento impertiunt, qua idipsum cutim vellicat, & pustulas interdum excitat: aquaticæ vero inefficaciores. Quæ in aqua partim, & partim in solo victitant, vt mediæ, sic eligendæ.

De Ranis & Bufonibus (loquor verbis Helmontii) pro Peste multa protulit Paracelsus, confusa tamen quælibet. Multorum interim aviditates, atque oculos aperuit. Etenim bufones mulieribus, prout & ranas, vitis convenire asserit, & quidem baculo per caput transfixo, suspendi, atque siccari volunt. Mentem ad hoc nullum elegit. Promittit tandem bufonem sic siccatum (de ranis autem nihil prosecutus) buboni apositum, ita in se totum virus Pestis tracturum, ut successivè in quartum, quintumve bufonem usque, omnes mirabiliter intumescant. Adeoque veneni quantitatem per bufonum numerum conjicit. Vult & siccatum bufonem prius macerari atque emolliri in aqua rosacea. Attamen vel est sibi Paracelsus inconstans, vel aliud sibi præter bufonem Zenexton delegit. Siquidem scribit bufonem valere solum in Peste inguinum & mulierum. Ad alias autem pestis alias vtitur attrahentibus: summumque in carnativum Vulneris cœlestis (sic pestem vocat) ait aurum & gemmas. Imprimis fateor, me bufones applicuisse bubonibus & eschars, tam in pectore, capite, mammillis, quam alibi tam in viris quam mulieribus: ac ubique non sine promto juvamine, & doloris mitigatione. At imprimis nunquam vidi, applicatum bufonem intremuisse tantillum. Quod & ideirco ridiculum deinceps duxi. Dein æque frivolum est illud Paracelsi. Quod scilicet Pestis nusquam alibi occurrat quam pone aures, sub axillis & in inguine: eò quod sagittarius cœlestis non ferat alias. Siquidem vidi veram & lethalem pestem, ubi vis, toto corpore se ostendisse, nedum eschars, vesiculis, pustulis & tumoribus: sed etiam vibicibus atque stigmatibus. Itaque putavit Paracelsus idem accidere bufoni exiccato, quod vivo animali venenis assumptis, punctoque à serpentibus contingit, vel per venena plantarum, & animalium inter empto. Quasi Pestis humana venenum bufoni foret; hocque si contingeret, non bufo Pesti, sed Pestis bufoni imperaret. Nec etiam cadaver siccatum sentit, quæ sibi viventi erant venena. Nec tumet cadaver, ictum à ser-

à ſerpente. Cadaver namque, ſi non ſenſerit, nec tumefaciendi energiam retinuit. Ignoravit itaque Paracelſus, quod intumeſcere, ſit proprietas Archei vitalis, quodque non niſi occaſionaliter tumor à venenis procedat. Mirabar inſolentem, Paracelſi hoc ſcribentis, audaciam. Nam bufo exſiccatus utut ſex horis maceretur, ſemper tamen tumefactionis incapax. Mora enim macerationis, in celeri morbo, periculi, atque jacturæ plenum eſt. Ego itaque maceravi, tepida aqua paucula: qui loco dolenti appoſitus, mox dolorem lenivit. Equidem ſi quicquam in nobis, in cadaver bufonis expiraret, quod ibidem detineretur materialiter, eadem via qua intraſſet in bufonem, expiraſſet. Ergo tumeſcentia eſt actio vitalis Archei, efficienter & effectivè. Veneni autem eſt actio occaſionalis, quæque ideo in Archeum mortui ſiccatique bufonis nulla eſſe poteſt.

Archeus itaque cum deſit exſiccato bufoni: non poteſt eſſe cauſa tumeſcentiæ in bufone. Nam venenum ceſſat eſſe venenum, in reſpectu rei mortuæ. Cum venenum, dicat relationem ad aliquid vitale. Cognoſco Paracelſum nullam habuiſſe actualē praxim peſtis; multa quidem parumq; conformia ſcripſiſſe, pollicitus plurima, ex relatu aliorum hauſta, credulitate. Hybernus Butlerus, me conſcio, Londini aliquot millia, peſte curaverat, hoſtium accuſationibus poſtmodum, in arce Vilvordiæ detentus, me adjutore libertatem nactus eſt. Juſſerat enim bufonem magnum, menſe Junio poſt meridiem captum, tibiis ſuſpenderem prope focum, illique ſubtenderem patinam è cera flava tandem à triduo ſuſpenſionis, bufo evomuit terram, & aliquot inſectas, ambulantes nimirum muſcas, nitentibus alis ſub viridi colore quaſi deauratis. Mox autem à vomitu, bufo obiit; nec ante triduum evomuit, licet pronus penderet. Dixit autem mihi, quod ſat remedij haberem, curandis 40. millibus Peſte correptorum, promiſitque ſe mihi oſtenſurum rei cardinem. Sed repente in exilium proſcriptus abiit. Saltem ego has ſordes vomitu rejectas, itemque exſiccatum bufonis cadaver, ſeparatim in pulverem tundi juſſi, & cum tragacantho trochiſcos formavi, quibus feliciter ſum uſus tam ad præcautionem Peſtis, quam ejuſdē ſanationem. Dein Julio menſe, decreſcente Lunâ, veteres bufones cœpi, quorū oculi ſcarebant albis vermibus; nigriſq; capitibus prominentes, adeo ut uterq; oculus, totus in vermes transformatus eſſet, fortaſſis 50. numero, in ſingulo oculorum foramine, vermes erant denſè compacti, quorum capita foris eminebant, & quoties aliquis egredi vel prominere conaretur, ſtatim bufo, appoſitâ manu, egreſſum vetabat. Hos autem bufones ad vomendum coactos, (ut dixi) per ſuſpenſionē, reperi dare excellentiſſimum zenexton. Vermes autem in patinam ceream deciduos, ſimulque cum eo quod per vomitum rejecit, in trochiſcos parvulos redegi addito cadavere bufonis, & cerea patina. Geſtati autem trochiſci ad mammam ſiniſtram, arcebant contagium, & loco infecto alligati, ſtatim virus extrahebant. Erantque trochiſci promptiores, ac validiores, ſi in uſum aliquoties recidiſſent, quam recentiores. Reperi autem amuletum pro Peſte, longe validiſſimum. Nam ſi ſerpens comedat terram, omnibus diebus vitæ ſuæ, quia fuerat peccandi organum. Bufo comedit terram, quam evomit, omnibus diebus vitæ ſuæ. Teſtimonio autem adeptæ Philoſophiæ, gerit Bufo odium in hominem, adeo ut aliquot herbas, ſuo tabo inficiat, homini uſuales: idque in ſpem necis. In eo autem differt à ſerpente, quod viſo homine, terrorem immenſum concipiat naturali dono. Qui terror ab homine, naturalem energiam ſibi acquirit & imprimit, contra imagines territi Archei in homine. Siquidem terror Bufonis, interimit, & annihilat ideas territi Archei humani, eò quod terror in Bufone, eſt naturalis, & ideò radicaliter ac per totum illi, etiam mortuo incorporatus: Idea autem terroris in Peſte: eſt tantum accidentalis, & fluxa. Ergo bufo naturâ ſuâ tumidus ab homine, odii ſui imagines auget, vireſque intendit, ut ſaltem clanculum, ac Peſtis inſtar noceat. Hanc autem proprietatem ſigillarem odii ſimul & terroris, geſtat in capite, oculis, & loco concupiſcibilis poteſtatis. Caput itaque & oculi, adhuc vivo animali, in vivos ac veros vermes (quales caſeo innaſcuntur, niſi, quod extremum capitis nigricet nonnihil) tranſmutantur. Tandem namque cum vita, vermium tanta multitudo excidit, quod vivo adhuc animali tota cerebri theca, verminoſa eſſe videatur. Terribile ſane, atque ſingulare ſignatum, terribiliſſimo morborum dicatum. Salutem ex inimicis noſtris, & de manu eorum, qui oderunt nos (remedium nempe) ſiquidem odium in nos, terroque bufonis, præparant nobis ſanitatis medelam. Eſt namque noſtri odium, bufoni ideo vernaculum, ac naturaliter incorporatum: quod totus per totum, odii Ideam gerat: perinde ut ſaliva rabidi, per accidens Hydrophoibiæ metum. Cæterum quo terror noſtri, odiumque innatum in bufone, aſcendant altius, fortiuſque ſui imagines imprimant, ſuſpenditur bufo eminus prope focum, in aſpectu noſtri. Creſcitque odium & terror ideo, in mortem uſque. Quod autem bufo per conceptus ſuos, ideas generet, mox oſtendam, per ipſius mortem repentinam. Nunc ſaltem dico, quod projecerim bufonem in lacunam, muro cinctam, qui ſequenti mane perierat aquæ innatans turgidus. Habebat autem dorſum, frequenti nigro ſtigmate, conſperſum. Quibus ſignaculis conjeci, quòd remedium gerat adverſus Peſtem etiam ferociſſimam, quæ nempe poſt celerem mortem, ſua edit ſigna. Spemque addit, ſi pro ferociſſimâ, morteque velociſſimâ, remedium promittat, multò præſtantius pro quavis ignaviore dederit. Ut autem mecum tyrones agnoſcant, quantum imago odii, in hoc arcano operetur. Notandum ante omnia, quod Peſtis humana, non attingat bruta, ut neq; vice verſa. Eò quod virus nullum, operetur citra fermentū humanæ mumiæ, ſive ſymboli con-

consonantiam. Etenim sive fermentum istud fluxerit, ex corpore infecto, veste, charta, auraq; pestilenti: sive demum è nobis oriatur, claudaturque sub tartaro cruoris. Saltem utut sumatur, Pestis, nequit inficere quemquam, absque communione fermẽti. Hæc igitur icon virulenta odii, & operans imago, hoc deniq; terroris seminale simulacrum in bufone, enecat fermentũ mumiale, sine quo scilicet venenum pestilens consistere, ingredi, ut nec appropriari, nobis potest. Hic inquam modus est operandi in Zenexton, quo scilicet impeditur pestilentis auræ communio. Quatenus tartarum cruoris excrementosum, ac evaporantem, privat fermento mumiali. Atque in vicem eius, adfert fermentum ablativum veneni Pestilentis, sive iconem necantem fermentum pestilens. Eo quod quasi in momento interimat fermentum mumiale, contagii fontem, vel saltem fomitem, nimirum si jam sit præsens: impeditque futurum, quo minus invalescat. Sicque interimit immediatum inhæsionis subjectum, ne coaptetur. Fermentum itaque facile intercidit, si inhabilitetur, ne succrescat sedes pestis. Cum alioqui omne fermentum, sit mera cuiusdam odoris tinctura. Neque enim pestilens virus atteritur à veneno bufonis, actione primaria destructiva aut debellativa: Sed actione secundaria, quatenus idea odii aut terroris Pestilens, extinguit fermentum, quo mediante, venenum Pestis subsistit, atque pergit inficere. Etenim cum venenum Pestis, sit productum imaginis, terroris Archei, in odore fracido, auraque mumiali stabulatum: tollitur etiam hoc fermentum copulans, medium appropriativum, & immediatum subjectum veneni, manetque deinceps duntaxat subjectum fracidum, ut ante, sudore tenus profligabile. Unde constat, quod zenexton, saltem præcaveat appropriationem primario, simulque tollat sigillum, sive quidditatem essentialem Ideæ virulentæ terroris. Enim vero Domina de Rommerswale, Toparcha in Wechovem, nobilis, affinis, & proba matrona, mihi in candore retulit, se quondam toto pomeridie spectasse duellum, araneæ & bufonis. Hic enim, dum se supernè ab aranea descendente, ictum sentiret, & capite, confestim se intumescere, confugit ad herbam, quam lambebat: ac celerrimè curatus, detumuit, unde iteratam pugnam aggressus, iterato quoque ictus fuit in capite, & ad eandem herbam properavit. Idque dum jam tertio accidisset, spectatrix, tædio affecta, plantam cultro excidit, (erat autem plantago augusti folia) dumque eò quarta vice bufo rediret, nec istam herbam reperiret, celerrimè totus intumuit, & terrore percussus, mox obiit. Non autem se contulit, ad plantaginis eiusdem plantas vicinas, ac frequentes (etenim imago conceptus, metus atque tristitiæ, mortem acceleratam parit, spes perit remedii celerrimi, in morbo furiosissimo) dum namque suam non reperit plantaginem, qui antea spe statim convalescendi dimicabat: Statim metu, atque terroris idea, desperans, obiit. Patet enim hinc, huius bestiolæ pavor immensus, magnitudo & violentia Ideæ pavoris, ex celeritate mortis conjicitur. Etenim confestim sanari, intumescere, ac statim perire, aperiunt; in hac insecta fore momentaneum, ac præsentaneum in Peste remedium, ut & toxico, fore suum cuique terroris conceptum, in Ideam formatum. Quippe Idea eiusmodi, dualitatem cum vita servat, ideoque etiam illa, hanc subplantat. Neque etiam bufo vivens, magni momenti Zenexton, experienti mihi præbuit. Oportet namque granum emori, si eius fructum expectemus; terroremque in bufone augeri convenit nostri, nam ut nostra pestis, non est bufoni lethalis, aut contagiosa: ita terror bufonis, terrorem pestis Archei nostri, ne quicquam auget. Ac nisi terror, desinat esse conceptus aliquis, sitque redactus in Ideam activam, ut in Archeo non parit toxicum Pestis: ita neque in bufone, efficit remedium. Ad hoc namque requiritur, nedum ut bufo præ timore toxici, aut deficientis plantaginis, moriatur, occidaturque à proprii conceptus terrifica Idea: Verum necesse est, ut bufo præ nostri terrore, languendo pereat suspensus prope focum, &c. Nam tunc terror ille lethalis, nostro Archeo inferior, & confermentabilis, parit Ideam lethalem bufoni; nobis autem proficuam. Synbolizat nempe cum terrore nostri Archei in quantum participant terrores, in imagine terrifica. Sed quia terror bufonis, non est nostras, ideo toxicum fabricat, contra toxicum pestilentis terroris ab Archeo formati, in ideam virulentam Pestis. Est nempe Zenexton in bufone optimum, à Patre pauperum homini ordinatum. Considera quæso bufonem mecum, qualiter è fracido mucco oriatur, inter rimas lapidum, ibidemque citra cibum vivat, adolescatque per annos plurimos: E saxis nempe confractis, non rarus bufo Parisiis eruitur, qui forte per seculum ibidem detentus fuit. Nec enim edit, antequam respiret. Bibitaque semel aura, mortis demum, ac diminutionis leges subit. Vixit etiam solo, suoque Archeo antequam respiraret. Cætera creata ferè omnia, in petra, putrescunt. Bufo verò, in liquore fracido, nutritur, ac adolescit intra petram.

Hinc conjicitur etiam, quod sit animans destinatum divinitus, ut Idea sui terroris, virulenta quidem sibi, nobis, nostræque Pesti, sit toxicum in terrore. Nam ut ex præfatis sat patet, quod bufo, nostræ contemperationi, & adaptationi, sit maximè incongruus: Ita terroris Idea in bufone, est ipsi terrori pestifero in nobis, valde pestilens. Cum igitur bufo, sit infecta, hominis aspectu pavidissima, quæ in se tamen, terrorem ab homine, simulque odium in hominem, formatin imaginem, sive ens activum reale, & non sola confusaque apprehensione subsistens (prout jam ante de Ideis prægnantis, itemque canis rabidi, &c. nude est demonstratũ) Hinc contingit oriri venenum ex bufone, interimens virus terroris pestilens in homine, unde nimirum Archeus invalescit, nedum sentiens, extinctam in se Ideam pestilentem: sed insuper quia agnoscit aliquid terrefieri, pavescere, atque fugere, se longe inferius. Sic namq; in omni bello, atq; duello, è pavore hostis conspicuo, animus hostilis roboratur. Est autem bufo tantæ formidinis, ut si po-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 266 sur 955

fitus directo aspectu, ante te ipsum aliquandiu intuearis intentis oculis, per horæ quadrantem, nec aufugere queat, moriatur præ terrore. Bufo itaque occisus, modo Paracellico, absq; terrore mortuus, est Zenexto indignus. Resumto ergo animo, Archeus pavorem abjicit, maximopere ubi natum sui terroris virus, interimi persentit. Etenim non agit zenexton, per modum aliorum agentium. Non secus atque virus Pestis, est prorsus insolens. Nec agit Zenexton materialiter: Sed actio eiusdem, est spiritualis, ac prorsus sympathetica. Siquidem symbolum activitatis, in quo consistit ratio fundandæ sympathiæ, est in concepto veneno terroris, tam in Peste, quam bufone. Ac prout virus Pestis, anomalum est cum aliis nihil habens commune: Ita quoque Zenexton, activitate terroris alieni, atque peregrini exorbitans; nostri terroris imagini Pestilenti, fit manifestum toxicum, cum refociliatione, confirmatione, robore, ac resurrectione Archei. Quam sanè Zenexton activitatem, scholæ contemplari non potuere, eo quod contemplari nequierint istud Aristotelicum, nedum in Peste: Sed & in venenis cæteris, esse mendosum. Est nimirum actio Zenextonis, à victoria patientis super agens. Memineris namque quod terror atque odium in bufone, ab agente homine, superante quidem, at nullatenus operante, impressa, actuata proprio bufonis conceptu, & in gradum deducta, fiant agentia: quæ in præfata Idea, sunt tanquam fugitiva animantia, ideoque terrefa- in hominis Archeum restaurant, ac terroris- ulenti imaginem enecant. Equidem in Monomachiis spiritualibus, prorsus, atque longè secus certatur, quam per appropriata agentia corporalia, est solitum. Quod alibi demonstravi, removendo activitates contrarietatum, à proprietatibus naturæ. Zenexton ideo, est de natura magnetica, agens scilicet duntaxat, in objectum proprium, dum intra limites sphæræ, suæ activitatis, occurrit. Dubium videri posset aliquibus, cur imago odii, in bufone, sit remedium: imago autem odii in rabido sit toxicum. Ratio est in adjuncta terroris Idea, in bufone. Quæ inferioritatem veneni parit. Nam unum superat aliud, in animositate conceptuum, ideoque & imaginum. Rabidus enim canis, audax, temerarius, eiusque sigillata imago, obedientiam sui injicit. Nec enim rabidus, in quantum timet: sed timet aquas, quia rabidus: Prout nec timet aquas, quatenus odit animalia. Bufo autem est animans nostri timidissimum, utque ex odio sibi innato in nos, est sibi male conscius (sic disponente divina clementia) ita imagines illorum conceptuum penetrantes se mutuo, & comite, conferunt notam maximæ pusillanimitatis, intinctæ veneno odii. Hinc nempe necatur imago terroris pestilētis ab imagine lethalis odii, & Archeus noster ab imagine pusillanimis terroris, tanquam in speculo, per applicationem Zenexton intuetur; ac superioritatem, quam ante amiserat, propemodum, reassumit. Ideoque idea terroris, in bufone, odit, simulque imago odii, terret bufonem unde venenum, nostro terrori superinducit.

Utroque scilicet medio, imaginem terroris pestilentis, in Archeo perimit. Est nimirum in spiritualibus primitiva autophilautia. Cum originalis omnis monomachia sensitivorum, non nisi ex præmeditatis conceptibus profluat: Uniuscuiusque autem conceptus Idea, formetur in phantasia, ac entitatem induat ad aliquid deinceps agendum. Etenim ut imagines motuum faciendorum, desinunt in motus: Sic & sensuum imagines, deferuntur primum intro, ad ulteriores consiliorum deliberationes: moxque ibidem degenerant, in imagines apprehensionum, passionum, vel perturbationum: atque feruntur inde ad aliquid agendum in corpore, vel extra se, labunturque ac glisçunt juxta directiones, atque inclinationes passionum. Hactenus nimirum, ejusmodi imagines determinant, spiritus vitales, vel ipsas partes operativas viscerum, juxta impressionem sibi propriam. Quod clarissimè enotescit in veneno rabidi. Qui, si nos formidaret, ut timet aquas, nos non impeteret, nec eius morsus, nobis venenosus esset. Aranea namque, scorpio, &c. sunt animalcula iracunda, quæque si nos feriant, sui veneni iram, in nos deponunt; vel potius, iræ venenum.

Ancilla quædam, subinde vescebatur araneis, nedum versicoloribus vineæ: Sed & nigris illis, è specubus, & locis uliginosis, & inde vivebat sospes. Quapropter consideravi, araneam animal timidum dum manu apprehenditur, nec ideo venenum parere, prout alias, dum iratum nos pungit.

Hinc nimirum apprehensus timidusq; scorpio, mederur inflicto à se vulneri. Duo igitur in bufone occurrunt in summo gradu. Odii nimirum imago, virulenta sui qualitate, extinguit, retunditque fermentum appropriativum, ne Archeus induat, combibatque partam terroris Ideam: Terroris autem imago in bufone, perterritum Archeum nostrum revocat, additque animositatem, ut à fugiente, fugans reddatur. *Hæc Helmontius.* De pulvere bufonis vivi in nova olla usti mira narrat Heers pag. 146. quod Pulvis ille in nodulo collo appensus tollat Urinæ in continentiam.

CAP. XXIX.

De Cancris.

CRUSTACEORUM piscium innumera pene est varietas, quorum alii longum habent corpus; ut Locustæ, Astaci, Squillæ; alii rotundum obtinent, ut Cancrorum omne genus, tam marinorum, qui quam plurimi agnoscuntur, quam fluviatilium, qui multo pauciores & minores reperiuntur.

Ut Cancrorum marinorum alii sunt majores, ut *Maæ* dicti, & *Paguri*; alii minores, ut *Pinnophylaces*: sic fluviatilium nonnulli magni sunt, cancris lati pedibus marinis similes, sed majores; *Astaci* alii parvi, *Astaci* dicti, quos vulgus cancros fluviatiles vocat, & in cibis, & in medicamētis usurpat, ut ad hecticos Avicennæ consilio reficiendos, ad cane rabioso demorsos, & ad unguenta quædam mundificativa apparanda.

Cancrorum autem multiplex genus abunde descri-

describitur à Rondeletio *lib.* 18. *de piscibus, & libro particulari de fluviatilibus*, ut etiam à Matthiolo *super Dioscoridem*.

Sat enim est nobis de his in genere mentionem fecisse, & de quibusdam paulo uberius, qui nonnunquam ad medicos adhibentur usus.

Lapilli cancrorum vulgo oculi dicti, in solenni usu sunt. Quorum observationes, verbis loquor *Helmontii*, hic subnectam. Imprimis ineptè vocantur oculi, cum non fungantur oculorum munere, nec extra emineant, nec toto durent anno. Nec demum hi lapides sunt extracta essentia, à tota bruti testa (licet sic jusserit Paracelsus) siquidem per plurimas atq; uniformes cancrorũ dissectiones, comperi quæ sequuntur: Imprimis stomachum cancri esse in capite propè verticẽ. Mares enim quotannis ægrotare incipiũt, à Mensis Junii medio: fœmellæ dein in Julio, ante testarum exuvium. Sunt enim per dies novem & amplius, velut semi cyanimes ac immoti. Qua tempestate, stomacho illorum, exterius obducitur membranula nova, inter quam & stomachũ veterem, est liquor quidam lacteus, qui sensim exterius in globum stomachi convexum, qua parte attingit, obducitque stomachum veterem, contrahitur utroque latere, in concavum, statimque lapidescit. Interim nec tunc, nec multo post cancer esitat quicquam. Ideoque (pene incredibile) vetus sive interior stomach⁹, sensim in mutilaginem alimentariam absumitur, exteriorque ac novus alter stomachus, in virem absumpti, succedit. Siquidem isti lacti, ad stomachi veteris convexum subnato, obtenditur statim pellicula, per modum, lacti teperti solitum: crescitque lac istud, inter utramq; præfatam membranam, utriusque scil. stomachi. Quæ cuncta ducentis forte cancris dissectis, dietim observavi, jucunda admiratione.

Tandem assidua pars lactis, cancro cedit in alimentum. Postremo etiam uterque lapis iteratò sensim dissolvitur, & in nutrimentum paulatim abit. Nihil autem cancer odit, aut in eius stomacho reperitur, quantisper isti lapides sunt in stomacho eius, vivitque circiter 27. dies tam ex veteri suo stomacho, quam ex usu resolutorum postea lapidum. Addo, rarissimum diareticum ex hoc lapide colligi, etiam vulnerarium & febri fugum, modo resolvatur in formam pristini lactis. Quod quam sit excellens atque potens, vix cuiquam quam perito persuaderi potest. Nihilque est vulneratis, vel post pactum Matribus aptius, quam remedium horum lapillorum. Habet namque remedium contra inclementias multorum vegetabilium, vi laxante infamium, modo ita resolvatur, ut per minima ambo misceantur. Denique in Marca Brandeburgica, locupletissima est cancrorum piscatio. Vectores autem coguntur noctu excubias agere ne forte porcus aliquis, vel leviter, subtet currum transcurrat. Nam id si contigeat, mane quotquot cancri, in curru fuerint, inveniuntur mortui. Tam exitialis est porcus cancro.

CAP. XXX.

De Viperis.

VIPERARUM caro plurimum siccat & digerit, & moderate calefacit. Vis eius ad cutem properat, & corporis excrementa ad eam propellit, atque virus, si quod sit, oppugnat. Unde ex illa, eo modo, quem in Officina docuimus, apparata, fiunt trochisci Theriaci, & ex his percelebris illa confectio *Theriaca* ad venenatos affectus tantopere commendata. Unde & *medicamenta theriaca* dicuntur, quæ venenis ab animalium morsu intro subeuntibus medentur; vel quibus noxa ab animalium venenatorum sive morsu, sive instratu, sive illitu aut suffitu illata curantur.

Alexipharmaca.

Vocantur etiam *alexipharmaca*, quod ex veneno periculum arceant: alii tamen hæc tantum sic dici medicamenta, quæ veneno intro per os sumpto medentur, perhibent.

Theriaca unde dicta.

Dicitur autem *Theriaca* ἀπὸ τῶν θηρίων, id est, à feris & venenatis animalibus potius, quam à serpentum quadam specie certa, quanquam vipera, in cuius genere mas nomine proprio, ἔχις fœmina ἔχιδνα vocatur, à Græcis aliquando θηρίον dicitur. Videtur omnium serpentum ac ferarum maxime insignis, & κατ' ἐξοχὴν nomen hoc interdum sibi vendicat: ob id *Theriaca* non tam sic dicitur, quod viperarum carnem recipiat, quã quod ferarum morsui conveniat.

Vipera mas.

Est autem *vipera* longitudine cubitali, & sæpe prolixiore, colore subflavo, plurib. conspersa maculis rotundis. Mas Græcis dictus *Echis*, caput habet angustum, & acutum, collum crassius, & reliquum corpus tenuius, quam fœmina. Paulatim illi cauda gracilescit, aliarum serpentum ritu, nõ acervatim, ut Echidnæ, seu fœminæ. Squamas habet ad extremum caudæ asperiores, quas ita percitus subrigit, non aliter, quam gallinaceis iratis plumæ inter pugnandum rigent.

Dentes canini duo illi, fœminæ plures, juxta illud Nicandri à Gorrhæo traductum:

Huic gemmi apparent dentes in carne, venenum
Fundentes, verubus sed fœmina pluribus atrox.

Huic adhuc meatus est in cauda, ventri propinquior, contra quam in fœmina, cui ille ad extrema caudæ propius accedit: incessus quoque mari alacrior.

Vipera fœmina.

Viperæ fœminæ subrufæ sunt, elata cervice, oculis subrubentibus, & lucentib. inverecundi atque feri intuitus. Caput habent latiusculum, caudam brevem, & excarnem, & squamis durioribus asperam, nec paulatim gracilescentem, sed simul & universim: meatumque suum habent ad caudam propius accedentem, & ventrem prominulum, & incessum tardiorem.

Vipera cur dicta.

Dicitur Latinis *Vipera*, quod vipariat, vel ut alii malunt, vivum pariat, contra serpentum aliorum morem, qui prius ova in lucem edunt. Vipera quidem ovum procreat piscium ovis simile, sed intra se tantum, tantumque vivos catulos parit membranis involutos.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 268 sur 955

Quomodo pariant.

Evenit autem aliquando, ut posteriores quærentes exitum, & impatientes moræ diuturnioris, erodant matris uterum, & latera, sicque matricidæ prodeunt. Raro tamen id contingit; ut nunquam accidisse certum est, marem in coitu caput in os fœminæ inserere; illudque eam voluptatis dulcedine vehementius commotam truncare.

Cum Cæteri serpentes terræ latibula hyeme subeant, viperæ tamen sese tantũ sub saxis occultant, & senectutem exuunt aliorum reptilium more.

Ad confectionem autem *Theriaces* viperæ omnibus serpentibus præferuntur, quod minus aliis tabificam vim obtineant, *Galen. c.* 10. *lib. de Theriaca.*

Cur in præparatione viperarum cauda & caput abscindantur.

Abscindũtur vero capita & caudæ, quod pessimum humorem, nempe virus in se contineant, *cap.* 11. *lib. de Theriac. Vipera enim inter feras omnes caput habet perniciosissimum.* Certam vero mensuram, & capitum, & caudarum præscindere, ridiculum esse dicit Dioscorides.

Abjiciuntur quoque interranea, spina dorsi, & venter.

Porro non solum in Italia reperiuntur viperæ ad dictæ solennis Opiatæ confectionem aptissimæ, sed etiam in Gallia, ut in agro Pictavensi, ex quo numerosæ Lutetiam advehuntur: ex quarum carne pastilli fiunt & adeps ad emplastrum Vigonium servatur: eius extrahendi & parandi modus facilis est. Adeps primum cum tunicis sumitur, & aqua limpida ac frigida pluries lavatur, donec ipsa syncera remaneat. Dein membranæ separantur. Tum adeps in duplici vase liquatur spatula lignea subinde agitando. Liquatus colo transmittitur in aquam frigidam, quæ postea abjicitur, & solus adeps servatur, reponiturque in vase idoneo. Nonnulli denuo abluunt, ut totum virus eximatur.

Axungia viperæ parandi modus.

Vix autem eorum opinioni assentior, qui credunt, eos longam senectutem agere, qui viperis vescuntur. *Earum enim caro pessimi est succi*, valenterq; digerit & siccat, ita ut quidam, qui eam comederunt, vehementissima sint siti cruciati, ac proinde illas *Dipsadas* cognominant. *Sunt autem, qui dicant*, ait Galenus, *demorsos à viperis, sanari non posse potando, sed dirumpi citius, quam siti liberari.*

Historia notanda.

Elephantiasi porro viperas multum conducere, pluribus historiis probat Galenus *cap.* 1. *lib.* 11. *simplic. Homo quidam*, ait, *in Asia Elephanticus, cui fœdus erat aspectus & odoratus gravis, primo quidem cum sodalibus versabatur & convivebat: ubi vero ex consortio nonnulli inquinari cœpere, ipseque jam fœtore & horrenda forma detestandus esset, in tugurium quoddam juxta fontem, relegatus est, & illi quotidianum alimentum ministratum. Proxima æstate circa canis ortum, cum vinum fragrans, messoribus allatum esset à famulo, qui urnam vinariam circa marginem agri dimiserat, ecce, ubi bibendi tempus advenisset, adolescens vinum in craterem fundens, una cum vino excidit vipera exanimata. Coloni autem perterriti aqua sitim sedarunt, & vinum Elephantico dedere, misericordia quadam ducti, ac rati expedire ille potius mori, quã vivere in ea miseria. At ille novo quodam, prorsusq; admirando eventu ab ipso potu convaluit. Excidit enim tota cutis, non secus ac si locustis testam, qua conteguntur, abscideris.*

Alia hist. ria.

Nec dissimile in Mysia Asiæ, non procul ab urbe nostra accidit. Vir erat ditissimus & elephanticus: hic ancillam suam formosam deperibat; contra fœdum hominem illa odio habebat, aliisq; amatoribus clandestine miscebatur. Cum autem ager spe salutis resarciendæ ad quosdam calidarum aquarum fontes, quibus locus vicinus squalidus erat, & viperarum plenus esset profectus, ex illa una in urceum vini irrepsit, quam cum suffocatam deprehendisset ancilla, gratum habens, quod sors in manum dederat, domino vinum illud propinat, atque ille ebibit. Cui eadem evenere, atque præcedenti, & perfecte sanatus est.

Alias adhuc historias recensет Galenus, quibus probat, viperas Elephantiasi curandæ multum conferre. Quomodo autem earum caro sit apparanda, antequam accedat ad *Theriacæ* confectionem, in Officina docuimus.

Mirum videtur, quod Kircherus narrat in descriptione Grottæ delli serpenti. Juxta rudera Alsii veteris Romanorum Coloniæ sita scribit serpentes esse varii coloris, nec tamen venenatos, qui linctu sanent ægrotos pag. 702.

Quo ad usum alias viperarum puto ego serpentes nostrates venenatos, nostræ naturæ magis convenire quam viperas Italiæ, idque cum Helmontio & Clarissimo Dn. Michaëlis.

CAP. XXXI.

De Scincis.

Virtus rerum corum.

CARO rerum Scincorum optima est contra venena antidotus, & ad stimulandam vitis libidinem justo pigriorem efficacissima medicina; Tentiginem enim veretri facit, unde non immerito Diasatyrii ingreditur confectionem.

Scincus animal.

Est autem Scincus animal parvum, quadrupes, squamis exiguis, frequentibus, & subluteis tectum, capite longo vix colli crassitudinem superante: ventre quadam tenus alato, cauda rotunda, lacertæ ritu, sed breviore, & ad terram incurva, à capite ad eam cæsia discurrente.

Alumnus est aut Ægypti, aut Indiæ, aut rubri maris, inquit Dioscorides, quamvis etiam inveniatur in Lydia Mauritaniæ. Pro eo perperam nonnulli *Salamandram aquaticam* usurparunt. A Plinio *Crocodilus terrestris* vocatur: effigiem enim Crocodili Nili perbelle refert.

Crocodili perpetua scit.

Inter utrumque tamen nulla dimensionum proportio: Scincus enim semper est parv⁹, & raro cubitalis, Crocodilus non modo ad quindecim aut duo deviginti cubita excrescit, sed non ullus ei significatur crescendi terminus, licet ab ovo non majore, quam anseris prodierit, vitamque habet terræ, amnique communem. Oculos habet suis, & visum in aqua hebetem, extra acceptimum.

Solum hoc animal, Psitacum si exceperis, maxillam supernam movet. Linguam habet parvam maxillæ inferiori adhærentem; crura à latere adjuncta, pedes parvos pro corporis magnitudine, ungues

ungues robuſtos, cutem ſquamoſam, cruſtaceam, & contra ictus omnes fere invictam, in ventre ſatis mollem, Annos vivit 60. Totidem ova, totidem diebus pariunt, totidemque dies hæc fovent, ut excludant, & totidem in ſpina vertebras habent. Totque adhuc dentes habere comprehenduntur, quot dies ſine cibo in latibulis hyeme degunt. Pleniorem Crocodili deſcriptionem ex Ariſtot. Plin. & recentioribus multis; qui Ægyptum & Orientales tractus luſtrarunt, curioſus rerum ſcrutator habebit.

Crocodili vita.

CAP. XXXII.

De Scorpionibus.

EX Scorpionibus oleo infuſis & extinctis fit oleum, quod ab iisdem cognominatum multos uſus in medicina præbet. Illitum enim, calculos in renibus & veſica atterit, pellit, & urinam movet: Demorſus à viperis, aut aliis ſerpentibus, & feris venenatis ſanat: Axillis & inguinibus ſi adhibeatur tempore peſtis, ab ea vel præſervat vel curat. Vulnus ab iisdem inflictũ, non modo dictum oleũ ſanat, ſed & ipſi triti & appoſiti idipſum ad perfectam ſanitatem ducunt.

Scorpio qualis animal.

Eſt autem Scorpio *animalculum terreſtre, longam & nodoſam caudam gerens, in cuius extremo, longo & obliquo armatur aculeo, tenui foramine pervio, quo venenum pungendo effundit. Brachia habet & chelas biſulcis dentatas forcipibus*: ſemper cauda præſto eſt ad ictum, nulloque tempore deeſt feriendi occaſioni, feritque obliquo ictu.

Scorpio mas in ventre & chelis maculas gerit, eique virus pernicioſius; fœminæ mitius: alii contrarium ſcribunt.

Scorpionum multa genera.

Scorpionum autem octo recenſentur genera; *primum* albicat, nec lethiferum putatur: *ſecũdum* ore rufeſcente, ex cuius ictu vehemens ardor ſequitur, & in exhauſta ſitis: *tertium* nigricat, cuius ictus membrorum depravat motum, & facit amentes, & riſus edit ineptos: *quartum* ad vitidem inclinat colorem, & plura habet in cauda internodia, nempe ſeptem. Ab eo icti perpetuum & ingens frigus ſentiunt, etiam ferventiſſima æſtate. *Quintum* pallido ac livido colore eſt, à quo qui percutitur, ei tumor inguinis ſupervenit. *Sextum* parvulo cancro marino ſimile eſt. *Septimum* chelas habet grandiores, & cancro paguro formam valde ſimilem. *Octavum Melichloron*, à melleo colore dictum, alas habet locuſtæ ſimiles, & extremum nodum caudæ nigrum.

Rari autem apud nos Scorpiones viſuntur alati, in India & Aphrica frequentes, & magni, & cum ſeptem in cauda internodiis.

Varietas ſcorpionum à colore.

Si à colorum varietate Scorpionum varietatem ſumamus, alii dicuntur flavi, alii rufi, alii cinerei, alii virides; alii ferrugenei, alii vinoſi, alii albi, alii fuliginis colore.

Scorpionũ vitus quibus deterior. Et qui etiam inter ipſos ſæviores.

Scorpionum autem ictum fœminis periculoſiorem eſſe, quam viris, compertum eſt, præſertim virginibus, quibus fere ſemper lethalis eſt, niſi mature ſuccurratur. Et qui ſeptem in cauda habent internodia, longe ſæviores judicantur.

Vermiculos ovorum ſpecie procreant & incubant, ex iisque prolem ſuſcipiunt, quam ubi perfecerunt, ab ea pelluntur, dicunturque Scorpiones à ſuis liberis interimi. Sed hæc de viroſis iſtis animalculis, plusquam res pharmaceuticæ poſtulant, dicta videntur.

CAP. XXXIII.

De Lumbricis.

ANIMALIA multa parva ex vermibus, & vermes ex multis animalibus magnis generantur. *Ariſt. c. 19. lib. 5. de hiſt. animal.* imo ex rebus omnibus alteratis & putrentibus fit horum animalculorum procreatio, intra lapides, oſſa, ligna, fructus, caſeum, carnes; videnturq; omnia in vermes primum abire, nam *hominis propria caro à vermibus abſumitur, veluti veſtimentum, quod commeditur à tinea*, ut loquitur Iob. Et licet quæ frigida ſunt, putredini maxime reſiſtant, *ex nive* tamen *frigidiſſima vermes generantur*, & viſi ſunt in ſalis horreo nonnulli aliquando procreati. In animalibus quoque viventibus quotidie generantur, quorum ſcilicet corpus putridis humoribus ſcatet: ibi enim *vermium* generatio, ubi *putredo*, quæ illorum eſt *mater*. Vidi è vena brachii ſecta, una cum ſanguine vermem palmam longum proſilire, in inteſtinis adhuc, & aliis multis humani corporis partibus generantur, nec non in cervorum capitibus, *cap. 15. lib. 2. de hiſtor. animal.*

Ex nive etiã generari vermes.

Et item in ſala. Hiſtoria.

Omnia autem inſecta vermem generant, excepto quodam papilionũ genere; ut qui ab inſectis prodit, in aliud ſæpe inſectum diſſimile accreſcit, juxta illud poetæ.

Et ſic volucris, qui modo vermis eram.

Porro cum latiſſimum ſit vermium genus, de terreſtribus nunc tantum loquor, qui in medicos admittuntur uſus. Ex his enim albo vino lotis, apparatis, in oleo maceratis, ac vaſe duplici, ut decet, elixatis, habetur oleum, ad nervorum affectus commodatiſſimum.

Per os quoque ſumuntur aliquando, rite præparati, loti nempe, ſiccati, tenuiſſime lævigati, & aliis quibusdam pulveribus admixti, ad fœdos virginum colores ſanandos.

A multis *inteſtina terræ* vocantur; ab aliis *vermes* terreni, à quibusdam *lumbrici terreſtres*. Corpus habent oblongum, rotundum, minime oſſeum, & oculos nullos, ut neque aures. Ita ingrediuntur, ut præcedente parte priore, reliquum corpus ad eam cõtrahant, ſicque è loco uno in alium feruntur.

Inteſtina terræ.

Procreantur è limo terræ, & ab eadem cauſa, atque cætera animalcula & inſecta animantur. Oculis, auribus, pedibus, artubus, deſtituuntur, ſuntque velut oblongæ, & craſſiores fibræ, nullam partium diſcriminationem obtinentes, præter internodia quædam, & velut aponeuroſes, quæ paulo ultra medium corpus conſpiciuntur.

Hos pluviæ vernales, aut hybernæ, nec glaciales, ſed temperatiores eliciunt. In terra pedibus conculcata, nec libere, nec ubere gignuntur: in pingui, nec trita frequentes inveniuntur. Hi triti

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 270 sur 955

Virus.

& appositi præcisos nervos, ut etiam vulnera recentia conglutinant.

CAP. XXXIV.

De Cantharidibus.

Cantharus & cantharis differunt.

CANTHARIDES tantum nomine tenus, cantharis, seu scarabeis conveniunt: magnitudine enim, colore, & natura multum inter se dissentiunt. In usus enim medicos sæpe trahuntur *cantharides*, cantharis nunquam. Illas siquidem probat Galenus ad psoras & lepras, & ad vretica sæpe Medici practici salubriter adjiciunt.

des quænam ad usum medicum maxime probẽtur.

Sunt vero putida animalcula, quoniam ex tali materia constituta, inquit Arist. & in multis fruticibus, ut *ligustro*, & in arboribus proceris, ut *fraxino* numerosæ procreantur, aluntur, reperiuntur. Probantur & in frumento inventæ, versicolores, & quæ transversas in alis lineas habent, oblongo corpore.

Quomodo ad eundem præparẽtur.

Aptiores vero sunt, si in vas fictile, aut aliud idoneum injiciantur, cuius os raro linteo subligatum deorsum vertitur, ut excepto halitu aceti quam acerrimi ferventis æstu exanimentur, postea siccantur, & in pyxidibus ligneis, aut vasis vitreis, fictilibusve reponuntur, & per biennium servantur.

Historia.

Parva quantitate nonnunquam medicamentis permiscentur, quæ urinas movent, etiam Galeni consilio, qui integras præscribit *lib. 11. simpl. cap. 41.* Recentiores tamen alas & pedes abjiciunt. Cum nobiles matrona Lutetiæ febre continua rerum æstu, aliisque gravibus comitata symptomatis laboraret, & suæ sanitatis curam Dom. Martino, doctissimo & clarissimo Medico Parisiensi, commisisset, quorundam suasu Riverium aulicum Medicum accersivit; hic mox ubi pulsum ægre contrectavit: *si me*, inquit, *citius vocasset, dragmam unam cantharidum regioni renis magis affecti adhibuissem, & statim convaluisset.* Sicque discedens anxiam reliquit matronam, & Medicum ordinarium, hominis male sani humoribus, moribus, dictis & factis arronitum; qui tantum abest, ut tantam cantharidum catervam, ut ne quidem unam adhibuerit, & sanitati suam ægram restituit. Nam cum cantharis siccissimum levissimumque sit insectum, vix quidem granum unum pendere credibile est. At vero sexaginta cantharidas, tot enim dragma pendet, reni admovere æstuanti, quid nisi carnificium? hæc tamen obiter dicta sunto, non ut homini succenseam, sed ostendam, cantharides vesicæ inimicissimas, & renibus, & partibus iisdem inflammationem inducendo multum adversari; paula tamen quantitate medicamentis aliis mixtas nonnunquam prodesse.

CAP. XXXV.

De Formicis.

NEc formicis adhuc Pharmacopœorum tabernæ destituuntur, è quibus oleum paratur ad receptos utilesque usus commendatum. Partibus enim generationi dicatis justo frigidioribus competit calefaciendis, & ad statum meliorem ac vegetiorem reducendis.

Insectorum autem laboriosissimum, officiosissimumque genus formicarum, quæ non interdiu solum, sed etiam noctibus plena luna laborem exerceant, & eadem semper semita ambulantes, cibaria ad cellas promptuarias deferunt, & in annum recondunt. Animalia non venantur pusilla, ut araneæ, sed reperta & mortua degustant, grana congerunt, & onera morsu gerunt.

Oleum formicarum.

Sunt vero formicæ vel alatæ, è quibus infusis oleum formicarum dictum paratur; vel impennes, quæ frequentiores in locis siccis & minus cultis reperiuntur, quibus visi ægrotantes sanitatem quærunt.

Formica magnitudine vulpis paru.

Est in Indiæ quibusdam regionibus, in quibus aurum effoditur, quoddam formicarum genus, quod magnitudine vulpem æquat. Invenio & quasdam parvulas *Hippomyrmeces*, seu *Equites* dictas, & alias quasdam *Herculaneas*; alias *Solifugas* & *Solipugas*, sed cum Phamacopœus nusquam his opus habeat, pluribus illarum historiam describere nolo.

CAP. XXXVI.

De Serico.

EA nunc gloria datur vestibus bombycinis, quæ olim byssinis, quibus primi seculi reges tantum induebantur, & in Evangelio *Lucæ* 16. legimus, divitem quendam byssо & purpura vestitum. Erat autem byssus *tenuissimi lini genus, proximum ab Asbeto dignitatem, ex quo subtilissimæ fiunt vestes, quæ mulieribus præcipue olim in deliciis erant*, inquit Plinius *l. 1. lib. 19. hist. natural.* qui circa Elim Achaiæ nasci scripsit, Pollux vero in India & Ægypto, Pausanias in Græcia ex arbore, populo haud dissimili, foliis vero salicis. Seu a herba seu arbor, sit *byssus*, nobis est prorsus incognita planta, quæ non solum frondes, sed lanam quoq; tenuissimam profert, quam *Seres* Scythiæ Asiaticæ populi artis nẽdi peritissimi depectunt, & in fila exilia ducunt, ex quibus vestimenta ditioribus dicata conficiuntur, quæ à *Seribus Serica* dicuntur. *Asbetum* vocant, vel lapidem quendam ferrei coloris, in Arcadiæ montibus nascentem, qui semel accensus, extingui non potest; vel linum, aut stamen, ex quo mappæ texuntur, quæ flammam concipiunt quidem, sed non utuntur, cuiusmodi esse dicitur *alumen pumeum, lapis Amiantus* multis dictum.

Byssus qui.

Asbetus.

Apud nos autem nec ejusmodi stirpes byssigeræ, nec vestimenta ex earundem lanugine cõtexta visuntur, sed tantum bombycina, quæ nũc, ut olim *byssina*, *Serica* nuncupantur, & ad eosdem dignitatis non modo gradus, sed præterea medicos usus multos commendantur. Nam apud Pharmacopœos Arabum dogmata secutos, adeo inualuit de bõbycino stamine opinio, ut credant, omnes bombycinum filum, sericum vocant, sanguinem purgare: virtutem vitalem roborare, correcreare, spiritus illustrare, facultates omnes reficere, & spiritibus omnibus opem ferre. Hæc sunt encomia bellissima, quibus Barbari excrementum insecti virosi nobilitarunt. Quia vero liberum est cuique philosophari, & de re qualibet proposita sententiam ferre, ingenue dico, me parvi facere ad medicos usus sericum bombycinum; Est enim siccum animalculi im-

Serici vis secundum Barbaros.

li imperfecti recrementum, inodorum, exuccum, aranearum reribus, aut erucarum telis cognatum, homini sanando ineptissimum & inefficacissimum.

Forsan *Byssinum*, quod ad bombycinum recentiores transtulerunt, vires quasdam habet non temnendas, sed cum nullibi reperiatur, aut ad nos minime deferatur, de illo ne quidem per insomnium Pharmacopolæ loquuntur. Miror autem multum, qua ratione ducti crudum sericum nonnunquam ægrotis exhibeant: *Cocco* quidem tinctum vires quaspam promit eximias, sed mutuatas tantum, & ab infectione *Kermes* acceptas. Proinde mallam ego per se *grana Baphica* præscribere, quam eorum succum inficiendo serico frustra impendere. De hac autem re judicent Apollineæ artis peritiores, qui non nisi, quod ratione est stabilitum, pro lege habent.

Serici quid.

Sunt vero bombyces *animalcula, ex paruis seminibus rotundis & nigricantibus, quæ ova nominant, levi calore fota, animata, & in minutos vermes primum conformata qui frondibus utriusq; mori, sed potissimum albæ contecti & educati, paulo post cum adoleuerint, tenuissima neut stamina, seu filæ sericea ex se mittunt, quibus ad luxum panni pretiosi contexuntur.*

Bombyces qualia animalcula.

Adhuc autem adultiores facti gignunt ex se cucullos & folicula, in quibus sese recondunt, ibiq; post aliquot dies in papillones candidulos abeunt, qui invicem pariunt semina, seu ova parvula, è quibus denuo vermes alii generis eiusdē nascuntur. Hæc autem cum sint etiam pueris & mulieribus notissima, longiorem descriptionem minime postulant.

Felle multorum animalium, jecore & intestinis luporum, cerebellis passerum, testiculis gallorum, & asellis, qui sub vasis aquariis delitescunt, interdum Medici utuntur; sed hæc cum descriptas in Officina nostra compositiones non ingrediantur, fusius describere nostri non est instituti. Sicque tribus libris Medicam materiam breviter, & perspicue divini numinis subsidio fulti perstrinximus, laus, honor, & gloria in omne ævum.

FINIS.



PHARMACOPOEIA CATHOLICA SPECIALIS POST RENODAEVM ET QVERCETANVM, ALIOSQVE HVIVS GENERIS DOCTORES CELEBRES ADORNATA,

Rariſsimiſque experimentis Spagyricis, Compoſitionibus medicamentorum ſelectiſsimis, morborumque appropriatis remediis adaucta

Curâ

IOAN. DANIELIS HORSTII.

TOMVS SECVNDVS.



Francofurti ad Mœnum,
Impenſis Ioannis Godofredi Schönvvetteri,
M. DC. LI.



ISAGOGE.

EOrum, quæ natura rerum genitrix gibbo terræ vel exposuit vel viſceribus incluſit, cum major portio homini inſerviat alendo, aut medicando, nec ſemper liceat, nec quavis hora, dum rei neceſſitas exigit, illius penetralia ſubire, aut cis maria confeſtim exotica ſimplicia perquirere, ju tis rationibus artis Medicæ proceres ſtatuerunt, ut in Pharmacopolijs ad futuros uſus ſelecta medicamenta, tanquam in penu quodam aſſervarentur, perinde ac olim in Æſculapij templo eorundem formulæ à peritioribus magis probatæ & experta deſcribebantur. [*Plinius capite 1. libr. 28. Hippoc. epiſt. ad Abderit. Herophil.*]

Cum enim Medicina ſit donum DEI, & medicamenta Deorum manus, Officina Pharmaceutica, ſi non divitijs, ſaltem dignitate gynæceo quovis eſt præſtantior, in qua, quicquid totus complectitur orbis, quod ſanitati tuendæ, aut reſarciendæ conferre poteſt, tanquam in ſacra pyxide coarctatur. Nihil enim Medicum è pelagi ſinu, aut abyſſi profundo eruitur, nec ab aere quicquam ad imanutat, delabiturque, quo non luxuriet Pharmacopolium. Ex eo ſiquidem tot medicamenta depromuntur, quibus humani corporis hoſtes, morbi, cauſæ, & ſymptomata dimicantur, expugnanturque, ſeu à Dietæ vitio exoriantur, ſeu extrinſecus adveniant; Idque vel à cauſa manifeſta, ut intemperie & ſolutione continui, quibus febres naſcuntur, phlegmone, pterygium, polypus, hepaticis, lienteria, enterocele, œdema, ſcyrrhus, & alii pene iunumeri; vel à cauſa latente, ut peſtis, Indica lues, Hydrophobia.

Porro non ut ubique terrarum, ſic locorum Officina Pharmacopœorum, in qua nempe medicamenta præparantur, reponuntur, & venduntur, extrui recte poteſt, ſed certis in locis, ut melius aſſervantur ipſa; alijs, ut citius ac pluris væneant, utilius erigitur: Minime tamen ferendi ſunt avari Seplaſiarij, qui lucro nimis inhiantes, domum in vico ſordibus conſpurcato, inſalubri, ac pene congeſtitio ſitam, modo emptoribus & ſingulis tranſeuntibus obviam, ſeligunt, in qua medicamenta non conficiunt, ſed inficiunt.

Hæc a. potiſſimum in Officina Pharmacopœorum ſpectanda ſunt, ſitus; inſtrumenta neceſſaria, quibus ſcilic. medicamenta parantur; vaſa, in quibus reponuntur; ſimplicia, quibus conſtant; eorum facultates, & particularis ea medicamenta componendi modus, quæ ad futurarum ægritudinem præcautionem aut curationem aſſervantur. In noſtris vero inſtitutionibus ea ſeligendi, parandi, ut & componendi præcepta generalia dedimus, remediorumque formulas omnes quæ in rem præſentem imperantur, accurate deſcripſimus, nec ad perfectum Pharmacopœum quicquam præterea deſideratur, quam ut his præceptionibus recte inſtitutus, & in cognitione ſimplicium, atq; eorum maxime, quæ de materia medica perveſtigavimus, optimè verſatus, medicamenta in officinis aſſervanda, ut & alia quævis ſolerter componat. Quod in hoc opere ſecundo, juvante Numine, exequi pollicemur, præmiſſis quibuſdam in hac Iſagoge, quæ ad Pharmacopolarum officinam ſpectare videntur.

Cap. I.

De domo & officina Pharmacopœi.

PRima omnium ætate fructus erant homini pro pane, aqua pro vino, & forſan idem alimentum atq; bovi & equo [*Hipp. lib. de veter. med.*] Sed cum illius nutritioni & ſanitati fruges, & quæ ex terra ſponte naſcuntur, minus ſufficerent, ex tritico macerato, à cortice purgato & trito primi patres panem confecerunt, vel potius pultem, qua etiam populus Romanus longo tempore vixiſſe certum eſt [*Auſonius.*] Nauſeante tamen ſtomacho ſuper ejuſmodi cibo, nec ſolo pane contenti, aves quoq; cœperunt guſtare, dein feras piſces q; venari. Sicq; luxuriante paulatim cupedia, vitis cultum & mille alia gulæ irritamenta adinvenerunt, cum *olim communis pecori cibus, atque homini glans*, inquit Auſonius, *communis & utrique domus, arboris umbra.*

Iſto ſiquidem ævo priore, latebræ erant pro ædibus, tecta ſylvarum pro tuguriis, rupes, & loca verrucoſa pro urbibus: atq; longo poſtea tempore, Dardani ſub fimo ſordidas ædes habuerunt, & Baleares in ſaxis concavis, ut adhuc hodie Iadi multi ſuas ædes ex oſtreorum vel teſtudinum teſtis conſtruunt; alij ex arundinibus, aut aliis paluſtribus herbis intertextunt. *Alexand. ab Alex. cap. 24. lib. 5.*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 276 sur 955

Nunc vero, ut hominum mores politiores sunt, & victus lautior, sic singulorum domus dissimili multum materia artificioque extruuntur. Sunt, qui in medio flumine ædificant; alij ad maris litus pro cujusq; arbitrio & voluptate.

Domus vero Pharmacopœi in nullo istorum loco extruenda, sed in urbe potius, quam in oppido, in loco aeri exposito ac lucido quam opaco & umbroso, & in vico emaculato, vel ex se nitido, quam sordibus inquinato.

Si vero satis ampla, excelsaque, ut in horreo, seu parte illius superna, simplicia reponantur, quæ non nisi arido in loco feliciter asservantur; in inferiore, ut in cella vinaria, quę locum udum postulant, ut *sassia & vinum*.

Inter utramq; multa cubicula sunto, vel saltem unum, in quod Pharmacopœus sese recipiat. Subtus vero officina amplissima, quadrata, & lucida, ita tamen, ut neq; Sol medicamenta nimis calefaciendo, liquando, vel siccando noceat, neque ventus vehementius irruens molestus.

In ea duę januæ debent extrui, antica una, quæ foras pateat, ad vestibulum scilicet officinæ; altera, quę det ingressum ad popinam & aulam proximam: in qua Pharmacopœus non modo epulabitur, sed prudens observabit per fenestlā, in intermedio septo structam, quid in officina agatur, quid detur, quid accipiatur. Sic enim velut in excubijs positus advertet in tyrones, ne vel in otio degant, aut minus accurate fideliter exequātur, quib. dominus opus habet.

In alterutro culinæ angulo prope caminum, constituatur velut æstuarium, seu hypocaustum, in quo sacharum, tragemata, & solidæ confectiones, ad tutiorem conservationem reponantur. Etsi loco permiserit amplitudo, proxime taberna quædā posterior extruatur, in qua recōdantur multa semina fructus, atq; illa simplicia, quæ non nisi magna quantitate à Pharmac. solent emi, ut *oriza, pruna, amygdala, mel*, semina quędam, radices, & ligna plurima.

In officina medicamenta potissimum reponantur composita, ut & simplicia quędam, quæ vel rara sunt, & pretiosa, vel quæ non ita rara, sed ad frequentiorem usum expetita, ut *Tamar-Indi passula, glycyrrhiza, polypodium, senna*, &c.

Vt autem Pharmacopolio medicamenta optime disponantur, ab ima ejus parte supernā asseres multi per classes eo ordine collocandi sunt, defixis ad parietes & septum mediū, quo à popina dirimitur, mutulis, aclavis ligneis, ferreisve, ut quædam eorum classis arculas suffulciat minores; alia majores; quædam vasa fictilia; alia vitrea; alia stannea; alia pyxides. Ea tamen prudentia ac sedulitate, ut quæ sunt in usu frequenti & in raro, non in classe eadem collocentur, sed illa in propinquiore, quæ scilicet ad manum sæpe debent esse, hæc in remotiore, quæ videlicet rarius veniunt ad medicos usus.

Singulis vero vasis, ut & sacculis, ad trabes & tigilla suspensis, medicamentorum inclusorum nomina inscribantur, ut citius medicamentum exhibendum seligatur, neve alterum pro altero sumatur.

Cap. II.

De instrumentis officinæ necessariis.

INnumera supellex ex officinę vel utilis tantum, vel prorsus necessaria. Vtilis est, quę raro inservit, vel quæ ad apparatum majorem ornatumve expetitur: cujusmodi sunt multa vasa argentea, quibus ignari quidam apud vulgus gloriam captant. Quod enim doctrina nequeunt, isto luxu externo comparare student, reprehēdunturq; ab Hippocrate *lib. de med.* qui talem ornatum, ac curiosam supellectilem odiosam & illiberalem vocant.

Necessaria est illa supellex, quæ inservit medicamentis, vel *reponendis*, ut vasa multa terrea, vitrea, argentea, stannea, plumbea, cuprea, ænea, syrupis, sapis, eclegmatis electuariis, pulveribus, oleis, ceratis, unguentis destinata, de quibus postea: vel *parandis*, ut pilæ, mortaria, pistilla, lignea, lapidea, aut metallica, spatulæ, cacabi lebetes, pelves, patinę, patellę, frixoria, farragines, limæ, scalpra, cribra, colatoria, torcularia, manicæ, trutinæ, forfices, cultri, marmoreę tabellæ, alembici multiplices, canales refrigeratorii serpentini dicti, infundibula, & alia pleraque, quibus aut raro, aut semel tantum in anno Pharmacopœum uti contingit.

Præter hæc Chymicis peculiaria suppellectilia sunt, quæ facetus quidam fallaciæ, quam Pharmaciæ potius instrumenta vocavit, hoc tamen de abusu, quam de usu dictum volo.

Multorum porro Pharmaceuticæ officinæ instrumentorum appellatio ac forma citius, quam usus specialis agnoscitur; Scalprum enim, limam, malleum, cultrum quilibet facile dignoscit. His vero solum utitur Pharmacopœus, vel ad dentes aprinos radendos, aut ebur vel guaiacum, in scobem attenuanda, atq; ad ea omnia lævigandā, quę attritu pulverari non possunt: reliqui vero artifices ad opera suæ artis industriose peraganda, ut faber ferrarius ad claves effingendas, aurarius ad angulos, monilia aut argentea vasa elegantius formanda: utuntur & omnes malleis, incudibus, forficibus, ad singulorum opus peculiare destinatis.

Cultri autem officinæ necessarii non uniusmodi sunt, sed alij alijs majores sunt, alij oblongi, alij breviores, alij aliter formati. In frequentiore sunt usu oblongi & mucronati, quibus radices raduntur, ac purgantur, lignorum rami minutiores finduntur & herbarum cauliculi scinduntur. Breviores quidam sunt non acuminati, sed obtusi, & dorso seu parte acici opposita valde crassi, quibus sacharum in frusta secatur. Alii breves quidem sunt, sed latissimi, figura lunari, ac his similes, quibus coria sutores dividunt, quibus semina quædam oleagina, & cortices conditæ, quæ pistillo in pulverem attenuari non queunt, minutissime secantur.

Inserviunt etiam glyzyrrhizę in parvula frusta dividendæ, ut confuse accedat ad tragetæ communis confectionem.

Est & alius cultrer omnibus longior, cujus mucro ita reflectitur, ut hamulum efficiat, qui alio hamo in tabula defixo inūcatus, mira vi ligna aut radices dividit, dum altera manu illius manubrium premitur.

Non omnes autem hæ cultrorum differentiæ in omnib. officinis habentur. In multis n. idem; quicera dividit, in culina panem secat, & sæpe napos radit. Vasrum enim ancillarum genus, id sæpe mali molitur officinæ ministris, ut multa furentur ipsæ, vel malitiosæ occultent.

Cap. III.

De Mortariis & pistillis.

INter instrumenta officinæ necessaria, nullum aq; desideratur, nec in usu adeo frequenti est, atque mortarium. Vix n. quicquam apparatur, aut apparatū in usum venit absq; illius ope. Nam cum materia

omnis

omnis medica ex magna parte sit velut rudis quædam ac indigesta moles, quæ raro, imo nunquam talis exhibetur, qualis è sinu naturæ prolilit, multa in mortario tritura dividenda est, ducenda, lævigenda, & cum alijs admiscendis subigenda.

Cum autem illa materia unusmodi non sit, sed varia ac multiplex, varia quoque præparatione eget, non modo, quę sit sola manuum industria, sed etiam instrumentorum adiutu, in quib. non tantum forma conveniens requiritur, & debita magnitudo, sed præterea bonitas materies, à qua medicamentum paratum nonnihil mutuatur. Iccirco pilæ seu mortaria ex varia materia fieri consueverunt, ut ex marmore, achate, alabastro, aut alio lapide, ex stanno, plumbo, ferro ære, in primis Cyprio, quod Cuprenum vocatur, ex vitro, ebore, ut etiam ad ostentationem potius, quam necessitatem, ex argento vel auro.

Sufficit vero unum plumbeum, aut vitreum, ut etiam lapideum, sed ænea debent esse multa, unum valde amplum, his terendis, quæ vel duriora sunt, vel magna quantitate tundenda, accommodatum; unum minimum, *moscho, ambra, Zibetho, bezahardico lapidi*, & aromatis similibus lævigandis idoneum.

Inter utrumq; multa sunt ac multiplicis magnitudinis, ut alia potioni tantum, alia clysteribus, dissolvendis, aut electuariis magna quantitate parandis, inserviant.

Totidem vero pistilla, quot mortaria, & ex consimili materia solent haberi. Plumbeo enim mortario plumbeum pistillum magis aptatur, vitreo vitreum, æneo æneum, ferreum tamen omnibus metallicis etiam convenit, ut ligneum semper lapideis, ut & alijs, in quibus herbę recentes tundendæ recipiuntur. Dum arida teruntur, mortarium papyro, vel corio simplici, vel interdum duplici tegendum, ne vel pulvis tenuior foras evolet, ac pereat, vel molestę nares tundentis feriat.

Ad multa terenda minutissime tabula marmorea, seu lapis porphyrius vulgo dictus, mortarij vicem gerit, ut modulo pistilli, quibus margaritæ & lapilli pretiosi tenuissime levigantur, superaffusa pauca *rosarum aqua*, aut alia, pro Medici scopo.

Cap. IV.

De spatulis & cochlearibus.

SPatulæ & cochlearia sunt veluti secundæ Pharmacopœorum manus, quibus dum medicamenta in mortario terunt, vel patinis incoquunt, subinde versant, ut æquabilis fiat omnium partium pulveratio & coctio, atque ex ipsis medicamenta apparata in vasa recondunt, & ipsidem usus tempore eximunt. Dicuntur spatulæ, *quod latera paxillatissimæ sint, instar ipsum scapularum, quæ à Barbaro spatulæ nominantur.*

Est autem omnium spatularum figura ferme eadem, triquetra nempe ac oblonga; sed materia diversa. Quædam enim sunt ex argento, ut parvulæ, quibus uti solent chirurgi multi, aliæ ex ligno, ut palmę ramo, cujusmodi ea est rudicula, qua emplastrum palmeum versatur, inter coquendum; aliæ ex ferro, ut reliquę fere omnes, vel magnæ, vel minores, quibus Pharmacopœi medicamenta molliuscula, ut *mel, axungiam hybernum*, electuaria liquida, & similes confectiones attingunt.

Cochlearia ex ferro & orichalco ut plurimum cuduntur ad offiendam, ex argento ad mensas. Ligno quoque cavantur ad usus rusticorum, & tenuioris cuiusq; hominum, maxime in oppido degentium. Parvula adhuc fiunt ex ebore & cornu, ut quæ minutis speciebus, & quibusvis pulveribus inserviunt assumendis, & ad triturnam committendis. Quædam præterea in multorum culmis sunt magna & foraminulenta, quibus spumæ detrahuntur. Lignea vero & argentea in officinis sæpius expetuntur. Non item vitrea, quod facile fragantur, nec ferrea, quod cito rubiginem, ut ærea æruginem contrahant; quibus tamen uti nihil vetat, modo officinæ ministri sedulo caveant, ne sordida diutius asserventur, sed statim, ubi inquinata fuere, diligenter abstergantur.

Cap. V.

De Ahenis, & aliis quibusdam vasis metallicis.

AHenum & caeabum multi pro eodem usurpant, sed proprie ahenum *vas est, ex ære ductum profundum, operculatum, atq; altera parte ansam habens, qua manibus teneri soleat, & pro arbitrio claudi vel aperiri.* Inservit, ut plurimum aquæ elixandæ, quæ vel sola bibitur, vel vino permiscetur.

Ad eosdem usus, divites, quibus tuendæ sanitatis, & sępe vanitatis magna cura est, habent ejusmodi formę vasa argentea, ut aqua cocta minus nidorulenta sit, nec ullo modo cuprum redoleat.

Patina *vas est aliud æneum, multo latius & amplius, in quo medicamenta simplicia coquuntur, composita parantur, fructus conduntur.* Huic confixæ sunt velut aures duæ, seu ansę, utrinq; una, ut igni adhiberi, & ab eo removeri possit facilius. Super ferreo instrumento tripode ad ignem apponitur, suppositis primis ardentibus, ut incalescat, & contentus liquor ferveat.

Patinæ vas aliud est affine, æneum & parvum, attamen patulum, quod per diminutionem *patella* dicitur, cui velut caudex longus, seu manubrium ferreum configitur, ut commodius imponatur igni, & alterutra manu absq; noxa seu ustione teneatur.

In ea coqui solent medicamenta, quę parva quantitate desiderantur, ut dosis una vel duæ, medicamentorum, ut parvum quoddam electuarium tabulatum, ut zulapium rosaceum, & similia.

Sartago aliud patellæ genus est, valde patulum, ferreum, ac in longum appendice protensa caudatum, quo in culina, carnes friguntur, in Pharmacopolio multa semina, *ut coriandrum cum aceto*, ad illius cujusdam qualitatis caltigationem, *ut milium cum vino*, aut alio liquore parti cuipiam admovendum.

Caeabum Latini cum Græcis *lebetem* nominant, Barbari Caldarium, aliud quoddam vas æneum, *quod crematio ansa prehendum supra focum pendet, ut quicquid in ejus concavo recipitur, ebulliat, & coquatur.* Popinaria autem cum sint hęc dicta vasa, ut & ollę multæ figulinę, in his describendis nolo diutius immorari, cum ea facile dignoscat Pharmacopœus, qui his sæpissime utitur ad decocta simplicium paranda; & gelatinę, syruporum, unguentorum, aliarumq; multarum confectionum præparationem.

Cap. VI.

De Torcularibus & prælis.

SVa sunt & Pharmacopœis parva quædam torcularia, quib. in officinis succis & olea quasi torquendo, exprimunt: Prela tamen magis proprie dici videntur, vel quod humore profluente prę̃muntur, seu

madefiant, vel materiam, ex qua sunt educendi succi, validissime premant. Fit vero prælum ejusmodi ex duabus brevibus trabiculis, magnitudine & forma similibus, quarum singulæ foramina duo habent ita affabre excavata, ut intro sint velut intculpti circuli in seipsos non recurrentes instar spirarum, quibus introducuntur duæ cochleæ, quę dum extrorsum vertuntur, trabeculas abducunt, aperiuntque, cum introrsum, adducunt & claudunt, atque materiam interpositam premunt, & succum exprimunt, vel aqueum, vel oleosum.

Proinde præla duo debent in officinis haberi; unum, quod succis aqueis inserviat experimendis ex fructibus & virentibus herbis; alterum, quod oleis ex olivis, & alijs pinguibus.

Quæ autem exprimenda sunt, antequam prælo subijciantur, vel coctione, vel tritura apparanda sunt. *Coctione*; ut carnes, à quibus succus exprimendus est, qui solet ęgrotis longo morbo attenuatis exhiberi. *Tritura*, ut ligna quædam oleagina, fructus & semina multa. Ne vero diffluant aut dissiliant exprimenda, quodam sacco debent includi, aut forti panno involvi, ut cannabino, aut setaceo, ut validior fiat compressus, & substantia tenuior à crassiore & sicciore facilius, ac tota separetur. Sic oleum amygdalinum dulce, vel amarum educitur; Sic lentiscinum, balaninum, & quod è nucibus, vel nucleis persicis, vel semine lini, aut vicini exprimitur, ut pluribus postea demonstrabimus.

Cap. VII.

De cribris & interniculis.

IAm vetus hæc increbuit apud Pharmacopœos consuetudo, cribra vocitare ea instrumenta, quib. purior ac tenuior tritorum medicamentorum portio à crassiore separatur. Licentiosa tamen nimis est, ac abusiva vocabuli enunciatio, cum cribra vix Pharmacopœorum, sed rusticorum instrumenta sint ex pellibus, ut plurimum, arietinis, crebris foraminibus pervia, quibus frumenta purgantur, unde & frumentaria solita nuncupari.

Sunt & alia cribra, è crinibus equorum in telę modum contexta, farinę à furfuribus secernendę gratia, excogitata, farinaria ob id à pistoribus dicta, quibus nonnunquam utuntur aromatarij, ad pulveres cernendos, & medullam prunorum vel cassiæ fistularis ab acinis repurgandam, atq; ab ipsis *Subcernicula setacea* vocantur, & aliquando excussoria incernicula, quod inter manus agitata pollinem, seu pulverem tenuem excutiant. Fiunt interdum ex ligno, ut cortice tiliaceo, in fibras tenues & longas discerptos, & cancellatim connexo, ad pulverem crassiusculę tritorum cribrationem.

Sunt autem communia multis dicta cribra incernicula, sed aliud quoddam peculiare relinquitur aromatarijs, industrioso magis contextum artificio, quod *Tamisium* vulgus Pharmacopolarum nominat. Fit vero interdum ex tela equina, sępe ex syndone, seu linteo tenui, vel panno sericeo, & inferne ac superne operculo exemptili, ex pelle arietina clauso, ut pulvis superiore capsula exceptus arceatur, nec inter excutiendum evolet, sed per intermediam telam traiiciatur, & sine ulla jactura descendat in inferiorem.

Ex his alia alijs minora sunt, pretiosis pulveribus cernendis magis idonea, quę manibus tantum mollissime versantur, ut sine violentia solus pulvis tenuior descendat. Alias non nisi numeroso percussu mensam aut abacum Pharmacarium succutiantur.

Aliud quoque frequenti est in usu, forma pyxidis ligneæ grandiusculę, in cujus medio tela quædam intenditur, per quā excepti pulveres superne transmittuntur inferius, super posito cum pulveribus pondere quodam stanneo, aut argenteo, ut id suo motu & gravitate, dum excussorium incernículum una tantum manu in corpus aliquod solidum, ut abacum, impellitur, pulverum trajectionem breviorem reddat, ac faciliorem.

Omnia porro cribra & incernicula, dum siccis rebus cernendis inserviunt, moventur, versantur, impelluntur, agitantur; dum humidis, quiescunt, ac immota manent, sed juvatur rerum cernendarum trajectio, cochleari, aut spatula: quo modo pulpa *Tamar indorum*, *cassiæ*, aut *prunorum* transmittitur, ut & radices & herbæ ad putrilaginem coctæ ad cataplasmatum confecturam.

Cap. VIII.

De Colatoriis.

NEc carere quoq; debet officina colatorijs multis, setaceis, lineis, cannabinis, laneis & stamineis vocatis, quorū alia rara sunt, alia densa, alia inter ambo media. Et quædam nova, alia pene detrita. Illa tamen frequentiore sunt in usu, quod compressu validiore, totus succus rei colandæ, absque telæ crepatura traiiciatur.

At vero pro diversa succorum consistentia modo hæc, modo illa sumuntur. Quæ ex se tenuia sunt; denso colo egent, ut quicquid inest sordium non transmeet, sed tantū succi pars tenuior. Quæ crassa sunt ac lenta, vix nisi colo raro traiici possunt. Quæ media sunt, mediocris texturæ colatoria postulant.

Tria vero postulant crassa & viscida; ut probe colentur, ut humore ampliore diluantur, ut colo rariore, ac novo traiiciantur, & ante colaturam calefiant diutius: Sic enim illorum densitate magis rarefacta, multo facilius transmeant. Et multa vix nisi calidissima percolantur; alia facile etiam frigida: quædam tepida tantū; & nonnulla colatura tantum egent unica; quędam duabus, alia pluribus, ut perfecte clarescant. Prima quidem in colo raro: secunda, in denso: tertia, in magis compacto, ut sordes omnis transitu prohibeatur. Quæ consistentiam habent valde liquidam, etiam si bis; aut ter colanda sint, eodem panno traduci queunt.

Inter colatoria numerantur lanea quædam cola oblonga, ac figura pyramidis, vel potius cuculli formata, quæ *caligas* vel *Manicas Hippocratis* appellant, quibus vinum hippocraticum vulgo dictum, ter quaterq; colatur, donec clarum evaserit. Inservium adhuc melicrato, gelatinis & decoctis pluribus percolandis, ut res quædam extranea, si quæ forsan admixta sit, per istam trajectionem separetur, ac liquor tantum syncerus remaneat, ut in nostris Institutionibus demonstravimus.

Cap. IX.

De Fornacibus.

FOrnacum aliæ decoctionib. tantum inserviunt, excipiuntq; cacabos, patinas, ahena, & alia vasa, in quibus simplicia coquuntur, parantur, & componuntur;

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 279 sur 955

nuntur, Aliæ destillationibus & cucurbitas, retortas, vesicas, ollas, & alia vasa excipiunt, his accomodata destillationibus, quæ vel per ascensum vel per descensum suscipiuntur.

Quæ decoquendis medicamentis inserviunt, non sunt omnium modi: Aliæ enim portatiles sunt rotundæ, ex ferro vel fuso, vel cusso factæ. Quæq; ut inferne tribus validis pedibus innituntur, sic superne tribus velut auriculis oblongatis, ac extra fornacis labra prominentibus exasperantur, quibus vasa calefaciendo superponuntur.

Pars illarum suprema patula est, ac instar mortarii cujusdam hians, in qua carbones immittuntur, suppolita crate, aut trabeculis ferreis, quę cineres delabi sinunt in inferiorem camerã, ex qua per januam altera ejus parte structam, postea eximuntur. Aliæ ex argilla & lateribus extruuntur, fere quadratę, fixę, ac immobiles, nec pedibus ullis fulcitæ, intus vero prioribus non multum dissimiles.

Quæ destillationib. inserviunt, seu materiam, ex qua fiunt, seu formam spectemus, multifariam quoque extruuntur. Aliæ enim ex ferro, aliæ ex argilla vulgari, lateribus, & alijs rebus multis, quæ structuram connectunt, & firmant. Præterea, aliæ rotundę sunt, ut metallicę ansas utrinq; habentes, ut circumferri possint; aliæ quadrilateræ, pentagonæ, multiformes, fixę ac immobiles, in quibus tria locumenta extruuntur infernum, supernum, medium.

Infernum, quod cineres excipiat, *cineritium*, & usitato Chymicis nomine, *conisterium* appellant, in quo janua adaperitur, per quam accensi carbones aeris ingressu ventilantur, pabulum igni suppeditatur & cineres eximuntur. Media fornacis regio, in qua ignis fovetur, craticula quædam à conisterio divisa, focus à recentioribus vocatur. In ea siquidem caloris fomes continentur, arceturque, ut supra positum vas calefiat in superna nempe fornacis camera, quæ pro varia excipiendi vasis magnitudine & figura varie formatur, juxtaq; eam partem tubi fumarii, seu vẽtilia quędã constituũtur, per quę fumus exit. Fornacis usitatissimæ descriptio tradita Institutionibus.

Vt autem varia, sic elegans fornacum multarum, quæ destillationib. dicatæ sunt, constructio. Quædam enim sunt turritæ, testudineatæ & simplices, quæ vas tantum unicum suffulciunt, aliæ industrioso multum artificio structæ & multiplices, ut quę quinque vel plurib. turriculis assurgunt, quarum singulæ sum; ac peculiare vas admittunt, ut una vas aliquod aqua calida plenum ad distillationem per balneum Mariæ, alia cinerem, alia arenam, alia aliam materiam pro diverso operantis scopo. Tot vero fornacibus Pharmacopolium obruere, non æquum putamus, cum medicamentis potius, quam similibus instrumentis præstet impleri.

De *Glauberi* vero *Furno Philosophico* quid statuendum? Non de nihilo est, quod diligens ille vir proponit. In multis enim addendum puto, in multis demendum, nec omnia, me judice, ad literam intelligenda, cum pro more actis intricata quædam inserantur. Quo ad modum destillandi spiritus nulli secundus est. Legatur penitius lectione dignus.

Cap. X.

De Alembicis & Cucurbitis.

ALembici latior acceptio multa complectitur: cucurbitas nempe, retortas, ollas vitreas, & instrumentum quoddam cupreum ac tripes triplici instructum camera, in quarum infima cineres excipiuntur, in media prunæ ardentes, in superiore Boccia admittitur, capitello operta rostrato, coniforme, & aliquando rotundo cum refrigeratorio, instar parvæ cupæ efformato, ut copiosiorem aquæ quantitatem continere valeat, quę dum paulo vehementius incaluit, per epistomium in ejus parte declivi situm effunditur, & alia denuo frigida scilicet affunditur.

Angustior vero illius significatio destillatorium tantum quoddam vas rostratum, ac alteri junctum vali, quod superna parte fornacis admittitur, enunciat. Cujusmodi sunt alembici vulgares plumbei, vel cuprei, itanno intus obducti, vel vitrei, aut figulini, conformes seu in parte superna acuminati, in interiore lati campanarum instar, unde & Campanæ subinde nominantur; nonnulli tamen capitati sunt & rotundi, & sæpe vase quodam refrigeratorio dicto obvallati, & modo capitella, modo pilei vocantur: quia ut caput pileo tegitur, sic alembico conceptaculum, seu vas illud materiam destillandam continens, quod pro varia figura variam appellationem sortitur. Quoddam enim dicitur *Boccia*, aliud *cucurbita*, aliud *vesica*, *matracium*, *olla*, *matula*, alia aliter nominantur.

Campana igitur vel sola, vel conceptaculo inserta *alembicus* vocatur, cujus duæ præcipuæ differentiæ dantur: unus enim rostratus est, qui scilicet ex se longum canalem instar promuscidis propendentem emittit, per quem vapores condensati delabuntur in subjectum vas seu excipulum; alter hoc tubo caret, & cæcus nuncupatur, estq; *Spagyricorũ* proprius, à quibus usurpatur ad sublimandum, ut rostratus ad destillandum, cujus prominens tubus sæpe adeo longus est, ut per medium dolium frigida plenum trajiciatur, ad aquę prolectatæ, ac delabentis majorem concretionem & contemperationem.

In multis rostrum flexuosum est, instar serpentis, à quo nomen habet, convenitque maxime aquæ vitæ destillandæ, quæ vulgo *aqua vitæ*, & à Chymistis nonnullis *Elixir vitæ* nominatur.

Varia quoq; est conceptaculorum magnitudo, ut & figura: quædam enim amplissima sunt & ventricosa, ut loquuntur, alia tam parva, ut nucem juglandem mediocrem non excedant, quæ scilicet Chymicis operibus destinantur, alia mediocria, & quædam recta sunt, *ut ampullæ*, *vesicæ*, *ollæ*, *matulæ*, *seu cucurbitæ minores*, sc. separatorię, ac rectę; alia inflexa, ut *Retortæ*; *Boccię quædam inflexæ*, & quæ *Cornumusæ* vocantur.

Rectis ea destillantur, quæ facile in altum sublevantur, ut radices, semina, folia, flores, aromata; Obliquis, quę difficilius attolluntur, ut resinæ, lacrymæ, pinguedines, & gummi.

Cap. XI.

De Mensis & abaco officinæ necessariis.

NVlla est adeo tenuis supellex, vel tam inops tugurium, in quo mensa quædam ad epulandum, aut aliud quippiam agendum non inveniatur. Non enim semper omnis mensa dapibus, sed alijs operibus multis inservit, ut in officina simplicibus excipiendis, seligendis, cernendis, parandis, mensurandis, ordine disponendis, antequam veniant in compositionem.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 280 sur 955

Proinde cum solennis ac magna quædam compositio paranda est, *ut Theriaca, Mithridatium, aurea Alexandrina*, mensa quædam longior, non in loco communi, ut officina, sed in cubiculo quodam idoneo præparanda, ut liberius singula simplicia Pharmacopœus seligat, accuratius ponderet, tutius custodiat, & exactius miscеat ac componat.

Abacus vero nummularius unus, aut alter in Pharmacopolio perpetuo maneat, ad multa valde necessarius. Superponuntur enim fere cuncta, quæ emuntur aut venduntur, mensurantur aut trutinantur, parvo mortario teruntur, aut forficibus dividuntur, vel integra exhibentur.

Forma ejus quadrilatera est, in antica parte multas exemptiles capsulas habens, & velut locumenta, in quibus pleraq; semina includuntur, & ad rei exigentias asservantur: In altera parte subsellium versus, cui solet Pharmacopœus insidere, aliquot arculas majusculas, seris ferreis obfirmatas, in quibus medicamenta quædam pretiosa continentur.

In parte vero superna hiat rima quædam seu scissura, qua datur aditus in cistulam subjectam, in quam numni ex labore quotidiano lucrati & accepti demittuntur.

Supra abacum pendet instrumentum quoddam trabeculis confixum literæ T. inversæ, non multum dissimile, in cujus ima parte clavi lignei vel ferrei configuntur, in quibus lances diversæ magnitudinis, forfices, spatulæ, & alia quædam instrumenta suspenduntur, quæ ut ad manum sæpe esse debent, sic cito oculis obiciuntur.

Præter mensas ligneas tabulæ quædam marmoreæ, vel Porphyreticæ in officinis habentur, cum similis materiæ modulis, quibus margaritæ & lapilli pretiosi lævigantur, ut *libr. 2. cap. de tritura* notavimus.

Ad suffulciendum majores pilas, seu mortario in officina rectum stat quoddam parvum velut statumen, aut truncus brevis, cui ad ornatum varię imagines insculptæ sæpe visuntur.

Cap. XII.

De arculis, pyxidibus, & aliis officinæ vasis.

OMnia Pharmacopoliorum vasa medicamentis inserviunt vel paranda, de quibus a, unde *supra*; vel reponendis, de quibus nunc agendum. Ea autem sunt lagenæ, lecythi, oliæ, capruncula, urceoli, arculæ, & pixides.

Lagenæ omnibus notæ, aut vitreæ sunt, aut fictiles, in quibus aquæ destillatę reponuntur, quę imum in Pharmacopolio locum solent occupare, quod aquæ ipsis contentæ ceteris medicamentis graviores sint, & maxima quantitate serventur. Adveniente vero hyemis rigiditate, cum aquæ facile concrescant, ut à gelu tutæ sint, lagenæ in cella vinaria reconduntur, donec frigoris sævitia defierit.

Lecythi reponendis oleis dicantur, suntq; nonnunquam figulini, sed frequentius & utilius stannei, & operculo obducti, ut ad nutum claudi valeant & aperiri. In ipsis olea per infusionem parata convenientissime reponuntur & servantur.

Ollarum magnus est in officinis numerus, quarum major portio ex stanno est, nonnullæ ex terra figulina, & pauce quædam ex plumbo. Inserviunt unguentis recondendis, & secure conservandis.

Capruncula fictilia sunt omnia, intus candore lævoque nitentia, altera tantum parte ansam, qua manu teneri queant; altera tubum habentia, quo liquorem admissum effundant. Os vero admodum superne patulum habent, ut commodius ipse liquor affundatur. Multis coloribus variegatis diversisq; figuris exornantur, & syrupis reponendis, actuto conservandis destinantur.

Præter ista vasa, alia quædam admodum parva, urceolorum instar, habentur, vitrea ac fictilia, in quibus pulveres cordiales vulgo dicti custodiuntur, peculiaremque in officina locum, ac artificio quodam magis exornatum tenent.

Sunt & alia parva quædam stannea, operculata, in quibus variæ pilularum massæ cortio singulo involutæ reponuntur.

Lignea quoq; vasa sunt quædam ad medicamentorum repositiones, ut sportæ, arculæ, pyxides. Sportæ ex ramulis vimineis, vel junceis contextæ, fructibus multis reponendis dicantur; fercq; in taberna reconduntur posteriore, aut altero officinæ angulo. Cum tamen parvæ sunt ad hujus contignationem sæpius suspenduntur.

Arculę quadrilateræ sunt ex quinq; tenuibus & brevibus asserculis præter operculum affabre junctis constructæ, quibus reponuntur cortices, ligna, fungi, flores, tabellę, ossa, cornua, ungues, & ceteræ partes animalium.

Pyxides rotundę sunt, & profundæ, atque vel torno, ut olim, vel lato ac tenui asserculo in circulum adducto, ut nunc formam teretem assecutæ, in quibus succi sicci, lacrymę, gummi, mineralia, & radices quędam exsiccatæ includuntur.

Arcularum & pyxidum pars illa anterior, quæ Officinę vestibulū spectat, variis imaginibus, ut cercopithecis, sagittarijs, anseribus loricatis, & similibus picturis exornatur, relicta tantum parte, in qua medicamenta intus contenta, literis vel aurei, ut sæpe fit, vel quibuslibet designantur.

Stirpes aridæ modo in arculis, modo in sacculis inclusis asservantur, ut & radices multæ, præsertim tenues; nam crassiores filo traijciuntur, ac sic suspensæ optime arescunt & custodiuntur.

Sic videor omnium Officinæ supellectilium descriptionem & usum paucis dedisse, quæ si quis omnia ob fortunæ tenuitatem habere non queat, saltem magis necessaria habere debet.

Cap. XIII.

De simplicibus, vel integris, vel eorum partibus, in Pharmacopolio servandis.

DEfiniri vix potest certus simplicium numerus, quibus Pharmacopola nunnunquam opus habet. Cum enim omnia fata, genitaque, vel versus, quæcunq; homo calcare, contractareq; potest, in illius subsidium dirigi possint, qui brevi quodam catalogo totam complecti materiam medicam tentant, simile quid his aggrediuntur, qui universi vastitatem parva quadam tabella depingunt. Nicolaus quidem Præpositus, *inutio sui antidotarii*, pluribus captibus simplicia multa recensuit, quibus munitus, ut cum eo loquar, Pharmacopœus esse debet, sed qui ne procul dubio, centesimam eorum, quæ medicis usibus inserviunt, partem attigerit. Nam tellus quęvis medicamentum quodvis non protulit, sed totam illa quędam Nicolao nota; hæc alia, quæ neccipse vidit, nec eorum unquam fecit periculum. Et

quot-

quotidie ex India, & regionibus advenis aliquot simplicia advehuntur nostratibus invisa, & prorsus incognita.

Vtut sit, onerosum nimis videtur, ac superfluum omnia simplicia, quorum usus celebratur, recensere, & singulorum nomen & faciem describere, cum primæ notæ Medici, qui ea in re desudarunt, animum etiam tyronum non ita expleverè, quine eorum multi, multa vel oblita esse, vel superflue dicta confiteantur. Sed valeant isti sycophantæ, quibus ne quidem Iupiter placet, nostrumque institutum persequamur, ac præcipua quædam simplicia, quæ in Officinis debent asservari, recenseamus.

Ea autem in usum veniunt, vel adhuc viridia, vel jam sicca. Viridia partim vicinum rus, partim hortos aliquis suppeditat, & cum usus exigit, ex alterutro loco depromovenda, ut hortensia ex hortis, sylvestria ex sylvis, & alijs locis agrestibus & incultis. Quocirca, & inutile foret, omnes herbas virides, quas quotidianus postulat usus, ad Pharmacopolium deducere, sic superfluum, his omnibus Pharmacopœum muniri; Cum sat illi sit, opportuno tempore pauca quædam habere, quæ rei exigenti satisfaciant.

Acervus enim stirpium viridium diutius asservatarum putrescit, & copia & qualitate non parũ obest. Vnde prudenter Pharmacopœi virides herbas pro hebdomada tantum dimidia, vel integra colligunt, aut emunt. Imprudentis enim esse hominis officinam onerare *malvis, violis, mercuriali utraque, branchursina, parietaria, fumaria, endivia, taraxaco, portulaca, borragine, hyosciamo*, & alijs innumeris, quę tantum virescentes usurpantur, & parva quantitate colliguntur. Proinde eas sicculis includi, vel arculis, aut pyxidibus reponi ridiculum foret, cum facile ex hortis aut rure, cum tempus postulat, aut res, depromivaleant, aut alia quædam pro Medici prudentia & consilio substitui.

Sicca igitur tantum servantur, ut inter radices, quinq; aperientes, & aliæ multæ alterantes, & purgatoriæ, *ut radices cyperi, angelicæ, enulæ campanæ, graminis, glycyrrhizæ, rubiæ majoris, tormentillæ, bistortæ, omnes gentianæ, pœoniæ, tridis, acori, galangæ, zinziberis, folami aromatici, aristolochiæ utriusque, azari, cyclaminis, dictamni, pyrethri, caryophillatæ, peucedani, osmundæ regalis, filicis, Scrophulariæ, eryngii, Satyrionum, bugloßi, oxylapathi, chynæ, sarsaparillæ, altheæ, scillæ, alliorum, consolidæ majoris, bryoniæ, mechoacanæ, turpethi, polypodii, rhapontici, hermodactylorum, rhabarbari, ebuli, tapsiæ, elleborique utriusque* & aliæ multę minus usitatę, præter eas, quæ adhuc virescentes usurpantur.

Inter caules & folia potissimum servantur *absynthiũ utrumque, menta, balsamita, abrotonum, chamædris, chamæpythis, hyssopus, calamentum, nepeta, marrubium, pulegium, satureia, thymus, origanum, anethum, ruta, lavendula, majorana, ozymum, serpillum, horminum, scordium, chamæmelum, melilotus, centaurium minus, dictamnus cretæ, cruciata, cimbalaria, hypericum, centinodia betonica, melissa, rosmarinus, clematitis, veronica utraque, verbena, althea, petum, tapsus barbatus, salvia, stœchas, tamariscus, matricaria, polium, folia sennæ, laurcola & lauri.*

Pauci admodum flores servantur, quod eorum facultas vix perduret. Maxime autem tres cordiales vulgo dicti, ut etiam flores *rosarum, granatorum, salviæ, anthos, chamæmeli, melilloti, genestæ, aurantiorum, cedri, siæ, hados, keiri, jasmini, tunicis, betonicæ, hypericonis, nenupharis, & croci.*

Semina necessaria sunt, quatuor frigida majora; & totidem minora, *semen althææ, atriplicis, raphani, berberis, plantaginis, citoniorum psyllii, lini, fœnugræci, cumini, anethi, anisi, fœniculi, coriandri, agni casti, ameos, bardanæ, carthami, ebuli, ricini, petroselini, apii, ruscì, asparagini, milij solis, nigellæ, papaveris, ozymi, portulacæ, pastinacæ, dauci, angelicæ, sinapi, nasturtij, thlaspi, seseleos, levistici, erucæ, grana, alkekengi, lauri, hederæ, juniperi, cubebæ, cardamomum, & piperis omnes species.*

Fructus quoq; multi in Officinis habendi sunt, *ut amygdala dulces, & amaræ, avellanæ, nuces, arantia, mala citria, poma fragrãtia, curripendula, colocynthis, sorbæ, cornæ, pruna, dactyli, mora omnia, ficus, mala, granata, jujubæ, gallæ, olivæ, capparis, nuces cupressi, glandes, tamarindi, myrobalani, persica cerasa passula, pistacia, sebesten, anacardi, poma mandragoræ & pini, & siliquæ casiæ.*

Cortices, vel ex radicibus plantarum exuuntur, ut cortex *capparis*; vel ex trunco *ut cinnamomum*; vel ex fructibus, *ut arantiæ, granatis, citrijs*, & similibus. Paucæ autem servantur, quia facile dum usus postulat, ex fructibus aut radicibus ipsis possunt haberi.

Gummi multa necessaria sunt, *ut ammoniacum, galbanum, serapinum, bdellium, opoponax, asa utraque, resina, colophonia, tragacanthum, storax, gummi cedri, hederæ, cerasi, pruni, juniperi, gummielemi vulgo dictum, Arabicum, mastiche, lacca, myrrha, thus*, ut & aliæ quędam lacrymæ, tam resinosę, *ut terebinthina, laricea, abietina*, quam gummosæ, *ut bdellium, cancamum.*

Cæteri succi quidam servantur, vel adhuc liquidi & lagenis excepti, superfuso oleo, *ut succus limonum, Ribes, berberis*, vel *siccati, ut glyzirrhizæ, succus, ut Opium, Acatia, Elaterium, Aloe, Scammonium.*

Asservantur quoq; plures aquæ, destillatæ, quam quæ à Nicolao recensentur; Dici enim vix potest, quot, & quam variæ, tam simplices, quam compositæ, hunc in Officinis destillentur, non modo ex stirpibus, sed etiam ex animalibus, vel integris, vel eorum partibus.

Maxime vero celebratur usus aquarum cordialium, *ut scabiosæ, morsus, cardui, ulmariæ, bugloßi, borraginis, oxytriphilli, rosarum, calendulæ, acetosæ, scordy, & refrigerantium, ut endiviæ, cichorij, nenupharis, portulacæ, plantaginis, solanæ, lactucæ*, ut & aliæ quędam, quæ caput, vel pulmonem, vel renes, aut aliam partem respiciunt, cujusmodi sunt aquæ *betonicæ, melissæ, euphrasiæ, veronicæ, tussilaginis, hepaticæ, agrimonii, scolopendrii, tamarisci, pimpinellæ, rhaphani, saxifragæ, parietariæ, hyssopi, artemisiæ*, &c.

Cap. XIV.

De Mineralibus & Metallis in Officina servandis.

Æque errant, qui à medicamentorum censu mineralia prorsus ablegant, & qui sola ad morborum omnium expugnationem usurpant: Morbis enim ut omnibus vix conferre, sic multis aliquando prodesse certũ est; Nam ex mineralib. omne medicamentorũ genus habemus, alterantiũ, roborantiũ, & catharticorum. Alterat *calx, lithargyrus, vitriolum*, roborat *hyacinthus, terra Lemnia, smaragdus*; purgat *lapis cyaneus, Stibium & Mercurius.* Ipsis quoque metallis vim inesse eximiam, præter virorum probatissimorum testimonia, effectus comprobat, *Aurum* enim in bracteolas redactum, & cum alijs ido-

idoneis medicamentis sumptum, multis affectibus medetur, [*Avicenna*] præsertim melancholicis, atque his omnibus, in quibus facultates roborandæ sunt, ac spiritus exhilarandi, unde scobs illius ditioribus nonnunquam exhibetur, vel cardiacę confectiones, quę ejus bracteolas excipiunt, ut *aurea Alexandrina, Confectio alkermes, & Electuarium de gemmis.*

Primum autem locum inter metalla tenet *aurum*, dein *argentum*, tum *æs*, *stannum*, *plumbum & ferrum*. Septimum addiderunt nonnulli, nempe, *mercurium*, qui tamen potentia, quam actu potius metallum est. Mineralia vero pene innumera sunt, ut terræ multę species, inter quas *Lemnia* primas tenet, dein *bolus orientalis*, postea *terra Eretbria, Selinusia, Samia, Synopica, Ochra*, & quę ex pluribus fodinis ac terrę visceribus eruuntur, ut *sales fossiles gypsum, talchum, misi, sory, minium, calx, vitriolum, chrysocolla, auripigmentum, alumen, sulphur, crystallus, stybium*, & quæ vel metallis adnascuntur, vel ex fornacibus, in quibus liquantur, colliguntur, ut *flos æris, cadmia, ceruſa, squama æris, plumbago, pompholix, spodium, lithargyrus, diphriges.*

Inter Mineralia quoque plurimum celebrantur lapides multi, tum ob vires eximias, tum ob pulchritudinem, pretiosi dicti, ut *Saphyrus, Rubinus, Carbunculus, Smaragdus, Hyacinthus, Granatus, Topassius, Beryllus, Achates, Sarda, Carchedonius, Hæmatites, Iaspis, Selenites, Magnes, Pumex, Alumen.* Quibus adduntur ea, quę ex mari & aquis desumuntur, ut *umbra odorata, sal marinus, alcyonium, bitumen, corallium, succinum, gagates, antalium, dentalium, coralina, spongia*, aliaq; nonnulla, quę, quod medicam vim habeant imbecilliorem, omittuntur.

Cap. XV.

De Animalibus, aut eorum partibus in Pharmacopolio servandis.

ANimalia nos vel incolumes alunt, vel morbidos sanant, vel utroque in statu induunt, aut alio modo seu viventia, seu interempta, in nostrum veniunt emolumentum, ut cum his integris, vel eorum partibus aut excrementis, ad multorum morborum utimur curationem, aut corporis nutricatum, & virium instaurationem: *Moschus* enim & *zibethum*, licet excrementa sint, cordi tamen & spiritibus roborandis mirum in modum conferunt.

Integra solent usurpari insecta, ut *cantharides, aselli, vermes, lacerta, formicæ, viperæ, scorpiones, ranæ, cancri, hirundines*, & quędam aviculę.

Partes animalium multæ sunt medicis viribus insignitæ, ut *os cranii humani insepulti*, & *de corde cervi, cerebella passerum, & leporum, dentes apri*, & *Elephantis, cor ranarum, pulmo vulpis, jecur hirci, intestina, lupi, testiculi castoris, & gallorum, vesica suis, genitale cervi, cutis seu senecta serpentis*; *Axungia humana, suilla, anseris, ovis, anatis, taxi, cuniculi, capræ, anguillæ, colubri, Medulla cervina, vitulina, & hircina*; *Sanguis humanus, columbinus, hircinus*; *Lac omne*, & quæ ex lacte prodeunt, *serum, caseus, butyrum*; *Ova gallinarum perdicum, formicarum*; *mel, cera, propolis*; *Cornua cervorum, damarum*; *monoceroti*; *ungula alces, capræ, bubali*; *testæ ostrearum, margaritæ ex ipsis desumptæ, & conchæ multorum piscium.*

Excrementis adhuc sua virtus cum non desit, ea ipsa quoque in Pharmacopolio haberi non dedecet, ut *stercus caprinum, caninum, ciconiæ, pavonum, columbarum, æsypum, sericum, moschum, zibethum*. & pilos quorundam animalium.

Atque ut omnia in pauca contraham, omnia simplicia medicamenta Pharmacopolæ maxime necessaria sunt, quæ in tribus libris de materia medicâ nobis describuntur.

Cap. XVI.

De Medicamentis compositis in Officinis Pharmacopœorum servandis.

CVm ars Pharmaceutica hucusque in artem minime redacta fuerit, nec medicamenta, nisi paucissima certa methodo descripta, nec ordine optimo digesta, vix dum statui potuit, quænam compositiones in Pharmacopolis parandæ, retinendæ, & servandæ.

Nicol. Præpositus medicamenta quidem multa describit, sed eorum partem quandam ipsemet improbat, aliam non fideliter transcripsit, aliam, quidpiam immutando, depravatam reliquit, adeo, ut ex ejus scriptis, quænam medicamenta recipi, vel reici debeant, non satis facile sit conjectare,

Nicol. Alexandrinus tantam medicaminum farraginem simul congessit, ut Pharmacopœorum ingenia potius obruerit, quam juverit.

Actuarius quoque, Aetius, & Oribasius, multa descripserunt, quæ quod simplicibus, vel incognitis, vel nimium raris constent, vel inepte descripta comperiantur, vel nullis viribus eximiis commendata, negliguntur.

Inter recentiores Fernelius, Sylvius, Rondeletius, Augustani & Norimbergenses *medicamenta à Veteribus inventa, sedulo examinarunt, eorum multa ut indebitè concinnata despexerunt, alia meliori judicio inventa, commentariis illustrarunt & commendarunt.* Theophrastum Paracelsum *solum multi anteponunt. Sed hi deliranti graviter. Delirant magis qui penitus ipsum spernunt & reticiunt. Sicut in ejus scriptis mala mixta bonis, continentur multa scil bona & non pauca mala. Spagyria n. ante ipsum exculta fuit, uti notat Primi Rosius supra* pag. XLII. Part. 1. instit. Pharm. *Hinc* lib. de 3 princ. *mutuatis est ab Isaac. Hollando*, Girad. Med. *ab Arnoldo*, Antidoxa *ab Lullio*, Arcana *à Ruperissa*, Synon. *ab Harlanda*, Chirurg. *à Lanfranco*, Tract. *à Basilio*, Alia *ab aliis. Multa tamen & ipse consulit, suis interim vitiis quoq; labrans, uti ex* Alexandro Sennerto & Contingio *patet.*

Ex omnibus, quæ præstantiora à doctis viris, & probatiora à senioribus & expertis creduntur, selegerunt, multisque experimentis & medicamentis aucta produxerunt Renodæus & Quercetanus *Medicinæ summa Lumina qui veram Pharmacopœam extraxerunt. His lucem dederunt in multis* Vttenbachius, Faber, *magnus quidem, ut Primi Rosius infert supra Part. 1. Pharm. Gen. pag. XLV. pollicitato, at diligens & Doctus Vir, suis tamen non carens naevis*; & Deodatus *in suo Pantheo. Secuti hos* Sala, Sennertus, Mynsichtus *& alij. Noviter eam rem aggressus est* Schröderus *diligentissimus. Servatis igitur medicamentis* Renodæi & Quercetani *addemus reliquorum inventa selectiora. Trademus autem libro* Primo *Syrupos*, Secundo *succos Mellitos Varios, aliaq; medicamenta affinia*, Tertio *Essentias Quintas*; Quarto *Tincturas varias*, Quinto *Elixiria*, Sexto *Aquas destillatas & liquores*, Septimo *Spiritus*, Octavo *varia purgantia, decocta, vina medicata & infusiones*, Nono *Aceta*. Decimo *Rob Conservas, Condita & Loch S. Eclegmata*, Vndecimo *Electuaria*

aria, Duodecimo *Antidotus humidas & Theriacas*, Decimo tertio, *Antidotus Narcoticas & Opiatas*, Decimo quarto, *Extracta*, Decimo quinto, *Trochiscos*, Decimo sexto, *Pilulas*; Decimo septimo, *Salia, Magisteria & similia*; Decimo octavo, *varios pulveres*. Decimo nono, *Species & Confectiones Aromaticas*; *Morsulos & Rotulas*; Vigesimo, *Gargarismata, lixivia, Balnea, Suffimenta & Epithemata*; Vigesimo primo, *Clysteres, pessos & suppositoria*; Vigesimo secundo, *Olea & Balsama*; Vigesimo tertio, *Vnguenta & linimenta*; Vigesimo quarto, *Emplastra & Cerata varia*.

Propter meam absentiam autem multi lapsus & errores in hac Pharmacopœa Specialicommissi, de quibus superius admonitum pag. XLVIII. in Generali Parte. Quoad Lib. 6 hujus Pharmacopœæ specialis *lineas tres ultimas pag. 147. & lineas priores 26. præmitte Aquæ Cinnamomi Quercetani pag. 137. Conditum pag. 184. refer ad pag. 369. Aquæ febrifugæ pag. 166. superfluæ, cum ponantur pag. 188. Mixturam Hypochondriacam pag. 199. ad Spiritus refer. Tinctura rubini Salis & extractio propter affinitatem ad 7. librum p. 213. rejecta sant. Ex incuria Amanuensis* Spiritus Dilatrion *p. 218. &* Mixtura simplex *219. superfl. & bis ponuntur lib. 7. quæ deleat. Lector, & ad spiritus addat* Spiritum Vitrioli *virid. Fabr. pag. 89. lib. 3. In libro octavo quæ ex Quercetano de* Purgantibus & Electuarijs *exponuntur, conferenda cum libro undecimo pag. 286. & seqq.* Potus Hippocraticus *pag. 243. spectat ad* vina *pag. 253.* Rotulas & Confectiones Diacodii *Libr. 10. pag. 284. & pag. 285. refer ad libr. 19.* Libro Vndecimo *Diacyt laxat. p. 299. & Diacyt. 303. Zinziber purgans 312. Passul. laxat. 314. refer ad librum X. Theriacam febrilem pag. 309. & Diascordium ad Lib. XII.* Lib. XII. *Extract. Cephal. Min. Quercet. vide pag. 394. lib. 14. lin. 12. pag. 316. pro* Antidotus Hepatica *lege* Cephalica minor. *Descriptio Theriacæ Androm. superflua, pag. 332. quæ sequuntur.* Hæc sunt varia illa, &c. *Verba Quercetani refer ad pag. 326.* Lib. XIII. *Mynsichti Laudanum superfluum pag. 380. habes id pag. 381.* Lib. XIV. *insere Extractum universale pag. 214.* Lib. XV. *ex incuria Trochisci de Myrrha bis posit.* Lib. XVI. *Confer pilulas de Sagapeno pag. 427. cum Pilulis Benedictis Benderi & seq. pag. 431. pag 428. linea 9. post* pendulo in rotulas dissecto *insere* Pilulæ *Hydragogæ Querc. pag. 434. inconcinnè positum Electuarium Cephalicam refer ad Libr. XI. pag. 446. post pilulas* Cynogloss. *pone seq. ex Aug.* ℞. *Rad.* Cynogl. *arid. Sem. hyoscyami alb. Opii ana* ℥. ß. *Myrrhæ* ℥vj. *Thuris* ℥v. *Caryoph. Cinnam. Styracis cal. ana* ℥ij. *cum aq. ros. f. Mass. pilul. hujus Recipe* ℥. ß. *Aloes lotæ* ℥j. *Succi liquiritiæ* ℥ij. *Exhibentur scrupuli pondere in catarrhis salsis & tenuibus.* Libr. XVII. *adde* Sal Piperatum volatile fixum *ex Schröder. uti communicavi. Vtinam Takenii quoque natum esset.* Lib. XIX. *quædam sunt spectantia ad* Lib. X. Lib. XX. *adde ex* Heer *umuletum contra urinæ incontinentiam ex bufon. siccat. Denique* Benivole Lector, *ignosce erratis typographicis, quorum copiam doleo.*

Nunc masculinum invenio pro fœminino, nunc singulare pro plurali R. pro P. d. pro t. & alij graviora. Si præsens fuissem non adessent. Tu pro candore emenda, & in futuris maiorem diligentiam expecta. Denique ignosce quoque Correctori, quod non ordine Alphabetico omnia locavit, uti quidem disposueram. Festinatio & in hoc passu cœccos peperit catulos.

Lib. I.



LIBER PRIMUS
DE SYRUPIS.

Syrupus de absynthio. D. Mes.

℞. *Absynthij Pontici seu Romani sicci* ℔. ß.
rosarum ʒ. ij.
nardi Indicæ ʒ. iij.
vini albi & antiqui.
succi citoniorum an. ℔. ij. ß.
Macerentur simul per diem naturalem super cineres calidos. Deinde coquantur ad dimidias.
Colaturæ clarificatæ adde mellis despumati ℔. ij.
fiat syrupus.

Absynthium Ponticum seu Romanum debet assumi siccatum, & cum rosis & nardo minutim incisa infundi in vino generoso, ut moschatelino, in vase terreo, vitrato, super cineres calidos, per horas xxiiij. Tum semel, aut bis tantum feruefient. Postea addetur *mel*, vel potius, ut multi suadent, *saccharum*. Sunt qui duplicem habent, unum ex melle & absynthio vulgari Pontico : alterum ex saccharo & absynthio minore paratum.

Non autem adeo refert, docente Melichio, an Absynthium Romæ, in Italia vel Ponto sit natum, modo collectum sit è locis, quæ radijs Solaribus quotidie illustrantur, non quæ aquis salsis vel marinis vicina, ipsarum aspergine madent, hoc enim Absynthium à Mesue Authore hujus Syrupi damnatur.

Nonnulli parant syrupum absynthiacum ex absynthij viridis libri dimidia cocta, in aquæ libris tribus ad tertias. Colaturæ addunt vini albi, clari, antiqui & generosi, mellis albi & optimi an. lib. 1. Et coquunt in syrupi consistentiam. Quocunque modo ex prædictis paretur, ingratus est plurimum ; Ob id recte multi quantitatem *absynthij* minuunt, & *sacharum* addunt : nam quæ roborando ventriculo dantur, si valde ingrata sint, eum subuertunt, nec juuant.

Ventriculi, hepatis (ut rectè docent Augustani) & viscerum aliorum imbecillitati etiam dolorificæ & cachexiæ præsertim à causa frigida succurrit : appetentiam dejectam excitat ; intestinorum & viscerum molitiem delet, ac retentricem eorum vim confirmat : flatus discutit, felle suffusos & æruginosos juvat, humoresque per urinas propellit. Datur etiam in albo & pituitoso mensium fluore : sumitur ex aqua menthæ in ventriculi affectibus, nam in roborando stomacho & jecore mirabilis est potentiæ, si insuper Sale absynthij & Crystallis Tartari acuatur ; aut sequenti modo ex Fabr. præparetur, qui Rec. Syrupi ℔. j. Salis ʒ. ij. Olei ℥ß. M.

Syrupus Acetosæ.

℞. *Succi acetos. in sole depurati* ℔. ij.
Sachari albissimi ℔. iij.
Coquantur simul, & fiat syrupus, ut artis est.

Simplicissimus est hic syrupus. Ab alijs sacharum coquitur ad consistentiam electuarij solidi, cui postea succus depuratus & colatus adijcitur : dein parum feruefit mixtura, ut syrupi consistentiam nanciscatur idoneam. Sæpius tamen sacharo clarificato succus parum coctus, & residendo purgatus ac colatus permiscetur, & sine aqua coquuntur in syrupum.

Hoc tamen posteriore modo paratus vires habere dicitur imbecilliores, uti concludit Renodæus. Sed contrarium suadet ratio & experientia, cum coctione multi exhalent spiritus succi acetosæ. Fabri optimus est, si scil. addatur parum Spir. Vitrioli optime præparati ; ita enim, præter id, quod syrupus hic febribus biliosis admodum gratus sit, pestilentibus saluber, viscerum igneum calorem moderetur, ipsaque viscera confirmet & validè refrigeret : Vermes quoque & lumbricos puerorum enecat, appetitum auget, summumque cardiacum evadit. Sumitur in jusculis tenuibus aut aquis appropriatis & morbo convenientibus ad quantitatem unciæ unius aut alterius. Eadem ratio est *Syrupi Acetosellæ*, qui alias cardiacum summum sanguinis ebullitiones compescit : cor eximiè roborat & aphtis auxiliatur.

Syrupus acetatus simplex, seu Oxysacharum. D. Mes.

℞. *Sachari purissimi* ℔. v.
aquæ fontanæ ℔. iiij.
Coquantur in vase fictili ad aquæ dimidiæ consumptionem : Tunc adde aceti vini albi ℔. ij. *aut* ℔. iij. *vel* iiij. *prout magis aut minus acidus desideratur syrupus, & percoque in consistentiam idoneam.*

Licet quouis tempore syrupus hic parari queat, cum tamen viribus præcedenti sit affinis, hunc illi proxime subjunximus. Ab *aceto* & *sacharo*, quibus constat, *oxysacharum* dicitur. Vt rite paretur, coqui debet in vase figulino, vel stanneo, aut lapideo, ut vult Mesue, non æneo, vel cupreo, ut imperite quidam faciunt. Secundum Augustanos humorum crassitiem incidit & attenuat, obstructiones levat, aperit & abstergit : Saluberrimus in affectibus calidis & biliosis, & ex materia mixta natis, bilis impetum tenuitate ac æstu furentem frangit, reprimit, incrassat & refrigeratione extinguit, urinas movet, sudores elicit, ac pestilentiæ putredinique resistit. In Dysenteria vitandus, ut & in melancholicis humoribus juxta Galenum.

Aliud oxysacharum, seu *syrupum acetatum simplicem* N. Myrepsus exhibet, cujus usum valde probo. Sic vero describitur :

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 286 sur 955

℞. aceti ℥iiß.
succi granatorum acidorum ℥. viij.
Sachari ℔ j. coquantur in consistentiam syrupi.

Paratur ut superior, & uterque vocatur simplex ad differentiam alterius magis compositi, cujus descriptio datur à Nic. Præposito.

Multos habet usus; Incidit enim humores crassos, movet & impellit firmiter inhærentes, calidos temperat, æstum ventriculi & hepatis refrigerat, & humorum corruptelam emendat. His quoque convenit, ut & alij syrupi acetati, in quibus generantur, seu in intestinis, ut multis accidit, seu in venis, ut in quodam cive Parisiensi, cujus Basilica secta vermis palmum longus me præsente & vidente exilijt, ut *lib. 3. de mat. med. cap. 33.* notavi.

Syrupus Florum Acaciæ.

Paratur ex multiplici infusione florum, ad normam Syrupi Rosati laxativi simplicis.

Syrupi Rosati vires æmulatur: ichores enim sanguini admixtos, tenueque serum leniter expurgat, ac blandè aluum subducit.

Rob. Sambucinum.

Fit ut Ebulinum.

Ebulino viribus affine est; etenim Ictericos & Hydropicos juvat, sudoresque potenter prolicit, ac serum acre, nec non biliosi ichoris abundantiam, & Erysipelata ante sudorem sumptum ejicit.

Syrupus Acetosus Compos. Augustan.

℞. Rad. fœnicul.
Apÿ
Endiv. ana ℥iij.
Sem. anisi
fœnic.
Apÿ ana ℥j.
Endiviæ ℥ß.
Coq. lento igne in libris 10. aquæ ad dimidias: adde colaturæ
Sachari opt. ℔. iij.
Aceti acerrimi ℔ij.
Coq ad Syrupi consistentiam.

Obstructiones viscerum reserat, humorum crassitiem tenuat & purgat, urinas promovet, febres compositas, & notas, prout & ventriculum bile ac pituita crassa refertum allevat, nec non renum, jecoris & lienis in faretus penetrat.

Syrupus Acetosus Diarrhod. Mes.

℞. Rad. Apÿ.
fœnic.
Endiv. an. ℥ij.
Rosarum ℥j. Liquir. ℥ß.
Spicæ ℥ijß. Sem. anisi
fœnic.
Apij. ana ℥vij.
Coq. in ℔vj. aq. font. ad duarum partium consumptionem adde
Succi Endiv.
Apÿ an. ℔ijß.
Aceti ℔ij.
Sachari ℔iij. f. l. à. Syrupus,

Usus ejus est ad febres complicatus: hepatis & splenis obstructiones & viscera debilit. Huic ut & præcedenti syrupo Aceti quantitas major minorve affundi potest, pro ut syrupum fortem, debilem aut mediocrem parare est animus.

Syrupus Acetositatis Citri. Augustan.

℞. Succi accidi Mali Citrij per pannum rarum colati libras sex.
Sacchari albissimi libras tres.
Coquantur secundum artem.

Refrigerando & humectando biliosarum ac æstuantium febrium incendia potentissimè restinguit, & sitis intolerantiam sedat. Viscerum phlegmonas, ardoremque vehementem, & biliosos affectus omnes corrigit. Cor, ventriculum & alia viscera ab intemperie calida imbecilla firmat, spiritus ab immodico calore attenuatos resolvi prohibet; ipsorum putredini, prout etiam humorum, ac aëris, totâ suâ substantiâ resistit, febresque pestilentes aut gigni vetat, aut jam natas emendat, nec non venenis adversatur.

Animadvertant Pharmacopœi in hujus Syrupi præparatione, ut succum Citri fumant, colo sponte suâ transmissum, non autem validâ expressione paratum, eum cum saccharo albissimo, quale Madefanum est, aut saltem clarificato, secundùm artem lento igne decoquant: aliâs enim facilè crassescit, vel in grumos abit, ac situm levi occasione contrahit, aut evadit fuscus ac nigricans, cùm alioquin (prout Limonum Syrupus, ac Acetosus simplex, aut Iulapium Rosatum) pellucidus & albus esse debeat.

Peritiores Pharmacopœi succum Citri vel omninò non, vel modicè saltem coquunt, eundem Sacchato per se & supra Syrupi consistentiam coëto artificiosè jungentes: sic enim Syrupus tenuis evadit ac transparens, nec facilè grumescit, aut debitam suam amittit gratiam.

Syrupus Adiantinus Fernel.

℞. Adianti albi, id est, Rutæ murariæ manipulos tres.
Nigri, seu Capilli Veneris,
Simplicis, seu vulgaris, id est, Polytrichi aurei.
Saxifragiæ,
Betonicæ,
Pimpinellæ,
Asplenij ana. manipul: duos.
Coquantur ex aquæ libris octo dum ad quinque redeant. In expresso solve.
Sachari albi libras quatuor.
Mellis optimi expurgati libram semis. Fiat Syrupus.

Syrupus de Agresta Mesuæ.

℞. Omphacij, seu Agrestæ nondum coctæ libras quinque.
Sacchari clarificati libras tres.
Coquantur secundùm artem.

Potenter astringit, refrigerat, & siccat; ideoq; à putredine vindicat, conditionibus pestilenti quàm maximè resistit. Ventriculum stabilit, eumq; ab aliarum partium excrementis securum præstat: prægnantium malaciam dejicit, intemperiem calidam stomachi, hepatis, sitimque vehementem restinguit, venenis adversatur, febribusque biliosis bene facit: choleræ morbo ac dysenteriæ purgato prius corpore nudetur. Post cibum sumtus, vomitionem immoderatiorem, molestamque stomachi subrasionem ab æstuante bile aut inflammatione per sanat. Reodatus, in locis ubi Bachus exulatur, jubet sumere succum depuratum pomorum & pyrorum sylvestrium, qui alias ad varias ciborum condituras ad pisciumq; elixationes affatim adhibetur. Leni n. adstrictione flaccepcentem ventriculum roborat, sanguinis jecorisque ardores, & calidos bilis æstuantis impetus mitigat, frœnatque, & febriles calores magno juvemento compescit.

Syrupus Alexandrinus Gruling.

Ex Sacharo fino & Aqua Rosarum fragrantissima, in duplici vitreo vase, ne quid expiret, paratur Syrupus Alexandrinus, ne si addatur spiritus seu aqua ardens Rosarum, vel aqua Cinamomi, & ad debitam

debitam consistentiam coquatur, habebis præstantissimum Confortativum.

Syrupus de Althæa, Des. Fernelij.

℞. *Radicis althææ* ℥ij.
cicerum rubrorum ℥.j.
radicum graminis,
asparagi,
glycyrrhizæ rasæ,
passularum mundatar. an. ℥ß.
comarum althææ,
malvæ,
helxines,
pimpinellæ,
plantaginis,
adianti utriusque an.m.j.
Sem. quatuor frigidor. major. & minor. an. ℥.iij.
Coquantur in ℔.*vj. aquæ, dum quatuor supersint, & cum* ℔.*iij.* ℔.*sachari, fiat syrup.*

Plurimum Lutetiæ syrupi de althæa celebratur usus, cum propter vires ejus eximias, tum authoris dignitatem, cui posterior ætas ideo gratias referre debet, quod medicam artem mirum in modum illustrarit. Præter autem medicamenta multa, quibus Pharmacopœorum tabernas locupletavit, syrupum habemus de althæa, Therapeuticis omnibus Medicis usitatissimum: Ad cujus præparationem, radices primum purgatæ & lotæ diu concoquendæ, præter *glycyrrhizam*, quæ longiore coctione amarescit: deinde herbæ; postea semina. Coctio vero facienda in aqua ad ejus partis tantum tertiæ dissipationem; longior enim viscidiorem decoctionem efficit. Simplicia autem, quibus constat, omnia in *libro primo materiæ medicæ* dilucidè explicantur.

Laudatur syrupus de althæa ad crassam, lentamque pituitam clementer expurgandam, obstructiones tollendas, saburram renum expellendam, & ardorem urinæ demulcendum.

Idque facit præter & citra manifestum calorem, crassam, obstruentemque pituitam nec non viscidam purulentamque renum saniem & arenulas blandè omnino ac clementer expurgat.

Syrupus Alexipharmacus Quercetan.

℞. *Rad. gram.*
oxalid.
liquirit.
tormentill.
uvar. passar. an. ℥ß.
Herb. cichor.
oxalid.
agrest.
scabios.
capillor. an.mj.
Sem. citri.
lactuc.
oxalid.
berber. an. ℥iij.
fl. genist.
borag.
bugloss.
viol.
rosar. rubr.
nymph an. ßiß.
f. decoctio in aq. communi, colat. ℔. j. adde *succi limon. malorum punicorum acidorum ana* ℥uj. *Cidon. pomor. ana* ℥ij. *Sachari* ℔.1. *f. Syrupus aromatis. cum Cinam. & Santalo Citrino.*

Syrupus Anisi Quercet.

℞. *Anisi conquassati* ℥.iiß.
Macerentur in vin. generos. ℔.*ij per* 3 *dies, colentur, Colat. adde Sachari* ℔.*ij.*
& f. Syrupus.

Eodem modo concinnari possunt Syrupi ex alijs seminibus, veluti ex sem. fœniculi, pœoniæ, baccis lauri & simil. Ex semine fœniculi quidem ad flatus quosvis discutiendos ac visum roborandum, ex pœonia ad epilepsiam, ex baccis lauri & juniperi contra flatus & calculum, ex mylij solis & saxifragiæ seminibus ad renum saburram, arenulas & calculum.

Syrupus antepilepticus Quercetani.

℞. *Rad. Pœoniæ.*
Visci querni ana ℥ß.
Cinnamomi optimi ℥. *vj.*
Flor Calendulæ.
Lilij conuall.
Tiliæ arboris.
Lavendulæ ana p.j.
Ros. rubr. p.ij.

Sicca autem & arida, non recentia, omnia ista sumantur: radix pœoniæ in frusta la secetur: at reliqua ut se habent, citra conquassationem in matra tium, ut vocant, justa capacitatis inijciantur, quibus abunde satis aquæ vitæ, salviæ & iuniperi (si haberi potest, ut in Germania) *superfundantur.* Quæ si desiderentur, sumatur *aqua vitæ ex optimo vino prolecta, quæ quatuor digitos materiæ superemineat. Vas vero optime clausum, ne quid expiret, in Bal. Mar collocetur, aut radijs solaribus ad tres quatuorve dies exponatur, ubi aqua per levem inclinationem à facibus erit separanda, ad cujus unciæ decem sacchari candidi in pulverem redacti* ℥.*iij. vel iiij. adjiciendæ erunt, omniaque argenteo cochleari agitanda, ut soluatur saccharum in patina argentea, deinde ignis ex incensa charta aquæ vitæ imponendus, ut ardeat, versando seu commovendo semper materiam cochleari argenteo, tamdiuque exuretur aqua, dum syrupus satis coctus, aut plus minusve fortis videatur. Tum enim, cum tempus erit, extinguendum erit aqua vitæ incendium, quadra aut orbe stanneo vel argenteo suffocatum.* Atque hic syrupus in modum Hermeticorum paratus antepilepticus præstantissimus futurus est, cujus sive in præcautionem, sive curationem morbi semicochlearis mensura exhibita satis futura est. Atidem prodest maceratio *florum calendulæ, lavendulæ, lilij conu. in hydromelite maluatico nostro per mensem facta*, cujus macerationis exhibentur ℥.j. vel ℥.ij. pro dosi mane.

Syrupus Aperitivus Mindereri.

℞. *Succor. depurat. rad. cichor.*
pimpin. ana ℔.*j.*
fumar.
lupuli ana ℥. *vj.*
petrosel.
fœnic. ana ℥iij.
Rad. Apij.
Enulæ.
Aspar.
Eryng.
Vincetox. ana ℥j.
Herb. Agrimon.
Eupator. Avic.
Agerati ana m.j.
fol. Cuscutæ.
Ceterach.
Adianti utriusque
Card. ben.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 288 sur 955

Comar. abſynth. pont. an. mß.
flor. centaur. min. mjß.
Granor. Alkak. ℥j.
Aq. font. an. ℔vj.
Aceti Squill. ℔ij.
Coq. ad remanent. ℔ij. cola, adde ſucc. & acetum ſquill. &
cum Sacchar. ℔iijß. f. Syrupus.

Omnibus omnino jecoris, meſenterij, hepatis ac venarum meſaraicarum obſtructionibus ſalutaris eſt, Diuturnis febribus & ex eis natis cachexijs ac hydropi prodeſt. Acui poteſt ejus vis juxta Auguſtanos ſpiritu vel aleo Calcanthi ; aut quod melius videtur ſpiritu aperitivo Penotti vel clyſſo.

Syrupus Florum Arantiorum.

℞. *Florum Arantiorum recentium libram ſemis.*

Infundantur in aquæ fontanæ calentis libris duabus horis viginti quatuor, tum reiectis prioribus floribus, ac reaſſumtis totidem novis, infuſio reiteretur, idque trina vice fiat. Deinde Colat. ℥xv. coq. cum Sachar. ℔j. in Syrupum.

Cor ac Cerebrum mirificè recreat, ſpiritus inſtaurat, ſudoreſque movet, peſtilentibus ideò febribus ſalutaris, infectos namq; humores, à centro ad circumferentiam propellit, & exanthemata ejicit.

Syrupus Arantiorum ex ſucco.

℞. *Succi Arantiorum lege artis percolati libras tres.*
Sacchari albißimi libram unam ſemis.
Coque in Syrupum.

Dupliciter hic Syrupus præparari conſuevit, è ſucco nimirum Arantiorum dulcium, & acidorum : quorum hic naſeam ſitim, & cordis tædia pellit ; ille calidis faucium ac pectoris malis opitulatur.

Syrupus de Corticibus Arantiorum.

℞. *Corticum Arantiorum recentium & extimorum libram unam.*
Aquæ fontis libras quatuor ſemis.
Coquantur ad duarum partium conſumptionem : colaturæ adde
Sacchari optimi libram unam.
Fiat Syrupus.

Ventriculum frigidum roborat & fulcit, concoctionem adjuvat, flatus diſpellit, ac cordis vires adauget.

Syrupus Ariſtolochiæ P. I. Fabri.

Radices recentis Ariſtolochiæ rotundæ contuſæ, & ſ. q. ſpiritus vini permixtæ ad eminentiam quatuor aut ſex digitorum, in phiala vitrea optimè clauſa, in cineribus tepidis, per tres aut quatuor dies digerendæ ſunt, donec rubeſcat Vini ſpiritus, qui poſtea extrahendus eſt per inclinationem, & notus addendus, ut tota extrahatur Ariſtolochiæ tinctura, quæ tum demum in balneo Mariæ deſtillanda eſt, ut ſeparetur ſpiritus vini, & remaneat tinctura rubicundißima, in fundo inſtar mellis, cui addenda eſt ſufficiens Sachari quantitas, & in ſyrupum percoquenda, cui ultimo Sal connectendus eſt, & ſervandus eſt ad uſus medicos varios : ad majorem efficaciam poteſt extrahi ſpiritus Ariſtolochiæ ex ſucco ejus fermentato, & poſtquam depuratus eſt ſpiritus à ſuo phlegmate, addendus eſt ſyrupo : ad quamcumque libram ejus, addenda eſt ℥j. ſpiritus.

Vires æmulatur Syrupi de Bryonia, & patentius agit in depurando ſanguine, & purgandis ſeroſis humoribus, & educendis menſtruis. Ulcera interna frequens ejus uſque curat & ad cicatricem deducit : imo & externa ulcera & fiſtulas ejus internus uſus ad curationem diſponit, quod ſanguinem depuret & vindicet à ſale acri & mordaci. Doſis ℥ß. in juſculis aut ovo ſorbili, aut aquis morbo curando idoneis, idque ſummo mane jejuno ſtomacho, ſervato regimine & cuſtodia, propter ejus purgandi & evacuādi energiam.

Ad ſimilem & eandem methodō poſſunt parari Syrupi ex extracto tythimali, eſulæ, latyris, cucum. agreſtis & aliarum ſimilium plantarum purgantium, & violentiſſimè ex ſua natura humores omnes evacuantium. At modo ſuccus earum plantarum perquam optimè depuretur in balneo calido, & ex ſucco ſic depurato extrahatur tinctura ſpiritu vini optimo : poſtquam ſpiritus vini per balneum Mariæ extractus eſt ex tinctura, poteſt parari ſyrupus gratiſſimus, ad purgandos humores quoſvis corporis humani, anteponendus medicamentis quæ multo precio & labore ſummo, & ingenti periculo aſportantur in has regiones, ex longinquis terræ plagis : at, proh nefas incuria medicorum medicinam nobis fecit precio & periculo emendam : benigna tamen natura ubi poſuit malum ibi poſuit remedium, non in exteras regiones quærendum.

Syrupus de Artemiſia. Auguſt.

℞. *Artemiſiæ manipulos duos.*
Pulegij,
Calaminthæ,
Origani,
Meliſſophylli,
Dictamni Cretici,
Perſicariæ,
Sabinæ,
Majoranæ,
Chamædryos,
Chamapitihyos, ſeu Iuæ Arthetica,
Matricariæ cum flore,
Hyperici,
Centaurij minoris,
Rutæ,
Betonicæ,
Bugloſſæ. ana manip. unum.
Rad. Fœniculi,
Apij,
Petroſelini,
Aſparagi,
Ruſci,
Pimpinellæ,
Enulæ,
Cyperi,
rubeæ.
Irid.
Pæon. an. ℥j.
bacc. junip.
ſem. liguſt.
petroſ.
Apij.
Aniſi
nigell.
Rad. Aſar.
pyrethri
Phu
Coſti
Carpobalſ.
Cardam.
Caſſ. lign.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 289 sur 955

Cal.arom.ana. ℥ß.

Trita & quaſſata infund.horis vigenti 4. in aq. ℔.x. & coq.ad dimid.aufer ab igne,cola diligenter & inter colandum frica manibus, Col. cum ſach. ℔iiij. coq. ad Syr.

Syrupus iſte ex Matthæo de Gradibus in librum nonum Rhaſis ad Almanſorem Cap. de menſium ſuppreſſione deſumptus,potens eſt in aperiendis obſtructionibus ex craſſis, viſcidis & glutinoſis humoribus ortum ducentibus: incîdit enim,aperit,& potentiſſimè tenuat. Vteri autem affectibus potiſſimùm prodeſt,eumque elocatum priſtinæ ſedi reſtituit, flatus frigidoſque humores,quibus is plerumque infeſtatur, ac aliquando etiam emovetur, diſſipans,doloreſque ſupprimens. Nervos interim roborat,menſtruis imperat,materiam contumacem apparat, ejuſdemque exitum provocat.

Advertendum in hoc Syrupo,ut decoctum, antequam cum Saccharo percoquatur ac inſpiſſetur, diligenti & iteratâ tranſcolatione repurgetur: ne is vel facilè ranceſcat,vel turbidus evadat, aut à craſſa ſubſidentia non probè mundatus facilè corrumpatur,cum alioquin ob Aromatum vim ac condituram per biennium durare queat. Debent autem in ejus coctură ac præparatione Aromata ſub finem demûm coctionis injici,ne vires ipſorum protinùs evaneſcant, aut efficacia eorum in ſubtili partium tenuitate conſiſtens, per diuturniorem coctionem expiret.

Quantumvis Syrupus iſte à Fernelio (prout Plantius notavit) reviſus ac examinatus aliam deſcriptionem ejus judicio ſortitus ſit,quia tamen noſtri Medici diuturno ejus uſu ac efficaciâ hucuſque fuêre contenti,ut qui etiam alibi ſecundum genuinam auctoris deſcriptionẽ parari ſoleat,ideò nihil in eo imutandum eſſe cenſuimus,quem proindè ſecundùm veterem ac prius conſuetum modum confici jubemus, ut autem lector habeat quoque Fernelij modum, ſequens deſcriptio hic adjungitur ex *Schrödero* noſtro.

Syrupus de Artemiſia Fernelij.

℞. *Summit.Artemiſ.mj.*
Rad. Irid.
Helen.
rubiæ.
pæon.
leviſtic.
fœnic.an. ℥ß.
Herb.puleg.
origan.
calaminth.
nepet.
meliſſoph.
Sabinæ
Sampſuchi
Hyſſopi
Præßij
Chamædr.
Chamæpit.
Pacterij
Beton.an.mj.
Sem.aniſi
ſcetoſ.
fœnic.
ocymi
Dauci
rutæ
nigell.an. ℥iß.

Contuſa macerentur horû 24.in hydrom. ℔viij. *Coq.ad* ℔v. *& cũ ſach.* ℔v. *f.Syrupus, qui condiatur Cinam.* ℥j. *ſpic.* ℥ij.

Inſignium eſt virium in uteri affectibus,à viſcida mucilagine ſubortis,promovet menſtrua, uterumque repurgat. Simplicior & pacatu facilior,nec inefficacior ſic parari poteſt ex Renodæo.

℞. *Radic.ænon.*
rub.
gram.
ruſci an. ℥vj
Sem.dauci
nigell.tom.an. ℥j.
Artemiſ.mj.
Sabin.
major.
nepet.
hyſſop ana mi.

Coq. in aq. ℔v. *ad med. Col. adde Sach.* ℔j ß. *mellis* ℔ß. *f. Syrupus.*

Suppreſſos aut parcius fluentes menſes movet,uterique ſtrangulatus & ſubverſiones ſedat.

Syrupus Alarbazi Palmarij.

℞. *Vini albi* ℥vj.
Aq.roſar. ℥ij.
Pulv.Alarbazi ℥j.
Cinam.el. ℥jß.

Infund.per noctem,colentur per inclinationem, add. Sacch. albiſſ. ℥viij. *m.f.Syrupus. Doſis* ℥ß. *ad* ℥j. *poſt hauſtum juris pulli vel carnis vitulinæ.*

Syrupum hunc Alarbazi h.e. de Stibio in cruciatibus colicis ad pareſin tendentibus Excell. D. Palmarius ſumme commendat, cum in ejuſmodi affectibus frequenter felici cum ſucceſſu eo uſus fuerit.

Syrupus Horatij Augenij ad fiſtulas ani.

℞. *rad.Enul.camp.*
polypod.
alth.
ſem.cartham.contuſor.an. ℥j.
fl.borrag.
bugloſſ.
violar.
meliſſ.
fol.mercurial.an M.ſ.
ſem.bombac.
malv.
althææ an ℥.iiij.
fol.capillor. vener.
polytrich.an M.ß. fiat decoctio ad ℥.xv. *in qua infunde fol.ſen.mundator.*
agar.troc.an. ℥iij.
zinzib.alb. ℥j.
rad.polypod.querc. ℥ß. *fiat levis omnium ebullitio, & facta expreßione additoq; ſach. fri.* ℥xv. *f.ſec. art.ſyrupus.* De quo ſumentur ℥j.ß. vel ℥iij. cum jure pulli, decoctione paſſular. & liquiritiæ.

Syrupus Antihypochondr. Reineſij.

℞. ♀ ℔j.
Coq.in aq.Ror.maj. ℔j. *pluvial. ſtil.* ℔iij. *ad* ℥.
Col.infund.
Rad.filic.
aſar.
fœnic.
ſichor.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 290 sur 955

helen.
helleb.nigr.ana ℥jß.
Cort.cappar.
frangul.
fraxin an. ʒx.
fol.sen. ℥iij.
follic.sen.℥ij.
Rhab.
Mechoac.
turbit ana ℥iij.
Agar.tr.ʒvj.
Sem.fœnic.ʒij.
Galang.
Costi
zedoar.
Cinam.ana ʒj.
Spic. Indic.
Squinart.an.ʒjß.
Card.Ben.mij.
N.fruct.alkak.ʒvj.
bacc.junip.
Sem.endiv.
Scariol.ana ℥ßj.
Herb.nast.
Cochlear.ana mjß.
meliss.
Ocymi
cuscut.
veron.
chamædr.
genist.ana mß.
Digere per 3.dies cola,
Col.adde ⦶ præpar.℥ij.
diger.hor.24.cola, admisce
Succi cochlear.℥4.
borag.℥ij.
Syr.è polypod. Gent. ℥v.
byzant. ℥jx.
Spir. ⊖ ℥jß.M.

Syrupus hic magnarum est virium in malis hypochondriacis, communicatus à Clarissimo Viro Dn. Andr. Wolffio, Collega meo honoratissimo.

Syrupus Astmaticus Mynsichti.

℞. Sachari candi albi ℔j.
Aq. Loch sani ℥viij.
Syr. de Præsiis
liquirit.an. ℥iiij.
Capill.ven.
de Iuiub.an.℥iij.
hyssop.
succ.viol.℥ij.
Misc.& coq.ad Syrupi consist.

Astmati imprimis,& pleuritidi auxiliatur. Thoracem &Pulmones saluberrimè expurgat,aperit,dilatat, terget,lenit,& obstructiones reserat. Tussi anhelæ, diuturnæ & siccæ medetur. Pectoris & hypochondriorum doloribus utilis. Renum calculo salutaris: nec non senibus&naturâ frigidis valdè familiaris. Dosis per se vel cum aq.pectoralibus,ab Unc.s,ad Unc.1.

Syrupus Betonicæ ex succo.

℞. Succi betonicæ depurati ℔iij.
Sacchari clarificati ℔jß.
f.l.a. Syrupus.

Ad Capitis & Uteri vitia propulsanda efficax: leniter aperit,concoquit & abstergit, ac menses moderatè provocat.

Syrupus de Betonica compositus Aug.

℞. Betonicæ manip.tres.
Majoranæ manip.unum semis
Thymi
Rosarum ana manip.unum
Violariæ
Stœchadis
Salviæ ana manip.semis
Sem. Fœniculi
Anisi
Ammeos ana unciam semis
Rad.Pæoniæ
Polypodij
Fœniculi ana drachmas quinque
Fiat decoctio in s.q.aquæ ad medietatis consumpt.colatura adde
Succi Betonicæ lib.duas
Sacchari quantum satis est.

Compositus ad prædicta efficacior existit, licet ejus usus non nihil eviluerit,& eidem Syrupus de Stœchade Fernelij successerit.

Syrupus Betonicæ Compositus Melichij.

♃. Betonicæ M. j.
Rutæ
Fragariæ
Chelidoniæ
Euphrasiæ
Ligustici
Pulegij.
Chamædr.
rosmar.
Origani
fol.lauri
salviæ
hyssopi
liquir.
rub.tinct.
Caryophill.an. mß.
Sem.anisi
aneti
petros.
lactuc.an.℥jß.
flor.rosar.
borag.ana mjß.
f.omnium decoctio & addito saccharo
f.Syrupus.

Syrupus è Betonica compositus, præstans est ad oculorum,renum, & muliebrium locorum affectus. Visum roborat, & conservat, vesicæ dolores sedat, menses movet,horumque ardorem mitigat,hystericis & suffocationi ab utero obnoijs succurrit.

Syrupus Berber. & Rib.

♃. Succi vel Ribes,vel Berberis ℔.iiij.
sachari ℔.ij. ß.
Coquantur,ut artis est,in consistentiam syrupi.

Gallorum vulgus hos fructus *Grossula rubra* nominat,quos Mauritani *Riben*, & officinæ *Ribes* vocitant. Fructus sunt parui,rotundi,rubri, succo multo & acinis quibusdam parvulis prægnantes, & racematim cohærentes: Ex quibus tusis,& prælo commissis exprimitur succus,cui optime depurato & colato *saccharum* adijcitur. Verum minori quantitate, quam cæteris frigidioribus & humidioribus succis, *tum quia Ribesius succus melius & diutius sine corruptela conservatur,tum quod majore copia sachari aciditas illius palato gratissima obtunditur, & magis hebescit vis syrupi.*

Idem

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 291 sur 955

Idem est judicium de *Berberis* fructibus, quorum succus similiter extrahitur, & simili modo cum *saccharo* coquitur in syrupum. Fructum hunc vulgus *Spini vinetam* nominat, officinæ *Berberis*, nomine forsan deducto ab *Amyrberis* Avicennæ, cui Dodonæus *oxyacantha* nomen dedit.

Syrupi Ribes & Berberis valde prosunt vomitibus bilioſis, febribus æstuosis, cardialgiæ, siti urgentiori, & ventris fluxionibus immodicis.

Conjunginus autem Syrupum berber. & Rib. cum illorum eadem fere virtus & facultas, eadem quoque parandi ratio. Refrigerant enim & modice attenuant, bilem comprimunt, ac immoderatam sitim compescunt.

Syrupus de Boragine Augustan.

℞. *Flor. borag. recent.* ℔ij.
Aq. font. cal. ℔viij.

Affusâ floribus aquâ sic in infusione per horas viginti quatuor dimittantur: deinde floribus his, (factâ prius exprnssione,) abjectis, infusio reassumptis novis ac recentibus floribus secundò, atque sic tertio iteretur. Postmodum accipe.

Colaturæ hujus libras quinq;
Sacchari clarificati libras quatuor.
Coque ad formam Syrupi.

Si tanta florum copia non sit, ut ex eorum infusione Syrupus hic, aut alter subsequens parari queat, sic fiat.

℞. Succi Boraginis defœcati, & cum albuminibus ovorum clarificati libras octo.

In hoc succo calente, infunde per horas duodecim florum Boraginis recentium libram unam: postea colentur, & cum Sacchari libris quatuor fiat Syrupus.

Utilis est cordis affectibus, sanguinem laudabilem & lætitiam gignit, ingenium & memoriam roborat, cor à melancholia & perturbationibus tuetur.

Syrupus de Buglossa Augustanorum.

Paratur eodem modo, ex trina florum infusione, ut prior jam dictus.

Prodest hic & præcedens syrupus Melancholicis: lætitiam enim augent, & sanguinem complanant. Pectus quoque humectant & leniunt, nec non Syncopen & animi defectiones è corde natas arcent, cujus tremori, palpitationi, & imbecillitati eximiè succurrunt.

Notandum, nos Syrupos hos hactenus ex succis herbarum earundem parari consuetos, ex florum infusionibus trina vice iteratis imposterum conficiendos instituisse: quem sanè modum (ut Melichius monet) etiam Veneti observant, cùm aliàs Syrupi isti valdè lenti ac crassi, nec non multum ingrati evadere, succique ipsi facilè corrumpi soleant: licet pro delicatulis ac ditioribus etiam ex ipso florum succo Syrupi hi in officinis nostris parati prostent, eo planè modo quo Syrupus ex succo florum Violarum parari consuevit, confecti.

Syrupus Bryoniæ Fabr.

Bryoniæ radices per se exsiccatæ & arefactæ comburuntur in cineres albos in olla fictili nova, non vitreata: ex his cineribus methodo communi & vulgari extrahitur sal illius: deinde ex eadem ipsa bryonia recenti & succulenta per decoctionem eorum in aqua laudati fontis & expressionem habemus tincturam rubicundissimam Bryoniæ, quam omnino depuratam & clarificatam decoctione inspissamus ad mellis consistentiam, & addita sacchari sufficienti quantitate decoquimus in syrupum perfectum, cui addimus ad libram quamcumq; syrupi, unciam semis salis ejusdem bryoniæ, & servamus ad usum.

Purgat levissimè omnes serosos humores, & menstrua potentissimè educit, unde virginum ferè omnes morbos tutissimè curat; obstructiones enim omnes aperit & sanguinem purificat. Sumitur ad quantitatem ʒß. aut in fortioribus protenditur potio ad ʒj. in jusculis morbo curando appropiatis & convenientibus; idque summo manè jejuno stomacho, servato regimine & custodia more vulgari.

Syrupus Byzantinus simplex Augustan.

℞. *Succor. Endiv.*
Apij. ana. libras duas.
Lupuli,
Buglossæ. ana. libram unam.

Ferveant simul, ac spumâ ablatâ depurentur. Indè verò ejus succi libras quatuor cum Sacchari clarificati libris duabus semis, lento igne in Syrupum percoque.

Febres putridas mixtas ex humore bilioso & pituitoso, solutu contumaces juvat: obstructiones viscerum aperit, humores tenaces & lentos incidit, ac tenuat. Morbo Regio validè succurrit, splenis duritiem & infarctus ab humoris Melancholici crassitie dissipat.

Syrupus Bizantinus sic dictus, vel quod Medici Bizantini frequenter eo uterentur, vel quod Mesuæ qui Damascenus seu Africanus erat, hunc à Constantinopolitano Medico sibi communicatum acceperit. Vide Ant. Musam Brasavol. in examine Syruporum.

Syrupus Bizantinus Compositus Mesuæ.

℞. *Succorum Endiviæ,*
Apij. ana. libras duas.
Lupuli,
Buglossæ. ana. libram unam.
In his succis decoquantur.
Rosarum rubear. unciæ duæ.
Glyzyrrhizæ uncia semis.
Spicæ Indicæ drachmæ duæ.
Sem. Anisi.
fœniculi,
Apij ana. drachmæ tres.
Calaturæ adde
Aceti libras duas.
Sacchari albissimi libras tres.

Coquantur l. a. ad consist. Syrupi.

Ad prædicta omnia valentior: Ictero adversatur, hepatis & splenis pertinaces obstructiones reserat, ventris inflationem removet, ac hydropem incipientem antevertit.

Syrupus Calaminthæ Mesuæ. A.

℞. *Calaminth. montan. seu Nepetæ, Domesticæ ana. ʒij.*
Sem. ligustic.
dauci
Schœnanti an. ʒv.
Vvam passarum ℥ß.
Aq. lib. vj.

Coquantur Vvæ passæ, deinde reliqua ad medias, in fine addatur Schœnanth. Expressum. Coq. cum mell. ℔ij. *pro Syrupo.*

Viscerum obstructiones levat, incidit, attenuat, tergit & aperit, interna calefacit, obstinatas materias expulsioni præparat, ac menses movet, tussi antiquæ, asthmati, intemperiei viscerum frigidæ convenit: humores viscidos & crassos, bronchia pulmorum obsidentes expurgat: senibus familiares affectus levat, nec non lienis tumorem duritiemque discutit.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 292 sur 955

Pro domeſtica autem mentha non debet temerè ſubſtitui, uti ſæpius obſervavit Melichius.

Syrupus calendulæ Quercetani.

Ut ſyrupus fiat calendulæ, *ejus ſucci accipienda erit lib. ß. quem in B. M. per 3. vel 4. dies depurabis, ſeparando ſemper purum ab impuro, ſicuti ſupra præcepimus. Huic ſucco ita præparato adde ſacchari albiſſimi lib. j. decoque in ſyrupum in B. M. ut artis eſt.* Aut ſi eundem conficere velis per infuſionis modum, paradigmatis loco tibi proponas ſyrupum violatum, per infuſionem paratum, cujus deſcriptio ſupra habetur.

Mirari hic ſubit, quod cum hujus floris, qui elegans admodum & prorſus ſolaris exiſtit, tanta ſit excellentia & præſtantia, ut etiam vel in media hyeme, qua ceteri languentes & emortui jacent, vigeat & floreſcat, quod utiq; ſignum eſt inſignis virtutis balſamicæ (quæ præ ceteris abundat, & cujus favore à temporum injuria præſeruatur) & hinc etiam magna vitium poteſtate non poſſit non excellere: mirari, inquam, ſubit, quod antiqui eum in uſum medicum vocare, aut ex eo ſyrupos, conſervas, & ſimilia remedia componere non dignati fuerint, quod tamen in alijs quamplurimis floribus, qui non ſunt tanti momenti, factitatum conſtat. Hujus floris notitia nihilominus tamen ſeſe prodidit, veluti alibi monuimus, per inſignem ſuam efficaciam & vim in corroborandis facultatibus, animali ſcilicet & vitali & propter vim quandam ſpecificam, qua paralyſibus prodeſt, & contracturis, non ſecus ac inter gemmas Hyacinthus, quo etiam nomine ſyrupum noſtrum ad ejuſmodi affectus æque, vel etiam magis commendandum judicamus, quam ſyrupum florum primulæ veris, qui tamen ſimili modo ad enarratum uſum reformari poteſt.

Syrupus Camomill. *A.*

Fit ut Syr. boraginis & bugloſſæ.

Magnificus hujus uſus eſt in Colica & Iliaca, itemq; affectibus uterinis à frigore enatis. Additur potiſſimum in enemata, ubi craſſos flatus evocare neceſſe eſt.

Syrupus de chamomelo, compoſitus ad affectus nephriticos D Prunſteri.

℞. fl. chamom. italici ℥j. ß.
malv.
alth.
rad. ſaxifrag.
petroſel. an. ℥ß.
glycyr. raſ.
malv.
alth. an. ℥v.
ſem. 4 frig. major. an. ℥j. ß.
malv.
alth. an. ℥ij.
aſparag.
granor. juniper. an. ℥jß.
Coq. omnia in ſuffic. quant. aquæ, colaturæ adde ſacch. opt. ℔. iij. Mj.
f. ſyrupus.

Syrupus Camædrios.

℞. fol. Camædr.
Camepit.
Ceterach.
tamariſc.
cappar.
Scolopendr.
pentaphyll.
fl. geniſt. ana mij.
Coq. in ſ. q. aq. fontan. & cum ſaccharo fiat Syrupus.

Syrupus Camæpit.

℞. fol. Camæpit.
ſalviæ.
Calaminth.
polij
Origani
Centaur.
beton. ana mj.
Rad. ariſt. long. ℥j.
gentian
bryon. ana ℥ß.
Sem. leviſtic.
aniſi
ameos
carui ana ℥ijß.
pyrethri ℥ß.
Paſſul. min. ℥j.

Cum Saccharo ex decoct. f. Syrupus, aromatiſcetur *Cinam.*
Nuc. moſch.
Cubeb. an ℥ij.
Succi Camæpit. ℥j x m.

Coq pro Syrupo.

Uterque hic Syrupus ſumme prodeſt Podagricis & Iliacis atque pareticis & Paralyticis ſi mane alternis aut ternis diebus ſumatur uncia ſemis, ſi malũ ſit inveteratum. Si malum non ſit inveteratum, nec altas radices egerit, ſingulis æquinoctijs, per menſem uſus eſſe poteſt hujus Syrupi, uti Pilulæ uſurpatur Doringij.

Syrupus capilli Veneris Monſpelienſis ſimplex.

℞. capilli Veneris veri recent. & parum inciſi m. ij.
Infunde duodecim horas, vel diem integrum, in aquæ calidæ ſufficienti quantitate: deinde bulliant parum. Colaturæ clarificatæ ad ℔. v. adde ſachari ℔. iij. fiat Syrupus, ut decet, coctus.

Syrupus hic in civitate Monſpelienſi, à qua cognomen, uſitatiſſimus eſt, frequentiſſimus, & compoſitione ſimpliciſſimus, ut qui tantum fiat ex levi decocto ſolius *adianti veri* clarificato, & *ſacharo* in conſiſtentiam ſyrupi cocto.

Sic enim & calore, & ſapore gratiſſimus eſt. Gratiam vero majorem adhuc palato conciliat, qui ſimul *aquam roſaceam* admittit, quæ ab aulicis Pharmacopæis introducendum adijcitur, ut aſſutia, quam ſcientia magis principum & magnatum gratiam aucupentur, & in illorum crumenas digitos ſubtilius iniiciant.

Vires habet ei, qui capillares omnes & glycyrrhizam excipit, affines, ſed imbecilliores: Segnius enim humores incidit, attenuat, & meatus aperit. Omnium imbecillime, cui *aqua roſata* miſcetur, cujus ſcilicet facultas ſubſtrictoria incidenti & attenuanti reluctatur.

Syrupus Capillorum Veneris Compos. Auguſt.

℞. Capill. Veneris ℥v.
Glycyrrhizæ uncias duas.
Aſplenij ſeu Ceterach manipulum unum.
Macerentur in ſufficienti quantitate, ſeu libris ſex aquæ, horis viginti quatuor: deinde coquantur ad mediatatis conſumptionem. Colaturæ libris tribus adde.
Sacchari clarificati,
Penidiorum,

Aqua

Aquæ Capillorum Veneris ana uncias octo.
Fiat Syrupus secundum artem.

Venarum meatus leniter expurgat, obstructiones aperit, è renibus item & vesicâ mucores ac arenulas exigit: quem in finem Dodonæus Radicum Ruſci & Asparagi ana unciam unam, ac Seminis insuper Malvæ drachmas duas addendas censet consentit cum hujus Syrupi virtute Syrupus Adiantinus Fernelij.

Syrupus capillorum veneris D Flock.

℞. *fol. byſſop.*
capillor. ven,
rad. ireos,
ariſtol. rotund.
ſem. urtic.
ſangu. dracon.
myrrh.
thuris an. ʒ. ß.
macer.
croci.
opij an. ʒ. ß.
ſacchar. roſ. vet. ℔ j.
bulliant in ℔ ij. aquæ ad mediet atem: coletur & fiat ſyrupus.

Syrupus Cardiacus Mynſichti.

℞. *Rad. Bugloſſæ. ʒ j.*
Flor. Melliſſæ
Borraginis
Violarum
Roſarum rub
Anthos ana P. j.
Cardamomi min.
Nuc. Moſchat.
Ligni Aloës ana ʒij.
Macis
Croci orient. ana ʒj.
Cinamomi acut. ʒij.

Inciſa & contuſa macerentur in vini boni odoriferi ℔iij, donec vinum ſapore & virtute ejus benè imbuatur; poſtea coque l. a. ad unius libræ conſumptionem.

℞. *Colaturæ ℔is.*
Aq. Cordiali. frigid.
Calid. noſt. ana ʒiiij.
Sachari albiſſ. ℔ j. f. l. a. Syrupus.

Exhilarat animique magnitudinem indies auget & eſtferè in omnibus morbis melancholicis medicamentum efficaciſſimum. Inſuper cardiacis, præterrationem mœſtis ſeu triſtibus inſigniter ſuccurrit.

Syrupus Cardiacus nobilis Deodati.

℞. *Syrupi Aceroſ. citri*
Cydon.
roſar.
corall. ana ʒiij.
Spir. ſalis cum ſale
Ol. Smaragd.
Hyacinth.
Saphyr.
rubini
Granat. ana *gutt. x.*
Camphor. gutt. p.
Perlar.
corallor. an. gutt. vij.
Ginam. gutt. v.
Tincturæ Moſchi gr. iiij.
Doſis Uncia ſemis.

Syrupus de Caſſia lign. Mynſichti.

℞. *Mivæ Cotonæorum.* Lib. j.

Coquatur per ſe in leni calore ad ſpiſſitudinem mellis; poſtea immiſce Tinct. de Caſſiâ Lig. noſt. q. ſ. ut mediocrem Syrupi conſiſtentiam acquirat, addendo Elæoſ. Caſſiæ lig. Unc. j. Denuò miſce & ad uſum repone.

Vires, Vſus, Doſis.

Senibus debilibus & frigidis convenit, & quibus humor nativus & calor naturalis imminuuntur. Omnia membra principalia confortat. Cor imbecillum & Ventriculum frigidum roborat. Syncopen & Cordis tremorem ſanat. Nauſeam, Vomitum, & Singultum ſedat, Anhelitus fœtorem abigit, ejuſque ſuavitatem inducit. Doſis ab Unc. ſ. ad Unc. j. per ſe, vel cum vehiculis ſpecificis.

Syrupus de Succo Cardui Benedicti Auguſt.

℞. *Succi Cardui Benedicti depurati libras tres.*
Sacchari clarificati libras duas.
Fiat lege artis Syrupus.

Febribus malignis ac peſtilentibus confert, humorum putredinem arcet, ſudores prolicit, vermes enecat, & Pleuritidi auxiliatur.

Syrupus Caryophill. Eyreri.

℞. *Iulepi roſ. ʒiij.*
Aqu. caryoph. quinquies deſtill. ʒj.
Tinct. Auri. ʒvj.
Ambr. gr. iij.
Sach. ℔ ß. f. Syrupus.

Summum eſt cardiacum, tincturam autem Auri fecit cum ſacharo trito.

Syrupus Catholicus Mynſichti.

℞. *Rad. Polypod. querni*
Hermodact. alb. ana ʒiiij.
Turbith albi gummoſ.
Mechoacann. ana. ʒij.
Rhab. opt.
Hellebori nigr.
Iulapp. reſinoſ. an. ʒj.
Agar. trochiſc.
Myrab citrin. omnium ana ʒß.

Inciſa & confuſa infund. in vini ſ. q. albiſſ. Macerentur per aliquot dies, poſtea ſecundum artem coquantur, & in Colat. ℔iiij. infund.

fol. ſen. ſ. ſ. el. ʒiij.
Paſſul. min. ʒiß.
Crem. ♃ ʒj.
Herb. capill. ven.
Veronic.
ſumar. ana ʒß.
Sem. Faniculi
Aniſi ana Drach. ij.
Flor. Perſicorum
Violarum
Roſarum

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 294 sur 955

Acatiæ
Epithymi ana Drach 1.

Stent in infusione per noctem ; postea denuò coquantur, exprimantur, colentur, & tandem cum sacchari albiss. Lib. ij. fiat justæ consistentiæ syrupus , & sequentia.

Cardamomi min.
Caryophyllorum
Galang. min.
Macis
Zingib. alb.
Cinamomi acut.
Spicæ Indic. ana Drach. 8.

Pulverisata & panno lineo ligata, inter coquendum infricentur, ut bulliant unà cum syrupo & ei facultatem tradant.

Vires, Vsus, Dosis.

Blandè, prompte, innoxiè & æqualiter, omnes morbificos & peccãtes humores in omnib. morbis evacuatione egentibus purgat , & leniter per secessum educit , & venarum viscerumque obstructiones liberat. Offertur omnis ætatis hominibus ; Senibus, pueris, debilibus delicatis : Immò etiam necessitate ita exigente prægnantibus per se vel in aquis , quæ locum affectum proprie respiciunt. In robustioribus autem cum alijs cathatticis fortioribus pro diversitate morbi semper acuitur. Dosis ab Unc. j. ad Unc. ij.

Syrupus Catarrhis utilis. Müller.

℞. *Syr. de papav.*
Diamor ana ℥ij.
Aq. rosar. ℥j.
vini granat. ℥ß.
M.

In catarrho suffocativo exhibetur ceu præsens remedium cum Aqua Scabiosæ.

Syrupus Chalyb. Reinesij.

℞. *Rad. helen.*
cyclam. an ℥j.
cucum. asin. ℥ij.
Ireos nostr. recent.
rub. tinct.
fœnic.
petros.
apij.
gram.
asparag.
ruscí.
asari.
angel an. ℥ß.
Cort. cappar.
tamar.
frangul.
sambuc. an. ℥iij.
bacc. heder. ℥j.
Sem. cart. ℥ß.
anisi
dauci
ameos.
carui an. ℥ij.
cicer. rubr. mß.
Cinam.
Costi veri.
Calam. arom. an. ℥ij.
Soldanell. ℥j.
Gratiolæ ℥ß.
Eupat. Mes.
Capill. Vener.
Cuscut.
Marrub.
Ceterach.
Origani.
absynth.
beton. an. mß.
Sena. ℥jß.
Agar. troch. ℥ß.
Inf. in vino generos. & macer. lento calore per biduum, seq. ad ℔. vj.
In colato Chalybs ignitus exstinguatur septies.
Iterum cola & infunde per noctem
Rhab. ℥ij.
Mechoac. ℥vj.
Passul. excacin. ℥j.
Manè bull. Colat. adde
Theriac.
Mithrid an. ℥iij.
Syr. 5. radic. ℔j.
mellis q. s. f.
Syrupus Dilutus.

Syrupus Catholicus.

℞. *Rad. Cichorij. ℥iij.*
Apij.
Petroselini.
Asparagi.
Ruscí ana ℥vj.
Paoniæ
Zingiberis
Calami arom.
Caryophyllatæ ana ℥ß.
Polypodij quercin. mund.
Glycyrrhizæ rasæ ana ℥ij.
Cort. Mali Citr. ℥j.
Rad. Cappar. ℥vj.
Herb. Capill. Vener.
Melissæ,
Eupatorij,
Centaur. min.
Epithymi.
Fumariæ.
Cuscutæ ana M. j.
Endiviæ.
Acetosæ ana M. iv.
Summitat. Absynth. Pont.
Lupuli salict. ana. M. j.
Sem. Fœniculi ℥vj.
Anisi ℥ß.
Carvi.
ammios ana ℥ij.
Nasturtij hort. ℥iij.
Cardamomi ℈. iv.
Sem. 4. frig. maj. excort. ana ℥. v. ß.
Flor. Anthos M. j.
Betonicæ.
Borragin.
Buglossæ.
Rosarum.
Violarum ana. M. ij.
Stœchad. Arab. ℥j.
Passul. minor. mund. ℥ij.
Incidantur & contundantur, coquantur in
Aqu. Borraginis
Buglossæ
Cichorii
Fumariæ ana ℔. viij.

ad tertias,

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 295 sur 955

ad tertias, deinde colentur & clarificentur albumine ovi, colaturæ clarificatæ adde

Coquantur iterum ad Syrupi consistentiam, in fine autem coctionis adde

Cinamomi electi pulv. ℥iii.
Macis pulverisat. ℥i.
Spec. Diatrionsant. ℈iv.

& ligentur simul in petia, & Syrupo jam perfecto adde

Syr de Endivia comp.
Byzantii comp. ana ℥viij.
Fumaria maj.
Epithymo ana ℥iv. Misce.

Utiliter exhibetur hic syrupus ante medicamentorum purgantium usum. Humores enim crassos attenuat, nimis lentos incidit, nimiumque viscidos absterget fervidos & acres mitigat, terrenos emollit, & omnem materiam morbificam ad substantiæ mediocritatem ita redigit, ut non cum ventris torsione, non cum vertigine, non cum magna corporis inquietudine, non cum pulsus depravatione, non cum corporis solutione & difficultate, sed promptè, blandè & innoxiè evacuari possit, viscerumque obstructiones liberat. Dicitur Syrupus catholicus, quod omnes humores ad futuram purgationem præparet. Datur ℥jß. cum aquæ appropriatæ simplicis ℥iij.

Syrupus de Centaur. min. Quercet.

Hoc Syrupo nunquam carere deberent Officinæ, ob summam ejus utilitatem & necessitatem. Febrium enim ex bile ortarum ferociam compescit & facillimo negocio edomat, ac biliosum illum saccum benigne evacuat & educit: hepar insuper cæteraque viscera ab obstructione liberat & omnis generis Icteritiæ conducit: Hic Syrupus proprium in se continet Rhabarbarum. Reæpaulus ut alij Syrupi vel per infusionem, vel ex succo.

Syrupus Cerasorum Acidorum Augusti.

℞. *Succi Cerasorum acidorum per residentiam defæcati libras sex.*
Sacchari albissimi libras tres.
Fiat Syrupus.

Ad internos æstus efficax: sitim extinguit, appetitum instaurat, febrium incendia reprimit, bilis ferociam domat, mulierum malaciæ prodest, ac cordis denique vires tuetur.

Sumenda hîc sunt Cerasa illa acida, aliquibus Duracina dicta, quæ nos vulgari idiomate **Weichslen** aut **Weirlen** nominamus, atq; ex eorum succo, ubi probè maturuerint, Syrupus hic conficiendus.

Syrupus Chalybeatus Gr. Horstij.

℞. *Limat. Chalybis Sulphur. solut. & ℔ß.*
Aq. meliss.
fœnic.
Scordij ana ℔j.

Fiat infusio per octiduum in loco cal. post. coq, ad ʒ. Colat. adde

Herb. meliss.
beton.
Capill. Vener. ana mj.
Sem. fœnic. ʒj.
Sassafras ʒjß.

Stent per noctem, mane coq.
colat. adde Sach. q. s. ad Syrupi consist.

Mensum tollit difficultatem & gravissima inde provenientia Symptomata, si quotidie bis ʒij. au ℥iij. cum decocto fœnic. eryng. passul. cicer. rubr. sumantur.

Syrupus Chalybeatus Mercati & Pisonis.

℞. *Aq. lupulor. ℔iiij.*

In ea extinguantur chalybis ignit. ℥vj.

Colatura facta adde

Scor. Chalyb. aq. ros. ℔. ℥vj.
Passul. sine nucl. ℥iiij.

f. maceratio per triduum, ebulliant ad ʒ. colat. adde

Rad. rut.
rumicis ana ℥ij.
cichor.
fœnic. ana ʒjß.
Herb. agrim.
capill. ven. an. m. ij.

Ebulliant, in fine adde

fol. san. s. s. ʒij.
sem. cartham. conquass. ʒj.

facta refrigeratione exprim. & cum Sacharo f. Syrupus.

In Cordis palpitatione ab effervescentia, seri abundantis facta summum est remedium, quo vix præstantius ullum.

Alius Arcularij.

℞. Scobis chalybis ℥iij.
Succi recent. pomor. Borsdorfensium purificati ℥vj.

Macerentur 24. horis, effundatur per inclinationem, affundatur novus succus, idque 4. vicibus, tandem succi inspissentur. Dosis ℥iij.

Syrupus Cholagogus Dorncreilij.

℞. *Rhab. el. ℥xvj.*
Cinam. el. ʒi.
Spic. indic. ʒi.
Santali rubri
citrini
albi ana ʒß.
Pulveris. subtil. & in fund. in
Aq. Epatic. ℔iiii ß.
Cordial frig. ℔j.

Infund. in vase vitreo benè munito in loco calido per dies 4. deinde ebull. colentur.

Rhabarb. verò item infundatur in aq.

Endiv.
acetosa.
centaurii minor.
Agrimoniæ ana lib. ij.

& stent in infusione per biduum, deindè parum ebulliant, & colentur & fortiter exprimãtur; colaturæ clarificetur, & adde

Syrupi Rosati solutivi lib. vi.

& coquantur ad syrupi consistentiam, postea cum prima reservata colatura in mortario dissolve Mannæ electæ lib. iiij. (multum namq; ignem mannaferre haud potest: coctione enim acquirit lentorem & visciditatem, & successu temporis in syrupo ad priorem suam consistentiam redit, & fundum petit) colentur & syrupo admisceantur, & fiat l. a syrupus clarus.

§. Leniter hic syrupus bilem flavam per alvum educit, ita ut simul obstructiones liberet, & malignitatem materiæ peccantis corrigat, & viscerum intemperiem calidam contemperet, ipsorumque robur conservet & augeat. Felicissimè proponatur in febribus ardentibus, in tertianis, in phrenitide, in Pleuritide, in cochlera. & in omnibus morbis, quibus flava bilis materiam suppeditat.

Tuto exhiberi potest senibus, pueris debilib. delicatis, immo necessitate ita exigẽte & prægnantibus. Nauseabundi Picrocholi ex huius Syrupi usu non exiguum fructum

fructum percipiunt. Poterit nonnihil hujus Syrupi in curatione vermium puerorum, reliquis medicamentis, & in convalescentibus ad reliquiarum per vias urinæ evacuationem diureticis adiici.

Datur perfectæ ætatis hominibus ℥j. cum Aqv. Endiviæ; vel robustioribus ℥jß. cum ℥iij. Aqv. Endiviæ. Vel

℞. Syr. Cholagogi ℥j.
Elect. de Succo Rosar. ℥j.
Aqv. Endiviæ ℥ijß.
M. & fiat Potio purgans; & si febris abfuerit: ob majorem suavitatem adde:
Aquæ Cinamomi ℥ß.

Syrupus Cholagogus Renodæi.

℞. rad. polyp. querc. rec.
cappar. an. ℥j.
fol. scolopendr. vulgar.
ceterach.
meliss.
beton.
rutæ murar. an. Mj.
fl. trium cordial.
cuscut. an. Mß.
sem. limon.
fœnic.
anis. an. ℥ij.
carthami contus. ℥j. Mj.
f. decoct. in suffic. quant. aquæ ad remanentiam tantæ quantitatis, ut speciei infra scriptæ infundi queant. Decoctio hæc ita stet per horas 12. vase clauso, tum fiat colatura, & in hac infundantur folior. sen. mundat. ℥iiij.
agar. albiss. ℥. ij.
hermodact. albor. veror. ℥vj.
belleb. nigri veri Styriaci in acet.
prep. ℥j.
Epithymi.
zinzib. alb. an. ℥ii.
caryophyllor. ℈. ij.
macis. ℈. j.
bulliant parum & stent in infusione per horas 24. tumque exprimantur.
℞. expressionem integram (cujus pondus notetur; verbi gratia ℔. ij. ℥. iij.
succi rosar. incarnatar. tertiam expressionis partem, videlicet ℥viiij. adde sacchari albiss. par pondus expressioni simul è succo, nimirum ℔. iij. & coque ad syrupi perfecti consistentiam, nimirum ℔. iiij. ℥ij.

Syrupus de Scordio Reinesij.

℞. Tormentill.
Scorzon.
Vincetox. an. ℥j.
Galegæ.
Card. ben. an. mjß.
borag.
acetos. an. mij.
meliss.
fl. nymph. an. mjß.
zedoar. ℥ß.
Coq. in aq. pluvial. stillat. ad ℔j. expressio colatoque adde.
Succi Scord. ℔jß.
Scabios. ℔j.
Calend. ℔ß.
Sacchari ℔ij.
f. Syrupus.

Syrupus de Cichorio Simplex
August.

℞. Succi Cichorij depurati libras tres.
Sacchari clarificati libram vnam semis.
Coquantur in Syrupum.

Hepatis ac renum intemperiem calidam emendat: febribus auxiliatur, bilis acrimoniam frangit, refrigerat, humectat, & obstructiones expedit.

Syrupus de Cichorio cum Rhabarbaro Renodæi.

℞. Radicum,
asparagorum.
apij. } an. ℥. ij.
fœniculi,
hordei integri
cichorij erratici,
intybi latifolij, seu endiviæ sativæ, } an. m. ÿ.
intybi angustifolij, seu scariolæ.
taraxaconis
cicerbitæ,
lactucæ utriusque,
hepaticæ, } an. M. j.
fumariæ,
lupuli,
capilli Veneris veri,
adianti communis,
polytrichi,
ceterachi, } an. ℥. vj.
glycyrrhizæ rasæ,
alkekengi,
seminis cuscutæ.

Coquantur in aquæ ℔. xÿ. aut quantitate sufficienti ad tertiæ partis consumptionem. In colatura clarificata dilueschari optimi ℔. vj. coquantur in syrupum. Cui perfecto, aut paulo plus cocto, adde ad singulas ℔. Rhabarbari ℥ß. & nardi indicæ ℈. iiÿ. fiat syrupus.

Nicolaus Præpositus, quem tanquam ducem Pharmacopœorum turba sequitur, quantitatem *rhabarbari* præscriptam octuplicat, & pro quaque libra syrupi ponit uncias quatuor *Rhei*, adeo, vt in quaque uncia syrupi sint dragmæ duæ *rhabarbari*; hocque modo tenetur paratus Lutetiæ in omnibus officinis, ut in rem præsentem, absque mora possit exhiberi. Nonnulli solum quadruplicant, alij triplicant. Displicet tamen multis, ut Fernelio & Iouberto tanta *Rhei* quantitas, ut quæ nullius sit utilitatis, sed dispendij plurimi, putantque utilius esse *rhabarbarum* utendi tempore, in decocto conveniente infundere, & syrupo permiscere, quod vis ejus purgatoria coctione & asservatione vanescat, vel plurimum imminuatur. Prudenter tamen faciunt, qui ex octuplicato *rheo* parant, qui sane vires alias habet, licet imbecilliores, atque simplex, cui re exigente, nova adiicitur *rhei* expressio.

Syrupus è *cichorio* cõpositus *cum rhabarbaro* allioticus est, roborativus & purgativus: Præcordiorum namq; æstum contemperat, bilis acrimoniam demulcet, venas aperit, obstructiones aufert, hepar roborat, stomachum & primam corporis regionem blande purgat, humores calidos educit, nec non pituitosos, si largius sumatur, convenitque morbis omnibus biliosis, atque omni ætati, sexui & tempori: tutoque dari potest infanti bimo, atque etiam juniori.

Syrupus de cichor. cum Rhab.
August.

℞. Endiv. domestic.
Sylvestr. ana mijß.
Cichor.
Tarax. an. mÿ.
Sonchi levis, f. Cicerbit.
Hepatic.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 297 sur 955

Lactuc. domest.
fumar.
lupulor. an iiij.
Hord. in tegr. ℥.ij
Capill. Ven. ℥.ij. ℥.ij.
Veficariæ seu Halicacabi
Liquir
Ceterach
Cuscut. ana ℥.vj.
Adianti vulg. seu Rut. mur.
Rad. fœnic.
apij
Asparag. ana ℥.ij.

Coq. in lib. XXX. aq. ad med. deinde cum Sachari ℔. X. f. Syrupus. Inter coquendum pro libra initice Rhab. opt. ℥.ß. Spic. ℈ij ad decoctum, bulliendo parum antequam sacharum admisceatur, deinde in nodulo suspendantur.

Usurpetur ad, ecoris intemperiem calidami obstrictionem, fellis suffusionem seu Icterum. Cachexiam, & viscerum impuritatem, omnemque materiam venenatam soluit, nutritionis instrumenta firmat, humoresque vitiosos per urinam & seeessum educit. Peculiariter verò Epilepticis subvenit, maximè pueris: quem in hoc casu mirificè commendabat Montanus, imò asserebat Nicolaum eundem ad Epilepsiam propulsandam composuisse.

In hoc Syrupo, etiam in prioribus editionibus, consultò omissum fuit, Polytrichum cum Scariolâ: Endiviæ porrò & Capillorum Veneris quantitas non sine ratione adaucta. Ponuntur hic quoque Spicæ scrupuli tantummodo duo, utpotè qui (ut Petrus Coudenb. rectè monet) sufficiant, namque si duplum Spicæ pondus pro veteri more compositioni induatur, eam ingrati saporis & odoris difficultate imbuit. Describitur à Nicolao Florentino Sermone 5. de obstruct. hepatis.

Syrupum hunc præparandi magna est apud plerosque disparitas. Nobis hic modus probatur, ut hordeum cum radicibus & herbis aridis horis viginti quatuor in dictâ aquæ quantitate infundatur: deinde simul omnia decoquantur ad medias. De hoc decocto transcolato portio aliqua reservetur, quanta sufficere videbitur, in qua Rhabarbari optimi minutim incisi unciæ quinque, & Spicæ drachmæ duæ & Scrupuli duo, horis ad minimum duodecim infundi possint: quæ postmodũ simul bulliant, ac leniter exprimantur, atque hæc ipsa unà cum suo hoc liquore priori jam ferè sufficienter in Syrupum cocto addita imperfectum Syrupum inspissentur, Spicam & Rhabarbarum panniculo illigata in Syrupo imposterùm demersa retinendo. Atque sic Rhabarbari & Spicæ vires Syrupo facultatem suam tradunt, cujus vis sola in Syrupum suspensione post additum Saccharum alioquin vix animadverteretur.

Syrupus de cinamomo.

℞. Cinamomi optimi, seu acutissimi, crassiusculè pulverisati uncias duas semis.

Ponantur in cucurbitam vitream, addanturque.

Aquæ Cinamomi optimæ libræ duæ.

Stent in loco calido benè obturato vase, ne quid expiret, horis viginti quatuor: deinde colentur, & validè exprimantur, ac in expressione hac rursum tantundem cinamomi in fundatur, itereturque id 4. vicibus. Tum demum Cinamomo omni collecto sic infuso, & post quatuor expressiones relicto affundatur ℔. j Vini Malvat. generosissimi. Stent pariter in infusione, tandem validè exprimantur & addantur expresso.

Aq. Rosar. odorat. ℥.ij.
Sachari albiss. ℔. j.

Decoq. in vase victili pro syrupo. Vitales spiritus plurimum recreat, cor ac ventriculum à frigore languidum reficit, oris halitum commendat, coctioni studet, nec non universus corporis vires fulcit.

Syrupus de Carthamo Augusti.

℞. Adianti,
Hyssopi,
Thymi,
Origani,
Chamædryos,
Chamæpythos,
Scolopendrij,
Bugloss*æ*, ana. manip. semis.
Cuscutæ,
Veficariæ, seu Halicacabi. ana. unciam semis.
Rad. Angelicæ,
Glycyrrhizæ.
Fœniculi,
Asparagi. ana. unciam unam.
Ligni Tamarisci, seu Corticum ejusdem unciam semis.
Polypodij quercini unciam unam semis.
Sem. Anisi.
Fœniculi,
Ammeos,
Dauci. ana. unciam unam.
Sem. Carthami leviter contusi uncias quatuor semis.
Vvarum passarum exossatarum uncias duas.

Decoque in aquâ ad tertias: postea colentur ac colaturæ calenti infunde.

Foliorum Senæ repurgatæ unciam unam semis.
Agarici Trochisc*ati* unciam semis.
Zingiberis drachmam unam.
Rhabarbari electi drachmas sex.

Macerentur per noctẽ, ac sequenti die post validam expressionem colentur: postmodùm adde.

Sacchari albissimi libram unam.
Syrup. Violati solutivi,
Rosati solutivi,
Acetosi simplicis. ana. uncias duas.

Coquantur iterum modicè ad justam consistentiam.

Febribus inveteratis, Quotidianis, Quartanis, & obstructionibus viscerum ex humoribus crassis, ac pituitâ enatis opitulatur: incidit, extenuat, aperit; nec non pituitosos & serosos humores leniter per aluum educit, ac extergit.

Syrupus hic de Carthamo, vel Diacnicu dictus, describitur ab Andernaco Comment. 2. de vet. & nov. Medicinâ dial. 7. in cuius structurâ Norimbergenses Thymum ac Polypodium omittunt, ac seminis Anisi, Fœniculi, Ammeos, & Dauci, unciam tantùm dimidiam legunt, cum auctor unciam adscribat. Vide editionem Andernaci Basilien*sem* Anni 1571.

Alius Syrupus de cinnamomo.

℞. *cinnam ℥.ij. contunde crassiuscule, infunde in aqua*
borraginis,
Endiv.
rosac. ℔. iiij. ß.
in cucubita bene cooperta horis 24. in loco calido vel in sole: deinde recipe rursus tantundem cinnamomi & in-
funde

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 298 sur 955

fundeut ſupra quinquies vel quater : tum recipe omnes faces , fundeque ſuper eas vini cretici ℔. *iiij. ſtent in infuſione per noctem, deinde exprimantur fortiter ; poſtea recipe omnes infuſiones , adde ſachari* ℔.*ij. aq. cinnam. quantum vis & f. Syrupus.*

Alius Syrupus cinnamomi.

℞. *cinnam. optimi craßiuſcule pulveriſati.* ℥ *ij.* ß.
ponantur in cucurbitam vitream, adde aquæ cinnamomi opt. ℔. *ij. ſtent in loco calido optime obturata , ne quid evaporet , horis 24. Deinde colentur cum expreßione valida ſub prælo , & colaturæ rurſum imponatur tantundem cinnamomi, eodemque modo agatur , ut prius, idque repetatur quatuor vicibus : tum cinnamomo omni collecto ſic infuſio & poſt quatuor expreßiones relicto affundatur.* ℔. *i. vini malvatici optimi , ſtent pariter in infuſione , tandem valide exprimantur & addatur ſacchar. albiſſ.* ℔. *i.*
aq. roſ. fragr. ℥*ii.*
decoquantur in vaſe fictili probe tecto ad conſiſtentiam ſyrupi. Reficit hic ſyrupus ſpiritus vitales, & cor ac ventriculum roborat.

Alius de cinnamomo.

℞. *aq. roſar.* ℔. *ii.*
pomor. citri. ℔. *i.*
cinnam. opt. ℥ *ii.* ß. *infundantur in vitro per triduum, exprimatur torculari, hoc quater iteretur, tum adde ſachari opt.* ℔. *i. Coq. ad conſiſt. Syrupi.*

Quercetanus pro aqua Cinnamomi Auguſtanorum utitur Vino generoſo Malvatico. Nec injuria.

Syrupus Cinnamomi Deodati.

℞. *Aq. Cinnam.* ℔. *ii.*
Cort. citri.
Rad. Angel.
Imper.
dict. albi
Scorzoner. ana ℥ *i.* ß.

Macerentur & exprimantur, filtrentur , & tantum ſachari addatur quantum diſſolvere poteſt , dig. 24. horis in balneo , mox appoſito alembico ad ſyrupi conſiſt. deſtilletur : ſic habebis & aquam & ſyrupum tum in peſte , tum in partu accelerando admirandæ virtutis : Ante Syrupi uſum addantur Spir. Vini rectific. ℥ *ij.*

Syrupus Cinnamomi Mynſichti.

℞. *Cinnam. acut.* ℔. *ii.*
Aq. borag.
bugloſſ.
ros.
meliſſ. ana ℥ *x.*
Vini malvat. opt. ℔. *ij.*

Fiat in fuſio per 24. hor. poſt coq. in diplomate ad ℥ *vij.* conſumptionem. ℞.
Colat. totam ſachari ℔. *ii.*
Coq. ad Syr. conſ. in fine adde Aq. Cinnam. ℥ *vi.*

Omnia principalia membra confortat : præſertim autem Cor imbecillum & ventriculum frigidum roborat, ob id ſyncopen & cordis tremorem ſanat. Nauſeam, vomitum, & ſingultum ſedat : Anhelitus fœtorem abigit, ejuſque ſuavitatem inducit.

Syrupus Corallorum Auguſtan.

℞. *Corallia rubicundiſſ* ℔. ß.
Succi berberorum perfecta.

Maturitatis depurati , ut corallia quatuor digitos ſuperemineat, fiat digeſtio in calore balnei vaporoſi per tres dies , donec totum ferè corallium ſolvetur. Succus per inclinationem ſeparetur , & fœcibus novus ſuccus affundatur ut omnis tinctura extrahatur, *ſuccorum confuſ.* ℞. ℔. *ii. Sachari Cand.* ℔. *i. f. Syrupus.*

Hic Syrupus præditus eſt miris propietatibus, ad inſtaurationem facultatum naturalium , & omnium affectuum ab hepatis vitio ſcaturientium , confert præterea omnibus fluxionibus hepaticis , dyſentericis & lientericis.

Syrupus Corallorum Quercetani.

Oportet perfectæ ſuæ maturitatis tempore expremere , filtrare & depurare per quàm accuratiſſime ſuccum berberis aut limonum. Nam acetoſi ejuſmodi & acidi ſucci , quò perfectius fuerint depurati , & à craſſa ſua terrea ſubſtantia , quâ ſcatent exquiſitiùs ſegregati, eò aptiores erunt & efficatiores ad ſolvendum corallium craſſo modo pulverizatum , ex cujus genere ad hunc ſyrupum cõficiendũ ſeligas omnium rubicundiſſimum & elegãtiſſimum. Hoc iniiciatur matracium vitreum & idoneum , affundatur aliquot prædictorum ſuccorum optime depuratorum , ad materiam quatuor digitos aut paulo plus ſuperemineret: collum ſubere vel cera Hiſpanica occludatur, & in balneum vaporoſum fervidum collocetur , hoc eſt, matracium aquam non attingat, ſed vapores ex qua bulliente aſcendentes circumquaq; illud foveant, ubi neceſſe eſt, ut vas aquam continens ex omnibus partibus probe muniatur atque claudatur , ne vapores exhalent : minimus autem chymiſtarum novus quid ſit balneum vaporoſum , quod hic ſeorſim in gratiam eorum, qui in hoc negotio tyrones ſunt, explicare volui. Huius balnei calore , qui dies noctesque per triduum integrum continuabitur , rotum corallium in illo liquore fere diſſolutum apparebit, idque colore ſubrubro & ſapore dulci. Effunde per inclinationem quicquid diſſolutum fuerit, fœcibus , ſi iterum debitur , novum ſuccum depuratum rurſus affundendo, & in cæteris procedatur, ut *ſupra*.

Ad ℔. j. dicti ſucci, corallina eſſentia optime imprægnati, ſufficiet ſacchari candi uncias ſex adiicere, & ad ſyrupi conſiſtentiam decoquere , in ipſo quidem baln. vaporoſo, non tamen clauſo, ſed aperto vaſis loco accipere oportet alembicum aut ſimile vas, cujus collum & orificium ſit ſatis amplum.

Artificio & dexteritate ſingulari opus eſt, ad ejuſmodi ſyrupos rite conficiendos, ne corall. eſſentia ſuccis illis ſeparetur, qua in re vigilantia & experientia ſumma requiritur: nec mirum videri debet, ſiquis prima vice forſan à ſcopo aberraverit. Ob quam cauſam velim, ut quilibet hic prænonitus ſciat , me quidem pro viribus fuſe & perſpicue ſatis in ſcriptis meis propoſuiſſe omnis generis operandi methodos & vias, ſed iis tamen omnibus ocularem demonſtrationem longe præſtare. Eſt quidam Lutetiæ Pariſiorum juvenis & peritus pharmacopœus (Lardier dictus) qui ab informatione noſtra manuali verum hujus ſyrupi conficiendi modum aſſecutus eſt : apud hunc proſtant ejuſmodi ſyrupi corallorum omnium diligentiſſime & accurratiſſime præparati.

Hic ſyrupus præditus eſt miris proprietatibus ad inſtitutionem facultatum naturalium, & omnium affectuũ ab hepatis vitio & imbecillitate ſcaturientium. Confert præterea omnibus fluxionibus hepaticis, dyſentericis & lientericis. Hoc ipſo, tanquã præcipuo (poſt Deum) auxilio, illuſtriſſima Domina & Duciſſa de Seulli, à fluxu hepatico inveterato, quiq; incurabilis judicabatur , intra paucos dies plane liberata fuit. Eoſdem remedij huius effectus jam ante experti fuerant

fueram in quadam nobiliſſima virgine Dominiſ Garrot in ſupremo ſenatu Pariſ. Conſiliarii filia, eidem fluxui hepatico ſubiecta, quæ à Medicis ſuis relicta, vitam tenui adhuc filo pendentem trahebat, cũ ipſam curandam ſuſciperem, cujus rei ipſamet adhuc in vita ſuperſtes una cum patre teſtimonium ferre poteſt. Eodem modo plures alii à nobis curati ſunt, inter quos & Reginæ noſtræ ephippiarius, nomine Philipp. le Guagneur, qui ultra octo menſes dyſenteria laboraverat, nec ullis aliis remediis levari poterat, is tamen hoc ipſo præſidio, nec non quibuſdam aliis convenientibus adhibitis, intra trium ſeptimanarum ſpatium, integram recuperavit ſanitatem.

Loco ſuccorum diſſoluentium berberorum, & limoniorum, uti quis poterit liquoribus acidis deſtillatis, iuniperi aut guaiaci, efficaciſſima pretioſorum lapidum, diſſoluendorum poteſtate, inſignitis. Chymici non vererẽtur illorum loco uti aceto ſuo montano, exquiſitiſſime & dexterrime depurato.

Syrupus Corall. Fabri.

Coralla rubea poſtquam aceto ſtillatitio diſſolveris, & actum in catino argenteo evaporaveris, ſalemque in fundo remanentem aqua dulci ſtillatitia edulcoraveris, ſucco granatorum acidorum aut dulci depurato permixtum addita ſufficienti quantitate ſacchari in ſyrupum perfectum decoques: huic iterum addes arcani ex corallis parati ad unamquamque libram drachmas duas. Arcanum, ſeu quintam corallorum eſſentiam deſcripſimus libro tertio huius operis cap. 22.

In morbis venenatis nihil eſt porentius & ad præſervationem in peſtifero tempore nihil eſt tutius & commodius. Sumitur ad quantitatem Unciæ unius per ſe jejuno ſtomacho, deambulando & corpus agitando leviſſimo motu poſt Syrupi ſumtionem.

Syrupus Corallorum Mynſichti.

℞. *Tinct. Ro ar. rubrar. cum aq. è.*
Succini Cichorei cum totâ plantâ deſtill. & rubini inſtar, extract. Vnc. x.
Sal. Corallor. rub. Vnc. s.
Mixtis, ſolutis, & filtratis adde:
Sachari albiſſ. Lib. j.
Suc. exp. Berberum
Ribium ana Vnc iiij.
Denuò miſc. & f. l. a. juſtæ conſiſtentiæ Syrupus.
Vires, Vſus, Doſis.

Imbecillum Cor confortat, ejuſque robur plurimum auget. Iecoris, Lienis, & Renum intemperiem calidam mitigat, illorumque obſtructionibus mire ſuccurrit. Hæmorrhagiam variam curat. Sanguinem in univerſo corpore mundificat. Choleræ medetur. Vomitũ bilioſum reprimit. Sitim reſtinguit. Præterea ad refrigerandum & adſtringendum Ventriculum, cæteraque viſcera fervoris intemperie diſſoluta, recreanda & confirmanda proficuus: Unde in Dyſenteria, Lienteria, diarrhæa, Cœliaca paſſione, fluxu epatico, Gonorrhæa, fluore Uterino ſecretum eſt. Contagioſis quoque morbis confert & fluxionibus colliquantibus & malignis.

Fœtum in utero fortificat, conſervat, & ab aborta prohibet, ſi geſtationis tẽpore ejus ℥. ß. ſingulis menſibus bis accipiant.

Syrupus Corallorum Compoſitus Cloſſæi apud Schrôd.

℞. *Corall. rubr. ſubtil. in mortar lapid. levigat. ℥ iiij.*
Succi limon. depurat. ℥ xii.
Aceti quercin. ℥ vi.
Digerantur in B. per octiduum, quotidie vas bis vel ter agitando deinde filtrentur per chartam.
℞. *Solution. colat. ℥ x.*
Succi berb. depur. ℥ v.
Tinct. Roſ. ℥ iiij.
Sach. alb. ℔ j. ß.
M. & mediante coctura blanda in vaſe argenteo fiat Syrupus, cui inter coquendum infundatur nodulus continens.
Santal. citr. ℥ ij.
Ligni aloës ℥ j.
Ambr. griſ. gr. xv.
Moſch. gr. vj.

Efficacior eſt ſimplici, ſummeque laudatur in diarrhæa, dyſenteria, fluxu hepatico, & ad reſtaurationem facultatum naturalium.

Syrupus è Corticibus Citri. Auguſt.

℞. *Cortium citri recentium libram.*
Granorum tinctorum ſeu chermes. drach. duas.
Aquæ fontis lib. quinque.
Coquantur ad duarum partium conſumptionem adde colato.
Sacchari optimi lib. unam.
Fiat ſyrupus aromatizetur cum Moſchi orientalis granis quatuor.
Alii corticum quantitatem ſufficientem in Iulepum propè coctum iniiciunt & fit ſuavior.

Ventriculum & cor roborat, corruptos, putres, & fœtidos ventriculi humores obtundit, oris halitum commendat. Hoc ſyrupo ſæpe utimur in compoſitionum mixturis, quas opiatas vocant, ad Cerebrum, cor, & ſtomachum roborandum. Peſtilentibus morbis & venenatis reſiſtit.

Ut eo fortior ſit & magis ſuaveolens refrigerato Syrupo novos cortices infundit Melichius.

Syrupus Diacitri Mynſichti.

℞. *Succi citri & limonum per pannum ſine ulla vi, aut expreſſione deſtillat. & cum pulv. ros. rubr. prius rubini inſtar tinct. ana ℔ j.*
Rob. berber.
Rib.
Syr. agreſt.
Oxyſach.
Rubi Idæi.
fragor. ana ℥ iiij.
Aq. cinam. bugloſſ. in qua Spec. diarrh. abl. infuſ. fuerint. ℥ ij. Nitri præpar. ℥ j. ß.
M. F. Syrupus.

Potentiſſimè refrigerat, penetrat, ſicut & à putrẽdine vindicat. Febribus malignis, bilioſis, morbiſq; contagioſis plurimum confert. Ebrietati, venenis & peſtilentiæ ſaluberrimè reſiſtit. Intemperiem calidã Capitis, Cordis, Ventriculi, hepatis, lienis, omnemq; ſitim exſtinguit. Renum æſtus emendat. Urinas & ſudores movet. Vomitum bilioſum reprimit. Choleræ medetur. Cardiacis, Dyſentericis, & Cœliacis, purgato prius corpore, ſuccurrit. Doſis ℥. ß. ad ℥ j.

Syrupus de toto Citro Dornet.

℞. *Rad Scorzoneræ. ℥ j.*
contra Hier. ℥. ß.
Herb. Scordii p. ij.
Cortic. Citri recentium ℥ ij.
Incidantur & contundantur groſſo modo & infundantur in Succi Rubi Idæi
Granator.
Citri recenter expreſſ.
Aqu. Acetoſæ.
Card. benedict. ana. ℥ vi.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 300 sur 955

Spir. Vitriol. ℥ j.

Digerantur in B. appoſito alembico & recipiente, reſervato, qui inter digerendum deſtillavit, liquore. Digeſtum in fundo relictum exprimatur fortiter & clarificetur albumine ovi, atq; addita Sacchari refinati ſ. q. inſpiſſetur ad conſiſtentiam Syrupi. Porro

℞. *Sem. Cardui bened. excort.*
Citri recent. & excort. ana ℥ ii.

Contundãtur, & F. affuſo ſuprà reſervato liquore ſtillatitio Emulſio, quæ cum ſ. q. Sacchari clarificati & ad conſiſtentiam mellis cocti tepide commiſceatur. Hic ſyrupus cum priori conjungendus &c.

Uſus huius Syr. πολυχρηστος eſt, imprimis in febribus epidemicis, malignis, petechialib⁹, variolis, morbillis, ſi ejus aliquid Bezoarticis admiſceatur. Per ſe doſis ℥ ß. ad ℥ j.

Syrupus Chriſtalli Gr. Horſtii.

℞. *Criſtall. lapidem in pulverem redact.* ℔ ß. *Candefiat ac extinguatur in aqua Vrticæ minoris quater deſtillata, decies, Colat. adde Sach. q ſ. & f. Syrupus.*

In Carunculis & Renum exulceratione maligna magnarum eſt virium, ut & in calculo, ſi clyſteres præmittantur, qua de re vide obſerv. p. 519. Rat. 2.

Syrupus Cytoniorum ſine ſaccharo Quercetani.

Paratur igitur per hanc digeſtionem, & depurationem, & ſeparationem fæcum, ſive puri ab impuro, ſyrupus excellens ex ſucco cytoniorum, cuius virtus mirabilis admodùm eſt. Nam præter quã quod corroboret ventriculum urinam inſuper provocat, & ſudorem & ventrem laxat, eſtq; excellentiſſimum remedium. Totius autem magiſterii operatio fiat in B. M. ne aduſtionem redoleat, ſi addere velis ad ℔ j. ſachari ℥ ij. vel tres, ſyrupus gratior erit guſtu, virtute interim ejus nequaquam imminuta, uti expoſitum de Syrupo Roſarum *Quercetani* infra fuſius.

Syrupus de Cydoniis Auguſtan.

℞. *Succi cydoniorum aciderum depurati & clarificati lib. iij. Sacchari albi lib. unam ſemis Fiat ſyrupus ſecundum artem.*

Quidam ſucci Cydoniorum libras decem coquũt ad dimidias, deia biduo reſidere permittunt dũ clareſcant, colato addunt Sacchari libras tres, & in ſyrup. percoquunt, Fœſius.

Ventriculi vires languidas & reſolutas recreat, nauſeam & vomitum ſiſtit, nutritionis inſtrumenta roborat, coctricem facultatem iuvat, viſcerum omnium vires reficit, lienteriam & alui profluvium biliоſum, aut dyſenteriam Hepaticam ex humorum acrimonia obortam ſedat, cibi appetentiam excitat ejuſq; faſtidium detrahit, malos ſuccos concoquit, lenit, & expulſioni apparat. Miva melle condita magis calet, amplius detergit, minus tamen ventriculo grata. Aromatica, efficaciſſima in ventriculi ab humoribus frigidis & humidis exolutione, viſcerum intemperie præcipue frigida aquoſa, & in hydropis ſuſpicionem labente: Præcipue tamen longis, & trahentibus alui profluviis ab humore aquoſo, pituitoſo, & frigido convenit, inteſtinorumq; levori ac eadem cauſa ſuccurrit. Lieteriam & vomitum cohibet.

Syrupus Dyſentericus Mynſichti.

℞. *Rad. polypod. querc. ℥ ij.*
liquir. roſ.
Pimpin. Ital. ana ℥ j.
torment.
Cichor. ana ℥ vj.
Herb. Scolop.
Agrim.
Veron.
Polygon. ana ℥ ß.

Fiat decoctio in aq. rad. conſol. plant, & fol. querc. ana q. ſ. ad ℥. Col.

Syrupus de duabus radicibus Aug.

℞. ℔ ij.
Rhab opt. ℥ j ß.
Mechoac.
Mirab. citr.
fol. ſen. ana ℥ j.
Agar. troch. ℥ ß.
fl. roſ. rubr.
lil. alb.
ſambuci
Camom.
Verbaſci ana ℥ ij.
Sem. cydon.
aniſi
anethi ana ℥ j ß.
Caßiæ lignea.
Caryophill.
nuc. moſch. ana ℥ i.

Stent infuſa in loco calido per noctem, mane leviter ebulliant & colat. expreſſ. adde ſachari albiſſ. ℔ ij. & f. l. a. Syrupus.

In Dyſentericis citra moleſtiam & leniter alvum ſubducit. Humores acres & biliоſos à quibus exulceratio in inteſtinis dependet, expurgat. Dolores inſuper lenit, & perfecto opere adminiſtrationem poſt ſe relinquit, alvumque quam ſolvit, irerum ſiſtit. Doſis in junioribus ab Unic. j, ad Unc. js. In adultis vero ab Unc. ij. ad Unc. iij.

Syrupus Dyſen. Dorncreilij.

℞. *Rad. Tormentill. ℥ ij.*
Vincetoxici
Zedoariæ ana ℥ ß.
Cort. Citri ℥ ij.
Hordei mundi M ß.
Burſa Paſtoris ana M j.
Sem. Portulacæ
Plantagin.
Acetoſæ
Endiviæ
Rumicis
Melonum
Cucurbit.
Citrulli ana ℥ j.
Flor. Roſar. rubr.
Malva arboreſc.
Verbaſci
Chamomill. Rom.
Borraginis.
Bugloſſæ ana M ß.

Incidantur & contundantur, & coquantur in ſ. q. aqua fontana ad tertias pro ℔ j. Deinde colentur & clarificentur albumine ovi, in colatura clarificata ebulliat.

Rhabarb. elect. parum toſti.
Myrobalan. par. Citrin. toſt.
Chebulor. par. toſt. ana ℥ ij.

Deinde ſtent in infuſione in loco calido per noctem, mane iterum ebulliant, & colentur. Colaturæ adde.

Syrup. Acetoſ. Citri.
Limon.
Granat. acid. ana ℥ j.
Endiv. compoſ.
Myrtin. Compoſ.
Rob. Ribium

Mira

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 301 sur 955

Mirę Cytonior. ana ℥ iij.
Sacchar. fini despumati & clarificati ℥ iv.
Misce, & coquantur ad Syrupi consistentiam, in fine autem coctionis aromatizetur Syrupus hoc nodulo recipiente
Santalorum omnium ana ℥ j.
Nucis Moschat. ℥ j. ß.
Macis ℥. ß.
Corn. C. ustiprap. ℥ ij.
Pulverizentur subtilissimè & Fiat cum linteo purissimo Nodulus.

Salutaris usus est hujus Syrupi in omni Dysenteria, sive sit absque malignitate, sive habeat aliquid contagii & malignitatis adjunctum. Ita enim materiam, quæ hunc morbum cruentum excitat, fovet & auget, commodissimè evacuat, ut simul succum ad nutritionem accommodatum retineat, malignitatem humoris corrigat, & ingenitas viscerum vires conservet.

Datur in Dysenteriæ principio ℥ ij. cum aqu. Endiv. Acetosæ, Fol. Quercus ana ℥ j.

Syrupus diureticus, Dn. D. Bechtholdi Rivii.

℞. Succ. onomid. totius, cum floret aq. destillat. ejusdem.
succ. express. raphan. acerri pimpinel.
nostr. totius an. ℔. j.
aquar. malvæ totius.
alth. totius,
urtic. an. ℔. ß.
Equiset.
parietar. an. ℥ iiij.
baccar. alkekeng. ℥ iiij.
iuniper. contusar. ℥. ij.
sem. petrosel. ℥ j.
4. frig. mai. contus. an. ℥ ij.
fl. chammom. roman. M. j.
genistæ M. ß.
croci ℥ j. bulliant leviter & infundantur secundam artem; in colatura dissolue sacch. quam suffic. Coquantur in formam syrupi.

Syrupus cucurbitæ Mesuæ Melichii.

Syrupus è cucurbita præstans est ad febres ardentissimas, & biliosas, harum n. ardores, & sitim exstinguit. Pectoris & fauciũ asperitati, & pleuritidi utilis.

℞. Cucurbitam sativam magnam no. j. Pasta obvolutam coque in clibano. Ex calente adhuc succum exprime, cuius ℔. v. cum sacchari ℔. iij. in syrupum percoque.

Compositio & usus syrupi tam præstantis hoc seculo exoleverunt, nõ alia de caussa, quam quod tempus, (cuius naturam philosophi quidã rotã fortunæ significare voluerunt) omnia versat. Fuit enim quõdam florentissima Arabum & Maurorum medicina, quæ ingenti medicamentorum accessione artem locupletavit. Hodie vero, in lucem producta Græcorum medicina sunt, qui parce admodum medicinas propinando, at prolixe de ipsis declamitãdo, & multa pollicendo, excellẽtes in arte audire cupiũt. Et talibus sane evenit non raro, ut neglectis aliis, iisq; pretiosissimis pharmacis, tonsoribus & mulierculis nota, ac trita usurpare cogantur, quantumvis suo judicio admodum sint sapientes, sibiq; placeant.

Syrupus Diasereos Andernaci. Commeut. 2. dialogo 7. de vetere & nova Medicina.

℞. Intybi latifolii seu Endiviæ
Cichorii ana manipulum
Adianthi albi
nigri seu capillorum Veneris
Agrimoniæ
Scolopendrii seu Ceterach
Lupuli
Fumariæ ana manip. semis
Granorum Halicacabi
Cuscutæ ana drach. tres
Rad. Apii.
Fœniculi
Asparagi ana unciam semis
Polypodii quercini unciam unam
Glycyrrhizæ drach. sex.
Seminis Cnici unciam unam semis.
Sem. 4 frigid. maiorum ana drach. duas.
Hordei non excorticati pugillos duos.
Sem Endiviæ
Cichorii ana drachmam unam semis.
Vvarum Passarum unciam unam
Pruna Damascena numero viginti
Florum Borraginis
Bugloss æ
Violarum ana pugillum unum
Myrobalanorum Citrinorum Chebulorum ana unciam semis
Omnia in aqua ad tertias decoquantur, & in huius decocti iure colati libra & semisse, macerentur seorsim per noctem. Rhabarbari electi uncia dua semis
Agarici Trochiscati uncia
Foliorum sennæ uncia una semis
Zingiberis
Cinamomi ana drachmã
Expresso colatuq; iterum
adde
Sacchari optimi libram
Syr. Rosati solutivi uncias tres

Mixta omnia rursus modicè coquantur ad justam spissitudinem.

Ad viscerum obstructiones febres, & alia inde provenientia mala.

Syrupus Cydoniorum Renodæi.

℞. Succi citoniorum ℔. x.
Coque ad dimidias, & fine, ut duos dies resideant.
Atque ubi clarverint, colato; Dein misce
Sachari ℔. iij.
Percoque, ut artis est, in consistentiam syrupi.

Varius est multum huius syrupi conficiendi mõdus: Nam alij vinum adiiciunt; alii acetum; alii simul & vinum, & aromata multa, sicque compositissimum efficiunt.

Sunt, qui simpliciorem malunt, & sæpius citra coctũram succos residendo & insolando purgant; deinde cũ saccharo clarificãt, colant, & percoquunt. Quidam in aqua *saccharum* diluunt, & probe concoquũt. Deinde succos commiscent, & rursus parum elixant in syrupum. Alij alio modo. Sed qui traditur à nobis, usitatior est, paratu facilior & melior.

Syrupus citoniorum ventriculum roborat, vomitum sedat, alui fluores reprimit, dysentericis & cœliacis cõfert, ut etiam his, qui vel sanguinem spuunt, vel fluorem mensium, aut hæmorrhoidum perpetiuntur immoderatiorem, atq; destillationes à capite in thoracem, & partes inferas irruentes compescit.

Syrupus Endiviæ simplex Aug.

℞. Succi Endiv. depurati ℔. viij.
Sacheri ℔. iiij.
f. l. à. Syrupus.

Ad hepatis, & viscerum omnium intemperiem calidam frequentis est usus: sitis n. ardores inextinguibiles evincit, ac morbi lateralis initiis præcipuè cõvenit.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 302 sur 955

Syrupus de Endivia compositus. Aug.

℞. *Endiviæ recentis.*
Boraginis,
Scariolæ,
Hepaticæ,
Buglossæ,
Melissæ,
Eupatorij
Lactucæ. ana. manip. unum.
Quatuor sem. frig. mȩior. ana unciam unam.
Florum Cordialium. ana. drachmas tres.
Santali albi,
Rubri. ana. drachmam unam. Coquantur in sufficienti quantitate aquæ fontis, seu libris sex, secundum artem ad medias: deindè colaturæ adde
Succi Endiviæ depurati libras quinque.
Granatorum uncias tres.
Sacchari albi libras quatuor.
Fiat Syrupus, ut est artis.

Præpotens est in magno præcordiorum incêdio, nec non ventriculi & hepatis intemperie calidâ. Febribus itidem bilioſis & ardentibus adiumento est, obstructiones modestè liberat, ac urinas promovet.

Syrupus elleboratus Prævotij.

℞. *Rad. Hell. nigr. præpar. ℥ iij.*
Herb. borag.
lupul.
fumar.
Cuscut. ana m j.
Mal. citr. ℔ ß.
Aq. font. ℔ v.
Bulliant lento igne ad cons. col. adde succ. ponor. dulc. ℔ ß.
Bulliant ad med. col. expr. adde Mollus despum. ℔ j. f. Syrupus.
Dosis ℥ j. ad ℥ ij.

Oxysacharum Emeticum Mynſ.

℞. *Croci Metall. abſ. ℥ ß.*
Cass. lign. ℥ ij.
Ligni aloes
rad. Angel. ana ℥ j.
Ros. rubr. ℥ ß.
Aceti ſt. tun. ℥ xv.

Infund. per 24. hor. filtr. & add. Sach. cand. albi tantundem. Dosis ℥ ß. ad ℥ vj.

Syrupus Emeticus Angeli Salæ.

℞. *Vitri Antim. pulv. ℥ j.*
Cinam. el.
Zedoar. ana ℥ ij.
Santali rubri. ℥ j.
Croci or. ℥ ß.
Aceti roſat. ℥ xx.
Sem. Angel ℥ ij.

Infusa in B. M. per 24. horas stent, & postea col. ac filtrentur, adde Sacchari cum aq. roſ. ſolut. tantum quantum pondus est liquoris & f. Syrupus.

Vomitorium hoc medicamentum non tantum vitioſos humores ventriculi evacuat, sed & ejusdem tunicis impactos educit, ex aliis etiam partibus materiam revellit, hinc non ſolum ipſis ventriculi vitiis prodest, sed etiam febribus intermittentibus aliisque morbis chronicis conducit.

Syrupus Vomitivus Prævotij.

℞. *Ramul. virid. geniſt. hort. ℥ j. ß.*
ſol. lauri.
Tabac. ana. m. j.
Sem. citri ℥ ij.
Aq. ℔ ij. bull. ad med.
col. adde per 12. horas
rad. aſari
agar. crud. ana ℥ iij.
Col. clarif. adde Mell. deſp. f. Syrupus. doſis ℥ ß. ad ℥ j.

Syrupus exhilarans D. Dom. Laurent.

℞. *Succorum bugloſſ. & borrag. ℔ j. ß.*
ſucci pomorum re dolentium ℔ j.
ſucci meliſſæ ℥ ß.
granorum kermes. ℥ iij.
croci ℥ ß.
pulveris diambræ ℈ iiij.
diamargariti frigid. ℥ ß.
ſachari tabarzet ℔ ij. fiat ex ante ſyrupus.

Huius ſyrupi descriptionem dat clariſſimus vir Dn. Doct. Laurentius, Gallorum & Navarrorum Regis Medicus primarius, in quodam opere doctiſſimo, quod de viſu conſervando, de morbis melancholicis, catharrho, & ſenio in lucem edidit. Illius autem authorem agnoſcit affinem ſuum Dom. Caſtellanum, Galliæ quoque Regis Archiatrum, à quo ſe habuiſſe confitetur. Sic vero debet confici.

In ſuccis depuratis grana kermes noctem integram ſuper cineres calidos infundentur: in forti expreßione ſaccharum diluetur: deinde coquentur omnia in ſyrupum: in cujus medio ſuſpendetur nodulus, qui ſuo ſinu pulveres, & crocum continebit. Doſis erit ab ℥ j. ad ℥ ij. idque mane ieiuno ſtomacho, & veſperi hora ſomni.

Cognominatur exhilarans, quia vim habet eximiam ad cor, & ſpiritus vitales exhilarandos, facultates erigendas, mœrorem abigendum, & qualitatem humoris melancholici malignam contemperandam.

Syrupus hic ſubſtitui poterit ejus penuria, qui ex *ſucco granorum kermes* parari ſolet his in terris, in quibus illex coccigera viret: cuius quidem non ſumus obliti, ſed tantum parandi modum; quod perfacilis ſit, ſubticuimus, hisque reliquimus, quos ejus percelebris ſucci fœcunditate natura donavit.

Extant pene dixerim innumeræ aliorum ſyruporum apud authores varios deſcriptiones, ſed cum eorum uſus vel improbetur, vel non ſatis probetur, antidotarium hoc noſtrum his onerari, & velut inquinari nolumus. Syrupus enim *mannæ acidus. granatorum dulcium, pomorum perſicorum, prunorum acidorum, cucurbitæ, pyrorum, uvarum purgatarum, de thymo*, & alij adhuc multi à Meſue deſcripti prorſus exoleverunt.

Syrupus Ebuli Quercetan.

Syrupi *florum & ſeminum ebuli* per infuſionem præparati, ſingularia ſunt auxilia in hydrope ad ſeroſos humores purgandos, quicquid enim ſambuci Anatomia pompoſa promittit, id omne & plus invenis in Syrupo & Rob. Ebuli, ſi acuatur ſale abſynthii à Conrado Conradi deſcripto.

Syrupus Emeticus Gr. Horſtij.

℞. *Vitri Antim. Hyacinth. more Matthioli præpar. & ſubtil. pulveriſ. ℥ j.*
Cinam. el.
Zedoar.
Ligni aloës reſ. opt.
Sem. angel. ana ℥ ij.
Croci Anglici opt. ℥ ß
Aceti roſac. ℥ xviij.

Omnia hæc vitro capaci infundantur, optimè claudantur, ut nihil expiret, & digerantur in B. M. per 24. horas, poſtea Balneo refrigerato colentur diligentiſſimè, vel per chartam bibulam filtrentur, ut fia

pellu-

pellucidum. Postea tantum sachari cum aq. ros. solvatur, quantum est pondus prædicti liquoris, coque sacharum ad consist. Manus Christi, & postea calidum adhuc pedetentim cum dicto liquore misce. Dosis ʒ ij. ad ʒ j. ex Sala.

Syrupus Epithymi Mes. Melich.

℞. *Epithymi Cretici boni* ʒ xx.
Myrobal. Citrinarum.
Indarum an. ʒ xv.
Cuscutæ
Fumariæ an. ʒ x.
Thymi
Calamenthi
Bugloss.
Myrobal. Bellirica r.
Emblicarum.
Glycyrrhizæ
Polypodii
Agarici
Stœchadis an. ʒ vj.
Rosarum
Sem. fœniculi
Anisi, an ʒ ij. ß.
Prunæ no. xx.
Passularum purgatarum ʒ iiij.
Tamarindorum ʒ ij. ß.
Sacchari ℔ ß. iij.
Sapæ ℔ ß. ij. *fiat Syrupus.*

Admodum varia est descriptio, huius syrupi in diversis codicibus. Nonnulli enim passularum ʒ iiij. alij ʒ iiij. habent. Et quod auctor quantitatem aquæ non expresse posuit, aliis ℔ xij. aliis minor placuit quantitas. Nobis probatur, ut polypodio simul cum prunis, passulis, & seminibus contusis in ℔ ix. aquæ aliquandiu cocto adiiciantur calamenthum, thymus, cassita, fumaria, atque ubi ad perfectam pene coctu ram bullierint, agaricus injectus modice coquatur. Tandem epithymus cum rosis additus semel tantum efferuescat, moxque myrobalani una cum thamarindis injectæ macerentur horas sex, ac denuo post igni admota omnia ubi ebullierint, fortiter per colum exprimantur, saccharoque & sapa additis, syrupus lege artis fiat.

Syrupus ex Epithymo atram bilem, & humores adustos valenter educit, & affectibus inde natis medetur. Peculiari dote his, qui lepræ, elephantiasi, scabiei, achoribus, fistulis, & ulceribus malignis sunt obnoxij, succurrit.

Syrupus de Erysimo Lobelij Schrôd.

℞. *Erysim. totius recent. m. vj.*
Rad. Enul.
Tussilag. succo adnuc
pregnantium
Liquirit. ana ʒ ij.
Herb. boraginis
cichor.
capill. ven. ana m. j. ß.
flor. cord.
anthos
stœchad. ana m. ß.
Sem. anisi ʒ vj.
Passul. mundat. ʒ ij.
Incisis & cõtusis ſ. omnium decoctio ſ. a. in ſ. q. aq. hordei, hydromelitis ana ʒ vj. Succi Erysimi ℔ iij. Sachari q. ſ. f. l. a. *Syrupus.*

Efficacissimus est ad mucilaginem pulmonum incidendam & educendam, adeo ut beneficio ejus iuvenculas decennio rancedine laborantes se curasse author testetur, observ.

Syrupus è succo eupatorii magistralis.

Iisdem pollet facultatibus, quibus agrimonia, syrupus è succo eius factus. Epatis affectibus, dysenteriæ, & morsibus animalium venenatorum succurrit.

℞. *Succi agrimoniæ*
depurati ℔ *iij.*
Sacchari ℔ *ij.*
Percoq. in syrupum.

Alius est hic syrupus, ab eo quem Mesue describit. Hic enim ex Agrimonia, quæ Eupatorium est Græcorum, fit, ideoque non immerito syrupi de Eupatorio appellationem habet. Venetis tamen syrupus ex agrimonia communiter dicitur, atque ita ab eo, quem Mesue describit, distinguitur, ne scilicet alter pro altero, non sine gravissimo errore, usurpetur, cum hic simplex, alter ex pluribus sit compositus.

Tres sunt in usu apud medicos eupatorii nomine celebres plantæ. Agrimonia omnium suffragiis Græcorum est Eupatorium, cum Dioscoridis descriptioni omnibus notis suis respondeat. Avicennæ eupatorium rivos fossarumque margines amat, foliis cannabis, sed majoribus, caule rotundo, subrubente, tricubitali. Huius succum condensatum adservare solent seplasiarij. Eupatorium Mesuæ citra controversiam est ageratum Dioscoridis, cujus maximam gignit copiam ager Pisaurien sis, & Ariminensis.

Syrupus de Eupatorio August.

℞. *Rad. Apij.*
fœnic.
Endiv. ana ʒ ij.
liquirit.
Schœnanth.
Cuscut.
Absynt.
Rosar. ana ʒ vj.
Capill. vener.
Spinæ albæ.
Spinæ Ægypt.
flor. bugloss.
Sem. anisi
fœnic.
Eupatorij ana ʒ v.
Rhabarbari
Mastiches. ana. drachmas tres
Spicæ Indicæ,
Asari,
Folii, vel eius loco Spicæ Romanæ. ana. drachmas duas.
Aquæ fontanæ libras octo.
Coquantur ad tertiæ partis consumptionem.
Expressioni adde.
Succi Apii libras duas.
Endiviæ libram unam.
Sacchari libras quatuor.
Coquantur secundum artem in Syrupum.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 304 sur 955

Optimus eſt in febribus diuturnis ac tertianis Nothis, ex bile aut pituitâ craſſa, quæ jecoris aut lienis obſtructiones parit, parteſq; nutritorias & concoctrices vires labefactat, ortum ducentibus. Aperit, incidit, tenuat, terget, & digerit: appetentiam excitat, coctionem firmat, robur ventriculi ſuſcitat, Hydropi ſuccurrit, Cacochymiam & Cachexiam emẽdat: vitioſos ſuccos per urinas educit, intemperiẽ frigidam delet, flatus ventriculo aut jecori innatos diſſipat, hypochondriorum dolorem ac tenſionem levat, atq; adeò totius corporis corruptionem; quæ malè affectũ ventriculũ & hepar ſequitur, expurgat.

Quoniam hoc loco de Eupatorio agitur, ſciendũ triplex id eſſe: Dioſcoridis nimirum & Græcorum, quod eſt *Agrimonia*: ſecundum Meſuæ, quod eſt *Ageraton*: tertium Avicennæ, *Herba ſcilicet S. Kunegundis*: ſeu Origanum Aquaticum.

Pro Spina Ægyptia alii Sabinam & Polypodium ſubſtituunt. Nos Carduum Benedictum, Eryngium, aut Pimpinellam aſſumendam eſſe arbitramur.

Pro folio Spica Romana ſubſtituitur, utpote jecori præ macere familiaris: cum præſertim ſyrupus iſte hepatis obſtructionibus ac debilitatibus ſit dictaus.

Syrupus de Farfara Aug.

℞. *Succi Farf. herb. aut flor. quod melius depur.* ℔.*iij.*
Sachari clarif. ℔.*j.* ß.
Coq. ad Syr. conſiſt.

Refrigerat, lenit & humectat: calidis ob id pectoris vitiis apprimè confert. Tuſſi, pleuritidi, peripneumoniæ, ac Phthiſi ſalutaris, nec nõ catarrhis ſalſis, acribus & in pectus fauceſq; delabentibus perquam idoneus.

Syrupus de Farf. Compoſ. Renod.

℞. *Tußilaginis recentium vj.*
Capilli veneris veri m.ij.
Hyſſopi m.j.
Glycyrrhizæ raſæ ℥.*ij.*
Coquantur in ℔.*iiij. aquæ pluviæ vel fontis, ad quartæ partis conſumptionem.*
Decoctio coletur & clarificetur; Cui adde ſacchari albiſſimi ℔.*iij. fiat Syrupus perfectè coctus.*

Syrupus hic à Tuſſilagine tanquam à baſi nomen habet, cuius quantitas cæteris major eſt. Illius author cũ incertus ſit, varie præparari ſolet. Verum optimam nunc deſcriptionẽ exhibemus, per quã ſimplicia quatuor præſcripta in aquæ tãtũ libris quatuor incoquẽda ſtatuimus, quia longiorẽ coctionẽ non ſuſtinent.

Qui primo vere ſyrupum hunc conficiunt, flores ſolummodo *Tußilaginis* aſſumunt: qui æſtate, partes æquales foliorum viridium & florum ſiccorum adiiciunt. Sunt, qui æſtate media ex ſolo foliorum ſucco depurato & ſacharo parare ſolent. Optime quoque fit ex ſolo florum decocto & ſacharo, diciturq; *Syrupus de Tußilagine ſimplex*, & aliquando *Syrupus florum Tußilaginis*, ſeu *ungulæ caballinæ*, ad differentiam ſuperioris magis compoſiti, qui præter cætera *capillum veneris verum* admittit, cuius penuria ſubſtituendum *polytrichum* ſtatuo.

Syrupus de Tuſſilagine tuſſi confert, Orthopnœę, aſthmati, tracheæ, arteriæ, aſpredini, ſputo coquẽdo, movendo, & expectorando. Debet vero ſenſim aſſumi lambendo inſtar eclegmatis, ut diutius hæreat œſophago, & aliquid deerret inter ligendum, per aſperæ arteriæ amplitudinem.

Syrupus de fœno græco.

℞. *fœnugr. integri* ℥.*j.*
bulliant in aq. ℔.*j.* ß. *ad conſumptionem tertiæ partis, tum effunde aquam illam, & decoq; iterum in aqua nova, quæ rurſus effuſa, affundatur alia & coquatur ad conſumptionem mediętatis, quo facto colato adde ſacchari clarificati* ℔.*j. fiat debito modo ſyrupus.*

Habet Syrupus hic inſignem & nobilem vim emolliendi, in angina & raucedine ſumme utilis, aliiſque gutturis affectibus ſalutaris.

Syrupus de fragis. Auguſt.

℞. *Succi fragorum depurati* ℔.*iij.*
Sach. ℔.*i.* ß.
f. l. a. Syrupus.

Æſtuoſis febribus ac internis incendiis convenit: calculos itidem atterit, urinas movet, & renum arenulas expurgat.

Syrupus de fumo terræ ſimplex. Auguſt.

℞. *Succi fumi terræ depu. lib. quatuor.*
Sacchari clarificati lib. duas ſemis.
Fiat ſyrupus.

Simplex potius eſt uſui quam major ſeu compoſ. nam & operoſa eſt compoſitio & injucunda, ingratiſſ. & quæ celeriter ſitum contrahat aut corrumpatur, efficax tamen ad ea quæ pollicetur. Purgatorius eſt à tribus viciis ad quinque vel ſex ſumptus, purgat pituitam ſalſam, & bilem utramque uſtam, liberatis obſtructionibus febres putridas ab his humoribus enatas curat. Ventriculum & Hepar roborat, humores ſalſos & aduſtos propellit, ſporam, lepram, ſcabiem, impetiginem, atq; exanthemata delet. Icterum utrumq; pellit. Utuntur eo quidã in morbo Gallico. Vide modum compoſit: in diſpenſat. Lugdunenſi.

Syrupus de Fumo terræ major. Meſuæ. Aug.

℞. *Myrobalanorum citrinorum Chebulorum ana drach. viginti*
Florum Boraginis
Bugloſſæ
Violarum
Abſinthii
Cuſcutæ ana unciam unam.
Glycyrrhizæ
Roſarum ana drach. quatuor.
Epithymi
Polypodii ana drach. ſeptem
Prunorum numero centum
Paſſularum enucl. lib. ſemis
Tamarindorum
Pulpæ caſſiæ ana uncias duas
Aquæ fontis. lib. decem
Omnia præter Caſſiam & Tamarindos, lento igne coque ſecundum artem, & cola, in colatura diſſoluantur Caſſia & Tamarindi, deinde additis
Succi fumi terræ depurati
Sacchari albi ana libris tribus Rurſus coquantur in formam ſyrupi.

Purgatorius eſt: à tribus unciis ad quinque vel ſex ſumptus, educit pituitam ſalſam, & bilem utramque uſtam nec non liberatis obſtructionibus febres putridas ab his humoribus enatas curat. Ventriculum & hepar roborat; humores ſalſos & aduſtos propellit. Ploram, Lepram, ſcabiem, impetiginem, ac exanthemata delet. Icterum utrumque propulſat.

Utuntur eo quidam in morbo Gallico.

Syrupus

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 305 sur 955

Syrupus *florum* geniſtæ ſimplex, quem concinnare licet, vel cum ſucco, vel per infuſionem, idque juxta methodum *ſupra* præſcriptam, præſtat, ad ducendum humorem melancholicum, ad tollendam obſtructionem, & ad abolendam inflammationem & ſcirrhum, quibus malis alias lien infeſtari plerumque ſolet.

Compoſitus vires habet multo efficaciores ad educendum ſuccum atrabilarium. & ad obſtructiones ſcirrhoſosque tumores lienis ſolvendos, componendi ejus ratio ea eſt, quæ ſequitur.

℞. *Succorum. Flor. geniſtæ* ℔.iij.
Summitatum fraxini
Folior. Fumariæ ana ℔.j.

His adde.

Fol. Hepaticæ
Ceterach. ana m.ſ.
Flor. Borrag.
Bugloſſæ
Violarum
Epithymi ana p.ij.
Sem. Fœculi
Aniſi
Carduibenedicti ana ℥vj.
Cinnamomi ℥ij.

Macerentur ad ignem B. M. fervidum dein fortiter exprimantur: in qua expreſſione denuo adde, & macera, ut prius, per triduum ad eundemmet ignem Baln.

Polypodii querni contuſi ℥j.ß.
Pulpæ tamarindorum ℥iij.
Fol. ſenæ ℥iiß.

Tandem fortiter exprimantur, & cum ovi albumine clarificentur addendo *ſacchari albiſſimi* ℔.ij. & *ſyrupi de pomis redolentibus ſimplicis* ℔.j. fiat ſyrupus, ut artis eſt, miræ virtutis ad enarratos uſus. Doſis ab ℥j. ad ℥ij. per ſe ex cochleari, vel cum aqua flor. geniſtæ.

Syrupus Granatorum acidonum Fabri.

℞. *Succi limonum, vel granatorum acidorum ſole depurati, & ſenſim co'o lineo ſine expreſſione traiecti* ℔.v.
Sachari albiſſimi ℔.iij.
Lente coquantur in vaſe fictili ad conſiſtentiam Syrupi.

Hi duo ſyrupi conjunctim deſcribuntur, quod utriuſque ſit idem parandi modus, & par ſachari ad ſuccum proportio, atque magna virium affinitas. Nonnulli ſacharum coquunt ad electuarii ſolidi craſſitiem, cui ſuccum lympidum affundunt, rudicula agitant, & levi coctura in ſyrupum reducunt; hæcque præparandi ratio, multum probatur, per quam ſcilicet ſuccorum vis, igne non hebeſcit, ſed integra retinetur. Alii ſuccos elixant ad tertiæ partis conſumptionem, deinde julapium ſimplex affundunt, & denuo coquunt in ſyrupum.

Sunt & qui ſuccum ſumunt, & in duplo ſacharo diluunt, parumque ſimul calefaciunt, ut aptius uniãtur in ſyrupum. Qui ſic paratur, conſiſtentiam habet idoneam, optimeque ſervatur, modo ex acidis ſuccis conficiatur. Poteſt etiam ſine igne, ſed tantum inſolatu confici, addita majore ſacchari quantitate: Facilis tamen, brevis, optimaque eſt conficiendi præſcripta methodus, quam permulti ſequuntur.

Eodem modo paratur ſyrupus Arantiorum, & aliorum multorum fructuum

Syrupus limonum febribus continuis, & peſtilentibus, ac contagioſis convenit, ut & morbis omnibus, quos ingens ardor comitatur, & humorum corruptela nec non Cardialgiæ, & aliis cordis affectibus. Syrupus vero granatorum cor quoque recreat, putredinem arcet, choleræ morbo ac vomituritentibus convenit, & fluoribus ventris.

Syrupus Granatorum dulcium Aug.

℞. *Succi Granatorum dulcium libras quinque.*
Sacchari albiſſimi libras duas ſemis.
Coquantur ſecundum artem.

Tuſſim hic Syrupus ſedat, excreationes promovet, humectando ſitim à ſiccitate profectam mitigat, ac pectus lenit.

Syrupus Granatorum acidorum Auguſtan.

Paratur eodem modo, quo Syrupus Granatorum dulcium.

Refrigerat, & humectat: nauſeam ac vomitum bilioſum reprimit, & eſſentiæ ſuæ tenuitate obſtructa nonnihil liberat, ideoque febribus bilioſis plurimum auxilij adfert.

Proſtat etiam in Officinis noſtris Syrupus Granatorum acidodulcium, ſeu ex Malorum Granatorum medii ſaporis ſucco paratus, mixtas utriuſque vires continens.

Syrupus de Glycyrrhiza Meſuæ.

℞. *Glycyrrhizæ uncias duas.*
Capillorum Veneris unciam unam.
Hyſſopi unciam ſemis.
Aquæ libras quatuor.
Species prædictæ in aquâ prius ſervefacta horis viginti quatuor macerentur, deinde decoquantur ad dimidias: colaturæ adde.
Mellis deſpumati,
Penidiorum,
Sacchari. ana. uncias octo.
Aquæ Roſarum uncias ſex.
Fiat Syrupus, ſecundum artem.

Thoracem, & pulmones expurgat: diuturnæ item ſiccæ tuſſi, ac Pleuritidi opem fert. Aperit, dilatat, terget, aſperam arteriam & partes ſpirituales lenit, eaſque ad materiam expectorandam confirmat: incipientibus thoracis affectibus frigidis & pituitoſis ſaluber eſt, calefacit enim, incidit, tenuat, expurgat, lenit & ſiccat, eaque omnia moderatiſſimè præſtat.

Multi recte *glycyrrhizam ſiccam* non diu elixant, quod amareſcat, ſed tantum in fine decoctionis ponunt. Colaturam cum *penidiis ſacharo & melle* clarificant, dein coquunt in ſyrupum, addita ante perfectam illius coctionem *aquæ roſarum*; quam ideo nonnulli improbant, quod ſyrupus ad anacathariſm inſtituatur, quam *roſacea* propter aſtrictoriam vim impedit. Quorum opinioni ſubſcribens Ioubertus, aquam infuſionis *roſarum* ſubſtituit, ut minus aſtringentem. Verum aquã

qua ideo commiſcetur, ut ſyrupus hinc paratus, qualitatis magis aſtrictoriæ ſit particeps, & morborum principiis ſumptus fluente humores compeſcat, & fluxos concoquat.

Aquæ defectu infuſum ſumi poteſt, non minus aſtrictorium.

Conſtat autem hic ſyrupus non modo medicamentis ſimplicibus, ſed etiam compoſitis, nempe *Penidiis*, quæ fiunt ex *aqua hordei*, & *ſaccharo*, ea proportione & arte coctis, ut maſſa quædam exurgat admodum ſolida, & ita tractabilis, ut digitis non adhæreat, & in fila ducatur tenuiora, craſſiora, breviora, aut longiora, & ſæpius intorta; Semper vero alba, unde *Alphenici* nomine deſignata.

Syrupus de glycyrrhiza humores è cerebro fluentes ſiſtit, fluxos coquit, tuſſi convenit, & coctos humores ad expectorationem perducit.

Syrupus de Succo Hederæ terreſtris Auguſt.

℞. *Succi Hederæ terreſtris depurati libras tres.*
Sacchari albiſſimi libram unam ſemis.
Coquantur ut eſt artis.

Ad internos abſceſſus, cruenta & ſanioſa ſputa ſalubris. Phtiſi medetur, vaſa rupta glutinat, Apoſtemata purulenta mundificat & ſanat, urinas, menſes ac ſudores promovet, hydropiciſque ſalutaris. Quercetanus recipit Succi heder. terr. ℔.ii.ß. ſachari roſati ℔.i. Renid. ℥ iiij. & ſic coquit ad Syrupi conſiſt.

Syrupus ad Hecticam Riverii Schrôd.

℞. *Teſtud. lacuſtr. aut fluviat.* ℔.ii.
Cancror. fluviat. vir. ℔.i.ß.
Sem. 4. frig. maior. ℥ iii.
Limacum m.ii.
Succi veron. mar.
melon. ℔.i.
Vini albi ℔.vi.
Succi nicot. ℔.ii.
Uvar. Corinth.
Paſſul. ana q.

Ponantur omnia in magno matracio benè obturato & ſinantur digeri per noctem unam & alteram, poſtea deſtillentur ex cineribus & ex liquore deſtillato & ſacch. candi ℔.iiij. f. Syrupus. Doſis ℥i. bis aut ter in die, adde uſus tempore Lactis ♀ perlarum ana gutt. vij. M.

Lac perlarum fit terendo eas ſuper marmor in alcool, irrorando aqua roſar. paulatim, deinde iterum terendo in mortario marm. cum ſucco limon. ut ſolvantur perlæ. Colatura ſervetur ad uſum.

Syrupus Antihecticus Melich.

℔. *Teſtudines nemorales num. ij. vel iij. præciſis extremitatibus probe laventur aqua ferventi, & exacte coquãtur Pulpæ in mortario lapideo contuſæ, & in vas vitreum conjectæ adde*
Succi Glycyrrhizæ
Gum. Arabici
Tragacanthi
Sem. Papaveris albi
Lactucæ.
Portulacæ
Malvæ.
Sem. quatuor frigidorum, an. ℥.ß.
Sem. Cydoniorum
Bombacis, an. ℥ vj.
Paſſular. purgatarum
Berberis, an. ℥.ß.
Sebeſten
Spodij. ℥ iij.
Roſarum
Violarum
Hordei excorticati
Capill Veneris,
Borraginis
Bugloſſæ, an. M.j.
Contuſa omnia pulpæ admiſceantur, atque affuſis aquæ puræ menſuris iij. vel iiij. & clauſo orificio, ſic ut nihil exſpirare queat, in vaſe duplici coquantur, ad tertiæ partis conſumtionem factaque forti expreſſione, additiſque ſacchari ℔.iiij. Fiat Syrupus.

Exſtat hic ſyrupus apud Guainerium cap. de cura febr. hecticæ. Nicolaus Florentinus de cura extenuatorum agens, electuarium è carnibus teſtudinum parat, quod alij auctores conſervam de Tertucci appellant. Rarus autem cum ſit huius ſyrupi uſus, ideo nuſquam paratus offenditur. Modus parandi perſpicuus cum ſit, declaratione non eget. Plinius lib. 32. tres teſtudinum ſpecies deſcribit, nemorales, marinas, lutarias, quas Græci quidam emydas appellant. Præſtant ceteris terreſtres, & inter has meliores ſunt, quæ in nemoribus degunt, è quarum carnibus aliquando electuarium feci, ex medicorum præſcripto, phthiſicis ſaluberrimum. Carnes delicatas, & guſtui gratas habet. Plinius loco citato multa de teſtudinum viribus commemorat, quorum tamen nonnulla fabuloſa videntur.

Syrupus ex helenio Expectorans. D. Horatii Augenii.

℔. *rad. helenii,*
polypod. querc. in vino albo dulci 24. horis macerat. ℥ ii.
paſſul. corinthiac. ℥.ß.
ſebeſt. num. xii.
fol farfar.
pulmonar.
ſatureiæ.
calamenth. an. m.j.
ſolium unum magnum tabaci,
rad. liquirit. raſ. ℥ ii.
ſem. bombac.
Vrticæ an. ℥j. ß. Coquantur in mulſa dilutiſſima ad ℥i. ß. Et cum totidem ſacchari fini necis f. ſyrupus perfecte coctus. uſurpatur ex cochleari in modum Ecclegmatis cum ol. De ſulphure hac potiſſimum proportione.
℔. *Syr. de Elleni. ℥.iiij.*
al. de ſulphur. arte chymica extracti ℥j. Mi. pro Ecclegm.
valet plurimum in aſthmate.

Syrupus Hellebori nigri Gr. Horſtij.

℞. *Myrab. omnium ℥ij.ß. Craſſo modo contuſ. fricentur manibus cum ol. amygd. d. deinde infund per 24. hor. in aq. fumar.*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 307 sur 955

fumar. ℔.xii. *poſtea coq. ad conſ.* ʒ. *partis adde Cort. hell. nigr.*

Liquir.
Polypod.q.an. ʒi.
Sem.citri. ʒ.ß.
Caryoph. ʒi.ß.
Sum. fumar.
*fl.cuchor.ana.*mß.
borag.
bugloſſ ana. ij.

Bulliant omnia ad reman.℔.v. adde fol.ſen. ʒii.ß. Epithymi Cretici ʒi.ß. bull. iterum donec maneant ℔.iiij addito ſacharo. ʒ.xxxii.f. ſyrupus Vid. Obſerv. part.1.pag.293.

Syrupus Major.

℞. *Rad. hellebori nigri veri electi.* ʒi.ß.
Polypod. q.
Cartami.ana. ʒij.
Viſci quern.
Coryli.ana. ʒi.
Turbit.
Agar.troch.
Aſari ana. ʒvi.
Sem.pæon.
Aniſi.
Citri
Card.ben.
Acetoſæ.ana ʒ.ß.
Diptamni Cretenſis
Flor.Tiliæ arboris
Calendulæ
Centaurii minoris
Hyperici ana p. ii.
Violarum
Bugloſſi
Nymphææ ana p.i.ß.

Macerentur in ſuff. q. oxymelitis ſcylliticio, & aquæ fumariæ lib.ij. in v. ſe vitreo optime clauſo, ad ignem baln. Mar. per duos dies minimum, dein fortiter exprimantur & clarificentur. In ℔.ii. *huius colaturæ macera deinceps, & digere ad eundemmet ignem baln. per 4. dies.*

Rad. Hellebori veri & electi. ʒ.i.
Foliculi ſenæ. ʒiii.
Macis
Caryophyllorum
Cinnamomi ana. ʒi.

Denuo fortiter exprimantur, & per unum aut alterum diem in eodemmet baln. Mar. quam optime purificentur, ut artis eſt. ſemel aut bis in die ad minimum faces, quas in fundo vitri ſub fidere percipies, reiiciendo, & quod durius eſt, denuo purificando, idque reiterando, donec materia nullas amplius faces deponat ad fundum vaſis. His peractis adde ſacchari viol.q.ſ. & coquantur in ſyrupum, addendo ſub finem coctionis rhabarbari ſeorſim in ſucco roſ. pallidarum macerati & expreſſi ʒi.ß. *miſce fiat ſyrupus mediocriter coctus.* Doſis eſto ʒj. vel ʒij. Per ſe exhibeatur, vel cum *aqua lilii convall.* ſemper addendo potioni guttulas aliquot *ſpiritus vitrioli* ex arte præparati. Atque is unus eſt ſyruporum noſtrorum purgantium antepilepticorum, cujus omnibus æque, ſive ii ſint infantes, aut fœminæ, ſive juvenes aut ſenes, obœſi aut macri, ſive cujuſuis tēperamenti homines, tutus eſt uſus, eā dotin exhibendo, quæ pro cujuſuis ægrotantis debili aut robuſta natura ſatis eſſe poſſit. Idemmet auxilium apoplexiis, paralyſi & melancholiæ, aliiſque id genus morbis, validas etiam, fixaſque radices habentibus, ſumme conducit.

Syrupus helleboratus minor Quercetani.

℞. *Fibrarum helleaori nigri ſelectiſſimi* ʒii.
Agarici rec. trochiſci. ʒii.
Folicul. ſenæ mundatorum ʒiii.
Turbith
Hermodactylorum ana ʒi.
Aniſi
Fœniculi
Cort. Citrii ana ʒ.ß.
Caryophyllorum
Macis
Cinam.ana. ʒii.

Macerentur in ſ.q. oxym. & vini Malvat. aquæ meliſſ. ac fumariæ: ana vaſe vitreo optimè clauſo in B.M. moderatè calido per quatriduum: tandem aucto calore fiat levis ebullitio & expreſſio : omnia denuo macerentur in B.M. tepido per biduum ad majorem coctionem & fœcum deiectionem: huic clarificatæ & depuratæ materiæ adde ſyrupi de pomis redolētibus ſolutivi & ſyr. roſar. pallidarū Sachari roſati & violati ana ʒiiij. f. Syrupus. Materiam tartaream, craſſam, tenacem mirum in modum educit.

Syrupus de Hyſſopo.

℞. *Hyſſopi ſicci.*
radicum apii,
fœniculi,
glycyrrhizæ an. ʒx.
hordei mundati ʒ. ß.
ſeminum citoniorum,
malvæ.
tragacanthi an ʒiii.
capilli veneris ʒvi.
iuiubas,
ſebeſten an. n. xxx.
paſſularum mundatarum ʒi.ß.
ficuum ſiccarum,
dactylorum pinguium. an. n. x.
Coquantur in aqua ſufficienti. In colatura clarificata ad de penidiorum ℔ ii. *fiat ſyrupus.*

Syrupus hic ab *hyſſopo* baſim & cognomen habet, in quo conficiendo Meſue illius author, non modo aquæ quantitatem non definit, ſed nec quidem æque meminit. Debent vero ejus aſſumi lib. viij. in quibus primum horam circiter dimidiam hordeum coquetur: dein radices iniicientur inciſæ, per quartam horæ partem elixandæ: poſtea fructus omnes: mox ſemina & *tragacanthum* linteo raro incluſa. Poſtremo *hyſſopus* mediocriter ſiccus, & *capillus veneris verus*, vel ejus loco *adiantum* cōmune. Colaturæ coquendo ad libras tres redactæ, & clarificatæ addantur *penidia* ſine *amylo* parata. Sunt, qui malunt *ſaccharum* ſyncerum permiſcere: nōnulli æquam *ſapæ & ſacchari* portionem. Præſtat tamen juxta Meſuei deſcriptiōnem, & voluntatem conficere.

Sunt adhuc aliæ ſyrupi huius vel parum diſſimilis deſcriptiones, ab eodem authore exhibitæ, verum hæc ſola, quam tranſcripſimus, retinetur ut optima, & uſitatiſſima.

Syrupus de hyſſopo confert plurimum aſthmati, tuſſi, pectoris doloribus à cauſa frigida natis; valet quoq; ad obſtructiones tollendas, menſes ciendos, & ſaburram à renibus & veſica detergendam.

Auguſtani addunt radices Peroſelini, cōmendantque hunc ſyrupum in morbis thoracis invaleſcentibus, ex frigida craſſa & lenta materia natis, ubi attenuatione detuſione ac expurgatione majore opus eſt, aſthmaticos & tuſſiculoſos iuvat, obſtru-

obstructiones liberat, hypochondriorum dolori utilis, ac renum calculis salutaris.

Syrupus de Hispidula seu coluropo, vulgò de pede Coti. Renodoſi.

℞. *Summitatum floridarum & recentium aluropi* lib. j.

Infunde per noctem, aut diem integram in aquæ calentis ℔.v. aut sufficienti quantitate: deinde bulliant lentè igne. In colatura ad ℔.iiij adde sacchari ℔.iij coquantur ex arte in syrupum.

Vis huius syrupi agnoscitur eximia ad multos pulmonis affect⁹, nam cum coluropus seu hispidula plāta sit vulnerarii, & adstractoriæ facultatis, non modo vulnera curat, & ulcera impedit, sed alia multa illorum vitia sanat. Maximè verò his convenit, quibus à capite, ac aliis partibus fit fluxio in thoracem, & quibus pulmones pituitoso humore multo infarcinutur. Humoris enim irruentis impetum cohibet, fluxum coquit, partem affectam roborat, & expectorationem movet.

Syrupus de pede Cati Parisiensi Pharmacopœæ secretus.

℣. dactylor. mundat.
iuiubar.
Sebest.
ficuum recent.
passula. enucl. an. ℥.iiij.
ungul. cabal. cum toto
fol. Et fl. pulmonariæ an. M.ij.
pedis cati.
ceterach. an. M.j.
rad. glyzyrrh. raſ. ℥.j. fiat decoctio in ſuffic. quant. aquæ veronicæ. Et cum ſacchari. ℔.ij. f. Syrupus perfecte coctus.

Syrupus Hydragog Dorncrelij.

R. Radic. Me. hoasannæ. ℥.iiij.
Cinnamomi acutißimi. ℥.ij.
Spicæ Indicæ ℥j.
Pulverizentur ſubtiliſſimè, & pulveri adde Mellis paſſularum ℥.iij. & ſimul infundatur in
Aq. Epaticæ calidæ. lib. ß.
Hydropicæ. ℥.ij.
Vini Rhenani. ℥.x.
Stent in infuſione in loco calido per integrum diem naturalem, deinde facta leni ebullitione per filtrum colentur, colaturæ adde.
Syrupi Roſati Solutivi lib. j. ß.
dn Eupatorio ℥.iij.
Sacchari fini deſpumati & clarificati. ℥.xv. Miſc. & coquantur ad ferè maiorem quàm mellis conſiſtentiam, ne ſcilicet ſequentes ſucci egeant diuturnâ coctione, per quam facilimè poteſt eorum vis purgans evaneſcere, Deinde adde
Succi radicis Ebuli ℥.iij.
Succi mediani cort. ſtipitis Ebuli ℥.ix.
Succi radicis Ireos noſtrat. lib. ß.
Succi omnes depurentur prius per ſubſidentiam, miſceantur, & parum coquantur, dum vix ſyrupi longi vel Iulebi acquirant conſiſtentiam, & fiat Syrupus pro uſu.

§. Hydropicorum aquas per alvum educit. Est propria medicina Hydropis. Datur ab ℥.j. ad ℥.j. ß. cum ℥.j. ß. vel ℥.ij. seri lactis & ℥. ß. aquæ Endiviæ.

Syrupus Hydragogus Mynsichti.

℞. *Succi rad. Ireos clar. ℥.xv.*
Aq. Cinam ℥.iij.
Mag. Gummi Peru. ℥j.

Macerentur vitro benè clauso horis 24. postea colentur sachari ad miscendo ℥.xvj.

adde

Spec. diarrh. ab.
Rhab. opt. ana. ℥. ß.
Santali rubri.
Anchuſæ. rad. an. ℥ ij.

Mixta in nodulo ligentur & decoquantur in diplomate ad perfectionem. Aromatis.

Caryoph.
Cinam.
Macis. ana. ℥.j.
Gall. moſis. ℈ j.
M.

In cachexia omnique hydropis specie gloriosum est catharcticum & divinum adiumentū. Dosis ℥ ß. ad ℥.ij. bis vel ter in septimana.

Syrupus florum Hyperici Auguſtan.

Paratur ex triplici infusione cum sacharo, ut syrupus de boragine & alii consimiles.

Calculosis ac renum dolores patientibus auxilio est, urinas movet, vermes enecat, nec non cordis cerebriq; vires adauget. Hic syrupus, docente Quercet. instar balsami omnibus resistit corruptionibus ventriculi, aliorumque viscerum, & singulare specificumq; est medicamētum contra vermes sive lumbricos, & omnis generis affectus vermiculares: posterior febrium ex bile ortarum ferociam compescit, & facillimo negotio edomat, ac biliosum illum succum benigne evacuat & educit: hepar insuper cæteraq; viscera ab obstructione liberat, & omnis generis icteritiæ conducit.

Syrupus Ialappæ. Ind. ap. Margrav. p. 42.

℞. *Ialapp. ℥.v.*
Polypp. ℥.ij.
Hermod. ℥.j.
fl cord.
Iuiub. ana mj.
Cin.
Nuc. moſch. at an. ℥.ij.

Infund. in sex quartariis aquæ, coq. ad med. consumpt. cum sach. ℔.1. col. coquatur ad syr. consistent. adde Moschi gr. viij.

Syrupus diareos D. Bechtholdi Rivii.

℣. rad. ireos noſtr. virid. ℔. ß.
ebul. virid.
cortic. medianor. ſambuc. an. ℥ iij.
rad. valerian. ℥ ij.
pæon. ℥j.
mechoac.
hermodactyl. veror.
turbeth. an. ℥ vi.
fol. card. ben.
praſſii ſicc.
chamædr.
abſynth ponitici.
roriſmar. an. M.j.
braſſic. marin. M.ij.
fl. ſambuc.
tiliæ an. M ß.
Sem. Ebuli ℥ ii.
carthan. decortic. ℥i.
fœnic.
anis. an. ℥. ß.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 309 sur 955

zinzib. ℥ij. fiat decoctio in ſuff. quant.
aquæ ad ℔. iiij.
in colatura infunde per horas 24.
fol. ſen. ℥iiij.
agar. troc. ℥ij.
rhab. ſel.
ſchœnanth.
cinnam. an. ℥ß. fiat colatura accurata cum levi expreſſione, in qua diſſolve ſucc. rad. ireos noſtr. ℔.ß.
roſar. pallidar. ℔.j.
ſacchar. quant. ſuffic.
Coq denuo ſec. art. in ſyrupi formam.

Syrupus de Iujubis Aug.

℞. Iujub. ana o.
Viol.
Sem. malv. an. ℥v.
Capill. Veneris
Hord. mund.
liquirit. ana. ℥j.
Sem. papav. alb.
melon.
lactuc.
Cydon.
Tragacanthi. ana. drachmas tres.
Aquæ fontis libras ſex.
Coque ad tertias, & colaturæ
adde
Sachari libras duas.
Fiat Syrupus.

Ad tuſſim ſiccam, arteriæ aſperitatem, omneſque thoracis & ſpiritualium partium affectus à fluxionibus calidis ortum habentes accommodatus. Sputum tenue ſuo lentore maturat, incraſſat, glutinat, & expectorat. Violato viribus affinis, ſed minus refrigerat. Eum Manardus ad veſicæ ulcera celebrat, ad quæ lentore dulci, frigido, & mucoſo, ideoque leniente opus eſt.

Syrupus Iuniperi Gr. Horſtij.

℞. Bacc. Iunip. ſelect. q.s.
Coq. in vino Generoſo ad moll. exprim. & Colet. cum Sacch.
Coq. ad Syr. conſiſtentiam.

Utilis eſt hic Syrupus in menſium difficultate, urinæ ſuppreſſione & calculo. Obſ. part. 2. p. 8.

Syrupus cardiacus ad leipothimias Vffenbachij.

℞. Vini rhenan. generoſ. ℔.ij.
aq. roſar. ℥ij.ß.
cinnamomi ʒß.
zinziber.
caryophyllor. an. ʒ.ij. ligentur omnia in linteolo,
ſachar. opt. ℥iiij.ß.
coq. ad conſiſtentiam julepi,
poſtea adde ambr. griſ. gr. iij.
moſch. gr. j. in ſyndone
infuſi m. f. ſyrupus.

Convenit in lipothymia aliiſque Cordis affectibus teſte Schröd.

Syrupus Laxativus Mündereri.

℞. Pulp. Tamarind. ℥ij.
Iujub.
Sebeſten ana. n. 20.
Prunor. damaſc.
Caric. ping. ana. n. 10.
Hordei mundi mß.
Polyp. querc. ℥ijß.
Sem. fœnic. ℥ij.
Decoq. in aq. ℔vij. ad caſum 2. libr. calenti colat. infunde
fol. ſen. ℥ij.
Agar. troch.
Rhab. el. an. ℥ß.
Stent in calente infuſione per noctem, leniter poſtea exprim. Col. colat. adde
Manu. Calabr.
Mellis roſ. ſolut. an. ℥viij.
Sacchar. Tabar. ℔j.
Coq. ad Syr. conſiſt. & aromat.
Cinam. ℥ij. Macis ʒij.

Efficax & ſalubertimum eſt remedium ad expurgandas primas vias ventris, præſertim ſi aliquot ſpiritus Vitrioli guttis, (ubi nulla fuerit de pectoris morbo ſuſpicio) acetoſum reddatur.

Syrupus Lenitivus de Tribus. Ieniſch.

℞. fol. ſem. Orient. ſ.ſ. ℥vj.
Spir. Vitriol. ℥j.
Mucha. Roſ. Opt. ſerv. ℔ij.
Indantur in cucurbitam vitream appoſito cæco alembico, & circumlinitis ritè fagis, maneant infuſa in rorido Balneo calore horis 24. facta levi ebullitione & forti expreſſione, in Colatura in f. fol. ſen. ſ.ſ. ℥vj.
proc. ut antea & colat. expr. denuo infund. nov.
fol. ſen. ℥vj.
Rhab.
Agar. ana. ℥ij.
Cinam. ℥ij.
Spic. Ind. ℥j.
Stent iterum per 24. Col. horas, ebull. colat. ſervetur.
Poſtea.
℞. Remanent. fol. ſen.
Rad. polyp. q.
liquir. ana ℥jß.
Adiant. utr. ana. mj.
Paſſ. maj.
min. an. ℥iij.
Prun. dam. dulc. n. 30.
Aq. fon. ℔iiij.
Coq. ad remanent. ℔jß.
in ultimam ebullit. injiciendo
flor. 4. condict. ana. piij.
Cort. citri recent. ℥ij.
Expreß. & colat. adde Sacch. fin. ℥xvj.
Coq. ad conſiſt. adde ſacci Much. ſuper deſcript. ℔j. f. Syrupus.

Syrupus Limonum. Auguſt.

Refrigerat & acrimoniæ ſuæ vi penetrat: internis incendijs ſummopere conducit, putredinem arcet, ac lumbricos enecat, cor & ſtomachum reficit, eorundemque vires tuetur: caloris febrilis vehementiam componit, affectibus bilioſis magis fere convenies quam Syrupus citri. Ejus compoſitio ſupra eſt expoſitia pag. 32.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 310 sur 955

Syrupus Limonum. Fabri.

Acida nunquam fermentantur ex ſeipſis, nec feruescunt, quòd in his paucus admodum sit vitæ spiritus qui semper dulcedinem parit, ubi copiosus est; propterea in syrupo limonum paranda difficilis est extractio spiritus, ut possit conjungi, illius confectioni: nihilominus tamen ex corticibus limonum, & aqua ex eorum succo leviſſima diſtillatione extracta, simul connexis, & in vitreum vas inditis tandem feruescunt, & hinc extrahitur spiritus leviſſima balnei diſtillatione, qui postea (post succi limonum depurationem in balneo Mariæ factam, & hinc syrupum paratum communi & vulgari methodo) potest addi & connecti syrupo cocto & perfecto, cui etiam potest addi ad majorem perfectionem & virtutem cardiacam ejus augendam & multiplicandam, sal fixum, ex magmate corticum extractum per calcinationem earum, & ejusdem salis mundificationem: ut jam notum est omnibus fere chymiæ tyrunculis.

Vires & usus olei syrupi limonum.

Vires omnes æmulatur syrupi acidi superioris, & potentiores multo habet & efficaciores, & præsertim in peſtilentibus & malignis omnibus morbis curandis, & ab incursione eorum præservatione.

Syrupus ad Maniam & Melanch. Bayeri.

℞. *Succi bugloſſ.*
borag. ana ℔ij.
pomor dulc. redol. ℔iij.
fol. Sena. ſ. ſ. el. ℥iiij.
Croci ℥ij.
Sachari ℔.iiij.

Infund. Sen. in succis per 24. horas. bulliant postea & cum colat. & sach. f. Syrupus. Doſ. ℥ij. ad ℥iij. *cum aq. bugl. aut fumar.*

Hic Syrupus est magnarum virium ad imitationem Galeni propoſitus & longo usu probatus à Bayro quem lege p. 52.

Syrupus de Lupulo Aug.

℞. *Succorum depuratorum Lupuli libras quatuor,*
Fumariæ libras duas.
Sachari clarificati libras quatuor.
Fiat Syrupus ſecundum artem.

Ad jecoris intemperiem calidam, & bilis effervescentis impetum retundendum perutilis: sanguinem purgat, ejusque ebullitionem temperato calore compescit. Biliosis insuper febribus, Synochis, Cephalgiæ calidæ, internisque ferveribus confert, Ictero perquam idoneus.

Paratur quoque hic Syrupus ex solo Lupuli succo, prout Mesuæ cap. de volubili docet.

In hujus Syrupi confectione studendum, ut succus è primis emergentis Lupuli viticulis ac turionibus, seu asparagis, ante enata folia exprimatur, non autem cum jam planta provectior in caules adolevit.

Syrupus Mannæ Gr. Horſtij.

℞. *Rad. Polyp. q.* ℥vj.
Ireos. flor. ℥ß.
Paſſul. min. ℥iij.
ficuum. num. 6.
Dactyl. 6.
Liquir. raſ.
℥ß.
fl. viol.
borag.
bugloſſ. ana. pj.
Sen. ſ. ſ. ℥jß.
Cin. ℥ß.
Aq. mulſ. ℔iij.
Coq. ad conſ. ℔j. *in colat. ſal.*
Mann. el. ℥iij.
Sach penid.
card. ana ℥j.
Coq. ad Syr. conſiſt. addendo in fine aliquid Cinam.
Obſerv. p. 1. pag. 293.

Syrupus Mannæ Küferi Svalbaci mihi communicatus.

℞. *Mann. Calabr.* ℥ij.
Crem. ℣. ℥ij.
Aq fumar. ℥v.

Tartaro soluto addatur Manna, Coq. & traijciantur ac cum albumini ovi clarificentur pro Syrupo, qui aromatiſ. Cin. vel aqua Cinamomi,

Syrupus Margar. Mynſichti.

℞. *Ap. roſ.*
borag.
bugl. ana ℥vj.
Sal. perlarum
Orient. ℥ß.

Mixtis & solutis adde Amygd. dulc. q. ſ. & fiat optima emulsio; cui postea immisce sachari albiſſ. Lib. j. Et coque ad justam consistentiam syrupi.

Vires, Vſus, Doſis.

Cerebrum, Memoriam, & Corroborat, Corpus sanum conservat. Tabem, Ariduram & Marcorem senilem mitigat. Pravos humores exsiccat. Lac muliebre emendat. Humidum radicale renovat. Semen utriusque sexus amplificat. Insuper certiſſimum præservativum contra Apoplexiam, Epilepsiam, Paralysin, aliquoties in septimana exhibitus. Doſis ab Unc. ſ. ad Drach. vj. per ſe vel cum alijs ſpecificis.

Syrupus Margarit. Fabri.

Sal Margaritarum vulgari & communi methodo habendus est & parandus: hujus deinde unica aut altera permiſcenda est cum libra semisse succi bugloſſi depurati, & addita sachari sufficienti quantitate in syrupum excoquenda: huic syrupo perfectè cocto adde quintæ essentiæ Margaritarum lib. 3. cap. 21. descriptæ ℥iij. miſce & serva.

Vires & usus syropi margaritarum.

1. Summum est cardiacum, & collapſas ætate vires reparat & fovet, humidum radicale multiplicando, propter internum suum balsamum naturale, noſtro homogeneum & coæquale.
2. Hecticis admodum, & tabidis conyenit & pedetentim calorem eorum præter naturā & febrem extinguit; humidum radicale multiplicando.

Sumitur ad quantitatem drachmarum duarum singulis diebus, sumo manè, in aqua roſacea, aut cū lacte humano recenter è mamis extracto & elicito, vel cum ovo ſorbili recenti, & sub cineribus tepidis calefacto.

Syrupus Melanagogus Dorncreilij.

℞. *Rad. polypod.* ℔jß.
bugloſſ.
borag. an. ℥j.
Glycirrh. ℥ß.
Cort. rad. capp. ℥jß.
Cort. Thamariſci. ℥ß.

Herb.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 311 sur 955

Herb. Epithymi Mjß.
Cassuthæ
Fumariæ
Melissæ
Scolopendriæ ana Mj.
Semin. anisi
Fœniculi ana ℥jß.
4. frigidor. major. excort. ana. ℥j.
Pœoniæ decrescente Luna lecta & excorticat.
ℑ j.
Florum Cordialium ana Mj.
Betonicæ Mß.
Stœchad. Arabicæ ℥iij.
Myrobalanor. Indor. ℥ß.
Prunorum Vngaricorum enucleator. lib. ß.
Iujubar. N. vij.
Mellis passularum ℥ v.

Incidenda incidantur, & contundantur & coquantur in aq. Borraginis, Buglossæ; ana lib. 1. & ſ. q. aquæ fontanæ purissimæ ad tertias pro lib. iiij. colentur & colatura clarificetur albumine ovi, atq; in ea parum ebulliant.

Folior. Sennæ Alexandr. sine stipitib. lib. j. ß. Deinde stent in infusione in loco calido per noctem; manè iterum facta una atque altera ebullitione, colentur, & clarificetur colatura, & clarificatæ adde

Syrupi de Epithymo
de Fumaria major.
de Scolopendria ana ℥ij.
Violati solutivi lib. 1.
Rosati solutivi lib. ß.
Sacchari fini despumati & clarificati lib. ij.

M. & coquantur ad syrupi consistentiam, & fiat l. a. Syrupus clarus, in fine autem coctionis aromatizetur hoc nodulo immisso qui

R. Macis electi ℥. iii.
Cinnamomi acutissimi ℥vij.
zinziberis ℥ij.
Spicæ Indicæ ℥jß.

Pulverisentur subtilissimè, & fiat cum linteo purissimo Nodulus.

Humorem melancholicum retortridum ex cerebro, ex liene, ex epate, ex hypochondris, ex mesenterio blandissimè purgat. Singulare est remedium melancholiæ, Epilepsiæ, lienis obturati, Scorbuti, febris quartanæ, Scabiei, impetiginis, vitiliginis, elephantiasis, atque omnium diuturnorum & lentorum morborum, quos viscerum impuritas, aut ventris obstructio genuit: Sensus etiam acuit & cor lætificat, & est omnis ætatis hominibus conveniens, imò nec prægnantibus infensum.

Datur ab ℥j. ad ℥jß. cum aquarum appropriatarum ℥j. vel ℥iij. Stimuli loco addi potest ℥j. Confect. Hamech majoris.

Syrupus Menthæ Minor Augustanus.

℞. *Succi Mentb. depur.*
Granat. dulc.
Acid. ana lb *j.*
Sacchari tantund. ana f.
f. syrupus.

Commendatur in Ventriculi intemperie frigida, ideoq; vomitum, nauseam, & singultum sedat, aluiquoq; fluorem ex imbecillitate compescit. Stomachum & ventrem totum inferiorem suo calore blando, & leni adstrictione roborat. Major preciosus est propter Galliam, ideoque rarius præparatur, in quo parando Mentha parum siccata, non omnino sicca sumenda, quæ supervacaneam humiditatem suis flatibus ventriculum turbantem deposuerit.

Syrupus de Mentha major Mesuæ.

℞. *Succi cydon. acido dulcium*
dulcium
Granatorum acido dulcium
dulcium
acidorum
ana lib. unam semis
In succis macerentur horis 24.
Menthæ siccæ lib. unam semis.
Rosarum rubearum unciæ duæ.
Vini antiqui mensuras duas nostrates, seu lib. quatuor.
Coquantur lento igne ad dimidias, colentur, addendo colaturæ.
Mellis aut Sachari lib. duas
Coquantur ad perfectionem & cum reposueris aromatiza cum Galliæ moschatæ veræ tritæ, & in sindone ligatæ, atque ex orificio vasis suspensæ.
drachmis tribus.

Syrupus de Mentha. Fabri.

Mentha recentissimè collecta omni tempore potest contundi in mortario marmoreo, cum tantillo aquæ cinnamomi, ut exprimatur ejus succus torculari: expressus hic succus in sufficienti quantitate depurandus est in balneo calido, & rejectis fecibus omnibus, decoquendus est in syrupum perfectè coctum: huic deinde adde olei cinnamomi drachmas aliquas, putà drachmam unam, supra unamquamque libram syrupi perfecti cocti, & arcani sanguinis humani, libro primò hujus operis præparati tantumdem, & repone in phialis optimè clausis ad usus medicos mirandos. Quod si arcanum sanguinis, nec oleum cinnamomi habeas, fermentato succum menthæ, & ex eo fermentato extrahe spiritum, ejus, & depura ab ejus phlegmate per distillationem, & connecte syrupo tuo perfectè cocto, ex magmate depurato confecto, & sic habebis syrupum menthæ simplicem miræ virtutis; prior tamen præstat & efficacior est multo.

Vires & usus Syrupi de Mentha.

1. Frigidis stomachi & ventriculi affectibus in genere subvenit; calorem enim naturalem mirificè auget & multiplicat suo interno balsamo.
2. Sanguinem sumopere depurat, hepar roborat, unde vitia omnia hepatis tutissimè & jucundissimè sanat.
3. Ejus usus continuus & frequens senectutem retardat & juventutem renovat, & vitia omnia coctionum omnium primæ, secundæ, & tertiæ corrigit & emendat; unde totum corpus revovat & reparat, & à morbis & effectibus contra naturam defendit: si arcanum sanguinis illi connectetur æmulatur, vires auri potabilis antiquorum.

Sumitur ad quantitatem drachmæ unius aut alterius in ovo sorbili, aut jusculo, summo manè, jejuno stomacho, aut longo tempore à pastu.

Syrupus *Mastichinus.*

℔. *Sachar. albi clari* lb. *iij.*
aq. rosar. lb. *iiij.*
mastic. Elect. Et in pecia ligatæ ℥iij.
mj. Coq. in syrupum.

Specificus hic Syrupus est in Ventriculi debilitate, indeque ortis catarrhis & cerebri fluxionibus, conspirans cum Aqua Mastichina de qua inferius. Dosis ℥ß. sæpius in die sumend.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 312 sur 955

Syrupus succi Mercurialis. Aug.

Utilis hic Syrupus est summopere in clysteribus, alvũ enim modestè subducit, biliosos & aqueos humores blandè evacuat, uterum impurum mundificat & conceptioni habilem facit. Succi depurati ℔iij. coq. cum sach. ℔j ß. ad syr. cofnect.

Syrupus Myrab. Ioh. Bapt. Montan.

℞. Mirab. omn. ana. ℥ß.
fric. ol. amygd. pulv. & infund. in succi fumar.
℔. vij. per 24. horas cum seq.
polyp.
fol. sen.
epith. ana. ℥j.
Cort. rad. Ellebor. nigr. ℥ß.
Rhab. ℥iij.
Hermod. ℥ij.
Turb.
Agar. ana. ℥jß.
Caryoph.
cinam. an. ℥j.
sem. citr.
liquir. ana. ℥ij. loq. ad med.
℞. decoct. express. ℥v.
syr. ros. solut. ℥ij. M.
pro Dosi
Vid. Zach. à puteo p. 72.

Syrupus Myrtinus Compositus, Mesuæ. Auguſt.

℞. Baccarum Myrti drachmas viginti.
Rosarum rubearum,
Santali albi, & rubri,
Sumach,
Balaustiorum,
Berberorum. ana. drachmas quindecim.
Mespilorum drachmas quinquaginta,
Succi pomorum agrestium.
Cydoniorum, vel Granatorum. ana. libram semis.

Omnia, exceptis succis coquantur in aquæ fontis libris octo ad medias: colentur, & cum Sachari libris tribus, additis in fine succis.

Fiat Syrupus.

Efficax ad thoracis & pectoris affectus, ubi contraria indicatio difficultatem parit, ac astringentibus simul & vacuantibus utendum est, ut in hæmorrhagia pulmonum tenui, & calidâ tussi. Ventris etiam profluvium tranquillat, hæmorrhagiam omnem, utpotè pectoris, renum, uteri, ac abundantia menstrua cohibet. Diabetam reprimit, & omnem immodicam vacuationẽ sistit, quia refrigerat, siccat, & adstringit. Viscera ab intemperie calida resoluta confirmat: ventriculi subversionem & vomitum compescit, actussim quæ Diarrhæam sequitur, exterminat.

Commodissimè paratur hic Syrupus Autumnali tempore, quando Mespila matura quidem, sed duriuscula adhuc, nec temporis morâ vel diuturniore situ remollita prostant.

Syrupus Myrtillorum simplex, seu ex succo, nostris non est in usu, cùm his locis parari nequeat nisi quis succum Myrtillorum ex Italia, aut Gallia Narbonensi petere voluerit, quantumvis nostri quoque Myrtilli, vulgo Heydelbeer / ad hunc usum maximopere celebrentur & traducantur.

Syrupum hunc Myrtinum compositum, alioquin diminutum & mancum, Clarissimus DD. Adolphus Occo Officinarum Pharmaceuticarum hujus Reipubl. quondam Visitator Ordinarius è tenebris penè eruit, ac in integrum restituit.

Syrupus Narcoticus Gr. Horstij.

℞. Syr. papav. errat. ℥j.
Laud. opiat. cum magist.
gr. iij.
Aq. Lactuc. ℥ß.
M.

Syrupus hic familiaris valde fuit in Morbis capitis authori, in cantamenti n. instar succurrit, vid. Obs. part. 1. p. 107.

Syrupus Nympheæ simpl. Aug.

Fit ex hinc florum Nymph. albæ infusione, pro ut Syrupus Rosarum.

Syrupus Nephrocatharticus Iouberti. Auguſt.

℞. Quinq; Radicum aperientium. ana uncias duas.
Rad. Raphani sylvestris,
Ononidis,
Bardanæ,
Ericæ,
Rubi,
Eryngij.
Leuisticj,
Rubiæ majoris. ana. unciam unam.

Macerentur contusa in aceto vini albi per diem naturalem: postea accipe

Calami Aromatici,
Cyperi,
Asari,
Rad. Valerianæ,
Althææ,
Cort. radicis Lauri, vel Capparis.
Citri sicci, ana unciam semis
Saxifragiæ cum radicibus.
Acetosæ cum radicibus.
Plantaginis cum radicibus ana. manip. duos.
Summitatum Malvæ,
Parietariæ,
Vrticæ,
Asparagi,
Betonicæ,
Pimpinellæ,
Quinque Herbar. Capillarium
Nasturtij,
Sisymbrij aquatici, seu
Cressonis,
Berlæ, id est, Sij, seu Laveris.
Cretæ marinæ,
Fragariæ. ana. manip. unum.
Pulpæ Passularum,
Iujubarum,
Sebestem,
Glycyrrhizæ rasæ. ana. uncias duas.
Caricarum pinguium numero triginta
Granorum Halicacabi,
Iuniperi. ana. numero viginti.
Quatuor Seminum frig. majorum.
Minorum,
Sem. Milij Solis,
Vrticæ,
Ocymi. ana. unciam semis.

Cassiæ,

Caruì,
Dauci,
Seseleos. ana. drachmas duas.
florum Cordialium,
Genistæ,
Hyperici,
Matrisylvæ ana pugillum unum.

Coquantur in sufficienti quantitate decocti hordei, addito aceto infusionis radicum. Libris quatuor colaturæ adde

Succi Limonum libram unam.
Sachari, & Mellis despumati. ana. q. s.
Fiat Syrupus, qui aromatisetur.
Cinamomi unciâ unâ.
Nucis Moschatæ unciâ semis.
Reponatur in usum.

Syrupus Nicotianæ, seu Peti simplex Quercet.

℞. *Succi peti lib. iij.*
Hydromelitis simplicis lib. j.
Oxymelitis simplicis ℥iij.

Omnibus simul mixtis in matracio vitreo capaci, fiat digestio in B. M. per 2. vel 3. dies, interea temporis crassior sedimenti portio in fundo vasis apparebit : tunc per inclinationem magna industria, ne turbida fiat materia, separabis purum ab impuro, hoc est, crassum illud sedimentum à claro & pellucido liquore ; quo iterum in nova digestione posito in cæteris progredieris, *ut supra*: donec materia ab omni fæculentia depurata fuerit, adde postea *sachari* lib. ij. & in syrupi consistentiam decoque.

Syrupus de nuce moschata.

℞. *nucis t. ℥ij.*
spic. roman. ℥ij. conquassentur & infundantur in vin. malvatici.
alb. generos. an. ℔j.
in vase vitriato bene obturato,
deinde bulliant parum;
colaturæ adde Sachar. albiss. ℔. j. ß.
M. f. sec. art. syrupus.

Syrupus de Nymphæa Compositus, Franciſci Pedemontani.

℞. *Flor. Nymphææ albæ uncias duas.*
Citrinæ,
Psyllij integri,
Sem. Acetosæ. ana. unciam unam.
Cucurbitæ.
Cucumeris.
Citruli,
Melonis. ana. unciam sem.
Lactucæ,
Endiviæ,
Scariolæ,
Portulacæ. ana drachmas duas.
Rad. Fœniculi unciam unam.

Coquantur in sufficienti quantitate aquæ hordei, & colaturæ addantur.

Sachari libra una
Succi Granatorum acidorum,
Aceti albi. ana. uncias duas.
Fiat Syrupus qui aromatisetur cum
Santali Citrini,
Spicæ Indicæ. ana. drachmâ unâ semis.

Syrupus de Nymphæa simplex, Nicolai.

℞. *Fit ex trinâ florum Nymphææ albæ infusione, prout Syrupus Rosatus simplex.*

Insigniter refrigerat, somnum allicit, viscerum æstus mitigat ; Veneris insomnia cohibet, semen immodicè fluens restringit, sitim temperat, ac febrium ardores compescit.

Syrupus Pantagogus.

℞ *Rad. Polypodij querc. ℥iij.*
Turpeti gummosi ℥ij.
Epithymi ℥vj.
Semin. Carthami ℥ij.
Flor. Cordial. ana M. i.
Prunor. Vngar. paria xx.
Passul. min. mundat. ℥iij.

Coquantur L. A. in aquæ fontanæ purissimæ ℔vj. ad tertias colentur & clarificentur albumine ovi, in colatura clarificata tepidè infunde,

Agarici trochiscati in petia ligati ℥iij.
Rhabarbari elect. ℥x.
Pulv. Sena Montagn. ℥jv.
Cinnamomi acut. ℥j.
Zinciber.
Macis ana ℥ij.
Spicæ. Indic. ℥j.
Schænanthi ℥ij ß.

Infundantur tepide & stent in infusione per noctem in loco calido, mane ebulliant terve, quaterve, deinde colentur & fortiter exprimantur. Colaturæ adde

Syr. Catholici nostri ℔ij.
Rosati solutivi ℔. iij.

Coquantur denuo ad perfectam Syrupi consistentiam.

Blande ac leniter omnes æqualiter humores evacuat. Est medicamentum tam in præservatione, quam in curatione maximè idoneum, nec pueris, nec senibus nec prægnantibus inimicum.

Datur ab ℥jß. ad ℥ij. cum ℥ij. vel ℥iij. aquæ, quæ locum affectum proprie respiciat. In Robustioribus acuitur gr. iij. Diagridij, vel etiam ℥j. Electuarij alicujus solutivi, pro diversitate morbi.

Syrupus papaveris Erratici.

℞. *Infusionis florum papaveris erratici bis aut ter iteratæ ℔. ij. sachari albissimi ℔. j. ß. sachari rosati ℥iij. fiat syrupus perfectè coctus, ut artis est.*

Non desunt, qui pluribus infusionibos syrupum hunc parari debere contendunt, sed bina aut trina ad summum sufficit : In soporiferis enim medicamentis virium intensa qualitas non expetitur. Adde, quod pluries iterata infusio syrupum colore & sapore reddit magis ingratum. Eadem vero proportio florum ad aquam in hoc syrupo solet asservari, atq; in rosaceo.

De syrupo autem papaveris rhœadis antiquorum nemo locutus est, sed recentiores hunc adinvenerunt adversus pleuritidem, cujus principio valde convenit. Qualitatem enim habet astringentem, roborantem, bechicam & hypnoticam, impeditque, ne humor è capite ad thoracem defluat. Quod ut facilius præstet, portio *sachari rosati* communis adijcitur. Tuto datur ab ʒ. ß. ad ʒ. j. ß. & validioribus ad ʒ. ij. Maxime vero incipienti, aut non multum progressæ pleuritidi, ne nova fluxio suboriatur, vel saltem ut prior sistatur.

Syrupus Florum Paralyseos.

Paratur ex repetitâ florum infusione, ut præcedens.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 314 sur 955

Frigidos nervorum, ac cerebri morbos egregiè curat. Datur convulsis, tremulis, & Paralyticis: cordis etiam vires tuetur, ac oris ulcera persanat. Atq; in eundem usum Mel quoq; simili modo paratum prostat.

Syrupus de Pæonia.

Et hic quoque Syrupus eodem modo, quo antecedentes jam dicti, ex florum triplici infusione parandus, quamvis aliqui ex ipso florum succo eundem conficiant.

Syrupus florum Persicorum.

℞. *Florum Persicorum recentium* ℔. *j. Macerentur in* ℔. *iij. aquæ tepidæ horas xij. Deinde bulliant parum, & exprimantur. Tum par florum quantitas infundatur, & exprimatur; idq; quater, aut quinquies iteretur, vel etiam sexies, si florum suppetat ubertas. Postremæ colaturæ ad* ℔. *iij. adde sachari* ℔. *ij.* ß. *fiat Syrupus, ut artis est.*

Syrupus vel ex fructibus, vel ex floribus Persicorum conficitur. Qui ex fructibus, raro est in usu, etiam teste *Christophoro Georgio*, commentatore in Mesuem, & primo tantum vere paratur, ut ille incipiente Autumno, antequã scilicet Persica absolute maturuerint. Tria vero syrupum hunc ex paucioribus infusionibus confici, & quatuor, aut quinq; tantum suadent, florum nempe jactura, penuria, & amaritudo. Iactura quidem, quæ arte quapiam reparari nequit; Evulsis enim floribus, novi eodem anno minime renascuntur, & arbor infrugifera manet. Penuria, quia non nisi fata viret, nec inculta dat poma colono, ut violæ & reliquæ plantæ agrestes. Amaritudo, quæ eo molestius toleratur, quo pluribus iteratis infusionibus conficitur.

Syrupus de piperibus. Renod.

℞. *trium piper.*
cardamom.
Pyrethr.
sumach,
anis.
galang.
mastic.
rosar.
mac.
menth.
acori an. ℥ij.
zinzib. ℥ß.
caryophyllor. ℥j.
sampsuch.
balsami an. M. ß.
aces. ℥vj.
coriandr. ℥ij.
mell. q. suffic. M. f. Syrupus.

Syrupus papaveris. Fabr.

Flores papaveris cujuscumq; recenter collecti contundantur in mortario marmoreo, & succus exprimatur torculari: expressus succus depuretur in balneo calido: rejectis fecibus quod clarum est & limpidum percoquatur in syrupum addita sufficienti sacchari optimi quantitate: huic syrupo perfectè cocto addatur ad quamlibet libram illius, drachma unica olei papaveris, aut altera, & fiet narcoticum perquamoptimum & tutissimum, cui ad majorem securitatem, ut virtus ejus narcotica aliqua ratione obtundatur, addi potest ad quamcunque libram, drachma semis olei cinnamomi, aut cariophyllorum superius libro quarto hujus operis præparatorum.

Vires & Vsus.

1. Somnum tutissimè conciliat vires recreando, & fovendo, & cerebri facultates omnes roborando, unde in mania & phrenitide summum est arcanum.
2. Dolorum omnium est trixotomon & verum anodynum medicamentum, interiùs sumptum & exteriùs applicatum.
3. Ad febrium omnium continuarum & ardentium labores sedandos nihil est potentius.
4. Ad ardorem urinæ extinguendum & mitigandum nihil est melius & efficacius.
5. Defluxiones omnes acres & mordaces sistit: & compescit suo narcotico sulphure, facultatesq; languidas & partes debiles fovet & roborat, calorem naturalem roborando.

Sumitur ad quantitatem drachmarum duarum aut trium in ovo sorbili, aut jusculis, aut aquis lactucæ, aut portulacæ, dum necessitas urget, modò ventriculus vacuus sit à copia cibi & potus.

Syrupus de Papavere simplex Mesuæ. August.

℞. *Capitum Papaveris albi & nigri recentium, & cum seminibus. ana. drachmas sexaginta, seu uncias septem & semis.*
Aquæ pluvialis libras octo.
Decoquantur ad remanentiam libræ unius & dimidiæ:
cui adde
Penidiorum,
Sachari. ana. uncias quatuor.
Fiat Syrupus, ut est artis.

Usu creber, arcendis defluxionibus calidis, tenuibus, & acribus in thoracem ruentibus, quæ asperam arteriam fauceſque exasperant, & vigiliare cogunt, proindè tussim ex defluxionibus ijs enatam pellit: lentore autem suo gutturis asperitatem lenit, caloris incendium mitigat, sitim explet, somnum conciliat cum proprijs viribus, refrigerando nimirum & humectando, tum exacidenti, sedatâ videlicet tussi quæ insomniam parit.

Syrupus de Papavere Compositus, Mesuæ. August.

℞. *Capitum Papaveris albi & nigri cum suis seminibus ana. drachmas quinquaginta, seu uncias vj & drachm. 2.*
Capillorum Veneris ℥xv.
liquir. ℥v.
jujub. num. 30.
sem. lactucæ drachmas quadraginta, seu uncias quinque
Malvæ.
Cydoniorum. ana drachmas sex.
Coquantur in libris octo aquæ, ultra med. etat is consumptionem. Post modum accipe.
Colaturæ libras tres.
Penidiorum.
Sachari. ana. libram unam.
Fiat Syrupus.

Ad prædicta efficacior potentius somnum conciliat & refrigerat. Catharrhum, tussim siccam, & Phtisim sedat: alui etiam profluvio, ac Dysenteriæ, quę ex materiæ acris & biliosæ effluxu excitatur, medicatur. Intemperiem calidam & siccam intestinorum emendat.

Mesuæ in utroque hoc Syrupo aquæ tantummodò libras quatuor recipit, veruntamen quia portio hæc liquoris nimis parca extiterat, ideò eandem duplicandam esse censuimus. Quem præparandi modum à multis jam annis communi Collegij voto observavimus.

Parandi

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 315 sur 955

Parandi norma hæc est : ut capita Papaveris horis viginti quatuor ante coctionẽ in prædictâ aquæ quantitate macerentur. Postmodùm autem Semina mucilaginosa in linteum ligata inter coquendum ipsi Syrupo, ut facultates ei suas tradant, immergantur : alioquin enim mucilagines Syrupum glutinosum ac ingratum redderent.

Syrupus Phlegmagogus.

℞. *Radic. apÿ.*
Asparagi ana ℥ß.
Glycyrrhiz. rasæ. ℥j.
Enulæ ℥ij.
Ireos Illyricæ
Pœoniæ maris decrescente Luna & Sole in piscibus lectæ ana ℥j.
Calami aromatici veri ℥ß.
Turpeti gummosi ℥iij.
Zinziberis ℥vj.
Galangæ ℈ iiij.
Herb Salviæ.
Veronicæ
Capillor. Veneris
Hyssopi
Melissæ
Marrubij
Agrimoniæ ana Mjß.
Centaurij minoris Mj.
Seminis Cartami ℥jß.
fœniculi
Anisi ana ℥ß.
Flor. Betonicæ
primulæ Veris ana Mß.
Stœchad. arabic. ℥ij.
Cordialium ana Mj.
Prunor. Vngaricor. N. xxj.
Passular. minor. mundat. ℥iiij.

Incidantur & contundantur & coquantur in aqua Carduibenedicti lib. j. & ſ. q. aq. fontanæ adtertias pro lib. iij. colentur & exprimantur, deinde

℞. *Agarici trochiſcati* ℥xv.

Pulveriſetur ſubtiliſſimè, & fiat cum linteo puriſſimo raro Nodulus oblongus, & ebulliat ſemel atque iterum in colatura, & in aquæ cephalicæ calidæ, & pectoralis calidæ an a lib. ß. Deinde ſtent in infuſione in loco calido per noctem in vaſe benè munito ; manè facta denuò unicâ bullitione colentur, & nodulus fortiſſimè exprimatur, colatura iterum per manicam Hippocratis coletur, & ſi neceſſum eſt, clarificetur albumine ovi, & colaturæ clarificatæ adde

Syrupi Bizantini compoſ.
Roſati ſolutivi ana ℥jx.
Sachari fini deſpumati & clarificati lib. iij.

M. & coquantur ſupra ignem lentiſſimum ad ſyrupi conſiſtentiam ; circa finem autem coctionis aromatizetur hoc modulo, qui ℞. *Speciei. aromatici roſati ſine moſcho* ℥ß.
Trochiſc. de Roſis ℥j.
Macis ℥ß.
& fiat l. a. ſyrupus clarus.

§. Pituitam lentam, craſſam, ac viſcidam à cerebro, ejuſque nervis, à ſpina dorſi, pulmonibus, & ex capacitate thoracis, ex ventriculo, & ex universo corporis habitu leniter evacuat. Vertigini, paralyſi, Epilepſiæ, apoplexiæ, convulſioni, Lethargo, Caro, dolori capitis, & catharro frigido, catharractæ, diſpnœæ, aſthmati, orthopnœæ, tuſſi diuturnæ, nauſeæ & vomitui pituitoſo, acido ructui, δυσπεψία, βραδυπεφία, ἀπεψία, colicæ paſſioni ex materia phlegmatica obortis, leucophlegmatiæ, obſtructioni menſium, utero frigido & humido, ſuffocationi uteri, arthritidi, & febribus quotidianis & lentis confert educendo ſcilicet horum morborum materiam peccantem. Datur ab ℥j. ad ℥jß. cum ℥ijß. vel ℥ij. aquæ deſtillatæ, quam locus affectus & morbus exigit. Tuto omnis ætatis hominibus convenienti doſi propinare poſſumus : In robuſtioribus huic Syrupo ſtimuli loco adijcies ℥ß. electuarij Diacarthami.

Syrupus de Floribus Perſicorum.

℞. *Florum Perſicorum recentium libram unam.*

Macerentur horis duodecim in libris tribus aquæ calentis, expreſſo poſtmodùm & colato liquori parem florum recentium quantitatem infundendo, idq; quater, aut quinquies iteretur. Poſtremæ dehinc colaturæ accipe libras tres.

Sachari albi libras duas ſemis.
Fiat ſecundùm artem Syrupus.

Aquas & bilem educit, vermes enecat, ac meſenterium infarctu liberans ſeroſos humores per alvum exturbat.

Syrupus Pectoralis Mynſichti.

℞. *Rad. liquir.*
Tußilag an. ℥ij.
Enulæ camp.
Ireos fl.
angelic. ana. ℥j.
Herb. pulmon. utriuſq;
Capill. Vener.
Salviæ acut.
Marrubij
Scabioſæ ana Unc. ß.
Flor. Chamomillæ
Violarum
Farfaræ
Iaceæ ana Drach. ij.

Incidantur, contundantur & infundantur in aquarum.

Card. benedict.
Faniculi ana Lib. iij.
Malvæ min.
Veronicæ
Rad. Althææ ana Lib. j.

Coquantur ad terræ partis conſumptionem ; ℞. Colaturæ clatæ Lib. vj. & in ijs infunde :

Paſſular. min. Unc. iiij.
Sem. Card. Mariæ
Myrtillorum
Aniſi
Vrticæ Rom.
Cydoneor. an. unc. ß.
Dactylorum.
Iujuben
Sebeſten
Ficuum ping. ana. N. xxj.

Iterum coquantur ad quartæ partis conſumptionem ; poſtea fortiter exprimantur & colentur.

℞. *Colaturæ* Lib. iij.
Sachari albiſſ. Lib. ij.

Denuò coque & inter coquendum aromatizetur cum

Croci Oriental.
Cardamom. min.
Macis
Cinamomi ana Drach. ij.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 316 sur 955

Ligentur in panno raro & una bulliant, donec fiat ſecundum artem juſtæ conſiſtentiæ ſyrupus; cui denique immiſce Aq. Cinamomi Unc. iij. & ad uſum reſerva.

Vires, Vſus, Doſis.

Mirabilis eſt potentiæ ad omnes thoracis & ſpiritualium partium affectus, deſtillationes & obſtructiones: Humores enim craſſos incidit ac attenuat. Valet quoq; ad conſumptos, tabidos, & ulcera pulmonum. Aſtmaticis & tuſſiculoſis mirè confert. Hypochondriorum doloribus utilis, & pleuritidis initio convenit. Suppuratorum pus egregiè diſſolvit, diſſecat, tergit, educit & in apertum promovet. In omni raucedine & ablatione vocis ſecretum eſt. Doſis ab Unc. s. ad Drach. vj. per ſe vel cum vehiculis appropriatis.

Syrupus Phlegmagogus. Dorncrellij.

℞. *Rad. Apij.*
Aſparagi ana ℥ß.
Glycyrrhiz. raſæ ℥j.
Enulæ ℥ij.
Ireos Illiricæ
Pæoniæ maris. decreſcente Luna & Sole exiſtente in piſcibus lectæ ana ℥j.
Calami aromatici ℥ß.
Turpeti gummoſi ℥iij.
Zinziberis ℥vj.
Galangæ ʒiiij.
Herb. Salviæ.
Veronicæ
Capillorum Veneris
Hyſſopi
Meliſſæ
Marrubij
Agrimoniæ ana. Mjß.
Centaurij minor. M. j.
Sem. Cartami ℥jß.
Fœniculi
Aniſi ana. ℥ß.
Flor. betonicæ
Primulæ veris ana M.ß.
Stachad. Arab. ℥ij.
Fl. Cordial. ana M. j.
Prunorum Vngar. No. xxj.
Paſſular. min. mund. ℥jv.

Incidantur & contundantur & coquantur in aquæ Cardui benedict. ℔j. *& S. q. Aqu. fontan ad tertias pro* ℔iij. *Colentur & exprimantur, deinde*

℞. *Agarici trochiſcati* ℥xv.

Pulverizetur ſubtiliſſimè & fiat cum linteo puriſſimo raro Nodulus oblongus; & ebulliat ſemel atq; iterum in colatura, & in aqua cephalicæ calida, & pectoralis calidæ ana ℔. ß. *Deinde ſtent in infuſione in loco calido per noctem in vaſe benè munito, manè facta denuò unica ebullitione colentur, & nodulus fortiſſimè exprimatur, colatura iterum per manicam Hippocratis coletur, & ſi neceſſum eſt, clarificetur albumine ovi, & colaturæ clarificatæ adde*

Syr. Byzantini comp.
Roſati ſolutivi ana jv.

Sacchari fini deſpumati & clarificati ℔iiij. *M. 10. coquantur ſupra ignem lentiſſimum ad Syrupi conſiſtentiam, circa finem autem coctionis aromatizetur hoc nodulo, qui*

℞. *Specier. Aromat. roſ. ſm. m.* ℥ß.
Troch. de Roſis ℥j.
Macis. ℥ß.

eo Fiat L. A. Syrupus clarus.

Pituitam lentam, craſſam, ac viſcidam à cerebro, ejusque nervis, à ſpina dorſi, pulmonibus, & ex capacitate thoracis, ex ventriculo, ex meſenterio, ex epate, ex utero, & ex univerſo corporis habitu leniter evacuat. Vertigini, paralyſi, Epilepſiæ, apoplexiæ, convulſioni, Lethargo, Caro, dolori capitis, & Catharro frigido, catharractæ, diſpnœæ, Aſthmati, orthopnœæ, tuſſi diuturnæ, nauſeæ & vomitui pituitoſo, acido ructui, δυσπεψίᾳ, βραδυπεψίᾳ, ἀπεψίᾳ, auxiliatur. Doſis ʒj. ad ʒjß.

Syrupus de Succo Plantaginis.

℞. *Succi Plantaginis defecati, ac diligenter per cælum trajecti libras tres.*
Sacchari albi libram unam ſemis.
Coquantur, ut eſt artis.

Utiliter internis vaſorum diſruptionibus adhibetur: proindè cruentis ſputis, ac renibus ſanguinem fundentibus auxilio eſt. Dyſenteriam quoq; biduanâ reſidentiâ aſſervari, ſed vel in lapideo aut ſaltem teſtaceo vitreato: alioquin ſtatim æruginem ſapiunt, noxamq; ingentem contrahunt.

Syrupus Senelorum ſimplex Quercetani.

℣. *Aq. ſenelor. autumno, ſive ſuæ maturitatis tempore diſtillatæ* ℔. *iiij.* vel partem majorem, ſi velis majorem ejus quantitatem parare, ſin minus, quatuor illius libras, uti dictum, accipe: in quam aquam tamen prius infundere oportet acidulum liquorem vitrioli vel ſulphuris ad gratam aciditatem ipſi conciliandam. Craſſus & materiatus aliquis cenſor, qui ejuſmodi æthereorum cœleſtiumq; liquorum proprietates animo concipere neq; poteſt, neq; vult, nimis addictus cortice externo, interioriſq; rerum medullæ minime ſollicitus aciduli reddat (modo velit) dictam aquam *ſuccis citrii & limoniorum* naturam vitrioli participantium, qui acidi liquores omnes etiam inſignis ſunt efficaciæ, ad rerum tincturas exhibendas, quamvis hoc pauciſſimis notum ſit. *Huic ſucco juſta gratag; aciditate perfuſo addantur fructuum ſenelorum* ℥vj. *& macerentur in B. M. ferventi per biduum*: aqua interea temporis colabitur, & tincturis virtutibuſq; ſenelorum imprægnabitur. *Dein fortiter exprimantur omnia per linteum, in qua expreſſione denuo infundantur, ut antea, eorum decoctuum* ℥vj. *idq; ter quaterve reiterando.*

Syrupus de Polypodio. Aug.

℞. *Polypodij quercini libram unam.*

Id, ſi recens haberi poteſt, incidatur, ſin minus, craſſaſculâ contundatur, infundaturq; horis viginti quatuor, in libris duodecim aquæ fontanæ: deinde bulliat ad conſumptionem mediatatis ac in fine adde

Calami Aromat. unciam unam.
Sum. Fœniculi drachmas tres.

Iterum leniter bulliant, ac decocto huic colato adde

Muchari, vel infuſionis Roſarum ſolutiva, libram unam ſemis.
Succi Boraginis,
Fumariæ.
Lupuli. ana. uncias ſex.

In his ſuccis & liquoribus coque

Myrobalanorum Citrinorum,
Chebulorum,
Indorum. ana unciam unam ſemis.
Paſſularum minorum uncias tres.

Bulliant ſimul ad conſumptionem tertiæ partis, in fine addendo.

Sennæ Orientalis uncias ſex.

Poſtmodùm exprimantur, & colentur: ac colaturæ cum Sachari libris tribus coquatur in Syrupum.

Trabiliarios humores potiſſimum evocat, ac lienis vitijs

vitijs opitulatur. Undè Spleneticis & Arquato correptis auxilio eſt, ſanguinem depurat, ac atram bilem & adúſtos humores prolicit, cutemq́, à ſcabie fœdam eluit.

Syrupus è Pomis ſimplex, Meſuæ. Aug.

℞. *Succi pomorum dulcium.*
Acidorum. ana libras quinque.

Colti & deſpumati ſucci ad dimidias biduo in vaſe lapideo aut terreo reſidere permittantur: tum colentur, & cum Sacchari libris tribus fiat Syrupus.

Cor imbecillum roborat, ſyncopen, & cordis palpitationem juvat, ac omnibus cordis affectibus ab atrâ bile ſuccurrit: ventriculum firmat, ſitim ſedat, febribuſque biliosis auxiliatur. Cor, & facultates ejus omnes ſopitas excitat, ac lætitiam inducit.

Syrupus Pomorum Regis Saboris.

℞. *Succi pomorum redolentium* ℔.iiij.
Succorum depuratorum bugloſſi & borraginis an. ℔ ij.
foliculorum ſennæ mundatorum ℥.iiij.
ſeminis aniſi ℥. ß.
croci ℥.ij.
ſachari ℔. iij.
Percoque omnia ex arte, ut abeant in Syrupum.

Nullum Pharmacopolium hoc ſyrupo eximio carere debet, ad cujus confectionem *ſennæ* primum parum trita maceretur per diem naturalem cum *aniſo* in ſuccis deſcriptis: poſtea ſemel, aut bis fervefiat, & colatur. Expreſſio colata & clarificata coquatur in ſyrupum. *Crocus* autem panno lineo ligatus inter coquendum infricetur. Cognomen autem deſumpſit hic ſyrupus à Sabore rege Medorum, ad cujus ſanitatis conſervationem inventus fuit, & inſtitutus.

Vitales ſpiritus recreat, mentem exhilarat, melancholicum humorem contemperat, & purgat, craſſos & lentos humores attenuat, flatus diſcutit, ventrem blande ſubducit, & ſanguinem puriorem reddit.

Syrupus de Pomis Deodati.

℞. *Succi pomor. depur.* ℔iij.
Succi limon. q. ſ. ad grat. aud. adde
fol. ſen. ſ. ſ. ℥iij.
Mechoac alb. ℥j.
Gall. moſch. ℥ij.
Cinam. ℥j.
fl. viol.
borag.
cich.
roſar. ana pij.
Digerantur in B. M per triduum, ſuccum cola adde
Succi pom. depur. clarif. ℔ß.
Sach. candi viol. ℔j *f. Syrupus.*

Syrupus hic jucunditate, ſuavitate & Utilitate ſuperat omnes Syrupos purgantes.

Syrupus de Portulaca Meſuæ. Aug.

℞. *Sem. Portulacæ lib. ſemis*
Succi Endiviæ cocti & depu. libras duas.
Sachari libr. unam.
Aceti lib. ſemis. (*vel ſucci granatorum acidorum uncias novem.*)

Tritum ſemen in ſucco Endiviæ macera viginti quatuor horis, poſtea lento igne coque ad dimidias, demum cum ſacharo percoque in ſyrupum.

Potenter refrigerat, ſitim inexhauſtam ſedat, febrium ardores, ventriculi & jecoris calidam intemperiem mitigat. Eo efficaciter utimur ad lumbricos & interanеorum animalia, cortice citri indito.

Syrupus de Praſio, Meſuæ. Auguſt.

℞. *Praſij (ſeu Marrubij) non adeo ſicci; uncias duas.*
Glycyrrhizæ unciam unam
Capillorum veneris.
Hyſſopi parum ſicci ana drach ſex.
Calaminthes
Aniſi
Rad. Apij.
Fœniculi ana Drach. quinque.
Ireos.
Sem. Maluæ
Fœnugraci ana drach. tres.
Lini
Cydoniorum ana drach. duas.
Paſſularum enucleatarum uncias quinque. duas ponunt Norimb.
Caricas pingues numero ſedecim.
Coquantur in aquæ puræ libris decem ad dimidias, expreſſioni adde
Penidiorum
Mellis deſpumati ana libras duas.
Fiat ſyrupus.

Salutaris eſt ad longos & diuturnos thoracis affectus, tuſſim anhelam, ſenibus & frigidis naturis familiarem, ex craſſa frigida viſcida & lenta materia. Aſthmaticis confert. Suppuratorum pus egregie diſſolvit, diſſecat & incidit, terget, educit, & in apertum promovet. Variam componendi rationem, require apud Fœſium.

Syrupus de Pyrethro Mynſ.

℞. *Agarici alb. & leviſſ.* Unc. js.
Rad. Pyrethri Unc. j.
Paoniæ maris
Acori
Pimpinellæ ana Unc. s.
Sem. Fœniculi
Paoniæ
Bac. Iuniperi ana Drach. iij.
Herb. Matricariæ
Agrimoniæ
Hyſſopi
Primul. veris
Majoranæ
Mentaſtri
Nepetæ ana Drach. ij.
Flor. Lilior. convall.
Verbaſci
Bugloſſæ
Anthos ana Drach. js.
Cinamom. acut.
Nuc. Moſchat.
Cubebarum ana Drach. j.

Inciſa & contuſa infundantur in aq. Salviæ & Roriſmarini ana Lib. iij. Stent in infuſione per noctem; poſtea coquantur ad tertiæ partis conſumptionem.

℞. *Colaturæ clarę* Lib. iiij.
Sachari albiſſ. Lib. ij.
Vires, Uſus, Doſis.

Valdè ſalubris eſt in paſſionibus nervorum, Paralyſi, Spaſmo, Epilepſiâ, Iſchiade, &c. Potenter enim materiam peccantem reſolvit & dolorem mitigat. Doſis ab Unc. s. ad Unc. j. per ſe, vel in vehiculis cõvenientibus.

Syrupus de quinq; Radic. Aug.

℞. *Rad. Apij,*
Fœniculi,

Petro-

Petroſelini,
Aſparagi,
Bruſci. ana. uncias duas.
Aquæ fontis libras ſex.
Coquantur ad tertiæ partis conſumptionem : expreſſum coquatur denuò cum
Sachari libris tribus.
Addendo ad finem
Aceti albi uncias octo.

Humorum lentitiam incidit magis,& apparat, obſtructaq; potentius allevat ad omnia prædicta efficacior.

Syrupus Rhibium.

Incendio febrili ſalutaris exiſtit,& calefacta viſcera acoris ſui jucunditate plurimum recreat, ſitim ſed at, nec non choleræ,cardiaciſque ſuccurrit. Deſcriptio ſupra patet pag.13.

Syrupus Rhabarb. Deodati.

℞. *Rhab. el.*
fol. ſen. ana ℥ß.
Cinam. ℥ß.
fl. viol. mj.
Zinzib. ʒß.
Aq. roris majalis deſtill.
cich.
borag.
roſ. ana ℔j.

Infund. per noctem manè ebull. exprim. f. Syrupus cum ſacharo in fine addendo ſyr. roſ. vel viol. compoſ. ℥iiij. *Delicatulos citra noxam purgat.*

Syrupus reſumptivus.

℞. *Carnis teſtudinum* ℥iiij.
hordei mundati ℥ij.
Carnis dactylorum ℥j.
paſſul. damaſcenar.
glycyrrhizæ raſæ an. ℥vj.
ſebeſten,
jujubas an. n. xij.
ſeminum bombacis,
melonum,
cucumeris,
citruli an. ʒß.
ſemin. lactucæ,
papaveris albi an. ℥ij.
ungulæ cabalinæ
pulmonariæ an. m. j.
florum violarum,
nenupharis an. ʒß.

Fiat decoctio, ut decet. In colatura clarificata ad ℔ *ij. adde ſachari albiſſimi* ℔ *ij. ſachari roſat. & diatragacanthi rigidi an.* ℔ ß. *fiat ſyrupus perfecte coctus.*

Syrupus de Roſis ſiccis Auguſt.

℞. *Roſarum rubrarum exiccatarum libram unam.*

Infundantur in aquæ calentis puræ libris ſex horis viginti quatuor, infuſionem hanc reaſſumptis ſemper novis roſis triplicando. Tandem in expreſſione diſſue Sachari albiſſimi libras tres.

Coque ex arte in Syrupum.

Ad omnem alui fluorem ſiſtendum commendatur. Cæliacos, Lientericos, ac Dyſentericos probè juvat, partes internas roborat,ulcera deterget, ac glutinat: vomitum compeſcit, nec non uteri rheumatiſmum cohibet.

Syrupus Roſatus ſolutivus. Auguſtan.

℞. *Foliorum roſarum damaſc. recentium libras quinquaginta quinque.*

Macerentur horis viginti quatuor in libris ducentis aquæ claræ feruentiſſimæ, in vaſe terreo vitreato,ſticti otis & bene cooperto. Poſtea facta expreſſione, aqua rurſus calefiat non tamen ad ebulitionem uſque, & in ea roſarum viridium libræ quinquaginta totidem horis infundantur expreſſione rurſus facta, eidem aquæ rurſus calefactæ libræ quadraginta quinque roſarum tandiu infundantur, & leniter exprimantur. Poſtea libræ quadraginta eodem modo infundantur, & exprimantur. Tum quoquæ libræ triginta, poſt viginti quinque, demum viginti; ut tandem eidem aquæ libræ trecentæ foliorum roſarum recentium infuſæ ſint. His peractis infuſionem cola, ſine ut reſideat quoad clareſcat; poſtremo adde Sachari albi libras quinquaginta,& in ſyrupum percoque.

Meſuæ duas tantum fieri jubet Roſarum infuſiones; ſed præſtiterit feciſſe plures; quidam eundem paulo aliter præparant, nam aquæ libris triginta duabus,vigeſies infundunt,ſex Roſarum libras, demum additis colato ſachari libris duodecim percoquunt in ſyrupum. Nos quia inæquali interdum ponderi eundem paramus,formulam hanc adjicere voluimus.

Syrupus is in uſu creberrimus eſt ad ventriculi incendium,& igneum calorem febrilem ſitimq; inexpletam ſedandam,Febrib. peſtilentib. præſtantiſſ. quod putredini,Venenis, & acris vitio ſubamara & aromatica ſua qualitate reſiſtat, viſcera nimio calore diſſoluta refrigerando roborat,& ad temperiem reducit,febrium inſomniam levat,& modice aluum ſubducit.

Syrupus roſarum ſiccarum aſtringens.

Roſæ rubeæ ſiccæ ad quantitatem ℔ j. poſſunt macerari per viginti quatuor horas in cineribus tepidis in phiala vitrea optime clauſa in libris quatuor aquæ communis laudati fontis, expreſſum torculari factum poteſt purificari digerendo in balneo calido in phiala vitrea donec optime clareſcat: remotis fecibus quæ in fundo reſident ſacharum optimum addendum eſt, & coquendum ad ſyrupi conſiſtentiam : huic deinde addendæ guttulæ aliquæ ſpiritus vitrioli ſpagyricè præparati, vel ſpiritus ſalis nitri: & ſic habebis ſyrupum acidum roſarum valde aſtringens : poteſt hic ſpiritus vitrioli accendens in infuſione roſarum addi ad extrahendum colorem roſarum & tincturam earum,& tinctura hæc clarificata addito ſacharo in ſyrupum coqui & ſervari ad uſus ſequentes.

Vires & Vſus ſyrupi roſarum ſiccarum.

Calidos cerebri affectus moderat,& temperat,& acres defluxiones ſiſtit,ventriculum roborat,ſitim extinguit,ſomnum conciliat,alui fluxus & diarrhœas cohibet,tenaſmo medetur, aphtas oriſque ulcuſcula quæ in ore infantium ex acrimonia lactis enaſci ſolent,curat & delet magno juvamine.

Sumitur ad quantitatem unciæ unius aut alterius in aquis appropriatis, & morbo ſanando convenientibus,vel exterius applicatur ungendo & delambendo, ut in curatione ulcuſculorum lactentium, quæ in ore eorum ſolent enaſci.

Syrupus roſatus laxativus arte chymica præparatus. Fabri.

Summo manè collectæ roſæ,ante ſolis ortum,verno tempore,mortario contunduntur marmoreo & prælo exprimitur earũ ſuccus,vel decoquuntur in aqua laudati fontis; & expreſſo & colato decocto,iterũ aq; iterum

per

per decem ac totidem vices iteratas decoquũtur novæ & recentes roſæ, & exprimuntur ſingulis vicibus: clarificatur decoctum tum filtro, tum in balneo Mariæ, rejectis fecibus nigris, donec decoctum aut earum ſuccus depuratus perquamoptimè habeatur, rubedine candeſcat, ex quo in balneo Mariæ extrahi oportet phlegma aquoſum quoddam, quod leviſſimo calore aſcendit, & remanet magma quoddam ſpiſſum, rubedine clarum in fundo alembici; cui addendum eſt ſacchari quantum ſatis ad ſyrupum parandum, ſufficientis ſpiſſitudinis: cui cocto & perfecto addendum iterum eſt octavum aut ſextum pondus ſui ipſius ſpiritus roſarum ſuperius extracti lib. 5. cap. 2. & peroptimè miſcere cochleari argenteo aut ſpatula lignea, oportet, & conſervare ad uſus medicos in vaſis vitreis & conſervis.

Hic idem ſyrupus poteſt præparari ex magmate quod in fundo relinquitur ex diſtillatione ſpiritus roſacei, ſuperiùs declarati, modò magma tale depuretur perquamoptime à ſuis fecibus & clareſcat; quod rite facies & perlimpidè abſolves, ſi magmati conjungas aliquid cremoris tartari & parum calefacias, & filtres: ſic habebis perlimpidum roſarum ſuccum robore clarum, quem ſacharo admixto in ſyrupum coquere poteris, & ſpiritu roſaceo admixto conſervare ad uſus medicos excellentes & præclaros.

Vires & uſus ſyrupi roſacei.

1. Iucundè admodum purgat humores peccantes in prima regione, & nulla moleſtia educit.
2. Obſtructiones omnes aperit, viſceraq; omnia roborat, & calorem naturalem multiplicat; quòd ſeroſos humores & frigidos foras educat.

Hoc medicamento nullum aliud reperitur aptius & commodius ad purgandos pueros, ſenes & imbecilles omnes, & qui medicamenta reſpuunt; nam gratiſſimi eſt odoris, & ſuaviſſimi ſaporis, & leviſſime educit humores peccantes.

Sumitur ad quantitatem unciæ unius in juſculis tenuibus, & aquis Roſaceis, idque ſummo mane, jejuno ſtomacho.

Syrupus Roſatus laxat. Hellebor. *Montani.*

℞. *Myrobalanorum omnium. ana uncias duas.*
Contundantur craſſo modo, & fricentur Oleo Amygdalarum dulcium. Infundantur in libris quindecim infuſionis Roſarum horis viginti quatuor: cui adde
Rad. Polypodij uncias duas ſemis.
Sem. Carthami unciam unam ſemis.
Aniſi,
Fœniculi. ana. drachmas ſex.
Fol. & folliculorum Sennæ,
Epithymi. ana. unciam unam.
Caryophillorum unciam ſemis.
Nucis Moſchatæ drachmas tres.
Corticum rad. Hellebori nigri veri drachmas ſex.
Decoquantur omnia ſimul lento igne, ad quartæ partis conſumptionem: adde poſtea.
Sachari clarificati libras quinque
Rhabarbari electi in nodulo ligati drachmas ſedecim.
Fiat Syrupus ſecundum artem.

Utebatur eo Montanus, Medicus Patavinus clariſſimus, in affectibus Melancholicis, Lue Gallica, Pſora, Leprâ, Impetigine, Lichenibus, Cancro, Elephantiâ, & alijs.

Syrupus Laxativus *Mũndereri.*

℞. *Pulp. Tamarind. ℥ij.*
Iujub.
Sebeſten ana. n. 20.
Prunor. Damaſc.
Coric. ping. an. n. 10.
Hordei mundi m ß.
Polyp. querc. ℥ij ß.
ſem. fœnic. ℥ij.
Decoq. in aq. ℔vij. ad caſum 2. libr. calenti colat. infunde
fol. ſen. ℥ij.
Agar. troch.
Rhab. el. an. ℥ß.
Stent in calente infuſione per noctem, leniter poſtea exprim. Col. Colat. adde
Manu. Calabr.
Mellis roſ. ſolut. ana. ℥viij.
Sacchar. Fabar. ℔j.
Coq. ad Syr. conſiſt. & aromat.
Cinam. ℥ij. Macis ℈ij.

Efficax & ſaluberrimum eſt remedium ad expurgandas primas vias ventris, præſertim ſi aliquot ſpiritus Vitrioli guttis, (ubi nulla fuerit de pectoris morbo ſuſpitio) acetoſum reddatur.

Syrupus de Rubo Ideo, Auguſt.

℞. *Succi baccarum Rubi Idæi diligenter tranſcolati libras tres,*
Sachari albi libram unam ſem.
Coque in Syrupum.

Febrium æſtus mitigat, cordis defectiones arcet, lipothymias fugat, aluum blandè aſtringit, ob id Diarrhœæ, & Dyſenteriæ biliioſiſq; alvi fluxionibus opitulatur: Cordis inſuper vires ſupra gemmas ac uniones tutatur & auget.

Syrupus ſachari Nobilis Deodati.

℞. *Vini Generoſ. ℔iij.*
ſach. opt. ℔j ſ. Syrupus adde ſub finem ol. cinam. ℈j.
Moſchi
Ambr. ana. gr. vj.

Senibus frigidis ac debilibus maximè convenit, quibus & humidum radicale & calor nativus minuuntur, nutrit enim, ſanguinem generat, & partes principes ſpiritibus replet.

Syrupus Scolopendr. Melich.

Utiliſſimus eſt Syrupus è ſcolopendrio adicterum ex obſtructione epatis, & lienis ortum.

℞. *Scolopendrij*
Linguæ Cervinæ
Endiviæ

Epatica

Epaticæ
Abſynthij
Cichorij an M.ß.
Sem. Commun. major.
Flor. Borraginis
Bugloſſæ an. M.j.
Capill. Veneris
Rad. fœniculi
Petroſelini
Ruſci an. ß. decoq. omnia in aqua purâ cum diligentia, & cum ℔. iij. ſacchari fit ſyrupus, inter coquendum aromatizandus cum
Folij
Laccæ
Spicæ
Caſſiæ an. ℥.ij. ligatis in petia.

Rarus quidem eſt hujus ſyrupi uſus : ſed paraturus eum, ordine convenienti ſingula decoquet, primo videlicet loco radices, dein herbas, tandem ſemina & flores. Colatum addito ſaccharo in ſyrupum excoquetur, additiſque aromatibus guſtu & odore gratiore reddetur.

Syrupus Salvia Melich.

℞. *Succi ſali. depur. ℔iij.*
ſach. ℔iij.
f. Syrupus.

Syrupus eſt cephalicus, paralyſi medetur, menſeſq; & urians movet.

Syr. ſcabioſ. A.
ſceloſyrb. A.

Syrupus Scolopendr. Fern. Auguſt.

℞. *Polyp. q̄.*
Rad. bugl. utr.
Cort. rad. cap.
tamar. an. ℥ij.
Ceterach. miij.
Lupuli.
Capillorum Veneris,
Cuſcutæ,
Meliſſophylli. ana. manipulos duos.
Coquantur in aquæ libris novem ad remanentiam librarum quinq; : colaturæ huic adde
Sachari albi libras quatuor.
Percoquantur in Syrupum.

Craſſam terrenamque Melancholiam extenuat, mollit, fluxamque reddit : lienem obſtructione liberat, tumentemque ſolvit, Melancholiæ, Quartanus, diuturniſq; febribus apprimè utilis.

Syrupum hunc ex Fernelio huc tranſtulimus, ejus enim qui in veteri Diſpenſatorio continebatur uſus, ob ingratum ſaporem propemodum eviluit, aciſte non minoris efficaciæ exiſtit.

Syrupus Antiſcorbut.

℞. *Succi Chamærubi Norv. ℔iij.*
Naſturt. aq.
becabung.
acetoſ.
cochlear. an. ℔ß.
Sacchari ℔jß. f. Syrupus.

Adverſus Scorbutum nobiliſſimum & probatiſſimum remedium, Doſis ab Unc. j. ad Unc. ij. & Unc. iij. vel cum aq. Antiſcorbutic. noſt. ſ. q.

Zingiberis,
Piperis nigri,
Longi. ana. drachmam unam ſemis.
Craſſiuſculè tundantur, ac in nodulo ligentur.

Affectibus cerebri frigidioribus & pituitoſioribus convenientior, ubi calore majore, incidentibus, & tenuantibus magis utendum eſt. Cerebri, ac nervorum frigidis noxis remedio eſt, horum cauſam, pituitam ſcilicet craſſam & viſcidam potenter diſſecans, digerens, ac tenuans. Paralyſi, Spaſmo Cynico, convulſioni, nec non Epilepſiæ medicatur, deſtillationes frigidas conſumit & ſiccat, facit etiam ad pectus anhelioſum à deſtillatione impendente, ac ventriculum confortat.

Syrupus de ſempervivo ſimplex. Auguſt.

℞. *Succi Semtervivi colati ac depurati libr. tres.*
Sacchari albi libram unam ſemis.
Coque in Syrupum.

Febrium æſtus potenter extinguit, ac internis incendijs auxiliatur, ob id linguæ inflammationem ejuſque ariditatem aufert.

Syrupus de ſempervivo Compoſitus.

℞. *Foliorum Sempervivi recent. libras duodecim.*
Contundantur in pilâ lapideâ, aſpergendo iiſdem,
ſalis Ammoniaci mund. ℥x.
Stent in fictili per 3. dies, ſæpius agitentur, expreſſoque adde ſach. ℔vj f. Syrupus in fictili.

Priore efficacior eſt faucium ac linguæ ariditati inflammationi & prunæ medetur.

Syrupus de Spina Cervina Auguſt.

℞. *Baccar. Spin. Cervin.*
Contund. ſuccus coq. lento igne ad caſum 4. partis adde hujus
Colat. ℔ij.
Sachari ℥xvj.
Coquantur ſimul, donec Syrupi benè cocti conſiſtentiam acquirant, adjiciendo in fine
Aniſi
Maſtiches. ana. drachmas tres.
Zingiberis,
Cinamomi,
Caryophillorum. anâ. drachmam unam ſemis.
Fiat Syrupus.

Syrupus Domeſticus ſic dictus, quòd familiariter eo uti poſſimus. Bilem, pituitam, & ſeroſos maximè humores purgat; unde ejus uſus præcipuus in Cachexia, Hydrope, ac Arthritide. Conſule de eo Reinertium Solenandium in Conſilijs.

Baccas ſemicontuſas quatuor diebus in fictili vitreato macerari per ſe in loco calido permittito, & efficacior ſuccus reddetur. Cujus libras duas Sachari, vel Mellis libram unam ſemis decoquunt ad Syrupi ſpiſſitudinem : demùm linteolo rariore colato addunt Cinamomi, Zingiberis. ana. unciam ſemis, Caryphillorum drachmas duas, fiat Syrupus. Huncita Matthiolus in Dioſcorid. præparat lib. 1. cap. 112. de Rhamnis.

Caveant Pharmacopœi, ne pro Cerviſpinæ baccis, ſimilitudine forſan decepti, Alaterni baccas accipiant.

Thymi-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 321 sur 955

Syrupus Rosatus Compositus Aug. sine Hellebor.

℞. *Myrab. omn. an. ℥ij.*
Contusa fric. man. cum ol. amygd. dulc. Infund. in lib. XV. infus. rosar. horis 24 adde
Polypod. ℥iß.
sem. carth. ℥jß.
sem. anisi.
fœnic. ana. ℥ij.
fol. sen.
Epithymi ana. ℥j ℈.
Caryoph. ℥ß.
Nuc. mosch. ℥iij.

Fiat rursus infusio horis viginti quatuor, quibus elapsis fortißima fiat expreßio: & adde ad liquoris singulas libras duas, Sacchari libram unam.

Fiat Syrupus.

Modestiùs quidem quàm prior purgat, nihilominus tamen bilem utramque, ac pituitam educit, viscerибus robur addens. Atque hic Syrupus Compositionem Syrupi de Rhabarbaro ingreditur.

Paratur & alius quidam Syrupus Rosatus, cum additione Radicum Cichorij, & foliorum Fumariæ, Syrupus Rosatus laxativus cum Ambubeia dictus. Is sic habet.

℞. *Cichorij recentium & mundatarum libras duas.*
Herb. Fumariæ recent. manip. sex.

Infundantur horis duodecim in libris sex Muchari perfecti, seu infusionis Rosarum laxativæ: postea colentur & exprimantur. Colatura posthinc cum Sacchari libris tribus coquatur in Syrupum, cui ad justam consistentiam ferè percocto, in panno raro lineo immittantur, ac post perfectam coctionẽ in eo pendula permaneant sequentia utpotè

Specierum Diatrion Santal. drachma una.
Diarhodon Abbatis drachma semis.

Fiat Syrupus ut artis est.

Vtramq; bilem ac serosos humores blandè evacuat, salsos itidem ichores leniter educit, ac putres emendat, unde adustum sanguinem corrigit, ac jecori obstructo opitulatur. Icterum, ac Tertianas sanat, & venarum mesaraicarum opilationes expedit, D. Raymundo Minderero, Collegæ nostro quondam, præ ceteris usu familiaris ac consuetus.

Syrupus Senelorum compos. Quercetani.

℞. *Dictæ aquæ senelorum, tincturis & proprietatibus propriis fructus jam impregnatæ, ut supra, lib. ij.*
Succorum fructuum Alkekengi & limonum ana. lib. ß.
Sem. Fœniculi dulcis.
Saxifragiæ
Raphani
Bardanæ ana ℥j.
Milij solis ℥ij.
Cinnamomi ℥ß.

Digerantur omnia in B. M ferventi per biduum aut triduũ, deinclarificentur, tandemq; cum sachari suff. q. decoquantur in Syrupum. Dosis ab ℥ij. ad ℥ij. tam ad præservationem, & attritionem & expulsionem calculi plurimum valet.

Syrupi de succo alchymillæ, de succo plantaginis & sanicula, juxta supradictam methodum parati, curant omnia ulcera interna, præcipua in renibus & vesica.

Deniq; *Syrupi de succo mercurialis, & rad. bryoniæ,* juxta eundem modum, ut *supra*, concinnati, digesti, & perfecte depurati & decocti cum debita quantitate mellis vel sachari, purgant & mundificant matricem, malignis tetrisq; impuritatibus scatentem fluorique muliebri prosunt.

Syrupus Spleneticus Verebelij.

℞. *Succi pom. ℔j.*
Meliss. ℥iiij.
limon. ℥iij.
Spir. Vitriol. ♃ijß.
fol. sen. ſ. ſ. ℥ij.
Polyp. q. ℥j.
Ellebor. nigr. præpar. ℥ijß.
Cort. capp.
tamar. an. ℥jß.
fol. citrariæ
ceterach. ana. mj.
flor. cord. ana pij.
sem. filicis
ocimi caryoph.
citri ana. ℥ijß.
Croci Austr. ♃j.
Cinam. ℥ß.

Macerentur in B. M. per biduum coq. col. expreſſ. adde Sach. cand. ℔j.

f. Syrupus.
cui sub finem inspergi crem. ♃. ℥iij.

In omnibus Melancholię speciebus singulari proprietate salutaris existit, humores atrabilarios lieni & venis mesaraicis impactos incidit, educit, vaporesque eorum ad cerebrum delatos dispellit.

Syrupus de Stœchade simplex. August.

℞. *Flor. Stœchadis drabhmas triginta, id est, uncias tres & drachmas sex.*
Thymi,
Calamintha,
Origani. ana. drachmas decem.
Anisi drachmas septem.
Passularum enucleatarum uncias quatuor.
Aquæ quantum satis, seu libras septem.

Decoquantur ad consumptionem librarum duarum: colaturæ adde
Mellis, aut sachari libras quatuor.
Condiantur cum
Calami Aromatici,
Cinamomi,
Zingiberis, ana. drachmã unã semis.
Ligentur in nodulo, ac in syrupo suspendantur.

Ventriculum, cor, cerebrum, ac hepar obfirmat: crassos humores incidit, tenacem lentamque pituitam dividit, obstructiones à viscidis humoribus obortas reserat: crudosque à frigore succos concoquit.

Syrupus Splenet. Melichij ex Savanor.

℞. *Scolop.*
fruct. Tamar.
Rad. Ireos
Cort. capp. rad.
salicis
Epithymi ana q. s.
Mac. in aceti ſ. q. hor. 24.
Coq. ad casum 3. partis f. syrupus cum sach.
Dosis ℥j.

Lieni attenuando, doloribus, obstructionibus & tumoribus ejus summè utilis est.

Syrupus Stipticus Mynsichti.

℞. *Prun. sylvestr. mat. sicc. ℔j.*
Rad. acori aq.
forment.
serpent.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 322 sur 955

cedoar.
Cort. granat.
Cydon. ficc. ana ℥ ß.
Gall. turcic.
ros. rubr.
balaust. an. ℥ij.
sem. lapat. ac.
sanguin.
plantag. an. ℥ jß.
Coq. l. a. in Vini alb. s. q. Col. ℞. ℔iiij.
Sachari albiss. ℔ij *f. Syrupus, aromat.*
Cinam.
Caryoph.
mac.
nuc. mosch.
croci or.
zinz. alb.
Galang. min. an. ℥j.
fl. papar. errat.
tunic. ana. ℥ß.
ligentur in panno raro & bulliant in syrupo l. a.

Syrupus de Symphyto, Fernelij. Aug.

℞. *Radicum & Cymarum Symphyti majoris & minoris. ana. manipulos tres.*
Rosarum rubrarum,
Betonicæ,
Plantaginis,
Pimpinellæ,
Polygoni,
Scabiosæ,
Tussilaginis. ana. manipulos duos.
Extusis omnibus recentibus exprimatur succus ; coquatur ℥j, *& expumetur ad libras tres, addendo*
Sachari albi libras duas semis.
Fiat Syrupus.

Tabidorum & ulceratorum pulmonum saniem & & pus blandè ac leniter sine sanguinis erupturi metu confirmat.

Syrupus Viol. Renod.

℞. *Florum violar. recent. ac mundatorum* ℔. ij. *Macerentur horis octo in* ℔. v. *aquæ tepidæ in vase vitreo stricti oris, & operculato : Postea colentur : Eidem aquæ calfactæ tantundem violarum horis adhuc octo maceretur, & percoletur, idque quinquies iteretur. Tum sumantur colaturæ clarificatæ, & sachari partes æquales, & fiat Syrupus perfecte coctus.*

Syrupum natura sola nullum unquam confecit, sed ex arte mixtionem, coctionem, & consistentiam suam habet ; Qui tamen ex solis violis, aqua, & sacharo conficitur, simplex dicitur ad discrimen magis compositi, qui præter hæc, semina *citoniorum, malvarum, jujubas, sebesten,* & *aquam cucurbitæ* recipit, cujus author primus Mesue perhibetur, sed nullibi, quod sciam, sic confectus reperitur. Simplex vero in omnibus Pharmacopolijs invenitur, sed non ubique, æque simplex paratus. Aliquando enim è violarum succo & sacchar tantum, aliquando ex illis bis, ter, vel etiam pluries quidem novas violas septies infundunt & macerant alij octies, & nonnulli novies ; Sed Fernelius inutilem putat toties iteratam infusionem. *Frustra,* inquit, *syrupo violaceo conficiendo violarum maceratarum novies renovant, cum tertia aut quarta infusione nihilo magis caciter sit futurus syrupus.* Meliorem tamen existimo, qui ex pluribus infusionibus conficitur.

Nonnulli succum ex violis expressum, alij conservam syrupo coctione jam incrassato adjiciunt, ut magis violaceus reddatur. Alij malunt ex puro violarum succo & sacharo albissimo parare ; quidam sachar coquunt ad electuarij consistentiam, quod postea de coquunt in syrupi crassitudinem supradicto violarum infuso, aut succo expresso.

Discrimen vero constituunt multi inter violarum violaceum ; ut violatus dicatur syrupus ille, qui floribus mundatis conficitur ; violaceus qui ex integris, & non mundatis, hicque minus quidem violac est, sed magis solutivus ; Pars enim herbacea qualitem habet emollientem perinde ac folia. Sunt qui tantum sachari libras quatuor ad infusionis, aut libras quinque adjiciunt, & coquunt in syrupum, sec Lutetiæ parari solet.

Syrupus violatus bilis acrimoniam frangit, calorem viscerum temperat, ventrem leniendo ac mollien subdicit, & vitijs thoracis confert. Præcipuo autem auxilij est pectoris, & lateris inflammationibus, & asperæ arteriæ scabritiei ; & in febrium æstu, biliosis acutis morbis, præcordiorum ardoribus, & siti sedu dæ commendatur.

Syrupus Florum Tunicæ. August.

Fit, ut Syrupus Rosatus, simplex, & alij consimiles Syrupi, qui ex trina florum infusione parari consueverunt.

Adversus præcipuos cordis affectus tollendo efficax, ejus tremorem ac Syncopas fugat, animi deliquijs opitulatur, ac pestilentis luis, febriumque contagiosarum noxas disijcit.

Syrupus de Succo Veronicæ.

℞. *Succi Veronicæ depurati libras tres.*
Sachari albi libram unam semis.
Coquantur in Syrupum.

Renum calculos & arenulas expurgat, eosque purulentos mundificat, & sanat. Pulmonum præterea exulcerationibus eximiè convenit, quorum saniem abstergit, ulcera glutinat, nec non sanguinis spuitionem prohibet ; pestilentibus febribus quàm maximè salutaris.

Syrupus violatus violaceus. Quercet.

I. MODVS.

Accipe flores violarum, suo tempore virentes, quibus foliatim studiosè examinatis, quicquid album videque ipsis adfuerit, diligenter admodum secernendum, adeo ut nihil aliud præterquam, quod violaceum sit, relinquatur : neque hic in re pulchra & utili labori parcendum erit, collecta florum optimè mundatorum satis bona quantitate in mortario marmoreo, pistillo ligneo contundantur, veluti in conservarum præparatione usu venire solet. *Accipe horum florum ita contusorum* ℥. iiij. *sachari* (instar sachari rosati perfecte exarte cocti) ℔ j. infunde sacharum illud ita coctum, & adhuc fervens in mortario, quo dicti flores continentur, & omnia probe invicem misce, ac ita in infusione sine

pes

per 24. horas : dein modice calefacta per torcular exprimantur. Et ita habebis syrupum violatum violaceum.

II. MODVS.

Aut si voles ex floribus illis contusis, præloque suppositis, succum educes : *cujus accipe* ℥. *iij. sachari albissimi* ℥. *vj.* mixtis omnibus, & in concurbita vitrea positis, stent in Bal. Mar. ferventi per duas horas, usque dum sacharum optime solutum, & in consistentiam syrupi decoctum fuerit. Spumam, si quæ adsit, spatula separabis, & elegantem eximiumque habebis syrupum.

III. MODVS.

Vel *accipe flor. optime*, ut *supra*, *mundatorum* ℔ *j. aquæ pluvialis*, *vel violarum* ℔. *ij.* macerentur per 24. horas dein prælo exprimantur : expressioni adde eandem quantitatem, nempe ℔. *j. eorum & florum* recentium, & peridem temporis spatium denuo macerentur, ac tandem exprimantur : reiteretur eadem operatio quater vel quinquies, quo pluries, eo melius. Ultimæ expressioni ad ℔. iij. aut quatuor circiter redactæ, addi possunt sachari lib. xij. & inditis omnibus in vas vitreum aut stanneum sinantur in B. M. calido usque ad justam syrupi decoctionem.

Hujus syrupi vim ac facultatem si reddere cupis præstantiorem & efficaciorem, adeo, ut clementer & benigne purget ; aquæ communis vel aq. violarum loco infusio fiat cum duabus libris succi violarum, atque si eundem syrupum in minori quantitate præparare sit animus, de præscriptis dosibus tantum detrahes, quantum videbitur.

En triplices illos modos, juxta quos non tantum violarum, sed omnes etiam omnium aliorum florum syrupos conficies, qui imprægnati sint ac tincti proprio suo sapore & odore, in quibus qualitatibus rerum omnium virtus ac essentia præcipua consistit.

Cum igitur circa infusiones versemur, inque pharmacia maximus sit usus syrupi novem infusionum de rosis pallidis, qui Mucharum dicitur : non alienum erit ab instituto, si ejusdem unam, atque alteram formulam nostræ descriptionis hic addiderimus. Artis enim Spagyricæ beneficio syrupi in tantam virium amplitudinem excrescunt, ut vulgares illos multis post se stadijs facile relinquant. Ad horum exemplar alios plures componere licebit, neque hæc ipsa in opere hoc nostro amplificando inter minimas recensenda erit reformatio.

Syrupus Violarum Compos. Aug. ex Mes.

℞. *Violarum uncias duas.*
Sem. Cydoniorum
Malvæ ana unciam unam.
jujubarum
Sebesten ana numero viginti.
Aquæ cucurbitæ lib. sex, aut q. s.
Cucurbita porro debet destillari dum adhuc est tenera & antequam indurescere incipiat.
Norimb. 141.
Coquantur simul ad tertias
addendo
Sachari lib. unam semis.
Fiat syrupus secundum artem.

Prodest Pleuritidi & tussi à causa calida.

Syrupus violatus solutivus.

Fit ut syrupus rosatus solutivus, iteratis Violarum recent. infusionibus.

℞. *Hujus infusionis lib. tres.*
Sachari clarif. lib. duas.
Coquantur lento igne ad syrupi consistentiam.
Alij sachari loco mel
adjiciunt.

Syrupus Xylocaract. Renodæi.

℞. *capit. papav. alb. nr. xℓ.*
siliquar. dulc. ℥iij.
rad. Glycyrrh. raſ. ℥. ij.
Coquantur in aq. fontanæ ℔. *xij. Donec remaneant* ℔. *iij. Colentur & fortiter exprimantur.*
adde penidior.
sach. cand.
rosat. an. ℔. ß.
Coquantur ad mellis consistentiam.
f. syrupus.

FINIS LIBRI PRIMI.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 324 sur 955

LIBER SECUNDUS
DE SUCCIS MELLITIS
ET QVÆ HIS SVNT AFFINIA.

Mel Anacardinum. Aug.

℞. *Anacard. recent. ter & in aq. coq. donec melliginem quandam in rubeo colore fuscam remittant, etiam aqua innatantem auferto ac reponito.*

Memoriæ jacturam resarcit, labantes sensus refricat, oblivionem discutit, ac mentem exacuit: morbis cerebri frigidis & humidis conducit, nervorumque resolutioni opitulatur.

Fuchsius paulò aliter describit. Anacardia enim seorsim trita in aceto justæ quantitatis diebus septem perfundit, octavo die lento igne ad medietatem decoquit, & per linteolum colat. Fæcem remanentem siccat. In succo autem Mel justæ quantitatis ad spissitudinem decoquit.

Mel Anthosatum. Aug.

℞. *Mellis Rosati simplicis libras tres.*
Florum Rorismarini recentium manipulos sex.
Stent in infusione, loco calido, horis viginti quatuor, deinde exprimantur, & fiat colatura, qua decoquatur, ut artis est.

Colicos ac uterinos dolores mitigat, ob calorem benignum, viscera fovent, quibus etiam robur addit, Cerebri, Cordis & ventriculi vires augens, & crudam in intestinis, ac circùm mesenteria pituitam concoquens, flatibus discutiendis idoneum. Additur in Enemata, ubi Parêsis ex Colica metuitur, nervosas enim partes à noxis defendit.

Aliter sic paratur.

℞. *Foliorum Rorismarini libram unam.*
Aquæ fontanæ libras sex.
Stent in infusione per horas duodecim, abhinc secunda & tertia vice, reassumpto novo Roremarino repetatur infusio, cujus colaturæ libris quinque adde Mellis optimi despumati libras quatuor. Coque secundùm artem.

Cum in compluribus locis florum Rorismarini tanta non extet copia, quæ huic Melli parando sufficiat, non minori efficaciâ herba ejusdem substituitur.

Rondeletius, Renodæus & alij libras tres Mellis accipiunt, ac in eo libram unam florum Rorismarini infundunt, & insolatione solâ Mel Anthosatum parant.

Mel Emblicorum.

℞. *Myrobalanorum Emblicorum numero quinquaginta.*
Contundantur mediocriter, & decoquantur in libris tribus aquæ ad consumptionem librarum duarum: residuo adde Mellis tantundem, & ad justam consistentiam percoque.

Cor, cerebrum, jecur, nec non ventriculum solidat, corporis odorem commendat, ac hilaritatem parit.

Mel hoc Emblicorum nihil aliud est, quàm Emblicorum decoctum ad consistentiam inspissatum, seu Mel, in quo Myrobalani Emblici conditi asservantur.

Hujus conditione multi Syrupi apud nos prostant solâ hac ratione parati: Utpotè Syrupus conservationis Enulæ, Pimpinellæ, Calami Aromatici, Nucis Moschatæ Lusitanicæ, Salviæ bacciferæ, Zingiberis Indici, Scorzoneræ, Lactucæ Hispanicæ, & plerorumque conditorum.

Mel mercuriale.

℔. *Succi mercurialis* ℔ *ij.*
mellis optimi ℔ *iiij.*
Misce, elixa, despuma, & fac veluti syrupum.

Mel non omnes eadem quantitate mensurant, alij plus succi, minus mellis adijcientes, alij contra plus mellis, minus succi, & multi par utriusq; pondus commiscentes.

Nos mes præpollere judicamus, cum non ex folijs, aut floribus maceratis condiatur, sed succo commixto, à quo satis efficax redditur, etiamsi ejus quantitas succum exuperet. Nonnunquam ex foliorum decocto tantum paratur, non tamen mihi satis probatur hic conficiendi modus.

Æque vero parari potest ex succo mercurialis maris & fœminæ; utraq; enim vires habet affines, & huic melli conficiendo convenientissimas.

Ad mercurialem marem refertur *cynocrambe*, seu *brassica canina*, cujus tamē succo non solet hoc mel confici. Debet vero à medio vere ad finem æstatis parari: tunc enim & plantæ sunt succulentiores, & earum qualitas vegetior & efficacior.

Vix autem alijs usibus inseruit mel mercuriale, quam clysteribus parandis, ut eorum vis sit magis absterso-ria, & purgatoria.

Mel Menthæ.

℞. *Succi Menth.* ℔ *ij.*
Mellis tantundem
f. coct. ad inst. cons.
Ventriculo frigido medetur ac pituitosos faucium tumoribus.

Mel passulatum.

℔. *Passularum ex acinis purgatarum lib. ij.*
Infunde xxiiij. horas in lib vj. aquæ calentis:
Deinde coquantur ad medietatem.
Colatura fortiter expressa denuo coquatur ad consistentiam mellis. Vel:

℔. *Colaturæ radicis lib. iij.*
mellis despumati libr. ij.
Misce, & coque ad crassitudinem syrupi.

Duos parandi modos dedimus: unum, *cum*; alterum, *sine* melle. Sic enim interdū paratur, licet Matthæus de gradib. illius author primū descripserit absq; mellis interventu. Quocumq; ex istis modo conficiatur, admodum palato gratū est, vimq; bechicam habet: proinde eclegmatum quorundam aptè compositionem ingreditur, ut eclegmatis de Pino apud Mesuem.

Hydromel Tartarisatum Horstij.

℞. *Mellis* ℔ *j. Crist.* ℥ ℔ß.
Aq. pluvialis ℔ *vj.*
Lento igne despumentur & bulliant ad ⅓ partis casum semper despumando, idq; tantisper quo ad omne crudum incoctum supernatet, deinde per man. Hipp. colentur & ponantur in cellam, post trium dierum fermentationem infunde.
flor. persic.
agac. *fumar.*

fumar.
viol.
rosar. ana mj.
Ceterach. mij.
Per 24. horas digerentur lento calore & adde
Methoacan. alb.
Rhab.
Turbith. an. ʒiß.
fol. sen. ʒj.
Polyp. q. ʒß.
Sem. anisi
fœnic.
Cal. aromat. an. ʒj.
Digerentur per 12. horas, ebull. postea colentur.

S. Hydromel.

Nobilissimum remedium in obstructionibus tartaracis hypochondriacis, & Scorbuticis affectibus, diuturnisque alvi suppressionibus.

Mel rosatum, Latine: Rhodomeli, Græce: Galeniabin, Arabice.

℞. Rosarum rubear. in umbra parum siccatarum libr. ij. mellis boni, nimis nec recentis, nec veteris. lib. vj.

Misce, & coque clementer, ac lento igne: In vase vitreo, vel fictili vitrato reconde: Insola & serva. Et si volueris, percola, & sic serva.

Non est unus apud omnes mellis rosati parandi modus: & multi conficiendi modum à Mesue, & Nic. Præposito datum aspernati, nunc igne solo, nunc insolatu, nunc utroq; modo, nunc istorum nullo, sed, sola maceratione contenti parant. Quidam rosas integras & solum exungatas in mel conjciunt, alij non nisi tritas. Sunt, qui succum tantum: alij & succum eductum, & simul alias rosas. Usitatior præparatio fit juxta modum à nobis traditum, quo rosæ aliquantum siccatæ in melle macerantur, dein parum elixantur; postea soli exponuntur, & tertio quoq; die moventur, ut undiquaq; incalescant. Dum hoc modo paratum, non colatur, mel rosarum foliatum vocatur. Sic calfactum linteo percoletur, ut fere fit, saltem ante usum, mel rosatum colatum nominant, & maxime, quod ex tritis rosis & melle fit. Quod ex duabus partibus succi rosarum exungatarum, & una mellis simul coctis ad quartæ partis absumptionem paratur, amota sedulo inter coquendum spuma, id mel medicatum *Rhodostatum*, seu *mel rosatum colatum* dicitur, omni aliquo liquidius.

Mel rosatum fluxiones calidos cohibet, stomacho benefacit, deterget, & roborat tam sumptum, quam adhibitum.

Mel rosatum Mesuæ. Aug.

℞. *Rosarum rubearum nondum penitus apertarum lib. duas.*
Mellis optimi lib. sex.
Coquantur lento igne secundum artem.

Hoc vulgus plerunq; expetit ad raucedinem, asperæ arteriæ, columellæ, faucium & gutturis noxas.

Mel Rosatum Citratum. Aug.

℞. *Mellis Rosati simpl. ad perfectionem cocti libras duas.*
Huic, dum adhuc à coctura fervet, infunde
Cor. Citri recentium & extimorum libram unam.
Stent in infusione per mensem, postea Mel transcoletur, & reponatur.

Frigidis ventriculi, & cordis affectibus eximiè succurrit; abstergit, tenuat, concoquit: corruptionem humorum, eorundemq; putredinem arcet, ideoque fœtentem animam corrigit. Requiritur potissimùm ad compositionem Oxymellis Helleborati à Iuliano descripti, & à Gesnero magnis encomijs celebrati.

Mel Rosatum Nicolai. Augusti.

℞. *Succi rosarum recentium lib. unam.*
Mellis despumati lib. decem.
Coquantur & ubi fervere cœperint adde
Rosarum viridium forficibus incisarum lib. quatuor.
Coquantur ad succi consumptionem, continue movendo, postea in vas aliquod fictile transfunde.

Mel cum tribus aquæ libris mediocriter despumetur, deinde ubi ferbuerit supra ignem aut extra misce rosas & succum. Insola dies quinquaginta, tum percoque ad succi consumptionem, cola & percoque instar syrupi.

Ad eundem modum fit mel Violatum.

Ventriculum roborat, deterget, viscidosq; succos expurgat, & coctionem temperato calore juvat, oris phlegmonem, pingivarum, & tonsillarum sedat.

Mel violatum Renod.

℞. *Flor. violarum recentium. lib. j.*
mellis optimi, mediæ ætatis lib. ij.
Misce, & reconde in vase vitreo, aut fictili & vitrato, oris angusti. Insola, serva, & usus tempore percola.

Ad hujus mellis præparationem, nonnulli violas terunt, alij integras, quod parvulæ sint admodum, melli calidiusculo, olla figulina, vitrata excepto, permiscent: Tum quindecim dies ollam soli, & optime quidem, exponunt, alternis diebus rudicula mixturam agitando: deinde reponunt, & utendi tempore parum aquæ permiscent, parum elixant, probe percolant; sicq; violatũ mel tunc habent optimum, alij alio modo. Verum Mesuei testimonio recte parari potest, ut rosatum. Debent autem violæ assumi parum persiccatæ, vel saltem omni acquisititia humiditate exhaustæ: Mel vero nec recens nimis, nec nimis antiquatum.

Mel violatum commendatur ad affectus thoracis, ad leniendum, abstergendum, refrigerandum, roborandum: ob id utiliter & clysteribus multis & gargarismatis permiscetur, & ulceribus detergendis adhibetur.

Mel violatum.

Fit, ut Mel Rosatum simplex. Aug.

Refrigerat, lenit, & humectat, alvumque emollit: inditur potissimùm Enematibus, ubi bilis & caloris acrimonia levanda, aut obtundenda est.

Mel Rosarum & violarum solutivum f. ut Syrupi laxativi Ros. & Violar.

De Hydromel ex Quercecetano.

Principem locum hujusce tractatus dabimus vinoso hydromeliti, quandoquidem potionis genus sit suavissimum, æque alimentarium, ac medicamentosum, iis affectibus maxime peculiare, quibus vinum damnosum est & nocuum, ut sunt paralyses, arthritides, &c.

Hydromel vinosum.

℞. Mellis albi Narbonensis optimi & granulati partem unam, aquæ pluviæ partes quinque, ponantur in cacabum æneum stanno incrustatum, his liquoribus reci-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 326 sur 955

recipiendis ſatis capacem, mel & aquam ſimul confunde, hæc tamen plus, quam tepida & calidiuſcula eſſe debet, dum melli ſociatur, fiat horum coctio, ſed blando calore procurata, id eſt, quam minimum ſines ferveſcere, atque interim ſpumam cochleari ſolido vel perforato diligenter auferes, ipſumq; decoctum adunius tertiæ conſumptionem conſumi permittes, adæquatæ coctionis nota tibi erit, ſi ovum recens injectũ non demergatur, ſed ſupernatet. Totum artificium in coctionis modo conſiſtit, proinde induſtrium te & accuratum eſſe oportet, ne in illius defectu aut exceſſu pecces. In mellis bonitatem etiam attendere debes. Si enim primæ notæ fuerit, minorem expoſcit coctionem, ſi ab illa recedat, majorem. Porro materiam perfecte coctam adhuc mediocriter calentem per duplicatum pannum tranſmittes, vel per Hippocratis manicam, ſed amplam & huic miniſterio tantum dicatã, ut ita exquiſitius craſſior fæx ſecernatur. Tum tranſfundes in doliola vinum malvaticum olim recipientia, vel in alia, quæ ex vaſe, quod vinum album idq; generoſiſſimum continuit, fabricata fuerint. Expones deinde diebus canicularibus ad Solis radios, vel potius in hypocauſtum calidum transferes, vel etiam ſupra furnum collocabis, in quo quotidie panificia coquuntur. Relinques illic menſem vel ſex hebdomadas in fermentationis & defæcationis gratiam. Tandem vaſcula in cellam traduces. Uſus erit non ante trimeſtre: interea temporis hydromel vinoſum penitus fit, ſimileque redditur vino malvatico è Creta aſportato, atque hic modus vulgaris eſt.

Qui enim tartari tincturam elicere norunt, illiuſq; tantum in ſingula dolia addunt, quantum poteſt capere putamen ovi, & qui artem tenent fermentum adjungendi ipſi hydromeliti, ut augeatur & producatur ebullitio, potionem multo præſtantiorem efficiunt, quæ nihil mellei ſaporis guſtui repræſentat, nunquam aceſcit, & quæ diutiſſime integra ſervatur, imo hydromel ita paratum in dies melius redditur, & quo antiquius, eo generoſius evadit.

Hujuſmodi hydromel, quemadmodum nuper deſcriptum, utile eſt provectæ jam ætatis hominibus, pituitoſis, aſthmaticis, paralyticis, epilepticis, podagricis, calculoſis & ſimilibus, quib. vini uſus interdicitur.

Ex commemorato malvatico vino noſtro artificiali extrahitur præſtantiſſima aqua vitæ, vino longè accommodatior ad eliciendas rerum eſſentias. Idem etiam hydromel vinoſum non deſtillatum optimum organum ad plũrimorum medicamentorum extracta conficienda. Ex illo quoq; acetum componitur validum ac vegetum, quod vinoſo aceto non cedit, ad diverſa remedia, & diverſis oxymelitis compoſitionibus æque conveniens ac acetum vulgare.

Hydromel ſimplex officinarum.

Hydromel ſimplex, quo communiter pharmacopœi utuntur, ita fit.

℞. *Mellis optimi* ℔. *j.*
Aquæ ℔. *viij.*

Fiat commiſtorum coctio ad perfectam mellis deſpumationem. Tot hydromelitis ſpecies præparari poſſunt, quæ vel morbificum humorem excernunt, vel excretioni idoneum reddunt, quod oxymelitis, eãdemque etiam medicamenta recipere poterunt, prout agendorum ſcopi dictitabunt & inſinuabunt.

Hydromel cum ſucco ceraſorum ad ſitim ſedandum.

℞. *Aquæ fontanæ* ℔. *xij.*
Mellis albi ℔. *ij.*

Coquantur ſimul, donec expurgata ſint, hoc eſt, mel amplius ſpumam non emittat: Adijce.

Succi ceraſorum acidulorum ℔. *ij.*

Rurſus bulliant parum, ſpumam auferendo, quam fieri poteſt accuratiſſime, tum hydromel è ceraſis habebis ſaporis jucundiſſimi. Eodem plane modo conficies è ſucco citri aliiſque ſuccis acidis & gratis, ut inde fiant potiones dulcacidæ, ſuaviſſimæ, & ad omnes febres oxyſacharo potiores & aptiores.

Melicratum vinoſum cum multis aromatibus paratum mihi ab illuſtriſſimo Principe Friderico piæ memoriæ electore Palatino communicatum.

℞. *Mellis optimi & albiſſimi partem unam vel* ℔. 10.
Aquæ pluviæ ſi haberi queat, aut fluviatilis partes ſex vel ℔. 60.

Imponito in cacabum reſpondentem copiæ hydromelitis, quam componendam ſuſcepiſti: utrumque ſimul confundito, coquito, & craſſiorem facem deſpumando detrahito, deinde herbas, quæ ſequuntur, reſiccatas imponito, ſacculoque concludito, videlicet.

Salviæ
Arthemiſiæ
Hyſſopi
Origani
Hormini
Betonicæ ana m. j.

Præterea alio nodulo recipito.

Baccarum lauri craſſiuſcule conquaſſatarum ℔. j.
Flor. Lupuli m. ij.
Hordei integri p. iiij.

Omnia ſimul bulliant, & à ſpuma expurgentur ad partis tertiæ conſumptionem, ita ut liquor ovum recens immiſſum in ſuperficie ſine demerſione contineat, ut jam ante demonſtravimus: fiat omnium exquiſita per pannum trajectio. Colatura recondatur uno aut pluribus doliolis, prout quantitas liquoris poſtulat. Vaſa autem vinum album generoſum ante aſſervarint, quæ etiam firmiſſime ligneis circulis coagmentata ſint, ne diſſiliant aut diſrumpantur ſpiritum agitatorum efferveſcentiã. Elapſis tribus aut quatuor diebus à fervore per vaſorum latiuſcula & ſuperna orificia nodulum ſuſpendito, cujus hæc eſt materia.

℞. *Cinnamomi*
Caryophyllorum
Galangæ
Piperis
Granorum paradiſi ana ℥ß.

Aliquot dies ferveſcendo & fermentando liquori concedito: Tandem ſingula vaſa ad eorum capedinem replebis eodem liquore, quem quibuſdam lagenis ſervatum oportuit, & arcte obturabis appoſito operculo, ſed memineris aromaticum nodulum relinquendum eſſe. Poſt tres menſes liquorem habebis plane vinoſum, linguam jucundiſſime afficientem & oblectantem, nec minus utilem maxime hyemalibus frigoribus, ſi mane jejuno ventre quotidie ad duas aut tres uncias aſſumatur. Mirifice enim ſpiritus exhauſtos reparat, obtuſiores ſenſus illuſtrat & acuit, oculos imbecilliores corroborat, hebetiores juvat, auditus gravitatem & difficultatem ſanat, omnibus principibus partibus robur & firmitatem addit, cordi ſcilicet, cerebro, quinetiam ventriculo maxime languenti & debilitato. Et, ut uno verbo dicam, eſt languidę ſenectutis refocillatio, levamen, caloriſque reſtau-

restauratio: denique ad contracturas, paralyses & similes affectus frigidos, quibus senectus obnoxia est, salutare præsidium judicatur.

Hydromel Aromaticum paralyticum. Myl.

℞. *Aquæ pluvialis* ℔xij.
Mellis electi ℔j.

Fiat despumando decoctio ad medietatis consumptionem, cui adde

Cinnamomi ℥ß.
Zingiberis ℥ij.
Cardamomi
Trium piperum } ana ℈j.
Galangæ

Macerata decoquantur, postea filtrentur, ut artis est.

Hydromel Muscovitarum Olearij ex rub. ceras. aut rub. idæo.

Fructus v. q. rubi idæi matur. infunduntur in aqua pura fontana per triduum aut quatriduum, usque dum saporem & calorem fructus aqua acquirat. Aqua hæc tincta colatur, eique admiscetur mel ad libras quatuor aquę mellis ℔j. & postea additur frustulum panis oblitum fermento aut fœcibus vini vel cerevisiæ ut tecto postea vase fieri possit fermentatio per octiduum in loco calido. Facta fermentatione hydromel reponitur in locum frigidum. Multi addunt aromata, multi quoque malunt sumere mel in favis: dhuc existens.

Hydromel vinosum Deodati.

℞. *Mell. opt.* ℔x.
Aq. pluvial. ℔ Lx.

Lento igne in amplo aheno despumentur, deinde adde in nodulo

Salviæ.
Artemis.
Hyssopi
Hormini exicc.
origani
beton. ana. mj.
bacc. lauri. ℔ß.
fl. lupul. miiij.

Bulliant ad 3. partis casum, semper despumando, idq; tantisper, quo ad ovum crudum injectum supernatet, colata excipiatur dolio vinoso & ollæ imponantur, post 3. diem ebull. adde in nodulo.

Cinam.
caryoph.
galang.
piper. an. ℥j.

Absoluta fermentatione dolium impleatur liquore eodem seorsim servato relicto intus ultimo nodulo.

Post 3. menses habebis mellicratum Vinosum, linguam jucundo sapore feriens, exhaustos vitæ spiritus mirifice reparans, ob tusiores senio sensus illustrans habet.

Hydromel Tartarisatum purgans Deodati.

℞. *Roris majalis rectific.* ℔ 40.

Bulliant lento igne, ad consumptionem 10. librarum, adde.

fol. sen. el. ℥iij.
Herb. mercur.
fumar.
meliss.
pariet.
flor. borrag. ana. m. iij.
fœn. fœnic.
anis.
ebuli. triti
carthami ana ℥j.
flor. genist.
violar. ana. mj.

Coq. exprim. col. adde Mellis opt. Mensur. 4.

Coq. clarif. clarificationi adde ℥iij. *diuretici fixi & ad consist. coq. Tepefacta vase querno extipe, adde parum fermenti & in sacco infund. menth. rosmar. visci q. fl. ros. rubr. bugl bor. cin. caryoph. croci ana. q. s. facta fermentatione reponatur ad usum. Dosis manè haustus cum aliquot guttulis spir. Tart.*

Hydromel vinosum simplex.

℞. *Mellis optimi lib. xij.*
aquæ pluviæ vel fluviatilis lib. lx.

Coque simul, donec ovum crudum injectum innatet. Tunc amove, insola, & serva.

Si cui hæc describendi & parandi forma displicuerit, liberum sit illi aquam decoquere ad tertiæ partis consumptionem, aut paulo plus, spumam accurate inter coquendum abijciendo. Sic enim aquæ portione magis dissipabili vanescente, quod remanebit, consistentiam habebit syrupo liquidiori affinem, saporem gustui suavem, coctionem conservationi idoneam.

Hydromel vinosum D. Bechtholdi Rivij.

℞. *Mel. opt. partem j.*
aq. pluvial. in diebus canicular. collectæ partes iiij.

bulliant simul ad tertiæ partis consumptionem, despumentur, colentur bis calide, colatura ponatur in dolio vinario ad solem.

Ex melle autem medicamenta multa basim & appellationem mutuantur, *ut mulsa, hydromel tam aquosum, quam vinosum, oxymel*, aliaque multa mella medicamenta ex plantarum succis, *ut Rhodomeli*, seu *mel rosatũ, violatum, mercuriale, passulatum, anisatum, anacardinũ*.

Mulsa constat tantum aqua & melle, diversa proportione inter se mistis. Dilutissima vero quædam mulsa dicitur, quæ ex plurima aqua, & pauco melle paratur. *Fit enim mulsa*, inquit Oribasius *c. 14. l. 5. collect. cum multum aquæ melli admiscemus, deinde coquimus tantisper quoad spumare desinat. Tunc enim spumam tollere oportet*, pituitosis tamen mellis quantitas, tum ad humoris peccantis alterationem, tum ad saporis gratiam, conveniens est.

Fallitur Oribasius, qui *mulsam* putat fieri debere ex *vino & melle*: *Melicratum* vero ex *melle & aqua*. Nihil enim est inter utrumq; discriminis, ex Galeno *part. 12. & 13. lib. 3. de vict. acut.* Mesueo tamen Melicratum est *Oinomel*, cujus duas exhibet descriptiones: priorem, quę fit ex vino & melle: alteram, cui præter hæc duo adijciuntur aromata quædam, ut caryophylli, cinnamomum, spica aromatica, macis, & similia: & à nonnullis, eodem referente & consentiente, Conditum nominatur.

Illud autem potionis genus, quod ex melle & vino paratur, vocatur *Oinomeli*, quod aliquãdo fit ex duabus partibus vini veteris & una mellis; aliquando ex partibus quinque, aut sex musti, & una mellis: & ubi defecbuit, in dolia diffunditur, reste Oribasio *c. 25. l. 5. collect.*

Hydromel simplex ac vulgare eodem modo paratur, ut Melicratum, adeo, ut nomine tantum, non re inter se dissideant. Placet tamẽ Galeno *c. 12. l. 4. de sanit. tuend.* ut mulsa ex aqua pluvia potius paretur, cum hydromel sæpius ex fluviatili, & aliquando fontana.

Apomeli vero non multum dissimili modo paratur. *Fit enim ex aqua non pluvia tantum, sed qualibet*, inquit Galenus *modo pura, & melle à favis expresso, tamdiu simul coctis, quoad spuma amplius non exurgat*: Quæ cum primum emergit, eximenda: Sic enim acrimonia deponitur. Ab antiquioribus vocatur *syrupus de favis mellis.*

Alia apomelitis præstantioris datur descriptio à Philagrio hoc modo: *Favi optimo melle pleni manibus fortiter exprimuntur, portioque una mellis expressi in quatuor*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 328 sur 955

partes aquæ purißimæ inijcitur, ſimulque favi in aquam immerſi lavantur, ut quicquid mellis ineſt, in eam deponant. Tum aqua colatur: dein igne luculento coquitur, & probe deſpumatur. Poſtea ab igne removetur, & cum refrixerit, quicquid fluitat, abijcitur. Tum denuo coquitur & deſpumatur, idq; ter repetitur. Tandem frigefactum, & ab excremento repurgatum hoc Apomeli, in vas fictile aut ligneum inijcitur.

Aquoſum autem hydromel vix unquam in officinis ſervatur, ſed re exigente citiſſime paratur. Vinoſum vero ſæpe Medicorum conſilio conficitur, & in multorum civium ædibus, tanquam nectar quoddam malvatico vino generoſius aſſervatur. Potenter enim frigidos humores coquit, expectoratum movet, ſtomachum roborat, cruditatem impedit, coctionem juvat, appetentiam excitat, flatus diſcutit, colicos dolores mitigat, urinam movet, & frigidis naturis mirum in modum convenit.

Solent Angli vinoſum quoddam hydromel magis compoſitum parare, *Meteglin*, & *Metegla*, illis dictum, quod minorem mellis quantitatem recipit, ſed aromata multa & fermentum admittit. Sic vero ſolet parari.

℞. Mellis optimi lib. x. *aquæ limpidißimæ* lib. lx. *bulliant ſimul ad tertiæ partis conſumptionem, ſpumã innatantem abijciendo. Colatura refrigerata in dolium, aut aliud vas idoneum immittatur: cui ſuſpendantur uncia tres fermenti nodulo incluſi: Addantur cinnamomi, gravorum paradiſi, piperis, zinziberis, caryophyllorum craßius contuſorum an. ʒ. j. Reponitur vas dies quadraginta in loco ſoli expoſito, vigentibus cæli ſqualoribus; deinde recondatur in cella vinaria ad uſus.*

Genus hoc potionis ſuaviſſimum eſt, quod biennium ſæpe ſervatur, & ſaporem ac virtutem vini malvatici æmulatur.

Oxymel Purgans Melanch. Myl.

℞. *Thymi*
calaminth.
Agarici
bugloſſ.
liquirit. ana ʒj.
Polypod. ʒiij.
Camædr.
Camæpit.
Stechados
Spin. alb. ana ʒv.
Paſſul. ℔ß.
Aceti
Succi bugloſſ. ana ℔ijß.
Aq. ℔ij. coq. colat. adde mellis ℔iij. f. Oxym.
inter coquendum adde Epithymi ʒj.
Elleb. nigri q. v.

Oxymel Purgans. Mylij.

℞. *Nicot. ʒjß.*
Rad. Irid. ʒj.
polypod. ʒvj.
Spic. nard.
hyſſop.
thymi
epithymi
menth. an. mj.
Sem. aniſi
fœnic.
Card. ben. ana ʒiß.
fl. tußil.
Bugl. ana pj.
fol. ſen. ʒij.
Agar. troch. ʒj.
Nuc. m.
caryoph.
Cinam. ana ʒij.
Aceti paſſul.
Sambuc. ana ℔ß.
mellis ℔jß. f. Oxymel *Vel*
℞. *Rad. Iicos. ʒjß.*
vincetoxici. ʒij.
Taraxaci, Valerianæ, Mœchoacæ, Rubiæ Tinctor., Polypodij } *ana ʒj.*
Cort. Fraxini, Tamariſci, Ebuli } *ana ʒvj.*
Raſ. ligni Rhodij., Eboris } *ana ʒß.*
Herb. Eupatorij, Fumariæ, Hepaticæ, Ceterach } *ana m. j.*
Senn. Cuſcutæ, Melonum, Acetoſæ } *ana ʒij.*
Carthami, Ebuli, Halicacabi } *ana ʒv.*
Fœniculi, Aniſi } *ana ʒiij.*
Flor. geniſtæ, Ebuli, Sambuci, Centaur. min. } *ana p. ij.*
Flor. Cichorij, Spicanardi } *ana p. j.*
Trochiſ. de Rhabarb. ʒx.
Trochiſ. de Cappar. ʒß.
Agarici trochiſ. ʒvj.
Aceti Sambucini, Scyllitici } *ana ℔ j.*
Aquæ flor. Ebuli ℔ j. ß.
Fiat omnium decoctio, colaturæ adde
Syrup. Roſar. ſolut., Flor. perſica } *ana ʒiij.*
Mellis Narbonenſis ʒx.
Coquito vaßim deſpumando, adde
Elaterij ʒij.
Scammoneæ ʒß.
Fiat Oxymel coctum ad conſiſtentiam.

Oxymel purgans Melancholiam.

℞. *Hyſſopi, Pulegij, Marrubii, Rutæ, Thymi* } *ana m. j.*
Dictamni Cret., Carduibened., Spicæ celticæ, Cort. Sambuci } *ana m. j.*
Calami mont. p. ij.
Sem. Aniſi, Ozymi, Anethi } *ana ʒij.*
Vrticæ Rom.

Rad. An

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 329 sur 955

Rad. Angelicæ, Altheæ, Asari, Scyllæ, Aristol. longæ, Turbith — ana ℥j.
Iridis nostratæ, Costi, Polypodij — an. ℥j.
Elleb. nigri, Esulæ — an. ℥ij.
Cort. Ellebori, Agarici — an. ℥ijß.
Aceti q.s.
Mellis, Sachari — an. q.s.
Fiat lege artis Oxymel purgans egregium. Dosis ℥ß. ad ℥vj.

Vel: ℞. Rosar. rubr., Menthæ crispæ, Carduibenedicti, Calamenthi — ana p. ß.
Pulegij, Thymi — an. p. ß.
Sem. Anisi, Anethi, Ozymi, Vrticæ Rom. — ana ℥ß.
Rad. Angelicæ, Fœniculi, Altheæ, Scyllæ, Iridis, Turbith — ana ℥ij.
Ellebori veri, Esulæ præpar. — an. ℥i.
Rad. Asari ℥ß.
Galangæ, Cinnamomi — ana ℥ß.
Cala. arom.
Aceti q.p. est
Mellis, Sachari — ana q.s.
Fiat Syrupus aromatisandus cum
Crocis, Macis, Cinnamomi, Zingiberis — ana ʒj.
Fiat quod dictum est.

Oxymel laxativum Prævotij.

℞. Mercurialis spic. seu fœmin. mij.
Absynth. mj.
Mellis ℔j.
Aq. font. ℔iij.
Bulliant ad consist. mellis lento igne, adde
Hyssopi, Poly ana mj.
Aceti opt. ℔ß.
Coq. ad cons. oxym. Dosis ℥iij. ad ℥vj.

Oxymel vacuans Melancholiam.

℞. Calamint., Thymi, Bugloss. utriusq., Agarici, Glycyrrhizæ, Polypodij ℥iij. — ana ℥j.
Chamædryos, Chamapityos, Stœchados, Spinæ albæ — an. ℥v.
Passular. ℔ß.
Aceti albi, Succi buglossi — an. ℔ij. ß.
Aquæ ℔ij.
Fiat decoctio ad dimidias, colaturæ adde
Mellis ℔iij. Epithymi ℥j.
Ellebori nigri Aur.
Nodulo ligata mersaque sæpe confricentur.

Oxymel purgatorium.

℞. Nicotianæ ℥jß.
Rad. Iridis ℥j.
Polypodij ℥vj.
Spicanardi, Hyssopi, Thymi, Epithymi, Mentha — an. m. j.
Sem. Anisi, Fœniculi, Carduibenedicti — an. ℥iij.
Flor. Tussilaginis, Buglossæ — an. p. j.
Flor. sennæ ℥ij.
Agarici trochisc. ℥j.
Nucis Moschat., Caryophyllorum, Cinnamomi — ana ℥ij.
Aceti passulati, Aceti Sambucini — an. ℔ij.
Mellis Narbonensis ℔j. ß.
Fiat lege artis oxymel.

Oxymel ad Humores serosos evacuandos.

℞. Rad. Irid. Vulgar. ℥jß.
Vincetoxici ℥ij.
Taraxaci, Valerianæ, Mechoæ — ana ℥j.
Rub. Tinctorum, Polypodij
Cort. Fraxini, Tamarisci. Ebuli — ana ℥vj.
Ras. Ligni Rhodij, Eboris in nodulo — ana ℥ß.
Herb. Eupator. Mesuæ, Fumariæ, Hepaticæ, Ceterach — ana M. j.
Sem. Cuscutæ, Melonum, Acetosæ — ana ℥ij.
Carthami, Ebuli, Halicacabi — ana ℥v.
Fœniculi, Anisi — ana ℥iij.
Flor. Genistæ, Ebuli, Sambuci, Centaur. minor. — ana pij.
Flor. Cichorij, Spicæ Nardi — ana pj.
Trochisc. de Rhabarb. ℥x.
Trochisc. de Capparibus ℥ß.

Agarici

Agarici Trochisc. in Nodulo ℥vj.
Acet. Sambucini } ana ℔ j.
Aceti scyllitici }
Aqu flor. Ebuli ℔ j. ß.
Macerata coquantur ad unius tertiæ consumptionem, in Colatura clarificata adde
Syr. Ros. solut. } ana ℥iij.
Flor. Persicæ arboris }
Mellis Narbonensis despum. ℥x.
Fiat decoctio & despumatio, addendo sub finem decoctionis. Electrij ℥ij.
Scammoneæ ℥ß.
Fiat Oxymel. Dosis cochlearia ij. ad iij.

Oxymel ad Hydropem & alios morbos, Diuretico opus habentibus.

℔. Rad. Taraxaci
Valerianæ
Vincetoxici
Rubiæ Tinctor. } ana ℥ij.
Asari
Eringij
Fœniculi
Petroselini
Ononidis
Rosarum
Cort. Fraxini } ana ℥x.
Capparum
Tamarisci
Sem. Raphani
Bardanæ
Anisi
Coriandri
Fœniculi dulc. } ana ℥ ß.
Petroselini
Asparagi
Cinnam. electi
Cassiæ lignea
Flor. Hyperici
Genistæ } ana p. j.
Sambuci
Mista coquantur cum
Aquæ ℔ vj. vel viij.
Vini albi ℔ ij.
Mellis Narbonensis provincialis aut Hispanici ℔ ij.
Decoctio fiat ad mediet atem, postea per Manicam trajiciantur ad meliorem clarificationem, sic Oxymel paratum erit cujus Dosis ℥ jv.

Vel ℔. Rad. Raphani ℥j.
Fœniculi
Petrosel.
Genistæ } ana ℥iij.
Apij
Asari
Levistici
Sem. Fœniculi
Petroselini } ana ℥ij.
Asparagi
Rusci
Coriandri præpar. } ana ℥ß.
Cumini
Mellis despumati ℥xv.
Aceti } ana ℔ ij.
Aquæ
Coquantur secundum artem.

Oxymel pectorale. Milij.

℔. Rad. Enulæ campanæ
Tussilaginis } an. ℥ jß.
Iridis florent.
Flor. capillor. Ven.
Polytrichj } an. m. j.
Scabiosæ
Hyssopi
Dactylorum } an. p. vj.
Iujubarum
Sem. Carduibened.
Vrticæ } an. ℥ j.
Bombucis
Flor. Violarum
Tussilaginis
Buglossæ } an. p. ij.
Nymphææ
Papav. Rheadis
Oxymelitis passul. } an. ℔ j. ß.
Oxymelitis Buglossati }
Aquar. scabiosæ } an. ℔ j.
Carduibened. }
Fiat decoctio ad unius tertiæ consumptionem, ac tandem transcolentur per manicam Hippocratis, & aromatizentur pauco cinnamomo. Dosis ℥ij. ad ℥iiij.

Oxymel Diureticum. Milij.

℔. Mellis Hispanici ℔ ij. Aquæ q. sufficit.
Aceti generosi q. par erit.
Rad. Taraxaci
Valerianæ
Vincetoxici
Rubiæ Tinct. } ana ℥ij.
Asari
Eringij
Fœniculi
Petroselini
Onaridis
Ras. cort. frax. } ana ℥x.
Capparum
Tamarisci
Sem. Raphani
Bardanæ
Anisi
Coriandri
Fœniculi dul. } ana ℥ß.
Petroselini
Asparagi
Cinnamomi
Cassiæ lignea
Flor. Hyperici
Genistæ
Sambuci
Fiat quod dictum. Dosis ℥ jv.

Oxymel Diureticum.

℔. Mellis despumati ℥xv.
Aceti } ana ℔ ij.
Aquæ
Rad. Raphani ℥j.
Fœniculi
Apij } ana ℥iij.
Petroselini
Genistæ
Asari } ana ℥iij.
Levistici
Sem. Fœniculi
Petroselini } ana ℥ij.
Asparagi
Rusci

Cori-

Coriandri præpar. ℈ *ana* ʒß.
Cumini ℈
Fiat secundum artem Oxymel.

Oxymel simplex Renodæi.

Quæ descriptio eadem est, cum ea, quam tradit Mesue, *part.3.disp.6.* cui assentitur Serapio *tract.7. de antid.* qui alicubi oxymel parat ex æquis partibus *mellis & aceti*: verum hoc nimis est acetatum.

Inter utrumque medium est, quod ex parte una & dimidia aceti ad duas mellis optimi fit, quod scilicet præter reliquas bonitatis notas, non multum aggerit spumæ: nam mel omne, quod multum spumescit, debet diutius concoqui & despumari; Sicque major illius portio coquendo dissipatur. Tamdiu autem coqui debet, donec spumam amplius non efferat.

Augetur ergo vel minuitur aceti quantitas secundum voluntatem utentis, cui magis convenit, inquit Serapio, si ab eo magis expetatur, & ita debet fieri secundum omnem dispositionem, ait Avicenna *tract. 6. sect.1.lib.5.* Quod tamen in officinis servatur, secundum Mesuei descriptionem parari solet, sed usus tempore, magis aut aceratum, aut mulsum redditur, prout rei exigentia demonstrat.

Oxymel crassos & viscidos humores incidit, attenuat, & ad expurgationem apparat, & promiscue calidis affectibus & frigidis confert, atque ad ea omnia valet, quæ *supra* diximus.

Oxymel scilliticum.

℞. *Mellis despumati* ℔.*iiij.*
aceti scillitici ℔.*ij.*
Coquantur simul in vase figulino ad consistentiam syrupi liquidioris.

Marcellus Medicus alio modo parat, aquam superaddendo: *Accipit* enim *scillæ* ℔ *j. aquæ fontanæ* ℔.*iij.* ß. *coquit ad libram unam & mediam: Sic diem integrum relinquit in olla rite obturata; dein exprimit: Expressioni admiscet acceti tantundem, mellis expumati* ℔.*ij. Rursus leviter concoquit ad consistentiam syrupi.*

Manardus quoq; & Bern. Dessennius putant, non posse fieri sine aqua, quorum opinioni quidam assentiuntur, aquæ duplum ad acetum miscentes, ut in simplici, verum ea non opus est, inquit Sylvius, cum mel non nisi aqua despumatum & coctum sumatur, & acetum legitime cum scilla præparatum. Sic vero fit acetum illud scillites.

Segmentorum scillæ filo trajectorum, & in umbra siccatorum libra una sumitur; In aceti vini albi libris octo maceratur mixturæ caloribus æstivis per quadraginta dies in vase vel vitreo, vel fictili & vitrato oris angusti insolatur; dein colatur: Tum abjectis scillæ segmentis, transfusum acetum servatur; cujus olim, quã nunc frequentior usus, ob saporis insuavitatem.

Alij sunt multi ac varij ejusdem parandi modi, sed qui nunc à nobis traditur, usitatior est, & descriptioni congruit, quam de illo tradidit Paulus Æginet. *lib.7. de re medica, cap.11.*

Variæ adhuc oxymelitis scillitici dantur à varijs authoribus descriptiones magis compositæ, cujusmodi est *oxymel scillaticum* Democratis, Iuliani, & quod *de radicibus* cognominatur.

Hæ autem omnes oxymelitis scillitici magis compositi varietates negliguntur, nec ullibi paratæ reperiuntur: propterea neque à nobis describentur.

Oxymel scilliticum crassos humores incidit, obstructionem pulmonis ab humoribus valenter impactis tollit, epilepsiam, vertiginem, cephalalgiam & hemicraniam sanat.

Oxymel compositum.

℞. *Radicum apij,*
fœniculi,
petroselini,
rusci,
asparagi an. ℥.*ij.*
seminum apij, &
fœniculi an. ℥*j.*
Coquantur omnia in ℔.*xij. aquæ ad ejus medietatem.*
In colatura clarificata adde
mellis optimi ℔.*iiij. vel quod sufficit,*
aceti vini albi libr. j.
Ex arte fiat liquidior syrupus.

Paratur ut oxymel scilliticum compositum, substituto aceto simplici ac vulgati pro scillitico. Nic. Præpositus quoddam oxymel compositum aromaticum parat, & aliud potenter diureticum: illi aromata multa, huic *radices graminis ireos & raphani* permiscet: Sed ea utendi tempore, si sit opus, rectius potuerunt admisceri, nec aliud compositius oxymel in officinis erit necesse servare.

Quantitas autem mellis ab authoribus non definitur, quod modo dulcius, modo acrius desideretur: si tamen juxta illius quantitatem à nobis definitam paretur, medij erit inter dulcedinem & acredinem saporis.

Oxymel compositum humores viscidos, lentos, & pituitosos incidit, attenuat, & abstergit: Obstructionibus hepar, lienem, & viscera liberat, renum & vesicæ saburram pellit, & urinam movet.

Oxymel helleboracum majus Iuliani.

℞. *ruta*
thymi capitati,
diptamn. cretici,
comar. hyssop.
puleg.
marrub.
card. bened.
nard. celticæ radicular. sine foliis cortic. fambus. interior. an. Mj.
calamenth. pij.
sem. fœnic.
anisi,
acymi,
urtic. roman.
anethi an. ℥*ij.*
rad. angel.
althææ,
iridis,
scyllæ præpar.
rad. aristol. triplicis, nempe rotundæ, longæ veræ & nostræ, quam clematidem putant.
turbith
irid. nostr.
costi, qui violas olet, aut
zedoariæ,
polypod.
Cort. limon. an. ℥*j.*
Ellebor. nigri è montib. collecti (niger præstantior, cujus flores lactei aut purpurei sunt, accersi potest ex Italia, sin minus, de modo vulgari fibræ nigræ ponantur.)
Esulæ an. ℥*ij.*
ellebor. albi corticum de fibris radicum è montibus vel locis siccis & perflatis collecti ʒß.

ali-

aliquando ℥ij. tantum vel iij. ponit *agarici* ℥ij. *quas sub finem coctionis injicies. Omnia sicca trita in fundes in aceti acerrimi* ℔. *vj. Et quarta parte, vel quantum sufficit sapæ*, ℥ij. *triduo in sole vel ad fornacem in vitreo vel figulino vase obturato: tum decoque in terreo aut lapideo tornato vase ad dimidium fere, cocta colato modice exprimendo, additoque mellis despumati communis, aut rosacei potius, vel cui cortices citri fuerunt infusi*, ℔. *j.* (aliâs ℔. ij. ponit, aliâs mellis unam & sacchari unam) *ad consumptionem aceti decoque, ut fiat syrupus: qui sub finem aromatisetur cum*

caryophyllor.
croci,
zinzib.
galang.
macis an. ℥j. *hæc non in sacculo includantur, sed permisceantur. Servetur in vase vitreo aut fictili vitreato.*

Oxymel Elleboratum minus Gesneri.

℥. *calaminth.*
puleg.
thymi,
card. bened.
ros. rubr.
melith. crispæ an. p. ij.
sem. fœnic.
anis.
urtic. roman. vel nostræ,
ocymi,
aneth. an. ℥j.
rad. angel.
fœnic.
alth.
irid. nostræ
scyllæ,
turbith an. ℥ß. (aliquando addit polypodij tantundem.)
Elleb. albi è montibus vel locis siccis & perflatis collecti versus septentrionem potius, quam austrum,
Esulæ præp. an. ℥ij. (Elleborum alias duplicat & ponit Ensulæ ℥jß.)
rad. asari ℥jß.
galang.
cinnam.
calam. aromat. an. ℥j.
infunde trita in aceti fortißimi ℔. *ij.* ß. *triduo in sole vel alio loco calido in vase vitreo aut figulino obturato, deinde bulliant in terreo aut lapideo vase ad dimidium fere, demum adde sacch.*
mell. communis despum. an. ℥v. *fiat syrupus, qui aromatisetur cum croc.*
cinnam.
mac.
Zinzib. (addatur zinziber decocto potius) *an.* ℈ij. quæ suspendantur intus in sacculo.

Vires oxymelitis utr usque.

Majore raro utitur Gesnerus & in majoribus causis tantum, utrumq; sane mirifice obstergit, incidit, aperit humores omnes, omnia excrementa è corpore protrudit, omnes meatus intus foris que referat: à centro ad superficiem pellit manifeste, ita, ut cutim rubificet, sicut longiore in balneo mora fieri solet. Exanthemata aut pustulas aliquibus, alioque tumores excitat, qui alioquin circa interiora forte colligerentur.

Præcipua ejus vis est in Epilepsia, asthmate & omnibus fere morbis à materia frigida, crassa, tenace, ex phlegmate aut melancholia dependentibus, in capite, ventriculo, thorace, jecore, renibus, liene, articulis, & utero. Sanguinem pellit, quo abundat, per quosvis meatus, ut nares, hæmorrhoidis, uterum. Et hac ratione natura, quod redundat, evacuante, à venæ sectione abstinere possumus, in debilioribus præsertim & puerperis, cum pleuritide aut alio malo venæ sectionem requirente, laborant.

Minore utitur ad omnia tutius & diutius continuando, si æger bene ferat, ad sex vel septem dies: tunc enim intermitti aliquod tempus potest, & si opus sit, repeti.

Oxymel Elleboratum convenit etiam ijs, quorum stomachus est exquisiti sensus, qui podagra affliguntur, non sæpe nec multum usurpandum, sed bis aut ter, nisi morbus sit contumax. Duo cochlearia tantum sumpta egregie per superiora purgant; eo sumpto ægri momento fiunt alacriores: Ischiadicis prodest citato vomitu.

Oxymel Elleboratum Gesneri ad fragendum calculum,

E præmissa minoris descriptione sequentia subtrahenda erunt, nempe *carduus benedictus, rosæ rubræ, mentha crispa, turbith, esulæ præparata, & cinnamomum*: horumq; loco substituenda *baccæ lauri & juniperi, saxifragia alba bircina, enula, cyperus, flores sambuci, vitrum ustum, &c.* Et ex his potest componi oxymel hoc modo.

℥. *calamenth. mont. an.*
thymi cretici, vel majoris capitati,
dictamn. cretici vel puleg.
adianth. an. pj.
baccar. junip.
lauri an. ℥ij.
fl. artemis.
fœnic.
beton.
tunici urbani,
anth.
chamæpyth. interioris partis lutea
melitat.
sambuc. an. p. j.
sem. anis.
fœnic.
aneth.
urtic. rom. seu masculæ
ocymi an. ℥j.
cortic. citr.
myrrh an. ℈ij.
rad. zinzib.
angel.
petrosel.
nard. celtic. radicular.
sine foliis
scyll. interioris
althææ
irid.
polyod. querc.
saxifrag. albæ vel alterius
cujuspiam & bircinæ, quæ similis est pimpinellæ;
inulæ.
cypari an. ℥iij.
ellebor. albi in altis montibus & locis perflatis ad
septentrionem collecti
esulæ aceto præpar. an. ℥ij.
asari ℥jß.

grauet

granor. halicacab. ℥ß.
calam. arom.
galang. an. ℥j. infunde in aceti fortißimi ℔ß.
Vini maluat. ℔j. in vitreo vaſe aut figulino obturato, ponantur ad ſolem vel alio loco calido quinque dies: decoquantur in terreo aut lapideo vaſe ad conſumptionem medietatis, colentur modice exprimendo & adde mel deſpumat.
ſachar. an. ℥v. f. ſyrupus, qui aromatiſetur cum croco & macere.

Hujus ſumantur ℥ij. pro doſi, quibus addatur nonnihil *ſyrupi de florib. perſicor.* præſertim ſi alius durior ſit: vel *de violis*, vel *de liquiritia* vel *de radicibus*, aliquando & ſæpe parum: mane lingatur tepidum bis vel ter in ſeptimana.

In curando calculo talis remediorum ordo ſervari forte poterit. Hora ante cœnam deglutiatur pilula una aut altera è *bdellio & terebinthina*, *liquiritiæ* pulvere, aſperſo, ſumatur etiam cum cibo, vel proxime ante cibum, ſal medicatus è jure pingui: mane vero hora quarta *oxymel* tribus horis, inde balneum ex malvis ingrediatur, à balneo in lecto ſudet modicè, dormiat, inungatur circa lumbos oleo juniperino: vel utatur clyſtere emolliente, interdum cum *terebinthina*: exerceatur fortius, quieſcat, prandeat & diæta conveniens præſcribatur. Hoc ordine procedat aliquot dieb. Geſnerus.

Oxymel Elleboratum Cratonis.

℞. Calamenthi,
thymi cretici,
puleg.
card. bened.
roſar.
aneth.
mentha criſp. an. M. ß.
ſem. aniſ.
fœnic.
ocymi,
urticæ,
aneth. an. ℥j.
rad. angelic.
fœnic.
alth.
ſchœnanth.
turbith. an. ℥ß.
Elleb. nigr. ℥ij ß.
eſul. præpar. ℥ij ß.
trid.
aſari ℥j. ß.
agar. albiſſ.
galang.
cinnam.
calam. aromat. an. ℥j. infunde trita omnia in aceti fortißimi libr. ij. triduo in ſole vel loco calido vitreo vaſe obturato, deinde coquantur in ſigulino ad tertias, fiat fortis expreßio, cui adde
mellis opt. deſpumati ℥x. aromatiſetur.
croci
mac.
zinzib.
cinnam. an. ℈ij. nodulo ligato. Et fiat ſec. artem
oxymel.

Oxymel pectorale D. Bechtholdi Rivij.

℞. rad. enul.
ireos,
eryng.
angel.
calam. arom. an. ℥ß.
fol. botryd. M ß.
calamenth. montan.
veron.
ſcabioſ.
hyſſop.
marrub. an. M. j.
card. bened.
puleg.
origon.
thymi an. M ß.
agaris albiſſ. & leviſſ. ℥vj.
infunde in aceti acerrimi lib. ij.
aq. veron.
card. ben. an. ℥viij.
ſtent in vitro obturato, per triduum in loco calido; deinde in duplici vaſe coquantur ſec. artem & exprimantur: expreßionis lib. ij. adde
mell. opt. ℥viij. coquantur lento igne in fictili vitro incruſtato & deſpumentur in forma ſyrupo, aromatiſetur zinzib. ℥ij.
croci
cinnam.
macis an. ℈j. in nodulo
laxo & ſyndone albo infuſ. f.
oxymel.

De Oxymel Quercet.

Oxymelita & hydromelita apud Veteres in multo majore erant commendatione, quam jam apud nos. Nam in noſtris officinis etiam famoſiſſimarum urbium tantum proſtat oxymel ſimplex & ſcylliticum: rariſſime Elleboratum Iuliani, præſidium tamen à Geſnero magnopere celebratum, adverſus morbos comitiales, febres quartanas, & alios hujuſmodi morbos, qui jam altius radices egerunt, & quorum occulta ſunt ſeminaria. Solummodo etiam reperitur unica hydromelitis ſimplicis, quemadmodum & compoſiti, deſcriptio, quæ in officinis locum habeat, cum tamen videamus apud Galenum, Actium, Trallianum, Oribaſium, deinde etiam apud Nicolaum Myrepſum & Meſuem, (qui in faſciculos redegerunt, & in ordinem revocarunt, quæ alij ſine methodo in ſuis libris tanquã ſcopas diſſolutas diſperſerant) infinita remedia purgantia, præparantia, roborantia, alijſq; intentionibus ſervientia, quorum baſes primariæ à ſupradictis oxymelitis & hydromelitis formulis petuntur, adeo ut quotquot vina ſimplicia & compoſita arte deſcripſimus, poſſunt etiam parari) imo majori cum emolumento) oxymelita & hydromelita æque bene ac ſi vino parata forent.

Arabes, qui primi ſachari uſum introduxerunt, in cauſa ſunt, quod norma componendi varia oxymelitis & hydromelitis genera immutata fuerit in eam, quæ ſyruporum eſt, quorum magna farrago in officinis adſervatur.

Quod vero adfertur pro ſtabiliendo & confirmando ſyruporũ uſu ab ijs, qui tantopere illis addicti ſunt, nempe hujuſmodi remedia diutius conſervari poſſe, & palato gratiora eſſe, confirmatione indiget. Sed extra omne dubium eſt, omnes hydromelitis & præcipue oxymelitis ſpecies, maxime vero id, quod melicratum nuncupatur (ubi aqua, mel, atque interdum acetum ſimul confunduntur & miſcentur) longe eſſe utiliora, commodiora, imo magis idonea omnibus curandi inten-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 334 sur 955

intentionibus, quam ſint ſyrupi. Cum ſacharum ſit ſal quidã dulcis, non exiguo calore præditus, cui qualitas quædam obſtruens & glutinans conjungitur: unde minus aptum ſacharum judicari poteſt ad præparationem, alterationem, mitigationem humorum eorumq; excretionem, cujus rei tamen cauſa commemorati ſyrupi utplurimum componuntur & præſcribuntur.

His adde, ſacharum in corporibus biliosis & natura macilentis, quemadmodum & cætera dulcia, minimo negotio bileſcere, & proinde plus damni, quam utilitatis hujuſce texturæ hominibus adferre. Verum quiſpiam nobis inſultabit, & mel, quo variæ oxymelitis & hydromelitis formulæ parantur, dulce forſan eſſe contendet. Admittemus id quidem, at longe mel defæcatius & purius eſt; naturaq; præditum magis aeria, cœleſti & ad quintam eſſentiam accedente, quam ſaccharum. Quod licet dulce & candidũ ſit ſuperficie tenus, intrinſecus tamen acrimonia ſcatet, & nigrore nõ mediocri, ut probe norunt & experiũtur illi, qui in rerum interna & vitali anatome aliquem progreſſũ fecerunt.

Quod animadverſum & diligenter obſervatum fuit à Galeno, & deinde ab Oribaſio *Medic. coll. lib. 5. c. 24.* qui dum intendit oxymelitis facultates, quæ acidæ & vitriolatæ ſunt, præfert hydromeliti, quod propter dulcedinem temperamentis calidis & naturis fervidioribus minus congruit, propterea quod in bilem facillime convertatur, in hunc modum ſcribit: *Cum melicrati facultas cætera omnia habeat, quæ ad acutos morbos vãcrati facultas cætera omnia habeat, quæ ad acutos morbos vãlent, in uno tamen duntaxat eis eſt contraria, quod ſupercalefacta in bilem convertatur: hanc ejus mutationem aceti ſpermixtio cohibens præſtantiſſimum medicamentum efficit, tantumque aceti melicrati addendum eſt, quantum ſatis ſit, ut facultas in bilem convertendi corrigatur.* Oribaſius vero poſtquam longa verborum ſerie retulit ingentes utilitates & commoda, quæ ex oxymelitis uſu promanant, & poſtquam recenſuit ſpecificam vim & proprietatem, quæ valet adverſus affectus hypochondriacos & thoracicos, cum ſcilicet opus eſt materiæ craſſę & lentæ attenuatione & inciſione, ut magis palam fiat, in quanta commendatione apud illum ſit oxymel, illoq; hydromel longe inferius eſſe, ita pergit: *Cum igitur mel facultate calidum ſit, & in bilem cito in calidis corporibus vertatur, idcirco edulium eſt pituitoſioribus naturis, & ſenioribus, ac morbis frigidis accommodatum, & oxymel omni ætati & naturæ ad tuendam valetudinem utiliſſimum eſt, cum omnes anguſtos meatus aperiat, ſic, ut craſſus & glutinoſus humor nuſquam contineatur. Quamobcauſam medicamenta, quæ tueri valetudinem à Medicis dicuntur, attenuante facultate ſunt prædita. Ac tibi quoq; & ratione & experientia perpendenti ea, quæ ad victum extenuantem faciunt, oxymeli accommodatiſſimum eſſe videbitur. Nam neq; mali ſucci eſt, neq; ſtomacho infenſum, neq; aliam abſurdam facultatem habet. Si vero ſyllitticum acetum fuerit, ita non modo eorum, qui ad victus rationem, ſed omnium medicamentorum aptiſſimũ eſt ad incidendum, convenitq; hoc eos uti, itemq; vino & aceto, qui humores incidere & attenuare morbum cupiunt, qui in corpore fit, quod craſſum, glutinoſum & pituitoſum excrementum contineat. Atq; infinitos prope vidi, qui ex aceti ſcyllitici, atq; etiam vini (ſcyllitici ſupple) uſu ad vitæ finem uſq; ſani vixerunt.*

Voluimus de induſtria referre, quid Galenus & alij antiqui ſentirent de oxymelite acido & vitriolato, quodque potiores & efficaciores vires illi adſcriberent ad ſanitatem conſervandam, & morbos curandos, quam hydromeliti dulci, ut hinc colligere liceat, ipſum Oxymel ſyrupis anteponendum eſſe, qui tamen hodie pluris fiunt, & contra omnem rationem, ut *ſupra* demonſtratum eſt, majorem auctoritatem & uſum ſibi comparaverunt.

Iam ſupereſt, ut noſtram pharmaceuticem quibuſdam, de oxymelitis & hydromelitis deſcriptionib. velut præſidijs utiliſſimis locupletemus, quarum imitatione quilibet proprio marte poterit novas componere.

Porro oxymelita & hydromelita dividuntur in ſimplicia & compoſita. Oxymel ſimplex duobus modis parari poteſt. Prior eſt, ſi ſumas unam mellis partem, cui tantundẽ aquæ pluviæ aut ciſternis adſervatæ, ſi haberi poſſit, primo admiſcebitur, miſcellam igni lento admovebis, perfecte deſpumabis, donec mel omnem ſorditiem depoſuerit, purumq; appareat. Tum melli affunde optimi aceti tantum, quantum guſtui gratificando ſufficit, ſicq; regulam & normã certam habebis, nec juſto acidius, aut plus æquo dulcius oxymel componatur. Iterum igne lento hæc coquantur, inter coquendum paulatim & per vices inſtilletur aqua, q. ſuff. quę ſecernendis heterogeneis operam ſuppeditabit, & magis defæcatum reddet: proderit etiam ad dulcorem comparãdũ, id eſt, ut remediũ γλυκύπικρον & dulcoacidũ fiat: quo etiã in paſtu, potionis loco, uti quis poterit in diverſis corporis affectib. potius, quã hydromelite aut vino ut *ſuperius* annotavimus. Vt vulgare oxymel componatur ex tempore, hac ſerie progredi oportet.

℞. *Mellis à ſoracibus liberi & expurgati ſextarios quatuor ſive duas pintas Parienſes.*
Optimi aceti ſextarios duos.
Aquæ octo ſextarios, ſive quatuor pintas.

Imprimis miſceas baculo aquam jam tepefactam cum melle, totũ fervere ſinas mitiori igne abſq; magnis bullis & ebullitionibus, tum ſpumam auferas, & coqui permittas, donec aqua ad medium reſoluta & conſumpta fuerit, tum demum acetum adijciatur, cui affuſo tres aut quatuor ebullitiones ſatis erunt, facta legitima omnium ſimul confuſorum coctione, per manicam ſive pannum denſum tranſmittentur, colatura diligenter aſſervetur.

Quod ſi vice vulgaris aceti, ſcylliticum, roſaceum, ſalviatum, anthoſatum, ſambucinum, paſſulatum. & ſimiles aceti ſimplici compoſitiones, quarum *ſupra* meminimus, admiſcuerimus, efficiemus oxymel ſimplex roſaceum, paſſulatum, anthoſatum, &c. quorũ ſingula varijs affectibus aptiſſima exiſtunt. Verbi gratia, quando ea uſurpamus, ut humores lenti & viſcidi incidantur, plurimorũ morborũ cauſæ, etiamſi cũ febre complicentur, oxymel paratum cum aceto roſaceo, bugloſſato, violaceo, & ſimilibus accomodatius erit ſalviato, vel anthoſato, quæ magis idonea ſunt melancholicis, hypochondriacis, epilepſijs, apoplexijs, cachexijs, & hujuſmodi affectibus, quarum cauſa terreſtris potius & frigidus humor ſtatuitur quam calidus.

Et quando voles in morbis contumacioribus & pervicacioribus humores validius attenuare & incidere, oxymel ſimplex & ſcyllinum hoc modo compones.

℞. *Mellis depurati* ℔. *iij.*
Aceti ſcyllitici ℔. *ij.*

Coquantur ad perfectã mixtionẽ & conſiſtentiã, hoc oxymelite & alijs *ſupra* deſcriptis obſervatis ſelegendo ſemper magis accommodata morbis, quos expugnare voles, poteris tot ſpecies oxymelitis compoſiti fabricare, quot decoctorum aut vinorum, quæ diverſis medendi ſcopis inſervient, ut verbi cauſa oxymel cephalicum hoc modo tibi erit faciendum.

℞. *Rad. Fœniculi*
Polypodij
Atori vulg. ana ℥*vj.*
Fol. Betonicæ
Meliſſæ ana m. j.
Sem. Seſeleos ℥*j.*

Fiat

Flor. Stœchados
Bugloſſ. an. p. ij.
Cinnamomi ʒ. iij.
Macis.
Caryophyll. ana ʒj. ß. *Croci ʒ. j.*

Macerentur per 24. horas in ℔ *iiij. oxymelitis anthoſati, dein coquantur ad unius tertiæ conſumptionem. Doſis ʒ. iij. vel iiij.* Conducit omnib. cerebri affectib. frigidis & melancholicis: ſpiritus animales foyet & illuſtrat, prodeſt ad memoriam, itemq; ad mœſtitiam à quavis cauſa ſubortã. Prout particulares cerebri affectus poſtulabunt, adijcere poteris, quæ ſpecifica proprietate ipſis adverſantur, ut ſi epilepſia cũranda proponatur, addes viſcũ quernum, rad. pœoniæ, flores tiliæ, lilium convall. & ſimilia. Idem judicium relinquitur, ſi morbi & ſymptomata alteri cuidam parti infixa hæreant.

Oxymel pectorale ſive thoracicum.

℥. *Rad. Enulæ campanæ.*
Tußilaginis & Iridis florent. ana ʒj. ß.
Fol. Capill. Veneris
Polytrichi
Scabioſæ
Hyſſopi ana m. j.
Dactylorum
Iuiubarum ana par. vj.
Sem. Carduibenedicti
Bombacis
Vrticæ ana. ʒ. j.
Flor. Tußilaginis.
Violar.
Bugloſſæ.
Nymphææ.
Papaveris rheadis ana p. ij.

Macerentur in oxymelitis paſſulati & bugloſſati an. ℔ j. ß. & aquarum carduibenedict. & ſcabioſæ an. ℔ j. per 24. horas: dein coquantur ad ignem lentũ ad unius tertiæ conſumptionem, ac tandem tranſcolentur per manicam Hippocratis, & aromatizentur pauco Cinnamomo. Doſis ʒ. iij. vel iiij.

Confert orthopnœæ, aſthmati, peripneumoniæ, tuſſi inveteratę, & diuturnis omnibus pectoris affectibus. Hoc thoracicum oxymel tibi exemplar quoddam erit, ad cujus normã alia infinita ſtomachica, hepatica, ſplenica, diuretica, &c. effinges. Si addideris radices, herbas, flores, & ſemina ſcopo tuo convenientia, ut videre eſt in aquarum noſtrarum, decoctorũ & vinorum artificialiũ *ſupra* enumeratorum deſcriptione, quæ ad hos agendi ſcopos direximus, adeo ut viã tibi ſternant, & veluti manu ducant ad varietatem, copiam & delectum remediorum.

Oxymel de peto purgatorium mirabile non ſolum pituitæ craſſæ, ſed & bilis flavæ, itemque nigræ, anheloſos thoracis & ventriculi affectus iuvans, & denique ad omnes morbos inueteratos laudatiſſimum remedium.

℥. *Fol. Nicotianæ ſeu peti exſiccatorum ad ſolem & pulverizatorũ, inditorumq; in nodulo lineo ʒ. j. ß.*
Rad. Iridis ſiccatæ & in taleolas ſectæ ʒ. j.
Polypodij.
Liquiritiæ.
Sem. Carthami contuſi ana ʒ. vj.
fl. Spicæ nardi.
Thymi
Epithymi.
fol. Hyſſopi.
Menthæ an. m. j.
Sem. Aniſi.
Fœniculi.
Carduibenedicti an. ʒ. iij.
Flor. Tußilaginis & Bugloſſæ ana p. j.
Fol. Sennæ ʒ. ij.
Agarici trochiſcati in nodulo concluſ. ʒ. j.
Nucis moſchatæ.
Caryophillorum.
Cinnamom. an. ʒ. ij.

Contundantur & macerentur per triduum in aceti paſſulati & ſambucini an. ℔ *ij. deinde coquantur, exprimantur & clarificentur, addendo mellis Narbonenſis optime deſpumati* ℔ *j. ß. denuo coquantur ad bonam conſiſtentiam*: uſu poſtulante, præbe cochlearia aliquot, vel per ſe, vel cum aliqua aqua pectorali.

Sane medicamentum hoc optime & valide purgat è toto corpore, è thorace, è ventriculo pravorum humorum ſaburram & illuviem exhaurit, detergit & extirpat: remedium eſt aſthmaticis, ſi quid aliud, accommodatiſſimũ & maxime peculiare. In ejus uſu, cautione opus eſt; augenda enim vel minuenda doſis pro ægrorũ ætate & viribus. Aliquando vomitum ciet, quã contingit ratione peti, quod in vomitu provocando pares vires cum Helleboro, vel antimonio habet, ſi ſolitarium & per ſe exhibeatur. Sed alia purgantia, quæ admiſcentur cum aceto, (quod primas dotes in corrigendo & demulcendo obtinet) vehementiam ejus remittunt, & eorum ope præſtantiſſimum & efficaciſſimum remedium conſtituunt.

Ad hujus oxymelitis imitationem licebit tibi multa alia diverſa phlegmagoga, cholagoga, & melanagoga, id eſt pituitæ, bili & melancholico ſucco excernendis, ſive ſeorſim, ſive ſimul peculiaria componere, prout animus dictabit, aut affectus expugnandus poſtulabit. Sed memineris ſemper, eſſe apponenda, quæ partib. peculiariter amica eſſe perhibentur: deinde etiã purgantia humori analoga ſeligenda, non neglectis ijs, quæ malignitati medicamentorum obtundendæ operas ſuas conferunt. Oxymel mox deſcribendum exemplã loco tibi erit, quod ad omnia hydropis genera ſingulare eſt præſidium. Aquas enim ſubducit, viſcerum nutritioni famulantium obſtructiones ſolvit, imo hepar ipſum & lienem horum malorum prima ſeminaria, infarctũ & ſcirrhoſa duritie liberat: deniq; partib. languidis & effœtis priſtinum robur & tenorem reſtituit.

Oxymel accommodatum humoribus ſeroſis evacuandis, hydropi & cachexiæ perquam utile, hepar, lienem, & totum meſenterium roborans, eorumq; obſtructa ſimul reſerans.

℥. *Rad. Irid. vulg. ʒ. j. ß.*
Vincetoxici. ʒ. ij.
Taraxaci.
Valerianæ.
Mechoacæ.
Rubiæ tinctorum.
Polypodii ana ʒj.
Cort. Fraxini.
Tamariſci.
Ebuli ana ʒvj.
Raſ. Ligni rhodii.
Eboris in nodulo lineo indita ana ʒ ß.
Herb. Eupatorii Meſuæ.
Fumariæ.
Hepaticæ.
Ceterach ana m. j.
Sem. Cuſcutæ.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 336 sur 955

Melonum.
Acetosæ ana ℥.ij.
Carthami.
Ebuli.
Halicacabi ana ℥. ß.
Fœniculi.
Anisi ana ℥.iij.
Flor. Genistæ.
Ebuli.
Sambuci.
Centaurii minoris ana p. ij.
Flor. Cichorii.
Spicæ nardi ana p. j.
Trochiscorum de rhabarbaro ℥.x.
de capparibus ℥.ß.
Agarici trochiscati cum suo nodulo ℥.vj.

Macerentur omnia in aceti sambucini & scyllitici ana ℔.j. *aquæflor. ebuli* ℔.j.ß. *per tres quatuorve dies ad ignem Bal. Mar. dein coquantur ad unius tertiæ consumptionem, incolatur aclarificata adde*

Syrup. Rosæ solutivi.
Flor. Persicæ arboris ana ℥.iij.
Mellis Narbon. optim. prius despumati ℥.x.

Et coquito ad ignem materiam optime despumando, addendo sub finē coctionis elaterii ℥.ij. scammoneæ ℥. ß. fiat oxymel coctum ad legitimam consistentiam. Dosis cochlearia duo vel tria pro robustioribus. Remediū est ad cachexias, hydropes, obstructiones & scirrhosos tumores jecoris & lienis maxime accommodatum, ut jam *supra* diximus. Ejus usus per aliquot vices repetendus, prout malum facile aut difficile permanserit, per se assumetur, aut commixtum uni aut duabus unciis aquæ nostræ scorbuticæ, quam *ante* descripsimus, aut alteri convenienti.

In traditis jam varijs aceti mulsi formulis coctionis tempus accurate considerari debet. Coquetur enim oxymel magis aut minus, prout videlicet diutius adservari, vel statim in usus transferri debet. Quippe quod extempore componi potest, si morbis prætentibus destinatur, minorē postulat coctionis gradum & consistentiæ symmetriam. Quod si oxymel vi purgandi polleat, unica eaque levis ebullitio sufficiet, aut in totū ea abdicata ejus vices infusio diuturnior in diplomate sive balneo Mariæ tepido facta supplere poterit. Vas autem perfecte obturabitur, ne scilicet nimio contentorum fervore spiritales particulæ exhalent: hinc enim longe imbecillior & retusior agendi potentia redderetur. Quare in similibus maceratio etiam in frigido facta multo tutior est, ita enim spiritus intus manent & retinentur, quamvis longius temporis spatium ad hoc ministerium requiratur, id quod diligenti animadversione dignum est, ut jam fusius & dilucide explicatum fuit, dum hydrotica decocta exposuimus. Pro paradigmate purgantis oxymelitis hoc jam jam describendum proponemus propter singulares ejus dotes adversus luem veneream, quantumvis inveteratam, & jam altius inhærentem solidis nostri corporis partibus: valet etiam adversus alios similes contumaces affectus, proindeque oxymel benedictum à nobis appellabitur, cujus formula est hujusmodi.

Oxymel benedictum.

℞. *Scobis ligni guaiacini.*
Corticis ejusdem (qui magis oleagineus est & naturæ balsamicæ) ana ℥. ij.
Sarsæ parillæ ℥j.ß.
Fol. sennæ orientalis. ℥iij.
Hermodactylorum.
Turpethi ana ℥j.
Rasuræ Eboris & cornu cervi.
Sem. Fœniculi.
Cinnamomi ana ℥ß.
Flor. Anthos.
Stœchados.
Hyperici.
Epithymi ana p. j.
Flor. Buglossæ.
Cichorii ana p. j. ß.

Rasuræ ligni & Cort. guaiacini, eboris, & cornu cervini nodulo includantur, & alia, quæ supersunt crassiuscule pistilo, frangantur & conquassentur, omnia excipiantur alembico vitreo convenienti, eoque cæco, id est, cujus os optime occludi possit, affundendo.

Aquarum carduibenedicti.
Vlmariæ ana ℔.ß.
Oxymelitis simplicis aut Buglossati ℔.ij.

Omnia rite eo modo mixta macerentur balneo Mariæ, blando calore (imo absque eo, si voles, in frigido horum infusio fieri potest) *per quatuor aut quinque dies foveantur.* Interea ipsum oxymel alliciet ad sese & imbibet dictorum simplicium facultates: *deinde post unam aut alteram ebullitionem fiat valida expressio, & colatura per manicam transmittatur, imo etiam depuretur, si ita libuerit*, ut exquisitioribus & delicatioribus hominibus satisfacias, in quorum gratiam dulcedinē quoq; sacharo, si velis conciliabis, ne ullas gustus molestias persentiāt. Dos. ℥iij. aut ℥v. utendi modus is est, ut constituta. Dosis mane trib. aut quatuor horis, ante pastum hauriatur.

Cibus paucus ægro dandus, isq; unius generis & tenuis apparatus, assus potius, quam elixus: pro bellario omnes fructus ablegandi, præter uvas Damascenas: decima hora prandebit, quinta cœnabit, & circa decimam vespertinam ad lectulum se componenti æqualis oxymelitis dosis propinabit & porrigetur. Cavendum tamen, ne vi, repugnante & negante natura, seu matutino, seu vespertino tempore sudores eliciantur, nisi sua sponte erumpuriant, naturæque motu proprio foras protrudantur. Proprius enim hujus nobilissimi remedii effectus est, maleficos humores per ventris vias & urinæ ductus excernere, sanguinisq; massam sordib. & fœda illuvie inquinatam atq; conspurcatam repurgare. Hujus usus sæpe repetendus, & ad quindenā saltē prorogandus, si malum contumacius renitatur, nec facile cedat, propter fomitem penitius insidentē, in longius tempus æger hujus oxymelitis usum producet, hæc vis & ratio expugnandorum magnorū affectuum contra naturam optima & tutissima est, non autē primo quoq; tempore violento pharmaco ipsos extirpare, ut multi perperam factitare solent: fidem facit hoc oxymel magistrale, cujus ope & dote atque usu sæpe repetito tum paralysis, tū pervicacissima quæq; venerea lues, etiamsi nodosa & tophacea sit, aut ulcerationes cariosas & cancrosas comites habeat, sensim & paulatim domatur, & radicitus evellitur. Quod si oxymel displiceat, sume vinum albū, quod majorem cū natura, quam oxymel societatē habet, cæteraque, ut dicta sunt perfice. Ita enim concinnatū longe utilius erit hoc remediū obesis hominib. & temperaturis pituitosis, iisq;, qui jam vino assueti sunt, quemadmodmum oxymel temperamento calido & bilioso donatis, & abstemiis convenientius judicatur, si aquarum carduibenedicti & ulmariæ loco aquam fumariæ & cichorij addideris.

Si visum fuerit, alio præparationis modo, eoque faciliore & breviore oxymel componere poteris, maxime si aceti medicati jā expositæ differentiæ non ubivis locorum paratę inveniantur. Si itaq; non sit ad manum acetum rosaceum, buglossarum, sambucinum, aut aliud

aliud quodvis, cujus tamen ope opus tibi esset, satis erit, si suo tempore horum medicamentorum flores aut conservæ aceto admisceantur. Quod si etiam passulati aceti aut veronicæ sive floris caryophylli non suppetat copia, adde suo loco uvas Damascenas vel Corynthias sufficienti quantitate, aut veronicas. Igitur ut exerceamus pharmaceuticæ studiosum in extemporaria oxymelitis compositione, in medium proferemus exempli loco oxymelitis diuretici & aperientis nostræ descriptionis formulam, cujus usus erit, dum viscerum obstructiones tollere, dum incidere, attenuare & dissolvere humores viscidos & concretos, urinas ciere, menstruumque fluorem præter naturæ institutum suppressum provocare, quinetiam tum calculum renum atterere & comminuere paulatim & senim voluerimus, descriptio est hujusmodi.

Oxymel diureticum.

℞. *Mellis albi Narbonensis provincialis aut Hispanici (quale optimum judicatur, & facibus minus abundans)* ℔.ij.

Quibus primo addes.

Aquæ itidem ℔.ij.

Blando igni hæc committantur, ut secundum artis præscriptum fæculentia deponatur, quæ tamen pauca sit: qua penitus ablata, admiscebis ℔.vj. aquæ & duorum aceti generosi, sive albi, sive rubri, non refert, vel plus & semissem, si minus acidum affectes: huic mixturæ fictili vitreato convenienti contentæ adijcies, quæ sequuntur:

℞. *Rad. Taraxaci*
Valerianæ
Vincetoxici
Rubiæ tinctorum
Asari
Eryngij
Fœniculi
Petroselini ana ℥ij.
Ononidis
Rasur. Corticis Tamarisci
Fraxini
Capparum an. ℥.ß.
Sem. Raphani
Bardanæ
Anisi
Coriandri
Fœniculi dulcis
Petroselini
Asparagi
Cinnamomi electi
Cassiæ lignea ana ʒß.
Flor. Hyperici
Genistæ
Sambuci ana p.ij.

Omnia simul coquantur ad medietatem consumptionem, post traijciantur semel atque iterum per manicam Hippocratis ad meliorem clarificationem, habebis oxymel ad ea accommodatum, quæ *supra* commemoravimus, de quo utendum ad plusculos dies, dosis ℥.4. Hujus oxymelitis parandi ratio valde facilis est, ad cujus normam infinitas alias formulas componere licebit, quæ non majorem, quam apozemata difficultatem, si parandi modum spectes, præ se ferent.

Apud Nicolaum Myrepsum, Mesuæum aliosque veteres auctores, imo etiam recentiores, reperies alias oxymelitis species tam humoribus præparandis, quam expurgandis dicatas, quo in numero est oxymel helleboratum majus Iuliani tantopere à Gesnero celebratum, adversus morbum comitialem & varios alios morbos, uti jam diximus.

Oxymel Diureticum D. Ambrosij Iung Senioris. August.

℞. *Mellis despumati unciæ*
quindecim
Aceti albi acerrimi,
Aquæ fontis ana libras duas.
Rad. Raphani recentium unciam
unam.
Fœniculi drach. decem,
Apij,
Petroselini,
Genistæ,
Asari
levistici an. ℥iij
Sem. fœnic.
petros.
aspar.
rusci ana ℥ß.
Coriandr. prapar.
Cumini ana ʒjß.
f. Oxymel l. a.

FINIS LIBRI SECVNDI.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 338 sur 955

LIBER TERTIUS

DE QUINTIS ESSENTIIS.

Quinta Essentia Agarici Fabri.

Agaricum, tritum & pulveratum dissolves in spiritu æthereo rosarum pallidarum, aut in spiritu alio purgante, & solutivo, & id omne collocabis in vitro optimè clauso, in cineribus tepidis ad digerendum per mensem, transacto mense per inclinationem spiritum clarum & limpidum, à fæculenta agarici materia separabis, & filtro transmittes, ut vindicetur à corporali agarici materia. Hunc spiritum substantia tenui agarici impregnatum custodies in vitro optimè clauso; magmati verò residuo alium addes spiritum similem priori, & digeres per octo dies in vitro clauso, in cineribus tepidis. His actis diebus, separabis spiritum tum per inclinationem, & transmittes, & priori conjunges: deinde magmati spiritum optimum vini, alchoolizatum & ab omni phlegmate septimis destillationibus iteratis privatum addes & connectes, & levissimo igne distillabis, separato phlegmate, in singulis distillationibus, donec sal volatile agarici ascendat una cum spiritu vini: sal istud volatile una cum spiritu vini conjunges prioribus spiritibus antea destillatis: magma verò residuum post siccationem combures igne fortissimo, & in cineres albissimos reduces, ex quibus cineribus per solutiones, filtrationes, calcinationes, & evaporationes sæpius iteratas, sal extrahes candidum & limpidum ut crystallus, prioribus spiritibus conjungendum & connectendum. Hæc omnia deinde post debitam macerationem & digestionem levissimo igne erunt distillanda, donec magma residuum habeat consistentiam mellis, aut syrupi non perfectè cocti, cui magmati suum spiritum distillatum reddendum erit, & iterum connectendum, ut dissolvatur, & post debitam trium aut quatuor dierum digestionem, filtro omnia dissoluta erunt committenda, ut probè ab omnibus recrementis terrestribus, & heterogeneis extractum agarici vindicetur, demum filtratum omne, postquam clarum fuerit, & bene limpidum distillationi levissimæ erit committendum, donec magma habeat consistentiam syrupi non perfecti cocti. Magma istud erit servandum in phialis optimè clausis addito oleo, cinnamomi, ad saporis conciliationem: spiritus distillatus erit servandus ad extrahendus similes essentias ex medicamentis siccis, veluti è sena, scammonia & similibus.

Vires & Usus.

1. Arcanum prædictum præcellit Agarici vires, deijcit utramque bilem, ac etiam pituitam ipsam, crassos & lentos, & putrescentes quoscumque humores expellit, quod sulphure & sale fixo, & volatili præditum sit, quæ omnia, naturali sympathia humores corruptos trahunt, reliquosque corrumpi non permittunt sunt enim persistentiæ & permanentiæ materiales causæ.
2. Cerebrum, omniumque sensuum organa expurgat, quod frigidos humores & viscidos qui cerebrum sua frigiditate interturbant, & sensus obtundunt, diminutis aut saltem refrigeratis spiritibus, qui robur omnium sensuum conservant, expellat, & expurget.
3. Musculos etiam omnes expurgat, ita ut partes ad motum naturalem sint promptiores unde etiam ad id plurimum competit, quod excrementa, quæ spinali medullæ pariter & nervis inhæserint, educat.
4. Pulmonem ac pectus à lentis, ac putrescentibus humoribus detergit, ac deinde ventriculum, jecur, lienem, & renes, & in mulieribus uterum ab omnibus, quæ earum partium facultates, & naturales actiones interpellant, mundat.
5. Compaginum omnium contumacem materiam solvi, propter spiritum salis, quem in se continet qui omnia concreta dissolvit, unde regio morbo affectis, & aqua intercute laborantibus, ac liene vexatis, levamentum præstat non obscurum.
6. Familiaris est admodum medicina, & ad omnes fere corporis partes habet conformitatem: ad pleroſq; tum capitis, tum cerebri, tum ejusdem membranarum morbos: nempe diuturnum dolorem, comitialem morbum, Apoplexiam, earum, & omnes alios frigidos affectus, vertiginem, maniam, atram bilem, & cerebri omnes inflammationes, non imbecilles possidet vires.
7. Urinam quoq; pellit, & menses commode ciet, propter ejus sulphuris balsamum quod continet, quod suo naturali sale omnia aperit & referat, unde sanguinem miro modo expurgat, ac proinde totius corporis nitorem frequenter utentibus commendat.
8. Ventris tineas tum enecat, tum dejcit suo sale, quibus animalium generatione impedit, quod impediat salem naturalem corporis, in aliam permutari substantiam & alterationem pati nullam, sed in sua naturali virtute & robore conservet.

Sumitur in jusculis, vel in syrupis morbo appropriatis & convenientibus ad quantitatem drachmæ unius vel duarum, idq; manè jejuno stomacho, servato regimine & custodia; in infantibus verò à scrupulo uno, ad duos, servato eodem regimine.

Quinta Essentia Aloes. Fabr.

℞. Aloes hepatic. minut. incis. ℔ij. immitte in alembicum ad descensum proprium, & in furno destillatorio

torio collocatum, coge ad deſtill. igne ſuppoſito, aucto igne, uſq; dum nihil amplius deſtillat. Oleum ab aqua ſeparatum rectifica per retortam cum vitriolo ad rubed. calcinato, uſque dum fœtorem amittat. Ex cineribus vero ſal fixum extrahe calcinationibus, ſolutionibus, filtrationibus, &c.

Eſſentia Ambræ, Moſchi, Zibeti. Fabr.

Ambra, Zibeta, Moſchus comparanda ſunt ad ℔j. aut ℔ß. diſſolv. in Sp. vin. ardent. collocat. in vitreo vaſe oblongi colli optime clauſi lento igne. Partes heterogeneæ ad fundum lapſæ per inclinationem ſeparandæ, & ſic diſſolutas partes in aliud vas vitreum oblongi colli transferes, & in eo vaſe obturabis, & ſic denuo collocabis in balneo marię per quindecim dies, in lento calore, ut partes ſolutæ omnino depurentur. Quam depurationem cognoſces per ſeparationem partium heterogenearum in fundo reſidentium; quas ut in prima operatione ſeparabis & tandiu ſic ages, quandiu feces & hypoſtaſim faciet ſolutum poſt reſidentiam longam in balneo tepido. Poſtquam autem feces nullas emittet, ſed clarum & limpidum ſemper permanebit ſolutum tunc temporis deſtillandum erit lentiſſimo igne, uſq; ad mellis conſiſtentiam. Quod erit arcanum ambarinum reſervandum in pixidibus argenteis, vel aureis, ad uſus, & aqua in phialis optimè clauſis, quæ etiã ſuos peculiares habet uſus & virtutes.

Vires & uſus arcani Ambarini.

1. Ad ſpiritus languidos refocillandos mire efficax ſi granum unum aut alterum incorporetur cortici citri conditæ & tritæ.
2. Ad peſtilentis auræ fugam ſummum eſt arcanum, modo granum unum illius teneatur in ore.
3. Ad Syncopen ſummopere valet, granum unum illius diſſolutum, in aqua cinnamomi & potatum.
4. Oris putredinem & fœtorem frequenti uſu, tandem tollit, ſive ex dentibus aut gingivis putrefactis, & cancro affectis, ſive ex ſtomacho, & mala primæ coctionis diſpoſitione dependeat.
5. Senſus omnes acuit memoriam precipuè & intellectum & cerebrum adeò roborat, ut à vertiginæ comate & frigidis omnibus affectibus præſervet.

Sumitur autem granum unum aut alterum illius diſſolutum in aqua cinnamomi, vel incorporatum cum aliqua cortice odorata condita, ut fiant Trochiſci.

Aqua autem illius arcani quæ eſt ſpiritus vini rectificatus, ad hæc omnia prædicta valet, & præterea, reſtituit ſummopere humidum radicale deperditum à calore noſtro naturali, & vires æmulatur auri potabilis, in curandis morbis, & beatiſſimus eſt ille Medicus, qui ejus ſpiritus habet copiam.

Eſſentia Ambræ. Hartmanni.

℞. *Ambr. gryſ. part.* 8.
Moſchi odorat. part. 1.
Sacchar. albiſſ. p. 5.

Omnia pulveriſata cum Spiritu Roſarum ardente terantur optimè diutius, ſæpè aliquid de ſpiritu roſarum affundendo, attemperando, & rurſum reponendo. Sumitur piſi magnit.

Eſſentia Ambræ. Schröderi.

℞. *Ambr. gryſ. p.* 1.
Ol. amygd. dulc. p. ij.

Impaſta & digere per aliquod dies poſtea exprime, expreſſioni affunde Spirit. Vin. rectif. digere & deſtilla per arenam. Sic elevabitur cum Spir. Vini Eſſentia Ambræ relicto oleo Amygd. in fundo. Abſtrahe Spir. Vin. ad conſ. olei. Doſis gutt. paucæ.

Eſſentia Ambræ Mindereri.

℞. *Elixir vitæ Matthioli uncias duas.*
Aq. Epilepticæ Langii unciam unam.
Ambræ Scrupulum unum
Moſchi Orientalis grana quatuor.
Fiat infuſio per aliquot dies deinde filtretur.

Præſtans hoc & illuſtre remedium animum & ſpiritus animales reficit, in omnibus Organis facultatis animalis, ita ut & in vertigine, Scotomia, caligine oculorum, capitis frigidis affectibus excellentiſſimum ſit.

De quinta eſſentia Aniſi. Fabri.

Virentis Aniſi folia & ſemina contundenda ſunt, & torculari, & prælo ſuccus ejus exprimendus, & reponendus in cella vinaria, in vaſis vitreis, ut deferveat; citò autem defervet, propter caliditatem ſuam, poſtquam defervuerit ut vinum, in alembico vitreo deſtillandus erit ejus ſpiritus æthereus, leviſſimo igne, qui primo aſcendet, & ſtrias in capitello alembici faciet, his ceſſantibus, mutandum eſt vas recipiens, colligendaque eſt aqua quæ egreditur & projcienda, ut nullius valoris, niſi ad depurandum ſal fixum, quod ex cineribus plantæ combuſtæ extrahitur: diſtillabis autem donec magma ſiccari incipiat: huic demum, frigefacto vaſe, ne rumpatur affundes ſpiritum tuum aſcenſum, & digeres per aliquot dies in balneo tepenti: deinde diſtillabis leviſſimo igne, & deſtillatum ſpiritum reaffundes magmati, & digeres idque quater aut quinquies, donec aſcendat ſal volatile quod ut in maxima habeas copia, reaffundendum eſt ſuper ſemen Aniſi recens mediocriter contuſum, una cum ſpiritu ſuo æthereo, & digeres iterum per aliquot dies in balneo tepenti, & diſtillabis, & iterum affundes, ter aut quater, ut totum ſal volatile aſcendat, una cum ſpiritu æthereo, & illi permiſceatur inſtar nivis, quod ſal tandem ſucceſſu temporis, vel levi digeſtione in oleum flagrantiſſimum, & dulciſſimum reducitur, hoc tamen omne una cum ſpiritu ſuo æthereo, poſtquam aliquoties rectificata fuerunt, ſervanda ſunt, donec ſal fixum & oleum extracta ſint: ad hoc ergo: ſumendum eſt ſemen Aniſi, ſiccum & aridum, & diſtillandum eſt, per deſcenſum magno igne, ut comburatur omne ſemen, & in cineres reducatur, oleum hoc fœtens, & empyreuma redolens, rectificandum eſt in retorta, ter aut quater, cum pauco vitriolo, ut fœtorem deponat, poſtquam depoſuerit, & vindicatum fuerit ab empyreumate ſuo, permiſcendum eſt, aquæ ſtillatitiæ Aniſi recenti, quę ex multis iteratis, diſtillationibus ſuper recens ſemen Aniſi, ſit diſtillata & ſit albiſſima ut lac, huic ergo aquæ, tuum oleum permiſcebis, & digeres in phiala optimè clauſa, in balneo tepenti, per aliquot dies, donec oleum tuum, albedinem omnem ſecum traxerit, quia albedo illa eſt ſal volatile Aniſi, quod levi digeſtione, in oleum convertitur, & cum alio oleo jungitur, & odorem Aniſi huic reddit, & communicat, ex cineribus autem, ſal extrahes fixum, & poſtquam purgatum fuerit, & ab omni terreſtri ſpurcitia emunctum, connectes, cum reliquis alijs ſuperius extractis, & in balneo tepenti digeres, ut fiant unum ſervandum in phialis perquam optimè clauſis.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 340 sur 955

Vires & Vſus.

Fœtorem oris corrigit, gingivas putridas exiccat, urinam ciet, flatus diſcutit, ventriculum roborat, animalium venenis adverſatur, alba profluvia fœminarum ſiſtit, lac ad mammas elicit, venerem ſtimulat. Doſis Scrupul. 1. in vehiculo convenienti.

Quinta eſſentia Antimonij. Fabri.

Antimonium pulveriſatur, in alchool tenuiſſimum reducitur & permiſcetur cum æquali pondere ſalis petræ, & in tigillo forti ad ignem ponitur, & comburitur, donec tota detonaverit ſalpetra, & in maſſam ſanguineam & hepaticam reductum fuerit antimonium: quam maſſam tritam permiſcebis denuo cum æquali pondere ſalis petræ & ſulphuris, & iterum ignies, donec detonaverit ſalpetra, & remanet tunc temporis antimonium album & peroptimè calcinatum: hoc indes phialæ oblongi colli luto munitæ, & oſculo vaſis clauſo, totum omne collocabis per menſem unum in igne reverberij ſatis magno, & potentiſſimo, donec antimonium rubeum adeptum fuerit colorem. Hoc coloratum antimonium impones vitro, huicque affundes ſpiritum vini alchoolizatum, & depuratum à phlegmate ſuo, & digeres in balneo tepenti, per octo dies, donec coloretur ſpiritus & tinguatur: tunc per inclinationem auferes, & novum addes ſpiritum, digerendo ut prius, vitro clauſo & obturato, ne inter digerendum exeat ſpiritus vini, & evaporetur, hocq; toties repetendum, donec ab ſpiritu per vices affuſo abſtrahatur tota tinctura ab antimonio, quod iterum erit reverberandum donec coloretur, & ſolvendum aceto acerrimo ſtillatitio. Acetũ autem erit evaporandum, & quod remanet in fundo multoties ſolvendum aqua roſacea multoties rectificata, donec nullas emittat feces in ſolutione, ſed clarum remaneat omnino, & ſplendeſcat (veluti rubinus) quod omne ſic limpidum & clarum, connectendum erit cum tinctura ſuperiori, in oleum converſa, ſequenti methodo: Accipies tincturam omnem, & ſeparabis per balneum id omne quod poterit aſcendere per balneum, in retorta; retortam deinde transferes è balneo in cineres, & deſtillabis oleum rubicundiſſimum precioſiſſimum, quod rectificatum ter aut quater, connectes cum ſuo ſale rubeo puro, & ab omni terreſtri excremento vindicato, & ſervabis ad uſus. Hoc idem & ſimile oleum, & tinctura eadem, & ſal poſſunt extrahi ex floribus antimonij fixatis, & reverberatis, donec colorentur, & deinde procedendo, ut ſuperius dictum eſt, at difficiliori negotio. Poſſunt ex antimonio multa alia parari medicamenta, ut vitrum ex quo pocula fieri poſſunt, quibus vinum infuſum per quatuor tantum horas, cathartici eſt, nec poculum inde diminuitur, & tabeſcit, ſed virtutes catharticas in perpetuas ferè ſervat æternitates. Sed has ego improbo potiones, ut naturæ infenſas, & inimicas, quod violentæ ſunt. Parantur etiam flores ex quibus formantur pillulæ, pro peſte, & febribus omnibus; ſed id omne improbatur, quod nimis violentum ſit, & naturæ inimicum, quòd crudi multum habeat mercurij, cujus ope violentiſſimas excitat illas actiones, & hypercatharſes: ſi quod ex antimonio citiſſimè præparato medicamentum à me probari merentur, eſt ſequens, quod fit ex vitro antimonij in alchool redacto, ſuper quod effundatur oleum vitrioli non rectificatum ad eminentiam duorum digitorum, & per duos dies digeratur in balneo, aut in cineribus, donec nigreſcat oleum: hoc oleum deinde ſeparatum per inclinationem potentiſſimè purgat, per inferiora tantùm, ſumptum ad quantitatem octo aut decem guttarum in juſculo, manè, ſervato regimine, & cuſtodia: vel reducitur in pillulas cum mica panis & deglutitur manè, eadem methodo ſervata, & regimine. Oleum hoc ſic præparatum attrahit tantum aliquid ſalis fixi antimonij, & fixat & coagulat perfectiſſimè mercurium crudum antimonij, itaque ceſſant omnes illius hypercatharſes; vitrum enim remanens poſtquam lotum eſt, & deſiccatum nullo modo purgat; at eſt ſudorificum medicamentum, veluti pulvis albus antimonij per combuſtiones multas ſalis petræ iteratas factus, & flores ipſi poſtquam combuſti ſunt, & calcinati & fixati cum ſale petra. Quod ego medicamentum ſudorificum, valdè probo & laudo, cujus doſis eſt granorum duodecim ad viginti.

Multa alia poſſent dici de antimonio, ſed ea tanta ſunt, quanta nemo mortalium excogitare poteſt, eſt enim flos totius terræ, & metallorum ſemen in eo.

Vires & Vſus eſſentiæ Antimonij.

1. Hoc ſecretum non eſt cartharticum medicamentum, ſed roborans & reſtaurans adeò naturam, ut ſi læſa ſit, reparetur quàm citiſſimè, virtute balſami dulcis præſentis arcani.
2. Purificat totam maſſam ſanguinis à mucoſis omnibus & ſeroſis humoribus, propter ſalem ſuum ſolutum & dulcem, qui heterogenea alimenti remoti, & proximi fugat, deſiccat, & in fuliginem vertit, & adaucto calore naturali, per poros pellit ad cutem in ſudores, craſſum autem per urinas.
3. Sic lepram curat, & in eo ſolo arcano conſiſtit ejus cura; reparat enim totum hominem, ejuſque humidum radicale depurat, ita ut nullus lepræ detur locus.
4. Febres omnes intermittentes, quotidianam, tertianam, & quartanam, naturam roborando, & humores quoſcumq; coquendo, & mitigando, curat; coctos humores foras ejiciendo, per cutis ſpiracula, reliquaq; naturæ emunctoria.
5. Dolores omnes ſive ex cauſa frigida, ſive ex cauſa calida ortos quàm citiſſimè ſedat, exterius tepide applicatum propter vim ſuam balſamicam, unde arthritidem perfectiſſimè ſucceſſù temporis curat, aſſumptum & admotũ; quia catarrhos omnes ſiſtit, ſalitum humorem dolorem cauſantem temperat & foras educit, tophos, & nodos diſcutit, ſuo ſpiritu, unde eſt in eo arthritidis perfectiſſima cura.
6. Senſus omnes acuii, calorem naturalem multiplicando, & ſpiritus animales refovendo, & multiplicando, quia ſubtiliſſimum & puriſſimum ſanguinem generat, refocillatis omnibus naturalibus coctionibus.
7. Omnia principalia membra corroborat, unde dolores eorum & pathimata omnia cerebri, cordis ventriculi, hepatis, & lienis ſanat, multiplicato eorum membrorum calore vitali, & humido eorum radicali quo vivunt depurato, & ab omnibus heterogeneis vindicato.
8. Vulnerum omnium eſt verum balſamum; perquam citiſſimè enimè ad cicatricem conducit, ſuo ſulphure ſoluto & liquido, quod balſamum inter-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 341 sur 955

internum convocat ad partem vulneratam, & una cum eo vulnus agglutinat.

9. Ulcera omnia cujuſcumque generis cavernoſa, depaſcentia, & fiſtuloſa, aliaque ejuſmodi, imò & cancrum, & ſcrophulas ulceratas, breviſſimo tempore ſanat; quia ſalem ſolutum acrem & mordicantem cutis illas apertiones & deformationes cauſantem mitigat, & dulcem facit, nec corruptionem pati ſinit.

10. Uteri omnes affectus tutiſſimè tollit, & fertilitatem inducit, cauſas omnes ſterilitatis fugando, puta temperamentum frigidum, & ſupra nimis calidum: ſpiritus ſeminis adaugendo, & ulcera omnia uteri agglutinando, & temperando, & feroſos omnes ejus humores evacuando, uterumque corroborando.

Sumitur ad quantitatem drachmæ unius in juſculis reſtaurantibus, vel in aquis ſtillatitijs cardiacis, & imperialibus, & theriacalibus omnibus, omni tempore, & hora, ſecundum neceſſitatem morbi id poſtulantis, & præcipuè manè, jejuno ſtomacho, ſi morbus det inducias.

De quinta eſſentia Apij. Fabri.

Radix Apij, tempore veris colligenda eſt, & à terreſtri recremento, lotionibus multis probè emungenda, deinde contundenda, & ſuccus omnis ex ea exprimendus, & reponendus in phialis, in loco frigido, ad defervendum, poſtquam defervuerit, diſtillandus, levi igne, ut ſpiritus ejus aſcendat deinde rectificandus, ut à phlegmate, & humore aquoſo vindicetur. Rectificatus ſpiritus, magmati reddendus eſt, ut ſal volatile quod magmati ineſt, per cohobationem ſpiritus rectificati, & macerationem debitam paſſi, extrahatur, extractumque ſublimationibus iteratis purgetur, ab omni terreſtri excremento, tum demum conjungatur ſpiritui ſuo, ſal vero fixum è magmate vel è tota radice ſicca, per combuſtionem & incinerationem extrahatur, & purificetur, methodo generali antea dicta, deinde omnia pura ſimul conjungantur, & ſerventur ad uſus.

Vires & Vſus.

1. Arcanum hoc mediocris eſt virtutis, ad humores ſeorſum educendos, qui in corpore putreſcunt: purgat benigniter bilem, & pituitam, propter ſympathiam quam habet cum his humoribus ejus ſpiritus & ſal tum volatile & fixum.

2. Diſcutit tumores internos hepatis, & lienis, aliorumque viſcerum ſua tenuitate, & penetrandi facultate, quam habet per ſpiritum ſalis volatilis, quem in ſe coërcet.

3. Diureticum etiam eſt medicamentum, Renes purgat, & veſicam, lapidemque, & arenulas rumpit, & diſſolvit, per ſuum ſpiritum ſalis, diſſolutum, qui coagulata omnia, & in lapidem indurata emollit, & diſſolvit, etſi per eum ipſum ſpiritum non diſſolutum; ſed in ſua natura ſtantem omnia coagulentur.

Sumitur ad quantitatem drachmæ unius ad duarum in robuſtioribus, idque mane jejuno ſtomacho, ſervato regimine & cuſtodia, cum juſculis & ſyrupis, vel in extracto aliquo purgativo, & parum aquæ cinnamomi fit gratiſſima doſis, ad purgandum quoſcumque humores.

De quinta eſſentia Argenti vivi. Fabri.

Latitat in mercurio medicamentum ſummum, modo rite præparetur, infinitos curans morbos, quorum cura, & remedium unicum & ſolum in centro mercurij deliteſcit: præparabitur autem ritè ſequenti methodo.

Poſtquam ſublimatum fuerit argentum vivum, ter aut quater, ex vitriolo, & ſalepetra, via communi & methodo vulgari: ſepties iterum ſublimabis ex ſale communi decrepitato, & ad ſummum candorem depurato.

Hunc ſublimatum mercurium puriſſimum & album phialæ vitreæ oblongi colli indes, eique affundes ad eminentiam quatuor aut quinque digitorum ſpiritum ſalis ab omni phlegmate vindicatum, & rectificatum, & digeres obturato vaſe in balneo tepenti, per menſem unum integrum: hoc peracto ſolutum extrahes per inclinationem & in aliud vas vitreum vel retortam vitream repones: magmati quod reſidet in ſoluto addes iterum novum ſpiritum ſalis rectificatum, & ut prius digeres, donec ſolum mercurium ſublimatum ſolutum habeas. Solutiones omnes in retorta collocabis & diſtillabis leviſſimo calore, donec egreſſus ſit omnis ſalis ſpiritus: ultimo augebis pedetentim ignem donec oleum ſubalbidum mercurij aſcendat: feces quæ remanent in fundo retortæ eximendæ ſunt, & cum priori ſpiritu ſalis iterū conjungendæ, donec iterū ſolvantur, ſolutæq; de ſtillandæ erūt, donec omnes aſcendant in oleū album & feces, nigræ remaneant in fundo retortæ, quæ violentiſſimo igne calcinatæ candorē aliquem ac quirunt, ex quib. tunc temporis poteſt, arte & methodo vulgari, ſal fixū extrahi, idq; depurari, depuratum oleo ſuo ſepties rectificato, & deſtillato, poterit conjungi, & ſervari ad uſus in vaſis vitreis per optimè clauſis: hanc operationem non perficies niſi ſolutionem mercurij putrefacias in ſpiritu alchoolizato vini.

Vires & Vſus.

1. Purgat omnes humores præter naturam in corpore ſtagnantes, nulla moleſtia, nulloque vitæ, ſanitatiſque incommodo, imo cum earum maxima utilitate; quia eſt vitæ peculiaris fomes, & perennis humidi radicalis fons, unde reliqua omnia quæ non ſunt hujuſmodi expellit.

2. Catarrhi materias omnes, & perennes fontes exſiccat, & exhaurit, propter eamdem ſuperiorem cauſam. Icterum, luem veneream pellit. Doſis gutt. 5. 6. 7.

De quinta eſſentia Ariſtolochiæ rotundæ & Conſolidæ majoris. Fabri.

Colligenda eſt Ariſtolochia rotunda, & Conſolida

lida major, tempore verno, & præcipuè earum plantarum radices in maxima & æquali copia, & succus ex radicibus, & folijs, & caulibus, torculari & prælo exprimendus, & in vasis vitreis reponendus in cella vinaria, ut deferveat: postquam defervuerit, distillandus erit leniſſimo igne, ut separes spiritum æthereum à phlegmate suo vindicatum, & mundatum, reaffundes magmati humenti, quod residet in fundo alembici, ex distillatione spiritus ætherei, & digeres, per quatuor aut quinque dies, in cineribus tepidis, in balneo tepenti. His peractis diebus, distillabis spiritum, separato phlegmate quantum fieri poterit: postquam ascensus fuerit spiritus, ex magmate quod residet in fundo alembici, huic deinde magmati adhuc humenti affundendus est iterum spiritus suus æthereus, & digerendus, & distillandus, hæcque operatio iteranda, donec sal volatile ascendat, quod erit rectificandum, unà cum spiritu suo, ter aut quater distillando: ex radicibus verò siccis, & aridis, in fruſtula concisis elicies oleum per descensum, & rectificabis in retorta cum vitriolo ad rubedinem calcinato, ter, aut quater donec omne empyreuma deposuerit: huic oleo puro, & ab empyreumate vindicato, conjunges flores verbasci, & hypericonis & insolabis per mensem; & expresso oleo à floribus, addes iterum novos & recentes flores & insolabis, idque ter aut quater iterando, exprimendo, & affundendo, donec oleum rubicundiſſimum acquirat colorem: ex cineribus verò harum plantarum sal fixum elicies, & mundabis ab excrementis terreis, modo & arte antea prædicta, & candidum, & nitidum factum connectes cum reliquis alijs, quæ extracta fuerunt ex his plantis, & simul unienda per digestionem in balneo tepido, ut fiant unum: cui si addatur oleum ceræ, & thuris, & therebentinæ, absolutum erit vulnerum omnium balsamum, quod erit custodiendum in phialis optimè clausis.

Vires & Vſus.

1. Potentiſſimè curat quæcumque vulnera simplicia intra viginti quatuor horarum spatium & citius, ita ut stupendum sit naturæ miraculum: composita verò & profunda vulnera, tam citò curat, ut potius miraculum videatur quàm cura, & medela; regenerat enim citiſſimè carnem, ossa confracta trahit, porroſque citiſſimè gignit, ita ut spatium quadraginta dierum vincat: nervos læsos quacumq; læsione restaurat, & priſtinæ sanitati restituit.
2. Ab alto devolutis & corpore fractis utiliter datur, acetiam ijs qui interna inteſtinave vulnera acceperint, namque illa sive sint, vel exterius, vel interius illata, mirificè sanat, propter ingentem vim balsamicam quę in ejus oleo, & sale continetur.
3. Sanguinis grumos in ventriculo, vel in alia quavis corporis parte concretos diſijcit, ac diſſolvit, spiritu suo salis, qui corruptum non patitur.
4. In phthisi curanda, & renum internis ulceribus maximè prodest, & cæteris omnibus medicamentis facilè anteponitur, propter vim suam balsamicam, quæ in ejus oleo coërcetur.

Sumitur à quantitate drachmę unius, ad duarum tempore neceſſitatis in aquis stillatitijs vulneribus curandis appropriatis, & convenientibus; vel miscetur unguentis proprijs, & applicatur tepidè super recentia vulnera postquam vino, & oleo lota fuerint, deinde goſſipio, vel linteo eo arcano madido, vulnera teguntur, & ligantur.

Quinta eſſentia Arſenici Fabri.

℞. Arsenic. cristall. Salis petr. ana q. v. f. pulvis & destill. per retortam vitream igne cinerum Spiritus. Recipiens claudatur luto, retorta frangenda & capiti mortuo pulverisato affundendi spiritus & iterum destillandi, idque quater, donec arsenicum cum Salepetræ sit perquam optimè calcinatum, tunc temporis adhuc tuum arsenicum forti tigillo impones, & per diem integrum dabis ignem fortiſſimum, ut quicquid in distillatione calcinari non potuerit, tandem aperto igne calcinetur & comburatur: calx illa arsenici aqua pluviali stillatina est solvenda, & solutio à terrestribus excrementis depurata & vindicata, clara & limpida filtro facta evaporanda est & desiccanda, & iterum calcinanda fortiſſimo igne, donec nullas in solutione emittat feces, sed tota solvatur calx, & limpida & clariſſima permaneat aqua, tunc temporis desiccanda est evaporata aqua, huic denuo affundendus est, & connectendus ejus spiritus supra reservatus, sed prius oportet ut sit septies rectificatus: hanc conjunctionem facies in matratio, vase vitreo sic dicto, propter rotunditatem quam habet in fundo, & longum collum idq; in balneo tepenti, donec calx suum biberit spiritum, tum demum in alembico vitreo, per balneum separabis quidquid poterit separari humiditatis aquosæ, & remanebit in fundo calx butyrosa Arcenici, mirę virtutis, quam servabis in vasis vitreis optimè clausis.

Vires & Vſus.

1. Si calcem solam absque connexione spiritus sui, repetitis solutionibus & depurationibus in calcinatione levi sæpius iterata, ad dulcedinem summam reducere possis, & rubedinem summam, aut saltem albedinem, theriacam habes contra omnia venena, tum animalium, tum plantarum, tum mineralium. Si verò connectetur cum suo spiritu, intra corpus sumi non potest, propterea cave ab ejus dosi interna.
2. Exterius applicatum valet contra morsus omnes venenatos & citiſſimè rabidi canis morsum sanat & curat, tuto & jucundè, absq; ulla moleſtia, quia per causticum suam virtutem & adurentem, venenum parti inditum & ejaculatum comburitur, nec ulterius rapit & serpit.
3. Cancrum absque ullo fere dolore extinguit, & mortificat, & ad cicatricem laudatam reducit, modo corpus & sanguis roboretur, & purificetur arcano antimonij superius declarati.
4. Fistulas omnes, & cavernosa omnia ulcera & depascentia curat & sanat, quia corrodit omnem carnem muscosa & spongiosa & fungosam ulcera foventę, & abstergit, & humorem acrem causticat & urit, unde modo corpus per purgatum sit, facili negotio ulcera seipsa fere ad cicatricem perducuntur laudatam per balsamum internũ partis.
5. Herpetes omnes, scabiem, & cutis omnes asperitates & excoriationes deſiccat, & sanat, imò & len-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 343 sur 955

& lentigines, & faciei maculas delet ; at est in ea cura cautela adhibenda summa, sunt enim lentigines solæ & maculæ baculo levi & acuminato ea butyrosa substantia intrincto tangendæ ; deinde aqua fontana lavandæ, & postea oleo tartari tota facies colluenda, donec pedetentim cutis illa lentiginosa & maculosa auferatur, & in furfureas atomos abeat. Applicatur per se tepidè ulceribus, aut Unguentis admiscetur, ulcere vino loto.

Quinta Essentia Auri Fabri.

Multi sunt philosophorum, qui mineralium spiritus non admittunt in rerum natura, quod sint corpora adeò terrestria & dura, ut simplicem persistendi facultatem habeant, nullaque vivant anima, nihilominus experientia ipsa contrarium cernitur in mineris, & terræ focis, æriscque spatijs ubi sæpissimè metalla & mineralia, ut & animalia generantur, pluviàque decidunt in terras, unde necesse est ut habeant spiritus quorum ope, generationes eorum in tanta abstrusa, & longinqua spatia protendi possint, nec opus proinde, ut vivant anima, ut arbores & animalia, quia eorum spissum igneum non adeo copiosum est, & purum, ut in eo gradu perfectionis, & puritatis attingat, ut hinc deinde vita & anima exsurgat, similis, & æqualis animæ plantarum & animalium, at vivunt mineralia, anima mundi, quę inseparabilis, est ab spiritu mundi, at communiter loquendo. Aliud est habere amimam & vivere, & aliud est habere spiritus, differt enim toto cœlo spiritus ab anima, nec quicquid habet spiritus animam habet, ut clarissimè patet, in spermate animali, & semine vegetantium, quæ omnia habent spiritus, & tamen non vivunt, nec animam habent actu, sed potentia tantum, simili eloquio spiritus admittimus in mineralibus, dicimusque spititum istum esse subtilissimam partem volatilem humidi radicalis mineralium omnium. Qui tantæ est virtutis, & efficaciæ in chymia facienda, ut eo absente, pereat omnino totius alchymiæ supellex, industria & opus, in eo ergo extrahendo tota ars consistit, & arcanum omne concluditur, copiosissimè extrahes ex vitriolo fortissima distillatione, cumque spiritum distillatum cum suo phlegmate, putrefacies, in phiala oblongi colli peroptimè clausa, in balneo tepidissimo, donec phlegmati permisceatur, & fiat aqua, tum demum à phlegmate, & aquoso humore, putrente, & fœtido, vindicabis per rectificationes, septimo iteratas, cum eo spiritu sic rectificato miranda patrabis, ut in sequentibus videre licebit; referat enim omnes metallorum compagines, & in suam naturam liquidam resolvit.

Auri compago, quamvis omnium metallorum, omniumque rerum naturalium vincat compages, attamen dissolvitur, & in liquidam convertitur substantiam sequenti methodo, post quam aurum purum, & putum antimoniali cemento purgatum & cineritio, dissolutum fuerit per aquam regiam fortem, & oleo tartari in fundo solutionis suæ præcipitatum, in pulverem tenuissimum, edulcorandus est, hic pulvis multis lotionibus per aquam fontanam factis, donec tota acrimonia aquæ fortis evanescat : deinde exsiccandus erit levissimo calore Solis. Cave ne exsicces igne, quia citò susçipit ignem, & flammam tonitru plenam, tum demum fulminantem huc pulverem dissolves in spiritu, seu oleo vitrioli nostri rectificato, ut dictum est in capite 1. hujus libri. Dissolutionem fovebis balneo tepenti, per dies quindecim.

Tinctum hunc spiritum, & rubicundissimũ clarum, & limpidum separabis per inclinationem, & servabis in phialis peroptimè clausis ad usus ferè infinitos. Potest etiam dissolvi huic pulvis auri, hac methodo præparatus, in balneo tepenti, cum spiritu salis, de cujus præparatione inferius dicemus peculiari capite, dissolvitur etiam cum sale tartari volatili facto, & dissoluto, & omnes hæ dissolutiones perquamoptimæ sunt, & pari donantur virtute, extrahitur autem ejus beneficio olei alchoolysati vitrioli communis, convertitur etiam aurum igne continuo in furno vitrariorum, in calcem intra sex decim aut quindecim dies, quæ calx facillimè liquescit, in spiritu acido salis, vel in spiritu acido mercurij, & hæc sunt secreta artis.

Vires & Vsus.

1. Summum est confortativum, & superat omnia alia arcana in roborando, corde, cerebro, hepate, & reliquis omnibus partibus nostri corporis, quæ ad vitam conservandam conferunt, habet enim humidum suum simile nostro, unde convertuntur cito in unam & eamdem substantiam, & fortiori compagine ligatur humidũ nostrum, compagine duriori alterius, hinc fortius deinde resistit omnibus vitæ incommodis.
2. Senectutem summoperè retardat, renovato & restaurato humido radicali nostro, propagatq; vitam in longius ævum quam credi fas sit, quod arcanum prædictum fixet humidum nostrum, & durissima compagine coagulet ; ita ut, calore naturali suo, ne facilè evanescat, ut fieri assolet, propter infirmam sui ipsius compaginem.
3. Omnibus morbis potest commodissimè exhiberi, & nullis adversatur, quia roborata per ipsum natura, ipsamet deinde, à suis liberatur malis.
4. Virtutes adhuc possunt exaltari, & sublimiores fieri, modo solutio ipsa arte, & industria coctionis in altum sublimetur, & iterum soluta coaguletur, & tota physica per calores transeat omnes.

Sumitur in aquis stillatitijs cinnamomi, anisi, & in jusculis restaurantibus, ad quantitatem scrupuli unius, omni tempore, & quacumque hora & quacumque data occasione, in omnibus morbis, & vitæ incommodis, regium est medicamentum, & principibus dignum, verum est aurum potabile, cujus virtutes infinitæ sunt, nec libro integro comprehendi possunt, beatissimus est Medicus qui eo uti potest, ut honoris culmen acquirat, & oculos omnium, & linguas, laudes & encomia prædicantes in se convertat.

Potest hoc arcanum in oleum verum cogi, & in salem rubicundissimum ita ut rubedinis splendore imitetur, sed semper habet easdem virtutes, & simili propinatur dosi, & cum hisdem mediis & vehiculis.

Vitriolum illud ex quo spiritus aurum & metalla dissolvens, extrahitur ex mercurio, per mercuriũ, & deinde miris modis putrefactione solvitur, & distillatur, & sumoperè purificatur, & eo utimur, ut autũ solvamus.

De quinta essentia Auripigmenti. Fabr.

Auripigmentum est species Arcenici, differt autem ab Arcenico, colore tantùm & coctione. Auripigmentum percoctũ est fortius in centro terræ, unde sulphur ejus, rubeum habet calorem à calore diuturniore: hinc etiam minus venenum est, quàm ipsum Arcenicum quod propter cruditatem sui sulphuris & mercurij potentissimum est venenum. Ex ejus autem centro educuntur multa medicamenta Chymica, quæ vene-

venenata non ſunt, at mitiſſima & naturæ amica, inter quæ eſt potiſſimum ſequens. Auripigmentum pulverandum eſt & permiſcendũ cum duplo ſui ponderis Saliſpetræ, & igniendum in tigillo, donec tota detonaverit Salpetra, & Auripigmentum ſit perquamoptimè calcinatum, quod adhuc eſt igniendum in tigillo eodem per diem integrũ, ut ſpiritus omnes auripigmenti exeant & abeant, cavendo interim ab his & dum calcinatur, & dum ignitionem patitur, quia venenati ſunt. Frigefacto tigillo calx auripigmenti à Salepetra vindicanda eſt per lotiones multas aqua limpida fontana factas, tum demum calx illa denuo pulveranda & cum pari pondere florum ſulphuris, & Saliſpetræ iterum calcinanda, & ignienda in tigillo forti, donec albiſſimum habeat calorem. Lota tandem calx, & vindicata à Salepetra, reverberanda eſt per menſem unum integrum in vitro clauſo luto munito, in furno reverberij, donec calorem adepta fuerit rubeum, tunc quieſcendum à reverberio, & calx rubea ſolvenda eſt cum ſpiritu ſalis, à phlegmate ſuo vindicato, in balneo tepenti donec tinguatur ſpiritus ſalis & ſolvat partem calcis: hunc ſpiritum tinctum ſeparabis per inclinationem, & novum addes, donec tota calx ſoluta fuerit & in ſpiritum ſalis verſa. Solutiones illas omnes vitro impones, hoc eſt retortæ, & dabis ignem cinerum, & pelles per diſtillationem levem primo ſpiritum ſalis, tandem ultimo augendo ignem, ſtillabit tinctura rubicundiſſima auripigmenti quam recipies mutato recipiente, & ſepties rectificabis, & ſervabis, in phialis optimè clauſis ad uſus.

Vires & uſus Arcani prædicti.

1. Mirum eſt quod è ſummo veneno, fiat ſumma theriaca: iſta tinctura certiſſimè quæcumque venena, & quaſcumque venenatas & peſtilentes in corpore noſtro latitantes qualitates extinguit, ſuo oleo, quod ſulphur ſuompere coctum & depuratum habet.
2. Vires auri potabilis æmulatur in reparanda juventute, & humido radicali, à cauſis præter naturam depaſto, quod humidum ſuum ſit æquale noſtro humido radicali in ſubſtantia materiali & elementali ſpermate. Vulnera omnia venenata curat, ulcera maligna, febres peſtilentiales. Doſis in juſculis ʒj. ad ʒij. mane jejuno ſtomacho, exterius applicatur cum goſſypio tepidè.

Quinta Eſſentia Axung. Fabr.

In Axungias fuſas, liquatas fruſtula laterum ignita proijce, ut imbibant Axungias. Hæc in pulverem redacta deſtilla & ſepties rectifica. Habebis arcanum ad dolores artriticos ex axungia urſi & cati, ex alijs alia.

De quinta eſſentia braſſicæ marinæ. Fabr.

Veris tempore colligitur maxima copia braſſicæ marinæ, quam & nonnulli ſoldanellam dicunt & appellant, tunc enim temporis ſucci, plena eſt, & turget vitali nectare, & dum expreſſa eſt maxima copia ſucci, reponitur, ad defervendum in cella vinaria, in vaſis vitreis, aut alijs convenientibus, poſtquam defervuerit, diſtillandus ille ſuccus leviſſimo igne, & extrahendus eſt, tali diſtillatione ſpiritus ejus æthereus, & quater aut quinquies rectificandus, donec à phlegmate agnoſo purus ſit: deinde ſi vis, magmati reſiduo reddendus ille ſpiritus purus, & à phlegmate vindicatus, & leviſſimo calore per aliquot dies fovendus eſt: deinde iterum diſtillandus, & magmati iterum reddendus, & rediſtillandus iterum, donec ſale volatili impræg̃natus ſit, quod fiet in tertia, aut ſaltem quarta diſtillatione, in qua aſcendit ſal ille volatilis, inſtar nivis, candidus, & adhærebit lateribus vaſis, & capitelli diſtillatorij. Hic deinde ſal volatilis una cum ſpiritu volatili, conjungenda ſunt, & connectenda cum ſale fixo, qui extrahetur ex cineribus foliorum, caudicis, & radicis ſoldanellæ ſiccæ, ſecundum methodum antea prædictam, in capitulis præcedentibus alijs, eadem enim methodus eſt ſervanda, tum demum omnia ſimul conjuncta ſervanda ſunt, in vaſis vitreis peroptimè obturatis, ad ſuos uſus.

Vires & Vſus.

1. Erunt fortaſſe Medicorum dogmaticorum Hippocraticorum quamplurimi, qui braſſicæ marinę eſſentiam explodent, ex antidotarijs, quòd braſſica marina ex toto, ſit ſtomacho inimica propter acrimoniam ſuam: cujus ratione, ventriculi tunicas vellicat, imò erodit, inde vomitus implacabilis exſurgit, & hinc ſequitur apexis primæ coctionis, cujus læſione, & cæteræ omnes ſequentes coctiones quæ in hepate, & venis fiunt, læduntur: hinc læditotam corporis œconomiã oportet. Nec eſt quod dicamus eſſe ntiam hanc, acrimoniam parem cum planta nõ habere, quia certum eſt habere majorem, & multò potentiorem, propter ſales volatiles, & fixos ſuæ plantæ, quos continet: qui ſales in omnibus plantis acrimoniam naturalem habentibus, igne & arte pyrothecnica, cauſtici, & urentes evadunt, ut patet, in ſale urticæ, calcis, ſarmentorum, fabarum, & ſimilium, è quibus ſalibus cauſtica fiunt potentiſſima: unde mirum non erit ſi hæc eſſentia ſoldanellæ ſeu braſſicæ marinæ, cauſticam & urentem habeat extractos ex planta acri & mordaci. Huic objectioni dicemus, verum eſſe ſalem ſoldanellæ volatilem, & fixum, niſi ad dulcedinem perducatur, lotionibus calcinationibus, filtrationibus, ſublimationibus, & diſtillationibus & cæteris alijs operationibus ad hanc rem neceſſarijs, fore acrem, mordacem, urentem, & cauſticum, ut & cæteri ſales in objectione enumerati, qui quidem & dulces fieri poſſunt, iteratis operationibus Chymicis: ut egomet vidi, experientia ipſa, cauſtica ipſa potentialia, quibus utuntur Chirurgi ad urendum, dulcia facta, & ita dulcia, ut nulla eſſet ferè differentia inter ſaccharum, & ipſa ſalia, & abſq; ulla noxa eſculenta erant, ut mel & ſaccharum. Sal enim naturæ, quod in centro cujuſcumque mixti reſidet, (ad formam mixti conſervandam, tanquam ſemen ipſius ſpeciei) poſtquam à corporibus heterogeneis omnibus eſt depuratum, nullo pacto eſt acre & mordax, & naturæ inimicum, ſed dulce, & naturæ ipſius fulcrum, & fomes: ipſa verò corpora heterogenea ſunt ipſamet, quæ acrimoniam, mordacitatem, & alias omnes ſimiles qualitates naturę hoſtes, infenſas poſſident, & fovent, unde nullo pacto verendum eſt, quin eſſentia ſoldanellæ dulcis, mitis, & naturæ amica ſit, modò ſales ſui tum fixi, & volatiles, ad debitam præparationem perducantur, quæ eſt dulcedo ſalium antequam ſimul miſceantur, & conſerventur ad uſus, qui

ſunt

ſunt ad purganduum quoſcumque humores noxios, & inſenſos, qui ſtagnantur primæ regioni, qui ſæpiſſimè fomites ſunt febrium intermittentium omnium, & continuarum & alui fluxus, & ſimilium affectuum.

2. In podagræ & arthritidis omnis generis cauſas, & fomites expurgandos medicamentum eſt valde potens, quod ſales ſolutos, & tartarum educat vi magnetica, & naturali, & ſympathica.

3. Coluſiones omnes mirificè curat, quod præter evacuationem humorum omnium peccantium, nervos, recreet, & refocillet, eorumque limpiditatem conſervet, & amiſſam reſtituat, ſpirituſque augeat vitales, & animales.

4. Sanguinem miro modo purificat, quod ſuo ſale, ſa putrefactione præſervet: eiuſque cruditates impediat ſuo vivifico calore, & nectare vitali, quodque naturales ejus ſpiritus foveat, & multiplicet.

5. Tumores omnes frigidos, & ſcirrhoſos ſola perunctione externa, mediocriter calida, diſcutit, & calidos omnes tumores phlegmonoſos, ad maturitatem perducit, propter caliditatem ſuam ſubtilem, & penetrantem quæ in ſuo ſale reſidet.

6. Scabiem omnem & pruritum omnem ſiccat & lenit, quod ſalem corruptum ſolutionem continui, ſua erotione naturali facientem temperet, & ad aliam qualitatem non erodentem tranſmutet.

7. Lentigines, & maculas omnes facici, aliarumque partium continua lotione, tandem diſcutit, quod ſanguinis florem, & vigentem colorem foveat, & nutriat ejuſque puritatem multiplicet.

Sumitur ad quantitatem ʒ. ß. ad ʒ j. in robuſtioribus, cum juſculis, & ſyrupij magiſtralibus morbo appropriatis & convenientibus, ſummo mane jejuno ſtomacho, cum regimine, & cuſtodia iterando doſin, uſq; ad curationem perfectam, bis in ſeptimana, & ſi ſit morbus chronicus & longus ter in menſe, ſervato ſemper eodem & ſimili regimine.

De quinta eſſentia Buffonum & Ranarum. Fabri.

Menſe Iunio colligendi ſunt Buffones in maxima quantitate, & ſuſpendendi ſunt in aëre in loco, ubi radii Solis vigeant, & polleant toto fere die, & tandiu ibi conſervandi, donec optimè ſiccescant, ſicci comburendi ſunt ad candorem cinerum, ex cineribus extrahendus eſt ſal cum aqua cardui benedicti, aut ſcabioſæ, aut corticum limonum; ad puritatem ſummam & candorem. Hic ſal deinde permiſcendus eſt cum aqua theriacali & ſervandus.

Vires & uſus.

Sunt qui aquam diſtillatam Buffonum dum vivunt diſtillatorum laudant pro mortificandis cunctis inflammationibus externis, tũ ad cohibendã gangrenam partium, & dolores ſummos calidos arthriticos mitigandos, ſed hujus rei fides ſit penes experientiã cauto medico & prudenti committendam, quia venenum ſummum eſt hæc aqua; imo odore ſolo exiſtimo, interficere poſſe, propter ejus ſpiritus volatiles qui ſemper exeunt ex aqua. De ſale verò nullo pacto dubitandum eſt quin theriaca ſumma ſit, & mirũ alexiterium, ignis enim omnia conſumpſit præter ſalem vitæ, qui numquam venenum eſt, ſed vitæ fomes & propugnaculum, ubiq; poſſint natura mortem; ibi cuam vitam collocavit, ut morti mederetur. Vires verò huius laudatiſſimi ſalis, ſunt cõtra omnia venena, tum aſſumpta per potionem, tum per aërem illata: Unde peſtis eſt ſummum alexipharmacum, bubones etiam & carbunculos peſtilentes mirabiliter exterriùs illitos curat & ſanat, eorumq; malignitatem reprimit, & cancros tutiſſimè curat. Sumitur mane jejuno ſtomacho, ad quantitatem dragmæ uniùs cum aqua cinnamomi; vel illinitur exterius ad cancrum mortificandum.

Ita quoque captandæ ſunt eo tempore Ranæ illæ, & vivæ diſtillandæ lentiſſimo igne, in balneo Mariæ per quatuor horas, & colligere quicquid humoris per ſpatium illius temporis egredi poterit, Deinde mutato recipiẽte juncturis optimè clauſis, mutandũ eſt vas è balneo, ad cineres & diſtillandum quod ſupereſt humoris, qui priori cõjungendus eſt. Reliquũ verò quod in fundo alembici ſupereſt, comburendũ eſt fortiſſimo igne, in tigillo forti & ad calcinandum apto, donec incinereſcat probè, & ex cineribus albis ſal extrahendus & purificandus eſt, ut artis eſt uſq; ad candorem ſummum & dulcedinem, deinde liquori ſuo rectificato, & ſepties diſtillato connectendus, ut ſimul uniantur, & fiant unum ad ſequentes uſus ſervandum.

Vires & uſus prædicta eſſentiæ.

1. Arcanum eſt mirum ad quartanam curandam occultata & innata ſua proprietate.

2. Curat etiam febres tertianas, & quotidianas: ũnica potione, cum aqua Necotianæ ſeu peti, poſt vomitum ſuperſudando quantum & quandiu fieri poterit,

3. Inflammationes omnes mitigat, earumque dolores lenit exterius ungendo.

4. Eriſipelata mirificè, & breviſſimo tempore tollit eorumque ardorem compeſcit.

5. Dolores arthriticos è cauſa calida ortos, exterius ungendo ſummopere lenit & mitigat.

6. Talpis & concavis ulceribus medetur.

Sumitur ad quantitatem unciæ uniꝰ, cum unciis duabus aquæ peti aut cardui benedicti, jejuno ſtomacho ſuperſudando; deinde quantum fieri poterit, & per ſe ſola exterius applicatur cũ goſſipio aut linteis.

Eſſentia Camphoræ Quercet.

Eſſentia Camphoræ elicitur cum aqua vitæ tartariſata, ſummum arcanum in ſudore promovendo & calculo frangendo. Externè prodeſt epithematis loco cum linteo cordi appliare in cordis affect. & lipothym.

De quinta eſſentia Cancrorum fluviatilium, aut maritimorum. Fabri.

Habenda eſt maxima copia Cancrorum, & conchis ſuis optimè expurgandi ſunt, caro verò eorum imponenda eſt vitreo vaſi diſtillativo & deſtillanda eſt lentiſſimo igne, hæc autem aqua ſepties rectificanda eſt antequam ſervetur, caput mortuum harum omnium diſtillationum calcinandum eſt donec albeſcant cineres, ex his deinde cum aqua ũovidis, aut milij ſolis, aut ſaxifragæ, ſalem extrahes purum & nitidum, & ab omni terreſtri fece vindicatum. Deinde liquori conjunges, & ſervabis ad uſus ſequentes.

Vires & Vſus arcani prædicti.

Calculum Renum & Veſicæ miraculosè extrahit, & comminuit, ejuſque efficientes antecedentes tollit cauſas.

Diſſuriam, Stranguriam, & omnem meiendi difficultatem cum ſpiritu therebentinæ permixtum tam ſubito ſanat, ut magicum effectum dicere poſſis.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 346 sur 955

Oculorum caliginem depellit,& nebulas discutit unguias & cataractas guttatim in angulis oculorum instillando ter in die.

Sumitur interius in jusculis assuetis, & aquis appropriatis ad morbum quem curare cupis, valet etiam exterius applicatum ad cancros curandos, modo mortificati sint prius, arcano arsenici, quod in tertio libro docebitur, peculiari suo capite, vel arcano Lupi prius dicto.

Simili methodo & via extrahi potest quinta essentia ex omnibus conchiliis : potentius autem erit remedium, si Salem volatilem reddas, cum spiritu vini quod fit digestione & cooboratione sæpiùs iterata spiritus vini, super Salem prædictum, Sal enim tunc temporis penetrandi summas acquirit vires, & tartaros omnes resoluit.

Q. Essent. Caranna. Fabr.

Sumatur gummi. Carannæ, libra unica aut altera, & dissoluatur optimo vini spiritu alchoolizato, & à phlegmate aquoso vindicato, in phiala oblongi colli optimè clausa, in balneo tepenti per quindecim dies: deinde in cineribus distilletur servatis ignis gradibus; quod primò egreditur cum spiritu vini, est spiritus gummosus carannæ, qui subtilissimus est, & æthereus, deinde stillat oleum flavum, tertiò oleum rubeum : hæc olea omnia ter aut quater rectifieanda sunt, & feces quæ remanent in fundo retortæ aut alembici, post unam quamlibet distillationē comburendæ sunt fortissimo igne, ut reducantur in cineres: ex his arte & methodo communi extrahendū est sal fixum, hoc sæpissimè calcinandum & solvendū, ut deponat urendi facultatem, donec dulce sit, & candidū, & limpidum: tunc temporis omnia hæc olea puta, & sal, simul permiscenda sunt, & connectenda, & in balneo tepenti unienda, & servanda sunt in phialis perquam optimè clausis ad usus.

1. Arcanum est arthriticum; soluit enim dolores omnes ex causa frigida ortos, quod suo spiritu humores in nervos, tendones, & musculos stillantes fuget, & roboret suo vitali calore, partes frigiditate humorum extinctas.

2. Dissoluit & emollit quoscumq; tumores frigidos, duros & scirrhosos; quia ejus spiritus coagulatum omne, & tartareum dissoluit.

3. In colico dolore nihil est præstantius, quia sæpe sæpius hic affectus ex pituita, & glutinosis, & flatulentis humoribus ortum habet: hoc autem arcanum suo illitu discutit, disperdit, quicquid frigidum est, glutinosum, & flatulentum.

4. Ulcera inveterata etiam curat propter balsamū suum quod continet, & sal quod abstergit, & sal aliud ulcus faciens, & nutriens, corrumpit, & in aliam mutat substantiam.

5. Hemicraniā & dolorem capitis ex flatibus frigidis, & copia pituitæ ortam sanat solo temporum illitu quia flatus, discutit, & omne frigidum disperdit, tanta est vitali caliditate, & subtili præditum.

Potest sumi interius à quantitate guttarum decem ad duodecim in ovo sorbili, vel syrupo violaceo, aut papaveris; vel exteriùs applicatur, partibus affectis per se illinendo tepidè, superpositis linteis calidis, aut lana succida, vel miscetur unguentis, ulceribus, & morbis appropriatis, & cum his applicatur.

Q. Essent. Caryoph Fabr.

Eadem methodus est, quam dedi in essent. Cinam. extrahendi scil. essent. Caryoph. piper. Zinzib. omniumque seminum & lignorum aridorum, eadem enim via est, cuius ope quicquid extrahi potest, essentiale opera chymica, ex his mixtis extrahitur, præsertim oleum per descensum, & sal fixum per combustionem: cætera verò quæ desunt ad perfectam essentiam constituendam, non possunt extrahi, quia sicca & arida habentur hæc mixta in his regionibus. Est tamen mea methodus, absit fastus & vaniloquium, cæteris omnibus acutior, quia per eam sal volatile, quamvis non apparenter, & visu ipso cernatur extrahi, extrahitur; quia oleum rectificatum dum infunditur aquæ stillatitiæ cinnamomi, ut iterum per balneū una cum aqua egreditur, ut odorem recipiat cinnamomi, sal volatile omne quod invisibiliter est diffusum, & dissolutum intra poros aquæ connectitur; unde & aqua insipidior redditur: & quod in cinnamomo observatur, in reliquis aliis observare licet; sic sal volatile quod ex plantis, & seminibus, lignis, & fructibus siccis & aridis separari non potest, visu saltem ut appareat, hac industria separatur, & adhuc fieri potest, ut visu appareat: nam si idem, & simile oleum cinnamomi multoties affundetur aquæ novæ & recenti, & post digestionem distilletur, tandem oleum coagulatur, virtute spiritus salis, in loco frigido, & solvitur in calido, instar spiritus salis volatilis: itaq; hanc eamdem methodum observare oportet, si pr. rectam quodammodo, & absolutam cariophyllorum essentiam habere cupias, cuius vires & usus sunt.

Vires & Vsus.

1. Iecori, ventriculo, & cordi maximè auxiliatur, quia calorem conservat naturalem, & perditum restaurat, & spiritus hinc multiplicat vitales.

2. Dentium doloribus quibuscumque summum est, & ultimum refugium, quia cum causticæ sit virtutis, nervum ferit dentis, & humorem acrem, & mordacem, dentis nervo illabentem mitiorem reddit, & in aliam mutat substantiam, ut in conjunctione duorum, & diversarum aquarum fortium contingit, una extinguit aliam, & tertiam gignit mitissimam, quæ non est urentis, & pungentis virtutis.

3. Ulcera quæcumque curat, propter eandem rationem, sal enim urens, & causticum ulcus constituit, dissoluitur, & annihilatur per salem arcani huius, similiter urentem, & ambo in aliam convertuntur substantiam, ulceri non improbam, deinde naturæ suo balsamo naturali cicatricem inducit.

Sumitur in jusculis, vel aquis stillatitiis morbo appropriatis, ad quantitatem guttarum sex, ad decem vel miscetur unguentis, & exterius applicatur, peracta cum linteis, vel gossipio nostro arcano delibuto.

Q. Essent. Centipedum. Fabr.

Centipedes multi proiiciendi sunt in vas vitreum cum sufficienti quantitate Salis communis decrepitati, & purificati, ut morientis, deinde distillandi sunt, fortissimo igne, ut eorum aqua, una cum spiritu Salis cōmunis egrediatur, hæc aqua septies aut pluries rectificanda est antequam reponatur ad conservandū. Salem verò in fundo remanentem calcina iterum, ut Centipedes permixti optimè calcinentur, & Sal fiat, deinde cum aqua Aristologiæ rotundæ, purificandus est Sal ille summopere, ut ferè fluat sicut cera in lento calore, deinde digerendus cum optimo spiritu vini absque phlegmate, & circulandus, & putrefaciēdus, & fortissimo igne pellendus, donec volatilis fiat una

cum

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 347 sur 955

cum ſpiritu vini, hic Sal deinde volatilis conjungendus eſt cum priori ſuo liquore, & ſic invicem permixta, ſervanda ſunt ad uſus ſequentes.

Vires & Vſus.

Interius ſumpta hæc eſſentia, cum aqua cinnamomi ſanguinem purificat, & valet ad lepram curandam ratione ſpiritus Salis, quem ſecum habet.

Ulcera quæcumque externa exterius illinendo ſanat, & interna etiam cum ſpiritu Therebentinæ ſumendo, breviſſimo conglutinat tempore.

De quinta eſſentia Centaureæ maioris & minoris. Fabr.

Ex floribus Centaureæ utriuſque cum ſpiritu vini, & aceto ſulphuris, extrahitur tinctura, mediocriter purgans, & humores ſeroſos educens, nulla moleſtia, nulloque vomitu. Huic tincturæ eſſentiam ſi addas, ſtupendum evadet medicamentum, extrahenda autem eſt eſſentia, ſimili, ac pari methodo, ac in præcedentibus capitulis extracta eſt de reliquis plantis: ſcilicet poſtquam ex ſucco centaureæ utriuſque ſpiritum extraxeris, eumque rectificatione purificaveris, & ab humido aqueo depuraveris, ſali fixo, ex cineribus ejus extracto, & lotionibus ſæpius iteratis depurato, eum ſpiritum conjunges, & connectes in balneo tepido, tunc demum ambo ſimul conjuncta, poſtquam erunt unum, connectes iterum tincturæ ſuperius allatæ, & ſervabis ut medicamentum pretioſum.

Vires & Vſus.

1. Eſt Catholicum Spagyricum, mirandum ad educendos quoſcumque humores noxios & peccantes quamvis ex ſimplici uno medicamento paretur. Sunt enim in eo diverſæ partes, & omnes cathartícæ, & ſingulæ, ſingulos, & ſimiles educunt humores peccantes.

2. Anorexiam imprimis, & cibi faſtidium tutiſſimè curat, quod ſeroſos, tartareos, ſalitoſque humores, in ventriculi lateribus ſtagnantibus, & adhærentibus, foras, educat potentiſſimè, hinc cauſam ſæpiſſimè febrium intermittentium pellit.

3. Nullum eſt præſtantius medicamentum, quo conſulo, ut utantur omnes, qui ſanitatem infirmam habent, & eos omnes qui podagra, chyragra, gonagra, & ſimilibus doloribus tentantur, quod nulla moleſtia cauſam morbi foras pellat, vulneribus recentibus, & oculis læſis medetur.

4. Vermes, & putredinem quamcumq; inteſtinorum, in pueris & infantibus, tutiſſimè foras educit, vermiumque generationem impedit, propter acetum ſulphuris, quod tinctura in ſe continet, & propter ſalem Centaureæ, qui propter ejus naturalem amaritudinem, & ſiccitatem, putrentia illa animalia, fortiſſimè enecat.

Sumitur in juſculis, in ovis ſorbilibus, in panatellis in ſympis & in agnis appropriatis, ad morbum quem curare cupis, ad quantitatem ʒij. mane jejuno ſtomacho, ſervato regimine, & cuſtodia.

Quinta Eſſentia Ceræ. Fabr.

Ceræ ſumetur libra unica, aut altera & in fruſtula concindetur, aut fuſa & liquata, in retortam vitream capacis & largi colli reponetur, cum æquali pondere arenæ perquam optimè lotæ, ut à pulverulenta & terrea fece vindicetur, ne Ceræ limpidam ſubſtantiam conſpurget, & contaminet, Retorta, collocabitur in cineribus cribratis, ad fumum ad hanc diſtillationem aptum & recipiente collo retortæ adaptato, junctúris optimè clauſis dabitur ignis primo lentus obſervatis gradibus, deinde augetur ignis pedetentim uſque ad ſummum vigorem, donec tota ſubſtantia ſpirituoſa Ceræ aſcenderit. Debet autem hæc diſtillatio per quatuor aut ſex dies continuos fieri, eſt enim difficillimæ aſcenſionis hæc ſpirituoſa ſubſtantia Ceræ, quod glutinoſis Salis partibus adhæreat fixis, quæ ſublimationem retardant & impediunt. Poſtquam hæc tota Ceræ ſpirituoſa ſubſtantia aſcenderit, denuo in retorta nova eſt rectificanda ſepties; mutata retorta ſingulis vicibus, tunc completum eſt arcanum Ceræ, & Capax ut recipiat virtutes florum omnium per ſolam infuſionem, ut arcanum ſit ſummum ad vulnera omnia promptiſſimè ſananda, tanquam balſamum naturale. Præſtat enim hoc oleum Ceræ, cuicumq; oleo alij ad virtutes florum ſuſcipiendas, & ad balſamum parandum efficaciſſimum ad vulnera quæcumque curanda & ulcera conſolidanda, ſi in eo macerentur flores hypetici & radices conſolidæ maioris per menſem integrum, in cineribus tepidis.

Vires & Vſus olei Ceræ.

1. Vulnera & ulcera quæcumque tum externa tum interna curat, unde valet ad omnes diſenteriæ ſpecies.

2. Hæmorrhoidas ulceratas & cancroſas mitigat doloremq; ſedat.

3. Colicos dolores cum ſpiritu vini ſumptum mirabiliter ſanat.

Sumitur à guttis 8. ad 12. in vino optimo, in ſpiritu vini, & aqua cinnamomi exterius verò per ſe ſolum illinendo applicatur ulceribus.

2. Eſſent. Cornu Cervi Fabr.

Radenda ſunt cornua, & in pulverem tenuiſſimũ comminuenda, & vaſi vitreo oblongi colli imponenda, cum ſpiritu ſalis, ad eminentiam quatuor digitorum, deinde obturato vaſe circulanda ſunt, & digerenda in balneo tepido per menſem, tum demum diſtillanda leviſſimo igne in cineribus ad ſiccitatem uſque, cavendum autem eſt ne empiremma redoleat, hæc aqua quæ diſtillat, non propter virtutum diminutionem, ſed propter ingratum ſaporem. Poſtquã ſpiritus omnis ſalis diſtillatus fuerit, feces quæ remanent, in fundo alembici; cõburendæ ſunt fortiſſimo igne, & calcinandæ, ad candorem uſque ex cineribus vero probè calcinatis, ſal erit eliciendus cum aqua cardui benedicti aut phlegmate vini, ſepties deſtillato, ſit autem aqua cardui etiam ſepties rectificata, ut ſalem purum emittat, huic deinde ſali puro & mundo, ſpiritus ſalis ſuperius diſtillatus connectendus eſt, & digeſtione incorporandus, ut fiant unum ſpiſſum gummi, quod erit ſervandum in phialis optimè clauſis, ad uſus miros.

Vires & Vſus.

1. Arcanum eſt ſummum contra venena omnia & verum & unicum bezoarticum remedium.

2. Quartanam etiam ſæpe utendo curat, tenacem enim & tartaream ſubſtantiam corporis humani attenuat & diſſoluit.

3. Adverſus peſtiferæ auræ contagionem nihil efficacius, & eſt ſummum peſtis præſervativum & curativum.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 348 sur 955

4. Omnes ſpiritus, naturales vitales & animales mirificè recreat, & fovet.

5. Adverſus morſus animalium venenatorum mire efficax exterius ungendo & interius ſumendo, ad cor defendendum ne veneno inficiatur.

6. Vermes enecat infantum interius ſumendo, &

6. Vermes enecat infantum interius ſumendo, & putredinem omnem arcet & cohibet.

7. Valet ad lepram curandam, & leproſos mirè recreat.

8. Valet etiam ad ſenectutem retardandam quia humidum radicale purũ & mundũ cõſervat & fovet.

Sumitur ad quantitatem dragmæ unius in juſculis & ovis ſorbilibus mane jejuno ſtomacho, vel in aqua theriacali, vel in aqua cinnamomi.

De quinta eſſentia Cerui. Fabr.

Sumendum eſt caput Cerui, qui cornua recentia & valde tenera habeat, & vetera depoſuerit, hoc caput pelle depoſita, una cum cornibus, in fruſtula conſcindendum eſt, & cum æquali quantitate ſanguinis Cervi vitreo vaſi imponendum, & fimo equino calido putrefaciendum per menſem integrum, Sole & Mercurio, in Leone exiſtentibus. Peracto menſe putrefactionis, diſtillandum erit omne in balneo mariæ, aut in cineribus tepidis lentiſſimo igne. Ut ſi quid eſt ſpiritus ſeparetur à phlegmate & aquoſo humore. Quod cognoſces in diſtillatione, ſi ſtrias emittunt vapores, qui ſurſum aſcendunt, & in liquidum humorem in capitello alembici convertuntur, evaneſcentibus ſtriis mutandum eſt vas recipiens, & colligendum phlegma, donec ſpiritus albi & ſpiſſi conſcendant. Tunc enim temporis permutandum iterum eſt vas, & aqua lacteſcens quæ egreditur ſeorſim colligenda eſt, & ignis augendus pedetentim, donec omnis aqua alba egreſſa ſit. Tunc iterum etiam augendus eſt ignis, ut ſal ſublimetur albus, & nitidus, qui lateribus capitelli alembici adhærebit, non ſecus, ac ſal urinæ, hic ſal per quam optimè cuſtodiendus eſt vitreo vaſi optimè clauſo: Spiritus verò, & aqua lacteſcens ſimul conjungendi ſunt, & ſeptem, vicibus per diſtillationem purificandi. Deinde conjungendi ſunt cum ſale volatili, & iterum ſeptem vicibus diſtillandi, mutato ſingulis vicibus alembico, aut ſaltem bene abſterſo priori, feces verò prioris diſtillationis calcinandæ ſunt fortiſſimo igne, & tanto, ut albeſcant. Ex his deinde cineribus albefactis extrahendus eſt Sal, purificandus iteratis calcinationibus, filtrationibus, & ſolutionibus, ultima purificatione, hoc eſt, donec nullas in ſolutione emittat feces, nec ullo pacto turbet aquam quæ Salem ſoluit. Hic Sal deinde purus nitiduſque factus coniungendus eſt cum prioribus eſſentiæ, Sale volatili ſcilicet aqua lacteſcenti, & ſpiritu, & tandiu invicem circulandi donec invicem conjungantur, nexu indiſſolubili.

Vires & Vſus eſſentiæ Cervi.

1. Hoc arcanum eſt Epilepſiæ Rizotomon, radicitus enim tollit epilepſiam.

2. Omnibus Maniæ ſpeciebus ſucaurrit, dolori quoque capitis. Doſ. ʒj. in juſculo.

De Eſſentia Chelidon. Fabr.

Vere Chelidonium Majus contunditur & expreſſus ejus ſuccus deſtillatur. R. Sal. volat. Spir. & Aquã, conjung. cum ſale ciner. chelid. deſtill. iterum, & f. Aq. ophthalmica opt. In ictero quoque, febribus, dolore dentium, vulneribus conglutinandis. Intern. doſ. ʒj. Extern. inſtill. guttatim oculis, vulneribus vero applic. lint.

De quinta eſſentia Cinnamomi. Fabr.

Ex Cinnamomo quia ſiccum & aridum aſportatur in noſtras Regiones, & quia ejus folia, & flores habere non poſſumus, extrahi non poſſunt partes omnes eſſentiales, quæ verã & abſolutam Cinnamomi conſtituunt eſſentiam, itaq; ejus oleo tantùm & ſale fixo, contenti erimus ut arcanũ ejus abſolvamus: ex Cinnamomo ergo leviter contuſo, per deſcenſum oleum elicies magno igne, ut comburatur Cinnamomum, & reducatur in cineres. Hoc oleum, ter aut quater rectificatum per retortam, cum pauco vitriolo ad rubedinem calcinato, affundes ſuper novum & recens Cinnamomũ, leviter contuſum, & cũ pauca aqua cinnamomi ſtillatitia, in retortam immittes, & diſtillabis per balneum fervẽtis, & bullientis aquæ, donec totum oleum egreſſum ſit, quod odorem Cinnamomi ſic recuperabit: huic oleo addes ſalem fixum quem extrahes ex cineribus Cinnamomi combuſti; addes autem purum, & ab omni terreſtra ſpurcitie vindicatum & ſervabis ad uſus.

Vires & Vſus.

Menſes provocat, partum promovet, tuſſim frigidã tollit, caput roborat, cor reficit, peſti adverſatur, fœdum colorem virginum corrigit. Doſis gutt. iij. aut 4.

De quinta eſſentia colocynthidos. Fabr.

Colocynthis colligenda dum matura eſt, & in pallidum mutatur colorem & contundenda in mortario ligneo, aut marmoreo ut ſuccum emittat omnẽ, quem percolatum repones in vaſis ligneis vino cõtinendo appropriatis, in cella vinaria, ut deferveat, ut fiat majori celeritate, & præcipiti temporis ſpatio, addes aliquid ſpiritus vini, à phlegmate puri, cum bona quantitate fermenti: Hac enim methodo omnes herbarum ſucci citius deferveſcunt, & copioſiorem dant ſpiritum æthereum, dum diſtillatione levi coguntur ad aſcenſionem. Poſtquam hac methodo colocynthidis ſuccus deferverit diſtillandus erit leviſſimo igne, donec ſtrias non faciat in capitello alembici: lignum præcipuum aſcenſi ſpiritus, qui rectificatus & à phlegmate purus, ſi reddatur magmati ſuo ſalem volatilem extrahit, qui arcani vires mirificè multiplicat. Hic ſpiritus, & ſal volatilis connectendi ſunt cũ ſale fixo qui extrahi poterit ex tota planta ſicca, & combuſta, & in cineres redacta: ex his autẽ cineribus, arte & methodo ſæpius in capitulis præcedentibus enarrata, extrahitur illud fixum ſal, quod ab omni terreſtri recremento vindicatum, & præcedentibus alligatum, arcanum perficit omne, quod vires ſequentes habet.

Vires & Vſus.

1. Pituitam & bilem purgat, propter parem & ſimilem quem continet in ſe ſuccum, unde pituitoſis & bilioſis affectibus, mirificè convenit.

2. Arcanum eſt ſummum in curandis & ſedandis dentium doloribus, quod ſua caliditate perennes catarrhi fontes exhauriat, & nervum foveat dentis, ſuo vivifico nectare, quod & ſpiritus omnes fixos, & influentes recreet.

3. Si eo arcano iſchiadici calide perfrigentur mirum in modum à doloribus ſoluuntur, propter ſpiritum ſalis quem continet, qui alium ſalem ſolutum, dolorem facientem mitigat, & in aliam permutat naturam, parteſq; dolentes, recreat, refocillatis ſpiritibus, & convocatis, majori in copia.

4. In quartanis & quotidianis febribus curandis, mirè

mirè efficax, quod harum febrium causas continentes, efficientes, & materiales, foras evocet, humoresque has febres efficientes, putrefieri non sinat, at in suo naturali, & vivifico centro purissimè coërcet.

5. Nervorum resolutioni maximè prodest, & quod mirum est cordi, jecori, & ventriculo maximè prodest, & tamen planta cruda, maximè adversatur, & præcipuè intestinis, interdum enim & sæpius, cruorem elicere solet, corrosis intestinorum carnosis membranis, essentia vero hæc nullo modo, partibus ullis nocet. Dosis ʒ.ß. ʒ j.

Essentia Corall. Querc. ut & Perlar.

Essentiæ & magisteria coralliorum & perlarum uno eodemq; artificio præparantur.

Corallia crasso modo conterantur, perlæ vero nigræ manentes & ignitæ extinguantur in aqua vitæ fortissima, idque sæpius, & hæc est ipsarum calcinatio. Postea rite dissoluantur in succo limoniorum vel berberorum, qui succus post illarum dissolutionem rursus separetur, & quod in fundo remanet (quodque postea pluries cum aquis cordialibus dissolui & coagulari potest, ad aciditatem dissoluentis acidi tollendam) dicitur sal sive essentia perlarum.

Ut magisterium ex iisdem fiat, dissoluendæ sunt in fortissimo dissoluente, quale est acetum alkalisatum, aut acetum mellitum, & ut perlæ post perfectam suam dissoluentis rursus separentur, citra dissolventis tamen exhalationem, (quod alias salem salem armoniacũ acidum & vitriolatum hoc modo conjunctum relinqueret cum re dissoluta, à qua difficulter separetur) dissolutioni huic super iniiciendæ sunt aliquot guttæ olei tartari, cuius opera perlæ dissolutæ in ictu oculi fundum petent, summe albicantes instar nivis, à quibus postea prædictum dissoluens facillime separabitur per inclinationem, & materia aliquoties abluetur aqua, & perfecte edulcabitur, quod sane opus citra magisterii opem nõ perficitur; unde etiam res in hunc modum præparatæ nomen suum obtinuerunt. Hoc perlarum magisterium, in quolibet liquore tum dissolutum, admirandum est naturæ nostræ corroborativum, non secus ac magisterium coralliorum, cuius præparatio consimili penitus fit ratione.

Essentia Corallorum Schrôderi.

℞. Salem Corallorum, volatilisa cum Sp. vini, diger. ac destill. postea abstrahe leni igne, essentiam remanentem pelle per retortam. Dosis gutt. 6. ad gutt. 15.

Q. Essent. Corall. Fabri.

Corallia minutissimè trita, & in alchool, tenuissimum reducta, dissoluenda sunt aceto acerrimo, & digerenda in balneo tepenti per aliquot dies, donec repetitis solutionibus omnia coralla dissoluantur; tunc demum dissolutiones claræ & filtro commissæ evaporandæ sunt in vase argenteo aut aureo, ad siccitatem. Sal deinde soluendum aquis fontanis aut pluvialibus stillatiis, & purificandum evaporationibus, desiccatioribus & solutionibus multoties iteratus, donec apprime mundetur & vindicetur ab omnibus terrestribus excrementis, & fundatur sicut cera, & dulce sit tanquam saccharum, & clarum tanquam crystallus: tum demum coralla de novo sumenda sunt & pulveranda sunt, & cum pari quantitate salis ammoniaci connectenda, & simul sublimanda sunt, donec sal ammoniacus rubicundissimus ascendat, attracta secum tinctura coralli, quam separabis à sale ammoniaco, cũ optimo vini spiritu alchoolisato, & ab omni phlegmate vindicato, donec sal ammoniacus albus remaneat ex affusionibus spiritus vini, qui spiritus leviss imo igne abstrahendus per distillationem, & quod remanet in fundo erit connectendum cum sale superiùs præparato & dulcorato; & sic habebis salem coralli rubicundissimum, admirandas habens virtutes, servandum in phialis optimè clausis ad usus.

Vires & Vsus.

1. Huius arcani tanta vis est in mundificando & depurando corporis universo sanguine, ut omnibus morbis & affectibus ex corrupto sanguine oriundis, exhiberi possit; quia ex suo sale id potest & tinctura, unde leprosis summopere convenit.

2. Sistit omnes fluxus muliebres immodicos in aqua plantaginis suo stiptico sale, & tinctura, ut & omnes ventris fluxus, & alios omnes sanguinis præter naturam.

3. Confortat & roborat cor summopere, & stomachum, & calidum innatum restaurat, propter suum humidum, nostro humido ferè æquale.

4. Concretum sanguinem dirimit ex spiritu suo & sale soluto, qui omnia concreta dissoluit, unde & calculosis, & sabulosis peroptimum est remedium in aqua ononidis.

1. Vulneribus venenatis & aliis simplicibus, & ulceribus omnibus summum est medicamentum, si balsamo alicui permisceatur, quia suo sale sanguinem mundante, & stiptico, cicatricem accelerat.

Sumitur à quantitate ʒ.ß. ad ʒ j. in jusculis, ovis sorbilibus, aquis morbo curando idoneis, & aquis theriacalibus & imperialibus: vel miscetur oleis balsamicis, & applicatur exteriùs, ad curanda vulnera, & ulcera, tepidè illinendo.

Q. Essent. Cucumeris Agrestis. Fabr.

Ex succo illius extrahendum est sal volatile illius, & sublimatione purificandum est, ad candorem sufficientem: & spiritus etiam æthereus est extrahendus, methodo prædicta, in antecedentibus capitulis, & summopere rectificatus, sali volatili conjungendus est, huic demum connectendum est, ad perfectionem ultimam, sal fixum, quod extrahetur ex tota planta combusta & in cineres redacta, ex his autem cineribus per lixivium, filtrationes, evaporationes, & calcinationes, & solutiones, per vices multas iteratus, extrahitur tandem, sal illud fixum, purum, & mundum, quod superioribus partibus, spiritui scilicet & sali volatili conjunctum, absoluit arcanum Spagyricum, quod ex his paratur, reservandum in phialis vitreis optimè clausis ad usus varios.

Vires & Vsus.

1. Præcipua ejus arcani vis, & efficacia est in educendis crudis, & serosis humoribus, qui in hepate, & venis ab imbecillo calore generantur, & ab expultrice facultate nequeunt foras protrudi, propter quantitatem, aut ejus imbecillam actionem. Ideo commendatur præcipuè ad hydropicos curandos affectus, serosos enim illos humores & crudos, evacuat.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 350 sur 955

2. Quartanam febrem difficilem admodum curatu, ob difficilem & tardã humoris melancholici coctionem, tertia aut quarta dosi, per tot vices iterata, tutissime curat, quod evacuando illos serosos humores, & crudos, hepar admodum confirmet, & refocillet, suo balsamico sale fixo.

3. Fœdos virginum colores etiam curat, quod evacuatis serosis humoribus, hepar calefaciat, & sanguinem purificet, ad lepram itidem, & qualecumque vitiati sanguinis vitium, malumque dogmaticè & summa cum ratione offertur.

4. Anheloſis & suspirioſis in genere subvenit, quod catarrhi materiam omnem auferat, & siccet tumentia pulmonum humoribus solitis bronchia.

5. Impetigenem, lepras, vitiliginem, nigras cicatrices, & faciei maculas omnes expurgat, & abstergit, propter corrodentem quem in se continet salis spiritum.

6. Sturium doloribus succurrit, quia siccat humores in aures defluentes, cerebrumque purgat ab omni seroso humore.

7. Veteres omnes tumores discutit propter eamdem rationem, & quod etiam humidum radicale partis tumentis, à tumore affectum, & ferè extinctum refocillet & renovet.

8. Podagram omnem, & quemcumque arthritidis dolorem & affectum certissimè & tutissimè curat. Dosis intern. ℥ j. externè frigid. illinit.

De quinta essentia Cupri. Fabr.

Cuprum subtilissimè limatum permiscendum est cum pari quantitate florum sulphuris & salis tartari tertia parte, & ollæ terreæ vitreatæ imposita, cum sufficiente aquæ quantitate bulliant per horas, & inter bulliendum agitentur spatula lignea, donec totum cuprum sulphur, & sal tartari dissoluta sint, vel si fortius & citius cuprum dissolvere vis, non aquam impones, sed ollam cum floribus sulphuris, & sale tartari una cum cupro, superpones igni, donec omnia liquata sint, & peroptimè permixta: quibus tunc temporis affundes aquam fontanam bullientẽ, & simul igne bullire permittes, donec omnia soluta sint, addendo aquam novam, quoties opus erit, si inter bulliendum evanescat solutionem deinde frigefactam, ollæ vitreatæ impones in cella vinaria, vel in aliquo loco frigido, ut ex illa solutione limpida, & clara concrescat vitriolum colore cæruleo coruscans. Collecto hoc vitriolo omni, aquam superstitem, ad mediam partem evaporando consumes igne levi, & iterum repones in loco frigido, ut rursus concrescat in vitriolum, & sic iterando perages ebulitiones, & in loco frigido repositiones, donec tota dissolutio in lapillos vitriolatos abierit, quos collectos igne siccabis, in cupreo, aut ferreo vase, & semper spatula ferrea agitando, & movendo in pulverem reduces albissimum, hunc impones retortæ luto perquam optimè niunitæ, & impones furno carbonibus hinc utrinque sursum deorsum impositis, ita ut retorta maneat, semper ardens, & candens mediis ignibus: furnus ad hanc solam & particularem distillationem proprius, & peculiaris esse debet, quia ignis in hac sola distillatione fortissimus sit oportet, & fortior quam in aliis omnibus distillationibus, alioquin spiritus æthereus egredi non posset, quod fortissima compagine ligetur sali suo fixo, itaque excogitandus est furnus in quo ignis fortissimo fortior fieri possit; quod fiet si retorta luto munita in medio furni alicuius cruci terreæ, aut ferreæ collocetur: deinde cooperiatur retorta capitello terreo fortissimo capacissimo, ita ut carbonum maximam quantitatem coërcere possit furnus, & ignem eo pacto suis parietibus violentissimum fovere, & sic retortam ignitam semper, & candentem retinere, donec spiritus omnis egressus sit in vas recipiens, quod collo retortæ perquamoptimè junctum, & lutatum esse debet, ne exeant spiritus qui subtilissimi esse solent. Postquam autem spiritus omnis in forma, & specie fumi albi egressus fuerit, quod residet in fundo retortæ rubicundissimum, aut nigrum, aquæ fontanæ perlimpidæ imponendum est, & bullitione solvendum in vase æneo. Solutionem, sepositа hypostasi, filtro trajectam, ut optimè clarescat, evaporandam præcipimus in vase æneo, & in pulverem tenuissimum ut prius omne quod in solutione continetur, reducendum, & retortæ vitreæ luto munitæ, ut prius imponendum, & distillandum simili methodo, donec egrediantur omnes spiritus, qui firmissimo repagulo custodiendi sunt ne pereant. Quod residet in fundo retortæ iterum ut prius solvendum aqua limpida bulliente, & ut prius iterum evaporandum, & in pulverem distillandum, hoc repetere oportet, donec quod residet in fundo retortæ post distillationem, albissimum sit, neque colorem mutet & varietper ignem quemcumque. Hunc salem benedictum aquâ fontana septies distillata dissolves, & quod est sali heterogeneum quod non liquatur, sed fundum petit, & facit hypostasim albam, seponendum est per filtrum, & separandum ad solutionem claram & limpidam, per alembicum vitreum in cineribus levissima distillatione, ad siccitatem usque: deinde iterum per aquam distillatam eamdem solvere, & filtro traiicere ut feces omnes seponat, & limpidissima sit solutio, quam iterum distillabis ut prius: hoc repetes, donec nullas emittat feces in solutione sal tuus benedictus, & colorem rubeum acquirat pedetentim, quem quamvis tardè acquirat, tamen tandem acquiret: hic deinde custodiendus est, donec spiritus suus depuratus sit, quod sequenti methodo fiet. Spiritum omnem egressum ex prioribus distillationibus, phialæ oblongi colli impones, osculoque clauso luto firmo, balneo tepenti fovebis per mensem unum, cave ne invalescat ignis, quia evanescerent spiritus: hoc cognosces naribus impositis osculo vasis tui, feriunt enim spiritus illi cerebrum fortissimè: & sic prudenter ignem lentissimum continuabis, aucto vel diminuto secundum exigentiam spiritus, sic enim spiritus illi pedetentim in aquam transeunt, & ignem pati discunt. Mense peracto tuam aquam spiritibus plenam retortæ impones, & distillabis per balneum, quicquid distillari poterit: deinde cineribus quod residet distillabis fortissimâ distillatione, ut omne ascendat, & hoc solum quod in cineribus distillatur septies rectificabis, mutata retorta in singulis distillationibus, quia sæpissimè franguntur retortæ: hunc spiritum sic rectificatum impones sali tuo rubeo, & in balneo tepenti collocabis, donec dissolvatur sal rubeus, & fiat aqua: deinde distillabis, & quod ex distillatione flavum, & aurei coloris egreditur, servandum est, & custodiendum tanquam arcanum summum ad curandum omnes ferè morbos, si aurum solutum ei addatur: sal verò quod residet in fundo retortæ iterum depuran-

dum

dum est, & in colorem rubicundissimum reducendum methodo prædicta, & dulcorandum, & tunc temporis servandum in phialis vitreis vel aureis, peroptimè clausis, ad usus ferè infinitos. Sunt qui tincturam huic sali rubeo adhuc reddant, & iterum putrefaciant & distillent, & sic omnem tincturam auferunt, & salem omnem liquidum & volatilem reddunt, & volatilem levi calore & tempore longo fixum faciunt, quod ego maximè probo & laudo; est enim tunc temporis arcanum summum chymicum, & lapidis physici æmulatur vires, modò sal hic vera putrefactione soluatur, & depuretur.

Vires & Vsus.

1. Omnes cerebri affectus curat, sive ex causa frigida, sive calida ortum habeant, quia mirificè roborat, humidum radicale naturale restaurando & depurando, si læsum sit: itaque est lepræ unicũ remediũ.

2. Febres omnes continuas & intermittentes certissimè sanat, quod sanguinem depuret per vias criticas, corruptionem impediat, & factam expellat, viscera omnia roboret, calorem omnium restaurando, & roborando.

3. Cutis omnes excoriationes tutissimè sanat, vulnera ulceraque quæcumque vetera, & recentia, ad cicatricem perducit, solo illitu; quia per suum salem, salem nostri corporis corruptum, & in acrem & mordacem reductum mitigat, & dulcem reddit, sua exuberanti dulcedine, & temperato calore vitali.

4. Dolores omnes arthriticos ex quacumque causa ortos mitigat & soluit, quia catarrhos omnes sistit, & exsiccat, roborato cerebro, articulosque miricè fovet, mucosam & tartaream substantiam, eis impactam, suo sale & spiritu solvendo, & expellendo.

5. Tumores omnes scirrhosos & præduros emollit, suo spiritus salis soluto & liquido, qui omnia lapidosa & tartarea solvit & discutit.

6. Nimis longum esset percurrere omnes hujus arcani virtutes, & proprietates, sufficiet hoc tibi unũ, quòd omnibus morbis accommodari potest, quòd sit arcanum restaurans, & roborans.

Sumitur in jusculis, in aquis stillatitiis cinnamomi, anisi, vino hippocratico, & in ovis sorbilibus, & panatellis & similibus aliis, ad ægrotantis libitum & saporem à quantitate scrupuli unius ad duos, quovis tempore, & quacumque hora, nulloque servato regimine, quia non est opus, cum sit restaurans arcanum & roborans.

Essentia Citri August.

℞. *Flor. sachari Citri uncias duas semis.*

Succi Oleosi ex recentibus corticibus citri exterioribus expressi quantum sufficit ut fiat essentia liquida.

Misce secundum artem.

Delicata admodum & præstans est hæc Essentia ad cordis & ventriculi imbecillitatem juvandam, veneni etiam adversatur, oris Halitum commendat, vino permixta, illud suavissimo suo odore & sapore magnificè commendat.

De quinta Essentia ebuli. Fabr.

Ebuli essentia extrahenda est autumni tempore, ut ferè omnes aliæ essentiæ, quarum tempus, quamvis in superioribus capitulis in omnibus non dicatur, tamen non accusandum est hoc opus oblivionis, quod in capitulo superiori libri primi huius rei particulari, (Quod necessarius sit ad extrahendas essentias cœlorum benignus influxus,) dixerim omnes essentias, extrahi posse commodissimè, autumni tempore, & veris, quod in his potissimum temporibus vigeat, nativus herbarum calor universaliter, & quod etiam sæpissimè & ferè semper, ignoretur, planetarum ascensus, qui sympathiam habent cum herbis nostris terrestribus, quod potissimum foret scitu dignissimum, ad commodissimum tempus habendum in extrahendis essentiis & corroborandis earum arcanis, quapropter cum id ignoretur ad tempus generale quo sol viget, qui est planetarum, omnium reliquarum, stellarum vigor & robur, confugiendum est. Autumni ergo tempore colligenda sunt grana racemosa ebuli, quia tunc temporis matura sunt, & exprimenda, ut deponant succum, qui est reservandus in Dolio ligneo, instar vini, ut deferveat, more etiam vini, postquam deferbuerit, distillandum erit levissimo igne, omne illud humidum quod primo igne ascendit & in ascensu strias facit, instar aquæ ardentis, postquam strias omnes vides, evanescentes, mutandum est receptorium, & colligendum est phlegma ascendens, quod rectificatum, & quater aut quinquies rediistillatum, conservabis, ad purificationes, faciendas salis fixi, quod extrahes, excineribus radicis, & foliorum ebuli. Spiritum autem æthereum, qui primo igne ascendit, rectificabis quinquies, aut septies, donec à phlegmate purum fit, quod signis communibus, cum aqua ardente cognosces, similis enim est ratio, & methodus purificandi hunc spiritum, & alios omnes, qualescumque sint. Habito hoc spiritu puro, & ab omni phlegmate, vindicato, ad radices & folia, & truncum ebuli devenies. Quæ omnia combures fortissimo igne, & in candidos cineres reduces, ex quibus deinde cum phlegmate superius reservato, elicies salem purum, fixum, multoties iterando, calcinationes, solutiones, & vaporationes, donec purum sit & candidum, ut crystallus. Quod deinde sal, connectendum erit cum spiritu suo æthereo, superius reservato, in balneo tepido, in matratio oblongi colli, obturato, ne respirent, & levissimo illo fotu invicem conjungantur, & fiant unum mirum, & stupendum ad morbos varios, magnos, & ferè incurabiles curãdos.

Vires & Vsus.

1. Hydropem quemcumque, curat sæpius iterando dosim per intervalla, ne vires quæ leves sunt & mediocres pereant. Quod salem solutum in corpore foras pellat, & reliquum quod solutum non est, solui non sinat, imò, firmioribus retineat compagibus. Mirum fortasse erit Galenicis medicis, quod hydropicum salem solutum appellem: in hanc ego potius sententiam abeo, quæ asserit morbos omnes, ex sale, sulphure, & mercurio, ex statu naturali & debito deiectis, quam in eam quæ asserit, ex humorib. qui visuntur in corpore dependere, in ipsis enim humoribus latitat illudq; sulphur, illeq; mercurius, quê Galenus, & Hippocrates ob Chymicæ artis inscitiam non cognoverunt, qui certè authores ut oculati & acutissimi, si reviviscerẽt, & opera Chymicorum viderent, in eam ipsimet sententiam abirent.

2. Quartanã & omnes procul dubio febres, intermittentes curat, ita ut febrifuga diei possit, q̃ mercuriũ corrumpi non permittat, nec sulphur, nec sal, nec tartarũ in copiosã, & præter naturã excrescere molẽ.

3. Arcanum est summum ad arthritidem omnem curandam, & omnes ejus dolores citissimè sedandos, si tepidè cum gossipio eo arcano madido, par-

tes dolentes foveantur, quod ſalis ſoluti acrimoniam nervos, muſculos, & ligamenta ferientem retundat, ſuo balſamico ſale.

Sumitur in juſculis, in ovis ſorbilibus, vel formatur in pillulas, vel tabellas & voratur ad quantitatem drachmæ unius, vel duarum, in robuſtioribus naturis, & id manè jejuno ſtomacho, ſervato regimine & cuſtodia.

℞. *Eſſent. Ferri. Fabri.*

Ferro limatio candefacto, affundendum acetum acerrimum, donec peroptimè extinguatur, extinctum iterum candefac, & candefactum aceto extingue, idque ſepties repetendo, donec in rubicundiſſimum crocum ferrum convertatur, deinde dum phialæ inditum eſt oblongi colli, huic affundenda eſt aceti ſtillatitij acerrimi permaxima quantitas, ita ut ſeptem aut octo digitis ſuperemineat croco, & totum omne phiala optimè clauſa, collocandum eſt in furno cinerum, ad digeſtionem lentam, per menſem unum, agitando phialam ſingulis quibuſcumque diebus, donec acetum tinguatur in rubeum colore; acetum tinctum deponendum eſt per inclinationem in vas aliud vitreum, novum autem acetum ſtillatitium, magmati reſiduo affundendum, & iterum digerendũ in cineribus tepidis, donec tinguatur. Hoc iterum ſeparandum eſt, & priori conjungendum, magma autem tunc temporis reſiduum calcinandum eſt, & candefaciendum in tigillo, & aceto ut prius extinguendum quater aut ſepties, donec iterum in crocum convertatur, huic croco phialæ impoſito affundendum eſt acetum acerrimum iterum ſtillatitium, & digerendum, ut priùs, donec tinguatur, & tinctum ſeparandum, & magmati reſiduo, iterum affundendum eſt novum acetum ſtillatitium, & digerendum donec tinguatur: hoc toties repetendum eſt, quoties per digeſtionem tingetur acetum. Poſtquam autem non amplius colorabitur, acetum omne tinctum diſtillandum eſt in balneo levi igne, donec tinctura remaneat in fundo alembici in conſiſtentia mellis, huic affundendus eſt ſpiritus vini alchooliſatus, & ab omni phlegmate aquoſo vindicatus, donec diſſoluatur omne magma, per digeſtionem levem in balneo tepenti, ſpiritus vini tinctus ſeparandus eſt per inclinationem, & magmati reſiduo, quod ſolutum non fuit affundendus eſt novus ſpiritus vini alchooliſatus, & iterum digerendus, hocque repetendum eſt, donec omne magma ſolutum ſit, & non amplius tinguatur ſpiritus vini, colore rubicundiſſimo. Spiritus omnis tinctus diſtillandus per retortam leviſſima diſtillatione, donec omnis ſpiritus conſcenſus ſit. Tunc demum augendus eſt ignis, & forti diſtillatione mutato recipiente, colligendum eſt oleum ferri, per quam optimè rubeum, & ter aut quater, per retortam rectificandum eſt: magmata verò reſidua, cujuſcumque diſtillationis ſimul colligenda ſunt, & ſimul ignienda in tigillo, tandiu donec albeſcant. Ex his deinde ſalem elicies album per lotiones, & evaporationes multoties iteratas cum calcinationibus, ſalem hunc purum, putum, & candidum addes oleum tuo rectificato, & ſervabis ad uſus in phialis vitreis optimè clauſis.

Vires & Vſus:

1. Balſamum eſt mirum ad curanda ulcera omnia, vetera & recentia, & vulnera quæcumque, quia potentiſſimè agglutinat, humores corrodentes diſſoluit, & in aliam mutat ſubſtantiam, & putredinem ſuo ſale fixo impedit, & partes præſervat, ſanguinem laudatum convocando, & ſpiritus.

2. Alui quoſcumque fluxus compeſcit, ſimili ratione ventriculum roborat, Gonorrheam ſiſtit, & hepaticam uterique fluxus. Doſ. ℈j.

℞. *Eſſentia Galbulæ. Fabr.*

℞. Extr. ſtercoris anſer. cum aq Imperial. præpar. q.v. imprægnetur hoc extracto denuo Aq. Imperialis, huic aq. adde ſeq. ℞. 4. galbulas macerentur in proprio ſanguine per putrefactionẽ 15. dieb. in fimo calido, f. deſtill. deſtill. purific. ex fæcibus ſal faciendus & conjungendus propriæ aquæ atque circulandus per octo dies, clarum conjungatur cum aq. imperial. extracto ſtercoris anſer. imprægn.

Vires & Vſus.

Ictericis prodeſt etiã deſperatis, ſi mane ſumant cochlearia duo aut tria cum juſculis per menſem integrum, præmittantq; cholagog. el. V.S. ſi opus.

℞. *Eſſentia Gattariæ ſeu Nepetæ. Fabr.*

Succus torculari expreſſus ponendus in cella ut deferbeat per menſem, deſtillandus poſtea lento igne ad ſeparandum ſpiritum æthereum qui primo aſcendet, & ſtrias faciet quandiu diſtillabit: ceſſantibus ſtriis ceſſabit & aſcendere ſpiritus: tunc temporis mutandum eſt vas recipiens, & reiiciendum phlegma, quod poſtea aſcendit, niſi pro aqua ejus ſtillatitia reſervare cupias, quæ pluris eſt efficaciæ & virtutis, quàm aliarum aquarum quæ communi methodo cum alembicis diſtillantur: phlegmate egreſſo & aſcenſo, magmati, quod reſidet in fundo alembici adhuc humenti, & non ſicco & arido, reaffundendus eſt ſpiritus æthereus, qui primo aſcendit, & digerendus in balneo tepido, per aliquot dies, unà cum magmate. His tranſactis diebus diſtillandus eſt ſpiritus æthereus lentiſſimo igne, & mutandum eſt vas recipiẽs poſtquam aſcenſus fuerit ſpiritus, & ſeparandum erit phlegma ab ſpiritu. Spiritus verò, iterum affundendus erit magmati, & digerendus, & diſtillandus; has iterando operationes ter, aut quater, donec ſal volatile aſcendat, quod erit ter aut quater iterum rectificandum, una cum ſpiritu volatili æthereo, qui rectificationem antea non receperat. Deinde Gattaria ſicca & arida ſumenda erit, & ea implenda erit urna, & diſtillanda erit per deſcenſum, ſecundum artem antea declaratam, in capite trigeſimo ſecundo, de eſſentia Menthæ; & oleum rectificandum erit per retortam cum vitriolo, ad rubedinem calcinato, idque ter aut quater, mutando vitriolum, in ſingulis rectificationibus: oleum prædictum ſic depuratum, & ab empyreumate vindicatum, connectendum eſt cum foliis recentis & virentis Cattariæ, & inſolandum per aliquot dies, deinde exprimẽdum oleum à foliis, & iterum cum aliis novis & virentibus foliis connectendum & inſolandum, idque tertiò donec odorem plantæ habeat oleum, quod demum erit ſali volatili, & ſpiritui ſuo connectendum. Ex cineribus verò plantæ extrahetur ſal fixum, & multis iteratis ſolutionibus perducetur ad candorem ſummum, & limpiditatem; tunc demum erit conjungendum, & copulandum cum reliquis aliis quæ extracta fuerunt ex planta, & ſimul omnia in digeſtione tepida erunt unienda, ut fiant unum arcanum potentiſſimum, reſervandum in phialis optimè clauſis ad uſus varios.

Vir

Vires & Vſus.

1. Hoc arcanum mira quadam dulcedine odoris, trahit catos & feles, ita ut juxta phialam eo arcano refertam delectentur; unde autem hoc ſit, longioris eſt ſermonis ad alium locum lectorem remittimus, ubi de ſympathia, & antipathia rerum diſſerimus, cauſaſque narramus, & præſertim in Palladio Chymico noſtro.

2. In fugandis pallidis ac fœdis virginum coloribus nihil eſt præſtantius, quòd coctionem viſcerum omnium mirè roboret, & ſpiritus multiplicet, & ſanguinem mundet, & aperiat obſtructiones omnes, qua data porta ruunt ſpiritus undiquaque per totum corpus, & floridus apparet color.

3. Menſes certiſſimè & tutiſſimè provocat, propter eandem rationem, unde & uteri affectibus ferè omnibus ſuccurrit, & ſterilitati medetur, fœcundaſq; reddit mulieres.

4. In ſedandis Iſchiaticis doloribus nihil potentius, & præſertim ſi ex cauſa frigida ortum habeant, Elephanticorum remedium eſt tutiſſimum, ut & venenatis morſibus læſis.

Doſis externè ℈ j. ad ʒ j. Externè tepidè applicetur cum Goſſypio.

Eſſentia Halonitri Deodati.

Fit eſſentia Halonitri, quæ febres omnes ad miraculum curare dicitur, hoc modo: Halonitro probè præparato & in pollinem acto, affunditur Sp. Vini, ſolutio filtratur, colatura digeritur, donec ſedimentum fiat, hoc abjecto clarus liquor circulatur, & tandem in clariſſimam eſſentiam coagulatur.

℥. Eſſentia Gutt. Gambæ. Fabr.

Sumatur Gutt. Gamb. libra unica aut altera, & contuſa imittatur in alembicum ad deſcenſum aptũ, & diſtilletur fortiſſimo igne, adauctis pedetentim ignis gradibus, uſq; ad combuſtionẽ, & incinerationem rei quæ diſtillatur: poſt diſtillationem ſeparabis oleum ab aqua, quod erit in maxima copia, quod ſuccus ille gummoſus ſit valdè, & pinguedine plenus: oleum rectificabis in retorta, cum pauco vitriolo calcinato ad rubedinem, donec empyreuma deponat: hoc oleum ſervabis, & conjunges cum ſale fixo, ejuſdem Guttæ gambæ, ex cineribus in diſtillatione olei factis extracto, & depurato, per ſolutiones & calcinationes multoties iteratas: ſale & oleo conſervato, novũ ſuccum ejuſdem plantæ habebis ad quantitatẽ unciarum ſex aut ſeptem, & diſſolues in phiala vitrea oblongi colli, cũ ſpiritu vini alchoolizato, & ſpiritu vitrioli æquali quantitate ſolutũ ſuccum digeres per quindecim dies in tepido balneo, deinde diſtillabis in eodem balneo, quicquid diſtillari poterit. Tũ demum iterum reaffundes ſpiritum vini diſtillatum ſuper magma relictũ, & digeres ut optimè diſſoluatur, per tres, aut quatuor dies, deinde filtro omnia committes, ad depurandum ſummopere, & diſtillabis infiltratum in eodem balneo, quicquid diſtillari poterit ut prius: tum demum iterum diſſolues & digeres, & filtrabis, & diſtillabis toties, quoties magma relictũ in fundo alembici feces emittet: tunc quieſces, & magma ſolũ vindicatum ab omni vini ſpiritu diſſolves cum ſucco limonum, & ſpiritu vitrioli diſtillatis, & poſtquam in digeſtione per octo aut quindecim dies digeſtionem levem paſſum fuerit, ſeparabis ab eo ſuccum limonum diſtillatum, & ſpiritum vitrioli per balneum fervente aqua diſtillandum, aut per cineres tepidos, donec magma relinquatur in conſiſtentia mellis. Hoc magma quod eſt extractum conjunges cum oleo & ſale fixo, ſuperiori, & ex his unum parabis per digeſtionem duorum aut trium dierum medicamentum, quod in vaſis vitreis ſervabis ad uſus varios, ſanitati utiles.

Vires & Vſus.

1. Quartanam tutiſſimè curat ejus frequens uſus, quod ejus ſpiritus ſubtiliſſimus & potententiſſimus, quemcumq; ſoluat & diſperdat tartarum.

2. Aquam intercutem certiſſimè exſiccat, quod ejus ſpiritus ſalis, potentiſſimè ſeroſos exhauriat humores, & corrumpi non permittat, & jecur roboret, ita ut non ſeroſum producat & efficiat ſanguinem, ſed ſaudatum & ab omni hæmatoſeos vitio vindicatum.

3. Leucophegmatiam etiam ex eadem ratione curat, & pallidos virginum colores, quia roborat ventriculum, & expurgat ab omnibus ſeroſis humoribus, & aperit omnia obſtructa difflatis undiquaque per cutis ſpiracula ſpiritibus, & evacuatis inde tertiæ coctionis excrementis.

4. Arthritidis ſummum & unicum eſt arcanum ad evacuandum ejus cauſas internas, & refocillandas partes, tum nervoſas & muſculoſas; quia ejus ſalis ſpiritus id omne commodè & certiſſimè peragit, adauctis vitalibus & animalibus ſpiritibus, & refocillato humido radicali partium omnium.

3. Membrorum tremoribus ſubvenit, & paralyſi, torpori, & caro, & omnibus cerebri morbis, ex pituita, & ſeroſis humoribus provenientibus propter eandem rationem.

6. Pectus & pulmones eadem etiam ratione à craſſis, & pituitoſis humoribus vindicat, externeque cutis vitia illita tollit. Doſis gr. 6. aut 7. in ſyrup. juſculis aut cum panis mica in f. pilularum.

℥. Eſſent. Halicacabi. Fabr.

Succus fructum halicacabi digeratur in vaſe vitreo colli oblongi, ut ſublimatione ſal accipias volatile. Poſt &c. Spiritum ardentem ex ſucco fermentato extractum & diſtillatum atque rectificatum, conjunge cum ſale ſuperiori, addeque ſal fixum radicis halicacabi foliorumque, atque uni.

Vires & Vſus.

Regium morbum & icterum curat, veſicæ vitia, diſuriam, ſtranguriam ſanat, reneſque purgat. Doſis ʒ. ß. ad ℈ j. in ovo ſorbili cum terebint.

De quinta eſſentia Hellebori. Fabr.

Colligendum eſt helleborum nigrum, menſe Octobri, in maxima quantitate, & comburendum eſt, & ex cineribus ejus ſal eſt eliciendum, ſumma cum induſtria, methodo prædicta ſal autem iſtud reſervãdum donec alia peracta ſint, quæ ex helleboro extrahenda ſunt antequam arcanum hellebori perficiatur, colligendæ ſunt radices hellebori eodem ipſo tempore & menſe Octobri, ut ſupra, & folia etiã, & mundata omnia à terreis excrementis contundenda ſunt, in mortario marmoreo, cum piſtillo ligneo, & exprimendus eſt ſuccus, ſuccus hic expreſſus, dividendus eſt in duas partes, ſumendæ ſunt tres aut quatuor libræ & phialæ vitreæ includendæ, aut vaſi alio vitreo oblongi colli, ut digerãtur lentiſſimo igne, per quindecim

decim dies his elapsis distillandum est in balneo mariæ, quicquid poterit distillari, & distillatum rursus refundendum pati, quæ in fundo alembici remansit, & filtro traiiciendũ est omne & prelo cõprimendum est, quicquid poterit extrahi succulentũ: deinde mediocriter evaporandum est aliquid humiditatis, reliquum verò in loco frigido collocandum, ut coeat in salis crystallos, quæ lotæ servandæ sunt & custodiendæ, ex succi verò altera parte quam divisimus, extrahendus est spiritus methodo prædicta, in capite primo huius libri. In hoc spiritu solo & puro, solvendæ sunt crystalli illæ reservatæ, & septies invicẽ distillandæ, huic distillato, cõjungendũ est, sal purũ illud fixũ, quod etiam reservare jussimus, quod ex cinerib⁹ hellebori extractũ est, & sic omnia permiscenda sunt, & vasi claudenda vitreo, addendo aliquid spiritus rosacei, aliquibus granis ambari & Moschi impregnati.

Vires & Vsus.

Catarrhos, apoplexiam, epilepsiam vertiginem, & alia vitia tollit, si semel in mense ℈ j. sumatur cum jusculo aut ovo sorbili, autaq. cin. senibus singulis septimanis prodest.

Quinta Essent. Hum. Carn. Fabr.

Carnis human. ℔ iij. sumantur ☉ in m. eunte, & initiciantur in opt. Vini Spir. ad emin. 4. digit. stent clausa per 4. dies. Deinde caro sumatur & irroretur Spir. Salis in catino vitreo. Catinus servetur apertus in umbra, in loco ubi pulvis nec aliæ festucæ carnem inficere possint: dum autem caro maximam spiritus salis copiam ebiberit perquàm optimè desiccandam permittes in eadẽ umbra & simili catino, versata semper undiquaq; carne: hæc caro sic condita summũ est humanæ naturæ: solatium & vitæ suæ propugnaculũ. Reservari potest in conservis vitreis ad usus suos; nihilominus tamen potest adhuc efficacius præparari, & in quintam essentiam redigi hac methodo. Sumatur huius carnis sic conditæ ℔ j. & in pulverem redigatur, pulvis hic infundatur in perquàm optimo vini alchoole, in eo scilicet, quod per circulationem fragrantissimum odorem adeptum est, & maneant in digestione lentissima balnei per quindecim dies, donec tingatur in colorem sanguinis spiritus vini. Tinctum effunde per inclinationem in aliud vas vitreum circulatorium, & clausis optimè omnibus juncturis digere circulando, per octo dies, lentissimo igne, donec feces deposuerit omnes: tinctura iterum effusa in aliud vas quod optimè claudes, feces quæ in fundo remanent prioribus fecibus conjunge, & bulliente balneo distilla ex his quicquid poterit humiditatis, illudque humidum Tincturæ priori conjunge: feces deinde comburе, & violentissimo calcina igne, donec albescant; & ex his, cum aqua cardui benedicti, aut florum tiliæ arboris, aut florum lilij convallij extrahe salem, quem calcinationibus, solutionibus, filtrationibus, & coagulationibus sæpius iteratis, in candidissimum reduces saccharum, quod conjunges priori tincturæ. Et ex hac tinctura lentissimo calore balnei extrahes humidum aliquid, donec tinctura spissitudinem mellis acquisiverit, quæ in vasis aureis digna est conservari, propter stupendas in sanitate conservanda virtutes, & in morbis quibusque pellendis.

Vires & usus quintæ essentiæ humanæ carnis.

Virtutes huius arcani reticeri merentur, quòd tot tantæque sint, ut in earum enumeratione, hyperboles suspicionem adferat lectoribus: dicam tamen omnibus morbis accommodari, & Principes omnes, & Reges eo uti debere ad longissimæ beatæque vitæ usum.

Sumitur singulis matutinis horis, jejuno stomacho, in jusculo pulli, vel sorbili ovo, ad quantitatem trium, aut quatuor granorum.

De quinta essentia Hirundinum. Fabr.

Sumendæ sunt hirundines duodecim, aut viginti aut plus, & suffocandæ sunt, ut sanguis earum integer permaneat in venis, & minutim incidendæ sunt, cum earum plumis, & imponendæ vasi vitreo distillatorio, cum parum, videlicet cum unciis quatuor aut quinque spiritus chelidoniæ plantæ, (cuius spiritus extractio docetur infra peculiari suo capite libri secundi hujus operis) & distillandæ sunt in tenui calore donec spiritus egressus sit totus, tunc enim temporis augendus erit ignis donec humor omnis ascensus fuerit, caput mortuum erit postea calcinandum fortissimo igne, donec candescat, ex cineribus cum aqua chelidoniæ Sal erit extrahendus, & purificandus secundum artem, ut præmonstratum fuit antea, & conjungendus cum humore suo egresso & aliquoties purificato, per rectificationem, redestillando septies.

Vires & Vsus.

Epilepsiæ medetur si præmisso purg. ex Croco metall. per mentem quotidiè mane sumatur ℥ j. Oculis instillata omnia oculorum vitia corrigit. Externè cum fœcibus hirundinum applicata anginam curat feliciter.

Paralysim membrorum, tremorem & torporem, ischiaticum dolorem, & arthritidem omnem tutissimè fugat, quia summopere pituitam, & serosos humores omnes evacuat.

Febrem quartanam & quotidianam, & diuturnos omnes affectus, & chronicos frequenter utendo tandem curat, evacuatis horum affectuum causis.

Sumitur ad quantitatem scrupuli unius, ad duos, in jusculis, vel aquis stillatitiis, vel syrupis, vel ovis sorbilibus, idque manè jejuno stomacho servato regimine, & custodia artis.

De quintæ essentia Ialappæ. Fabr.

Ialap est radix plantæ quæ in partibus Orientis Indiæ crescit, & est novum jam nobis medicamentum, priscis medicis incognitum & inauditum; jam verò in nostras regiones Europœas asportatum ope & industria mercatorum, qui has invisunt regiones & terras. Insipidi est saporis, quapropter facillimæ potionis, si infundatur in vinum album. Sic enim revocarunt in usus medicos moderni medici, ad curandam, aut saltem sublevandam arthritidem omnem, aliaq; mala, quæ ex pituita, & serosis humoribus ortum habent, purgat enim potentissimè hoc medicamentum serosos humores omnes, & exsiccat. In essentiam autem reducetur pari aut simili methodo ac reductum est Mechoacam, & similes habet vires, & ad eosdem curandos affectus potest adhiberi, majori tamen dosi; quia non ita potenter purgat, ac Mechoacam, sed multò benignius, ita ut sumatur absque ulla noxa ad quantitatem drachmæ unius, vel duarum in jusculis tenuibus, vel aquis stillatitiis, idque manè jejuno stomacho servato regimine, & custodia.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 355 sur 955

Quint. Essent. Lap. Aquilæ. Fabri.

Lapis aquilæ contusus & nitrum atque sulphur ana in tigillo igniantur & per 3. dies in igne retineantur. Calx aqua eluatur & edulcoretur, adde in vitro acetum acerrimum stillatitium, & vitro clauso digerendum est id omne per quindecim dies in balneo tepenti: tum demum evaporandum est acetum affusum in vitro magni oris, aut in scutella argentea; deinde post desiccationem iterum calcinandum est sal illud, in fundo remanens, & igniendum per tres aut quatuor horas; ignitum soluendum est aqua pluviali stillatitia, solutum filtrandum est ut probè depuretur, ab excrementis omnibus, filtratum evaporandũ est, & desiccandum, desiccatum igniendum, & calcinandum ut prius, donec sal habueris probe purum & nitidum, sicut cera fundens, & dulce sicut saccharum: tandem sal illud limpidum & clarum, & ad hanc perfectionem deductum connectendum est cũ spiritu vegetabili æthereo ex succo ononidis, aut saxifragiæ extracto, in balneo tepenti per duos dies, deinde servandum in phialis optime clausis ad curam absolutam calculi, tum renum, tum vesicæ. Simili autẽ methodo poterit parari arcanũ ex lapidibus calculorũ microcosmi, ex lapide Iudaico, Lyncis, spongię, Crystalli & silicibus omnibus ad eosdem usus, at sufficit hoc unicum arcanum ad vitam & methodum aliorum præmonstrandam, si quis ex lapidibus prædictis habere cupiat, propter copiam fortasse horum lapidum, qua abundat unusquisq; in sua patria.

Vires & Vsus.

1. In omnibus calculorum generibus, in quibuscumque sint locis & membris mirè efficax, sumendo singulis lunæ quadris, cum aqua ononidis, summo manè, jejuno stomacho, à quantitate drachmæ unius ad duas: potest siphunculo iniici in vesicam ad calculum disrumpendum, & miros, & stupendos præstat effectus.

Potest eadem methodo extrahi quinta essentia ex omnibus aliis lapidibus, tum preciosis, tum aliis cõmunibus, quorum virtus & efficacia centupla multiplicatur, dummodo tenui substantia includatur: crassæ enim elementorum partes, virtutes & proprietates mixtorum obtundunt.

Essentia Lap. Lazuli. Hartmann.

℞. Lap. Lazuli q. v. igniatur septies, exstinguatur in Sp. Vin. tandem in pulverem redigatur, & cum aq. Melissæ ipsius terrea recrementa eluantur, rediganturin pulverem tenuissimum & cum Sp. Vini digerantur in calore per mensem, abstrah. Spir. vini, renanentia servetur usui. dol. ♃ ß. ad ♃ j.

De quinta essentia carnis Lupi. Fabr.

Sumantur Lupinæ carnis recenter mactata ℔. x. Arsenici mineralis ℔. j. radicis siccæ Aronis sive Iarri vel Serpentariæ majoris ℔. ij. Fuliginis ℔. j. ß. aquæ Calcis ℔. vj. misceantur omnia & contundantur contundenda & incidenda incidantur, & imponantur vasi vitreo optimè clauso ad putrefaciendum in fimo tepido per mensem integrum, deinde extrahatur quicquid poterit humiditatis, in lento balnei calore, transferatur alembicum ad cineres & distillentur fortissimo igne, ad siccitatem usque, aqua distillata, ter aut quater rectificetur, feces comburantur igne ad albedinem usque, ex his extrahe Salem cum aqua Serpentariæ aut Iarri, & purificetur ultima purificatione, donec feces nullas emittat, deinde dissoluatur in aqua sua ter aut quater rectificata, & maneant in digestione tepida, per quindecim dies, deinde in lento balnei calore extrahatur omne humidum, quod eo calore ascendere poterit, reliquum quod in fundo remanebit custodi in vasis vitreis optimè clausis.

Vires & usus essentiæ carnis Lupinæ.

1. Lupum manifesta & occulta quadam proprietate curat.

2. Cancrum etiam & nolimetangere potentissimè mortificat & sanat.

3. Scrofulas evellit & ulcera quæcumque maligna, & phagedenica brevissimo tempore ad cicatricem perducit, exterius illinendo per se solum, vel cum oleo aliquo, sive cum oleo amygdalarum amararum, vel cum oleo vitellorum ovi, vel cum oleo mandragoræ, ad dolores mitigandos, quos excitat interagendum.

Q. Essent. Verm. terr. Fabr. seu lumbricorum.

Vermes in Spir. Vitriol. suffocẽtur, destillentur, ex capite mortuo f. sal & conjungatur cum destillato.

Vires & usus.

Vermes necat, fistulas curat & scabiem, scorbuticosque affectus, externè illita, internè sumta ʒ. ß. & ultra cum jusculis convenientibus.

Q. Essent Mellis. Fabr.

Mel aqua pluviali septies distillata solvendum est, & levi igne despumandum idque sæpius donec nullas in solutione emittat feces, sed clarum & limpidum una cum aqua quæ ipsum soluit, maneat. Deinde circulandum est per mensem integrum in pellicano, levissimo igne tunc demum in balneo distillandum est, quicquid distillari poterit, reliquũ verò in cineribus distillandum erit ad siccitatem usque & combustionẽ naturę terrestris, ex qua optimè calcinata, salem elicere oportet, cumq; salem mundare solutionibus multoties & calcinationibus iteratis, ut ab omni fece terrestri perqu m optimè emungatur. Sal sic præparatus & mur ãus, cũ aqua mellis quæ in balneo Marię distillata est, eaque pura & munda septenis aut pluribus distillationibus, conjungendus est, tum demum cum oleo suo, quod in cineribus distillatum est, itidẽ purum & mundum connectendum est digerendo pedetentim, ut in spissum gummi evadat quod servandum est tanquam secretum summum sanitatis.

Vires & Vsus.

Summum est sanitatis præservativum, & virium naturalium corroborativum, extrinsece & intrinsece conservat hum m corpus, unde convenit omnibus morbis.

Sumitur in vitellis ovor. n sorbilibus mane jejuno stomacho, vel in jusculis ad quantitatem dragmæ unius.

Quinta essentia nucis Moschatæ. Fabr.

Sal volatile, & oleum nucis Moschatæ (quam & alij myristicam dicunt) copiosa sunt, ita ut facili negotio extrahantur, hac methodo, postquam contusæ leviter erũt nuces moschatæ, & vaporem ferventis aquæ perceperint, aliquãdiu, prelo & torculari in sacculis, cõmittendæ erũt, & succus earũ exprimendus, qui oleũ earũ censetur, ut multis terrenis excremẽtis implicatum, quocirca est iterum, & multoties rectificandum hac methodo, oleum istud, permiscendum est,

eſt, cum optimo ſpiritu vini alchooliſato, & ambo ſimul digerenda in balneo tepido, per quindecim dies, obturato vaſe: his peractis diebus diſtillanda erunt, omnia per balneum ferventis aquæ quicquid diſtillari poterit in hac diſtillatione duo ſimul aſcendunt, ſpiritus, ſcilicet vini infuſus, & ſpiritus nucis moſchatæ ad modum ſpiritus therebentinæ clariſſimus, & limpidus gratiſſimi odoris, qui ſæpiſſime ſupernatat aquæ ardenti, & dignoſcitur tantùm ſpiſſitudine, & craſſiori albedine, nec invicem permiſcentur, etſi agitentur ſimul. Magma, verò & oleum craſſum quod reſidet in fundo alembici, in hac diſtillatione cuſtodiendum eſt, cum magmate, ex compreſſione olei primi, prelo & torculari facti, donec per deſcenſum omnia magmata diſtillentur, ſpiritus autem hic connectendus eſt, cùm novo oleo recenter extracto, prelo & torculari, & ambo digerenda ſunt, in balneo tepenti, per quindecim dies, deinde diſtillanda per balneum ferventis aquæ, & iterum affundendum magmati quod reſidet, quicquid diſtillat, per hanc diſtillationem ferventis aquæ, & hanc operationem quater aut quinquies iterabis diſtillando, affundendo, & digerendo, donec ſal volatile, nucis moſchatæ aſcendat, una cum ſpiritu in forma nivis, aut ceræ albæ, quæ leviſſimo calore liquatur, & eſt fragrantiſſimi odoris: magmata verò omnia quæ reſident ex omnibus diſtillationibus, & expreſſionibus ſimul permiſcenda, & in alembico ad deſcenſum proprio collocanda, & diſtillanda, donec comburantur, & in cineres reducantur: oleum quod egreditur rectificandum per retortam, cum pauco vitriolo, ut ab empyreumate vindicetur, & à fœtore, & ex cineribus ſal fixum extrahendum, & depurandum arte, & methodo communi, & ſimul omnia tunc temporis permiſcenda, & in balneo tepenti unienda, ut fiant unum ſervandum ad uſus.

Vires & Vſus arcani prædicti.

1. Oris ſuavitatem commendat, & fœtentis animæ exhalantis virus abolet, propter gratiſſimum, & fragrantiſſimum odorem, quem ſuo ſpiritu, & ſale volatili coërcet.

2. Lentigines, & faciei maculas omnes tutiſſimè emendat, propter ſalis ſui abſterſionem, & penetrationem, & quod ſanguinem laudatum ad faciem cõvocet, & ſpiritus qui corruptum lentiginum & macularum ſanguinem digerunt, & diſcutiunt, multiplicet.

3. Viſum acuit, ventriculum, & jecur roborat, lienem abſumit, urinam ciet, fluentem alvum ſiſtit, flatus diſcutit, frigidiſque uteri affectibus, mirificè prodeſt, nervorum, & articulorum diuturnis doloribus à frigore excitatis utiliſſimum eſt, & ad Veneris excitandos ſtimulos maximè expetitur, quia ſummopere excalfacit, & auget calorem nativum, & ſpiritus vitales & animales, qui ſunt omnium actionum & functionum authores.

Sumitur ad quantitatem guttarum decem ad duodecim in juſculis, vel in aquis ſtillatitiis morbo appropriatis, & convenientibus: vel miſcetur unguentis, aut per ſe applicatur exteriùs tepidè, partibus affectis cum linteis eo arcano madidis.

De quinta eſſentia Lapidis Magnetis. Fabri.

Eſſentia ferri ſuperius tradita, Capite ſuo peculiari, ſumenda eſt, ut eſſentia magnetis integra, & incontaminata haberi poſſit, in eamque eſſentiam puram & limpidam, magnetem affundes pulveratum, & in alchool reductum in phiala oblongi colli: orificioque obturato in balneo tepenti digeres per noctes & dies quindecim. His peractis impones retortæ, luto munitæ, & ad cineres diſtillabis, ſervatis ignis gradibus, primò lentus erit ignis, medio mediocris, ultimò fortiſſimus: caput mortuũ ſeu magma, quod remanet in fundo retortæ poſt diſtillationem eximendum eſt, fracta retorta, & pulverandum, & in tigillo, fortiſſimo igne, & per diem integrum continuò calcinandum: tum demum fortiſſimo, & acerrimo aceto ſolvendum, & ſal ex calce extrahendum eſt, & permultis lotionibus, & calcinationibus ad ſummum candorem perducendum, aut tandem ad majorem perfectionem ad rubeum colorem, & ſolutionem facilem conducendum: hoc ultimò ſal cõnectendum eſt cum eſſentia ferri, ſpiritu magnetis impregnata, & digerendum per tres aut quatuor dies balneo tepido, & per balneum abſtrahendum eſt diſtillatione quicquid poterit aſcendere. Reliquum verò digerere oportet in igne levi & continuo, donec fixum ſit omne, ita ut per diſtillationem fortem aſcendere non poſſit, at in fundo vaſis diſtillatorij maneat fuſum, & liquatum tanquam metallum, aut Salpetra liquata, cuius humidum adeò ligatum eſt ſuo ſucco, ut vi ignis ſeparati non poſſit, niſi carbonibus immediate tangatur: hoc prædictum deinde arcanum ſummopere cuſtodiendum eſt tanquam miraculoſum in curandis vulneribus & ſiſtendis omnibus ſanguinis fluxibus, ut experientia certum fiet.

Vires & Vſus.

1. Ferrum quocumque modo ligatum ligno, & parietibus affixum violentiſſime ad ſe trahit, ita ut magicum videatur inſtrumentum, propter ſympathiam quam hæc eſſentia cum ferro habet.

2. Cum hoc arcano artificium quod ſtupendum & miraculoſum deſcripſimus in noſtro Palladio ſpagirico, capite quinto de calcinatione mineralium, perficitur, & ſtupendos vides effectus.

3. Dyſenterias, Lienterias, diarrhoeas omnes certiſſime & tutiſſimè ſanat & curat, propter adſtringẽtem & ſtipticum ſalem quem in ſe continet qui catarrhos omnes ſiſtit, & humores aquoſos & ſeroſos exſiccat & exhaurit, & propter oleum dulce, quod acrimoniam humorum temperat & emulcet.

4. Sanguinis etiam omnes excretiones, & ejectiones, hepaticum fluxum, & vulnerum hæmorrhagiam ingentem & ſtupendam compeſcit, & exſiccat propter eamdem rationem.

5. Vulnera etiam & ulcera quæcumq; agglutinat & ad cicatricem laudatam perducit breviſſimo tempore, propter oleum ſuum dulce, quod virtutes balſami naturalis æquat, imò ſuperat, propter ſuam coctionem perfectam & depurationem.

6. Spaſmum & ſtupores omnes membrorum curat, quia ſpiritus animales multiplicat & adauget, & calorem naturalem & vitalem partim fovet & nutrit.

7. Hydropiſim curat, quia ſeroſos omnes humores, & aquoſos exhaurit & exſiccat ſua ſiccitate, & in corruptionem abire non ſinit propter ſalem & balſamum.

8. Spleniticis ſummopere prodeſt, imò tandem curat, propter eamdem rationem, & quia attenuat ſanguinem & depurat, exhauſtis ejus ſchoribus & ſeroſis humoribus corruptis & putridis.

9. Alope-

9. Alopeciam curat inuncto capite, quia calorem naturalem & vitalem pericranij adauget & fovet, & sic convocat humores nutriendis capillis idoneos & aptos.

10. Si domus fumigetur hoc arcano, omnia susquedeque verti videbuntur; ita ut fugiant omnes morantes in ea, quia fumus ejus ad cerebrum devectus inebriat, & spiritus animales adeò multiplicat & adauget ut cerebri ipsius substantia, & oculorum tunicæ & humores subsultent.

Sumitur in quantitate modica, ad scrupulum nēpe dimidiū, aut ad guttulas decē aut duodecim in vino optimo, vel in aquis appropriatis morbo curādo, idque manè, jejuno stomacho; vel applicatur exteriùs per se vulneribus & ulceribus, & partibus dolentibus calide, superpositis linteis, vel miscetur unguētis, aut butyro, aut oleis & essentijs, & arcanis aliis morbo curando appropriatis, ad majorem efficaciam: & sic stupendos videmus effectus.

Essent. Margar. Hartm.

℞. Sal ope Aceti destill. paratum ex Margaritis, purificatumque Solve in Aq. pluviali vel rore majali, destillandoque abstrahe humiditatem, & tamdiu donec Sal fiat dulce. Hoc sal digere per 10. dies cum Spir. vin. ad emin. 2. digitorum. Sic Margaritæ cum tempore Essentiam suam instar olei ad superficiem Sp. vini remittent, quam exime & affunde novum spiritum. Tandem essentias cum Sp. vini circola, & Sp. vini separa levi destill. Dosis gr. ana ad 14.

Quintia essenta Mechoacam. Fabr.

Mechoacam cum radix sit mucosa valde, & glutinosa, cavendum est in extractione ejus essentiæ, ne infundatur in aquam, quia fere tota dissolvitur, & sic purificari non potest, quia nunquam clarificatur, nec ad hypostasim pervenit. At pulveratum Mechoacam infundendum est cum spiritu vini alchoolizato, & digerendum per quindecim dies, aut mensem integrum, in balneo tepido, donec hypostasim dimittat, tunc tēporis per inclinationem clarum separandum est à turbulento. Turbulentum verò filtro denso, & spisso committendum est, ut quicquid est humiditatis per ipsum transmittatur, & clarificetur. Magmati verò superstiti infundendus est iterum novus spiritus vini alchoolizatus, & digerendus per octo dies, in balneo tepido ut prius, & post digestionem, & filtrationem humiditatis infusæ, novus iterum infundendus est spiritus, & digerendus per quatuor dies. His peractis filtrandus est ille spiritus infusus, & prioribus conjungendus, & simul distillandus levissimo igne, donec magma sit ad consistentiam mellis, & hæc operatio repetenda est, donec magma, ꝙ relinquitur in fine distillationis in fundo alembici, nullas emittat feces in solutione, sed solvatur absque ullis fecibus. Hoc magma sic purificatum servandum est, & connectendum cum oleo ex Mechoacam recenti per descensum extracto, & rectificato, & ab empyreumate vindicato, beneficio vitrioli ad rubedinem calcinati, ut dictum est superius. Et cum oleo, & magmate connectendum etiam est sal fixum, quod extrahetur ex magmate combusto, ex quo oleum elicuisti: sed purum, & nitidum, & ab omni excremēto terrestri vindicatum, & sic essentia erit absoluta, & servanda erit in phialis vitreis optimè clausis.

Vires & Vsus.

Arcanum est mirum in omni Mania, phrenitide & melancholia curanda; humores enim melancholicos, & adustos, meninges infestantes foras deiicit, temperat, & in alienam mutat substantiam, & si post purgationem hanc dentur guttulæ nonnullæ olei argenti fiet absoluta, & tutissima curatio.

Paralysi quoq; medetur, febrem quartanam & alias diuturnas. Dosis ℈ j. ad ℈ ij. in jusculis vel aquis still. aut syrup.

Q. Essentia Marchasitæ aur. Fabr.

Marchasit. aur. in pulv. redactæ cum æquali pondere salis commun. decrepitati & depurati, imponēdæ sunt in retorta luto munita cum recipiente. f. destillatio servatis ignis gradibus, donec exeant omnes spiritus sulphurei tum salis, tum marchasitæ in vas recipiens, & fiant aqua acetosa valdè: his peractis magma quod residet in fundo alembici erit à sale vindicandum per lotiones aquæ dulcis multories iteratas, donec aqua saporem salis non habeat: marchasita sic depurata cum pari quantitate & pondere simili salis petræ erit connectenda, & vasi fictili fortissimo imponenda, & ignienda cum carbonibus, donec salpetra omnis abierit, & detonaverit, tunc iterum marchasita erit lotionibus aquæ dulcis, ut prius à sale vindicanda, & depuranda. Pulvis deinde tenuissimus marchasitæ, phialæ oblongi colli impositus, obturato osculo luto optimo, in igne reverberii, per mensem erit custodiendus, donec colorem rubeum acquirat; tunc auferes, & huic pulveri rubeo affundes suum spiritum, septies rectificatum, & digeres simul in balneo tepenti, donec spiritus coloretur, coloratum per inclinationem auferes, & novum addes spiritum, ita ut quatuor digitis emineat, & digeres ut prius, donec coloretur: postquam totam tincturam habueris, digeres in balneo per quindecim dies; deinde distillabis per retortam ter aut quater, & oleum rubicundissimum ex his distillationibus egrediens, servabis ad usus, unà cū suo spiritu, qui à phlegmate vindicatus facile negotio cum tinctura connectetur, & difficillimè separantur.

Vires & Vsus.

1. Arcanum est mirum in curandis scrofulis, ulceratis, & non ulceratis; resoluit enim durum, & cancrosum omne extinguit & mortificat, suo tenui spiritu, & sale volatili, qui residet in ejus oleo, non est causticum & urens medicamentum si rite præparetur, & intrà corpus sumi potest.

2. Purificat interius sumptum sanguinem, purgando eum à mucosis & serosis ejus humoribus per sudores, & urinas, calore centrali suo, qui in ejus sulphure liquido, & in oleum verso, & sale latitat: hinc vitia totius sanguinis corrigit, & emendat.

3. Scabiem omnem tollit, & cutis omnes excoriationes, solo illitu exteriori; quia salitum humorem cutem excoriantem, dulcem facit, suo sale dulci, & oleo perfectissimè cocto.

Sumitur ad quantitatem guttarum decem in jusculis, vel applicatur exterius, & miscetur unguentis, vel aliis oleis scabiei convenientibus.

Q. Essentia Myrrh. Mastich. Thuris. Fabr.

Sumatur ℔. j. laventur Spir. Vini, affund. Spir. Terebint. ad pondus omnium, diger. in baln. per 15. dies, destill. lento igne, ut seperetur spiritus terebintinæ affusus, & iterum affundes, & digeres per quatuor dies, his peractis; distillabis, levissimo igne, ut spiritus iterum therebentinæ separetur, deinde mutato recipiente continuabis distillationem, donec

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 358 sur 955

nihil amplius distillari possit : magma quod residet, extrahes, & combures fortissimo igne, ex cineribus ejus extrahes salem fixum quem depuratum arte, & methodo communi oleo conjunges, tincturam autem florum verbasci & hypericonis, spiritu therebentinæ extractam his addes, vel ut labore isto careas, spiritus therebentinæ qui affunditur & digeritur una cum myrrha, thure, & mastiche tinctus erit floribus illis, verbasci, & hypericonis, ut distillando deponat tincturam in oleo eorum, sic servabis illud oleum balsami naturale vires proximè æmulans.

Vires & Vsus.

1. Si istud oleum connectatur cum arcano Aristologiæ rotundæ, & consolidæ majoris superius extractum, capite 35. hujus libri, perfectissimum, & absolutum erit balsamum, ad curanda quæcumq; vulnera recentia, & inveterata, & in ulcus transmutata, simplicia, & composita, propter oleum suum, quod calore nativo temperatissimum, humido radicali nostro, amicissimum est, & ferè simile, unde citò deperditum reparatur, apposita eadem aut saltem simili natura.

2. In curanda dysenteria, & quocumque alui fluxu, cum oleo martis, aut croco ejus permixtum nihil est potentius, quia sistit catarrhos omnes, & humores acres temperat, ulcusque, si quod sit in intestinis, brevissimo agglutinat tempore, tum injectum per clysteres, tum per os assumptum.

Sumitur à quantitate scrupuli unius, ad duos in aquis morbo convenientibus, & appropriatis, vel applicatur exterius per se solum tepidè cum gossipio, vel miscetur unguentis, & balsamis vulnerariis, & applicatur arte, & communi methodo.

Quinta Essentia Melissophyll. Fabr.

Vernante tempore colligendum est melissophyllum, & contundendum, ut maxima copia succi extrahatur, & pauco spiritu vini addito reponatur in phialis vitreis in loco frigido, ad defervendum, per mensem saltem unum, postquam deferuerit distillandus erit ille succus lenissimo igne: sic enim spiritū æthereū extrahes flagrantissimum qui rectificatus, & à phlegmate vindicatus per aliquas distillationes iteratas, erit custodiendus, in phiala optimè clausa. Magmati verò residuo ex hac distillatione affundes spiritū vini alchoolizatum, & ab omni phlegmate vindicatū ad eminentiam quatuor digitorū: spiritus æthereus melissophylli aptior & melior quidem esset spiritu vini, ad hanc operationem faciendam, sed quia paucus est, & preciosus, consulo tibi, ut loco illius utaris spiritu vini alchoolizato: postquam affusus fuerit spiritus vini magmati, in phiala optimè clausa, illū collocabis in digestione & digeres per quatuor aut quinq; dies. His peractis, distillabis spiritum affusum, donec striæ cessent. Deinde si quid phlegmatis ascēdat proiicies; cave tamen ne ad eam succitatem deveniat magma, ut cōburatur, & empyreuma redoleat, quia totum disperderetur. Reaffunde deindè spiritum distillatū, & digere per duos dies in cineribus tepidis, deinde distilla lenissimo igne, reaffunde iterum spiritū, separādo in unaquaq; distillatione aliquid phlegmatis quantum fieri potest, & digere per duos dies, & distillando hanc operationem iterabis donec ascendat spiritus vini, cum sale volatili melissophylli, quod ter aut quater rectificabis cum spiritu vini distillando, & conjunges spiritui suo æthereo superius reservato. Tū demum habebis magnam copiam melissophylli exsiccati in umbra vel Sole, & corticis citri magnā etiam copiam, simili modo exsiccatam, & impones vasi terreo aut cupreo ad descensum proprio, & distillabis violentissimo igne, donec comburatur melissophyllum, & cortex citri, & in cineres reducantur albissimos, oleum deinde quod distillatum erit per hanc distillationem separabis per infundibulum ab aqua fœtida, & empyreuma redolente, & rectificabis in retorta cum vitriolo ad rubedinem calcinato ter aut quater, mutato in singulis rectificationibus vitriolo, donec empyreuma deposuerit oleum. Oleum sic rectificatum effundes super corticem recentem citri ut fragrantissimum acquirat odorem, per quindecim aut decem dies. Deinde separabis oleum à cortice per expressionem, & distillabis iterum, & sic præparatum spiritui æthereo melissophylli, & sali volatili connectes. Sal verò fixum ex cineribus melissophylli, extrahes per solutiones, calcinationes, filtrationes, & evaporationes multoties iteratas, donec candorem, & puritatem summam acquisierit: tum demum conjunges etiam hunc salem sic depuratum, aliis prædictis ex melissophyllo extractis, & servabis ut mirum arcanum, cui si aliquid olei cinnamomi & gariophyllorum conjunges, majorem acquiret in actione potentiam.

Vires & Vsus.

1. Omnes sensus internos summopere acuit, & præcipuè memoriam quam felicissimam reddit, quia cerebrum ab humiditatibus expurgat, & roborat summopere spiritus animales, & multiplicat.

2. Animum hilarem reddit, tristitiam q; fugat, & humenti ac frigido ventriculo auxiliatur, & ejus co ‡ coctionem adiuvat, quod calorem naturalem mirificè foveat, & nutriat.

3. Deficientem animum revocat, cordis imbecillitatē roborat, eamq; præsertim, qua somnus frequentius nocte intercipi solet, quod sit caloris naturalis, & vitalis fomes, & spiritus multiplicet.

4. Animi sollicitudines fugat, ac sollicitas imaginationes tollit, quæ tum ab atra bile, tum ac exusta pituita gignuntur; quia aucto, & multiplicato calore naturali hæc omnia evanescunt, ut apparet in adolescentibus qui propter copiam caloris ejusmodi, paū habent sollicitudinis, & in ebriis, qui propter eandem rationem absq; sollicitudine sunt, cum vinum multiplicet calorem.

5. Pestiferæ auræ vitia corrigit, si inspergatur per domos peste infectas, quia odore gratissimo suo cerebrum mirificè, & cor roboret, ita ut facillimo negotio resistat vaporibus & exhalationibus pestiferis, unde succurrit summopere peste affectis.

Sumitur jejuno stomacho manè; à quantitatum ℥j. ad ℥ij. in aqua cinnamomi vel aniss, vel in spiritu vini, vel aqua stillatitia melissophylli, vel in succo citri & limonum, vel cum aqua theriacali, in peste fugānda.

De quinta essentia Mentha. Fabr.

Colligetur Mentha mense Iulij, & ex ea per expressionem extrahetur succus in maxima copia, qui recondetur in vasis vinariis, & reponetur in cella vinaria in loco frigido, ad defervendum: postquam deferuerit distillabitur succus lenissimo igne cinerum, donec striæ cessent, hoc enim est signum quo dignosci potest, spiritū ascensum fuisse omnem, qui quater aut quinquies rectificatus, ut vindicetur à phlegmate aquoso custodiendus erit, donec conjungatur cum reliquis quæ extrahi debent ex mentha, imprimis sal

volati-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 359 sur 955

volatile quod est in maxima copia magmati ex præcedenti distillatione residuo: huic ergo magmati affundes spiritum tuum jam phlegmate vindicatum si copiosum habes, aut vini spiritum loco illius, ad eminentiam quatuor aut quinque digitorum, & digeres per quatuor aut quinque dies, in cineribus tepidis, aut balneo tepido: deinde distillabis donec striæ cessent: separato phlegmate ☿ deinde ascendit, ascensum spiritū iterū affundes magmati residuo, & humecti, & digeres per duos aut tres dies in balneo tepido: deinde distillabis & hanc distillationem & digestionē multoties iterabis, separato phlegmate in singulis distillationibus, donec sal volatile ascendat, quod ter aut quater rectificatum cum spiritu suo connectendum est, & servandum, donec sal fixum, & oleum habueris ex mentha. Mentham ergo siccam, & aridam maxima in copia immittes in urnam fictilem terream aut cupream, eamq; mentha replebis ad collum usque, & comprimes ut majorem copiam capiat urna, quantum fieri poterit: tum demum linteo madido collum urnæ cooperies, aliamque urnam vacuam omnino mentha, sed solum aqua fontana perlimpida semiplenam submittes, & conjunges alteram alteri, ita ut os urnæ plenæ mentha, subintret os alterius urnę, aqua fontana semiplenæ, & sic unitas urnas, juncturis per optimè lutatis, in terram sepelies facta fossicula, donec urna semiplena tota sepeliatur, & plena mentha usq; ad medietatem etiam sepeliatur, terra aut arena madida undiquaq; suppositā. Deinde coronam lapidum facies instar putei oculi circa urnam mentha plenam donec altitudine æquet urnam in medio coronæ stantem: hanc coronam replebis carbonibus ardētibus, ligniscq; impositis ignem per quatuor aut sex horas continuabis. Peractis horis, ignem augebis, & totam urnam carbonibus ardentissimis cooperies, & hunc ignem violentissimum per duas aut tres horas continuabis. Tunc frigefactis vasis, & sejunctis, & separatis, separabis oleum ab aqua per infundibulum quod reperies in urna aqua semiplena, quæ submissa fuerat alteri mentha plenæ. Oleum hoc rectificabis in retorta cum pauco vitriolo ad rubedinem calcinato, idque ter aut quater mutato singulis vicibus vitriolo ad rubedinem calcinato. Huic oleo rectificato, & ab empyreumate vindicato immittes folia nonnulla menthæ recentis, & insolabis per aliquot dies, vase optimè obturato. Deinde his expressis foliis, & oleo omni perquàm optimè emūctis, nova folia recentia adhuc iterū immittes in oleū, & insolabis, & iterabis immissionem, donec oleum fragrantissimū menthæ odorem acquisierit, quod terna, aut quaterna saltem infusione fiet. Huic oleo immittes spiritū, & sal volatile suū superius extractū. Ex cineribus verò qui reperiuntur in urna mentha plena, ex qua oleum per descensus elicitum est, extrahes sal fixum menthæ, secundum artem & methodum superius declaratam: & postquam depuratum fuerit, & ab omni terrestri recremēto vindicatum cōnectendum erit aliis superiùs extractis, & omnia simul unienda in balneo tepido digerendo per duos aut tres dies, deinde servādum est arcanum in phialis optimè clausis.

Vires & Vsus.

1. Mirum est, & stupendum, quod observatur in his omnibus arcanis plantarum in quibus adsunt, & sal fixum, & sal volatile, oleum & spiritus plantæ; si enim aliqua guttula in terram immittatur, tempore convenienti, & in terra huic plantæ ferendæ idonea, nascetur in tempore debito eadem planta, à qua arcanum verè dici possit, semen plantæ æternum & incorruptibile, & sit resurrectionis nostræ symbolum rude, & aliqua effigies.

2. Singultus, vomitiones, choleraſque sedat, quod summopere ventriculum roboret & ab omnibus vindicet excremētis quæ ipsum interturbare possunt.

3. Lumbricos omnes, & ventris tineas teretes enecat, sola externa ventris inferioris perunctione, suo sale tum fixo, & volatili, tum spiritu suo, quæ omnia corruptionem impediunt omnem, & sic animacula illa interimunt.

4. Capitis dolores omnes qui per sympathiam ventriculi malè affecti, oriuntur, mulcet & curat, quia ventriculum ut diximus ab omni liberat malo.

5. Rabidorum canum morsibus tutissimè succurrit, si recens vulnus eo arcano lavetur, & impositō gossipio eo arcano madido, per aliquod tempus madefiat, quod sal menthæ tum fixum, tum volatile, venenum omne enecet, & aliam immuret substantiam, unde pestiferis omnibus etiam morbis succurrit, & intoxicatis omnibus medela summa est, sed prius ad vomitum compellendi sunt ægri, tum demum nostro arcano utendum.

6. Tumores omnes duros & scirrhosos discutit & dissoluit, & phlegmonas ad suppurationem perducit, & buboni pestilenti summa est medicina, tum quia veneno resistit, & materiam pestilentem coctu, & maturatu difficilem ad pepasmum perducit, idque suo sulphure balsamico.

Sumitur interiùs ad quantitatem scrupuli semis, in aquis cinnamomi, anisi, feniculi, menthæ, vel in spiritu vini, & exterius applicatur locis affectis tepidè, gossipio vel linteo madido eo arcano superimpositō.

Quinta Essentia medullarum omnium. Fabr.

Medullæ omnes miram habent, & summam penetrandi facultatem, absque ulla præparatione, & præstant in penetrandi actione, axungiis & oleis, per expressionem factis; quia eorum substantia ex se ipsa, subtilior multo est, his omnibus: itaque, si in essentiā reducantur, adhuc potentiorem habebunt agendi vim, & citiores producent effectus, itaque ut in essentiam reducantur, sequentem observabis methodum. Colligetur maxima copia medullæ cujuscumq; animalis volueris, in plenilunio, & in retortam impones, cujus pars media sit plena, & illi recipiente perquam optimè juncto, juncturis optimè clausis, in igne cinerum collocabis ad distillandum, auctis gradibus pedetentim ignis, donec cesset distillatio, oleū distillatum rectificabis per aliam retortam, ter aut quater, cum pauco vitriolo, ad rubedinem calcinato impositō, in singulis distillationibus, sic enim oleum penetrandi summam acquiret facultatem, & omne empyreuma deponet. Cui oleo sic rectificato ad majorem vim & facultatem addes salem fixum, purum, & ab omni terrestri excremento vindicatum ejusdem animalis, ex quo medulla extracta est, & sic arcanum facies stupendum, ad sedandos quoscumq; dolores arthriticos, & ad discutiendos, tumores duros & frigidos, & resolutioni renitentes. Valet enim medulla omnis & oleum ossium, & sal fixum eorumdem, ad hæc prædicta, excellit tamen omnibus, medulla humana, & sal fixum, & oleum ex ossibus humanis extractum, ad sedandos hos & similes dolores. Medulla vero equina, & sal, & oleum ex equorum ossibus extracta, mitificè discutiunt, tumores scirrhosos, o-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 360 sur 955

mnes & præduros, qui in tibiis equorum nobilium ſæpiſſimè enaſcuntur, maximo incommodo, & detrimento, regum, & principum qui tales equos maximo habent pretio, & ſummis delitiis, callos etiam præduros emolliunt, & diſcutiunt, qui in pedum digitis, hominibus ſolent enaſci.

2. *Eſſentia Myrobal. Fabr.*

Sumantur Myrobal. indantur in alembicum ad deſcenſum proprium, & violentiſſimo igne deſtill. Aqua ſeparetur ab oleo, hoc rectific. cum vitriolo ad rubed. calc. in retorta donec empyreuma amittat. Deinde ex ciner. Myrob. extrahe ſal fixum, & junge cum oleo. Tunc nova ſume myrob. & in pulverem tenuiſſimum reduces & phialæ indes, his addes infundendo aquam ſervatam ex extracto Senæ, & Rheubarbari, & Agarici, ad eminentiam ſex digitorum: phiala optimè clauſa, id omne digeres in igne digeſtionis tepido, & lento, per menſem integrum: peracto menſe infuſum per inclinationem, à magmate ſeparabis, & filtro committes, ut perquamoptimè depuretur: deinde diſtillabis leniſſimo igne, donec infuſa aqua ferè tota aſcenderit, & relinquat magma in fundo alembici in conſiſtentia mellis, cui reddes frigefactis vaſis (ſi vitrea ſint) aquam diſtillatam, donec magma diſſoluatur: diſſolutum digeres per octo dies, in igne tepido, & lento ut hypoſtaſim ſeponat, quam per inclinationem lentam ſeparabis, & filtro omne committes ad depurandum: deinde diſtillabis ut prius, ad conſiſtentiam magmatis, ad ſpiſſitudinem mellis: aquam diſtillatam iterũ reddes magmati ut iterũ diſſolvatur, & digeres, per quatuor dies, donec hypoſtaſim omnem depoſuerit, & filtro committes & demum diſtillabis, ad conſiſtentim iterum magmatis ad ſpiſſitudinem, mellis ſimilem, & eamdem operationem iterando, ter ſaltem aut quater, donec magma perclarum evadat: tunc demum quieſcendum eſt à purificatione magmatis, cui tunc temporis perclaro, & nitido connectendum eſt oleum, & fixum ſal ſuperius reſervata, cum aliquibus guttulis olei cinnamomi, & gariophyllorum ad odoris & ſaporis conciliationem, & ſic cuſtodiendum eſt medicamentum mirandum in phialis vitreis, aut aureis, ad uſus.

Virtes & Vſus.

1. Arcanum ſummum eſt ad ſenectutem remorandam, modò ſit ejus frequens uſus: totius corporis colorem facit elegantiorem, corporiſque odorem jucundum conciliat, hilaritatemque affert: ventriculum, cor, & jecur roborat, quòd vitæ fomitem & humidum radicale, ſale ſuo fixo roboret & reſtauret.

2. Confert hæmorrhoidibus, & bilis fervorem reprimit, ad oculorum collyria mirè efficax, ad viſus claritatem & acumen efficiendum, quòd roboret & augeat vitales & animales ſpiritus calore ſuo balſamico.

3. Oculorum inflammationes, lacrymas, defluxioneſque reprimit, ſiſtit, & cohibet, quod bilis acrimoniam, oculorum tunicas pungentem & vellicantem demulceat.

4. Ulcera quæcumque, tum recentia, tum vetera, breviſſimo conglutinat tempore, quòd ſummè abſtergat, & humores defluentes corrumpi non ſinat ſuo ſale, & ſuo oleo agglutinet tanquam balſamo.

5. Intellectum & omnes ſenſus internos mirificè clarificat, & perficit, adauctis animalibus ſpiritibus, qui ſunt internorum ſenſuum inſtrumenta præcipua.

6. Datur utiliter & aqua intercute laborantibus, & febribus diuturnis quod ſalem, ſolutum in corpore & corruptum foras trahat, aliumque corrumpi non permittat, beneficio ſui ſalis & olei.

7. Trahit utramque bilem, præſertim exuſtam, confert membrorum tremoribus. Iuvat & elephantiacos, mœrores aufert, & quartanam ejus frequens uſus tandem fugat, quod ſubſtantia radicalis ejus arcani, contrarietur omnino cauſis horum affectuum, & foras pellat horum cauſas internas efficientes & materiales.

8. Vomitiones cohibet, & cibi appetentiam invitat, quod ventriculum roboret & expurget ab omnibus ſeroſis, & pituitoſis humoribus.

Sumitur in juſculis & ſyrupis morbo appropriatis & convenientibus ad quantitatem drachmæ unius in infantibus, in hominibus verò, & qui virili vigent ætate, à quantitate unciæ ſemis, ad unam integram, idque manè, jejuno ſtomacho, ſervato regimine, & omni cuſtodia artis. Vel poteſt miſceri cum arcano ſcammonij, ut minor ſit doſis & gratior, ad quantitatem drachmæ unis, cum ſcrupulo unico, aut ſemiſſe, arcani ſcammonij, & ſic erit gratiſſima potio & potens, nec tamen moleſtans.

Eſſentia Croci Martis Cr. Aug.

℞. Scoriam ferri cœruleam, tere in pulcerem minutum, pone in vitro, aff. acetum vini diſt. acerr. ſtet. in cal. med. per 14. dies, & tingetur colore rubro, filtra & abſtrahe in baln. remah. materia rubra, à qua ter vel quater aqua pluvialis abſtrahitur, ut ſapor aceti evaneſcat. Conducit in ſiſtendis fluxionibus, intempeſtivis menſtruis, dyſent. diarrh. hæmorrh.

Eſſentia Martis liquid. Auguſt.

Ferrum limatum candefac igne valido aut in crucibulo aut olla, excandeſcens limatum ferrum exinque in ſ. q. aceti acerr. reiteretur prædictus labor quinquies, acetum filtra & impone cucurbitæ, abſtrahe acetum in balneo ad lat. 3. digitor. remanentis aff. Spir. vini, extrahatur eſſentia & abſtrahatur.

Eſſentia Ferri Freitag.

Nonnconcinnè chalybis in ſulph. ſoluti pulveri affunditur acetum deſtillatum vel radicatum & reiterata affuſione eſſentia extrahitur, quæ deſtillatione ſeparatur, & ſpiritu vini denuo ſolvitur, quo abſtracto affunditur ſuccus pomorum ſubacidorum aut granatorum. Hæc eſt vera chalybis eſſentia.

Quinta Eſſentia ad memoriam.

℞. *Myrobalan. chebul.*
Emblicorum
Bellericorum
Iudorum } ana ʒ ij.
Piperis nigri
Piperis longi
Caſtorei
Coſti
Anacardii } ana ʒ vj.
Sem. nigellæ

Baccis.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 361 sur 955

Baccarum lauri, Cyperi } an. ʒ. iv.
Spiritus vini q. suff.
Fiat cum Tinctura sacchari Essentia memorialis.

Quinta Essentia ad memoriam præstantior.

℞. Myrobal. citrinorum, Chebulorum, Indorum, Bellericorum, Emblicorum, Epithymi, Mei } ana ʒ iij. ℈ j.
Caryophyllorum, Squinanthi, Rhei pontici, Masticis } ana ʒ ij.
Aloes ʒ j. ß.
Iridis, Cassiæ } an. ʒ vj.
Zingiberis, Anacardij, Carpobalsami } an. ʒ iv. ß.
Folij, Spicæ Nardi } ana ʒ iij. ℈ j.
Cort. Rad. fœniculi ℔ j.
Spiritus vini q. suff.
Fiat extractio Tincturæ, & l. artis Essentia pura, cujus ʒ j. cum aquæ magnanimitatis ʒ j. fit egregium Medicamentum in oblivione & deperdita memoria.

Q. Essent. Oss. hum. Fabr.

Ossa humana per octo dies infundantur in vino generoso, fiat exinde oleum per descensum, quod septima distillatione per retortam erit rectificandũ, ut penetrandi summam acquirat potentiam: feces seu caput mortuum, quod remansit in distillatione per descensum, fortissimo combures igne, & ex calce illius elicies Salem cum aqua ebuli. Purificatus hic sal nitidus & purus, conjungendus est cum oleo suo, & incorporandus, quod facillimè fiet, modò Sal nitidus sit, & oleum summopere depuratum. Hæc autem conjunctio si fieri potest ad majorem efficaciam facienda est, dum Sol arietem ingreditur, quod fit vigesima prima die Martij, uniuscujuscumque anni, similisque conjunctio observanda erit in Sale cranij humani cum spiritu vitrioli dulci. Tunc enim temporis partes omnes solidæ corporis humani succulentiores sunt, & plus humidi habent radicalis, quàm alio quovis tempore: addam quòd capiti Aries prædominationem quandam, & itradiationem vim inferentem habeat, & cum à capite, saltem à cranio, ossa omnia habeant originem, siquidem spinæ dorsi connectuntur, & spina capiti: ex consequenti Aries etiam omnibus ossibus vim inferet, & potissimum dum Sol conjungitur.

Vires & Vsus essentiæ ossium humanorum.

Non datur in rerum natura potentius medicamẽtum ne dicam balsamum prædicto, ad curandos & sedandos quoscumque dolores arthriticos: cariem etiam citissimè tollit & omne ossium vitium corrigit. Applicatur autem tepidè balsami more cum gossipio partibus affectis: ad curandam autem arthritidem, purgandum erit corpus prius ter aut quater, pillulis ex Mercurio Spagyricè præparato, cum quibusdam granis extracti elleb̃ori, & tunc temporis mirandos videbis effectus.

Quinta Essentia Papaveris & Hyoscyami. Fabr.

Papaver sativum colligendum est, & hyoscyamus pari quantitate & mole, & ex his succus torculari, & prælo exprimendus est in maxima copia: huic permiscendus est vini spiritus ad sextam saltem partem, ut citius deferveat, quia frigidi, & aquosi valdè hi succi sunt & tarde defervent, propter paucitatem spiritus ætherei qui permiscetur eorum phlegmati: postquã defervuerit succus in vasis vitreis, & in cella vinaria, reponendus est in alembico & distillandus lenissimo igne, ad separationem spiritus ætherei, qui rectificatus ter aut quater, ut mundetur à phlegmate, reaffundendus est spiritus iste magmati suo, & digerendus, per duos aut tres dies, in balneo tepido. Deinde distillandus, & iterum affundendus, & digerendus, idque ter aut quater repetendo, donec sal volatile ascendat ex magmate, quod sal erit etiam rectificandum ad ejus depurationem: deinde custodiendum unà cum suo spiritu: ex Papavere verò & Hyoscyamo sicco & arido per descensum elicies oleum, ut ex cæteris superioribus plantis elicuisti, & rectificabis eadem methodo: huicque oleo rectificato, & ab empyreumate suo vindicato, connectes flores recentes papaveris rubei vel albi, & insolabis per mensem unum, & exprimes oleum ex floribus, & novos addes flores insolando ut prius, & exprimendo, idque quater aut quinquies, tunc servabis, deinde Meconium, seu succum Papaveris in spiritu vini dissolves, & digeres per aliquot dies in balneo tepido, donec meconium hypostasin omnem deposuerit: deinde filtranda erit dissolutio ut perquamoptimè mundetur à terrenis excrementis: tum demum distillanda, donec consistentiam mellis habuerit magma, quod residet in fundo alembici, cui iterum affundendus est vini spiritus distillatus, ut dissolvatur iterum meconij magma dissolutumque digeratur, digestum distilletur, idque quater aut quinquies repetendo, donec nullas emittat in solutione feces magma quod residet in fundo alembici, post distillationem, sed totum limpidè solvatur; quod tunc temporis erit permiscendum cum oleo & sale volatili, & spiritu æthereo superiùs extractis: hisque addendum erit sal fixum, quod extrahetur ex cineribus earum plantarum, & postquam depuratum fuerit arte & methodo prædicta, cæteris omnibus connectendum erit, & in balneo tepido omnia simul digerenda ut fiant unum, cui addere poteris ad odoris gratiam, & saporis, olei cinnamomi unciam semis, extracti moschi drachmam unciam, & servare ad usus.

Vires & Vsus.

1. Nepenthe verum, & laudandum potest dici hoc medicamentum verè laude dignum, mirum atque iterum mirum in curandis fere omnibus morbis arcanum, quod naturæ fere prostratæ, & perditæ, per amicam quietem vires pristinæ reddantur.

2. In omnibus doloribus acutissimis frigidis & calidis, ubi præ vehementia homines ferè exanimantur, maximè in dolore colico, nephritico, pleuritico, & arthritico, nihil est in rerum natura præstantius, quod intemperiem omnem partium omnium temperet, & humores acres, & pungentes, in diversam mutet substantiam ex-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 362 sur 955

tincto calore partium, per intemperiem præter naturam facto.

3. In sistendis omnibus defluxionibus omnium humorum, & catarrhorum tenuium nihil efficacius, quod per somnum quem potissimum conciliat, calor naturalis multiplicetur in centro, cuius gratia, omnes corporis partes refocillantur.

4. In omnibus profluviis intestinorum sive ratione humorum peccantium, sive purgantium nihil cõmodius dari potest, præsertim si cum essentia masticis propinetur, quia acres humores intestina pungentes eo arcano, dulcescunt, & mitiores fiunt narcotico ejus sulphure & sale.

5. In vigiliis, & inquietudinibus immodicis, in omni febrium ardentium genere, in phrenesi & mania, cæterisque melancholicis affectibus nihil potentius, propter somnum quem conciliat.

6. In hæmorrhagia narium, ubi omnia desperantur, ultimum est, & tutissimum refugium quod venas calore præter naturam, aut aliquo humore acri apertas, & reseratas claudat, & obturet, refrigerato calore, & temperato humore acri, & pungenti.

7. In sanguinis excretione, & menstruorum nimia evacuatione cum croco martis, & tinctura coralli rubei utilissimè exhibetur propter eamdem rationem.

Sumitur à quantitate granorum quatuor ad sex, alvo priùs laxata, in jusculis vel cum spiritu vini, vel cum aqua cinnamomi, anisi, feniculi, gariophyllorum, vel in ovis sorbilibus, & exterius applicatur partibus dolentibus cum linteis eo arcano madidis. Nec est de ejus dosi verendum, ut de aliis laudanis quæ passim in libris chymicorum reperiuntur, quia hîc partes spumosæ, & crudi sulphuris narcotici papaveris, & hyosciami non reperiuntur in hac compositione, quia separantur, tum unà cum phlegmate quod ascendit post ascensionem spiritus, tum unà cum magmate quod proiicitur post sublimationem salis volatilis, vel comburitur ad salem fixum habendum. Addam etiam quod sal volatile, & fixum, & spiritus æthereus corrigant, & temperent narcoticum sulphur, quod in ejus oleo reperitur, & extracto: quæ duo ex industria addenda, ad narcoticam vim habendam, quia reliqua narcotica non sunt, sed potius cardiaca, cum vitæ fomitem & focum in se coërceant, & sint vitæ fontes, in papavere, & hyoscyamo. Sic nihil est in mundo, & in rerum natura universa adeò venenatum, quin secum habeat, & coërceat, quæ veneno illo inimicantur, & succurrunt; nec in aliis, & diversis mixtis quærenda sunt venenorum remedia, quàm in veneno ipso, cui potissimum Deus, & natura in centro ipsum suum remedium, & medicinam posuerunt. Unde corrigentia quæ admiscentur cæteris narcoticis compositionibus facilè non probo cum ex centro ipsius veneni non sint. Papaveris, hyoscyami, mandragoræ, solani, & similium plantarum quæ narcotico mortifero sulphure pollent, corrigentia non aliundè petenta sunt, quàm ex centro ipsarum plantarum, spiritibus, sale fixo & volatili.

Quinta essentia Pepli. Fabr.

Vigente cane cœlesti, tempore Iulij mensis, & Augusti, colligendus est peplus, qui & portulaca sylvestris, ab aliis dicitur, in maritimis enascens, medicamentum familiare & frequens tempore Hyppocratis ut passim in scriptis suis apparet, collectus peplus confundendus est, & succus ejus exprimendus, maxima in copia. Magma reservandum est, & siccandum in sole, vel in furno panis, ut deinde siccum comburatur in cineres, è quibus extrahendum erit sal fixũ, & depurandum arte, & methodo antea in capitulis præcedentibus enarrata ad summum candorem. Succus verò expressus reservandus erit in vasis vitreis aut ligneis in loco frigido, ut deferveat, postquam defervuerit, distillandus erit levissimo igne, ut spiritus ejus æthereus separetur à phlegmate, quod fiet tribus, aut quatuor distillationibus iteratis, separato phlegmate, in singulis distillationibus, quod in fundo residet alembici, & cum quadam difficultate ascendit. Postquam spiritus talis separatus est ab omni phlegmate, convertendus est cum suo sale fixo, & servandus est ad usus.

Vires & Vsus.

1. Quoscumque humores educit & erat catholicum Hippocratis, & Medicorum antiquorum, quorum tempore, Rheubarbarum, senna & cassia, reliquaque medicamenta benignissima ignota erant; peplo enim solo & helleboro purgabat: jam verò in usu non sunt, quod fortiora sint medicamenta, viribus hominum nostratium. Quapropter in essentiam redegi, ut eorum vis retundatur, & refrenetur eorum venenum, aut potius extinguatur penitus, ita ut sine ulla noxa propinari possit.

2. Arcanum est summum in arthritide curanda, febre quartana, quotidiana, & paralysi particulari membri alicujus, & totius corporis, admotum membris calidè, & interius assumptum ex arte & regimine.

3. Tumores omnes frigidos & schirrosos discutit, & emollit, exteriùs illinendo propter suum spiritum æthereum quem continet, qui penetrando frigidos illos humores & tartareos dissolvit, tanquam contrarios.

Sumitur ad quantitatem drachmæ unius ad duarum in robustioribus cum jusculis & syrupis morbo appropriatis & convenientibus.

Quinta essentia Perdicum, Caponum & aliarum Avium. Fabr.

Sumendæ sunt aves quas volueris in essentiam convertere, & his occisis, plumisque depositis cute & adipe omni, inscidendæ sunt in frustula cum ossibus omnibus, & phialæ vitreæ imponendæ, & balneo mariæ collocandæ, ut bulliant per quatuor horas, his transactis calidè versandum est, è phiala vitrea, quicquid humoris egressum est, ex carne avium, in aliud vas. Liquor prædictus depurandus est in balneo donec feces nullas emittat extractis fecibus singulis trinis diebus per inclinationem, è vase optimè clauso, in balneo bulliente, caro deinde & ossi quæ remanserunt comburenda sunt, & calcinanda ad candorem, & ex cineribus albis sal extrahendus cum aqua rosacea rectificata, si alembico plumbeo distillata fuerit propter ceruſæ copiam quàm secum extali distillatione traxit, si salem multis calcinationibus, solutionibus, & filtrationibus reiteratis ad candorem summum, & dulcedinem perducas, & liquori suo puro conjungas, efficies medicamentum humidi radicalis restaurativum. Principibus & Regibus senectute oppressis summopere desiderandũ, cui sal margaritarum addi poterit, non ad majorem efficaciam,

caciam, sed ad conservationem arcani, quia sal suus, & innatus non sufficit liquori suo conservando, nisi addatur novus. Margaritæ autem dant copiam summam salis, facillimæ & citissimæ præparationis, qui vires alteriùs salis ferè æquat, quocirca addere consulo.

Simili methodo potest extrahi quinta essentia serpentum, cauda & capite abscissis, ad lepram, & calidam jecoris intemperiem. Et ex Piscibus omnibus, ad phthisim, & hecticam febrim, non ad curandam, sed saltem ad vitam rerum prolongandam.

Vires & Vsus.

Phthisicos & hecticos fovet, vires reparat & reficit, si sumatur in jusculis & potu omni hora & tempore in morbis cronicis.

Essentia Perlarum. Dornc.

℞. *Spirit. Vini optimè rectific.*
Aceti Vini destill. ana q.s.

Misce & Margaritis parum contusis phialæ inditis affunde, locetur probè clausa per octiduum aut prater propter in B. usque dum solvantur. Solutionem primam effunde, & novo menstruo affuso iteratam solutionem procura, hunc que laborem repete, donec omnes solutæ reperiantur; Solutiones claras misce & inde calore humido, menstruum separa, perlasque in vasis fundo relictas probe levigatas cum spiritu vini aliquandiu ad perfectam dulcorationem circula, vel cohobatione ab omni acrimonia defæca. Habes margaritas in pulvere subtilissimo, vel & liquida forma.

Hæc essentia omnis acrimoniæ expers primarium Mixturæ præcedentis ingrediens existit, propterea tanquam singulare confortans pari ratione per se in iisdem vel cognatis affectibus magno cum successu adhibetur. Datur ad ℈ ß. in ovo sorbili vel liquore cordiali.

Quinta essentia Plumb. Fabr.

Plumbum postquam liquatione & spatulæ ferreæ agitatione, super ignem calcinatum fuerit, & in pulverem tenuissimum reductum, & calcinationibus iteratis in minimum redactum, solvendum est aceto acerrimo stillatitio: postquam solutum fuerit, solutio clara & limpida evaporanda est in vase æneo, donec magma quod residere debet, habeat consistentiam mellis: hoc magma iterum novo aceto acerrimo stillatitio, solvendum est, solutum in balneo tepenti fovendum est, per mensem unum; deinde evaporandum, donec magma habeat mellis consistentiam: hoc iterum solvendum & digerendum in balneo, quater aut septies: deinde evaporato aceto, optimo vini spiritu alchoolizato solvendum magma est, & digerendum in balneo tepenti, per quindecim dies, phiala optimè clausa, ne pereat & evanescat vini spiritus: hanc ultimam solutionem retortæ imponendam, & distillandam levissimo calore præcipimus, donec egressus sit omnis spiritus: tunc mutato recipiente ignem augebis, ut exeant plumbi spiritus albi & dulces, & tandem oleosa substantia flavi coloris, & tandem rubei. hoc oleum quater aut quinquies rectificabis: feces quæ in fundo retortæ relinquuntur ex distillatione nigræ & atræ, eximendæ sunt, & comburendæ, & fortissimo igne calcinandæ, donec candore summo induantur: tum demum aqua septies distillata perfundendæ, & in balneo bulliente fovendæ, ut quicquid est salis fixi in his fecibus solvatur, & in aquam transeat: hanc aquam deinde hypostasi facta per inclinationem separabis, aut filtro traiicies, ut clarescat, & evaporabis, evaporatum calcinabis, calcinatum iterum solves, & solutum evaporabis, iterum & iterum calcinabis, has operationes sæpiùs iterando, donec sal istud candidum sit, & dulce, & facilis sit liquationis calore levi, velut cera, aut butyrum: hoc sal deinde conjunges, & connectes spiritui albo plumbeo qui ante oleum rubeum plumbi egressus est, & simul conjuncta fovebis in balneo tepenti, per quindecim dies: tum demum distillabis, & distillatum magmati addes & redistillabis, donec ascendat sal fixum, & fiat volatile, quod septies sublimatum conjunges oleo rubeo septies rectificato, & digeres in balneo tepenti per mensem unum, donec hæc tria fiant unum, quod servabis in phialis perquam optimè clausis.

Vires & Vsus.

1. Hoc arcanum plumbi, est verum & unicum ulcerum & vulnerum omnium balsamum, sua enim dulcedine acre omne & mordax quod in corpore nostro stagnatur, resolvit & dulce facit, & est pabulum & nutrimentum humidi radicalis læsarum partium.

2. Combusta omnia citissimè sanat, ex eadem ratione, & dolorem perquàm citissimè compescit, quia suo temperamento partes solutas igne, ad temperamentum naturale reducit, humidum radicale fovendo, & partes solutas agglutinando.

3. Hecticos, phthisicos, tabidos & macilentos omnes mirificè recreat, & restaurat, febrem eorum extinguendo, humidumque despastum refocillando & reparando, spirituque omnes cum naturales, tum vitales, & animales multiplicando.

4. Uterinos omnes affectus, syncopes, strangulationes, deliria, epilepticos insultus, maniam & furorem, pallidos fœdosque colores tutissimè sanat; quia uterum ab omnibus heterogeneis excrementis, & præter naturam vindicat & liberat, spiritibus multiplicatis tum seminis, tum sanguinis, & evacuato sanguine menstruo aut semine putrente.

Sumitur in jusculis, vel aquis appropriatis, vel syrupis convenientibus morbo curando, ad quantitatem scrupuli unius, manè, jejuno stomacho, servato regimine & custodia, quia aliquando potentissimè purgat, sursum & deorsum, aliquando per urinas, aliquando per sudores, secundum naturæ exigentiam & necessitatem, quò ducendum est roborata natura educit.

Quinta Essentiæ Rhabarbari. Fabr.

Rheubarbarum ttitum, & in pulverem redactum immittes in aquã roris Maij, ter aut quater distillati, ut stent in digestione, in cineribus tepidis, per quatuor aut quinq; dies, donec perquam optimè tinguatur aqua in colorem rubicundum: separata hac aqua tincta per inclinationẽ, ne ejus limpiditas perturbetur, infundes aliquantulum, aut quantũ sufficiet aquæ roris, ut prius, ut denuo, per macerationem quatuor, aut quinque dierum tinguatur ut prius, hæc aqua recenter tincta priori permiscebis, & aliam novã aquã roris iterũ infundes super magma Rheubarbari residuum, & macerabis, donec, nõ amplius tinguatur a-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 364 sur 955

qua, quã infundis ſuper illud magma reſiduũ. Quod tinctura omni ſua privatum illis iteratis infuſionibus, combures, & in cineres albiſſimos reduces: poſtquam ſiccatum fuerit in ſole, vel in igne temperato, ex his cineribus, ſalem extrahes fixum quod in his inerit, idque ſeparatum abſque ulla alia præparatione & lotione, permiſcebis tincturæ antea extractæ, & reſervatæ, ad partem, hæc ambo duo ſimul conjuncta, in balneo calido, aut in cineribus temperatis, leviſſimè diſtillabis, donec humidum omne aſcenderit, cavendo, ne inter diſtillandum magma, quod reſidet infundo alembici, inopia humoris & violentia ignis comburatur, & empyreuma redoleat. At maneat magma reſiduum, liquidum ſatis, veluti mel, aut butyrum, in quo gradu deſiſtendum eſt, à diſtillatione, pars humida omnis quæ per diſtillationem aſcenderit denuo magmati reſiduo, connectenda eſt, ut denuo diſſolvatur magma, & ſi non ſufficit humidum aſcenſum, ad diſſolvendum, addendum eſt novum ſimilis ſubſtantiæ, ut perficiatur diſſolutio, quæ poſtquã per aliquot dies in cineribus tepidis digeſta fuerit, filtro eſt tranſmutanda, ut clarificetur, & partes omnes heterogeneæ & terreſtres quæ non potuerunt diſſolvi, relinquantur in fundo, & ſeparentur à partibus homogeneis, quæ diſſolutionem paſſæ ſunt, hanc iterum filtrationem diſtillabis tenuiſſimo igne, ut prius, cavendo ſemper, ne violentia ignis, & præcipiti diſtillatione, magma quod ſolet in fundo reſidere cõburatur, ſed humidum aliquantenus permaneat ut mel. Quod iterum diſſolves, ut denuo à fecibus, & excrementis terreſtribus vindicetur. Hanc operationem ſepties iterabis, ſervato eodem ordine, & ſimili methodo: in ſeptima & conquieſces, & magmati reſiduo, grana aliqua ſcammoneæ ſpiritu vitrioli diſſoluta addes, & conjunges & ſervabis, ad uſus, in phialis perquamoptimè obturatis.

Vires & Vſus.

1. Innocens, clemens, & excellens eſt medicamentum, multas dotes medicamento purgante maximè expetitas complexum, in obſtructionum affectibus mirè efficax unde omnes affectus quos generant obſtructiones certiſſimè curat.

2. Sanguinem clarificat unde lepræ initia profligat lentigines & vitiligines admotum & aſſumptum curat, quod ſpiritum ſalis qui omnia à corruptione præſervat, & corrupta conſumit.

3. Aquam intercutem, regium morbum, lienis craſſitiem ac diuturnas febres quaſcumque continuè ſumptum per intervalla tandem ſanat; quia ſolvit omnes obſtructiones, ſolvit autem eas propter ejus ſpiritum qui omnia penetrat & diſſolvit tartarea, & ſpiritu ſalis coagulata.

4. Vermes infantium enecat, & tutiſſimè propter ejus benignitatem pueris & infantibus & lactentibus offerri poteſt, ad ſanandos eorum affectus.

5. Diſſenteriam & quoſcumque alui fluxus etiam curat, modò ſpiritui vitrioli & croco martis connectetur. Hoc iſtud, mucoſos inteſtinorum humores, & acres ichores foras educit; ſpiritus verò vitrioli putrefactionem inhibet & leniter aſtringendo, inteſtina recreat: crocus verò martis omnino aſtringit & prohibet fluxum.

6. Datur etiam ab alto devolutis, ruptis tam internè quàm externè fractis maximo juvamento, ſi eſſentiæ Mumiæ addatur & conjungatur.

Sumitur ad quantitatem drachmæ unius ad duarum, in infantibus & lactentibus à ſcrupulo uno ad duos in ſyrupis morbo convenientibus, & aquis ſtillatitiis morbo etiam appropriatis, idque manè, jejuno ſtomacho, ſervato artis regimine, nulla tamen cuſtodia propter ejus benignitatem, imò ut motus ejus perficiatur celerius, & potentius, deambulandum eſt, & foras eundum ut motus ſit velocior.

Quinta eſſentia Roſarum, Pallidarum, & Moſcatarum. Fabr.

Laudant nonnulli Medicorum & ſummis extollunt præmiis Rheubarbarum, Sennam, Caſſiã, Mannam, quod ſint medicamenta, adeò benigna, ut eorum ſuccus infantulis abſq; ulla noxa ꝓpinari poſſit. At deſinant mirari illa barbara & è longinquis terræ plagis aſpectata medicamenta, quia hæc omnia quãvis benigna ſint, reſpectu roſarum noſtratium maligniſſima ſunt, eorum omnium benignitas cedit protinus benignitati roſarum, nam hæ quamvis ſint medicamenta cathartica, tamen & ſunt cardiaca, & Cephalica, balſama, propter earum flagrantiſſimum & ſuaviſſimum cordi & cerebro odorem, parantur et his communiter & vulgo præparata quædam medicamenta, quæ infirmæ admodum ſunt virtutis, quod neſciat medicorum vulgus, præcipuam earum partẽ conſervare, & inutilem reiicere: at methodo ſequẽti, obtinebunt Chymicæ artis alumni, rem mirabilem è roſis ſolis extractam, ſola contuſione, & ſucci expreſſione, & ex ſucco illo ſpiritus extractione. Huic ſpiritui rectificato, ſi ambarum & moſcum addas, efficies odoriferum medicamentum, cæteros omnes odores longè ſuperans, ſuavitatem & cardiacum ſummum. Si verò ſalem volatilem, & ſalem fixum ei ſpiritui connectas, catharticum mirabilem efficies potum, pro infantulis, mulierculis, & aliis delicatulis hominibus, regibus, principibus, aliiſque magnatibus digniſſimum.

Vires & Vſus.

1. Spiritus roſarum omnibus animi deliquiis præſtantiſſimum eſt medicamen, ſolo enim odore, ita refocillat ſpiritus animales, ut illico, ſuſcitet animo delinquentes.

2. In peſte ſummum eſt præſervativum, quia ſuo odore, cerebrum confortat, alioſque ſpiritus per aëra volitantes, corruptos, & luce peſtifera infectos fugat.

3. In Epilepſia, vertigine, caro mirè efficax, quod ſua innata ætherea qualitate, cerebrum feriat, ſpirituſque illos frigidos, & cerebrum infeſtantes fugat.

4. In uteri ſuffocatione etiam valet, modo os uteri eo perungatur, quod uterus frigefactus tum vaporibus, tum ſubſtantiis in eo contentis, eo incaleſcat, & ad excretionem harum rerum refocillatus, excitetur.

5. Spiritus verò ſale volatili, & fixo imprægnatus adhibetur omnibus morbis, qui purgatione egent levi, fœliciſſimè enim & tuto, & jucundè humores noxios è corpore evacuat.

Sumitur per ſe ſolus nullo addito medio, quia omnia fere media qualiacumque ſint, ingrata ſunt, cõparatione facta, ad ſpiritum roſarum, qui guſtui & odoris ſuavitate omnia alia ſuperat, eſculenta, & potulenta, ſumitur ad quantitatem ʒ j. manè jejuno ſtomacho, eundo deinde deambulatum.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 365 sur 955

De quinta essentia Rubini. Fabr.

Frustula Rubinorum seu granatorum accipies, & ter aut quater cũ pari quantitate sulphuris, & salis petræ in tigillo ignies, & calcinabis, repetitis ignitionibus seu calcinationibus, donec pulvis albissimus sit: tunc lavabis tuum pulverem aqua tepida, & à sale vindicabis: pulverem tuum probè depuratum & desiccatum ignies, per duos aut tres dies in tigillo forti, hunc pulverem ita calidum, & igne candentem, si fieri potest, iniicies in vitrum spiritu salis rectificato plenum, pedetentim iniiciendo tuũ pulverẽ ne nimis ebulliat, & ebulliendo limites, & ora transeat spiritus salis, & effundatur: cessata ebullitione matratio indes tuum pulverem cum liquore suo, & orificio clauso digeres per quindecim dies in balneo bulliẽti, donec solvatur pulvis, qui si in prima digestione totus non solvatur, effuso per inclinationem primo spiritu, affundatur necesse est novus spiritus & digeratur ut prius, donec solutus fuerit totus pulvis: has omnes solutiones vitro claudes, & digeres per mensem in balneo tepenti, ut melius solvatur, & in aquam transeat quicquid tempore breviori solvi non potuerit: deinde per retortam distillanda est aqua spirituosa salis: ultimò augendo ignem mutato vase, colligenda est rubini essentia rubicundissima, quæ si tota non ascendit, sed maneat aliquid in fundo retortæ quod habeat aliquid consistentiæ, iterum id omne dissolvendum est cum egresso spiritu salis, & per aliquot dies digerendo, & distillando per retortam, donec tota substantia rubini ascendat, quæ si benè non rubeat, cum novis rubinis pulveratis connectenda est, & digerenda donec coloretur: tunc servanda est ad usus medicos in phialis optimè clausis.

Vires & Usus.

1. Cardiacum est summum medicamentum, & aërem venenosum ac pestiferum fugat, à peste præservat, & ab omnibus morbis venenatis & contagiosis propter suum salem dulcem, & summe temperatum & digestum.

2. Sanguinem summopere depurat, & emundat, ab omnibus ejus vitiis, & hepar roborat, & omnia viscera interna, calorem vitalem & humidum radicale multiplicando, per suum balsamum nostro univocum & æquale.

3. Vires auri potabilis æmulatur, & valet ad juventutem restaurandam, canitiemque retardandam, & melancholicos humores, & affectus, tristitias & angores omnes fugandos & depellendos per suum humidum radicale.

4. Valet exteriùs applicatum ad vulnera omnia curanda, & ulcera quæcumque, quia impedit humores à corruptione quacumque, & convocat humidum radicale laudatum, & balsamum naturale, quo pars dissoluta brevi tempore ad cicatricem & naturalem unionem perducitur.

Sumitur in jusculis, à quantitate ℥ß. ad ℥j. omni hora, & tempore secundùm necessitatem morbi curandi, vel applicatur exteriùs in vulneribus & ulceribus curandis tepidè, cum gossipio vel linteo, eo arcano madefacto, vel miscetur butyro, & perungitur pars tepidè.

Quinta essentia Smaragdi. Fabr.

Smaragdi pulverati connectendi sunt cum pari quantitate salis petræ, sulphuris, & igniendi, ter aut quater repetita semper dosi salis petræ & sulphuris, donec peroptimè calcinati sint smaragdi: tunc demum aqua tepida perlimpida lavandi sunt, & sale vindicandi, totiesque repetenda est lotio, quoties gustu percipitur acrimonia & salsedo quædam. Pulvis demum smaragdinus à sale vindicatus, qui inter lavandum fundum semper petit, hypostasis instar, desiccandus est, & per duos dies integros aut quatuor igniendus est igne continuo, & fortissimo, quantum fieri poterit, cavendo tamen ne materia vitrificetur, & in vitrum abeat: deinde solvenda est calx hæc; acetum per repetitas effusiones aceti recentis stillatitij in pulverem qui fundum petit: hæ omnes solutiones sunt digerendæ per quindecim dies in balneo tepenti, in phiala vitrea optimè clausa: deinde evaporandum est acetum in vase argenteo aut vitreo: Salem qui remanet in fundo, depurandum præcipimus per repetitas solutiones cum optimo vini spiritu alchoolizato, & ejectis fecibus in singulis solutionibus filtro commissis, donec peroptimè candescat sal smaragdinus, & liquetur in calido, levissimo calore, instar butyri aut ceræ, tunc demũ connectendus est cum duplo ponderis spiritus salis communis rectificati, & à phlegmate vindicati, & cum pondere uno pulveris smaragdini recentis non calcinati, & simul in vitro omnia collocando, & orificio clauso digerendo, ut spiritus salis virescat, ut smaragdus: tunc demum per inclinationem evacuandus est spiritus salis tinctus & coloratus, & novus effundendus, donec non amplius coloretur. Spiritus deinde tinctus & coloratus omnis distillandus levissimo calore, donec remaneat in fundo retortæ tinctura smaragdi veluti mel spissa & densa, quæ demum erit distillanda, & servanda in phialis peroptimè clausis ad usus medicos varios stupendæ virtutis.

Vires & Usus.

1. Visum defatigatum ex intuitu, solo aspectu, ad huuc mirandum arcani præsentis colorem restaurat ac conservat, propter viridem suum colorem.

2. Omnes sensus acuit, & præcipuè visum quem maximè fovet & restaurat multiplicatis spiritibus animalibus, & calore vitali cerebri adaucto & multiplicato.

3. Omnes cerebri affectus & pathimata, & præcipuè epilepsiam, & lethargum tutissimè & certissimè sanat, quia cerebrum omnibus cerebri spurcitiis depurat & mundat, evacuatis omnibus serosis humoribus, & vaporibus atris dissipatis per suum spiritum æthereum vitalem aut vitali similem & univocum.

4. Dæmoniacas illusiones & melancholicas, & phantasmata omnia, & somnia melancholica, dissipat & avertit, propter eandem & similem rationem.

5. Hemitritæum sanat & curat, & reliquas febres intermittentes, quia humores putrentes in corpore & præcipuè bilem per insensibilem transpirationem educit sudoribus & urinis, narcotico suo sulphure vitrioli & martis univoco & simili.

6. Manias omnes, & phrenitides domat & temperat, quia bilis utriusque fervorem & ebullitiones edomat, & refrigerat.

7. Fluxus omnes ventris, dysenterias, & lienterias & diarrhœas omnes, cum hepatico fluxu, & menstruis copiosioribus, cum ipsomet abortu prohibet, & compescit, propter salem & sul-

& ſulphur, quod continet ferri, ſalis, & ſulphuris ſimile & æquale.

8. Ulcera etiam omnia phagædenica, & depaſcentia, fiſtuloſa, & cancroſa ad cicatricem laudatam conducit breviſſimo tempore, propter balſamicum oleum quod in ſe continet, ex ſulphure ſuo perfectiſſimè cocto & ſummè deputato.

9. Venenoſis animalium morſibus, & præcipuè canis rabidi ſummum eſt medicamentum ex ſulphure ſuo & ſale cardiaco.

10. Leproſis ſummopere convenit, quia mirificè ſanguinem depurat ſuo ſale profectiſſimè cocto, & puro, qui omnia ſanguinis vitia delet, & corruptiones omnes impedit.

Sumitur à quantitate ʒ j. ad ʒ ij. in juſculis, vel ovis ſorbilibus, vel in aquis imperialibus & theriacalibus ſtillatitiis, morbo curando convenientibus, idq; omni tempore, & hora, ſecundum neceſſitatem morbi curandi.

Eſſentia Sachari Aug. ex Begnino.

℞. Sach. albi ʒ iiij. Spir. vini opt. ʒ viij. Spir. vini incend. Sachi iniiciatur & agitetur uſque dum flamma ceſſet, adde parum aq. roſ.

Quinta eſſentia Sambuci. Fabr.

Ex fructibus Sambuci maturis paratur arcanum uterinum ex ſententia, Quercetani, mirum, & ſtupendum, cujus arcani grana quindecim ſi dentur ægrotanti ſuffocatione matricis affectæ, illico levatur, paratur autem tale arcanum hoc modo. Depuratur ſuccus, poſtquam expreſſus eſt, ex granis Sambuci maturis, & in ſcutellis vitreis mundis reponitur, ad ſiccandum in calore ſolis, vel in balneo tepido, ponitur ad diſtillandum quicquid erit ſuperfluæ humiditatis ex magmate, parantur deinde pillulæ ponderis granorum quindecim aut viginti, & ſervantur ad uſus, ex tota verò planta, paratur arcanum hoc. Colligitur maxima quantitas florum, & foliorum, contunditur & exprimitur ſuccus, cortex verò & lignum integrum comburitur, & in cinerem, convertitur, ex cineribus, ſal extrahitur, & purificatur, ultima purificatione, ut antea factitatum eſt, in præparatione reliquorum, fixorum, ſalium: ſuccus verò florum, & foliorum depuratus, poſtquam per menſem integrum defervuerit diſtillandus eſt, lentiſſimo calore, & ex eo trahendus eſt, ejus ſpiritus æthereus ardens, & quater rectificãdus à phlegmate, magma verò hujus diſtillationis poſtquã vindicatum eſt, omni phlegmate leviſſimo calore, non Empyreuma redoleat, imbibendũ eſt, ſuo ſpiritu æthereo, & ardenti, à ſuo phlegmate puro, & deinde iterum ter quater, diſtillandus eſt ille ſpiritus æthereus, donec ſalem volatilem extraxerit, è magmate ſuo, hic deinde ſpiritus, ſuo ſale volatili impregnatus, incorporandus eſt cum ſale fixo ſuo puro, & nitido in balneo tepido, in phiala oblongicolli & perquàm optimè obturata, ne evolet ſpiritus, antequam uniatur ſuo ſali, hoc deinde ſic unitum, conſervandum eſt in phiala optimè clauſa ad uſus ſuos.

Vires & Vſus.

1. Pituitam & omnem ſeroſum humorem trahit vi magnetica, caloremq; naturalem fovet & auget, unde mirificè ſenectutem retardat.

2. Febres intermittentes ferè omnes, quartanam præcipuè, & quotidianam curat, quod ſeroſos humores ex longinquis corporis partibus trahat, & ſanguinem purget & ſuo ſale vivificet.

3. Podagræ, chiragræ, uteri ſuffocationi, lepræ, viſus & auditus imbecillitati medetur.

Doſis ʒ j. vel ʒ ij. jejuno ſtomacho per 3. dies, poſt 10. dies repetend.

Eſſentia ſaſſafras Gruleng.

Spir. Vini opt. roſ. lign. Saſſafr. ſubtrahitur eſſentia rubicundiſſima, quæ omnis generis dolores Arthriticos lenit & materiam morbificam tollit, ſi quotidie ſumantur ʒ vj. & plus.

Eſſent. Sang. Human. Fabr.

Sanguis colligatur Mercurio ſupra horizontem conjuncto cum Sole, in Geminis, vel Virgine, quod ſolet potiſſimum contingere intra menſes Maij & Auguſti, ſingulis annis, ut ex ephemeridibus clarum erit cuilibet rimanti. Colligatur autem maxima in quantitate in vaſis argẽteis, aureis, vel ſaltem vitreis, & cuſtodiatur in umbra coopertus, ne pulvere ſordido, & feſtucis contaminetur, donec concreſcat, & ſeroſum humorem omnem per ſe evomuerit, quem per inclinationem eiicies, & à ſanguine concreto ſeparabis. Hujus ſanguinis concreti, & à ſeroſo humore ſeparati, accipe libras ſaltem quinque, quas citò permiſcebis cum libris decem optimi ſpiritus vini à phlegmate puri, & ſimul conjunges in phiala vitrea fortiſſima, movendo & agitando materias, ut diluatur ſanguis, & perquàm optime permiſceatur ſpiritui vini. Hanc materiam optimè clauſam in balneo tepido, aut cineribus tepidis digere per quatuor aut ſex dies, donec ſpiritus perquàm optimè tingatur, & ſanguis ſit omni ex parte diſſolutus: Cave ne in digeſtione calor invaleſcat ſupra naturalem calorem, quia tunc temporis ſanguis coqueretur, & concreſceret magis, nec diſſolveretur. Dum diſſolutus eſt ſanguis, ſuperpone phialæ caput alembici, & diſtilla lentiſſimo igne, & ſepara ſpiritum vini, donec guttæ ſtillantes incipiant lacteſcere: tunc temporis vas recipiens mutando, ignem pedetentim augebis, donec ceſſet diſtillatio, qua ceſſata ignem iterum multiplicabis, ut Sal nive candidior ad caput alembici conſcendat: hunc Salem cuſtodies & aquæ lacteſcenti prius egreſſæ conjunges. Feces deinde reſiduas fortiſſimo combures igne tamdiu donec albeſcant. Ex his Salem elicies cum vini phlegmate puro & nitido ter aut quater diſtillato, ſequenti methodo: Accipe has feces calcinatione albefactas, & his ſuperpone phlegmatis vini maximam quantitatem & in catino argenteo vel ſtanneo bulliant (cave ne in cupreo) per horam: bullitione peracta & aqua frigefacta, impone phialæ, ut feces decidant omnes in fundo: deinde per inclinationem quod clarum erit effunde in alembicum & diſtilla, ad ſiccitatem uſque: Salem iterum violentiſſimo calcina igne, & ſolve ut priùs, & congela, opus ſimile reitera, donec ſummopere niteſcat Sal, & purus putus, & clarus ſit valdè. Hunc Salem phialæ impoſitum optimè obturatæ, reverberabis in furno reverberij, per quindecim dies, aut plus, donec colorem rubeum acquiſierit: hunc Salem benedictum, coloratum, & tinctũ diſſolve in ſpiritu vini, quẽ ſeparaſti à tuo primo ſanguine, dũ ſanguis cũ eo digerebatur, & ponãtur ſimul in digeſtione lentiſſima, donec perquàm optimè tingatur ſpiritus vini: tinctum ſpiritũ vini, clarum & nitidum per inclinationem effundes in alembicum, & in

& in balneo lentissimo igne distillabis, donec cesset distillatio: tincturæ deinde quæ in fundo remansit, adde Salem volatilem sanguinis quem conjuxisti cũ aqua lacteſcente quam custodiendam præcepi. Sit autem Sal iste, & aqua lacteſcens septima distillatione purificata, antequam conjungantur: conjuncta simul deinde circulentur lentissimo igne, & singulis octo diebus superpositio capiti alembici vase circulatorio, separetur quicquid aquosum extrahi poterit, quod est reservandum pro summo arcano, in omnibus affectionibus oculorum: dum aquosum istud omne erit separatum, quod in fundo remanet custodiendum est, pro summo sanguinis arcano, & quinta essentia. Potest etiam brevius, sed non efficacius parari hoc arcanũ, si Sal volatile sanguinis putũ putũ separetur per sublimationem à sanguine, & in lentissimo igne ovo vitreo, optime clauso fixetur, donec colorem rubeum acquirat.

Vires & Vsus Arcani Sanguinis.

1. Balsamum est summum & vires naturalis balsami longe superat, tum in conservandis à corruptione corporibus, tum in sanandis vulneribus cujuscunque generis, tum in curandis ulceribus quibuscunque, intrinsecè sumptum, & extrinsecè admotum.

2. Adversùs pestilentem auram, dum omnia fere remedia negligit fortissima pestis, summopere efficax, & præservativum.

3. Lepram incipientem susque deque tollit: antiquam verò mitigat ejusque ferociam reprimit, adeò ut vita longiori fruantur leprosi, arcano prædicto utentes.

4. Paralysin & omnes nervorum affectiones extrinsecè admotum, & intrinsecè sumptum certissimè curat.

5. Podagram, quamcunque Arthritidem illico, & quàm citissimè lenit, & frequenti usu tutissimè sanat, & jucundè.

6. Hecticis, phthisicis, catharrosis & tussientibus, summum est, salutatis asylum.

7. Hemicraniam, quemcunq; capitis dolorem frequens ejus usus tandem disperdit.

8. Quartanam, & omnem melancholiæ speciem curat.

9. Intellectum & omnes sensus acuit.

10. Senectutem fortissima juventutis conservatione, prohibet: canitiem retardat.

11. Vulnera & ulcera interiora, & exteriora brevissimo conglutinat tempore.

12. Omnibus demum morbis accommodatur, & vires æmulatur fixi vitalis spiritus, ex centro terræ deprompti, quem antiqui omnes Philosophi vitæ nostræ verum & unicum propugnaculum dixere, & aurum Dei, quo utitur Deus ut omnia redimat à morte & annihilatione. Usus arcani sanguinis, sumitur cũ aquis cinnamomi, anisi in juscul is, cum theriaca tempore pestis, ad quantitatem ℥ j. jejuno ventriculo.

Essentia Saphiri. Schrõderi.

Calcinatur Saphirus bis, ac postea oleo vitrioli solvitur, abstracto dein oleo Vitrioli cum Spir. Vini Essentia extrahitur.

Quinta essentia Scammonij. Fabr.

Scammonium cum sit succus scammoniæ plantæ exsiccatus iterum dissolvi oportet, ut mundetur à partibus grossis, & terrestribus, ejus actionem impedientibus, tum demum pars una reducatur in oleum, pars altera in muscilaginem mundam & nitidam, quibus si salem fixum harum partium addas perfectum absolves aliquo modo arcanum. In Asia verò in his potissimum regionibus ut in Mysia, ubi copiosissimè ferìtur, & colligitur perfectius haberi potest, quia ex succo recenti, & adhuc spiritu pleno potest educi, & ejus spiritus æthereus, & sal volatile, quæ duo perfectissimè absolvunt arcanum chymicum. At cùm succus solus in nostras regiones asportetur siccus, & aridus, multis festucis aliisque rebus heterogeneis infarctus, necesse est ut aliam excogitemus methodum, qua speciem quandam extracti habeamus ex Scammonio, erit autem ejusmodi. Sumetur Scammonij electi libra unica, aut altera, & succo limonum distillato dissoluetur, addendo dissolutioni spiritus vitrioli unciam unam, vase vitreo obturato ponantur hæc omnia in digestione tepida, per mensem integrum. Peracto mense distillentur levissimo igne, donec magma habeat consistentiam mellis. Huic magmati iterum reddenda est aqua, quæ ex eo per distillationem extracta est, & iterum per octo dies saltem digerenda, & post digestionem filtro committenda, ut à feculentis materiis & Scammonio heterogeneis probè mundetur, & deinde distillanda, donec iterum consistentiam mellis acquirat magma, quod residet in fundo alembici. Hæ omnes operationes, solutiones putà, digestiones, filtrationes, & distillationes eruntiterandæ, donec magma nullas in solutione emittat feces, sed totum dissolvatur nullis atomis per aquam dissolventem relictis. Deinde novum iterum Scammonij sumendum est, & in minutas concisum partes alembico ad descensum proprio indendũ est, & fortissimo igne distillandum, donec omne comburatur, & in cineres reducatur albos, adauctis ignis gradibus, in fine distillationis. In hac distillatione oleum habes nigrum, & aquam fetidam quæ nullius est virtutis, unde proiicienda: oleum verò quod summopere empyreuma redolet, rectificandum est, & ab empyreumate vindicandum, distillando ter aut quater in retorta cum pauco vitriolo ad rubedinem calcinato. Oleum deinde postquam privatum est empyreumate, connectendum est magmati suo purificato superiori: his addendũ est sal fixum, quod extrahetur ex cineribus per artem multoties derectam. Sic deinde habebis catharticum medicamentum regibus & principibus solùm reservandum, propter benignitatem, & agendi mirabilem vim in omnes morbos.

Vires & Vsus.

1. In omnibus morbis curandis, tutissimè exhiberi potest, & purgat tantùm per inferiora, nec ullo pacto, ut scammonium impræparatum ventriculum mordet & lacessit, nec intestina, nec flatibus & torminibus ea prosequitur, sed blandissimè humores omnes in corpore putrescentes, & in viscerum cavis speluncis stagnantes educis: signum evidentissimum quod in præparatione chymica vis ejus infestans mitigatur, & ad benignam reducitur agendi facultatem.

2. Tumoribus omnibus frigidis scirrhosis & duris exterius applicatum maximè prodest, penetrentim enim eos dissolvit, & discutit, unde mirabili quadam facultate, propter suum salis spiritum cancros occultos, nulla cutis apertione facta, successu temporis curat, & disperdit, ungendo partem eo arcano calidè, ter aut quater in die, & singu-

ſingulis hebdomadis ſumendo ſcrupulũ unum illius arcani cum ſyrupo aliquo, aut juſculo, ſervato regimine & cuſtodia.

3. Lepram inveteratam, & confirmatam tutiſſimè curat, bis in menſe utendo hoc arcano, & bis in hebdomada arcano ſanguinis in primo libro enarrato.

Sumitur ad quantitatem ſcrupuli unius ad duorũ cũ juſculis, vel ſyrupis, vel aquis ſtillatitiis, & præſertim acetoſæ, endiviæ, & portulacæ idq; manè, jejuno ſtomacho, ſervato regimine & cuſtodia.

Quinta Eſſentia Senæ.

℞. Fol. Sen. ſ. ſ. el. ℔. j. vel ℔. ij. & vitro ſeu phiatæ optimè clauſæ indenda ſunt, cui ſuperimponendum eſt roris diſtillati quantum ſatis ad eminentiam quatuor aut quinq; digitorum ſuper folia ſenæ: clauſum deinde vitrum, ut dictum eſt imponendum eſt in furno digeſtionis in cineribus tepidis, vel in balneo mariæ tepido, per quindecim dies, donec tinguatur aqua in colorem rubeum ſubobſcurum. Quam aquam ſic tinctam ſeparabis per inclinationem, & aliam novam impones, vel addes aquam reſervatam ex extractione Pheubarbari quæ melior erit, & vires purgandi augebit, ad ſufficientem quantitatem & digeres iterum, donec aqua iterum coloretur, ut prior. Tinctam iterum ſeparabis & priori conjunges, aliamque novam addes magmati, & digeres donec coloretur; hancq; operationem toties iterabis, quoties aqua infuſa per digeſtionem colorabitur. Hæ omnes aquæ ſpiritu ſeu tinctura Senæ prægnantes diſtillandæ ſunt leviſſimo igne, donec magma quod reſidet in fundo alembici habeat conſiſtentiam mellis. Huic magmati, ſua aqua iterum reddenda ut iterum ſoluatur, & digerenda per aliquot horas, donec optimè ſolutum ſit, & hypoſtaſis ſolutionis fundum petierit. Tunc demum per inclinationem & filtrationem ſeparanda ſunt turbulenta à limpidis & claris: clara iterum & limpida diſtillanda leviſſimo igne, donec conſiſtentiam mellis acquiſierit: hæc deinde iterum ſolvenda, ſolutaq; filtranda, ut limpida evadant, & nullas emittant feces. Quod toties erit repetendum quoties magma in ſolutione feces relinquet. Deſiſtendum erit cùm magma, quod reſidet in fundo alembici poſt levem diſtillationem, hyacinthum lapidem precioſum repræſentabit, & in diſſolutione nullas emitter feces, ſed omne diſſolvetur, ſolutione nullo pacto turbata, atomis per aquam volitantibus: huic extracto ſic limpido & claro addenda ſunt hæc. Sumendæ ſunt libræ quatuor, aut quinque foliorum Senæ & alembico terreo deſcenſorio imponendæ, & diſtillandæ ſunt fortiſſimo igne per deſcenſum, donec folia comburantur omnia, & in cineres albiſſimos reducantur. Ex hac diſtillatione ſeparabis aquam ab oleo, aqua proiicienda eſt ut nullius momẽti, oleum verò quod empyreuma redolet potentiſſime, permiſcendum eſt cum pauco vitriolo ad rubedinem calcinato, & ambo ſimul conjuncta retortæ imponenda ſunt & diſtillanda: ſic oleum empyreuma deponet, & gratiſſimum acquiret odorem ſecunda, aut ſaltem tertia diſtillatione. Hoc oleum ſic præparatum extracto addes priori, & permiſcebis. Ex cineribus autem Senæ ex quibus oleum extractum eſt per deſcenſum elicies ſal fixum, per ſolutionem & alias artis noſtræ operationes antea enumeratas, quod dum ad limpiditatẽ, & nitorem ſummum devectum erit, addes etiam extracto, cum aliquibus guttulis olei cynnamomi, & Cariophyllorum, & ſic evadet medicamentum gratiſſimi odoris, & potentiſſimæ virtutis. In extractione Rheubarbari & Agarici aliorumq; medicamentorum ſiccorum poterit obſervari eadem methodus, & potentiora evadent eorum extracta.

Vires & Vſus.

Educit hoc arcanum pituitam & utramque bilem à viſceribus ſi ℈ j. cum mica panis in pilulas redact. ſumatur.

2. Eſſentia Stanni. Fabr.

Pulvis ex ſtanno liquefacto l. a. paratus, in phiala vitrea ſolvatur aceto deſtill. fortiſſ. (ex amalg. ſtanni, Mercur. & ſublim. ana parato ſpiritu, ſpirituque veget. mixtis confecto,) quod clarum eſt ex aceto per inclinationem, affundendum in aliud vas vitreum, & magmati reſiduo aliud acetum novum ſtillatitium affundendum, & digerendum per alios duos dies in balneo bulliente, agitando phialam ut priùs, has operationes continuando donec tota plumbi calx ſoluta ſit: tunc temporis ſolutiones omnes ſimul conjunctas evaporabis, donec magma reſideat in conſiſtentia mellis, in fundo vaſis evaporatorij: hoc magma iterum aceto acerrimo ſolvendum ſtillatitio, & ſolutum digerendum per tres quatuorve dies, deinde evaporandum ad conſiſtentiam mellis, iterumq; ſolvendum & digerendum ut priùs, idq; quater ſaltem repetes, ſolvendo magma quod reſidet per acetum ſtillatitium, & digerendo, ut melius ſolvatur: tum demum in ultima evaporatione, magma quod reſidet, ſpiritu vini alchooliſato ſolvendum erit, & per quindecim dies, in phiala oblongi colli optimè clauſa, in balneo tepenti digerendum erit. Tum demum retorta diſtillandum levi calore in cineribus, donec aſcenſus ſit omnis vini ſpiritus, deinde mutato recipiente, juncturis optimè clauſis: augebis ignem, ſervatis ignis gradibus, donec aſcenſus ſit omnis ſtanni ſpiritus in forma aquæ lacteæ, albiſſimæ: ceſſantibus hiſce guttis prodibit oleum ſubalbidum ſubflavi coloris: per aucto fortiſſimo igne, uſque ad finem diſtillationis, oleum ſepties, rectificabis, uni cum ſuo ſpiritu albo, & ſervabis, donec ex fecibus quæ relinquuntur ex hac diſtillatione ſalem fixum extraxeris, eumque depuraveris arte & methodo communi multoties declarata, eumque depuratum & ab omni excremento vindicatum, ſuſilem factum conjunges ſpiritui volatili albo, & rectificationem ſpiritus ſuper ipſum multoties iteratam, volatilem facies, & volatilem factam aliquoties ſublimabis, tum demum conjunges oleo ſuo & ſpiritui, & digeres in balneo tepenti, donec tria fiant unum, & ſervabis ad uſus.

Vires & Vſus.

1. Omnibus morbis quibus & eſſentia plumbi convenit, convenit & hæc ſtanni eſſentia, ſed potentiori & virtuoſiori effectu, quia ſal, & mercurius qui latitant in centro ſuæ ſubſtantiæ perfectiores ſunt, quàm qui in plumbo reſident.

2. Æmulatur proximè virtutes & proprietates eſſentiæ argenti, quia mercurius ejus & ſulphuritatem ſaltem, ſi non fixionem æquam habent, unde cerebri omnibus affectibus medetur.

3. Maniam, melancholiam omnem, phreneſim, carum, & ſoporiferos omnes affectus certiſſimè

simè curat; quia cerebrum roborat, & ab omnibus excrementis, & vaporibus præter naturam qui sursum efferuntur liberat, & vendicat.

4. Hepatis etiam affectus sanat, quia sanguinem depurat, & calorem naturalem hepatis adauget evacuatis serosis ex sanguine humoribus, per urinas & per sudores, & insensibilem transpirationem.

5. Confert summopere hydropicis, quia salem solutum, & liquatum evacuat, reliquum autem fixat & coagulat & in corruptionem ire non permittit. Dosis ℈ j. ad ℈ ij. mane jejun. stom.

Essentia Sulphuris Schrod. ex Bas.

℞. Min. Sulph. q. v. solve Aq. fort. abstrahe ad siccit. edulcoratum reverbera ad rubed. Extrahe Tinctur. cum Sp. digere donec Essentia Sulphuris à Sp. Vini separetur in tar olei, & fundum petat.

Quinta essentia Sulphuris. Fabr.

Sublimari debet sulphur ex vitriolo ad rubedinem calcinato, bis aut ter, deinde septies sublimari ex sale communi decrepitato, & ad candorem summum calcinationibus, solutionibus, & evaporationibus deducto, mutato sale & renovato in singulis sublimationibus, donec sulphuris flos conscendat albissimus. Hunc florem impones phialæ oblongi colli, obturato vasis osculo, in furno reverberij igne mediocri, per mensem integrum, aut donec, perauctis pedetentim ignis gradibus ne liquetur flos, flos acquirat colorem rubeum rubini instar: tunc oleo amygdalarum dulcium multoties rectificato, derfundes tuos flores, & digeres igne cinerum per quindecim dies, sæpissimè phialam agitando donec tinctum & coloratum sit amygdalarum oleum. Hoc separato aliud novum & recens affundes floribus, & ut prius digeres, donec iterum coloretur oleum, & solvatur pedetentim, nullis iterationibus, totus sulphuris flos: tunc accipies peroptimum vini spiritum alchoolisatum, & conjunges æquali in quantitate oleo tuo amygdalarum tincto & colorato, & digeres ambo in cineribus tepidis, donec tingatur spiritus vini, & totam ex oleo amygdalarum extrahat tincturam sulphuris; quod fiet, mutato spiritu vini, postquam coloratus est, & recenti non tincto affulo: spiritus deinde vini tinctus & coloratus in balneo mariæ extrahendus est per distillationem: tinctura autem in fundo remanens in cineribus est extrahenda rubicundissimi coloris, quæ per retortam rectificata servanda est ad usus. Cum hoc deinde oleo, si flores sulphuris habeas rubicundos secundum præparationem superiorem, dissolves hoc flores, & per rectificationem habebis maximam olei copiam odoris gratissimi, cujus virtutes inenarrabiles sunt, ut experientia ipsa quisque comprobare poterit. Sulphur etiam potest in aceto mercurij solvi, & præparari ut metalla antea dicta; & simili methodo in essentiam reduci, & sic evadit in medicamentum summum.

Vires & Vsus.

1. Medicamentum est cardiacum summum, & venenosis animalium ictibus & morsibus, in vulneribus venenatis, nihil prorsus fortius in veneno extinguendo, vulnusque agglutinando, propter salem suum dulcem, & solutum quem continet, qui est vitæ fomes, & humidi radicalis pabulum.

2. Hecticis, phthisicis, suspiriosis, & difficulter anhelantibus in genere subvenit, quia ulcera interna pulmonis sanat, & humidum radicale depastum restaurat, & calorem præter naturam extinguit, causa ejus sublata.

3. Lepram recentem, & inveteratam, & confirmatam, si auro potabili connectetur certissimè curat; qui renovat totum sanguinem, eumque depurat ab ichoribus, & putridis aliis rebus sanguini heterogeneis.

4. Doloribus arthriticis omnibus succurrit, & sola perunctione sedat suo sale rubeo soluto, anodyno, & balsamico, qui acres & mordaces humores dulces reddit, & nervos roborat & musculos, adaucto & multiplicato partis naturali & vitali calore.

5. Aurium tinnitus, dolores, & surditatem tollit, quia exsiccat serosos humores, tympanite laborantibus succurrit, & catarrhos omnes exhaurit, multiplicato calore naturali.

Sumitur à quantitate drachmæ semis, ad drachmã unam in jusculis, vel restaurantibus, aliisque rebus roborantibus, manè, jejuno stomacho: vel cogitur in pillulas, cum mica panis, & voratur eodem tempore, vel miscetur unguentis & applicatur partibus affectis, calidè.

Quinta essentia salis Petræ. Fabr.

Salpetra perquamoptimè depurata, permiscendà est cum æquali quantitate salis communis decrepitati, & ad summum candorem deducti, & imponenda retortæ, & in cineribus fortissimo igne, servatis ignis gradibus, distillandus est ejus rubeus spiritus, juncturis perquamoptimè clausis cum luto optimo, quia subtilissimus est hic spiritus, nec citò in aquam transit: itaque postquam finita est distillatio, linquedũ est recipiens collo retortæ junctum & unitum per diem integrum antequam disiungantur, ut mora illa, spiritus tandem fiat aqua, dum retinetur in recipiente: hic spiritus distillatus, super magma suũ quod residet in fundo retortæ, septies est rectificandus, & à phlegmate suo per distillationem vindicandus. Tum demum conjungendus sali fixo extracto ex magmate suo, ad summum depurato, & per artem dulcorato, & ad rubedinem deducto si ad perfectionem ultimã, arcanum deducere cupis. Hic spiritus tali sali connexus, virtutes æmulatur auri potabilis, quare sedulò servandus est. Totum arcanum perficiendæ essentiæ salis petræ consistit in putrefactione ejus; nisi enim putrefiat ejus occultum, manifestum fieri non potest. Sales autem putrefieri non possunt, nisi dissolvantur cum spiritu eorum acido, & spiritui vegetabili conjungantur.

Vires & Vsus.

1. Renovat totum sanguinem, adeoque depurat ut intrà paucos dies totum hominem renovatum esse credas spiritu suo vitali & fixo, qui sympathiam quam maximam habet, cum nostro spiritu.

2. Canitiem retardat; quia humidum radicale à frigidis & serosis humoribus vindicat, qui ad cutem

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 370 sur 955

depulſi ut ſint pilis nutrimento , albos nutriunt pilos.

3. Senſus omnes,tum internos,tum externos roborat,quia multiplicat ſpiritus internos , reparando humidum radicale & renovando.

4. Scabiem , impetiginem omnem , & reliquos cutaneos affectus promptiſſimè curat , ſuo ſale , qui internum ſalem corruptum cutem excoriantem foras pellit,& dulcem facit , & ad temperamentum reducit.

5. Tophos omnes,& ſcirrhoſos tumores , duros & frigidos melancholicos , qui impoſſibilis ſunt reſolutionis diſcutit,& reſolvit ſola peruńctione , ſuo ſpiritu ſoluto,qui lapidea omnia reſolvit.

6. Lapides & calculos in veſica,& renibus , ſucceſſu temporis , & ſæpiſſimè utendo tandem rumpit,& foras pellit , propter eandem rationem.

7. Arcanum eſt ſummum in curanda arthritide, & ſedandis citiſſimè ejus doloribus , quia ejus ſpiritus ſolvit ſalis acrimoniam qui arthritidem conſtituit,& foras eiicit,nervoſque deinde , & muſculos, refovet,adaucto calore vitali partium quibus applicatur.

Sumitur à quantitate ʒ j. ad duas in juſculis , vel aquis ſtillatitiis morbo appropriatis,& id manè , jejuno ſtomacho;vel per ſe applicatur exterius cum goſſipio,vel linteis,eo arcano madidis.

Quinta eſſentia Salis communis.

Sal commune decrepitandum eſt calcinatione & combuſtione in tigillo,vel olla terrea fortiſſima , ut ignem pati poſſit,quam cooperies operculo aliquo terreo , ne inter calcinandum abeat in fruſtula dum decrepitat. Poſtquam decrepuerit ſolvendum erit aqua fontana limpida , & ſepties diſtillata: hanc ſolutionem filtro commiſſam , ut peroptimè depuretur ab omnibus terrenis excrementis, evaporabis ad ſiccitatem : ſalem iterum ſolves , & ſolutionem filtrabis , & filtratam evaporabis ad ſiccitatem tantùm , & has operationes toties iterabis , quoties aderunt in ſolutione tua feces terreſtres , quæ ſolvi non poterunt,& aquam perturbant. Poſtquam autem abierint,ſalque tuus perquamlimpidus erit,& ferè dulcis , impones retortæ luto munitæ , & fortiſſimo igne (veluti in diſtillatione eſſentiæ Veneris factitatum eſt ſuperius, capite quinto hujus libri) ſpiritum extrahes quantum poteris,adauctis ignis gradibus quantum fieri poterit: hunc ſpiritum rectificabis , & ſeparabis à phlegmate ſuo , & conjunges cum pari pondere ſalis ex magmate ſuo in fundo retortæ permanſo , extracti & ad ſummum depurati, donec ſolvatur ut cera vel butyrum leviſſimo calore , & rubeum acquirat colorem & dulcedinem ſummam , & ſic ambo conjuńcta digeres in balneo,per menſem unum , in retorta,obturato ejus oſculo , donec ſpiritus colorem acquirat rubeum , & extrahat ſalis ſui tinćturam & ſolvat eum ſolutione firma,& phyſica; tum demum diſtillabis , & omne volatile facies , & rectificabis, ter aut quater,& recondes ad uſus. Ut habeas abſolutam ſalis eſſentiam , diſſolve ſalem tuum optimè depuratum,in ſpiritu ſalis rectificati , & hoc omne conjunge cum pari quantitate ſpiritus vini alchool, & putrefac,& diſtilla,& purifica,& purum & homogeneum conjunge ſimul & ſerva.

Vires & Vſus.

1. Præſervat ab omni corruptione corpora omnia, tum viva, tum mortua,& eſt balſamum vulnerum omnium,& ulcerum,& vires antecellit balſami naturalis,quia ſal & ſulphur ſuum quæ balſamicam continent naturam puriora ſunt in hoc arcano , quàm in balſamo naturali : hinc etiam virtutes efficaciores,& potentiores habet.

2. Arcanum eſt ſummum in expellendo veſicæ,& renum calculo,& in agglutinandis colli veſicæ ulceribus,& renum,ſuo oleo,& ſale.

3. In aperiendis hepatis,lienis , & viſcerum omnium obſtructionibus nihil eſt in medicina potentius,propter ſpiritum ſalis qui omnia reſerat.

4. Purificat omnino ſanguinem,ichores ejus expellendo,unde in curandis omnibus ſanguinis affectibus,febribus omnibus putridis nihil eſt efficacius: unde lepram tollit , & ſucceſſu temporis curat,renovato ſanguine , & purgato ab omnibus ejus ichoribus.

5. Scabiem omnem,lentigines,impetigines, igné ſacrum,herpetes omnes, alioſque cutis affectus , qui decorem humani corporis inficiunt , tollit & curat, propter rationem allatam.

6. Tumores etiam omnes externos , Arthritid. & paral. curat. Doſis ʒ j. ad ʒ ij. in juſculis vel aq. conven.

℞. Eſſent. a Talpæ. Fabr.

℞. Talpar. cum ♀ calcin. adde ſuccum chelidon. ad eminét. 4. digit. ſtent in digeſtione per octo dies, deſtill. & rectific. quater , è fœcibus extrahatur ſal aquæ rectificat. addend.

Vires & Vſus.

Cancrum , tineam,herpetes fortes curat , ſi ea ſæpiſſimè imbibantur,goſſypiis ea eſſentia madefactis.

℞. Eſſent. Terebintinæ. Fabr.

Capiatur therebentinæ cuiuſuis generis , veneta tamé cæteris præcellit,libra una aut altera,& miſceatur cum alia libra , aut altera ſpiritus vini optimi alchoolizati,& optimi,miſceantur ſimul , baculo agitentur,donec unita ſint , deinde phialæ vitreæ ſatis amplæ & magnæ,ita ut tertia ejus aut media pars non ſit plena,& agitentur ibi diu,& longo tempore, donec in albedinem ſummam reducantur,tunc ſeponétur in loco frigido,ut hypoſtaſes demittăt,poſtquam ſepoſuerint,ſupernatabit omnibus,ſpiritus vini , deinde ſequetur therebentina , in oleum diſſoluta flavi caloris,ultimo ſequetur ſal therebentinæ quoddam, albiſſimi coloris qui ſeparatus,& exſiccat°, cathartice eſt virtutis,& potentiſſimè purgat per inferius , nulla moleſtia,nulloq; ſanitatis incommodo,ſpiritus vini, & oleum poſſunt ſimul permiſceri , ut digerantur balneo tepenti , per quindecim dies,phiala optimè clauſa,ne ſpiritus exhalet , Tum demum diſtillare oportet ignes cinerum ſervatis ignis gradibus ; primo lento,donec ſpiritus therebentinæ , unà cum ſpiritu vini,& phlegmate egreſſi ſint , & diſtillati;tunc augendus ignis,& mutandum recipiens , quia oleum therebentinæ egredietur flavi coloris ; & ignem augendo,& continuando oleũ egredietur rubei coloris

ris: ubi cessandum est, & quiescendum à distillatione. Olea autem flavi & rubei coloris, simul connectenda sunt, & bis aut ter rectificanda per retortam. Magma autem, quod residet in fundo alembici eximendum est, & contundendum, & in pulverem tenuissimum reducendum, & ponderi suo, plus duplo aut amplius addere oportet spiritum therebentinæ, qui in prima distillatione egressus est, una cum spiritu vini, & simul digerere in balneo repenti, per quindecim dies, ut dissolvatur omnino magma, tum distillare, levissimo igne, distillatum digerere iterum, & iterum distillare, donec ascendat spiritus, unà cum sale volatili therebentinæ, quod ultimò egredietur, & in capitello alembici coagulabitur in forma mellis, aut in fundo recipientis in forma olei residebit. Magma autem quod ex hac distillatione residebit, poterit comburi, ut in cineres reducatur, ex quibus etsi paucis poterit extrahi aliquid salis fixi, q̄ paucum est; quia hæc substantia tota sulphurea est, & volatilium partium, ideoque inter comburendum tota ferè evanescit: si quis tamen salem fixum desiderat in hoc arcano, poterit magnam copiam resinæ addere magmati, & unà comburere, & in cineres reducere, & ex his deinde salem extrahere fixum, & depurare arte & methodo communi, & depuratum connectere, sali volatili, deinde sumere unciam, unam aut alteram, aut quicquid erit residuum ex omnibus distillationibus, & sublimationibus, salis volatilis, & salis fixi, si simul sint conjuncta, & ad pondus eorum, addere spiritus therebentinæ, sextam tantùm partem aut septimam, olei verò flavi, & rubei rectificati novam aut decimam tantum partem, & simul miscere, & servare in phialis optimè clausis, tanquam arcanum mirandum, & stupendæ virtutis in morbis chronicis, & insanabilibus curandis, aut saltem demulcendis.

Vires & Vsus.

1. Arcanum stupendum in comminuendis, & rūpendis renum arenulis, & calculis, diureticum enim summum est, & secum defert ad renes, Sal volatile, & fixum, quæ arenulas comminuunt, & calculos rumpunt, & in mucaginem dissoluunt.

2. In ulceribus omnibus malignis, & pessimi moris curandis, & aglutinandis nihil est efficacius, propter ejus oleum, quod balsami naturalis vires æmulatur, & suum salem qui corrodentes humores alterat, & in mitiorem mutat substantiam.

3. Frigidis nervorum, & articulorum affectibus summum est solatium, hinc est arthritide misere laborantium tutum confugium.

4. In percurandis venereis gonorrhæis, nihil est potentius, cum renes potentissimè expurget, & totam messenterij molem, & jecur roboret, & sanguinem depuret.

5. Pituitam, & serosos humores, & glutinosos potenter nulla tamen molestia expurgat, & educit, hinc est senum omnium laudabile medicamentum, quo saburram humorum suorum singulis mensibus, deponant, ut longius, & durabilius trahant ævum.

6. Vermes etiam, & puerorum lumbricos, & ventris tineas interimit suo sale tum volatili & fixo, & propter ejus amaritudinem summam.

Sumitur ad quantitem drachmæ vnius in jusculis, vel in succo limonum, vel syrupo eorumdem, manè, jejuno stomacho, servato regimine & custodia, vel exterius applicatur partibus affectis cum gossipio, eo arcano madefacto, ad modum balsami.

2. Essent. Thymi. Fabr.

Thymus maceratur cum spiritu vini, maceretur per mēsem, f. Spiritus, separetur phlegma, affund. spir. & destill. idq; quater, ut ascendat sal volatile. Deinde ex thymo sicco fac oleum per descensum, donec combustum & incineratum sit thymum: oleum rectificabis, per retortam cum pauco vitriolo ad rubedinem calcinato, donec empyreuma deposuerit: deinde oleum à fœtore empyreumatis vindicatum conjunges cum floribus thymi recentis, & insolabis per aliquot dies. His peractis exprimes oleum à floribus quantū fieri poterit, & novis & recentibus, thymi floribus conjunges iterum oleum & insolabis, & exprimes, ter aut quater iterando infusionem florum, donec fragrantissimum acquirat odorem, & sic oleū hoc conjunges cum spiritu seu sale volatili. Ex cineribus verò thymi combusti in extractione olei, salem fixum elicies methodo communi, & vulgari, antea multoties in superioribus capitulis enarrata, & purū factum, & vindicatum ab omnibus excrementis connectes cum oleo & spirituoso sale thymi, & servabis ad usus. Deest huic essentiæ spiritus liquidus thymi, quia extrahi non potest propter siccitatem thymi, ita enim aridum est, & fere siccum etsi virescat, ut succus ex planta virenti extrahi non possit: itaque contenti fuimus salem volatilem extrahere ex hac planta ad essentiam perficiendam.

Vires & Vsus.

1. Orthopnoïcis, & anhelatoribus maximè prodest, quòd roboret pulmones, & pectus, & catarrhos sistat, & infarctos pulmones pituita, & glutinosis humoribus liberet, penetranti, & exsiccāti sua facultate.

2. Ischiadicis, & arthritide quacumque laborantibus in genere succurrit, & quidem maximè, dolores enim eorum mulcet & lenit, sola externa perunctione spiritus salis, tum fixi, tum volatilis quem in se coërcet.

3. Imbecillitatem visus tollit, roboratis, & auctis, & multiplicatis in maxima copia spiritibus animalibus, & fugatis & nebulosis vaporibus, qui nervos opticos occludunt, aut viam spirituum saltem obnubilant.

4. Concoctionem omnium viscerum juvat, quia multiplicat calorem naturalem suo sale & oleo, quæ maximum & copiosum in se coërcent vitalem calorē.

5. Sensus omnes, tum internos, tum externos acuit, propter eandem rationem, & expedit membrorum omnium motus, & facilitat, cum det viam & ingressum undiquaq; spiritibus per universa membra.

6. Curat omnes affectus ex causa frigida ortos, quia excalfacit vehementer, & multiplicat spiritus omnes, tum vitales & animales.

Quinta essentia tithymalorum essulæ & lathyris. Fabr.

Omnes hæ herbæ maximam vim purgandi obtinent, propter crudum autem succum, quem copiosum habent inter venena censentur, si tamen coquātur, & in essentiam redigantur, separatis, eorum excrementis mira evadunt medicaméta cathartica, nec

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 372 sur 955

cedunt orientalibus & barbaris medicamentis, quæ magno pretio, imo & sæpe sæpius vitæ periculo, è longinquis terræ plagis asportant mercatores, in nostras regiones. Quod non ita fieret, si medicorum nostratium cura, indagine, & industria, terræ & soli nostri indagarentur virtutes, ac herbarum scrutarentur secreta & arcana, at proh nefas! nemo est qui labori indulgere cupiat: inhiant nummis aureis & peculiis, quas blandè loquendo & concinnè, ab ægrotis educunt medici nostrates, & si quis chymiam, laboris plenam exerceat, digito commonstrant, & stultum prædicant, quod pecunias & aurum, absque labore, accumulare nesciat, ut ipsimet qui solis verbis in medicos evadunt summos, & morbos omnes prædicant mortales, ut si tandem sanitas exurgat, vi naturæ, non eorum industria, ab incurabili morbo, ægrotum levasse, se laudibus evehant, si verò fato corruant, eos se illud prædixisse, etiam se extollunt, sic quacumque vertatur morbus, laudem quærunt, cum tamen vituperium maximum undiquaque mereantur: exhortor ego tamen omnes Medicinæ alumnos, eos nullo pacto imitari & Chymiam quærere, & hac virtutes herbarum investigare, & potissimum nostratium omnium herbarum, tithymalorum, essulæ, & lathyris, & hellebori, in his enim crede mihi latitant arcana fere omnia, curandi omnes vulgo incurabiles morbos, extrahuntur verò harum herbarum essentiæ & arcana, pari methodo, ac extrahitur essentia hellebori, non egent ullo correctorio, modo in veram essentiam reducantur, usus erit in omnibus morbis qui purgatione egent, & eadem erit dosis ac hellebori essentia, & simili & pari omnino methodo poterunt extrahi, omnes aliæ essentiæ, ex quibuslibet aliis herbis catharticis, at ne ullam difficultatem pariamus chymicæ tyrunculis, permulta alia exempla adhuc præponemus, ut præmansa omnia habeant.

De quinta essentia Turbit. Fabr.

In pulverem tenuissimum reducendum est Turbit, & vitro indendum cum aqua roris Maij distillata: vitrum deinde clausum imponendum est furno digestionis in cineribus tepidis, vel in balneo mariæ tepido per mensem integrum. Mense peracto postquã singulis tribus diebus mensis, digestionis naturam quæ digeritur, agitaveris, per inclinationem aquam Roris claram & limpidam separabis à magmate, filtroque committes, ut turbulentum omne deponat. Deinde magmate aliam novam & recentem aquam impones, vel ad majorem efficaciam impones aquã superius reservatam ex extracto Senæ & Rheubarbari, & iterum digeres per quindecim dies, sepositaque hac aqua, per inclinationem, & commissa filtro, ut optimè depuretur, aliam iterum novam impones magmati digerendam, per octo dies, quam iterum separabis per inclinationem. Hæ omnes aquæ separatæ, & depuratæ distillandæ erunt levissimo igne, donec magma quod residebit ex distillatione, in fundo alembici habeat consistentiam mellis. Tum demum vase frigefacto, aquam distillatam magmati reddes, ut dissolvatur, & per dies duos, aut tres digeres, ut optimè hypostasis seponatur, & fundum petat. Hæc aqua per inclinationem erit separanda ab hypostasi, & filtro committenda, ut optimè depuretur. Deinde iterum distillanda ad consistentiam mellis ut priùs. Hæcque operatio toties iteranda, quousque magma seu extractum, quod in fundo remanet, nullas relinquat in solutione feces. Tunc demum quiescendum est, & ad magma superius relictam ex infusione prima extracti confugiendum. Cui novum turbit absque ulla trituratione addendum est, ad quantitatem trium, aut quatuor librarum, & totum omne alembico ad descensum proprio committendum, ut quicquid poterit distillari distilletur, & reliquum comburatur fortissimo igne, & in cineres reducatur albissimos. Oleum quod distillatum est per descensum empyreuma redolens, postquam ab aqua sua separatum fuerit, retortæ committendum est cum pauco vitriolo ad rubedinem calcinato, & distillandum est ter aut quater fortissimo igne cum novo & recenti vitriolo imposito, in singulis distillationibus: Sic oleum deponet empyreuma & ingratum odorem. Hoc oleum conjungendum est, cum extracto superiori. Deinde ad cineres turbit convolandum est, & ex his sal fixum extrahendum arte & methodo antea multoties enarrata, donec candorem & nitorem summum acquirat: hoc demum sal depuratum connectendum etiam est, cum extracto superiori, & totum omne conservandum in phiala optimè clausa, additis aliquibus guttulis olei cinnamomi, & cariophyllorum.

Vires & Vsus.

1. Educit hoc arcanum potentissimè quoscumq; humores, & præcipuè seroios omnes, & pituitosos, ad articulorum compagines defluentes, propter salem quem in se continet copiosum, & sulphur, quod caliditate sua fugat omnia frigida, & partes refocillat nervosas, & cartilaginosas.

2. Ventriculum expurgat, & quæ illi penitus inhærent excrementa detergit: item & pectus à pituitæ lentore emungit, unde & suspiriosis, & difficulter anhelantibus maximo est juvamento, propter sulphur, quod in se habet, quod est balsamum pectoris, & pulmonem, & ventriculi robur.

3. Datur magno juvamento aqua intercute laborantibus, item elephantiacis, & lue venerea affectis, & iis omnibus, qui morbis ab exustis humoribus provenientibus sunt obnoxij, propter spiritum salis, qui salem solutum nostri corporis foras evocat, & corrumpi non sinit, ex cujus corruptela, & solutione elephantiasis, & aqua intercus oriri solent.

4. Febribus quotidianis & quartanis maximè etiam prodest, & morbis omnibus in quibus pituita redundat, & chronicis etiam omnibus affectibus, quod citissimè ad pepasmum reducat omnes humores putrescentes in corpore, & naturam refocillet, & sic unà cum natura coctos expellat humores.

Dosis ʒß. ʒj. in jusculis aut syrupis.

Essentia Trimæi in Varis.

℞. *Rad. Vincetox.*
Enul.
Arist. rot.
Zedoar.
Caryophill.
pæon. an. ʒij.
Summit. Salv.
Beton.
Serpill.
Abrotan.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 373 sur 955

Rut.
Chamædr.
Chamæpit an ℥ j.
anthos ℥ j ß.
Spec. Diamoſch. d.
Dianth.
Latif. G. an. ℥ ß.
Sem. citri ℈ iij.
Theriac. Androm. ℥ ß.
Fœcul. aron. ℈ iij.

Pulverif. aff. Spir. vini Malvat. ad emin. 4. dig. digerantur per triduum, abſtrah. Spir. Vini ad mellis conſiſt. affund. ſpir. obſtr. ℔ ß. adde

Spir. cochl. ℥ ij.
Naſturt. ℥ j.
Rub. id. ℥ ij.
Eſſent. lumbr. ℥ iij.

Digerantur per d. & a. filtr. Doſis ℈ j. ad ℈ ij.

Quinta eſſentia Vitrioli Fabr.

Vitriolum depuratum ab omnibus ſuis heterogeneis excrementis, deſiccandum eſt igne levi, in cupreo vaſe, ſpatula ferrea agitando, donec in pulverem album convertatur: hic pulvis imponendus eſt retortæ, luto perquamoptimo munitæ, & retorta pluſquam dimidio plena in furno ad hanc diſtillationem apto collocanda eſt, in mediis ignibus; & ſervatis ignis gradibus diſtillandus eſt vitrioli ſpiritus, fortiſſimo igne, ita ut dum fumi albi egrediuntur, ſemper maneat candens retorta; ad finem uſque diſtillationis & ceſſent fumi omnes egredi. Recipiens oportet ut ſit perquamoptimè junctum collo retortæ ne reſpiret ullo pacto, ne exeant ſpiritus: hic ſpiritus egreſſus cuſtodiendus eſt & ſervandus in retorta obturato ejus oſculo peroptimè; dum habeas maximam quantitatem, repetitis diſtillationibus ex eodem vitriolo, donec non amplius exeant ſpiritus ex eo, per has repetitas diſtillationes, ſed vitriolum ipſum quod in fundo remanet retortæ albiſſimum deveniat, relicto colore nigro, aliiſque multis, antequam ad album deveniat: in ſingulis enim diſtillationibus magma quod reſidet, ſolvendum eſt aqualimpida, & clara, ſolutum clarificandum, & filtro committendum, donec optimè depuratum ſit à terrenis excrementis, quæ non ſoluuntur: ſolutum deinde evaporandum, & in pulverem reducendum, & pulvis hic diſtillandus fortiſſimo igne; ut dictum eſt; & ſic repetita hac operatione vitriolum pedetentim amittit colorem cæruleum, & album induit, & depuratur ſummopere, ita ut in fine depurationis illius feces ſint albæ, & ſupernatent ſolutionibus. Poſtquam autem tuum vitriolum depuraveris, & ſuo ſpiritu, & anima privaveris, ſpiritus omnis egreſſus putrefaciendus eſt per digeſtionem lentam in balneo tepido, in retorta, per menſem unum: eo peracto, diſtillandum eſt in balneo mariæ ferventis aquæ, quicquid poterit diſtillari humiditatis fœtentis & putridæ, reliquum autem quod aſcendere non poteſt, in fundo retortæ remanens, diſtillandum eſt per cineres, & ſepties rectificandum, ſervatis fecibus quæ relinquuntur in ſingulis diſtillationibus, in fundo retortæ, & ſali albo priori connectendæ ſunt, ut ſimul depurentur eadem arte, & methodo. Eſt enim depurandum ſolutionibus, deſiccationibus, ſeu evaporationibus, aut diſtillationibus humidi ſolventis, in retorta vitrea factis; donec ſal colorem aquirat rubeum ſummum. Tum demum connectendum eſt ſuo ſpiritui rectificato, multiplici pondere, ut abundantia & copia ſpiritus ſolvatur ſal, & ſpiritus extrahat tincturam ſuam, & volatilem faciat. Hæc demum omnia cum ſpiritu vini alchool conjungenda ſunt, & putrefacienda, & poſt putrefactionem depuranda, & ad tincturam rubeam conducenda. Hæc deinde tinctura cum pauco ſale rubeo puro conjuncta, & leviſſimo igne continuo fixata, & coagulata, eſt ſummum arcanum, & arcanorum omnium ſummum, cujus vires, virtutes, & proprietates experientia comprobabis ad omnes morbos.

Vires & Vſus.

1. Eſt theriacarum omnium ſumma theriaca: venena omnia, animalia, vegetalia & mineralia fugat, & extinguit; quia ejus mercurius, ſal, & ſulphur, quæ in ſua compoſitione inveniuntur, perfectiſſimè depurata, & cocta reperiuntur, & plus quam in auro ipſo, unde & virtutes omnes auri ipſius ſuperat & antecellit.

2. Eſt cardiacorum, cephalicorum, hepaticorum omnium medicamentum præſtantiſſimum, ſuperat omnia ſublunaria medicamenta, &, ſi hominem mori non oporteret edicto divino, in perpetuas æternitates poſſe trahere vitam hoc arcano affirmarem.

3. Beatiſſimus eſt Medicus qui arcanum poſſidet; tantum eſt enim morborum omnium ἰηξόπμον verum; & abſoluta cura & medicina, in omnibus morbis cutaneis, & ſolutione continui quacumque, eo uti poteſt tutiſſimè.

Sumitur in juſculis, in ovis ſorbilibus ad quantitatem drachmæ unius, quacumque hora & tempore; ſecundum neceſſitatem morbi curandi: ſi tamē morbus det eligendi temporis copiam & facultatem, melius eſt manè, jejuno ſtomacho, & præcipuè in conſervando ætatis & roboris flore.

De ſpir. tu virid. Vitrioli ad curam Epilepſiæ.

Ex Vitriolo elicitur ſpiritus cæruleus & viridans; qui eſt arcanum epilepticum; ſed in eo extrahendo eſt peculiaris, & ſumma induſtria: eſt enim ita procedendum: Vitriolum eum æquali pondere ſalis petræ indēdum eſt retortæ luto munitæ, & retorta collocanda eſt in furno ad diſtillandam aquam fortem proprio & apto, & diſtillanda eſt hæc aqua fortis, junctūris optimè clauſis recipientis & retortæ, ne exeant ſpiritus. Poſtquam diſtillata eſt hæc aqua, & dum adhuc rubet recipiens ſpiritibus aquæ fortis, ſeu ſalis petræ, connectendum eſt ſubitò; & ſumma cum induſtria collo alterius retortæ, vitriolo deſiccato, & pulveriſato ſemiplenæ, & junctūris optimè clauſis, diſtillandus eſt vitrioli ſpiritus, qui dum egreditur in ſpecie, & forma fumi albi, invenit in recipiente ſpiritum rubeum ſalis petræ, & ſe invicem fixant; magno murmure; nubibuſque multis per aëris vacui recipientis ſpatium volitantibus, & tandem ſoluuntur in aquam cæruleam, & viridantem, ponderoſam ſummopere: hæc aqua deinde poſtquam per aliquot dies in ipſo recipiente optimè clauſo quieverit, ut ſpiritus omnes in aquam tranſeant, imponenda eſt retortæ obturato oſculo, & per menſem putrefacienda in di-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 374 sur 955

digestione balnei tepentis: tum demum distillanda per cineres, leviſſimo igne, in qua distillatione primò egreditur ſpiritus cæruleus & viridans vitrioli, & ſtillant guttæ viridantes & cæruleæ. His ceſſantibus, mutandum eſt recipiens, & ſpiritus tuus in phialis optimè clauſis ſervandus ne reſpiret: alia verò aqua quæ remanet eſt aqua fortis, & ad fiſtulas, ulceraque mali moris curanda poteſt reſervari, poſtquam rectificata fuerit ter aut quater: & ſi ſpiritui vini rectificato connectatur & putrefiant ſimul & diſtillentur, ſummum efficies ex aqua forti medicamentum deobſtruens & reſerans omnia.

Vires & Vſus.

1. Epilepticum eſt arcanum, curat omnes epilepſias, ſive per ſympathiam, ſive per idiopathiam; quia roborat cerebrum ſummopere, & ſpiritus ejus multiplicat, & exſiccat ſuperfluam ejus humiditatem, adaucto ejus calore vitali: putre fieri etiam humores in corpore non permittit, ſuo ſale volatili.

2. Curat præterea lentigines, herpetes, & ſcabiem omnem, ſola perunctione, & fiſtuloſa ulcera nullo dolore; quia ejus ſal qui reſidet in ſua ſubſtantia dulcis eſt, nec ullo pacto cauſticans & urens.

Sumitur in aqua pœoniæ, vel in tinctura florum pœoniæ, ad quantitatem ſcrupuli unius, manè, jejuno ſtomacho, ſingulis diebus iterando doſim, per menſem unum, & bis purgãdo corpus, ſale vitrioli in eo menſe, & ſic fit abſoluta cura cujuſcumque epilepſiæ.

Eſſentia Viperarum. Schrod.

℞. Iecinora & corda Viperarum n. 100. exiccata & contuſa cum Sp. Vini rectif. ʒ. vel 4. dies digere, extrahe ſ. a. Iunctis deſtillationibus adde ad ℔. j. huius eſſentiæ ſalis Volatilis ℥ j. fixi ℥ ß. digere adhuc 24. ut optime uniantur. Hanc eſſentiam mihi debet Schrôderus, egoque Fratri meo Georgio.

Quinta eſſentia Vngulæ Alcis. Fabr.

Ferunt omnes Medici Alcem Aſinum ſylveſtrem occulta quadam proprietate Epilepticos inſultus curare, quod experientia confirmant, nihilominus tamen id unde proveniat, apud neminem Medicorum nec Phyſicorum legere potui, nec audire unquam potui ullam rationem, quam illam præfatam quæ de omnibus occultis, & quæ ignorantem audiri poteſt, nempe occultam eſſe Alcis proprietatem, quæ proprietas cum à forma ipſa dependeat in cognitionem hominum devenire nequit, id mihi numquam arriſit. Ideo quantum in me eſt ingenij in hoc elaboravi, ut rationem excogitarem aliam, quam illam vulgaré, ex qua naturam & eſſentiam, tum Alcis ungulæ, tum Epilepſiæ pernoſcere poſſimus. Aſſerunt Spagyrici Medici Epilepſiam, originem habere ex ſubſtantia Mercurij, aliis prædominante & ſuperbiente, non ſecus ac in magno mundo ingruente tempeſtate, ferũtur undique nubes & glomerantur, inſurguntq; venti, fulgura, fulmina, & tonitrua, donec diſſipatis nubibus redeat clara tempeſtas, ſic in homine caduco laborante, ſuperbit ſubſtantia Mercurij, ſurſum deorſum undiquaque fertur, turbatur viſus, auditus, & reliqui ſenſus, intellectus & ratio, inflantur & tumefiunt ab ſpiritibus ventoſis membra, donec tandem diſſipata illa Mercurii ſuperbia, nubibuſq; ex ea glomeratis, redeant ad primum ſtatum omnia, & redeat clara tempeſtas microcoſmi, jam verò ea omnia quæ tempeſtatem hanc frangere poſſunt, poſſunt & Epilepſiam curare, veluti ſunt ignea omnia, & ætherea, quæ ſubito nubes fugare, & diſſipare poſſunt inter quæ ſunt ſpiritus vini, & oleum vitrioli circulatum, oleum cinnamomi, & caryophyllorum, camphoræ, & reliqua ſimilia, quæ cum in ea ſunt, & ſummæ penetrationis, illico, ad caput feruntur ibique nubes, à Mercurio ſuperbiente glomeratas, diſſipant. Iam verò ungula Alcis cum ſicciſſima ſit propter ſalis calcinati & retorridi copiam ſummam, quam in ſe habet, poteſt etiam proprietate manifeſta, ſalis ſui retorridi, & ratione ſpiritus ſalis ipſius, ipſam Mercurii ſuperabundantem humiditatem comprimere. Addam etiquod Cornua omnia, Ungulæ ſulphureæ ſint ſubſtantiæ, & vitriolatæ, quòd experientia confirmatur dum metalla colorant, & variis coloribus afficiunt, & mollitiem & ductibilitatem illis inducunt, ſi fuſa, ſuper ungulas aut cornua proiiciantur: beneficio autem illorum ſpirituum ſulphureorum & vitriolatorum mercurij aſcendentem humiditatem, & undiquaque divagantem figunt, & coercent, cum proprietas ſit illorum ſpirituum congelare, & figere mercurii diſſolutam ſubſtantiam, in quâ tantùm fixione & compreſſione conſiſtit vera cura Epilepſiæ, quia tamen pauci ita procedunt illamque curam norunt, ideò pauci ſunt, imò perpauci, qui Epilepſiam alioſque ejuſmodi morbos curare ſciant, ſed incurabiles relinquunt. Ut autem curari poſſit dabimus Ungulæ Alcis eſſentiam ſequenti methodo, quæ multum confert, imò prorſus curat Epilepſiam. Sumatur ungula Alcis, pedis ſiniſtri poſterioris numero una, & radatur in fruſtula tenuiſſima, ſuper ipſam proiiciatur, ad eminentiam duorum digitorum oleum caryophillorum, & cinnamomi, æqualibus partibus, in quibus flores tiliæ arboris, & pœoniæ maduerint per menſem integrum: deinde cum ipſis floribus circulata fuerint hæc olea, deinde rectificata, & ter aut quater diſtillata ut tenuitatem ſummã acquirant, his ita collocatis in vitreo vaſe oblongi colli, & obturato orificio, ne reſpiret, imponens furno Athanoris ad circulandum, donec ungula diſſoluta ſit cum ipſis oleis, & in mucaginem redacta: tunc demum diſtillabis igne cinerum levi, ne comburatur ungula, poſtquam amplius diſtillare non poterit, reliquum aperto igne combures, & in cinerem reduces, è qua ſalem elicies cum aqua florum tiliæ arboris, vel cum aqua pœoniæ aut calendulæ. Eumque ſalem elicies purum & mundum, quem ſic mundum, conjunges oleo prius deſtillato, & circulando in gummi reduces, additis drągmis nonnullis ambari optimi, in pulverem tenuiſſimum reducti, & ſic balſamum conficies, ſtupendum adverſus quamcumque Epilepſiam puerilem, aut virilem, effectus ejus teſtabitur eventus fœlix & faſtus, omnibus hiſce miſeris, qui malo illo cruciantur.

Vires & Vſus eſſentia Vngulæ Alcis.

Scotomiam omnem vertiginem, ſoporem, veternum, Epilepſiam & ſimiles omnes affectus pedetentim, & inſenſibiliter curat, eorum cauſam conſumendo, & annihilando.

Mire recreat omnes cerebri facultates, & omnes ſenſus acuit tum externos & internos.

Sumitur cum aqua cinnamomi, pœoniæ, florum ti-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 375 sur 955

liæ arboris,& in juſculis & in ovis ſorbilibus, ſummo mane jejuno ſtomacho,ad quantitatem ʒ ß ad ʒ j. Si pervicaces ſint affectus,purgare corpus imprimis ego conſulo,& præcipuè cum aqua benedicta Rulandi,quæ paratur ex infuſo croci metallorum cum aquâ cardui benedicti, & ſumitur ad quantitatem ʒ j. Purgatio autem hæc fieri debet bis in menſe, aut ſingulis hebdomadis,ſi urgeat effectus, & ſingulis diebus uti,arcano præfato,donec curetur affectus. Poſtquâ autem curatus fuerit (& præcipuè in curanda Epilepſia ſervandus eſt hic modus,) ſingulis menſibus in plenilunio utendum eſt arcano ungulæ Alcis præfato.

De quinta eſſentia Vulpeculæ. Fabr.

Sumatur Vulpes mas,verno tempore, & occidatur, & cum ſuo ſanguine in vas vitreum imponatur in fruſtula conciſa : addatur aliquid vini alchool ut ſupernatent humida ſiccis, ad eminentiam quatuor digitorum,collocetur vas opptimè clauſum in fimo equino tepido,per menſem integrum, eoque tranſacto, diſtilletur quicquid poterit diſtillari, diſtillatum circulandum eſt,& deinde ſepties rectificandum: feces verò prioris diſtillationis calcinandæ ſunt, donec albeſcant cineres,ex his Sal extrahendus,& purificandus ultima purificatione,ut in omnibus ſuperioribus eſſentiis factitatum eſt. Sal purus putus aquæ ſuæ rectificatæ conjungendus,& digerendus per octo dies, & deinde humidum ſupervacaneum extrahendum balnei,calore,& reliquum ſervandum in vaſis vitreis.

Vires & Vſus.

1. Mira quadam proprietate colicos dolores certiſſimè ſanat,imò geſtans ſecum hoc arcanum vaſi aliquo vitreo hermeticè clauſo impoſitum, nunquam affligetur ventris & inteſtinorum dolore.

2. Dolores etiam prodagricos tollit exterius illinendo,& curat interius ſumendo.

3. Hydropicos mirabiliter ſublevat, & aquas & ventos ſenſim conſumit.

4. Alopeciam ſympathica agendi facultate exterius ungendo partes alopecia affectas,curat.

5. Nervis convulſis etiam medetur, ſumitur mane in juſculis ad ʒ j.

De quinta eſſentia Viperæ.

Eviſceratæ Viperæ,capite caudaque abſciſſis, cuteque depoſita,minutim inſcindendæ ſunt,& vaſi vitreo imponendæ,cum ſpiritu ſalis, ad eminentiam quatuor digitorum Sole exiſtente cum Mercurio in domo Gemini & inſolandæ per quindecim dies. Deinde diſtillandum eſt, quicquid poterit humiditatis, diſtillatum toties rectificandum, donec empireuma nullum redoleat,& vaſi vitreo reſervandum, feces verò comburendæ, & calcinandæ donec albeſcant cineres, ex his demum ſal extrahendum ſolutione, calcinatione, filtratione,& coagulatione, hiſque ſæpiſſimè iteratis operationibus ad ſalis uſque candorem ſummum,& puritatem,donec dulcis ſit & liqueſcat ut cera leniſſimo igne, deinde conjungendum eſt,prædictus nobilis,& ſplendidus ſal,in aqua ſua,& ambo circulandi donec nexu indiſſolubili conjungantur,& fiant unum inſeparabile, interim ſi quid eſt humiditatis aquoſæ,per balnei calorem tepidum,poterit ſeparari. Quod reſervari poterit ſeparatim ad oculos albugine,nebulis,& cataracta læſos, & ad auræ peſtiferæ fugam.

Vires & Vſus eſſentiæ Viperarum.

1. Hoc Arcanum eſt cordis potiſſimum, & vitæ ſolidum propugnaculum,ideò omnibus veneni ſpeciebus potentiſſimè,& efficaciſſimè reſiſtit, eaque vincit.

2. Febres omnes peſtilentes & malignas ad laudatam criſim,& citiſſimam coctionem conducit.

3. Ab omni peſtis & contagionis periculo cuſtodit,fugat auram peſtilentem,vapores, & corruptiones internas malignas,Cerebrum,cor,& hepar infeſtantes, foras protendit & evincit per inſenſibilem tranſpirationem.

4. Morſibus ſerpentum & brutorum aliorum venenatorum exterius appoſitum curat, & venenum mortificat.

5. Bubones peſtilentes, & carbunculo & antraces exterius applicatum citò maturat eoque dolores ingentes mitigat.

Scabiem,ſcoram, ſerpiginem lepram tollit. Doſis ℈ j. quotidiè manè in aqua cin. ror. majal. theriacalis aut Card. ben.

FINIS LIBRI TERTII.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 376 sur 955

LIBER QUARTUS
DE TINCTVRIS.

Tinctura Aperitiva splenet. Dorne.

℞. *Spec. Aperitiv. Polychrest. q. s. Extrahe Sp. Vini, Essent. s. Tinctur. s. art. colatura per filtrum trajecta detur ad usum.*

Tinctura Antipodagrica purgans.

℣. Herb. Betonicæ
Iuæ Arthriticæ } ana M. j.
Capill. Ven.
Stœchados Arab.
Salviæ } ana p. j.
Myrobalan. citrin. ℥ vj.
Polyp. Quercini
Liquiritiæ } ana ℥ j.
Agarici albiss. ℥ ß.
Cort. Ellebo. nigri ℥ j. ß.
Sem. Citri
Caryophyllorum
Galangæ } ana ℥ j.
Sem. Anisi
Epit. Cretici
Fol. Sennæ. } ana ℥ j. ß.
Rhabarb. ℥ j.
Spicæ ℥ ß.
Sacchari ℥ ij.
Vini q. s.
Fiat digestione Tinctura.

Tinctura Antipodagrica alia.

℣. Betonicæ
Melissæ
Scolopendr.
Capillorum Ven. } ana M. ß.
Iuæ Arthet.
Flor. Borrag.
Violarum } ana p. j.
Galangæ ℥ j.
Cort. Myrobal. citrin. ℥ j. ß.
Rhabarb. ℈ iv.
Agarici albiss. ℥ j.
Fol. Sennæ ℥ ß.
Cremoris Tartari ℥ ß.
Mannæ ℥ ß.
Sacchari ℥ iij.
Vini Absynth. q. s.
Misce, Fiat Tinctura.

Tinctura Antimonij, Basilij.

Cum aceto radicato extrahatur tinctura ab Antimonio crudo candefacto, digestione per mensem facta, filtr. & digeratur per alium mensem ut nigrescat. Abstrahatur acetum ad finitatem, edulcoretur & circuletur cum Spir. Vin. opt. ad emin. 3. vel 4. digit. per mensem unum & alterum vase clauso: Dec. & destill. ac circuletur per 12. dies, ut subsideat in fundo Tinctura Antimonii, quam à Spiritu Vini separa.

Tinctura Antimonii Kelleri.

Cum spiritu Antimonij essentificato extrahe tincturam ab antimonio pulverisato, filtra, abstrahe, digere cum Spir. Vini optimo, & abstrahe postea. Spiritus Antimonij prodit ex Magnesia proprio sale acuendus.

Tinctura Antimonii Mynsichti.

℞. Vitrioli ad rubed. calc. q. v. superfundatur acetum destillatum, stent in loco calido per biduum, auferatur tincturam. In hac infunde Antimon. crud. q. s. digerantur donec flavedo in menstruo appareat, auferatur & recens affunde. Destillentur ad spissit. mellis extrah. post. cum spiritu vini, abstrahe ad medietatem, & rubram tincturam serva usui.

In Epilepsia, Melancholia, Mania, Philtris, Venenis haustis, peste mirè operatur. Dosis gr. vj. in vehiculo convenienti.

Tinctura in Angina. Mylii.

℣. Cort. ligni berberis
Ligni asaciæ
Nasturtii aquatici } ana m. iij.
Sionis
Cancrorum vivorum m. ij.
Mellis ℥ ij. ß.
Aluminis ℥ j. ß.
Vini rubei q. s.
Fiat Digestione Tinctura, quæ teneatur in ore pro gargarismo.

Tinctura Asthmatica digestiva Mylij.

℞. Rad. & fol. Aristol. m. iij.
Hyssopi
Meliss.
Hyper. ana m. ij.
Aloës ℥ vj.
Myrrh. ℥ ij.
Rad. Aronis
helen.
liquir.
pimpin. ana ℥ ß.
Sacchari Ros. ℥ ij.
Cum Spir. vin. s. Tinctura.

Tinctura indolore Aurium ab impuro sanguine.

℣. Borrag.
Buglossæ
Capill. Ven.
Lupuli } ana m. ß.
Fumariæ
Cuscutæ
Endiviæ
Iuiubarum } ana N. x.
Sebesten

Sena

Sena ℥j.
Zingiberis ℥ j.
Sacchari ℔.ß.
S. vini q ſuff. fiat.

tinctura Externa in tinnitu aurium.

℣. Majoranæ
Rutæ
Stœchados
Mentaſtri
Chamomillæ
Meliloti
} ana m.ß.

Fiat cum vino Tinctura bona, tenenda in ore.

tinctura Apoplectica. Mylij.

℣. Sem. pœoniæ
Nuc. moſchati
Coriandri præpar.
Viſci quercini
} ana ℥ ij.
Galangæ
Cubebarum
Cinnamomi
Macropiperis
} ana ℈ j.
Flor. Anthos ℥ j.
Tormentillæ
Zingiberis
} ana ℥ ß.
Sacchari q par erit.
Vini malvatici ſuper lil. convall. deſtillati q. ſuff. Fiat Tinctura.

tinctura Apoplectica alia. Mylii.

℣. Raſuræ Vngulæ Alcis
Cranij humani
} an. ℥ ij.
Spec. Diamoſchi dul. ℈ iv.
Corallorum utriuſque
Margarit. præparat.
Quing. lapidum pretioſor. calcin
} ana ℥ ß.
Rad. Dictamni albi
Rhabarbari electi
} an. ℥j.
Viſci querni
Cubebarum
Cardamomi
} an. ℥j.ß.
Flor. ſalviæ
Anthos
Calendulæ
} ana ℈ iv.
Nuc. moſchatæ
Galangæ
Piperis longi
Coriandri præpar.
Zingiberis
} an. ℈ v.
Sem. citri excort. ℥ ij.
Zedoariæ
Doronici
Feen utriuſque
} an. ℈ j.
Flor. Borrag.
Bugloſſ.
Menthæ
Meliſſæ
Nymphææ
Violarum
} an. ℥ ß.
Oſſis de corde cervi Num. iv.
Vnicornu gr. xv.
Terræ ſigillat. ℥ ß.
Roſ. rub. ℈ ij.
Spec. Diamargariti frig.
De gemmis
} an. gr. xv.
Moſchi
Ambræ griſ.
} ana gr. x.
Spiritus vini rectificati q. ſuff.
Fiat Tinctura elegans.

Veltalis: ℣. Spec. Dianiſi
Diacaſtorei
Dianthos
Plires archont.
Diamoſ. amari
} an. ℥ ß.
Diatrion pipereon ℥ j.
Caſtorei
Zedoariæ
Caryophyllor.
Nuc. moſchatæ
} an. ℈ ij.
Zingiberis ℈ j.
Cinnamomi ℈ ij.
Gran. pœoniæ
Xyloaloes
Raſ. Vnicornu
} an. ℥ ß.
Rhabarbari ℥ j.
Spiritus vini lavendul. q. ſuff.
Fiat l. a. Tinctura.

tinctura Antiapoplectica Nobiliſſ. Mylii.

℣. Rad. Angelicæ
Zedoariæ
Tormentillæ
Enulæ Camp.
} an. ℥ j.ß.
Pœoniæ
Viſci querni
Viſci coryli
} an. ℥ j.
Herb. meliſſæ
Rutæ
Menthæ
Hyſſopi
Pulegii.
Abſynth. põt.
} an. m ß.
Sem. citrii
Pœoniæ
Carduiben.
Seſeleos
Gran. iuniperi.
} an. ℥ ß.
Cubebarum
Cinnamomi
} an. ℥ vi.
Flor. tiliæ arboris
Lilii conuall.
Lavendulæ
Calendulæ
} an. p. iij.
Flor. Cichorij
Bugloſſæ
Roſar. rub.
} an. p. j.ß.
Spiritus lilii conuall. q. ſuff.
Fiat Tinctura extractiua, quam eſſentifica ſequentibus nobilioribus.

℣. Theriacæ Venetæ ℥ ß.
Confect. Anacardin.
De Hyacintho
Alkermes
} an. ℥ j.
Spec. Diamargar.
Diacorallii
Latif. Galen.
} an. ℥ ij.
Diacaſtorei ℥ ß.
Camphoræ ℥ j.ß.
Fiat & harum extractio nobilis, qua prioribus pro Eſſentia præſtantiori commiſcetur.

tinctura boraginis & bugloſſæ. Grul.

Fit cum Vini Spiritus qui toties floribus boraginis & bugloſ-

Misce Mel arenæ bene mundatæ, ut fiat inde quasi massa: superfunde vini spiritum ad eminentiam duorum digitorum. Digere per quinque vel sex horas: coloratumque spiritum effunde, & alium affunde, donec non amplius coloretur. Tinctum spiritum filtra & coagula.

Hæc Tinctura mirum in modum curat & nutrit Phthisicos.

Tinctura Odontalgica. Mynsichti.

℞. Ras. ligni Guaiaci ʒ j.
Sassafr.
Sarsaparill. ana ʒj.
Rad. pyrethri
Alum. crudi
Nitri ana ʒ ß.
Sem. staphisagr.
Hyosc. ana ʒ ij.
Opij spag. præpar.
Caryophyll.
Serpill.
Origani
Croci ana ʒ j.

Cum spiritu Vini & aceto ana ℔ j. ß. f. Tinctura.

Tinctura pectoralis.

℞ Thymi
Ameos
Anethi } ana ∋ ij.
Cinnam.
Zingiberis

Sem. Apii ∋ j.
Leuistici ʒj. ∋. j.
Petroselini ʒ ij. ∋ ij.

Pulegii
Hyssopi
Calamenthi } ana ʒ iij. ß.
Seseleos
Melanopiperis

Spiritus vini q. suff. Fiat.

Vel: ℞. Pulegii
Semen Seseleos
Pulegii } ana. ʒj.
Calamint. mont.

Sem. apii
Summit. Thymi } ana ʒj.
Sem. Lebistici ʒ vj.
Piperis

S. vini q. suff. cum Tinctura mellis
Fiat mistura.

Vel: ℞. Sem. Apii } ana ʒij.
Comar. Thymi
Ligustici ʒ vj.
Piperis nigri ʒ vj.
Zingiberis ʒ j.
Calaminthæ montan.
Calamint. campest.
Sileris montani } ana ʒ vj.
Petroselini
Mellis ℔. j. ß.
Spiritus vini q. suff.
Fiat Tinctura.

Tinctura in Paralysi. Mylii.

℞. Spec. Diaxyloaloes ʒj.
Diamoschi dul. } ana ʒ ß.
Diagalangæ
Visci quercini } ana ∋ iv.
Rad. pæoniæ

Ireos
Galangæ } ana ∋ ij.
Calami aromat.

Nuc. Mosch. ∋ j.
Ligni Aloes ∋ ß.
Sacchari albissimi ʒ iv.
Vini generosi q. suff.
Fiat Tinctura.

Tinctura in Pulmonis affectibus. Mylii.

℞. Cinnamomi ʒ j.
Caryophyllor. ʒ j. ß.

Anisi
Fœniculi } ana ʒ j.

Macis
Cardamomi } ana ʒ ij.
Iridis

Herb. Carduibened.
Scabiosæ } ana m. j.
Capill. Veneris

Hepaticæ
Pulmonariæ
Agrimoniæ } ana m. ß.
Salviæ

Rad. Serpent. ʒ iij.
Aristoloch. longæ ʒ ij.
Sem. Vrticæ ʒ j. ß.
Prasii m. ß.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 396 sur 955

Flor. violarum
Malvæ } an. p. ij.
Borraginis
Mellis despumati ℔ j
Sacchari penid. ℥ ß.
Pulmonis vulpini ℥ j
Pulmonis microsmi præp. ℥ ß.
Spiritus vini q. s.
Fiat l. a. Tinctura excellens.

Tinctura alia in Paralysi.

℞. Rad. Pæoniæ
Rusci } ana ℥ vj.
Asparagi
Summit. Hyssopi
Betonicæ } ana m. j.
Iuæ arthetica
Primulæ veris
4. Sem. frig. maior. an. ℥ ij.
Flor. Calendulæ
Stœchados } anap. j.
Anthos
Cardiacæ
Cinnamomi
Passular. concis. ℥ j.
Vini Malvatici q. s.

Tinctura Proprietatis. Mynsichti.

℞. Spir. vini anis. ℥ xv.
Elix. propr. ℥ j.
Conf. Alkerm. ℥ ß.
fl. tun. rubr. ℥ j.

f. tinctura edulc. sacch. dosis ℥ j. ad ℥ ij. ad omnes morbos præcavendos.

Tinctura fl. Pœoniæ Fabri.

Fit ut ejus Tinctura Rosarum, ita tamen ut loco Spirit. Sulphuris sumatur spiritus vitrioli.
Dosis ℥ ß. contra Epilepsi.

Tinctura Papaveris Erratici. Mynsichti.

℞. Conf. Flor.
Papaveris errat. Vnc. j.
Flori Papav. errat.
Sp. Vitrioli irrorat. Drach. j.

Misc. & cum aq. ex succo prædictorum florum destill. Vnc. xxx. extrahatur Tinctura rubicundissima; quam postea filtra & adde

Syr. è suc. flor.
Papav. errat. parum
Vitriolat. Vnc. viij.

Misce & ad usum repone.

Vires, Vsus, Dosis.

In defluxionibus calidis, tenuibus & acribus, asperam arteriam & fauces exasperantibus, insomniamque facientibus, quam maximè valet: Tussim quoq; inde natam; nec non Catarrhum & Phthisin sedat, refrigerat, atque somnum conciliat. In pleuritide & punctoris laterum, ad dolorem mitigandum, inflammationem resolvendum, sudoremque eliciendum admirabile præsidium est. Insuper ad alvi profluvium & dysenteriam ex materiæ aeris & biliosæ effluxu excitatam, valdè prodest. Dosis ab Vnc. ij. per se vel cum aliis vehiculis idoneis.

Tinctura ad extra in Podagra. Grul.

℞. Myrtillor. gallar. absinth.
Nuc. Cupreß.
Ros. rubr.
Chamom.
Sal. communis ana M. j.
Acaciæ
Hypocistid. ana ℥ ß.
Theriac.
Camphor.

Mista digerantur cum vino nigro, deinde exactam tincturam cola, cum hac fricentur, & colligentur pedes.

1. Tinctura pestilentialis. Diaph.

℞. Theriacæ opt. ℔. ß.
Mithridatii ℥ iv.
Rad. Angelicæ
Cassiæ lignea } ana ℥ ß.
Cinnamomi
Scordii ℥ j. ß.
Dictamni cretici
Tormentillæ ana ℥ vj.
Gentianæ ℥ j.
Zedoariæ ℥ ß.
Calami odorati ℥ vj.
Galangæ ℥ ß.
Zingiberis
Piperis longi an. ℥ vj.
Aristol. rot. ℥ iij.
Ligni aloes
Cort. citri an. ℥ ij.
Croci ℥ iij.
Baccar. lauri
Iuniperi
Caryophyll. } ana ℥ ij. ß.
Nuc. Mosch.
Macis
Rasuræ Eboris ℥ j.
Cornu cervi ℥ ß.
Boli armeni ℥ ij.
Terræ Lemniæ ℥ ß.
Vngulæ alcis ℥ ß.
Succini albi ℥ ij.
Corallor. utriusque ana ℥ iij.
Siritus Vini q. sufficit.

Fiat l. artis Extractio Tincturæ, quæ nimio à menstruo separatur artificiosè.

Tinctura pestilentialis secunda.

℞. Rad. Tormentillæ
Pimpinellæ
Gentianæ } ana ℥ ij.
Valerianæ
Diptamni albi
Petasites

Scordii
Dictamni cretici
Sem. Carduibened. } ana ʒj. ß.
Basiliconis
Terræ sigillatæ
Boli armeni ana ʒj. ß.
Santali albi
Cort. citri
Ligni aloes
Santali rubei
Santali citrini } ana ʒij
Macis
Nuc. Moschatæ
Caryophyllorum
Rasuræ Eboris ʒj.
Cornu Cervi
Croci
Corallor. utriusque
Vnicornu
Succini albiß. } ana ʒj.
Ossis de cord. Cervi
Eboris
Margarit præpar.
Flor. Sulphuris
Camphoræ
Smaragdi
Saphyri } ana ϑj.
Hyacinthi
Moschi
Ambræ ana ϑ ß.
Spiritus vini q. suff.

Fiat Tinctura Extractio, Extractionis dephlegmatio, dephlegmati Vsus & Medicina.

Tinctura Catholica. Grulingii.

℞. Fol. sen. el. unc. j. ß. turpeth. el. ʒvj.
Diagrid. Rhabarb.
Spec. Diagal. ana ʒij.
F. Cum Spiritu Vini, extractio Tincturæ, quæ mixta convenientibus omnes evacuat humores.

Tinctura Cholagoga. Grul.

℞. Rhab. El. ʒvj.
Mechoac. el.
Turpeth.
Diagrid. ana ʒij.
Cinnamomi opt.
Liquirit. rasæ,
Macis,
Sem. Citr. an. ʒ j.
F. Tinctura cum Spiritu Vini.

Tinctura Phlegmagoga. Grul.

℞. Turpeth. el. ʒ vj.
Senæ el. unc. ß.
Diagryd. ʒij.
Cinamomi
Caryophyll.
Zingib.
Galang. an. ʒj.
F. l. a. cum S. V. Tinctura.

Tinctura Melanogoga. Grul.

℞. Fol. Sen.
Cryst. ♀r. unc. j.
Diagrid. ʒ ij.
Cinamomi
Caryophyll.
Galang.
Anis. an. ʒj.
M. Cum S. V.
F. Tinctura.

Tinctura Hydragoga, Grul.

℞. Sem. Ebul. ʒ vj.
Chartam. unc. ß.
Diagryd. ʒ ij.
Cinamomi
Macis
Zingib.
Anis. an. drachm. j.
F. Cum S. V. Tinctura.

Tinctura in delicatis.

℞. Prun. Damascenor. unc. j.
Violarum drachm. j. ß.
Tamarindor.
Cassiæ an. unc. j.
Mann. unc. j.
Fl. Cordial. an. p. ß.
Sacch. Cand.
Penid. an. unc. ß.
Fiat cum Vino tinctura appropriandæ & aromatisandæ suis convenientibus vehiculis ac homogeneis.

Tinctura ad Flatus Hypochondriacos.

℞. Cort. arant. sicc. drachm. iij.
Sp. Diasen. laxativ. Brasavolæ ʒ j. ß.
Sem. anis.
Carvi
Fœni. an. drachm. j.
Macis drachm. ß.
Sacchari unc. ß.
Spiritus Vini unc. iij.
Misce Fiat Tinctura.

Tinctura Purgans.

℞ Fl. Cardial. an. p. j.
Herb. Scariol.
Endiviæ anam. j.
Liquirit. raf. drachm. j.
Tamarind. unc. ß.
Myrobal. Citr. drachm. j.
Sem. Citr.
Anis. an. drachm. j.
Rhab. el. ϑ ij ß.
Fol. sen. ʒ ij. ß. Cinamomi el. ʒ j. ß.
F. cum Vino tinctura, quæ dabitur cum Syr. Rosæ & aq. cinamomi, si placet adde ad dosin Spiritus ☉l. gutt. vj.

Tinctura Antipodagrica purgans.

℞. Herb. Beton.
Ivæ Arthetic.
Capill. ♀ an. M. j.
Stachad. Arab.
Salviæ an. p. j.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 398 sur 955

Myrobalan. citrin. drachm. vj.
Polypod. q.
Liquirit. an. unc. j.
Agar. albiſſ. unc. ß.
Cort. Helleb. nig. drachm. j. ß.
Sem. Citr.
Caryophyllor.
Galang.
Sem. Aniſ. an. drachm. j.
Epithym. Cret.
Fol. ſen. el. an. unc. j. ß.
Rhab. drachm. j.
Spicæ drachm. ß.
Sacch. unc. ij.

Miſce & infunde cum Vino generoſo ſtillatitio, ac Tartariſato. Fac in digeſtione ſ. Tinctura, quæ dabitur cum ſuis Vehiculis.

Tinctura antipodagrica alia.

℞. Beton.
Meliſſ.
Scolopendr.
capill. ♀.
Iva Arthet. an. M. ß.
Fl. Borrag.
Violar. an. p. ß.
Galang. ℥ j.
cort. myrabol. citrinor ℥ j. ß.
Rhab. ♃ iiij. *Agar. Albiſ.* ℥ j.
Fol. ſen. el. nuc. ſem.
chryſt. ♀r. *albis. unc. ſem.*
Mann. unc. ſem.
Sacch. unc. iij.

F. omnium miſtura, deinde infuſio cum Vino Abſinthiaco q. ſ. Tincturam cola, filtra, ut artis eſt.

Tinctura in Podagricis.

℞. Turpeth. El.
Pulv. ſenæ
Diagryd.
Hermodact. ana ℥ j.
C. C. *uſt. Spodii drachm.* ℥ ß.
Cinnamemi drachm. j.
Sacchar. drachm. iij.
M. *Infundatur pro tinctura cum vino.*

Tinctura Hyſterica.

℞. *Sem. leviſt. el. unc. j.*
Agar. trochiſc. cum ſale gemm. unc. ſem.
Galang.
Zedoar.
Myrrh.
ſabin. an. unc. j.
ſpiritus Vini q. ſ.
Fiat Tinctura.

Tinctura Nephritica.

℞. *Rad. Saxifrag. unc. j.*
Lapid. Iudaici unc. ſem.
Sem. Apii
Ameos an. drachm. ij.
Aſparg.
Scord. an. m. ß.
Hederæ, geniſtæ
Bacc. laur. an. ℥ ij.
Liquirit. Raſæ unc. j.
F. cum Vino extractio.
Plura Vide in antidot.
Medico-Chym. Ioann. Dan. Mylii. pag. 612. & ſeqq.

Tinctura Roſarum. Gruling.

℞. *Roſar. rub. min. incis.* ℥ ß.
Borraginis
Violarum ana ℥ j.
Infunde per horas 4. in aquæ fontis tepid. ℔ j. ß.
Aq. Cichor. ℥ iij.
Roſar. ℥ ij. ß.
Inſtilla ſpiritus ☿*li* ℥ j.
☉*lis* ♃ j.
Et ita extrahetur Tinctura rubicunda, cui adde
Syrup. aceroſ. citri
Iulep. Roſar.
Rob. Ribium ana ℥ j.
Miſce, excolatum, ſerva prouſu.

Vires & Vſus.

Hæc Tinctura aliquoties uſurpata ad cochlearia quatuor vel quinque non modò pertinaci Epatis caloribus potentiſsimè reſiſtit, verùm etiam hâc ratione omnes Febres abigit & curat.

Aliquando talem ſimplicem Tincturam hoc modo confeci.

℞. *Aquæ font. lib. ij.*
Flor. Roſar. ℥ ß.
Borrag.
Bugloſ. anap. ij.
Cinamomi ℥ ij.

Coquantur lentè in olla nova, & colaturæ adde Spiritus Sulphuris, vel Vitrioli vel Veneris, quantum ſufficit ad mabilem acorem: cui lubet, poteſt addere aliquid Sacchi.

Tinctura Roſarum rubr. Dorner.

℞. *Flor. Roſar. rubr.* ℥ j. ß. *Aq. Roſar. opt.* ℥ xx. *Macerentur aliquandiu, poſtea adde Spir. Vitrioli* ℥ ß *adde Iul. roſar. q. ſ. pro dulcoratione.*

Vires.

Tinctura hæc eſt egregium Hepatis refrigerativum. Cum chalybs verum credatur hepatis & lienis reſtaurativum, varias ex illo præparationes excogitarunt chymici ſæpe magis juxta Renod. lib. 3. Antidot. ſect. 1. cap. 16. ut artifices periti videantur, quam ut felicius medeantur.

Tinctura purgans in Tuſſi.

℞. *Rad. Polypodii*
Enulæ
Liquiritiæ } *an.* ℥ ß.
Fœniculi
Herb. Eupatorii
Cichorii } *an. m. j.*
Meliſſæ
Thymi } *an. m. ß.*
Epithymi
Aniſi
Carui } *an.* ℥ iij.
Fœniculi

Myr

Myrobal. citrin.
Chebular. } *an. ℥ ß.*
Spicæ ℥ j.
Fol. sennæ ℥ ij.
Rhabarb. ℥ ij.
Agar. trochisc. ℥ v.
Cinnamomi ℥ ij. ß.
Passular. mundat. ℥ j.
Vini generosi q. s.
Additio cum Syrupo fiat, si placet.

Tinctura Rosar. Fabr.

Methodicè autem tinctura rosarum sic paratur, colliguntur rosæ rubicundæ, & folia earum mundata, integra immittuntur in phialam vitream, his infunditur oleum Sulphuris seu acetum per campanam factum, quantum satis ad madorem florum omnium, cum certa quadam quantitate aquæ rosaceæ, vel spiritu rosaceo nosciato, quod melius est, oportet autem mediocrem, infundere spiritum, aut aquam rosaceam, ne extinguatur vis aceti sulphuris, hanc phialam probè obturatam in solabio per aliquot dies, & per aliquot vices agitabis, ut spiritus probè tingvatur: tinctum deinde acetum separabis, per inclinationem, aliud recens imponens, donec habeas omnem tincturam & maneant in fundo albæ rosæ, quod fiet, in terna, aut quaterna infusione, modo copiosus sit spiritus sulphuris, hunc tinctum spiritum sulphuris hypostasi facta, linteo aliquo mundo, & tenui percolabis, ut probe niteat, & phialæ obturatæ vitreæ, imponesad usus sequentes.

Vires & Vsus.

1. Anarexiam & quamcunque gustus & appetitus dejectionem apprimè persanat, quod humores stomacho residentes, sua acrimonia absterget, tartarumque superiori ori ventriculi adhærentem, dissolvat.
2. Dysenterias omnes tam hepaticas, quam alias, & alios alvi fluxus turisimè curat, quod mutatis acribus humoribus & corruptis, in aliam mitiorem substantiam corroboret, ventriculum astringendo, & intestina, oraque venarum mesenterii.
3. Ardorem sitis extinguit, quod febrem potissimum temperet, & os superius ventriculi refrigeret.
4. Aphtas, aliaque oris ulcera, aliarumque partium serpigines, & herpetes fœlicissimè curat, quod humores acres illos ulcera facientes, dissolvat, & in mitiorem substantiam convertat, hinc ulcus à fluxu acri & humoribus illis liberum, natura ipsa, suo balsamo persanat, est enim in omnibus partibus, ulcere affectis, balsamum illius partis conversum in salitam acrem, & corrodentem substantiam. Dosis ℥ ß. manè.

Tinctura Sacchari. Gruling.

Begvinus Sacchari tincturam hoc modò parat:

Ad Sacchari in pollinem acti, & in matracium positi libram, affundit aceti destillati cochlearia duo, & ad calentes cineres sex horis digerit, mox ad duorum digitorum eminentiam vini spiritum rectificatum affundit, digerit, tinctum spiritum decantat, addit alium, donec amplius non tingatur, tandem tinctos spiritus per chartam bibulam transmissos, balnei calore à tinctura separat, manente in fundo rubea Sacchari essentia, aquis postmodum cordialibus circulanda.

Vsus est ad Syncopas & animi deliquia cum Aqua & Oleo Cinamomi, uti ex Aquâ Rosarum.

Tinctura Somnum producens. Mylii.

℞. Cort. Mandragor. ℥ j. ß.
Rad. Papaveris
Sem. Hyosciami } *an. ℥ ij.*
Papaveris nigri
Sem. Halocacab. ℥ ß.
Opii ℈ j.
Flor. Camomillæ
Violarum } *ana m. ß.*

Fiat Tinctura cum S. Vini, cum aqua solatri applicatur calida.

Tinctura Sulphuris. Mynsichti.

Flor. Sulph. extrahe cum Spiritu Therebinth. Spir. evapor. ad sicc. à sicco pulvere extrahe Tincturam cum Spirit. vini abstrahe in B. M. lento igne, affunde prius aquam pector. & diger. per aliquot dies. Aquam aufer per inclinationem & ad meditatem seu oleitatem saltem evaporare fine, reliquum per chartam emporeticam filtra & ad usum communem serva.

Vires, Vsus, Dosis.

Hæc Tinctura non solum pectus ab omni humore crasso organa respirationis obturante, tussim & anhelitûs difficultatem caussante, liberat; sed pulmonum etiam & vicinarum partium apostemata in thorace purgat, earundemque curationem promovet, anhelitum tardum & facilem reddit, caputque frigefactum, consumptis catarrhis delabentibus, refovet, siccat & corroborat. Insuper Colicos dolores sedat. Omni putredini resistit. Magno etiam cum fructu in pestis humidæ contagio adhibetur, sed hominibus præsertim plebeis, vili & vulgari victu multas humiditates pravas in Sangvine colligentibus ideoque infectioni huic magis quam alii subjectis & obnoxiis. Dosis ordinaria est à v. vj. vij. usque ad x. guttulas, in vehiculis appropriatis.

Tinctura ad suffocationem matricis simulac strangulationem ejus. Mylii.

℞. Sem. Dauci ℥ ß.
Pastinac. Sylvest. ℥ ij.
Rad. gran. excort. Pæoniæ
Liguslici
Sem. Cymini ana ℥ j. ß.
Ossis anterioris cranei humani ex sutura coronali usti.
Cinnomomi electi ana ℥ j. ß.
Baccarum Lauri
Zedoariæ ana ℈ iv.
Fol. Betonicæ

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 400 sur 955

Rad. Bistortæ ana ʒ j.
Succini albi
Ameos
Amomi } ana ʒ ß.
Seseleos
Sem. Agni casti
Rutæ ana ʒ ß.
Spec. Diarrhod. Abb.
Diatrion santali ana ʒ ij.
Sacchari ℔. ß.
Vini Malvatici cum uvis destillati q. s.
Fiat Tinctura.

In surdidate si materia sit melancholica.

℞. Fol. Betonicæ
Lupuli
Fumariæ } ana m. j.
Borraginis
Fiat secundum artem decoctio.

℞. Dictæ decoctionis ℥ iij ß.
Syrup. de succo lupul.
De succo fumariæ } ana ʒ vj.
Syr. de sena ℥ ß.
Postea vacuanda pil. cochiis cum Helleboro, pil. de lapide Lazuli, de fumo terræ.

Tinctura in surditate. Mylii.

℞. Fol. Endiviæ
Cuscutæ
Borraginis } ana m. j.
Lupuli
Rosar. m. ij. ß.
Rhabarbari ʒ iij.
Castorei
Squinanthi
Calami } ana gr. v.
Caryophyll.
Agarici ℈ j.
Vini simplicis q. sufficit, fiat extractio Tincturæ.

Tinctura alia in surditate. Mylii.

℞. Fol. Betonicæ
Lupuli
Fumariæ } ana mj.
Borraginis
Spec. lætitiæ Gal. ℈ j.
Senæ ℥ j.
Zingiberis ʒ ß.
Lap. Lazuli præpar. ℈ j.
Hellebori præpar. ʒ ß.
Spiritus vini q. suff. fiat l. a. Tinctura, quæ appropri-anda cum syrupis.

Mistura auditui conferens composita. Mylii.

℞. Mixturæ nostræ simplicis ℥ ix.
Extracto. Fœniculi
Cichorii } ana ʒ ij.
Valerianæ
Essentiar. Chelidon.
Cyani cœrul.
Rosar. rub. } ana ʒ ß.
Flor. Euphras.
Moschi ℈ j
Syrupor. maioranæ
Nuc. Moschat. } ana ℥ iij.
De Rosis pallid.
Mista, digerantur, colentur atque clarificentur.

Tinctura Tartari Dorner.

Primò præparatur Sal Tart. defœcat. quod crebrè solut. filtr. coagul. & reiteratis ignitionibus tandem acquiritur, Id summè depuratum & in crucibulo firmo igne adeo valido donec liquefieri incipiat rutabulo ferreo tamdiu agitatur, quousque ex albo in viridiusculum, & tandem cœruleum transierit, tantæ acrimoniæ & erosionis, ut ad gustum linguæ admotum instar ignis urat. Extrahitur per Spir. V. superfund. eum ad 3. digitorum eminentiam; dehinc in cineribus leniter ebulliendo, deplendo & hanc extractionem tamdiu repetendo, quamdiu opus fuerit. Separato autem per destillationem in balneo Spiritu Vini, manet liquor rubens instar sangvinis, odoris fragrantissimi.

Ejus guttæ 10. ad 20. in vino generoso vel aqua appropriata exhibitæ per urinam vehementer pellunt inferiorum viscerum morbos. Præstantissimum in Melancholia Hypochondriaca, Hydrope, Cachexia, Colica, aliiq; smorbis tartareis, ut & alvi segnitie à quacunque causa oriunda, remedium.

Tinctura florum Serpentariæ majoris. Fabri.

Serpentaria major florem emittit purpureum prægrandem, cubitalem, nempe, hunc sumere oportet, & succum ejus exprimere torculari, collecta maxima copia hujus succi, imponenda est vitreo vasi, cum modico fermenti & vitreo vase clauso, seponenda est in loco frigido, ut in cella vinaria, ut deferveat, postquam defervuerit, extrahendus est destillatione levi, spiritus æthereus, & rectificandus est quater aut septies, hic spiritus rectificatus denuo infundendus est super novos serpentariæ flores, cum aliquantulum aceti sulphuris, & in phiala vitrea optime clausa, omne illud asservare oportet per mensem integrum, in hypocausto aliquo: deinde tincturam omnem exprimere, & extrahere, tincturæ huic addere oportet, & salem volatilem, & salem fixum ex toto corpore herbæ extractum methodo prædicta, sic efficies mirandum arcanum cujus vires sequentes sunt.

Vires & Vsus.

1. Hoc arcanum ophthalmicum est mirandum, nubeculas enim omnes, caligines, albugines illinendo percurat, sua enim dulci & mediocri ac subtili acrimonia, viscosos illos humores dissoluit, & discutit.

2. Fis-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 401 sur 955

2. Fistulas, & ulcera omnia concava, & depascentia abstergendo, ad cicatricem conducit, continet enim sal balsamicum omnium ulcerum.
3. Ad vulnera etiam recentia, & inveterata & in ulcus putridum redacta, summopere valet, & præsertim conducit omnibus vulneribus, à venenatis animalibus inflictis propter salem quem in se continet, & naturalem, serpentariæ vim contra venena.
4. Scabiem omnem, pruritus, serpigines, herpetes, & psoras ipsas illinendo sæpissimè, curat, misso prius sanguine, & purgato corpore, & refrigerato hepate, aliquantulum, medicamentis topicis, ad hoc aptis.
5. Scrofulas & cancrum ad cicatricem sanam conducit, postquam emortua fuerint arcano mercurii, vel arcano arsenici, in quibus solis consistit vera, & tuta cura cancri, & scrofularum.
6. Internè sumptum, sanguinem admodum purificat, hepatisque vitiis medetur, ita ut initia lepræ profliget, sanguinis enim vitiati salis balsamici corruptelam, dissipat, & foras pellit, ad cutem per sudores & urinas, & hæmorroidas excitando.

Sumitur in jusculis mane, jejuno stomacho, ad quantitatem ℥ß. ℥j. vel admiscetur theriacæ optimæ, & fiunt pilulæ, & vorantur summo mane, idque continuando per mensem integrum. Exterius verò applicatur per se solum illinendo, linteis eo arcano madidis, super ulcera impositis.

Si ex aliis floribus tincturam extrahere, quis cupiat, poterit ad hanc similitudinem extrahere, ut ex floribus violarum recentium, & nenupharum, & papaveris, ad nepenthes faciendum turissimum, cum spiritu horum florum, & spiritu acetoso sulphuris, ex floribus calendulæ etiam similiter poterunt extrahi tincturæ similes, ad menstrua provocanda, & cor exhilarandum.

Tinctura Succini.

℞ Succini pulverisati q. v. huic superfundatur Spiritus vini q. s. stent in calore per dies aliquot, postea Tinctura per inclinationem auferatur & recens Spiritus iterum affundatur, donec omnis Tinctura & vis extracta sit: Vltimò abstrahatur Spiritus vini in lento Balnei calore, donec instar mellis in fundo relinquatur.

Vires & Vsus.

Singulare specificum in omnibus capitis Affectibus, præsertim in Apoplexia, Epilepsia, Paralysi, Colica, Catharris, Opthalmia, Vertigine &c.

Dosis.

A gutt. vij. ad x. in vehiculo convenienti.

Tinctura Stiptica Mynsi.

℞ *Vitell. ovor. ad durit. coctor. n. 21.*
Conserv. rad. consol. maior.
fl. papav. errat. ana ℥iiij.
Rasur. coll. pisc.
Nuc. Moschat.
Gummi Arab. an. ℥ij.
Cap. papav. albicum sem.
Flor. urtic. mort. rubr.
Succ. acat. an. ℥j.
Stent infusa 24. horis in vino rubr. ℔ *vj. adde aq. Hypnotic.* ℥x. *destill. destill.* ℞. ℔ *iiij.*
Sang. Draconis spir. vitriol. irrorat. q. v. f. tinctura.
Dosis ℥ *iiij.*

Tinctura in vertigine.

℞. *Stœchados Arab.* } *ana m. j.*
Euphrasiæ
Thymi } *ana m. ß.*
Maioranæ
Betonicæ
Flor. Anthos } *ana p. j.*
Lavendulæ
Sem. Anisi } *ana* ℥ *j.*
Fœniculi
Rad. pœoniæ } *ana* ℈ *iv.*
Peucedani
Cort. Squillæ ℥ij.
Caryophyllorum ℈ *ij.*
Cinnamomi ℥ß.
Ligni aloes ℈ *j.*
Spiritus vini q. suff. pro extract. Dosis ℥ß. *ad* ℥j.
Vel Recipe Flor. Borrag. }
Bugloss. }
Violarum } *ana m. ß.*
Anthos }
Herb. salviæ }
Pulegii }
Serpilli } *ana m. j.*
Melissæ }
Absinthii }
Sacchari ℔ *j.*
Agarici } *ana* ℈ *j. ß.*
Diagridii }
Massæ pil. fine quibus ℥ *j.*
℞. *Vini q. suff. fiat Tinctura.*

Tinctura alia.

℞. *Hyssopi* }
Salviæ } *ana p. ij.*
Lavendulæ }
Rutæ p. j.
Cort. Citri } *ana* ℥ß.
Anisi }
Sem. citri }
Serici crudi } *ana* ℈ *ij.*
Ossis de Corde Cervi }
Rad. Buglossæ ℥ iij.
Corall. rub. præpar. } *ana* ℥ *j.*
Margarit. præpar. }
Spec. Diantlios }
Diambræ } *ana* ℥ *j.*
Diamosc. dul. }
Confect. Anacard. ℥ *j.*
Sacchari anthosati ℔ ß.
Spiritus vini q. s. fiat l. a. Tinctura.
Vel Recipe gran. pœoniæ }
Coriandri præpar. }
Nuc. Moschatæ } *ana* ℥ß.
Visci quercini }

Cubeba-

Cubebarum
Galangæ
Piperis longi
Zingiberis
} ana ʒj.
Rad Tormentillæ
Roſmarini ʒ ij.
Sacchari ʒ viij.
Fiat cum ſ. v. Tinctura.

Vel Recipe ſem. Aniſi
Fœniculi
Cartì
} ana ʒ ß.
Ameos ʒ ij.
Zingiberis
Cinnamomi
Galangæ
Caryophyllor.
Macis
Cardamomi
} ana ℈ ij. ß.
Spec. Diagalangæ
Aromatici roſati
De ligno aloes
Coriandr.
} ana ʒ ß.
Santal. rubr. ana ℈ ij.
Cummi ʒ j.
Sacchari ℔ j.
Spir. vin. p. ſ. f. Tinctura.

Tinctura in vertigine. Mylii.

℞. Stœchados Arabicæ
Euphraſiæ ana m. j.
Thymi
Majoranæ
Betonicæ an. m. ß.
Flor. Anthos
Lauendulæ an. p. j.
Sem. Aniſi
Fœniculi an. ʒ j.
Rad. Pœoniæ
Peucedani an. ℈ iv.
Cort. Squillæ ʒ ij.
Caryophyllorum ℈ ij.
Cinnamomi ʒ ß.
Ligni aloes ℈ j.
Diagridii ℈ ij.
Fiat cum ſpiritu vini Infuſio. Doſis ʒ ß. ad ʒ vj. cum ſyrup. & conſ. appropriatis.

Infuſio in vertigine Capitis.

℞. Flor. Borraginis
Bugloſſæ
Violarum
Anthos an. m. ß.
Herb. ſalviæ
Pulegii
Serpilli
Meliſſæ
Abſinthii an. m. j.
Sacchari ℔ j.
Vini albi quantum ſufficit.

Tinctura Vterina. Mynſ.

℞ Bac. Chamæ actes
Sambuci an. Vnc. iij.
Rad. Bryoniæ Vnc. j.
Herb. Majoranæ Drach. j.

Miſce & affunde aq. Hyſteric. Lit. A. dictæ s. q. adde etiam aliquot guttulas Sp. Vitrioli, & fiat digeſtio in B. M. per aliquot dies, uſque dum Tincturam rubini inſtar accipias, quam ad uſum reponas.

Vires, Vſus, Doſis.

Manifeſtiſsimam hyſtericam & Cephalicam vim habet: propterea omnes ſuffocationes & ſtrangulationes uteri, etiam periculoſiſsimas; nec non præcordiorum compreſsiones & dolores tollit. Doſis ʒ ij. ad ʒ ß.

Tinctura Vitæ, Mynſichti.

℞. Sp. Vini ſimp. ℔ vj.
Aq. Roſarum opt. ℔ iiij.
Cort. Auraniiorum
Citri
Roſar. rubr. exſic.
Mentæ criſp.
Meliſſæ
Santali alb.
Cinnamomi an. unc. ß.
Lig. Aloes
Macis an. Drach. ij.
Sem. Angelicæ
Coriand.
Aniſi
Fœniculi an. Drach. j. ß.
Spicænardi
Galang. min.
Croci orient.
Cardamom.
Caryophyllor. an. Drach. ß.
Ambræ griſeæ
Moſchi Alexand. an. Scr. ß.

Stent in digeſtione per octiduum; poſtea per alembicum deſtillentur.

℞. Sp. evocati ℔ vij.
caſiæ Ligneæ veræ Vnc. ij.
conf. Alkerm. Vnc. ß.
croci orient. Scr. j.

Digerantur, donec perfectè tingantur, poſtea ſpiritus tinctus cum Sacch. candi alb. s. q. in phlegmate proprio diſſolut. edulcoretur & ad uſum ſervetur.

Vires, Vſus, Doſis.

Sua odoris eximiâ gratiâ Cor & Spiritus reficit, exhilarat, & vitam prolongat. Cerebrum, & Stomachum confortat. Ventriculi calorem auget. Robur firmat. Flatus diſsipat. Concoctionem juvat. Tormina ventris ſedat. Inteſtina ſana conſervat; nec non ad frigida Thoracis, Epatis, & Lienis vitia valdè utilis eſt. Doſis à Cochl. j. ad Cochl. ij.

FINIS LIBRI QVARTI.

LIBER

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 403 sur 955

LIBER QVINTVS
DE ELIXIRIBVS VARIIS.

Elixir alliatum.

℞. *Alliorum n.* 20.
Contusa infund. in vitro cum spir. vin. ad emin. 4. digit. destill. per M. B. per cohobia, semper nova allia addendo, in ult. destill. add. Camph. inpetia ligat. in colla alemb. ℥j. *destill. ut prius.*

Dosis cochlear 1. *tempore pestis manè sum.*

Elixir Apoplecticum.

℞. *Rad. Angelicæ*
Tormentillæ
Zedoariæ
Gentianæ
Valerianæ } *ana* ℥j. ß.
Galangæ
Scorzoneræ
Ligni aloes
Santali citrin.

Flor. Tiliæ arboris
Lilii convall.
Maioranæ
Melissæ
Menthæ rub. } *ana p. j.*
Hissopi
Thymi
Basiliconis
Chamæpithyos
Chamædryos.

Rosmarini
Salviæ
Pæoniæ
Stœchados } *ana m. ß.*
Calendulæ
Lavendulæ

Gran. Lauri
Iuniperi
Cort. Limonum } *ana* ℥ß.
cort. Arantiorū

Sem. pæoniæ
Seseleos
Fœniculi
Anethi } *ana* ℥vj.
Anisi
citrii
carduibenedict.

Macis
Zingiberis
cardamomi
cubebarum
Piperis longi
Piperis rotundi
Spicanardi
caryophillorum } *ana* ℥ß.
cinnamomi
Hyperici
Cētaur. minor. } *ana p. j.*
Betonicæ
Flor. cichorii
Bugloss. } *ana p. j. ß.*
Rosm. Rubear.
Sacchari ℔ j.
Aquæ vitæ ℔ x.

Incisa putrefiant, putrefacta extrahantur, & ità seorsim extractio, & reliquarum expressio custodiatur jam

℞. *Spec. Diacinnamomi*
Diambræ
Dianthos } *ana* ℥j.
Mithridatii
Theriaces
Aureæ Alexand. } *an.* ℥ß.
Galliæ mosch.
Confect. de gratia Tinct. } *ana* ℥vj.
Spiritus salviæ
Spir. lilii convall. } *an. q. s.*

Mista, digesta & extracta, prioribus conjunge, addendo.

Essent. Cinnamomi
Essent. succini.
Ess. Cort. Citri } *ana* ℥ß.
Essentia Myrrhæ
Tinctura solis ℥j.
Tinctura lunæ ℥ij.
Ambræ Essentificatæ ℥j.
Aromat. rosati Essentific. ℥j
Tinctura sacchari ℔ ß.
Tinctura Caryophyl. q. v.

Mista fiant Thesaurus Apoplecticus.

Elixir Citrii.

Seu liquor è substantia Citri compositus; qui facilimè præparantur iis in locis, ubi naves his fructibus onustæ adveniunt, quod in Hollandia fieri solet, insignis contra pestem Antidotus.

Recipe

Recipe corticum citri recent. demptâ maximâ parte pulpæ albicantis interius lib. 4. minutim incide, postea in quatuor mensuris aquæ vitæ simplicis per 24. horas infunde; deinde per vesicam cupream cum suo refrigeratorio spiritum omnem istius infusionis (qui dimidia pars forsan erit, vel paulò plus, quatenus fortior vel debilior expetitur, istius liquoris affusi) destilla. Vt autem intelligas totum spiritum per destillationem exiisse, chartulam quandam destillato liquore profluente madefactas, & flammæ candelæ vel alii igni committas: si protinus incenditur, bonus est liquor, & destillatio continuanda est; at si flammã non concepit, extemplo recipiens removeatur, cum eo quod exiit, & ipse ignis subjectus extingvatur. Hunc spiritum destillatum odoratissimũ cum dimidia drachma croci optimi tingatis, admistis duabus libris syrupi de succo citri, qui fieri poterit ex iisdem fructibus, è quibus cortices ablati fuerunt. Hæc optimè mista conjunctim in vitro clauso custodiantur. Liquor hic jucundissimus, maximè cordialis & infectioni aëris resistens præ-dicatur, cujus dosis est cochlear j. matutino tempore, sicut etiam de aliis dictum est.

Elixir Citri.

℞. *Flavid. citr. cort.* ℔ *iij.*
Spir. vini ℔ *xij.*
destill. ad phlegmatis præsent. add.
succi citri ℔ *j* ß.
M.

Elixir Camphor. Hartm.

℞. *Spir. vini opt.* ℔ *j.*
Camph. ʒ *vij.* ϑ *j.*
Croci or. in nod. ϑ ß.
M. destill.

Elixir Febrile.

℞. *Spec. Febrifug. nost. Vnc. iij.*
Piperis longi
Caryophyllor.
nuc. mosch. ana ʒ *j.*
Herb. centaur. min.
Card. ben.
Absynth. ana m. vj.
quinquefol.
rut. ana m iij.
f. Extract. cum Spir. vini, dosis ʒ *j. ad* ʒ *ij. instante paroxysmo in febribus.*

Elixir Apophlegmatizans. Rein.

℞. *Magnetis præpar.*
Succini præpar. ana ʒ *ij.*
Hæmat. præp. ʒ *j.*
Euphorb. ϑ *ij.*
Aq. Maior. ʒ *iij.*
anagall. ℔ ß.
Opt. Spir. vini ʒ *j.*
Mac. per octid. in diebus canic. sepius agitando & repon. ad usum.

Elixir Anticachecticum, Reinesij.

℞. *Rad. armorac.* ʒ 4.
Gentian.
Ari ana ʒ *j* ß.
5. aperient. ana ʒ *vj.*
Ireos
asari
enul. ana ʒ *j*
hellebor. nigr. præpar. ʒ *ij.*
epithymi
troch. de cappar.
sem. carthami ana ʒ *j.*
ameos ebuli ana ʒ ß.
Card. ben. m iij.
Cochl. nasturt. asari
fl. samb. ana m ij.
Salv. beton. hyß. rosm.
Chamædr. camæp. abs.
Cent. min. ment. ana m ij.
Galang. cin. mac. car. ana ʒ ß.
Sant. albi
gran. parad. ana ʒ *j* ß.
leucopis. croc. ana ʒ *ij.*
rob iunip. ℔ *j*
Vini ℔ *XIIi*
Destill. & extr. cum destill. tinctura in B. M. adde pos Sal è ciner. reliq. parat.

Elixir hystericum & Epilept. Schr.

℞ *Rad. pæon.*
acor. veri
Visc. q. ana ʒ *j.*
Semen pæon. ʒ ß,
Sant. rubr. ʒ *ij.*
fl. nymph. alb.
lavendul.
ros. rubr.
papav. err. ana m ß.
Camphor. ϑ *ij.*
Extr. opii ʒ *ij*
Castor. ʒ *j.*
Spir. sang. hum.
vel cerv. ʒ
vitr. vol. ʒ *j*
Igne menstruo diger. colentur. Dosis gutt. vj. ad ϑ ß. *&* ϑ j.

Elixir Nephriticum Schröd.

℞. *Bacc. myrt.*
heder.
alkeck.
Iunip. ana ϑ *ij.*
Herb. adiant.
veron.
ruscì ana ß j.
Radic. cyp.
pimp.
onon. ana ʒ ß.
Succi lim. ʒ *ij.*
fl. genist.
bugl.
Sem. melon.
cucurb. ana ʒ *j.*
nucl. avell. n. 4.
Sp. vini q. s.
f. Elixir.
Dosis ʒ *ij ad* ʒ ß.

Elixir

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 405 sur 955

Elixir Peſtilentiale Crollij.

℞. *Flor. Sulph.* ℥iij.
Affunde Olei Iuniperini è baccis rectificati, ad eminentiam trium vel quatuor digitorum.
Succini ab odoris vehementia liberati quartam arena ſæpius movendo, ut flores lente ſine aduſtione ſolvantur.

Poſtea.

℞. *Theriac. elect. libram unam.*

Extrahe cum ſpiritu vini optimo tincturam, quam à ſpiritu vini ſeparatum ſeorſim ſerva;

Rad. Elen.
Angel.
Baccar. Iuniperi contuſarum ana ℥iij.

Cum eodem ſpiritu vini extrahe tincturam, quam in Balneo ſeparatam miſce cum Tinctura Theriaces, ac affunde oleum Iuniperinum, & Succini floribus Sulphuris impræ gnatum, & per chartam bibulam prius filtratum, omniaq; circula lentiſſimo calore per dies quatuordecim.

Præſentaneum eſt in peſte præſervativum & curativum, ſi cum liquore appropriato maturè exhibeatur, morbis eodem modo epidemijs alijs certiſſimum præſtat auxilium.

Elixir proprietatis Paracelſi. Aug.

℞. *Aloes.*
Myrrhæ.
Croci ana quantum placet.

Pulveriſatis omnibus affunde tantum ſpiritus vini, ut leviter madefiant: poſtea affunde ſpiritus Sulphuris per campanam facti, quantum ad ſupereminentiam trium tranſverſim poſitorum digitorum ſufficit. Stent in digeſtione per octiduum, ſpiritum tinctũ decanta, & novum ſpiritum affunde, iterum digere donec ſpiritus colorem ſaturatè rubentem acquirat. Hunc ultimum ſpiritum infunde in phialam vitream, & cum eo argillâ benè commiſtâ forma globulos, quos in aëre ſiccatos retortæ include firmæ, quam aprato ſimul vaſe recipiente, in quod primum ſpiritum tinctum prius infuderis in arena colloca, & igne forti deſtilla: Sic accipies tincturam pulchre rubentem, quæ ſimul cum Tincto ſpiritu in receptaculi contento, in vnum conjungito, quam mixturam ſerva ad uſum.

Hoc nobile medicamentum à nobili chymiatro D. D. Ioan. Agricola hoc modo correctum, omnes infirmitates tam calidas quam frigidas occulta quadam proprietate curat. Senſus interiores & exteriores confortat, capitis infirmitatibus medetur, ſtomachum cum inteſtinis confortat, cor roborat & exhilarat, cachochymis & hecticis ſubvenit.

Elixir purgans Panchymagogum. Aug.

℞. *Rhabarb. elect.* ℥ij ß.
Spicæ Indic. ℈ij ß.
Santalorum omnium ana ℥j.
Infunde in ſpiritus Baccarum Iuniperi ℥viij.
Digere & cola. Deinde.
℞. *Agaric. elect.*
Cinnamom. ana ℥j.
Zinziberis ℈ij.
Infunde in ſpiritus Fœniculi ℥vj.
Iuniperi ℥iij ß.
Miſce, digere, cola. Vltimo infunde.
Mechoacæ albæ ℥ij.
Nigræ ℥x.
Turbith albi & gummoſi ℥ij ß.
Hermodactyl. præp. ℥j.
Rad. polypod. quer.
Ari præp.
Aſari ana ℥iij.
Ellebor. nigr. præp. ℥vij.
Cortic. Rad. Eſulæ præp. ℥vj.
Arantiorum.
Citri ana ℥ij ß.
Flor. Violarum.
Borraginis.
Geniſt. ana pugillum unum.
Fol. Senæ ſine ſtipitibus.
Sem. Carthàm. excort. ana ℥ij ß.
Ebuli contuſ. ℥iij.
Mac. drachm. unam.

Inciſis omnibus & contuſis affunde ſpiritus Aniſi libras quatuor, digerantur aliquandiu & colentur. Tandem omnes hos tres liquores commiſce & aſſerva in vaſe vitreo optimè clauſo ad uſum.

Pro libitu dulcorari poteſt juleb Roſarum, aut Sambucino & ſimilibus.

Elixir Syncopticum Gloſſæi.

℞. *Aq. flor. trium cord.*
Calend.
lil. convall.
Rorellæ an. ℥iij.
Succi limon. depur. ℔j.
Aq. roſ. quart. 3.
Meliſſ. ℔ ß.
ſl. fum. ℥iij.
Antidoti Orviet. ℥ ß.
Conſ. hyac.
alkerm.
diambr. ana ℥ij.
Croci ℥vj.
Camph. ℥ ß.
Cort. citr. edil. ℔ ß.
Sach. cand. in aceto roſ. ſolut ℥iij.

Sigillentur in matracio lato tenaci, ſtent in ventre equino per 14. dies, Deſtill. B. M. ſub finem adde
Spec. diambr. ℈iiij.

Mirum præſtat hoc remedium in febribus ſyncopalibus, apoplex. & morbus ſubit. *Doſ. cochl. 2.*

Elixir in ſuffocatione Matricis. Mylii.

℞. *Macis*
Zingiberis.
Cubebarum.
Cardamomi — ana ℥ ß.
Piperis longi ac rot.
Spicanardi.
Myrrhæ
Olibani — ana ℥ij ß.
Succini
Rad. Tormentillæ
Angelicæ. — ana ℥j.
Valerianæ
Zedoariæ
Flor. Maioranæ
Roſmarini — ana M. ß.
Salviæ
Pœoniæ
Gran. lauri
Gran. iuniperi
Cort. Arant. Citri — ana ℥ ß.
Fœniculi
Aniſi
Coriandri

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 406 sur 955

Centaur.minor. ℥. ij.
Carduibened. ℥ß.
Cinnamomi ℥ vi.
Caryophyllor. ℥ ij.
Sacchari ℔. j.
Mellis granati ℔. ß.
Spiritus Vini q.ſuff.

M. Fiat extractio & l.a. Elixir aromaticum elegans.

Elixir Paralyticum.

℞. Rad. Zedoariæ.
Galangæ.
Zingiberis.
Scorzoneræ. } an. ℥ß.
Ligni aloes.
Piperis nigri.
Caryophyllorum.
Baccarum junip.
Macis.
Cinnamomi.
Cardamomi.
Dictamni.
Cort. citri.
Cort. Arant. } an. ℥ ij.
Majoranæ.
Salviæ.
Roſmarini.
Pulegii.
Spicæ nardi.
Coriandri præp.
Aloes Hepaticæ.
Gran. Alkermes. } ana ℥ j ß.
Gran. iuniperi.
Cubebarum.
Baccar. lauri.
Aquæ vitæ opt. q.ſuff.

Fiat extractio Tinctura legitima: Faces ab extra in Apoplexia & paralyſi membris applicantur.

Elixir paralyticum aliud nobilius.

℞. Rad. Zedoariæ.
Angelicæ.
Tormentillæ. } ana. ℥ j ß.
Enulæ Campanæ.
Gentianæ.
Pæoniæ. } an. ℥ j.
Viſci querc.
Herb. Rutæ. } an. m. ij.
Meliſſæ.
Menthæ.
Abſinthii pontici } ana m. ij.
Scabioſæ.
Acetoſæ.
Sem. Carduibened.
Citrii. } an. ℥ß.
Gran. iuniperi.
Cubebarum } an. ℥ jß.
Cinnamomi.
Flor. centaurii minor.
Liliij convall. } ana p. ij.
Lavendulæ.
Calendulæ.
Flor. cichorii
Bugloſſæ. } an. p. j.
Roſmar.
roſ. rubr. an. pjß.
Cum aq. vit. f. Tinct.

Elixir Pœoniæ. M.

℞. Rad. Palma Chriſti.
Angelicæ.
Pyrethri ana Vnc. j.
Viſci quercini.
Sem. Fœniculi.
Anacardi. ana Drach. vj.
Flor. Roriſmarini.
Stœchad. Arab.
Lavendulæ ana Drach. iij.
Raſ. Cornu Alcis.
Granei hum.
Caſtorei veri ana Drach. j. s.
Majoranæ ſiccæ M. j.
Sp. Vini optimè rectif. Lib. ij.

Inciſa & contuſa infundantur in vaſe vitreo bene tecto in loco tepido per 14. dies, poſtea per alembicum diſtill. & liquori deſtillato adde:

Rad. Flor. & Sem. Pæoniæ.
debite collect. ana Vnc. j.
Spec. Diamoſchi dulc.
Diaxyloaloes ana Vnc. s.

Miſc. & digerantur in leni calore per menſem ſæpius agitando: poſtea Vini Spiritum tinctum auferpe inclinationem, & ad medietatem ſaltem abſtrahe, reliquum maneat cum eſſentia extracta, cujus Recip Vnc. xij.

Sp. Vitrioli diligenter rectif. & à Cinnabari nativi prius Spagyricè impregnat. Vnc. iiij.
Sal. Pæoniæ. Drach. j s.

Sicque ſimul mixtum per octiduum circulabis & digeres.

Vires, Vſus, Doſis.

Specificum Epilepticum merito vocari poteſt, propter vires ejus nimirum admirandas & arcanas in Epilepſia enim curanda, ſua facultate, omnia alia media ſuperat. Inſigniter etiam periculoſos Capitis morbos timentibus prodeſt; qualis eſt: Apoplexia, Paralyſis, Vertigo, Scotomia, &c. Inſuper in Cerebri ſtupore, exſiccatione catarrhi, ſuffocatione Matricis, Colicâ, &c. admodum excellit. Doſis & modus exhibitionis, eſt ſaporis in acidum mutatio; datur invehiculis appropriatis, puta aq. Epileptic. noſt. vel in aq. flor. pœoniæ, Lavendulæ, Tiliæ, Lilior. convall. &c. novem dies continuando; poſt exhibitũ medicamentum autem æger per tres ad minimũ horas maneat jejunus.

Elixir Sulphuris.

℞. Croci Orientalis.
Myrrhæ rub. ana Vnc. j. s.
Maſtichis elect.
Benzoini.
Cardamom. min.
Cinamomi ana Vnc. j.
Succ. Glyzyrrhiz. ext.
Conf. Alkermes.
Rad. Enulæ camp. ana Drach. vj.
Aliptæ Moſchat.

Miſc. & Pulvis, cui adde: Sachari candi alb. Unc. ij. humectetur Sp. Vini rect. ut fiat quaſi paſta: Poſtea Sulphuris optimè rect. ad eminentiã 4. digitorũ affunde digerantur & circulentur per menſem. Tandé quod tinctum

tinctum & extractum fuerit, per inclinationem separa; materiam in fundo restantem Sp. Vini extrahe, separa ac priori liquori colorato immisce & ad usum repone.

Vires, Vsus, Dosis.

In affectib. thoracis & pulmonis miranda præstat. Pectus ab impuritatibus & catarrhis mũdificat Tussim tam inveteratam quam recentem tollit. Phthisicis, Melancholicis, supra rationem mœstis, Cardiacis, &c. in genere subvenit & lætitiã adfert. Valet quoq; ad coarctationem anhelitus antequam & Asthma Chronicum. Insuper Cor confortat & à putredine præservat. Vitam prolongat & canitiem retardat: Nec est, quod hic acredinem tussim provocantem metuamus, illa etenim ad resolutionem necessaria, moxq; alleviatio sequitur. Dosis seu modus exhibitionis, est saporis in acidum mutatio, & per se nullus ejus sit usus; sed semper cum vehiculo appropriato sumatur. In aq. vel syrupis nostris pectoralibus commodissime offertur.

Elixir vitæ Majus, admirandum remedium ad inveteratos morbos peneq; desperatos propulsandos, sanitatem conservandam vitamq; ipsam prorogandam.

℥. Rad. Zedoariæ.
Angelicæ.
Gentianæ.
Valerianæ.
Tormentillæ.
Scorzoneræ.
Galangæ.
Ligni aloes.
Santali citrini, ana ʒ. iij.
Fol. Melissæ.
Menthæ rubræ.
Majoranæ.
Basiliconis.
Hyssopi.
Thymi.
Chamedryos.
Chamæpytios ana m. ß.
Gran. Lauri.
Iuniperi.
Cort. Limonum.
Arantiorum siccorum.
Sem. Pæoniæ.
Seseleos.
Anethi.
Fœniculi.
Anisi.
Citrij.
Cardui benedicti ana ʒ. ij.
Caryophyllorum.
Cinnamomi.
Macis.
Zingiberis.
Cubebarum.
Cardamomi.
Piperis longi.
Et rotundi.
Spicæ nardi ana ʒ. j. ß.
Benioini.
Myrrhæ.
Olibani.
Succini.
Mastiches ana ʒ. vj.
Flor. Rosmarini.
Salviæ.
Pæoniæ.
Stœchados.
Calendulæ.
Lavendulæ.
Hyperici.
Centauri minoris.
Betonicæ.
Lilii convall.
Tiliæ arboris ana p. ij.
Flor. cuchorii.
Rosarum rubr.
Bugloss. ana p. j.
Mellis granati.
Sachari albi ana lib. i.
Aquæ vitæ optimæ rectificatæ lib. x.

Incidenda incidantur, & contundenda contundantur. Omnia hæc in matracium capax, & Hermeticè clausum, ne quid exhalet, injecta in fimo equino mediocriter calido, per 8. aut 10. dies putrefiant: putrefacta fortiter exprimantur; expressio vero per cornutam, vel alembicum ad convenientẽ ignem destillentur: ponendo in limbo alembici *moschi* ʒ. ß. *ambræ grisææ*, *croci ana* ʒ. j. Aquam quæ primum ab expressione illa effluet clarissima, (pretiosa tamen) seorsim asservabis. Cum vero recipiens (quod capax vitreumque esse, & optime cum collo cornutæ adhærere debet, ut vel minimum quidem expiret) obscurari, spiritibusque subalbidis offerciri percipies, aliud ejus loco aut idemmet repones, si prius extillatum illum primum liquorem seorsim asservandum separaveris. Iunctoque denuo optime, ut prius, cum collo cornutæ recipiente, ignem per gradus, ut artis est, pedetentim augebis, quo prædicti spiritus subalbidi non amplius appareant. Dein aufertuum recipiens, ut eam, quæ secundo elicita est, aquam (quam matrem balsami vocant) seorsim etiam separes, adserveque, & hæc quidẽ tum ad plures morbos extirpandos, tum ad conservandã sanitatẽ mirabili profectu conducit. Accomoda rursus prędictũ recipiens, sicut fecisti antea, p gradus auge, donec destillato primo oleo subflavo, deinde rubicũdo, materiæ in fundo siccæ remaneant, nec tamem perfecte aridę, ne qui extillarit liquor, adustionem suboleat. Quibus peractis assume tibi aquam illam clarissimam, quam primo satis copiose elicuisti, affunde residuis fæcibus, & fac ut simul per 6. aut 7. dies digerantur ad calorem Baln. Mar. donec aqua coloretur, & flavescat, attracta scilicet magis ignea & oleaginosa materię portione. Fæces residentes, cum scilicet omnem tincturam suam prædictæ aquæ impresserint, seorsim ad dicendos usus adserventur. Post omnes prædictos liquores (servata tamen, si libuerit, ex unoquoq; proportione aliqua ad effectus supra commemoratos, quibus mirum in modum prosunt) & eum quoque ipsum liquorem, qui ex fæcibus tincturam attraxerit, simul miscebis, ut inde pretiosissimum, longeque prædictis excellentiorem elixir vitæ elicias, ut sequitur procedendo.

Tres itaq; prædictos liquores simul mixtos per cornutam, aut alembicum vitreum (nulla tamen præmissa digestione præter mixtionem ipsam destillabis, eademque plane ratione, qua prius elementa principiaque liquorum separabis. Elicies namq; primam aquam clarissimam, quam seorsim reservabis, cum scilicet recipiens fumo nubiloso obscurari percipies: dein mutato

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 408 sur 955

recipiente, accommodatoque ut prius, ignem eo continuabis, donec liquorem subflavum effluere percipias, quem etiam seorsim, ut priorem adservabis. Interim dum prædictæ destillationes, aut elementorum sive principiorum duorum separationes fient, reservatas superius fæces ad ignem reverberij calcinabis, ex quibus in cinerem redactis sal, ut artis est, cum prima tua aqua clarissima allicies, quæ quidem aqua sale suo imbuta, cum reliquis duobus adservatis liquoribus permisceatur, ut tandem ex triangulo facias circulum, ut loquuntur philosophi, nempe ut ex tribus illis distinctis aquis per circulationem in pellicano, ea qua decet, arte, factam, una essentia erumpat. Fiatque ea ratione magnum illud elixir vitæ, arcanum admirandum. Et id quidem via satis succincta, facili atque philosophica verisque philosophis nota, ex qua viam & certam methodum omnibus rebus conficiendi elixiris consequeris.

Hujus elixiris ineffabiles sunt virtutes ad curandas & præcavendas vertigines, epilepsias, apoplexias, paralyses, manias, melancholias, asthmata, syncopes, lipothymias stomachique & aliarum partium imbecillitates, cachexias, hystericas passiones, & alia id genus suma & deplorãda symptomata. Hujus guttulæ aliquot tantũ exhibẽtur cũ decocto cõvenienti, morboq; appropriato; ut verbi gratia ad epilepsiam, cũ aquæ pœoniæ, lilij convall. aut florum tiliæ arboris: Ad paralysin, cum aqua ulmariæ, aut carduibenedicti: ad asthma, cum aqua scabiosæ, peti, tussilaginis, aut similibus. Valet etiam illud elixir, ad restaurationem & conservationem balsami nostri radicalis, si quatuor aut quinque guttulæ exhibeantur cum jusculo, vino aut convenienti aliquore.

Sed dices laboriosiorem æquo, prolixioremque esse hujus elixiris præparationem. At sane longe satius, necessariumque magis est, tempus in tantis, tamque admirandis rebus, quam in resarcienda vilibus ac inutilibus pene medicamentis officina collocare. Attamen ut omnibus etiam indulgeam, faciliorem & jucundiorem forsan elixiris ad sanitatem conservandam vitamque prorogandam, efficacissimi præparationem subscribam.

Elixir vitæ minus, facillimum.

℞. *Rad. gentiana in talcolas sectarum & exsiccatarum.*
Rad. centaurij minoris ana ℥ *iij.*
Galangæ.
Cinnamomi.
Macis.
Caryophyllorum ana ℥ *j.*
Flor. Salviæ.
Hyperici.
Rosmarini ana p. ij.
Vini albi generosissimi lib. vj.

Macerentur in matracio vitreo bene clauso per octo dies ad ignem Baln. Mariæ lentum, deinde fortiter exprimantur, & per alembicum vitreum destillentur per cineres ad siccitatem. Aquam destillatam fæcibus reaffunde, ut ex his in Balneo Mar. tepido totam tincturam elicias: fæces post tincturæ extractionem reducantur in cineres, ex quibus salem elicies aqua cardui benedicti, vel ulmariæ, salemque illum ex artis præscripto optime depuratum, ut docebimus, *cap. de salibus*, prædictæ suæ propriæ aquæ jam tinctæ addes. Ex hoc elixire quarta cochleatis pars aut per se, aut ex liquore convenienti diu exhibeatur. Specificum est remedium ad omnes cachexias, stomachi imbecillitates, quem à viscidis & mucilaginosis humoribus, huic adhærescentibus tartarum expurgat, mundificatque, vermium generationem prohibet, corpusque sanum conservat, & ab injurijs tuetur. Hoc autem bis tantum in hebdomade, sed tamen longo tempore utendum est.

Aliud elixir paratu facillimum.

℞. *Ligni aloes.*
Rad. galangæ.
Zedoariæ.
Scorzoneræ ana ℥ *j.*
Macis.
Caryophyllorum.
Cinnamomi.
Cardamomii
Dictamni.
Corticis citri ana ℥ ß.
Coriandri præparati.
Granorum alkermes.
Iuniperi ana ℥. *iij.*

Crasso modo contusa, in vas vitreum cum collo oblongo, quod matracium nuncupamus, ponantur: superinfundatur aqua vitæ fortissima, ex vino canariæ destillata, ut materiam quatuor aut quinque digitos supernatet, macerentur omnia in loco frigido per spacium 8. dierum, agitando vas bis vel ter in die: aqua interea temporis cunctas simplicium virtutes extrahet, ac ijsdem imprægnabitur & tingetur: tunc id, quod clarefactum, eorundemque ingredientium proprietatibus tinctum & impregnatum fuerit, separabis per inclinationem, studioseque in phialis probe clausis servabis, ac tempore necessitatis ejusdem exhibebis cochleare dimidium, vel unum integrum ad summum. Ex residua materia sive spissamento illo formari poterunt linimenta ad apoplexiam & paralysim, coronali suturæ, spinæ cervicis, & partibus ex causa aliqua frigida dolentibus applicata in forma cataplasmatis sive linimenti, addendo olea convenientia. Vel ex his omnibus etiam aquam in modum aliarum aquarum modo descriptarum componere licet, si libet.

Elixir virtutis nobilissimæ.

℞. *Conserv. Borraginis.*	
Violarum.	*ana* ℥ *j.* ß.
Rosarum.	
Elect. de gemmis sine speciebus.	
Diarrhodon Abbatis.	*ana* ℥ *ij.*
*Triasantali abs*q*.* *Camph.*	
Diamargariti frigidi.	
Margaritarum.	
Corallorum.	*ana* ℥ *j.*
Succini.	
Passularum.	
Ficuum.	*ana* ℥ *vj.*
Myxorum.	
Glycyrrhizæ.	
Pinear. mundatar.	
Amygdal. dulcium.	

Gummi

Gummi Tragacanthi, Arabici } ana ʒii.
Sem. Anisi. Vnicæ. Fœniculi. 4. Sem. frig. Papav. albi. } ana ʒj.
Sigilli Lemnij, Boli armeni, Rosar. siccarum } ana ʒiv.
Aquar. Pimpinellæ. Tussilaginis. } ana ʒiv.
Decoct. Limacum. Cancrorum. Gallinarum. } ana ℔.j.
Carnis unius capi juvenis,
Carnis unius perdicis,
Micæ panis in vino odorato,
Infusi ana q.s.
Sacchari albissimi ℔.j.

Fiat lege artis Methodica, Spagyrica destillatio.

Elixir Vitrioli. Mynsich.

℞. Galangæ min. Vnc. js. Calami aromat. Vnc j. Mentæ crispæ. Salviæ acut. ana Vnc.s. Cinamomi elect. Caryophyllorum. Zingib. alb. an. Drach. iij. Nuc. Moschatæ. Cubebarum. ana Drach. ij. Lig. Aloes pond. Cort. Citri. ana Drach. j.

Misce & fiat pulvis, cui adde Sacchari candi alb. Vnc. iij. postea humectetur opt. Spir. Vini ut fiat mixtura mellis instar: mitte illam in vitrum, atque ol. vitrioli Veneris seu Martis aut in horum defectu Spir. Vitrioli aliquoties rectif. ad 4. digitorum eminentiam affunde, & tres aut quatuor septimanas digere; tandem tincturam per inclinationem aufer & filtra. Super relictam autem in fundo materiam Sp. Vini suffunde & ulterius s.a. spagyricam, essentiam extrahe: Postea tincturę extractiones mixtas, majoris efficaciæ ergò per 14. dies adhuc in B.M. circula & ad usum reserva.

Vires, Vsus, Dosis.

Nobilius & efficacius Stomachicum in totâ Rep. Medicâ nondum inventum esse, experientiam ipsam attestor. Idcircò breviter & quasi in transcursu dicam, quod in Ventriculi affectione qualicunque ingens & incomparabile sit secretum. Datur autem cum aq nostrâ Stomachali, vel Mentæ crisp. vel alijs appropriatis, &c. Supra modum Stomachum & intestina confortat & simul omnia principalia membra refrigerata calefacit & appetitum quam belle excitat. Insuper ab Epilepsiâ & Apoplexiâ præservat. Cerebrum purgat. Caput totumque corpus multis phlegmaticis catarrhis repletum exsiccat, illudque à dolore mire tuetur. In Epilepsiâ exhibetur cum aq Pæoniæ, Lil. convall. &c. In Capitis doloribus sæpè ab impuritatibus Ventriculi Cerebrum lancinantibus offertur in aq. Betonicæ, &c. In omnibus Febribus propinatur cum aq. Centaur. min. Card. bened. &c. Dosis à Scr. s. ad Scr. j.

Elixir Vterinum Crollij.

℞. Castorei libram semis. Croci ʒij.

Extrahe tincturam cujusque seorsim cum spiritu Vini, & separa spiritum ad remanentiam extractorum, quibus mixtis adde:

Extract. Artemis. ʒiij.
Salis mart. perl. ʒj.
Ol. destillat. Anisi, Angelicæ, Succini ana ʒij.

Digerantur mixta omnia per octo dies.

Ad varios uteri morbos, suffocationem minitantes mirum & verum præstat remedium, etiam menstruorum vitia corrigit & emendat.

Elixir vitæ Rubeum. Rein.

℞. Sant. rubr. ʒß. Cinam. ʒij. Caryoph. Zinz. an. ʒvj. Nuc. m. n. 6. Cardam. cubeb. macropip. an. ʒiij. macis, galangæ, sem. carui, Pæon. an. ʒij. Spec. diambræ, piertos archont. Cordial. temp. Aug. latif. Rhas. an. ʒj. puleg. basil. flor. lavend. lil. convall. an. M j. bacc. junip. ʒj. Infr. dieb. 6. Spir. vini opt. ℔. iv. aq. rosar. ceras. an. ℔. ß. caryoph. cinnam. cydoniat. ana ʒj. Vini Malv. ʒxx.

Tum exprime & cola, ac adde

Sacch. Candi albi ℔. j.

Quo soluto, iterum cola.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 410 sur 955

Elixir antepilepticum Cratonis.

℞. Cinor. Cornic. ex nido extract.
turtur.
Gran. human. calc. ana.
℥j.
Gran. tiliæ autumno collect.
℥ij.
ſtercor. leonin. ℥ß.
Affunde Spir. Vin. ad eminent.
digit.

Extrahe. ſ. an. ex fecibus calcinatis elixivia ſal, addeque extractionibus.

Poſtea:

Adde Vini malvatici tantundem
(cum ſpir. Vin.)
&
Sacchar. Candi unc.
iiij.

Elixir Lapidis Lazuli Fierovant.

Lapis Lazuli calcinatur in fornace laterum, & aqua vit. ſolvitur.

Remedium ſelectum in febribus malignis, ulceribus peſſimis, & peſtilentibus.

Vid. Fierovans.

Elixir Iuniperinum Greg. Horſtij.

℞. Rob. juniperini cochl.
12.
Spir. Iuniperi lib. j. ß.
Diger.

Stomachicum ſummum, calculum comminuit, veſicam & renes purgat, aliaſque facultates eximias obtinet.

Cochl. 1. *Conſer* Schröder. p. coq. l. 4.

Elixir Mumiæ Tenzelij.

℞. Mumiæ q. v. affund. ſpir. Terebint. vaſque clauſo per menſem putreſc. Expreſſioni veſicæ bubula exceptæ aff. ſpir. vini rectif. ad emin. 2. Digitor. Ponantur in cucurbita cæca in B. M. ut ex veſica deſtillet cum ſpir. vini eſſentia. Materiam reſiduam reverbera, ſublima, & Sal uni cum eſſentia. Digere poſtea ad Elix. conſiſt. cum Theriaca & Moſcho.

Remedium inſigne contra Peſtem. Doſis gutt. iij. & ultr.

Elixir Epilepticum. Crollij.

☉lum. ad flavedinem Calcinatum; imbibe Spir. Vin. ut f. maſſa.

℞. Huius maſſæ. lib. j. ß.
Raſur. Granii human.
Viſc. quercin.
Vngul. alcis.
Granor. pæon. an. unc. 1.
Omnia ſcindantur & tundantur.

Poſtea:

Mixta deſtillentur per Retortam gradatim. Huius egreſſi liquoris libr. 1. rectificetur in MB. ſupra.
Caſtorei.
Spec. Diamoſch. dulc. ana
℥. ß.
Anacardin. (fruct.)
℥vj.

Poſtea:

Adde Spirit. Vin. ℔.
iiij.
Sal. pæon. drachm. 1.
Liquor. ſalis perlar.
Liquor. ſalis Corall.
ana ℥j.
ſuccin. ana ℈ ij.
M.
& digere in MB.
per menſem. Doſis cochl. 1.

Elixir Ludi. Hum.

Sal ludi digeritur cum Spirit. Vin. poſt calcinationem perque retortam deſtilletur, conſque donec ſal cum ſpir. vin. tranſeat.

Videatur.

Leun. in Inſtit. & Harmannus in Pract.
Doſis gr. 5. 6.

Elixir Epilepticum, D. D. Freyen.

℞. Spirit. Corall.
♃i. ana ℥ß.
℥ ij.
☉is Cran. human.
Sanguinis humani.
Succin. Volatil.
ana ℈ j.
M.
Stent in digeſtione.
☌ (14.)
ſervetur in Vitro benè Clauſo.
Doſis guttulæ aliquot.

Elixir Vitæ, Matthioli.

℞. Cinamomi unciam unam.
Zingiberis drachmas quatuor.
Santalorum omnium. ana. drachmas ſex.
Caryophyllorum.
Galangæ.
Nucis Moſchatæ. ana drachmas duas & ſemis.
Macis.
Cubebarum. ana drachmam unam.

Cardi

Cardamomi utriuſq;
Sem. Melanthii. ana. drachmas tres.
Zedoariæ unciam ſemis
Sem. Anſi.
Fœniculi dulcis.
Paſtinacæ ſylveſtris.
Ocymi.
Rad. Angelicæ.
Caryophyllatæ.
Glycyrrhizæ.
Calami odorati.
Phu minoris.
Fol. Sclareæ.
Thymi.
Calaminthæ.
Pulegii.
Menthæ.
Serpylli,
Amarici. ana. drachmas duas.
Roſarum rubearum.
Florum Salviæ.
Betonicæ.
Roriſmarini.
Stœchadis.
Bugloſſi.
Borraginis. ana. drachmam unam ſemis.
Corticum Citri drachm. tres.
Pulveris Diambræ.
Aromatici Roſati.
Diamoſchi dulcis.
Diamargaritical.
Diarrhodon Abbatis.
Electuarij de Gemmis. ana. drachmas tres.

Terantur quæ terenda ſunt, & deinde in vitreo vaſe macerentur ex libris duodecim Aquæ vitæ præſtantiſſimæ, è ſelectiſſimo Vino paratæ, occluſo ſubindè vaſis oſculo diebus quindecim continuis. Ac deinde vitreo alembico vaſi ſuperpoſito per aquę ferventis balneum, à perito artifice deſtillentur, oſculis alembici adeò concluſis ut nihil indè expirare poſſit. Aqua quæ indè fluxerit in aliud ſubindè vas recondatur, additis Santali odorati teſſelatim conciſi, duabus drachmis, Moſchi & Ambræ in tenui linteolo colligator. ana. inſcrupulo uno ſemis & Iulapij roſari clariſſimi libra. Demum concutiantur fortiter quouſque Julapium cum aqua miſceatur, claudaturq; deinde vas cera & membrana, ac ita quieſcat dieb. quindecim continuis, & ultimo in aliud tranſferatur vitrum, ibiq; aſſervetur pro uſu.

Aqua hæc mirabilis efficacię ac juvamenti exiſtit, quippe non ſolum hauſta, ſed in faciem ex alterius ore projecta Epilepticos, defectos animo, & fœminas uteri ſtrangulatu decidentes revocant, loquelam amiſſam reſtituit, & jamjam moribundos tamdiu ſuſtinet, ut quandoque miraculi ſpeciem afferat, Additur etiam in clyſteribus Colicorum uncię pondere, præſentaneo auxilio, ubi à flatu aut frigiditate provenit morbus, & præſertim additis Theriacæ aut Mithridatica Antidoti binis drachmis denique ad frigidos omnes affectus Medicamentum magnopere commendandum exiſtit.

FINIS LIB. V.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 412 sur 955

LIBER SEXTUS

DE AQUIS DESTILLATIS.

EX ſimplicibus alię ſunt calidæ, aliæ frigidæ, aliæ deniq; mediam inter utraſq; qualitatē retinent. Calidis ad humoris pituitoſi ac melancholici (quos frigidos eſſe autumant) pręparationem utuntur: frigidæ vero ad bilis omnes ſpecies, (quæ calidæ, igniſque in homine naturā retinere exiſtimantur, quemadmodum pituita aquæ, & melancholia terrę) præparandas uſurpantur.

Aquæ autem calidæ, quas Pharmacopœus in officina ſua paratas adſervare, omnique tempore deſtillare debet, ſunt hę ſequentes.

AQVAE.

Aquæ calidæ.

Abrotani.
Allij.
Anethi.
Abſynthij.
Ambroſiana.
Artemiſiæ.
Baſiliconis.
Bardanæ.
Betonicæ.
Calamenti.
Chamomillæ.
Carduibenedicti.
Centaurij.
Ceparum.
Chelidoniæ.
Ebuli.
Eſulæ minoris.
Enulæ campanæ,
Euphragij.
Fœniculi.
Hyſſopi.
Iridis.
Ivæ arthriticæ.
Iuniperi.
Lavendulæ.
Maioranæ.
Marrubii.
Matricariæ.
Meliloti.
Meliſſæ.
Nucum viridium,
Florum nucum.
Origani.
Petroſelini.
Pœoniæ.
Pulegij.
Raphani.
Roriſmarini.
Rutæ.
Sabinæ.
Salviæ.
Satureiæ.
Serpilli, &c.

Frigidæ ſunt.

Acetoſæ. *Borraginis.*
Bugloſſi. *Ceraſorum acid.*
Ceraſorum nigr. *Cichorii.*
Succi citri. *Cucumeris.*
Cucurbitæ. *Endiviæ.*
Fructus fragariæ. *Lactucæ.*
Limonum. *Melonum.*
Nymphææ. *Papaveris albi.*
Papaveris rubri. *Plantaginis.*
Portulacæ. *Pyrorum agreſtium.*
Ranarum, aut potius ſpermatis illarum.
Roſarum. *Sempervivi.* *Solani.*
Sorborum. *Violarum.*

Temperatæ ſunt.

Adianti.
Agrimoniæ.
Alchimillæ.
Alkekengi.
Altheæ.
Argentariæ.
Aſparagi.
Barbæ hircinæ.
Burſæ paſtoris.
Calendulæ.
Caprifolii.
Caſei recentis.
Cerefolii.
Ceterach.
Citoniorum.
Conſolidæ utriuſque.
Ebuli.
Eupatorii Avic.
Filicis.
Fraxini.
Fumariæ.
Geniſtæ.
Halicacabi.
Ivæ arthriticæ.
Lapathi acuti.
Lilii convall.
Lupuli.
Malvæ.
Mercurialis.
Milii ſolis.
Nucum viridium.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 413 sur 955

Parietariæ.
Primulæ veris.
Polytrichi.
Pomorum redolentium.
Prunellæ.
Sambuci.
Scabiosæ.
Scolopendrij.
Senecionis.
Tamaricis.
Tapsi barbati.
Tussilaginis.
Valerianæ.
Verbascí.
Verbenæ.
Vermium terrestrium.
Veronicæ.
Vlmariæ.
Vrticæ.
Verrucariæ.

Inter enumeratas aquas aliæ sunt cephalicæ, & cerebri affectibus accommodatæ, sive hi generales sint, sive particulares & proprij, & aurium, oculorum, & reliquarum capitis partium morbi.

Aquæ cephalicæ sive cerebrales sunt, aqua basiliconis, veronicæ, calendulæ, calamenti, juniperi, lilij convall. majoranæ, melissæ, pœoniæ, primulæ veris, rosmarini, satureiæ, serpilli, florum tiliæ arboris, visci querni. Omnes hæ aquæ frigidorum humorum, qui in cerebro existunt, pituitæ nempe, ac melancholiæ præparationi inserviunt, ac potissimum quidem Aquæ Basiconis, betonicę, saluiæ, rosmarini, stœchados, serpilli, apoplexiæ, reliquisque ejusmodi soporiferis affectibus ex pituita & humore crudo natis dicatæ sunt.

Aquæ calendulæ, granorum juniperi, primulæ veris (quæ & herba paralysis dicitur (mire ac specifice ad paralysim conducunt.

Aquæ pœoniæ, lilij convall. florum tiliæ arboris, visci querni antepilepticæ nominantur, ut ipsa etiam cerasorum nigrorum aqua.

Aqua fraxini cum suo sale mixta specificum est ad surditatem non inveteratam remedium.

Aquæ chelidonij, euphrasiæ, fœniculi, rosarum, & peculi rosarum, caprifolij opthalmicę sunt, ac aliæ quidem oculorum inflammationibus, alię reliquis eorum affectibus, imo & acuendę ipsorum acici conservandæq; accommodatæ sunt.

Aquæ bardanæ, chamomillæ, enulæ campanæ, iridis, hyssopi, urticæ, peti, adianti, scabiosæ, tussilaginis, buglossi, borraginis, violarum, papaveris rubri, pectoris vitijs mirifice conducunt, ex quibus quidem aliæ humori crasso viscidoque bronchijs pulmonum contento attenuando, & juvandæ expectorationi; aliæ vero tenuiori ac subtiliori incrassando per se, aut syrupo convenienti immixtæ mirum in modum conferunt.

Aqua papaveris rubri, (quam semper paratam Pharmacopœi habere deberent) singulare specificum que exintensissimo rubore notum, ad peripneumoniam, pleuritim, cæteraque pulmonum inflammationes remedium est.

Aqua peti (quam nec parant pharmacopœi) generosissima est ad affectum, quem Asthma vocant, ut & ipse etiam syrupus, qui ex illo conficitur, ut dicetur suo loco: hæc aqua etiam purgat.

Aqua granorum ebuli & sambuci serosos humores deturbant, & asciti conveniunt.

Aqua destillata ex foliis & floribus tapsi barbati, prius in vino per triduum maceratis, est aqua valde efficax ad sedandos arthriticos dolores ex quacunq; causa subortos.

Aqua barbæ hirci seu candelariæ ad idem mirifice prodest.

Aqua vermium terrestrium contra sanguinem ex casu concreatum confert.

Aquæ melissæ, scabiosæ, acetosæ, succi citri, succi limonum, granatorum, carduibenedicti, rosarum & violarum corroboratione cordis sunt saluberrimæ pestilentibusque febribus, syncopis, palpitationibus, tum assumptæ, tum forma epithematis extrinsecus admotæ medentur.

Aquæ Absinthij, menthæ, Ambrosianæ, cotoneorum stomachales sunt.

Aquæ cichorij, endiviæ, adianti, hepaticæ, agrimoniæ, eupatorii Auic lapathi acuti, hepaticæ sunt, intemperiesque jecinoris humores præparando, ipsumque corroborando corrigunt.

Splenecticæ sunt aquæ ceterach, scolopendrij, genistæ, tamaricis pomorum redolentium.

Aquæ raphani, halicacabi, granorum juniperi, limonum, parietariæ, milij solis, cesulę minoris, verrucariæ calculum comminuunt, arenulasque & materias tartareas in renibus accumulatas dissolvunt.

Aquæ malvæ, bismalvæ, cucurbitæ, melonum, cucumeris, nymphææ, renes ipsos leniunt, urinæque ardorem & acrimoniam contemperant.

Aquæ pyrorum agrestium & sorborum alui fluoribus omnibus conducunt.

Aquæ plantaginis, burse pastoris, alchimillæ, veronicæ, pyrolæ, caudæ equinę, consolidę utriusque renum ulceribus ac excoriationi conferunt, suntq; aquæ vulnerariæ.

Aquæ cardui b. & ulmariæ, petasites sunt aquæ sudorificæ, ac pestilentibus affectibus conducunt.

Aquæ artemisiæ, matricariæ, marrubij, mercurialis hystericæ sunt, uterumque juvant, & affectibus ipsius prosunt.

Et hæ quidem sunt aquæ, quæ singulas corporis nostri partes respiciunt, singulisque ipsarum pathematis sive affectionibus medentur. Et inter eas quidem sunt, quæ diversis, tam internis, quam externis, præter supra enumeratos, morbis specifica quadam qualitate accommodantur, videlicet aquæ anethi, florum chamomillę, sambuci, florum nucum, rutæque colicis doloribus ex vento profectis, levamen tribuunt.

Aqua ceparum ad morsus rabidi canis per os exhibita multum conducit; prodest etiam ad calculum.

Aqua ex succo corticum viridium nucum extracta ad calculum tum renum, tum vesicæ comminuendum pellendumque expertissima.

Alliorum aqua ad idem confert.

Aquæ hyperici & portulacæ puerorum lumbricos enecant.

Aquæ cerasorum acidulorum, fructus fragorum, papaveris albi, florum centaurij tertianis febribus & bilioſis non mediocre ferunt solatium.

Aquæ ebuli, ivæ arthriticæ verbasci arthriticos dolores sedant, si partibus dolentibus linteamina, supradictis aquis imbuta tepide apponantur.

Aqua ex foliis & radice filicis destillata omnibus adustionibus ex linteaminibus ea imbutis tepide applicata, singulari virtute confert.

Aqua spermatis ranarū mense Martio destillata, antequā excludātur, excellens est ad omnes oculorū, facici, totiusq;

totiusq; corporis partium phlegmonas, eoq; dictum, modo admota, remedium.

Ecce tibi aquarum stillatitiarum, quibus nullo tempore carere debent Pharmacopœi, catalogum: ecce, inquam, specificas veraſq; cujusq; proprietates.

Nec sane satis est illud nosse, verum, & ipsas destillandi, servatis integris virtutibus, atq; proprietatibus, modus tenendus est, qui quidem alia longe ratione perficitur, quam vulgari illa destillatione, qua phlegma solũ & inutilis quædã aqua cito putrescens extrahitur.

Itaq; ut eam methodum plane restituamus, aliamque longe utiliorem introducamus, herbas, flores, aut reliqua ejusmodi integra in alembicum, (sive plumbeum, sive vitreum sit) conijciantur, destillandi loco, flores destillandos conteremus, eorumque jure torcular expresso, & in commune alembicum infuso, virtutem ejus integram substantiamque more solito, extrahemus. Quæ quidem ut efficacior evadat, vegetiorque, excipiendæ sunt fæces, & quæ post succum expressum, & quæ in alembici fundo remanserunt, quas in vas terreum impositas, igni ardentissimo calcinabis, donec omnino in cinerem abeant. His peractis cineres istos in manicam Hippocratis inijcies: quibus infundes prædictam aquam destillatam, ut omnem salem recipiat, reaffusione sæpius repetita: & ita quidem habebis aquam suo sale imbutam, præcipuisq; sturpis, ex qua manavit, virtutibus prędităm. Aquam, inquam, quæ multos menses, imo & annos integra incorruptaque conservari potest, cujus etiam vel uncia unica plus præstabit, quam plures illius, quæ communi via extrahitur. Nec sane labori parcendum, aut ab ea operatione abstinendum, cum tantæ rei tamque pretiosæ, sanitatis nempe humani corporis, gratia fiat. Quod si prædictæ aquæ colorem & odorem proprium imprimere sit animus, ingentem eorummet florum copiam in rostro alembici impones, ut inter destillandum aqua sursum ascendens ex istis floribus colorem & odorem (quæ utiles & pulcherrimæ sunt qualitates) alliciet & retinebit. Et hęc tibi est, concinna, ni fallor, brevitate, vera & legitima aquarum stillatitiarum præparatio.

At vero si unico pharmacopœo omnes supra enarratas aquas præparare per ocium ac commoditatem non liceat, plures ejusdem urbis inter se convenire deberent (uti fit plerisque in locis ac potissimum in Italia) ut unusquisque sibi partem earum præparandam assumeret, alijsq;, si opus fuerit, mutuo suppeditaret. Et ita quidẽ artis medicæ dignitas cõservaretur, illorũq; gloria & honos nõ sine ingenti populi utilitate augeretur.

Porro non nobis satis esse duco primam illam & simplicem, aquas cum integris virtualibusque qualitatibus destillandi restitutam methodum instituisse: qua quidem methodo (præter ipsius aquę bonitatem) si furni, vasaque propria & commoda suppetant, plus uno die, quam alias pluribus, & faciliori longe negotio destillabis, ut cujus experto facile patebit. Quinimo etiam eadem ratione, si per balneum vaporosum aquam extrahere in mentem veniat, totum pene succum prædictum destillabis, ita tamen, ut aqua ne minimum quidem fumum aut ustionem suboleat: neq; hoc solum, verum etiam eadem methodo ex omnib. plantis calidis ac odoriferis præsertim (quas sulphure ac oleo ex odore illo abundare constat) una cum aquis olea purissima, clarissimaq; elicies, quæ quidem quod aquis supernatare percipiantur, facili negotio separabis. Sed & ultra progredi, ac certam facilemque aquas vitæ ex plantis, floribus, seminibusq; cujuscunq; generis sint, extrahendi methodum tradere est animus. Et id quidem per digestionis & fermentationis viam, qua sane cuivis candidi sinceriq; ingenij viro judicare perfacile erit, nos non perperam supra operationes istas tantis laudibus & encomijs extulisse.

At ipse quidem altius penetrare (nisi stupendo prorsus, ac hebeti sit ingenio) philosophariq; poterit & percipere quam scite, quamq; comode alibi, nempe *in tractatu nostro de signaturis internis rerum*, sanguinis nostri analogiam cum vino, ipsiusq; aquæ vitæ cũ nectare vitæ nostræ, balsamoq; radicali contulerimus. Cum ex omnibus rebus, ac iis potissimum, quæ in alimentum veniunt, sola prædictarum digestionum & fermentationum ope, imo etiam & ex ijs quæ frigidæ existimantur, aqua vitæ elici possit, quæ sit vera rei quinta essentia. Aqua, inquam, vitæ, quæ de natura cœlesti æthera participat, flamamq; non secus ac ea, quæ ex vino elicitur, concipiet. Experientia etiam ipsa satis planum faciet, quomodo non tantum vinum, sed & triticum, omniaq; cerealia & semina alimentosa, multo plus nectaris illius vivifici, quam reliqua vegetabilia alendo corpori nostro inepta contineant.

Hanc autem methodum, ut tandem aperiamus, ordiemur quidem à rosis, quæ frigidæ esse existimantur, ex quib. tamen odoratissima aqua vitæ extrahitur, & adeo excellens, ut unica ejus guttula ingenti satis aquæ copiæ odorem suum communicare, eamque utilissimam jucundissimamq; reddere possit.

Rosæ igitur tempestate, nec ea quidem pluviosa roridaque, cum scilicet plantæ madido rore humescunt, sed expectandum, donec sol radiorum suorum vi omnem istam roridam humiditatem dissipaverit, copiosis satis quantitate colligi debent.

Rosas itaq; collectas, & quam fieri potest diligentissime tritas, in vase terreo vitreato, aut parvo dolio querno includes, & quam optime manibus premes, quo vas prędictum pene impleatur. Quod quidem vas clausum obturatumq; ut facilius fiat digestio, repones in cellam vinariam per mensem unum, aut diutius, si opus fuerit, donec materiam prædictam vinum acetatum subolere odoratu percipias, quo argumento jam absolutam fermentationem cognosces, & eo quidem protelanda est, donec prædictum signum appareat. His peractis, assume tibi quartam, quintamve rosarum fermentatarũ partem pro vasis tui magnitudine, quod sane necessario tale esse debet, qualia ea sunt, quibus destillatores Chymici olea sua & aquas vitæ eliciũt, quæ quidem ampla, æneaque potius, quam plumbea sunt, refrigeratoriisq; eliciuntur, assumptam illam rosarum fermentatarum portionem, more solito destilla: quo facto, fæces residuas in fundo Alembici subsidentes separa, & tantundem prædictarum rosarum fermentatarum eidem vasi repone, hisq; prius extractã aquam affunde, omnia rursus (vase Hermetice clauso, uti dictum) ad siccitatem usq; destillando. Collige iterum resiccatas fœces (quas etiam, si velis, cum prædictis reservabis) & Alembico eamdemmet prædictarum rosarum quantitatem quam prius injice, quib. denuo totam aquam destillatam reaffundes, & toties iterabis, donec omnes prædictas rosas fermẽtatas destillaveris. His rite, ut decet, absolutis, universam, quam elicueris, aquam assumes, & lento igni in vase colli oblongi, sive matracio, sive quo aquæ vitæ extrahi solent, duodecimam ejus tantum partem (quæ omnium pene spirituum quantitas est) destillabis. Ita ut, si, verbi gratia, duodecim aquæ libras habueris, unicam tantum aquæ, odoriferæ tamen & jucundissimæ, spiritualisque, atque flammam æque, ac ea, quæ ex vino est, concipientis elicies.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 415 sur 955

elicies. Quam etiam, ut magis virtualis reddatur, adhuc rectificare poteris. Reliqua vero aqua, quæ in fundo Alembici subsidebit, odorifera, longeq; suavior & melior existet, quam ea, quæ communi aut vulgari modo destillatur: cui etiam sal suum imprimere poteris, si prædictis fecibus in pulverem redactis, & manicę Hippocratis impositis, eam sępius affundas, quo salem suum facilius alliciat, retineatque. Eadem plane ratione ex violis, alijsque floribus, ac iis potissimum, qui calidi odoriferique existunt, ut rosmarini, salvię, betonicę, cęterisque ejusmodi aquas vitę elicies, quę multo præstantiores efficaciores esque sunt ad morbos (quibus *supra* convenire docuimus) propulsandos, quam si communi illo vulgari iq; tramite id perficiatur. Adde quod vel minima quidem quantitate exhiberi possunt, ut admirandos prorsus & incredibiles effectus pariant. Ita etiam ex stirpibus (cujuscunque generis sint, sed vt plurimum calidis (tritis, ac dicto modo præparatis, prędictę aquę vitæ facillime extrahuntur. Idem fit ex fructibus optime fermentatis, ut satis abunde testatur experientia in Pomaceo, Pyrace oque, quæ ex pomis pyrisque in vase proprio (non secus ac vinum) præparantur, quodammodo vinescunt, ac tunc ex ijsdemmet aqua vitæ extrahitur.

Eademmet aqua vitę ex tritico, granis juniperi, lauri, seminibusq; farinaceis calidis omnis generis elici potest. At quoniam ijsdem seminibus non tanta inest, quanta floribus; foliisq; liquoris mercurialis, seu aquæ copia, trita, crassoq, modo pulverizata, in parvulum dolium, quod ex ligno querno confectum sit, injici, & aqua tepida, donec in liquidiorem quandam consistentiam abeant, imbibi debent. Quib. etiam ad digestionem accelerandam (cui præcipue incumbendum est) tantillum fermenti communis, aqua vulgari distemperati, adijcere poteris. His peractis, vasęq; optime clauso, in loco frigidissimo (quo facilius fiat fermentatio) reponantur, donec acescere, vinumq; redolere persentias. Tunc eadem methodo, destillandiq; ratione procedes, quam *supra* in extractione aquæ vitæ rosarum docuimus.

Hactenus de aquis simplicibus. Restat tandem, ut de compositis verba faciamus, utilesque quarundam descriptiones tradamus, quas Pharmacopœi non modo scire, verum etiam paratas semper habere, alijsque quamplurimis aquis nullius aut parvi momenti præferre debent.

Aqua ex albuminibus ovorum Horatij Augenij.

℞. *Alumin. Rochæ* ℥ij.
aq. rosar.
plantag. an. ℥ iij.
succ. rosar.
plantag.
portulac. an. ℥ iij.
nicotianæ ℥ij.
Albumin. ovor. Nr. xv.

Misceantur omnia, & posita in alembico destillentur in duplici vase lento igne & sine fumo diligenter, & in vase vitreo reponatur ad usum. Facit ad carunculam in collo vesicæ.

Aqua Plateri Alexiteria.

℞. *Rad. recent. Tormentill.*
Bardan.
pimpin.
Succisæ.
Phu veri hort. an. ℥viij.
Imperat.
Angelic.
dictamn. alb.
Gentian.
Serpentar. sicc. an. ℥j.
Capar. recent.
Nucum recent. immat. an. ℥. vj.
fol. rut.
acetos.
Card. ben. rec. an. m ij.
Camphor. ℥ß. *aq. vit.* ℥j. *solut.*
Mithridat. ℥ß.
vini albi mens. j. ß.
Aceti rosat. ℥ ij. *M. destill. Dosis* ℥ ij.

Hanc aquam præstantissimam damnat Thonerus, quia Memmingenses vomitu rejecerunt, & quia Horstius scil. eam commendat. At laude digna est si in tempore exhibeatur, si scil. ventriculus liberatus sit ab onere, vid. obser. v. Greg. Horst. part. 2. pag. 187.

Descriptio aquæ asthmaticæ, quam Anno 1598. à Matthia Heyd, pharmacopœo tunc temporis hujus Reip. accepi illi vero procul dubio à Ioan. Pistorio, Medico Turlacensi communicata fuit.

℞. *Rad. enul. camp.*
ungul. caballin. an. ℥. ß.
gentian. ℥ ij.
caryoph.
zinzib. an. ℥ ij.
baccar. laur. excorticat.
granor. juniper. an. ℥ ij. ß.
cinnam. elect.
cardamom. an. ℥ ij.
salviæ.
majoran.
hyssop.
marrub.
irid. florent.
liquirit.
uvar passar.
carn. dactyl.
amygd. dulc.
pinear. an. ℥. iij.
squillæ prap. ℥. ß.
pulm. vulp. præpar. ℥j ß.
sem. fœnic. ℥ij. ß.
caricar. Nr. iiij.
mell. opt. ℥ j.
sacch. meliti ℥ xviij.

Contusis omnibus infunde vini malvat. Mens. j. aq. vitæ optimæ ℔. iij. *stent in infusione per aliquot dies & postea per Baln. Mariæ destillentur.*

Confert asthmaticis, orthopnoicis & catarrho suffocativo ex causa frigida laborantibus ex cochleari sumpta.

Alia aqua pectoralis Ejusdem Pistorij.

℞. *fol. & flor. scabios. Manip. x.*
hyssop.
tussilag. an. Manip. v.
pimpinell.
veron.
marrub. an. Manip. iiij.
linar.
auriculæ muris.
salviæ.
rorismar. an. Manip. ij. *rad. caryo-*

rad.caryophyllat.℥ß.
Irid florent.
helenij an.℥iiß.
pimpinell.italic.
ſymphyt.
urtic.an.℥j.ß.
ari.℥j.
ſem.fœnic.
aniſ.an.℥ß.
Vrticæ.

galang.an. Vnc.j. inciſa omnia craßiuſcule & contuſa deſtillentur cum aqua fontana per veſicam, ſerventur aqua prima & ſecunda, reliquiæ vero abijciantur.

Aqua aurea pectoralis & antipleuritica.

℞. Fol.& flor.ſcabioſ.
veron.
hyſſop.
calamenth.
auric.muris.
tußilag.
marrub.an.Manip.ij.
fl. roriſmar.
ſalviæ.
violar.an.Manip.j.ß.
prunell.
pyrol.
ſabin.
linariæ an.Manip.j.
rad.pimpinell.
irid.
helenii an.Vnc.ß.ß.
gentian.
ari.
aſari.
diptamn.alb.
urtic.an.Vnc.j.ß.
Tartar.Vnc.ß.
galang.℥.iij.
caryophyllor.℥.ß. macerentur in ſeri caprini vel aquar. deſtillatar, videlicet aq.marrub.
hyſſop.
tußilag.
veron.an.℔.j.

Deſtillentur in vaſis vitreis in Baln. Mariæ; naſo alembici impone.

cinnam.℥.iij.
ſtyrac.calamit.℥.j.
Caryophyllor.ʒ.j.

Excipe primam & ſecundam aquam; tertiam vero abijce.

Aqua antipleuritica aurea minor.

℞. Fl.acac.Manip.ij.
borrag.
ſol. card.Mariæ an.M.j.
ſcabioſ.
card.ben.
veron.
beton.
rutæ murar.
bed.terr.an.M.ß.
myrrh.℥.ß.
croci ℥.ß.

Diebus quindecim macerentur in vino veteri quant.ſuffic.ad ſpecierum confectionem & poſtea deſtillentur.

Aqua aurea apoſtematica major Venetorum.

℞. Rutæ murar.
rutæ.
heder.terr.
veron.
puleg.
ſcabioſ.
card.Mar.
bened.
hyſſop.
fœnic.
praßij.alb.
hepatic.
fumar.
ſempervivi.
ſalviæ anguſtiſol.
meliſſ.
menth.criſp.
lavend.cum florib.
charefol.
beton.
taraxac.
morſ.diabol.
maioran.an.p.j.
fl.cheiri.
bugloſſ.
borrag.
acac.
ſambuc.
anth.an.p.ß.

Macerentur dieb.14. in vino veteri, poſtea deſtillentur.

Aqua Bardanæ compoſita. Aug.

℞. Rad.Bardanæ recent.
Vincetoxici recent.
Cort.med.radicis Fraxini.
ana libras duas.

Minutim inciſa infundantur horis viginti quatuor in vini albi odoriferi & aceti Rutacei ana libras quinque.

Poſtea deſtillentur in Balneo Mariæ, addendo poſt deſtillationem Olei Sulphuris acidi quantum ſatis pro manifeſto acore, & ad ſingulas libras liquoris egreſſi Camphoræ ſcrupulum ſemis, quæ in nodulo ligata ſtillatitio huic liquori immerſa pendula permaneat.

Aqua hæc crebro uſui quondam fuerat Clariſſimis Reip.noſtræ Medicis Tobiæ Cneulino & Ioanni Paulo Zangmaiſtero. Ea etiam collegæ noſtri fideliſſimi D.D.Carolus VVidemannus, Ioan. Iacobus Schiſlerus, Raymundus Mindererus, & Hieremias Cneulinus graſſante peſte felici ſucceſſu uſi ſunt, ut qui ægris hac lue infectis in publicum Noſocomium delatis tunc temporis opem & operam ſuam præſtabant. Sudores enim potentiſſimè prolicit, venenatorũ humorũ malitiã temperat, infectionis ac putredinis miaſmata diſijcit, ac venoſũ corporis habitũ excuſſo ſudore repurgat.

Aqua ſeu Balſamus Embryonum. Aug.

℞. Nucis Moſchatæ. Caryo-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 417 sur 955

Macis
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Zingiberis albi,
Cubebarum,
Granorum Paradisi,
Zedoariæ ana unciam unam semis.
Galangæ drachmas sex.
Florum Tunicæ,
Tiliæ, ana. libram unam
Herb. Salviæ,
Carui,
Fœniculi,
Verbenæ,
Lavendulæ. ana. uncias tres.
Menthæ crispæ,
Rad. Pœoniæ & sem. ejusdem,
Visci quercini decrescente Luna collect. drachmas duas.

Medullæ panis triticei unc. sex. Herbæ & radices incidantur minutim, Aromata verò crassiusculè pulverisentur, panisq; medulla in frustula confringatur, quo facto commisceantur omnia & affusis mensuris quatuor Vini boni Malvatici in vase fictili vitreato probè clauso ne quid expiret, sepelantur in cella vinaria subtus terram, stentq; ibi in digestione per hebdomadas tres. Deinde die præcedente antequam hæc è terra rursus eximere volueris, sumito

Amygdalarum dul. excortic. uncias sedecim.

His in mortario prius probè contusis, & in vitreo vel vitreato aliquo mundo vase collocatis super infunde

Aquæ Rosar. albarum & flor. Buglossæ. ana. uncias octodecim.

Stent in infusione per horas viginti quatuor. Iam verò rursus accipe

Hordei cremati uncias sedecim.

Hoc in mortario grosso modo confringe, illiq; superinfunde

Aq. Fragorum & Lilior. Convallium ana uncias septendecim.

Stent etiam simul in alio vase in infusione per horas viginti quatuor. Tandem Amygdalas in infusione stantes exactè tritura, & unà cum aquis quibus immaduere diligenter subigito, quo facto & Hordeum crematum aquis suis infusum huic Amygdalogalæ jungito, ac una in olla simul omnia studiosè permisceto. Quod si aquarum Amygdalis & Hordeo superinfusarum quantitas commixtioni non suffecerit, de Vino Malvatico in quo Aromata & Herbæ sub terra defossæ macerata sunt quantum sufficere videbitur adiungito ut sic omnia prodeant in olla simul concussa permisceantur donec mixtura lacti vaccino similis. Tum demum Aromata, Herbas, radicesque una cum Vino Malvatico reliquo in quo infusa steterant, & tum dicta omnia additis Mellis despumati unciis octodecim simul confundito ac commisceto, & cucurbita indita levi igne aquam ex arena distillato. Nunc verò recipe veterem Caponem, quem tunc suspensum suffocabis, mundatumq; exenterabis. Huic in frustula dissecto abiecta omni sorde & pinguedine affunde Vini Malvatici mensuram unam, quo sanguinem elues ac dissolves, tum vino huic Malvatico & jam dicti Caponis carnibus jungito

Aq. Boraginis,
Verbenæ,
Fœniculi,
Salviæ. ana. libras duas.
Dactylorum recent. exossatorum,
Uvarum passarum,
Passularum minorum,
Nucis Moschatæ. ana. uncias duas.
Caryophyllorum,
Cinamomi,
Zingiberis,
Cubebarum,
Granorum Paradisi,
Zedoariæ. ana. unciam semis.
Croci drachmas duas.
Conservæ Rosarum rub. uncias quatuor.

Incidenda incidantur, & olla operculo diligenter clausa ac circa junctura operculi pasta studiosè circumlita, ne quid expirare queat, indita sensim simul decoquantur, donec carnes Caponis ab ossibus se separaverint, tunc brodio huic adhuc ferventi iniice panis triticei adhuc à furno calentis, & in frusta confracti uncias sedecim, & de libo vel pasta Mellea cum aromatibus bis cocta in laminas dissecta, ac super craterem tosta & Melle oblita uncias sedecim, atque olla probè clausa sic per noctem, ut in brodio cuncta molescant, stare finito. Deindè verò brodium à rebus infusis separa, Caponemque unà cum rebus reliquis sibi junctis eximie contunde, donec pultis formam acquirat, quam pultis formam acquirat, quam pultem brodio prius separato redde, eamque in jam dicto brodio dissolve, & ab his ampulla inditis magna cum diligentia aquam ex arena levi calore extilla. Iam verò primam aquam & secundam hanc commisce, in iisque infunde Auri purissimi quantum volueris vitroque accuratè clauso per triduum solis calori & radiis ad insolandum exponito; ac tum demum rursus aquam hanc omnem cum diligentia per distillationem ab Auro abstrahito. Dosis aquæ hujus ab uncia semis usque ad unciam unam.

Aqua Calcis.

Aqua, in qua pluries calx extincta fuerit, *aqua calcis* ob id dicta, multis ulcerib. phagedenicis ac difficilibus mirũ in modum confert, quia tamen facile quovis tempore parari potest, in ejus descriptione non immorandum.

Aqua calida major Conradi Gesneri.

℞. rad. gentian. ℥ ij
enul. campan. ℥ vj.
calam. arom.
galang. an. ℥ j. ß.
Sem. carui,
fœnic.
anisi,
caryophyllat.
apij, an. ℥ j.
cortic. citr. ℥ ij.
baccar. juniper. Man. iiij.
cinnam. opt. ℥ ij.
fol. meliss.
hyssop.
rutæ.
absynth.
adianth.
violar.
ceterach.
puleg.
beton.
agrimon.
rosar. rubr. an. M ij.
fol calamenth.
chamepyth.
fl. borrag.
buglos. an. M. j.
aq. fontanæ quant. suffic. infunde per 4. dies in vase figulino, destillentur in aqua cinnamomi.

Aqua calida minor Eiusdem.

℞. fol. salviæ minor.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 418 sur 955

hyſſop.
puleg.an.M.iiß.
zinzib.ʒ ß.
cinnamom.ʒj.
ſem.anis ʒ ij.
contund. & infund. in lib.iij.aq.fontana, & ſec. art. per veſicam deſtillentur.

Aqua cancrorum.

Cancri aut gammari bulliant cum aqua Sempervivi majoris in vaſe duplici accurate occluſo per diē integrum: poſt deſtillentur igne ſubjecto. Aqua ter affundatur capiti mortuo & abſtrahatur, tum demum reſervetur. Inflammationi, ambuſtis, & carcinomati multum confert. Si ex cineribus capitis mortui ſalem cum propria aquā elicies, præſtantius evādet remedium ad curanda carcinomata & phagædenica omnia ulcera.

Aqua Caponis cum ſpeciebus.

℞. cinnam.ʒ ß.
caryophyllor.ʒj.
macis ℈ ij.
been albi,
rubri,
xyloaloes,
ſantal. rubr.
ossu de corde cervi,
margar.
carabe an.ʒ ß.
coriandr. præp.ʒj.ß.
flor.borrag.
bugloſſ.
roſar.an.ʒ iij.
ſem.myrtill.ʒ ß.
fol.auri nr.iij.
Contunde omnia groſſo modo, Mi. imponantur q. in ventrem caponis eviſcerati, coquantur in aqua ſufficiente ad ſeparationem, tandemq. deſtillentur.

Aqua Caponis M.

℞. Caponem coq. cum
Paſſul.min.
pin.
liquir.an.ʒj.
Iujub.
Sebeſt.an.n.xij.
Caric.n.8.
Herb.pulm.
Endiv.
Farfar.
lactuc.an.ʒ ß.
fl.viol.
beton.an.ʒj.
Coq. & contund. in mort. lapid. adde
vini Canar. ℔.iij.
Aq.tuſſil.
Marrub.
Bugl.an.℔.j.
Mic.pan.alb.℔.ß.
Conſ.borag.
Roſar.
polytr.an.ʒ iij.
Spec.diam.frig.ʒ ß.
Cin.
Macis
Sem. aniſi an.ʒ ij.

Deſtill. l. a. Doſis ʒ ß. in morbis pectoralibus, phthiſi, æſthmate.

Aqua Carbunculi.

℞. Flor.Anthos ʒ iiij. Violar. Boragin. ana ʒ iij. Herb. Majoran. Salviæ.flor. Pœon. Lillior. convall. flor.Lavendul.ana ʒj.ß. Balſamit.ʒ ß. Nuc.Moſcat. Maces.Chariophyll.Cinamom. Cardamom.Gran. paradiſi, Iuniperi, Cubeb.ſem. Pœon. Viſci quercin. Raſur. C.Cerv.tus.corn.Cerv.uſt. præparat. ZZberis ana ʒ ß. Ungul.Alcis.lap.Percar. rad. Pœon.ver. Stoech.arab. Stoech. citrin.ana ʒ ij. Moſchi ℈ j. Vini Malvatici, aq. Lavendul.Roſar.ana ij ß. Aq.flor.Tiliæ Pœon.an.lib.j ß. Incindenda incindantur & contundenda contundantur, ſtent in Infuſione per 24. horas, loco calido, poſtea deſtillent: in arena per Alembicum, adde, Flor.Auri, num. viij.

Vires.

Aquam Carbunculi pretioſiſſimam deſcribit Gabelcoverus in collect. Fürſtlich Artzney-Buch / ubi pariter de viribus ac facultatibus ejus nobiliſſimis, atque eximiis, tam internis quam externis prolixè agit, quas omnes hic recenſere inſtituti noſtri non eſt.

Aqua Carminativa, ſeu Phyſogonaid eſt, flatus educens.

℞ Flor. Chamomill. Rom. M.xxx. Incidantur & contundantur, & infundantur in aquæ chamomillæ ℔.xvi. & ſtent in digeſtione in loco calido per octiduum, deinde colentur & prelo fortiſſimè exprimantur, in colatura iterū infundantur.
Flor. Chamom. inciſ. & contuſ. M.xxiv. & ſtent in infuſione in loco calido per octiduum; poſtea colentur atque prelo fortiſſimè exprimantur; in colatura iterum infundantur, inciſis tamen & pulverizatis, incidendis & pulverizandis
Flor. Chamomill. Roman. M.xij.
Cort. exter. Aurantior flaveſc. ʒj.ß.
Herb. Abſynth. Pont. M.j.
Centaur. min.
Puleg. ij.
Origani ana M.ß.
Sem. Anethi ʒ iv.
Aniſi
Fœniculi ana ʒ ij.
Carvi ʒ i.
Carduibened. ʒ ß.
Mariæ ʒj.ß.
Et ſtent in infuſione in loco calido per octiduum, deinde diſtillentur in organis vitreis in MB. igne lentiſſimo.

Diſcutit flatus & lenit dolores & ventriculi & inteſtinorum, & eſt medicamentum verè anodynum & tuto exhiberi poteſt etiam in morbis calidis, ſi temperetur cum ʒ ij. aquæ frigidæ, Endiviæ videcet, Epaticæ frigidæ, vel cordialis frigida pro diverſitate morbi præſentis calidi. Datur ab ʒ ij. ad ʒ iij.

Aqua Caſtitatis, M.

℞. Terræ Sigillatæ Vnc.iij.
Sem. Agni caſti Vnc.ſs.
Rutæ
Nymphææ
Lactucæ
Papav.alb.an. Vnc.j.
Canabis
Acetoſæ
Portulac.
Endiviæ
Milij Solis
Ameos

Coriand.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 419 sur 955

Coriandr.præp.ana Drach.vj.
Rad.Dictam.alb.
Cynogloſſ.
Biſtortæ
Ireos flor. ana Vnc.ſ.
Santalor. omnium
Mag. Saturni
Camphoræ ana Drach.iij.
Herb. Abſinthii pont.
Mentæ criſp.
Burſæ Paſtor.
Taraxac.
Verbenæ
Fol. Salicis an. Drach. ij.

Incidantur, contundantur & infundantur in Vini rub. ſtiptici Lib. x. permittantur in digeſtione per octiduum; poſtea B.M. deſtillentur.

Vires, Vſus, Doſis,

Hæc aqua non immeritò caſta vocatur: Quia Monachorum, virginum monialium, viduarum illorumque qui in cælibatu vivere conſtituerunt, ignitum & prolificum ſemen ita compeſcit, ut inde libidinoſi omnes ea utentes, in caſtitatis & modeſtiæ amantes, ſine ſanitatis periculo facilimè evadant: Sua enim frigiditate & occulta quadã proprietate Rem Veneream diſſolvit. Præterea præmiſſis univerſalibus, unamquamque Gonorrhæam ſeminiſque profluvium abſque ulla moleſtia curat Doſis manè & veſperi vel tempore neceſſitatis ab Unc. j. ad Unc. ij. & Unc. iij.

Aqua Cephalica interna. Reineſ.

℞. Flor. lil. convall. M. 4.
Salv. ſtœch. Arab. an. ℥ M. j.
borrag. tunicæ an M. ß.
herbæ meliſſæ Miß. præp. l. a.
inf. Spir. junip. ℔ ij.
vini ℔ 4.

Spir. Ceraſor. nigr. ℔ j. diebus xiv. Tum exprime & cola Colato
Inf. caſtorei ʒ j.
nuc. moſch. ʒ iij.
coſti veri ʒ vj.
ſpec. diambræ
diamoſchi
pler. archon. an. ʒ ij.
& macera per menſem, tum diſtilla in cineribus.

Externa.

℞. Summit. anethi,
fl. melil. citrinæ,
chamam. Rom.
vulg. an. M. ij.
pulegii, ſalviæ,
rorifmar. major.
ſerpilli, betonæ an. M. j.
Verbenæ M. 4.
rutæ M. j.
Sem. cymini, carui,
nigellæ ſeſel. an. ʒ ß.
bacc. junip. lauri an. ʒ j.
cubeb. nuc. moſch.
caryoph. Zedoar. an. ʒ iij.
rad. Angel.
ireos an. ʒ vj.
Rad. cucum. aſin. ʒ ij.
Euphorbii ʒ ij prep. l. a. inf.
vini ℔ ix.
aq. roſar ℔ iv. ß.

Lib. VI.

ſi cheyri ℔ iij. & digere per dies 14. tum deſtilla in MB.
Deſtillato immitte ſacculum continentem caſtor. ʒ j.
ſpec. Diamb. ʒ ß.
troch. Gall. moſch. ℈ j.

Aqua Cephalica compoſita. Mylii.

℣. Salviæ Nobiliſſ. ʒ vj.
Roſmarini, Lavendulæ, Maiorana } ana ʒ vj.
Menthæ, Hyſſopi, Puplegii, Flor. tunicæ } ana ʒ ß.
Meliſſæ
Cinnamomi, Caryophyllorum } ana ʒ vj.
Galangæ, Macis, Zedoariæ, Zingiberis, Nuc. Moſch., Gran. Iuniper. } ana ʒ ij.
Sem. Fœniculi ʒ vj.
Pomum Citri Num j.
Vini optimi Menſ. ij.

Contuſis, inixtiſque, fiat infuſio, poſtea deſtillatio.

Alia ſic: Recipe Nuc. Moſch. ʒ j.
Zedoariæ, Galangæ, Calami arom. } ana ʒ ß.
Macis, Cinnamomi, Cariophyllorum } ana ʒ j.
Flor. Lavendulæ m. j. ß.
Vini Rhenani m. j. ß.
Spiritus Vini ℔ ß.

Miſta ſtent in inſuſione, poſtea deſtillentur.

Tertia aqua cephalica eſt.

℣. Cinnamomi ʒ ij.
Zingiberis, Santali rubri, Caryophyllorum } ana ʒ ß.
Nucis moſchatæ, Macis, Piperis, Galangæ, Cubebarum, Aniſi } ana ʒ j.
Roſar. rubr. m. j.
Cardamomi, Fœniculi, Coriandri præp. } Spec. Aromat. roſ. ana ʒ ij.
Diambræ, Dianthos, Baſilicæ, Maiorana, Flor. lavendulæ
Vini malvatici ℔ ij.
Spiritus Vini ℔ ß.
Aqu. roſ. moſch. ʒ viij.

Infuſa per 4. ſeptimanas, deſtillentur: deſtillationi adde
Caryophyllor., Cinnamomi } ana ʒ j.
Sacchari ʒ vj.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 420 sur 955

Colctur, ut fiat claretum præstans.

Aqua Cephalica alia.

℞. Rosar. Rubear.
Anthos
Majoranæ } ana m. j.
Flor. Bugloſſæ
Spec. Confect. Alkermes ℥ ij.
Aquar. Florum Tiliæ
Betonicæ } ana ℔ b. j.
Bugloſſæ
Aq. ardentis opt. ℔ b. ß.
Fiat infusio, & postea destillatio.

Aqua Cephalica Langii.

℞. Florum Anthos
Rosar. rubear. } ana m. ij.
Majoranæ
Flor. Bugloss. m. j.
Spe. Confect. Anacardin. ℥ ij.
Aquar. Bugloſſæ
Betonicæ } ana ℔ b. j.
Flor. Tiliæ
Lavendulæ ℔ b. ß.
Aquæ ardentis opt. ℔ b. j. ß.
Fiat Infusio, Digestio, & destillatio.

Aqua Cephalica ejusdem alia.

℞. Flor. Primulæ Veris
Rorismarini
Maiorana } ana m. j.
Iuæ arthreticæ
Spec. Diamoschi
Diaplyris } ana ℥ ß.
Diambræ
Spe. Conf. anacard. ℥ j.
Cubebarum
Ligni aloes
Nuc. moscha.
Caryophyllorum } ana ℥ j.
Macæropiperis
Carpobalsami
Rad. Acori.
Ireos } ana ℥ j. ß.
Aristol. rot.
Sem. Pæoniæ
Siseris montani } ana ℥ j.
Fœniculi
Aquar. Herb. paralysis
Salviæ } ana ℔ b. j.
Betonicæ
Flor. tiliæ ℔ b. j. ß.
Serapini
Myrrhæ
Opopanacis } ana ℥ j. ß.
Gum. Iuniperi
Fiat infusio, deinde destillatio.

Vel sic. Recipe flor. lilior. convall. part. j. Infusa, digesta destillentur, destillationi adde aquæ cerasorum nigrorum lib. j. ſ. Misce simul. Quibus aquis infunde.
Flor. Lavendulæ m. j. ß.
Flor. Anthos m. j.
Caryophyllorum ℥ j.
Macis ℥ ß.
Cubebarum ℈ j.
Scillæ præparatæ ℥ ij. ß.
Diptamni albi ℥ ij.
Cubebarum ℥ ß.
Visci quercini ℥ ij.
Rad. pæoniæ tantundem
Incisa ac conquassata, cum tribus cohobiis fiat destillatio.

Aqua confortativa Cephalica.

℞. Nucis moschatæ
Zingiberis } ana ℥ ij.
Cubebarum
Galangæ
Cassiæ lignea
Piperis longi } ana ℥ i.
Ameos
Rutæ } ana ℥ iij.
Pyrethri
Spe. Diambræ } ana ℥ ij.
Diapliris
Calami aromat.
Macis
Sem. & Rad. pæoniæ } ana ℥ j.
Amomi
Asari
Myrtillorum
Flor. Borrag.
Bugloſſæ
Anthos } ana m. ß.
Lavendulæ
Hypericonis
S. Vini optimi ℔ b. vi.
Infusa digerantur & destillentur.

Alia Cephalica aqua composita.

℞. Caryophyllorum
Nuc. moschatæ } ana ℥ ß.
Galangæ
Piperis longi
Cort. Citri
Salviæ
Maioranæ } ana ℥ ß.
Rosmarini
Ameos
Cinnamo.
Lavendulæ
Menthæ
Pulegii
Origani
Betonicæ } ana ℥ ß.
Calamintæ
Stœchad. Arab.
Chamædrios
Spicæ nostr.
Ligni aloes ℥ ß.
Moschi gr. xii.
Mista & infusa cum vino malvatico, tandem destillentur.

Aqua Cephalica ex cerebro Microcosmi.

℞. Cerebrum microcosmi integrum, cum Spiritu Liliorum convall. putrefactum, adde
Essentiæ perlarum
Magisterii perlarum } ana ℥ i.
Essentiæ corallorum
Magisterii corallorum } ana ℥ i. ß.
Spec. Diacastorei
Spec. Diamoschi } ana ℥ i.
Essentiæ pæoniæ ℥ iij.
Essent. confect. Anacardin. ℥ i. ß.
Mistis & cum Vino Malvatico digestis, tandem destillatio.

Aqua

Aqua Cephalica microcosmica alia.

℣. *Cerebrum recens integrum nondum putrefactum, huic adde*
Spiritus Vini ℔.*j.*
Spiritus Rosarum ℔.ß.
Spiritus Lavendulæ
Spiritus lilior. convallium } *ana* ℥ viij.
Cinnamomi ℥ *iij.*
Caryophyllorum ℥ *ij.*
Cardamomi ℥ *j.*
Ambræ ☉ *vj.*
Macis ℥ ß.
Benzoi
Styr. calam. an. ℥ *j.*
Rad. Ireos Vnc. ß.
Sant. citr.
Cort. citr. an. ℥ *vj.*

Putref. per mens. destill. per cohob. addendo in secund. cohob. sp. vini ℔. j. Sal è fæcibus extractum cum aq. lavend. adde Aq. & cum mosco rectifica.

Aqua Cephalica frigida, seu bilē alterās. D.

℞. *Aqu. Lectucæ*
Nymphææ
Oxalidis
Rosar. ana p. æqu. Misce.

Usus hujus aquæ est in Phrenitide, in Cephalalgia biliosa, in Mania, in febre ardente & in omnibus morbis calidis, acres & biliosos vapores ad cerebrum mittentibus.

Dosis est Unc. iij. cū Unc. j. ß syrup. de Rosis siccis.

Nota. Quod omnes aquæ simplices, quarum in hoc tractatu fit mentio sint destillatæ in M.B.

Aqua Cephalica Melancholica.

℞. *Rad. Polypod. querc. mund.* ℥ *vj.*
Bugloss.
Borrag. ana. Vnc. j. ß.
Herb. Epithymi
Cuscut.
Melissæ ana M j. ß.
Majoran. M. ß.
Sem. 4 frig. Maj. excort. ana ℥ *j.*
Anisi
Fœniculi ana ☉ *iv.*
Pæoniæ excort. ℥ *j.*
Flor. Borragin.
Bugloss.
Rosarum
Violarum ana M. j.
Betonicæ M. ß.
Stœchad. Arab. Vnc. ß.
Anthos ℥ *ij.*
Macis ℥ ß.
Nucis moschatæ ℥ *iij.*

Pulverizanda pulverizentur subtilissimè, reliqua verò incidantur & contundantur, & infundantur in
Aqu. Rosarum
Nymphææ
Melissæ ana ℔.*j.* ß.
Cichorij ℔.ß.
Vini Malvat. opt. ℔.*ij. & adde*
Mellis Passul. Vnc. iij.
Syrup. de succo viol. ℥ *ij.*
Croci Oriental. ℥ ß.
Misce & stent in infusione in loco calido per octiduum, vasi singulis diebus aliquoties exagitato, deinde destillentur in organis vitreis igne lentissimo, mediante B.M.

Apprimè utilis est in omnibus cerebri morbis melancholicis, qui tam per Sympathiam hypochondriorum, quàm per idiopathiam existunt, spiritus animales fovendo & illustrando falsas imaginationes corrigit, timorem atque mœstitiam absq; manifesta causa conceptam mitigat, lætitiamq; gignit & auget. Dosis est Unc. iij.

Aqua Cephalica D. Brucæi Profess. Rostoch.

℞. Salviæ Regiæ Unc. vj Flor. Lavendul. Lilior. convall. ana Unc. iiij. rad. Pœoniæ. Unc. ij. Herb. Majoran. Stœchad. arab. Rorismar. an. Unc. j. Nuc. moscat. Cinamom. Cubebæ ana Unc. j. Garyophill. Gran. paradis. Zinziberis, an. Unc. ß. Macis ℥ ij. Vini Rhenani opt. lib. xij. Omnia contundantur & infundantur in Vino præscripto per xij. dies, deinde destill. in B.M.

Vires.

Aqua hæc litteratorum caput sensus omnes, ingenium & memoriam corroborat. Quin & ex Cinab. Antimon. & sublimati in præparatione Mercurii Vitæ, ad retortæ collum elevato, præstantissimus paratur *Pulvis Antepilepticus*, & *Diaphoreticus* si magisterium corallorum & perlarum cum sale cranii humani conjungatur, Dosis gr. 6. 8. ad 16. *Mistura* quoq; *simplex* dicta (quam descripsit olim Andernacus l. de veteri & novâ medicinâ, part. 2. pag. 638.) tum in expugnādo; & abigendo, tum futuro arcendo paroxysmo Epileptico a nonnullis laudatur.

Aqua ceraſorum ſylveſtrium.

℣. *cerasor. sylvestr. cum lapillis.*
contusor. mensur. j.
fl. lavendul. Manip. j.
sinap. alb. pulverisat. Vnc. v. Mi.
infunde in vino gentroso per aliquot dies, postea destillā.

Aqua Cinnamomi. Q.

℣. *Cinnamom Vnc. iiij.* quod crassiuscule conquassatum, & in æquis vini albi generosi, & aquæ rosarum partibus (alii in solo vino) duorum aut trium dierum spatio infusum in alembico destillant, atq; sic aquam lacteam, quæ simul in se partem sulphuream & oleaginosam cinnamomi continet, eliciunt, accurateque adservant. Quod si magnam ejus quantitatem componere velis, utere æneo vase majusculo, cui refrigeratorium annexū sit. Vulgo pro singulis Cinnamomi libris vini albi & aquæ rosarum, ana libræ duæ adiiciuntur. Quia vero non multum olei ex Cinnamomo extrahi potest propter partium illius tenuitatem, unde fit, ut cum aqua commisceatur, propterea vinum album & aqua rosarum peculiariter & præcipue usurpantur, quorum loco in aliorum aromatum, herbarum, florum & seminum destillationibus aquam duntaxat communem assumimus. Exempli gratia.

℣. *Caryophyllorum conquassatorum* ℔.*j. aut duas, aquæ fontanæ tepefactæ quadruplum*, imo plus, si visum fuerit: hæc recipiantur vase æneo commemorato, cui vasculum refrigerans adhæret, macerentur unum, duos aut tres dies: post mediocris ignis supponatur ita, ut aqua bulliat, tum evaporantem conspicies, secumque oleū Caryophyllorum deferentem, quod quia quovis alio gravius est, totum fere imum petit. Ab aqua vero secernitur cum in fundibulo (ut vocant) & lagenula rite occlusa reconditur. Aqua, quæ remanet post olei sui separationem, turbida est & oleaginosa: odor & sapor Caryophyllorum impressi tam vegeti existunt, ut si ea hauriatur, aut naribus admoveatur, qualitates Caryophyllorum quam maxime indicabuntur.

Ex hac aqua, quemadmodum ex aliis, quæ hac arte extra-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 422 sur 955

extrahuntur, ex qualibet aromatum ſpecie, ut pipere, nuce moſchata, mace, Zingibere, cubebis, & huiuſmodi cæteris, ut etiam ex omnibus ſeminibus & baccis calidis, lauri ſcilicet, juniperi, fœniculi, aniſi, cumini, dauci, pœoniæ, &c. deniq; ex herbis & floribus calore pollentibus, ut ſalvia, roſmarino, thymo, hyſſopo, ruta, calamentha, origano, pulegio, mentha, betonica, & ſimilibus, componi poterunt ſyrupi, qui longe melius vires ſimplicium, ex quibus concinnantur, ſibi concreditas ſervabunt, genuinaſque facultates multo efficacius referent, quam eorundem aquæ, & decoctiones gregaria via paratæ, ut paulo poſt dicturi ſumus, ubi de ſyrupis cum iiſdem met aquis præparatis agemus, & conſequenter ſuo loco cuilibet cõpertum erit, quibus uſibus olea ipſorum ſimplicium inſerviant, quæ, ut monuimus, à propriis aquis ſeparari debent.

Aqua Cordialis è ſuccis, Reineſ.

℞. *Succi borag. citri an.* ℔ *j.* ß.
ſl. cyani. galeg.
Scord. an. ℔ *j.*
aceroſ. ℥ *ix.*
meliſſ. ℔ ß.
Angel. baſil.
puleg. ana ℥ *iij.*
Vini Aceti ℔ ß.
Et. Theriac. ℥ *iv.*
Ext. Cort. citr ℥ *ij.*
Diger per oct. deſtill.

Aqua Cinnamomi.

℞. *Cinnamomi optimi, craßiuſcule triti* ℔ ß.
aquæ roſarum fragrantißimæ & vini albi generoſi an ℔ *j.*
miſceto, ac biduum ſimul relinquito in vaſe rite opercula to, ne quid expiret; Deinde ſuper cineres calidos deſtillato, & aquam ſervato.

De *cinnamomi* ad *vinum* & *roſaceam* proportione non unus eſt omnium conſenſus. Alii enim partem unam *cinnamomi* ponunt, *vini* partes duas, *aquæ roſarum* partes quatuor. Alii vinum & aquam eadem meſura permiſcent, in quibus *cinnamomum* maceratur, & totum deſtillatur.

Aqua Cinnamomi bug'oſſata. M.

℞. *Aq. Bugloſſæ Lib. vj.*
Flor. Violarum
Roſarum ana Lib. ij.
Cinnamomi acut. Lib. j.
Cort. Rad. Bugloſſ. Vnc. iij.
Flor. Borraginis.
Meliſſæ ana Vnc. j.
Spec. Diarrhod. Alb. Vnc. ß.
Miſc. & poſt debitam digeſtionem in B. M. deſtillentur.

Vires, Vſus, Doſis.

Concoquit, emollit, venenis reſiſtit; Cerebrum, Cor, Ventriculum, Hepar, Splenem confortat. Oculos clarificat. Urinam movet; nec non Renibus & Veſicæ convenit. Doſis à Cochl. j. ad Cochl. ij. & tria.

Aqua ex corde cervi, M.

℞. *Cord. Cervi minutim inciſ. No. j.*
Cinnamomi acut. Vnc. ß.
Caryophyllorum
Cardamom. min.
Galang. min.
Macis
Croci or. ana Drach. ij.
Lig. Aloes
Santal. citrin.
Cort. Citri
Sem. ocymi caryophyllat. ana Drach j. ß.
Flor. Lavendulæ
Roriſmarin.
Meliſſæ
Salviæ ana Drach j.

Macerentur in Vini Malvatici Libr. vj. per noctem & manè in B. M. per alembicum deſtillentur.

Vires, Vſus, Doſis.

Cor confortat, illudque à tremore & aliis periculoſis accidentibus præſervat; Tum quoque caſum virtutis & defectum animi curat: Spiritus enim vitales & naturales fovendo & augendo reſuſcitat, & Cordi quam citiſſimè ſubvenit. Doſis à Cochl. j. ad duo vel tria cochlearia.

Aqua Cordialis frigida.

℞. *Conſ. Roſarum rub. Lib. ſs.*
Fruct. Rubi Idæi Lib. j.
Spec. Diarrhod. Abb.
Diamargar. frig. ana Vnc. ſs.
Sem. oxalidis Vnc. j.
Santalor. omnium ana Vnc. s.
Flor. Cordialium ana Drach. ij.
Miſc. & infunde in aquarum ſequentium:
Acetoſellæ
Nymphææ
Fragorum
Violarum
Borraginis
Bugloſſæ ana Lib. j.
Mixta digerantur per aliquot dies; poſtea iterum adde:
Aq. Cinamomi bug'oſſat. Lib. ſs.
Suc. depurat. Cidoneor.
Limonum
Citri ana Lib. s.
Denuo miſce & in B. M. per alembicum abſtrahe:

Vires, Vſus, Doſis.

In omnibus ardentibus Febribus & aliis morbis ſumme calidis & corroſivis, ſuaviter & ſupra modum Cor exæſtuans refocillat, & inde omnium virium imbecillitatem firmat. Iis quoque, quibus animus deficit, ſive à corde, ſive Stomacho originem ducat, omnem noxæ venenoſæ cauſam vitalium partium diſcutit, & Spiritus ex nimii caloris imbecillitate & tremore languentes ad priſtinum ſtatum & robur reſtituit. Doſis ab Unc. j ad ij.

Aqua cordialis calida. M.

℞. *Cinnamomi acut. Vnc. iiij.*
Rad. Caryophyllat. Vnc. iij.
Caryophyllorum
Terræ ſigillat. ana Vnc. j.
Cardamom. utriuſque
Galangæ min.
Macis
Zedoariæ
Flav. Cort. Aurantior.
Cort. Citri
Sem. Ocymi Caryoph. ana Vnc. s.
Ligni Aloes odorat.
Croci oriental.
Spicæ Indicæ
Pulegii exſiccat. ana Drach. iij.
Flor. Borraginis
Bugloſſæ ana Drach. ſs.

Pulveri-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 423 sur 955

Pulverisata & mixta infund. in Vini Malvatici Lib.iiij. stent in Infusione per octiduum ; postea adde:

Aq. Cinnamomi cum vino destill.
Flor. Tunicæ ana Lib.ss.
Rorismarini
Lavendulæ
Melissæ
Salviæ ana Lib.j.

Misc. & in B.M. per alembicum abstrahe.

Vires, Vsus, Dosis.

Opitulatur valdè mirabiliter omnibus frigidis Cordis affectibus, ejusque palpitationi & animi defectioni prodest. Lypothymiam & Syncopen curat. Spiritus vitales recreat.

Dosis cochl.1.ad 2.

Aqua Confort. Reines.

℞. *Flor.rosar.rec.* ℥ iij.
lil.convall.rec.
tunic.ana m.ij.ß.
herb.recent.maior.ment.
basil.meliss.
rosm.salv.an.m.j.
Cinam. ℥ j.ß.
Caryoph. ℥ ß.
Ireos
cort.citr.rec.ana ℥ ij.
Sant.citr.
Xyloal.
Ligni Rhod.ana ℥ ii.ß.
Mastich. ℥ ii.
ben Zoës
Styr.cal.ana ℥ j.ß.
Croci ℥ j.
Macis
Nuc.mosch.an. ℥ iii.
Galang
Cyperi an. ℥ iii.
Card.ust.
Cubeb.
Zedoar.ana ℥ ii.
Inf.per octid in
aq.ros.lavend.
meliss.ana ℔ ii.ß.
aceti ros. ℔ i.
Fœniculi.
Lavendulæ. an. Dr. vj.
Herb. Maiorana.
Roriſmarin.
Salviæ min. an. ℥ß.
Flor. Primulæ veris.
Stachad. Arab.
Roſar. rub.
Anthos. an. Dr. ij.
Galangæ min.
Cinamomi acut.
Caryoph.
Macis.
Nuc. Moſchat.
Cubebarum.
Cardamomi min. an. Dr. ſ.

Craſſiuſculè inciſa & contuſa infundantur in Vino Malvatici Lib. iiij. ſtent ita ſimul in ſole, vel loco digeſtionis per menſem;

Poſtea adde:

Aq. Liliorum convall.
Flor. Hyperici. an. L. ij.
Bugloſſæ.
Meliſſæ.
Betonicæ. ana Lib. ſ.

Miſce

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 483 sur 955

Miſce & per B.M. deſtillentur ; & in liquore deſt. toto iterum infunde :

Lig. Aloes ponderoſ. ℥ij.
Caſiæ lignæ. ℥j.
Spec. Diaxyloaloes.
Diambræ ana ℥ß.
Croci orient. Drach. j.

Miſce & poſt debitam digeſtionem denuò per B.M. deſtilla, & aquam deſtillatam uſui reſerva.

Vires, Vſus, Doſis.

In confortandâ imbecillâ memoriâ hæc aqua illuſtris & famigerabilis eſt : aperit enim omnes meatuum cerebri obſtructiones, omneſque craſſos, lentos & viſcoſos capitis humores abſumit. Doſis à Cochl. j. ad ij. ſumatur autem manè, ſimulq; nucha eadem illinatur & fricetur, nec non debita diæta obſervetur : Sic intellectum egregie juvat, oblivionem delet, & ingenium ſingulariter acuit.

Mixtura Hypochondriaca Haſſiaca.

℞. *Herbar. Fumar.*
Cochlear.
Chamædr.
Abſint. an. Miij.
Cortic. Aurantior.
Spec. pleres archont. ana ℥ vj.

Digerantur cum ſ. q. ſpir. vin. ad Extractionem Tincturæ, poſtea colentur cum fort. Expreſſione : in hac colatura iterum infundantur priores herbæ & ſpecies, hocque ter vel quater repetatur. Vltimo Clarificato per reſidentiam adde

Spiritus Filicis.
Cochlear. an. ℥iv. ß.
Tinctura ♀i. ℥ix.

Serventur in vitro benè clauſo. Doſ. à gutt. xij. ad xx. in vehicul. convenient.

Aqua Aloetica ſolut. M.

℞. *Aloes Epat. ℥xvj.*
ſucc. fol. ſen.
Elater. ver. ana ℥iv.
Myrrh. rubr. ℥j.

M. deſtill.

Uſus externus eſt, ad ventriculum inungendum.

Aqua ad ambuſta.

℞. *Aquæ ſtillatitiæ foliorum Filicis ℔j.*
Phlegmatis vitrioli
& Aluminis ana ℔ß.
Flor. Tapſi barbati.
Fol. Hederæ nigræ ana m. j.
Limacum rubrarum.
Ranarum.
Aſtacorum aut Cancrorum fluviatilium ana Nr. x.

Deſtillentur in alembico plumbeo, ſatis magno igne, ex hac aqua fove aduſtum locum quinquies aut ſexies in die. Aqua quoque ſpermatis ranarum mixta cum ſolo vitrioli phlegmate multum confert.

Ante multos jam annos deſcripſi aquam quandam in meo ſclopetario, ex Filicis tantum additione præparatam, quæ ſola in ambuſtis præſentiſſimum eſt remedium, ſi linteola in ea imbuta loco afflicto opponentur. Aqua ſequens *in eodem libro noſtro* deſcripta ad eoſdem uſus valet, poteſtq; omni tempore parari.

Aqua Anhaltina.

℞. *Terebint. el. ℔ß.*
Thuris maſc. ℥j.
ligni aloes pulv. ℥ij.
Gran. Maſtich.
Caryoph.
Nuciſt.
Cubeb.
cinam. an. ℥vj.
Croci ℥ij. ß.
ſem. fœnic.
bacc. laur. an. ℥ß.
Pulveriſ. infundantur in ſpirit. vin. ℔v.

Digerantur per 14. dies, deſtill. inf. deſtill. Moſchi & Ambr. q. v.

Aqua Aperitiva Schröderi.

℞. *Rad. Eryng.*
Scorzon.
filic.
Cent. maior.
Bruſci. ana ℥ß.
fœnic.
Cort. capp.
tamar.
fraxini. ana ℥ij. ß.
ſem. Vitic.
Cardu. ben.
cichor. ana ℥ß.
Endiv.
Scariolæ.
Naſturt.
citri. an. ℥ij.
Herb. polytr.
adiant.
Ceterach.
Cuſcut.
Scolop.
beton.
Endiv. ana mj. ß.
Sum. thymi.
epithym.
lupul.
Flor. hyper.
geniſt.
borrag.
meliſſ. an. mj.
Paſſul. min. ℥j.
Aq. lupuli.
Scolop.
Card. ben.
veron. ana ℔j.
vini ℔ij. ß.
Cin. ℥jß.
ſpec. dialacc. ℥. ß.

Digerantur & deſtill.

Deſtillatum Aperitivum, Reineſ.

℞. *Rad. V. aperit. ana ℥vj.*
rubiæ tinct. eryngii.
Valer. ana ℥v.
aſari ℥x.
armorac. glycyrrh. ana ℥ij.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 484 sur 955

cort.cappar.tamariſci an.unc.i.ß.
& gran.ebuli an.unc.ß.
ſem.raphani, bardanæ,
fanic.petroſel.an.ʒ.ii.
ameos,aſpar.an.unc.ß.
ſeſel.leviſt.
milii ☉is,rutæ an.ʒj.
abſynthii Miii. aſari.
adianthi, calaminthæ,
fumar. origani,
thymi, cuſcutæ an. Mj.
chamædryos.
flor.hyperici,ſamb.
geniſtæ an.Mß.
cinnam. ʒvi.
calami arom.
ſp.cæ Ind.an.ʒiii.inf.
per dies 6.
vini albi,
aq.iuniperi,
pluv ſtillat.an.lib. 4. &
Deſtilla in cinet. Sal è remanent.ammiſcendus liquori deſt.

Deſtillatum contra Exulcerationes internas.

℞. Sarzæ paril.lib.ß.
Chinæ.unc.iii.
rad.garyoph.Helenii, an.unc.i, ß.
fragariæ.an.iii.
ſcorzon.pentaphylli,
bugloſſæ,aceroſæ an.unc.i.
althææ,
ligni Rhodii an. ʒii.
Veron.chamædr.Marrub.
hederæ terr.
card. ben.
vincæ pervin.ſcabioſæ.
Perſicar. alchim.
ſalviæ an.Mj. endiv.
plantag.an.Mii.
ſem.melon.unc.i.
coriand fœnic.an.unc.ß.
cyperi ʒvi.
galangæ,cort.citr.an ʒiii.
ſandal.omn.
ſchananthi an.ʒj.
flor.verbaſci,malvæ arb.
chamæni.Rom. an. Mß.
troch.de ſuccino.unc.ii.
maſtich.thuris an.unc.i.inf.
per dies 6.
Aq.abſynthii lib.v.
ſeri lactis.lib.vi.
vini.lib. iv.
& deſtilla in MB.

Deſtillatum Hydragogum.

℞. Rad.ireos noſtr.
petroſel.Valer.
vincetox.an.unc.i.ß.
V.aperit.an.unc.ß.
cal.arom.
armorac.an.unc.iii.
l.ſaſſafras,
bacc.iunip.
cort.& ſem.ebuli.an.unc.i.
ſem.ſeſel.dauci Cret.an.ʒ.vi.
Marrub.card.ben. cuſc.
geniſtæ,chamædr.naſturt.
Veron. hyſſopi an.Mi.
matricar.Sabinæ,
calaminthæ,meliſſæ an.Miß.
caſtorei ʒ iii.
ſpicæ Ind.ſchœn.an.ʒ ii.
inf.vini & ſeri lactis an.lib.iii.
aq. abſynth.petroſel.
card ben.malvæ an.lib.i.ß.
additis f.rmenti.unc.ii.
per quatrid.& deſtill.

Aqua Ant-Apoplectica. Rein.

℞. Flor.prim.veris.unc. iii.
borrag.bugl.
meliſſæ an. unc.i. affunde
vini Rhen.lib.iii.
aq.meliſſæ.
ceraſ.nigr.an.lib. iiß.
Digere per biduum & deſtilla.
Tum
Flor.lil.convall.lib.ß.
anthos,ſalviæ,
lavend.Pæon.
roſar.ſamb.an.unc.i.
infunde liquori deſt. &
vini Malv.lib.ii.
per octid. & deſtilla. Hinc
Salviæ,rutæ,
ivæ arthet.ſerpilli,
pulegii,maioranæ an. Mi.
rud.caryoph.Angel.
ireos Illyr.acori veri,
Pæoniæ,
viſci querni an.unc.i.
ſem. carui,erucæ,
cymini,ſeſel.an.unc.ß.
cort.aurantior.
citrior. an.ʒ.iii.
inf. liquori deſt.additis
ſpir.vini rectif.lib.iii.
Digere per octid. & deſtilla. Dein
Cubeb.Cardamomi,
macis nucum moſch.an.ʒiii.
trium piper. an. ʒii.
caryoph.cinnam.an.ʒß.
Zedoariæ ʒi.
bacc.iunip.ʒii.
gummi iunip.thuris,
maſtiches,aloes,
myrrhæ,opopan
ſagapeni in aceto ſoluter. ana.ʒii.
inf.liquori deſt.& digere per octid.atq; deſtilla in cineribus per XX.in cujus roſtro petia ſit connexa ſtyr.calam.ʒij.

Aqua Apoplectica. Crollij.

℞. Fl.lil.convall.
tiliæ.
pæon.
prim.ver.
maior.
lavend.

ſalv.

salv.
beton.
rosmar.
Cerasi nigr. dulc. an. q v.
farin. sinap. & aq comm.
ferment.
& destill. adde
Elix. epilept. Cr.
circul.

Aqua Imperialis Monspeliensium.

℞ *Cinnamomi.*
Caryophyllorum. } *ana* ℥ij.
Nuc. Moschatæ.
Cyperi.
Rosmarini.
Hyssopi.
Maiorana.
Lavendulæ. } *ana m.ij.*
Melissæ.
Rosar. rub.
Fol. Lauri.
Cort. Arantiorum.
Aquæ vitæ Rosac. lib. ij.
Vini albi optimi lib. vj.

Destillentur omnia in alembico vitreo.

Aqua Cephalica Apoplectica D. Sennerti.

℞ *Flor. Lilii convall q.v.*
Vini optimi mens. ij.

Digestis ac destillatis adde

Flor. Lavendulæ q.p.
Cubebarum,
Nuc. Moschatæ. } *ana.* ℥ß.
Macis.
Galangæ.
Visci querni. } *ana* ℥vj.
Rad. Pœoniæ.
Flor. Tiliæ m. iij. ß.

Stent infusa ac destillentur.

Aqua ejusdem aqua apoplectica præservans.

℞ *Cinnamomi.* ℥. x.
Ligni aloes. ℥. v.
Cardamomi.
Cubebarum. } *ana* ℥iij. ß.
Caryophyllorum.
Galangæ ℥iij.
Santali citrini. ℥ ij. ß.
Ros. rub. sicc. ar. ℥iij. ß.
Nucis Moschatæ. } *ana* ℥. ß.
Macis.
Moschi. ℥. j.
Ambræ gr. XL.
Aquæ vitæ circulatæ lib. xij.
Syr. de cort. mali citri
Mixæ Cidoniorum. } *ana. lib. j.*

Pulverisata misceantur, Digestis per mensem, coletur & servetur ad præservationem ab Apoplexia.

Aqua alia Apoplectica atq; Epileptica D. Sennerti.

℞ *Flor. lilii conv. m. viij.*
Flor. Pœoniæ. m. iij.
Aquæ vitæ mens. ij.

Infusis ac digestis adde

Florum Lavendulæ.
Rorismarini. } *ana. m. j.*
Stœchados Arab.
Caryophyllorum. ℥ ij.
Nucis Moschatæ. ℥. j. ß.
Cubebarum ℥j.
Visci querni ℥. ß.
Castorei q.v.
Aquæ Cerasorum q.v.

Infusis ac Digestis destilla.

Aqua Antapoplectica & Antepileptica Caspari Bartholini Dani.

℞ *Fol. ac Flor. salviæ.*
Maioranæ.
Hyssopi. } *ana. m. j.*
Lavendulæ.
Melissæ.
Rorismarini
Verbenæ. } *an. m. j.*
Nuc. Moschatæ.
Galangæ. } *ana* ℥j.
Cinnamomi.
Gran. Iuniperi. ℥ iij.
Sem. Carui.
Sem. sinapi albi sylv. } *an.* ℥ß.
Vini albi optimi q suff.

Contusa, infusa, digestaque tandem fiat destillatio.

Aqua Apoplectica alia.

℞ *Cinnamomi optimi* ℥ ij.
Zingiberis ℥j.
Caryophyllorum.
Nuc. Moschatæ. } *ana.* ℥j.
Gran. Paradysi.
Ligni aloes.
Piperis longi. } *an.* ℥ij.
Macis.
Cardamomi.
Masticis. } *an.* ℥j. ß.
Cubebarum.
Galangæ. } *an.* ℥j. ß.
Flor. lavendulæ m. iij.
Baccarum Iuniperi ℥ij.
Flor. Tiliæ arboris m. ij.
Rosarum rubear.
Rosmarini.
Cheiri.
Primulæ veris. } *an. m. j.*
Stœchados.
Melissæ.
Betonicæ.
Maiorana
Salviæ. } *ana. m. j. ß.*
Rutæ.
Castorei ℥j. ß.
Spicæ Indicæ ℥iij.
Baccar. lauri ℥vj.
Spec. de gemmis ℥iij.
Dicastorei ℥ij.
Vini optimi q. suff.
Flor. lil. conv. m. xij.

Infusa ac digesta tandem destillentur.

Vel.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 486 sur 955

Vel. Recipe Flor. lil. convall. ℔. j. ß.
Lavendulæ ℔. ß.
Tiliæ.
Pœoniæ. } ana ℥ ij.
Viſci querni.
Caſtorei opt. } ana ℥ ij.
Rad. pœoniæ.
Ariſtolochiæ.
Fol. Betonicæ. } ana. ℥ j.
Piperis nigri ℥ ß.
Cubebarum ℥ j.
Vini generoſi menſ. ℔.
Inciſa, contuſa, infuſa, digeſta, deſtillentur.

Vel. Recipe Florum tiliæ.
Primulæ veris.
Cheyrini.
Salviæ.
Betonicæ. } anà m. j.
Majoranæ.
Flor. ac Rad. pœon.
Lilior. convall.
Roſmarini.
Sem. carui.
Fœniculi.
Flor. Lavendulæ m. iij. Herb. Lav. m. vj.
Vini Malvatici deſtillati q. ſuff. fiat Infuſio, non autem neceſſaria deſtillatio.

Aqua apoplectica alia.

℔. Roſmarini.
Salviæ. } ana. m. j.
Betonicæ.
Majoranæ.
Flor. Anthos.
Stœchados.
Borraginis. } an. p. j.
Primulæ veris.
Flor. Lavendulæ.
Sem. ſinapi.
Pœoniæ. } ana ℥ j.
Sem. Fœniculi ℥ ij.
Nucleor. perſicorum. ℥ j.
Rad. pœoniæ tantundem.
Viſci quercini ℥ ß.
Scillæ.
Cubebarum. } an. ℥ ij.
Nuc. Moſch.
Macis ℥ j.
Spec. Diambræ } ana. ℥ ß.
Diamoſchi.
Confect. Anacardin. ℥ j.
Aquæ vitæ circulatæ ℔. iv.
Pulveriſata, macerata, deſtillentur.

Aqua apoplectica atque Epileptica.

℔. Rad. Angelicæ.
Enulæ campanæ. } ana ℥ ij.
Rad. Pœoniæ.
Viſci querni.
Dictamni albi ℥ j.
Sem. Carduibenedicti.
Citrii.
Acetoſæ. } ana ℥ ß.
Portulacæ.
Pœoniæ.
Zedoariæ. unc. j.
Raſ. ligni Buxi. unc. vj.
Nuc. Moſchatæ. } an. ℥ iij.
Macis.
Flor. Cotulæ fœtidæ. } an. p. iij.
Sambuci.
Flor. ſalviæ
Stœchados. } ana. p. ij.
Lilii convall.
Aquar. ceraſorum nigrorum. } ana. lib. ij.
Florum Tiliæ.
Rutæ.
Geniſtæ.
Hyperici.
Inciſa, pulveriſata, contuſa, macerata fortiter deinde exprimantur, Expreſſioni adde
Spec. Diamoſchi. } ana. unc. ß.
Diamargaritifrig.
Diacorallii. unc. ß.
Raſuræ Cornu Cervi. unc. j.
Confect. de Hyacintho. } ana. unc. ß.
Confect. Alkermes.
Theriaces veteris.
Camphoræ. ℥ j.
Digeſta tandem deſtillentur.
Doſis unc. ß. ad unc. j.

Aqua nobilis Apoplectica.

℔. Bacar. Iuniperi.
Baccarum lauri. } ana. ℥ ij.
Cort. malicitri.
Salviæ.
Majoranæ.
Menthæ.
Pulegii.
Roſmarini.
Baſiliconis. } an. ℥ j.
Calaminthæ.
Flor. Sambuci.
Tiliæ arboris.
Lilior. convall.
Roſarum utriuſque.
Spicænardi.
Cubebarum.
Cardamomi.
Ligni aloes.
Calami aromatici. } ana ℥ j. ß.
Gran. Paradiſi.
Macis.
Thuris maſculi.
Aloes Hepaticæ.
Sem. majoranæ.
Arthemiſiæ. } ana ℥ ij. ß.
Pœoniæ.
Sacchari albiſſimi ℔. iv.
Spiritus vini circulati q. ſuff.
Miſta macerentur, ac deſtillentur, tandem ſuper ſequentia liquor deſtillatus infundatur.

Aqua Cephalica Dn. D. Ioan. Hartmanni Beyeri p. m. Reip. Mœnofranc. olim ordinarij longe celeberrimi.

℔. Fl. lilior. convall.
herb. paralyſ. an. ℔. j.
fol. ſalviæ.
rutæ.
roriſmar. majoran. an. Manip. j.
baccar. iuniper. ℔. ß. nuciſt.

nuciſta.
Zedoar.
zinzib. ana ℥j.
granor. paradyſ. ℥ iij.
rad. dictamn. alb.
pæon. an ℥ iiij.

Vini generoſiſſim. quant. ſufficit pro contectione, macerentur per menſem, & in balneo Mariæ deſtillentur.

Aqua cephalica ejuſdem.

℞. Rad. pæon. Vnc. j.
diptamn. alb. Vnc. ß.
fl. lil. convall. ℥. xij.
primul ver. Vnc. iij.
Cheiri.
anth. an. Vnc. j. ß.
baccar. iuniper.
ſem. carui.
ſinapis albi.
cubebar. an. ℥iij.
nuciſt.
cinnam. an. ℥. ij.
granor. paradyſ.
cardamom.
piperis nigri.
longi ana ℥j.

Flores ſuo tempore ſinguli colligantur, & infundantur, radices incidantur, ſemina & aromata craſſe contundantur, omnia vitro anguſti orificii includantur tantumque vini veteris generoſiſſimi affundatur, ut duobus digitis ſuperet ſpecies, concluſa per duas vel tres ſeptimanas Soli exponantur, quotidie agitentur, tandemque lento igne deſtillentur.

Aqua Apoplectica Imperatoris Maximiliani contra omnia venena & apoplexiam.

℞. Theriac. Andr. vet.
mithrid. opt. an. ℥ iij.
bol. armen. ℥ ij.
fol. auri puri nr. x.
moſch. fini.
ambr. griſ. an. ʒß.
vini rectificati & ſepties per baln. Mariæ deſtillati ℔. iij.

Omnia bene trita per tres dies infundantur; poſtea per alembicum in Balneo Mariæ deſtillentur. De hac aqua in ſeptimana duo vel tria cochlearia ſumantur.

Aqua apoplectica Ioannis Piſtorij.

℞. Fl. Lavend.
roriſmar.
ranuncul. citrini.
fol. ſalv.
maior.
herb. paralyſ. an. Man. j.
flor. lil. convall. Man. ij.
ſuccin. alb.
granor. pæon.
rad. pæon.
ſinap alb. an. ℥ j.
nucl. perſicor.
ceraſ. nigr. ſylv. an ℥ jß.
Theriac. ℥j. ß.
zedoar.
calami aromat.
granor. paradyſ.
galang.
pip. long an. ℥. ß.
caryoph. ℥ ij.

Macerentur arida in vino ſublimato ad dies 14. in Sole, vitro exacte occluſo, deſtillentur diligenter, deinde in deſtillatæ aquæ ℔ j. infunde turpethi ℥. j.
lign. aloes ℥. ß.
agarici ℥. ij.
hermodactyl. ℥j. relinque, da cochlear unum: ſi plus erit aquæ, augendæ erunt ſpecies purgantes modo dictæ ſecundum proportionem.

Aqua apoplectica M.

℞. Sem. Eruca. Lib. j.
Sileris mont.
Carui.
Aniſi. an. unc. j.
Rad. Caryophyllat. unc. iij.
Pæoniæ mar.
Pyrethri.
Acori aquat. ana unc. iij.
Bacc. Iuniperi. unc. iij.
Lauri excort. unc. j. s.
Herb. Ivæ arthetic.
Hyſſopi.
Maioranæ.
Origani.
Verbenæ. ana unc. s.

Confractis & contuſis craſſo modo affunde in matracio capaci Vini Malvatici Lib. x. Spirit. Roſarum opt. Libr. ij. Stent in infuſione per 14. dies; poſteà in B. M. diſtill. ad ſiccitatem, & in liquore deſtillato iterum infunde:

Flor. Liliorum convall. rec.
Primulæ veris rec.
Lavendulæ. ana unc. iiij.
Salviæ acut.
Calendulæ.
Betonicæ.
Anthos. ana unc. j. s.
Cardamomi utriuſque
Cubebarum.
Lign. aloes.
Nuc. Moſchat.
Macis.
Cinnamomi acut.
Galang. min.
Piperis long.
Caryophyllor. ana unc. j.

Miſc. & denuò digeratur per triduum; deinde mediante B. Mariæ in organis Vitreis igne lentiſſimo deſtilletur: poſtea per ſe rectificetur inferendo roſtro alembici Galliæ moſch. ʒj. M.
Doſis. cochl. 1. & 2.

Aqua Hyſterica ſeu Apoplectica ſecunda, cum Caſtoreo D. Iac. Martini Phyſ. Lub.

℞. Cinnam. ℥j. Caryoph. ℥ Zberin. Nuc. moſch Gran. parad. zedoariæ an. ℥vj. Cort. citri, Aurantior. an. ℥ß. Spic. Ind. Caſtorei ℥ß. ʒiij. Herb. ſcariolæ Pulegij, ſcordii, Meliſſæ. Menthæ criſp. Abrotan. fœm. Matric. an. ℥ij. Salviæ ℥viij. Maior. ℥ß. Sum. roriſmarin. rec. ℥iiij. Vini aduſti lib. vj.

Vini

Vini Rhen.opt.lib.xvj.p.c.
Macerentur & deſtillentur in B.M.

Vires.

Aqua hæc, quam D.J.M. inter ſecreta ſua referebat, dicitur Apoplectica ; Apoplexiæ enim Urinæ quæ ob partus difficultatem evenit, mirificè ſuccurrit : quin & imprimis dolores partus ſopitos egregiè excitat, & promovet, partum inſuper menſes & ſecundinas expellit, flatus diſcutit, uteri ſuffocationem curat :

Aqua balſamica excellentiſſima adverſus omnis generis apoſtemata, ulcera interna & externa : potiſſimum contra fiſtulas, & ulcera phagædenica & maligna.

Ex æquis partibus *foliorum & florum Roſmarini, foliorum & granorum.*

Lauri.
Saniculæ.
Veronicæ.
Peti.
Myrti.
Plantaginis.

Deſtilla aquam, cujus ℔.vj. adde
Terebinthinæ Venetæ ℔.j.
Gummi hederæ.
& Ceraſorum ana ℥iij.
Thuris maſculini.
Myrrhæ.
Mumiæ veræ, an. ℥ß.
Aloes ſuccotrinæ ʒiij.
Macis.
Piperis.
Caryophyllorum ana ℥j.
Sacchari ℔.ß.
Croci ʒß.

Omnibus invicem mixtis fiat in retorta deſtillatio per cineres, ut artis eſt, donec recipiens ſua ſponte refrigeretur. Hanc aquam, quæ tota oleaginea eſt citra ullam rei alicujus ſeparationem, ſerva in phialis probe clauſis. Nam excellentiſſima eſt, & pretioſiſſima, ex ea lavabis fiſtulas, admotis ſolummodo ejus aliquot guttulis : item ulcera cancroſa, phagædenica & ſordida, quę vicina ſunt malo mortuo, & mira videbis. Præſtantiſſima quoq; eſt ad carbunculum & antrhracem peſtilentem ad vomicas, abſceſſus, apoſtemata, & interna ulcera. Offerendæ ſunt tantum aliquod guttulæ cum vino albo aut cum alio juſculo vel aqua vulneraria.

Aqua Arthritica. Aug.

℞. *Flor.Pulegii.*
Chamomillæ.
Fol.Lavendulæ.
Maioranæ. ana unciam unam.
Anthos uncias tres.
Salviæ.
Chamæpityos ana uncias duas.
Myrrhæ mundæ & optimæ uncias duas.
Caryophyllorum,
Cinamomi ana drachmas duas.
Rad.Pæoniæ unciam ſemis.
Pyrethri,
Cyperi rotundi,
Iridis Illyricæ. an. drachmam unam ſemis.
Cardamomi minoris.
Cubebarum. an. drachmam unam.
Nucis Moſchatæ unciam ſemis.

Infundantur in libris quatuor ſpiritus vini rectificati, ſtentq; in infuſione vaſe probè clauſo ne quid expiret, per dies quatuordecim. Poſtea deſtillentur in Balneo Mariæ, & liquor extillatus reſervetur ad uſum.

Tremulis, Paralyticis, ac Parêſin è Colica perpeſſis auxilio eſt, frigidis articulorum morbis opitulatur, nervos roborat, & juncturis virium jacturam reſarcit.

Aqua Ari Reineſ.

℞. *Rad. Ariſtolochiæ. Mart. ℄. decreſc. coll. mund. cult. lign. inciſ.* ℔j.
Calam. arom. ℔j.
Cin. ℥viij.
Aniſ. ℥v.
Zedoar. ℥ij.
Spir. vini ℔vi.

Diger. per oct. adde
Aq. meliſſ. cum vin.
menth. cum vin. an. ℔ij.

Diger. & deſtill.

Aqua Aſthmat. Schröd.

℞. *Rad. Enul. camp.*
Vng. caball. ana ℥ß.
Gent. ʒiij.
Garyoph.
Zinz. alb. ℥ij. ℈j.
bacc. laur.
iunip. an. ℥ij. ℈j.
Cinam.
Card. an. ℥ij.
fol. ſalv.
maior. &
hyſſop.
Marrub. an. Mß.
Irid. flor.
polyp.
liquirit.
inul.
ſebeſt.
Uvar. paſſul.
Dactyl.
pinear.
amygd. dul. ana ʒiij.
Squill. præpar.
Sem. urtic. rom.
fœnic.
ocymi ana ʒiij. ℈i.
ficuum ℥i.
Mell. deſp. ℥jß.
Vini Malv. ℔iiii.
Spir. vin. ℔iii.

Stent per octiduum deſt. adde *Sach.* ℥xviij.

FINIS LIB. VI.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 489 sur 955

APPENDIX AD LIB. VI.

DE LIQVORIBVS EX MYNSICHTO.

Liquor Arthriticus.

℞. *Mellis virginei cum favo. Lib.ij.*
Vitrioli ad flaved. calc. Lib.j.
Silicum fluv. calc. Lib.s.
Rorismarini.
Verbenæ. an. unc. vi.
Hermodact. alb. alb. unc. iij.
Gum. Ammoniac.
Mastichis.
Olibani.
Myrrhæ rub.
Bdellij. Opoponac. an. ℥ij.
Sulphuris citrin.
Salis marin.
Tartari alb. an. unc. ß.
Succ. Hosciami inspiß.
Mumiæ transmarin.
Opii Thebaici. ana unc. j.

Mixtis affunde Sp. Vini è fecibus vini rub. vel è confectione Laudani opiat. resídui Lib. v. vel q. s. & digerantur per aliquot dies: Postea per alembicum vitreum bene lutatum, addito satis magno capitello, cum Recipiente capaci secundum gradus, quamdiu vides guttas seu Spiritus exire, destillentur, deinde frigescat. Caput mortuum seu feces pulverizentur, illisq; destillatum liquorem denuò affunde, & secundâ vice destilla. Hic labor tertiâ vel quartâ vice repetendus, & sic liquor Arthriticus verè paratus est.

Vires & Vsus.

In omnibus diuturnis, & inveteratis doloribus & defluxionibus membrorum & junctúrarum, secretum est: Inungatur autem locus affectus aliquoties in die tepidè, certis tamen intervallis, donec cruciatus & dolores omnes cessent.

Liquor Camphoratus.

℞. *Spir. Vini Camphorat. unc. ij.*
Aq. Omnium florum.
Spermat. Ranar. an. unc. iß.
Sulphuris anodyni Vitrioli Drach. j.
Styrac. liquid.
Opii Thebaici.
Spir. Vitrioli. ana. Drachm ß.

Misce & ad usum repone.

Vires, Vsus, Dosis.

Cum petiis loco affecto applicetur: Arthriticos enim dolores à causâ calidâ ortos, egregiè sopit. Interim bis in die ægro Nitri præp. Scr. ij. in aq. flotum Sambuci offerantur.

Liquor Cephalicus.

℞. *Aq. Apoplect. nost. unc. iii.*
Epilepticæ.
Lilior. convall. ana. unc. iij.
Maioranæ.
Betonicæ.
Salviæ. ana unc. j s.
Rot. Diambræ. unc. j.
Conf. Smaragdin. unc. s.
Sal. Succini alb. Scr. j.

Fideliter misce & ad usum repone.

Vires, Vsus, Dosis.

Ad passiones Capitis valdè utilis est; Cephalalgicis, Hemicranicis, Epilepticis, Apoplecticis, Insanis, Vertiginosis, &c. præsenti auxilio est: Cerebrum enim confortat. Sensum subtilisat. Intellectum acuit, & memoriam amissam recuperat. Dosis à cochl. j. ad ij.

Liquor Cordialis.

℞. *Aq. Cordial. frig. & calidæ nost. ana. unc. iii.*
Cinnamomi bugloss at.
Ex corde Cervi. ana. unc. j.
Conf. Alkermes. Drachm. ij.
Sal. Perlarum orient.
Corallor. rub. ana. Scr. j.

Mixta edulcorentur cum Man. Christi simpl. unc. js. & ad usum reserva.

Vires, Vsus, Dosis.

Cardiacis & præterrationem tribulatis prodest. Palpitationem, tremorem & syncopen curat. Spiritum clarificat. Animum exhilarat. Debiles & languentes recreat. Cor in genere confortat, illudque à Peste, & alijs malis quam plurimis præservat.

Dosis à Cochl. j. ad ij.

Liquor acidus Corallorum Rubeorum.

Eodem quoq; modo fons acidus Corallorũ præparatur, ad Capitis affectus, Epilepsiam, Melancholiam, Dysenteriam, Vteri Hæmorrhagiam; nec non ad sanguinem & Stomachum rectificandũ, morbosq; internos quàm plurimos radicitus evellendum, & Spiritus animi recreandum, medicamentum admodum admodum illustre. Dosis à Scr. s. ad Scr. j. & Drach. s. in vehiculis specificis.

Liquor Ceruſſæ.

℞. *Ceruſſæ verè. unc. j.*
Nihil sicci. unc. s.
Lap. Calaminaris.
Lithargyrii ana. Drach. ij.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 490 sur 955

Tutiæ præparat.
Spodii an. Drach. j.
Subtiliſſimè pulveriſatis & mixtis affunde:
Aq. Semper vivi domeſt.
Plantaginis maior.
Roſarum rub. an. unc. iij.
Denuò miſce & ad uſum repone.

Vires & Vſus.

Externè membra tumore, rubore, & inflammatione aliquâ infeſtata, refrigerat & deſiccat. Dolores ſedat. Oculorum lippitudines curat. Citrinas faciei totiuſque cutis maculas abſtergit, formamq; hominis vividam & nitentem reddit. Uſus ejus in crebrâ per ſingulos dies adhibitione conſiſtit.

Liquor Diaphoreticus.

℞. *Aq. Theriacal. noſt. unc. vj.*
Sp. Tartari aliquoties rect. unc. iij.
Terræ ſigillat. per ſe deſtillat. rectif.
Lig. Guaiaci rectiſ. an. unc. j.
Liq. Acidi Perlarum orient.
Acidi Corallor. rub. ana unc. ſs.
Miſce & in vitro clauſo per tres aut quatuor ſeptimanas p. c. bè digerantur; poſtea liquor filtratus ad uſum ſervetur.

Vires, Vſus, Doſis.

Omne Venenum à Corde per ſudorem expellit. Valet in Syncope, Ecſtaſi, Epilepſiâ, Melancholiâ, Anginâ, Paralyſi, Hydrope, Icteritiâ, Pleuritide, Lue Venereâ, Peſte, morbis Epidemicis, Aſthmate, Febribus malignis & putridis, Menſibus retentis, Contracturis, Scorbuto, Scabie, &c. In tollendis enim omnibus obſtructionibus & putrefactionibus, præ aliis medicamentis hoc ſolum excellit. In Paralyſi quotidiè exhibitus, miraculoſè juvat. Penetrat omnes nervos, muſculos, & totam medullam, & quicquid noxium reperit, corrigit atque expellit.

Doſis à Drachm. ſ. ad Drachm j. & Drachm ij. in aq. Cornu Cervini noſt. vel Card. ben. aut aliâ morbum propriè reſpiciente.

Liquor Mercurij vivi.

℞. *Mercurii vivi.*
Aq. fortis. an. unc. j.
Solvatur Mercurius in aq. forti, & ſolutis adde:
Aq. Plantaginis. Lib. ij.
Lap. medicament. cum aq. Roſar. fact. Lib. j.
Miſce & ad uſum repone.

Vires & Vſus.

Liquor hic Mercurialis ſubalbidus in partibus corporis exterioribus, omnes defluxiones, omniaq; ulcera & vulnera antiqua, præſertim vetera aphrodiſia & ſordida deſiccat & cicatrice tegit. Morphęam faciei furfures, puſtulas & maculas curat ac abigit. Inſuper ad exſiccanda Eryſipelata, & ſanandas fiſtulas, remedium eſt ſingulare. In applicatione autem cave, ne oculos vel dentes attingas.

Liquor Mercurii Saccharatus.

℞. *Aq. Plantaginis.*
Roſarum an. unc. iv.
Ceruſſa. unc. j.
Mercurii ſublimat.
Sacchari cand. alb.
Sp. Vini opt. ana unc. ſs.
Miſce & adde: Aq. fortis Scr. j. & ſignetur Flechten-Waſſer.

Vires & Vſus.

Impetiginem & Lichenes omnes, etiam contumaciſſimas curat. Ante uſum autè, ſemper moveatur, & cum penicillo liquorem intincto, tangatur locus affectus.

Liquor Mercurii acetoſus.

℞. *Vitrioli alb.*
Camphoræ. ana unc. ſs.
Mercurii ſublimat.
Ceruſſæ.
Tartari alb.
Aluminis uſt. an. Drach. ij.
Nihili alb. Drach. ſs.
Miſce & f. pulvis. ℞. hujus pulveris unc. ſs. Aceti Vini opt. unc. iiij. Denuò miſce, & ad uſum repone.

Vires & Vſus.

Utimur eodem modo, præcedentibus tamen corporis mundificationibus, ad omnes impetigines & Lichenes perfectè ſanandas.

Liquor Nitratus.

℞. *Aq. è Succ. Card. benedict. deſtillat. unc. xix.*
Rob. Ribium. unc. iiij.
Man. Chriſti ſimpl. unc. ij.
Nitri præp. unc. j.
Miſce accuratè, & ad uſum repone.

Vires, Vſus, Doſis.

Eſt inſigne diaphoreticum, diureticũ, bezoarticũ, refrigerans, &c. in omni æſtuante morbo & malignitate quacunque. Doſ. per ſe ab ʒj. ad ʒij. & ʒiij.

Liquor Ophthalmicus ſubalbidus.

℞. *Aq. Ophthalmic. de cancris unc. ſs.*
Euphraſiæ.
Fœniculi. ana Drach. ij.
Troch. & pul. Ophthalmic. noſt. an. Scr. j.
Miſce & f. l. a. Collyrium ſubalbidum.

Vires, Vſus, Doſis.

Miræ virtutis eſt contra Amblyopiam, Amaurоſin & ſuffuſionem oculorum: Guttatim poteſt in oculum inſtillari citra ullum doloris ſenſum: Cujusvis enim acrimoniæ expers eſt. Ex eâ etiam oculi ſingulis matutinis, idq; ad pluſculos dies irrigari debent.

Liquor Nephriticus.

℞. *Aq. è Citreis malis per ſe in B. M. deſtillat.*
Nephritica noſt. an. Lib. j. ſs.
Syr. è Suc. Violarum. Lib. j.
Sacchari candi alb. unc. j.
Sol. Lap. Percarum piſc.
Ocul. Cancri. ana Drach. ij.
Nitri cum flor. Sulph. præp.
Sal. ſuccini alb. ana. Drach. j.
Miſce & ad uſum repone.

Vires, Vſus, Doſis.

Ad frangendum & expellendum Renum & Veſicæ calculum, urinam ciendum, doloremq; inde natum ſiſtendum, efficaciſſimus eſt. Doſis manè jejuno ventriculo, vel longè à cibo à Cochl. j. ad ij. & Cochl. iij. per ſe abſq; vehiculo.

Liquor Pectoralis.

Aq. Cinnamomi bugloſſat.
Caponis. an. unc. iiij.
Pulmon. vituli.
Hederæ. ter.

Vero

Veronicæ.
Farfaræ.ana Vnc.iij.
Lact. Sulphuris. Drach.iij.
Flor. Sulphuris. Dr.j.ß.
Mag. Coralliorum rub. Dr.j.
Perlar.orient. Dr.ß.

Miſce & cum Man. Chriſti ſimpl. unc.iij. edulcora, & ad uſum reſerva.

Vires, Vſus, Doſis.

Mirabiliter Aſthmaticos, Peripneumonicos, Phthiſicos & Hecticos juvat. Cor confortat. Periculoſè ſeu graviter tuſſientes non ſine admiratione liberat & priſtinæ ſanitati reſtituit. Doſis manè, meridie & veſperi à Cochl.j. ad ij. Et priuſquam ad uſum medicum adhibeatur, diligenter moveatur.

Liquor acidus Perlarum Orientalium.

℞. *Aceti à ſolutione Margaritar.orient. in B. M. iterum abſtracti. unc. ij.*
Sp. Vitrioli cum Sp. Vini debitè rectif unc.j.

Miſce & accipies liquorem ſubalbidum, miræ operationis, quem theſauri inſtar ad uſum repone.

Vires, Vſus, Doſis.

Caput, Cerebrum, Stomachum, Cor, Epar, & cetera membra principalia corroborat. Ab Apoplexiâ, Epilepſiâ, Vertigine; Leprâ, Lue Venereâ, præſervat. Ægris convaleſcentibus appetitum excitat, Oculorum nebulas detergit. Putredini & Venenis reſiſtit; nec non in Febribus malignis & morbis æſtuantibus extremum refugium. Doſis à Scr.ſ. ad Scr.j. & Dr.ſ. in vehiculis appropriatis.

Liquor Antipodagricus Trinunus.

1.

℞. *Sp. Vini opt. rect. Lib.ij.*
Aq. Spermat. Ranar. Lib.j.ß.
Mellis virginei. Lib.j.

Miſce & B.M. deſtill. & liquorem evocatum ſeorſim cuſtodi, capiti mortuo & pulveriſato adde:

Lixiv. Sarmentor. vitis Lib.ij.
Tartari alb. Lib.ß.
Phleg. Vitrioli à Spiritu nondum ſeparati. unc.iv.
Caſtorei veri. Dr.vj.
Croci orient. unc.ß.
Terebinth. Venet. Drach ij.
Salis fuſi. Dr.j.

Macerentur per 24. horas; poſtea deſtilla & liquorem deſtillatum conſimiliter ſeorſim repone. Capiti mortuo denuò exempto & pulveriſato affundatur liquor primæ deſtillationis reſervatus totus. Miſce iterum, & poſt debitam digeſtionem tertiâ vice deſtilla; Vltimò liquores ſtillatitios mixtos adhuc ſemel in B.M. rectifica & ſerva, ſignetúrque

Aqua Spermatis Ranarum compoſita.

2.

℞. *Caryophyllorum. Dr.vi.*
Hermodactilor. alb.
Bacc. Iuniperi. ana unc. ß.
Nuc. Moſchat. Dr.ij.
Herb. Verbenæ.
Fol. Sambuci. ana M.ij.
Flor. Lavendulæ.
Spicænard.
Maioranæ.
Roriſmarin.
Betonicæ. ana M.i.

Incidenda incidantur, terenda terantur, ac infundantur in Vini Rhenani opt. Libr. V. Stent in digeſtione per 24. dies ac noctes; poſtea per alembicum diſtillentur, ligneturque.

Aqua Arthritica.

3.

℞. *Aluminis. Lib.ij.*
Vitrioli alb.
Virid.æris. ana Lib.ß.
Tartari alb.
Lithargyrii.
Oſſ. ſepiæ.
Ceruſſæ. ana unc.iiii.

Subtiliſſimè contuſa miſce, evapora, & evadit griſeus lapis, ſignetur

Lapis admirabilis.

4.

Nunc ſequitur compoſitio.

℞. *Aq. Spermat. Ranar. comp. Lib.iij.*
Arthriticæ Lib.j.
Lap. Admirabil. Drach. iij.
Cryſt. Nitri. Drach. ij.
Croci orient. Scr.ß.

Mixta ſtent in infuſione per noctem; & ſic demum liquor filtratus ad uſum reponendus.

Vires, Vſus, Doſis.

In hoc liquore (quo hodierni Chymiatri & Practici feliciſſimè utuntur) immerge lintea, & calidè loco affecto frequenter, vel ad minimum ter vel quater in die appone, continuando, donec intolerabiles cruciatus, ac immenſiſſimi dolores ceſſent, & penitus evaneſcant: Singulare enim & incomparabile ad ſuſtendum dolorem podagricum, & adventitij humoris impetum propulſandum, experimentum eſt. Liquor verò ſic dictus, quod tribus conſtet compoſitionibus.

Liquor refrigerans.

℞. *Aq. è Suc. Cichorei deſtill. unc. viij.*
Rubi Idæi.
Card. bened.
Roſarum.
Endiviæ.
Acetoſæ. ana unc iij.
Rob. Ribium & Berber. ſine ſaccharo parat.
Syr. Acetoſ. Citri. ana unc. iij.
Nitri prap. Scr. xi.
Miſc.

Vires, Vſus, Doſis.

In morbis æſtuantibus, Febribuſq; acutis, &c. inſigniter refrigerat atque confortat. Doſis ab unc. ij. ad unc. iij. pro unâ vice.

Liquor Tutiæ.

℞. *Tutiæ præparatæ.*
Lithargyrii.
Ceruſſæ. ana unc. ß.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 492 sur 955

Ceruſſæ. ana unc. ß.
Camphoræ. Drach. j.
Aluminis crud. Drach. ß.
Omnibus diligenter mixtis adde:
Aq. Plantaginis.
Roſarum. ana unc. iij.
Iterum miſce & ad uſum communem repone.

Vires & Vſus.

Partes corporis exteriores conſimiliter refrigerat & exſiccat; propterea omnibus inflammationibus, tumoribus, ruboribus, & doloribus reſiſtit.

Nectar Vitrioli.

℞. *Sacchari candi alb. unc. x.*
Sp. Vitrioli rect. unc. ij.
Miſce & in vaſe vitreo obturato, adverſus incidentium muſcarum & ſordium injurias per aliquot menſes repone, uſq; dum materia nigra, picis inſtar, appareat;

Poſtea:

℞. *Pultis hujus nigri unc. iij.*
Aq. Roſar. fragrantiß. Lib. j. ß.
Menthæ criſp. Lib. j. ß.
Cinamomi bugloſſ unc. vj.
Syr. Acetoſit. Citri. unc. iij.
Man. Chriſti ſimpl. unc. ij.
Miſce & ad uſum repone.

Vires, Vſus, Doſis.

Ad Ventriculi intemperiem tam frigidam quam calidam valdè commendatur: Ejus enim vires languidas & reſolutas recreat. Appetitum excitat. A putredine vindicat. Febribus malignis confert & ſitim vehementer ſedat. Doſis per ſe ab unc. ij, ad unc. iij.

Liquor Vitriolatus.

℞. *Syr. Violarum vel Roſar. Lib. ß.*
Succ. Citri vel Limonum. unc. iij.
Diligenter miſce, & mixtis adde:
Aq. Endiviæ unc. x.
Acetoſæ.
Roſarum. ana unc. viij.
Nymphææ.
Scabioſæ. ana unc. vj.
Cinnamomi bugloſſat. unc ij.
Sp. Vitrioli q. ſ. ad gratam acetoſitatem.
Denuò miſce pro Vſu.
In Peſte, morbo Vngarico, Febribus ardentibus, cæteriſq; inflammationibus omnibus, ſitim egregiè ſiſtit. Corpus aridum jucundè humectat, & ſuaviter refrigerat. Doſis ab unc. ij. & unc. iij.

Liquor Tartareus.

Vini Rhenani opt. & fervent. Lib. j.
Tartari Vitriolati. unc. j.
Mixtis & ſ. a. diſſolutis adde:
℞. *Aq. Hordei cum paſſulis min. & Cinnamomi coct.*
Syr. è Suc. Violarum. ana Lib. ß.
Miſce pro uſu.

Vires, Vſus, Doſis.

Eſt univerſale digeſtivum, quod in morbis quam plurimis, medicamentis catharticis præmittendum. Offeratur autem calidè, niſi intenſa Febris aut Stomachi intemperies calida adſit. In Febribus detur in aurorâ, ſi verò paroxyſmus manè invadit, veſperi propinetur. In morbis diuturnis per quinque dies continuetur, & bis per diem, manè ſcilicet & à prandio: Sed in morbis Capitis circa introitum lecti exhibeatur. Alvus ſemper ſit libera; ſi enim alvo conſtipata offertur, dolor inde accidere ſolet: Quia materia mota ab abſterſa, cùm non poſſit excerni, in flatus, qui dolores excitant, convertitur. Doſis per aliquot dies, ubi opus eſt, bonus hauſtus pro una vice.

Liquor Veſtimentalis.

℞. *Aq. Fontana. Lib. ij.*
Cineris clavellat. ad quantitatem Nucis Iuglandis maior.
Malorum Citreorum minutim inciſ. N j.
Miſce & ſtent in digeſtione per 24. horas; poſtea filtra & liquorem clarum ad uſum reſerva.

Vires & Vſus.

Omnes ſordidas, oleoſas & quaſi piceatas maculas tam ex pileis quam veſtibus, vel ſericis, laneis, lineis, aut bombicinis in puncto eluit atq; tollit. Remotis autem maculis, locus purus aquâ dulci conſeſtim & ex tempore abſtergendus eſt.

Liquor Vulnerarius.

℞. *Rad. Galangæ min.* *Zedoariæ.*
Oculor. Cancri. *Macis. ana unc. ß.*
Mumiæ tranſm. Drach. ij.
Nuc. Vomic. Gran. xv.
Craſſiuſculè contuſa infund. in vini generoſi Lib. j. ſtent in loco tepido.

Vires, Vſus, Doſis.

De hac mixtura Doſis manè & veſperi Cochl. j. adeò efficaciter operatur, ut ſi quid infixum in profundo corporis hæreat, illud propellat; ſed in vulneribus capitis nux vomica omittatur.

FINIS LIB. VI. APPEND.



LIB. VII.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 493 sur 955

LIBER SEPTIMUS.

DE SPIRITIBUS.

De Auro Potabili vero & genuino Grulingij.

LApidi Philosophorum, non immeritò (quòd non minus, ut Lapis ille præ cæteris excellens, in curandis ferè omnibus morbis) proximè accedit AVRVM POTABILE VERVM AC GENVINVM, de quo passim multa. Quæ de eo habet Crollius, videantur pag 221. & seq.

Tutior & melior modus hic videtur, quem habet Sennertus lib. 9. part. 3. sect. 3. cap. 9.

Recipe calcem auri per reverberationem in summam tenuitatem redactam; affunde menstruum ex salis urinæ volatilis, & Spiritus vini optimi, partibus æqualibus simul in balneo diebus duodecim digestis, paratum, & in lento calore digere per mensem vase Hermetice clauso, donec sanguinis instar rubicunda Tinctura evadat, idque quoties opus est, repete.

Tinctura sæpius collecta per octodecim dies digeratur: Hinc Spiritus lenissimo calore per destillationem separetur, & aurum in fundo, formâ olei rubicundissimi, in quolibet liquore resolubilis remaneat, quæ Tinctura vicem ☉ potabilis supplere potest. Eandem solutionem ii in arena per cucurbitam humilem, vel Retortam destilles; tandem auri tinctura simul per Alembicum transcendit rubicunda instar sanguinis, relictâ in fundo terrâ aridâ, spongiosâ & nigrâ.

A Tincturâ hac menstruum per Baln. tepidum separandum, & Tincturâ, seu oleum auri in fundo relinquitur.

De Auro potabili agit pluribus Libav. lib 2. Syntagm. arcan. Chym. à cap. 10. ad cap. 20. & Apocal. Hermet. part. 1. cap. 19. Andreas Tenzel. in Exeges. Chym. pag. 484. Quercetanus in tetrad. Bernhardus Penottus de Chym. medicam: Franciscus Antonius de auro potabili cap. 7. Hartm. in suâ Practicâ Chym. pag. 21.

OBSERVATIO.

Calx Auri, quâ in perficiendo auro potabili indiges, fit, quando aurum per ♁ fusum & purificatum amalgamatur cum sextuplo Mercurii, additoque ♀ris duplo pondere, continueque ad ignem agitatur, donec ♀ & Mercurius exhalent. Calcem relictam nonnulli Spiritu vini madefaciunt, & accendunt.

Vires & Vsus.

Aurum potabile, non minus, ut Lapis Philosophorum, pro universali medicina habendum, eò, quia humidum radicale in sua quantitate & qualitate integrum conservat, calorem naturalem renovat ac instaurat, Spiritus omnes recreat, ac vegetat, viresque totius corporis à morbi malignitate labefactatas, ita confortat, ut adversus hanc insurgere & pugnare, tandemque vincere & expellere possint, quemadmodum constans ac concors est omnium Hermeticorum Philosophorum sententia. Ergo in omnibus ferè ægritudinibus, quarum in priori capite de Lapide Philosophorum, mentionem fecimus, tutò & felicissimè adhibetur.

DOSIS.

Dosis huius Auri potabilis à gr. v. ad viij. ex vino Malvatico, aqua Cinnamomi, Caponum, vel alio Cordiali specifico vehiculo. Quidam ad unciam huius Tincturæ vel Auri potabilis addunt

Ambræ grisea.
Moschi Orientalis ana ℈j.
Extract. Croci gr vij.

Et de hac mixtura aliquot guttas in omnis generis morbis, ægris non infelici successu propinant.

De Processu Auri potabilis ex Tractatu Germanico, de Auro, Clarissimi Viri, Domini Iohannis Agricolæ, P. & M. D.

Primo tibi in promptu sit aurum obryzum, aurifabri operâ in tenuissimas admodum diductum lamellas, quæ in particulas latitudinis nummi argentei Joachimici dissecentur.

Deinde formentur de cornu cervi orbiculi, crassitie & latitudine dimidij Joachimici, quibus aptetur pyxidicula cementatoria tantæ capacitatis, quæ orbiculos istos arctè admittat.

Hujus fundus substernatur arena, potiusvè alumine plumoso, cui orbiculus de C. C. orbiculo verò particula lamellæ aureæ, vicissim orbiculus cum auro imponatur, & sic Chymicorum verbo fiat stratum super stratum, usque ad plenitudinem pyxidiculæ, seu quousque aurum tibi pertingat: Superinijciatur aluminis illius tantillum, ne vacuus fiat locus. Pyxidicula sigillo Hermetico claudatur, siccataque in igni circulatorio mediocri (ad præcavendam fusionem) ponatur à gradu caloris tenui lentè progrediendo ad tantam intensionem, ut pyxidicula per horas quatuor excandescat; quæ refrigerata & aperta,

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 494 sur 955

aurum monstrabit Calcinatione ad colorem quasi incarnatum reductum. Labor hic, si ter repetatur, aurum adeò friabile reddetur, ut pistillò conteri & complanari queat.

Taliter præparatum, admixto C.C. ustulatò, per integrum diem igne reverberii non nimis forti ad usque latericium colorem & perfectam calcinationem perducatur. Calx hęc aurea nulla corrosionis qualitate inquinata, & adeò subtiliata est, ut sine ulteriori præparatione in usum contra nonnullos morbos adhiberi queat.

Affundatur huic calci menstruum suum (de cujus fabrica paulò post dicetur) quò intra paucas horas tinctura sanguinei coloris relictis metallicis fœcibus, elicietur.

Separatâ per decantationem illa tincturâ, superfundatur materiæ relictæ menstruum aliud ad tincturam iterum extrahendam, idque repetatur toties, donec nihil relinquatur, præter fœces mortuas, quæ tamen non abijciendæ, quippe quæ siccandis ulceribus usui esse possint.

Porrò destilletur tuum menstruum in arena ad siccum usque, & purpurascentis coloris tinctura valdè friabilis in vitro subsidet, cui affundatur Spiritus vini ritè paratus, (de cujus rectificatione Autor in Tractatu de Tartaro agit) aut, quod melius est, quinta salis essentia: stent concluſa in digestione, & extraherur Tinctura purior. Spiritum vini ad medietatem abstrahe, ut habeas aurum potabile excellens.

Si verò quintam Salis Essentiam affundas, sine abstractione aut destillatione in usum medicum servare poteris, quandoquidem ista Salis essentia per se, etiam absq; auro, medicina salubertima existit. (De cujus essentiæ præparatione Autor suo loco consulendus est.)

Quomodo autem Aurum hoc potabile adjectione Mercurij & olei Vitrioli exaltari queat, ad summam Panacæam, in omnibus morborum generibus conducibilem, Autor ipse videatur.

De menstrui præparatione hoc loco dicendum est:

℞. Urinæ pueri quantitatem sufficientem, destilletur illa ad dimidij remanentiam. Quod destillatione hâc abstractum fuerit, iterum ad dimidietatem destilletur, isque labor tertia vice continuetur, sic unà cum subtilissimo Spiritu Sal pellucidum micansque ascendet, quod Spiritus ipsius collutione ex alembico colligatur. Deinde huic Spiritui appenso tantundem Spiritus Vini opt. rectificati affundatur, Simul per octiduum leniter putrefiant, tandemque destillentur, ita menstruum admirabile, ad quævis metalla, mineralia & gemmas acquisieris, coq; verissimam auri tincturam obtinueris, &c.

De usu hujus auri potabilis ubertim Autor tractat. Nos quasi in fasciculo præcipuas facultates comprehendemus. Præservat enim corpus humanum usq; ad naturalem vitæ terminum, ab omnibus corruptionibus, morbisque: reluctatur apoplexiæ, morbis epidemicis, febribus pestilentibus, cordis palpitationibus & albis virginum, quibus menses ciet, fluxibus, febriculis: partus difficiles allevat: Cancri malignitatem à centro ad circumferentiam protrudit: vertiginem curat, &c. atque in genere vires insignes exerit vitam conservandi, &c.

De Medicamento Confortanti ex auro potabili, aliisque pretiosis, præ cæteris omnibus nobilissimo.

℞. *Auri potabilis* ℥ß.
Tincturæ perlar.
Corallorum.
Smaragdiana ℥j.
Croci ℈ ß.
Quintæ Essentiæ ambræ.
Quintæ Essentiæ moschi Orientalis. an. ℈ß.
Extracti ligni aloes gr. X.
Tincturæ Citri gut. XX.
Fiat mixtura. Dosis gut. v. vel vj. vel x.

De auro potabili Angelico. Vel de Auro potabili Francisci Antonij.

Primum dissolvatur ☉ *sinum in Aqua Regis f. a.* (*Aqua Regis fit ex Aq. fort.* ℔ i. ✱ ℥ iiii. *simul per retort. in arena destillatis.*) *solutionem claram in capax vitrum effunde quod sit colli ampliori & guttatim infunde ol.* ☿. *per deliq. factum, donec Aq. Regis clara & alba evadat. Hoc signum si appareat, calcem totam ad fundum descendisse certum est, sine adquiescere per* ☿, *& manè liquore ablato calcem 4. vel 5. aq. communi ablue, eamque lenissimo* △ *exsicca.*

NB. *Cave, ne calor sit excedens; quam primum enim calorem ignis calx sentit, statim concipit flammam, & in auram abit, quare tutius est in hypocausto vel aere tantum exsiccare, diligenter Spatula lignea agitando.*

Calci adde dimidiam partem ☿ *pulverisati, simul misce & in crucibulo per* △ *patentem* ☿ *conflagrare permitte, adhibendo in principio* △ *lentum, & in fine per hor. I. fortissimum, ut calx quodammodo reverberetur, & tenuissimus evadat, quam in Phiolâ optimè clausa ad usum servа. Iam fiat Spiritus urinæ: Hominis sani vinum bibentis urinam q. v. modicè in cucurbita bene clausa, in fimo equino, vel alio loco calido per 40. dies digere, finito putrefactionis tempore destilletur urina ex arena per Alembicum, adhibito recipiente satis amplo, donec omnis humiditas destillata fuerit. Destillatum tertio rectificetur per Cohobia à capite mortuo, ut exinde postea Sp. juste eleventur. Ex Phiola igitur longioris colli cum suo alembico & recipiente, junctura bene undique clausis, in arena destillatio instituatur, & elevabitur Spir instar Crystalli in alembicum, nullâ concomitante aquea humiditate. Hac destillatio continuanda, donec omnes Spiritus ascenderint. Quod sublimatione prodit, aqua pluviali destillata solvitur & ex phiola ut prius, destillatur, idq; fœxies repetitur, semper novam aquam pluvialem accipiendo. Hinc in phiolam Hermeticè clausam per 15. dies reconduntur crystalli, & digeruntur lento calore B. donec in liquorem limpidissimum abeant. Huic liquori addatur æquale pondus Spirit. Vin. è vino bono facti, & quam optimè rectificati, & simul in B. per d. 12. digerantur & uniantur.*

Nunc ℞. *calcem* ☉ *& ei affunde tantum menstruiè Spirit. Vin. & urinæ facti ut* 3 *dig. emineat, in lento calore digere, donec sanguinis instar rubicundum evadat. Tinctura decantata & sæpius collecta in B. per aliquot dies digeritur* (*ex gr. 8. 10. 12.*) *hinc lentissimo calore Spiritus solvens abstrahitur adhuc semel cohobandus. Hinc remanet* ☉ *in fundo cucurbitæ in forma rubicundissimi olei, suavem odorem de se spargentis, in quolibet liquore resolubilis. Propterea hoc oleum* ☉*lus veri succedaneum esse potest. Eandem solutionem in B. sed in arena destilles, è retorta post partem*

menstrui

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 495 sur 955

menſtrui primam, cum reliqua eius parte ☉ tinctura per alembicum tranſit, rubicunda inſtar Sanguinis, relicta in fundo vaſis terrâ nigrâ, aridâ, ſpongioſâ, levi: Ipſum autem menſtruum, quod in Tinctura ☉ prodiit, per B. tepidum ſeparandum eſt, & ol. ☉ in fundo reſtituns, ſolum aſſervari poterit.

Hoc eſt illud ☉ potabile, quod in Anglia habetur apud Franciſc. Antonium Medicum Londinenſem: unde ſapius in Germaniam & alia loca allatum.

Cuius gut. iij. ad vj. vel viij. modo quocunque exhibita, virus mirificè reficiunt, & contra quemvis morbum agunt, plerunque per ſudorem evacuando, licet nonnunquam per ſingula emunctoria noxium expellant.

Alius Modus.

☉ laminatum in Sp. ⊖ ſolvatur: abſtrahe menſtruum, remanebit q3 calx in fundo, cui affundatur aliud menſtruum ex Spirit. Vin. optimo rectificato & ſale urina paratum (menſtruum hoc in leni calore per 15. d. ſtet, ut uniatur) ☉ ita ſolvitur, ut per alembicum cum menſtruo ſimul deſtillari poſſit in arena, qua facta Deſtillatione, menſtruum leni Balnei calore ſeparatur, Tinctura ☉lis in fundo remanente.

Sequentes deſcriptiones ☉ potabilis communicatæ mihi ſunt ab amico meo integerrimo, Dn. Henrico Julio Böckelio, Medic. Doct. & Caſtelli Gvelfici famoſiſſimi Practico.

1. ℞. *Sacchari refinati,*
Sul. comm. præpar. an ℔ *j.*

Superfunde Alcool vini quater rectificati ℔ *j.* ℥ *iv. vel ut 3. vel 4. latos digitos ſupernatet, putrefiant invicem in vaſe aptiſſimo per 8. dies, ſingulis diebus tamen ter vel quater bene movendo. Tandem deſtilla per arenam primò igne leniori, ultimò fortiori, & ad modum uti aqua fortis pellatur.*

Poſtea:

℞. ☉ puriſſimi raſpati vel laminati inſtar papyri ℥ ß. vel q. vis. Imbatur cucurbita, & affunde menſtrui prioris q. ſ. videlicet ℥ j. ☉ ℥ vj. menſtrui, ponantur in arenam ad circulandum, donec ſolvatur. Effunde, & iterum de hoc menſtruo q. s. affunde, hoc toties repete, donec omnia ſunt ſoluta. Vel: ſi placet, potes omnem ſolutionem cum ☉ per Alembicum ſeu Retortam lento igne primùm abſtrahere, abſtractum reffundere, & hoc toties continuare, donec omnia ſunt ſoluta & abſtracta. Si verò quid ſolutionis expers remanſerit, huic prioris menſtrui q. s. poteſt affundi, ultimo tamen igne fortiori pellatur, & tùm aqua inſtar Rubini exibit, quam, ſi vis, adhuc ſemel rectificare potes.

VSVS.

Hoc ☉ potabile omnes interiores corporis morbos radicitus exſtirpat & ſanat.

2. Alia.

℞. Sacch. ℔ *j.*

Spiritus Vini q. v. permiſce in patina argentea vel deaurata, incende Spiritum vini, & Saccharum fit inſtar olei, cuius menſuram habere & facere debes, adde adhuc menſuram optimi Spiritus Vini, commiſce diligenter, inde in vitrum, & deſtilla inſtar aquæ fortis, frange vitrum & eximes ſalem, adde antè deſtillato menſtruo, putrefac adhuc parumper quando voles, poſtea rectifica adhuc ſemel, & reconde omne deſtillatum in altam cucurbitam, ponej in balneum Mariæ, ut phlegma abſtrahatur, quod remaneat, hoc ſolvit aurum, cuius modus ſic ſit: Sume duas ſemuncias lamellarum ☉ ſtratificа cum gummi Laudani puri, & extollitur ☉ in ſuo gradu, Calcinatur q3 ad hoc opus, cui ſuperfunde tuum præparatum Spiritum, & accipies tam excellens medicamentum, quod nunquam ſperaſti. Quando ſpiritus Vini à Saccharo Candi eſt abſtractus, reddit menſtruum ☉. Verum huic multis paraſangis diſſimile. Idem Roſmarinus ſepties deſtillatus ſolvit in ultima deſtillatione folia auri: aut ejuſdem loco aurum cum ſale prius calcinatum & putrefactum, Et hoc etiam præſtans eſt ☉ potabile.

3. Alia.

Folia auri ſolvuntur etiam in ſucco Berberis vel Limonum, & deſtillantur inde ad Conſiſtentiam Butyri, quod ☉ potabile & laxativum eſt. Si menſtruum ſeparetur, cum aceto vini erit corrigendum, & remanens oleum majoris erit efficacia.

4. Alia.

℞. *Limones recentes, contunde cum Malvatico perquam optimo, contuſis ſuperfunde ad eminentiam quatuor digitorum Malvaticum, digerantur tres vel 4. dies unà, poſtea deſtilletur hinc ſpiritus: Hunc divide in duas partes, in una Calcinatum vel præparatum ☉, in altera Spiritus parte ſolve margaritas: ſolutione & hac commodè facta commiſce ambas ſolutiones æqua quantitate, Circula & putrefac unà per meaſem philoſophicum, poſt ſepara purum ab impuro, & accipies tale medicamentum, quod potens cordis fortifi. atio & elixir exiſtit.*

5. Oleum ſalis quod intra 24. horas ☉ convertit in oleum.

℞. *Sal communis q. v. fac fluere in tigillo vel inſtrumento mundo. Solve in Aq. communi, iterum coagula, hoc reitera toties, quoties opus fieri ſal dulce. Huius ſalis*

℞. ℔ *j. Spiritus vini menſuram j. Affunde ſuper hunc ſalem quàm celeberrimè, & oleus benè muniendo, deſtilla in modum Spiritus & oleum ſalis cum ſpiritu Vini ſimul aſcendet ſine omni acredine ſeu corroſivitate. In hoc oleum impone ☉ laminas ſed calcinatas, & intra 24. horarum ſpatium convertetur in oleum, abſtrahe ſpiritum vini per MB. 3. vel 4 vicibus, & invenies oleum ☉ in fundo. Probatum eſt, & optimum remedium in multis morbis.*

Et ut cor turbulentorum affectuum ſedes eſt; Ita imprimis placandum erit, auro in ſua arcana redacto, quod tamen nunquam eſt futurum, ſi naturale etſi purgatiſſimum Aurum, vel in bracteas aut folio-la redactum, medicamentis permiſceatur, ut hodie paſſim à Medicis factitatur, qui neglecto interiore nucleo externum vas tantum lingentes pultem cum vulpecula Æſopica haud attingunt, aut ejuſdem in liquoribus cordialibus extinctiones propinant, quemadmodum Marſilius Ficinus feciſſe legitur l. 2. de tuenda ſtudioſorum ſanitate: qui tale aurum potulentum proponit: Luna vel Leone, vel Ariete aut Sagittario ſubeũte, & vel ☉ vel Jov. aſpiciente è flor. Borrag. Bugloſſ. & Citraginis collectis cum Saccharo in aqua Roſacea liquato medicamentum parat, & ad ſingulas uncias tria auri folia addit diligenterque permiſcet, & jejunis cum vino generoſo exhibet.

Alij ut inviolabilem & inſuperabilem auri ſoliditatem aperirent, & corpori humano conſervando, idonenm redderent, varias vias & modos (ob veræ Philoſophicæ & Mercurialis clavis ignorantiam) quib. id præſtarent, excogitarunt. D. Franc. Wendl.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 496 sur 955

Gorlicensis Medicus, referente Dn. D. Sennertô, mira narrat de gallina quadam Philosophicè auri & argenti folijs enutrita & faginata. Hanc enim mensis spatio insperſis saginæ argenti folijs saginabat; primis tribus vel quatuor diebus gallina argentum cum excrementis per alvum reijciebat, at quinto vel sexto die assuetus ventriculus argenti folia cum reliquo cibo immutavit, & in suam quintam essentiam convertit. Mactata post mensem gallina candida fuit instar argenti, tanta intus viriditate apparente, qualem ne Chymicus quidem arte spagyricâ ex argento præparare possit. In ovario innumera ferè ova tùm magna, tùm parva apparuerunt, quasi ab artifice aliquo inargentata. Aliam gallinam eodem modo auri folijs saginabat, quæ postquam mensis spatio quatuor auri foliati libellos cum cæteris cibis vorâsset, mactata, intus pura & pulchra apparuit, tribus in pectore purè aureis lineis comparentibus. Eandem hanc rem, aurum videlicet crudum à ventriculis nostris posse subigi, olim triplici exemplo comprobavit vir clariss. Dn. Jacobus Flachius, olim Academiæ Jenensis Professor.

1. Se à viro fide digno percepisse, quòd à Medici Angli in aula Imperatoria Imperatorem Rudolphũ præservarent in suo senio à morbis hâc ratione. Medicos jussisse alere gallinas massâ quâdam ex hordeo vel tritico, cui inspergerent filamenta auri, ut & folia auri, ut hâc ratione aurum in gallinarum verteretur naturam & substantiam, quas postea mactarent, & Imperatoriæ Majestati exhiberent, quo hactenus suo fine sunt potiti.

2. Exemplum observavit in patre suo, qui aurifaber præcellens & multas aluit aves hinc inde volantes, quæ similiter granula auri suffuratę sunt & absorpserunt, quas tandem mactârunt & ventriculos dissecando invenerunt partes auri concoctas, & carnes habuisse magis sapidiores aliarum avium carne.

3. Erat Cambysis Regis opulenti & ditissimi, multos aurifabros alentis, & observatum est in horum officinis mures granulis & filamentis auri se aluisse: Sæpiùs enim captos muscipulis dissecuerunt, & ramenta auri concocta fuisse invenerunt. Quibus exemplis prænominatus Doctor hoc obtinere volebat: Aurum beneficio artis potabile reddi posse. Quæ si ita habeant, spagyro facilè viam aperient, quâ citra corrosiva auri corpus aperire, solvere, poculentum reddere, & in sua arcana deducere possit. Vna enim res est, quâ aurum planè victum succumbit: quam licet nec gallina, nec struthio sit, suæ tamen naturæ essentiam non ignorant sapientes. Quidam auri solutionem tentârunt, communi Mercurio ritè depurato, amalgama postea longâ coctione & præcipitatione in rubentem pulverem redegerunt. Facile enim ☉ in ☿ abit, hic in aquam potulentam. Quidam ☉ calcem in aquâ menstrui vegetabilis solvunt, solutionem bis, terve coagulant, & in lapidem miraculosum redigunt.

Alij citiùs hoc negotium expedituri, ☉ & ☿ij amalgama in aqua philosophica solvunt, solutionem per cohobia destillant, tandem turbit auratum nanciscuntur multis lotionibus edulcorandum.

Non desunt item, qui prædictum amalgama spir. & oleo salis, aut oleo vel spir. ♃ris per campanam facto & rectificato dissolvant, solutione præcipitent, & debitis ablutionibus edulcorent, & è calce demum circulato majore tincturam seu animam ☉ proliciant.

Antiquiores tamen & veri Spagyri maximum illud cordis confortativum universalis Medicinę nomine decantatum, tot tantisque virtutibus præditum (ut apud Clariss. Anton. Angl. videre est) in secretioribus naturæ abyssis latitans, non è mortuo, sed vivo, philosophico & regenerato ☉, mediante clave philosoph. universali illo menstruo Mercuriali citra alicujus heterogenei additamentum, solidissimum auri corpus reserante, & in perfectam tincturam accedente, alcoolisato vini spiritu agente aurum suum potulentum confecerunt, aureum illud Nepenthes ab Helena Telemacho datum, quo ille præteritorum laborum, luctus, doloris & malorum omnium oblivione captus, vitam cum lætitia & animi tranquillitate traduxit.

℞. *Igitur volaticam & merè spirituosam auri purissimi calcem, v. g. unciam unam, affunde Aq. vegetabilis, seu menstrui catholici Mercurialis uncias 7. vel 8. circulentur in Pelicano, tinctum atque vegetabilem separa, novum affundendo menstruum, laborem repete, quoad amplius non tingatur, tandem separato menstruo habebis ☉ essent. seu ☉ potulentum citra heterogenei additionem. Decoque igitur in juffic. q. prædictæ aq. ut artis est, donec dissolvatur ☉ calx, & cooperante Deo contra quævis insanabilia mala, arcanum habebis.*

Crollius in Basilica ex quorundam sententia ☉ potulentum sic concinnare docet:

Volaticam ☉ calcem oleo salis in butyrosum liquorem solvit, abstracto sæpius per cohobia solvente, mox calcem solutam edulcoratam Spiritu urinæ, vini Spiritu rectificato impręgnato, stillatim irrorat & lento balnei calore, mensis spatio putrefacit, deinde omnia retortæ indita per gradus ignis, quoad retorta candeat, ex arena destillat: Sublimatum ☉ pulverem, vitro diligenter imponit, & affuso vini alcoole tincturam elicit totam reiteratis novis infusionibus, tandem abstracto ad oleitatem spiritu, ☉ essentiam potabilem reponit; relictam in fundo auri calcem, affuso novo salis spiritu iterum solvit & totum opus repetit. Tandem totam extractam ☉ essentiam cum vini alcohole repetitis cohobiis per alembicum ascendere facit. Diaphoreticum in morbis contagiosis præstantissimum.

Ex eadem ☉ calce spirituosa, addito debita proportione & myrrhæ & thuris liquamento purgato, absynthij sale & croci essentia diaphoreticum parmus in peste, morbisq; contagiosis longè præstantissimum. Idem & hoc sequens præstat.

℞. *Calc. ☉ volat. & spiritus ♃j.*
Extract. Angel.
Imperator.
Vincetox.
Carlin. ana ♃ij.
Scorzoner.
Valerian. ana ♃ß.
Diascord. ℥ij.
Aq. Bezoard.
Card. B.
Syr. Cort. citr. ana q. s. misce.

Aurum Potulentum Quercetani.

Auri tincturam, essentiam seu sanguinem extracturus Quercetanus, & in liquorem potabilem acturus, primum ☉ perquàm exquisitissimè & expur-

expurgat, mox per aquam Philosophicam calcinat, calcem rore cœlesti destillato toties abluit & edulcorat, quoad & pura & insipida remaneat: tandem affuso rectificato granorum Juniperi spiritu alcoolisato auri animam seu sanguinem extrahit, relicto pallido calcis corpore in fundo, demum vitalem hunc ☉ balsamum affuso flagranti Saturni spiritu repetitis cohobijs per alembicum ascendere & exudare facit, eiq; eximias tàm ad vitam propagandam, quàm ad graviſſimos morbos percurandos virtutes adscribit. Hæc quidem & Quercetani & Crollij, & aliorum est de conficiendo ☉ro potulento sententia, quam tamen Poterius, ob menstruorum, quibus pro ☉ tùm solutione, tùm calcinatione utuntur, & corrosivitatem & venenositatem humanis corporibus pernicioſiſſimam, ac vix ullis ablutionibus & edulcorationibus, ut sibi falso persuadent, delebilem, valdè suspectam habet. Ejusmodi enim & calcinationes & dissolutiones naturæ ☉ repugnant, nec legitimæ esse possunt, cùm æthereus ille & quantumvis Quercetano decantatus Saturni Spiritus fitmissimam ☉ compagem minimè penetrare, vel aperire potis sit: Uti nec ipse quantumvis rectificatus granorum Juniperi Spiritus. Veram demum & legitimam ☉ præparationem sic paucis ex ipso Poterio afferimus.

☉ primò à natura sua metallica spoliat, non spiritu Salis, non spiritu urinę, non aquis stygiis, non aquæ communis seu putealis spiritu (eo quòd ☉ hisce solutum iterum in corpus reduci possit) sed præmissa diligenti corporis sicci dissolubilis trituratione, & ad prunas ardentisſimas calcinatione, calcinatum corpus acido potabili dissolvit, & à corpore dissoluto cum spiritu ♀reo potabili tincturam extrahit, & hæc est vera Poterii auri tinctura, aurumque potulentum. Deodatus l. 3. Panth. p. 82. Alium modum vide apud Joh. Daniel. Mylium in suo antidotario Medico Chymico l. 4. c. 3. d. tinct. p. 587. & 588. Verum & aliæ plures medicinæ seu arcana ex ☉ fiunt, ☉ transparens, extractio tincturæ ☉laris, Flos ☉, Aurum vitæ, de quibus breviter.

Aurum Transparens Vitrificatum seu rubinus ☉.

℞. *Auri puriſſ.* ℥ß.
Antimonii ungar. ℥ß.

Tigillo indita simul eliquentur, effundantur, ita tamen ne regulum ponant. Postea omnia in subtiliſſimum pulverem agantur, calcinentur, ut in ☽io vitrificando fieri solet, tamdiu, donec amplius non fumigent, tandem simul tigillo indita tamdiu liquentur per horæ quadrantem, donec magna ☉ pars in vitrum rubellum in pelvi ænea fundendum abeat, & habebis Rubinum ☉.

VSVS.

Hic Rubinus summarum est virium, ad 1. vel 2. gr. sumtus stomachum supernè vacuat, ad hydropem & omnes frigidos morbos valet, luem venereamradicitus, expellit, ut etiam dolores membrorum ab eadem lue excitatos. In peste & morbis epidemijs magnum est solamen, sanguinem mundificat, & podagræ prodest, ulcera mundificat.

Tinctura Rubini solis ad deploratos morbos præstantiſsima.

Hujus Rubini transparentis in pollinem acti, sumæ quantum satis, affunde Spiritus vini rectificati ad eminentiam quatuor digitorum, clauso vase, digere loco calido, habebis tincturam rubentiſsimam.

VSVS.

Dosis cochlearia duo, quæ non vomitum, non nauseam, non aluum, sed sudorem potenter movebunt, præstantisſima ad deploratisſimos morbos medicina. Corruptum enim sanguinem mundificat; humores ad corruptionem tendentes corrigit, & universum corpus ab omnibus excrementis solis sudoribus liberat.

Extractio Tincturæ Solaris vitalem balsamum conservans.

℞. *Succi limon. acerrimor. filtrati & depuratiſsimi* ℥vj.
Folior. ☉ *purgatiſsimi N.* 60.

Vitro indita digerantur lento calore 4. diebus, tùm per filtrum succum denuò clarifica. Mox mixturam per manicam subtilem Hipp. transfige. ☉ *hoc modo soluto, & à predicto succo separato, & vitro indito, affunde spiritus vini Alcoolisati sextuplum, vase clauso, & cineribus ad 3. digitos impoſito, lentiſsimo ignis calore, pluribus diebus digere, ſic pretioſum liquorem ſingulis menſibus ſemel uſurpandum habebis.*

ALIA.

Cœli rorem Martio collectum & debitis cohobiis rectificatum, & ſpirituoſum affunde ☉ *foliis* 50. *& vaſi vitreo impoſita, triduum radiis ſolaribus expone, poſtmodum rore per inclinationem ſeparato, affunde rectificatum vini ſpiritum, ſeptem unciis ſacchari ſoluti impregnatum; Adde & ſucci Limonum depurati* ℥iij. *lento igne per triduum digere, mox à balneo gradatim deſtilla aquam & ſpiritum, tandem per cineres oleum ſeu liquorem pretioſum habebis.*

FLOS SOLIS.

Paratur ex ☉ *per ☿ium fuſo in laminas acto, & cum Salis oleo attenuato, & addito Sale armoniaco præparato in alembico cœco ſimul ſublimato; elevatur flos, aquæ ſtillatitia edulcorandus.*

VSVS.

In doloribus Colicis, aliiſque obſtructionibus. Dosis gr. 6. 7. in convenienti vehiculo: graves morbos curat, venas & membra penetrat.

OLEVM ☉.

Idem Rubini cum vini Alcoole mixti ſi eſſentificentur, in oleum & admirandam medicinam abeunt, cujus unica gutta deploratas ſyncopas curat, ſi debito in vehiculo offeratur.

AVRVM VITÆ.

Ex una parte ☉ *ſoliati, & ſex partibus Mercurii purgatiſsimi fac amalgama more philoſophico, affunde aquæ philoſophicæ tantum, ut emineat, fiat ſolutio ſeorſim ſervanda. Mox ſume flor. albor. Reguli ☿ii, ſimplici ſublimatione paratorũ part. j. ſupradicto auro æqualem, & in duplo Aq. phil. ſolve,*

ſolve, hanc ſolutionem prædictæ permiſce, deinde deſtillando Aq. Philoſophicam abſtrahe, ut vitrum igne candeat, maſſam in fundo exime, tere, pulveriſa, & vitro inditam affuſa novâ aquâ philoſophica ſolve, deſtilla ad ſiccum, ut prius; hic labor quinquies vel ſexies repetendus, ſemper ea quæ in alembicum, vel ad vitri latera ſublimantur, abijciendo. Tandem maſſa exempta pulveriſatur, & vaſi fictili vitreato impoſita, ad aquæ philoſophicę ſpiritus evaporandos candentibus carbonibus tantiſper adhibetur, quoad pulvis puniceum contraxerit colorem. Huic toties aqua deſtillata calida affunditur, lavatur, dulcoraturque, quoad omnino inſipidus evadat.

Huic affunditur Spiritus vini rectificatus, & trium vel quatuor dierum ſpatio, lentò ignis calore digeruntur, deinde Spiritus vini deſtillatur, ut antè, idque ſex vicibus.

Tandem affunditur Spiritus Roſarum vel aqua fragrantiſſ. 3. vel 4. diebus loco cálido digeruntur, deſtillantur, & novâ affuſâ aqua idem labor ſexies repetitur, & ſic habebis verum ☉ vitæ.

VSVS.

Optimè valet hoc ad vacuandos viſcoſos, craſſos & tartareos luis venereæ humores.

Doſis grana vj. cum conſerva roſarum, vel theriaca.

Idem hoc aurum vitæ cum Diaphoreticis mixtum, ſolùm ſudores movet, & multis affectibus medetur. Cum recenti butyro & aliquo emplaſtro permixtum, & cum cerea candela inditum, penis ulcera, callos & caruncúlas ſine dolore ſanat.

Sed ſufficiant hæc, plurà tamen qui ſcire deſiderat, legat Claudium Deodatum in Pantheo hygiaſtico libro 3. capite 19. à pagina 73. ad 85. Item Dominum Danielem Mylium in Baſilica Chymica lib. 1. à pagina 1. uſque ad 184. Item ejuſdem Anatomiam auri per totum.

Item Chryſoſcopion, vel Aurilogium Caſparis Amthor per totum.

Item Michaelem Majerum de circulo phyſico quadrato aureo per totum.

Item Dominum D. Johannem Agricolam in part. 1. operis ſui Germ. de Auro, à pagina 1. uſque ad 119. & Keslerum Redivivum pag. 9. In quibus Lector non ſolum inveniet variarum ex auro deſumtarum Medicinarum deſcriptiones varias, verùm etiam doctiſſimos & argutiſſimos proceſſus operationumque ἐγχειρίας felicíſſimas, imò harum etiam virtutes hiſtorijs & obſervationibus comprobatas.

De Panacea Theophraſti.

Cùm igitur in præcedenti capite de medicamentis univerſalibus actum ſit, non iniquè me facturum puto, quando jam nunc Magni illius Spagyri, Theophraſti Paracelſi, Panaceam, vel univerſale medicamentum, quod à quibuſdam Secretum, Secretorum appellatur, hîc cæteris annectam, & opportunè ſubjungam, cujus operatio eſt ſequens:

℞. *Quintæ Eſſentiæ Meliſſæ.*
Artemiſiæ.
Valerianæ.
Pimpinell. ana ℥j.
Elect. Iuniper.
Sacchari candi albi.
Olei ſalis.
Quintæ Eſſentiæ ♀ris ana ʒvj.

Fiat mixtura, quam reſerves uſui in vaſculo argenteo & vitreo.

Vires & Vſus.

Experientia veritatis teſtatrice compertum eſt, hominem ab hujus nobilis medicamenti crebro uſu per totam vitam integrum, & ab omnibus morbis illæſum conſervari. Propterea capitis gravitatem tollit, Apoplexiam, Paralyſin, Epilepſiam, & alios periculoſos capitis morbos curat, viſus aciem ſubtiliorem reddit, ſtomachi nauſeam & debilitates ſubmovet; Aſthmati, cæteriſque pulmonum vitijs ſubvenit, Lieni prodeſt, Epatis vitia corrigit, omneſque vires corporis recreat; Lepræ auxiliatur, Icterum morbum, Colicam, Calculum, nec non Hyſtericas affectiones, multoſq; alios morbos aufert.

DOSIS.

Singulis diebus jejuno ſtomacho dantur grana 5. vel 7. vel 10. in debito vehiculo.

De alio Medicamento univerſali, in forma Extracti.

℞. *Extract. Croci ℈i. ß.*
Species. Diamarg.
frigi.
Dianthos.
Diarrh. Abb.
Aromat. roſat. Gabriel.
Rhabarbar. ana
℥j.
Salis cranii microcoſmi.
Antimonii Diaphoretici
ana ℈j.
Magiſter. perlar.
Corallor.
Smaragd.
Rubin. ana ʒ. ß.
Ambræ griſeæ.
Moſchi Orientalis.
Lapidis Bezoardici ana ℈j.
Confectionis Alkekermes.
Extracti Mithridatii.
Theriacæ ana ʒij. ß.
Laudani opiat.
Veri ac ritè præpar. ʒj. ß.
Tincturæ ♀.
Croci Martis.
♁ ana ʒ. ß.
Oleorum ſuccini.
Maceris.
Garyoph.
Cinnamomi.
Citri ana gut. XX.
Fol. auri fini numero 12.
Argenti puri numero 15.

In compoſitione hujus laudabilis medicamenti proceſſum obſerves talem.

Primò commiſceas ſpecierum Extracta & Salia cum Magiſterijs, confectione Alkekermis, Laudano opiato, Lapide Bezoardico, Antimonio Diaphoretico. His adde poſtea tincturas & Spiritus gutta-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 499 sur 955

guttatim, omnia probè rudicula lignea in mortario marmoreo ad quadrantem horæ agitando. Hoc peracto, admisceas Extractum Mithrid. & Theriacæ, necnon Ambram & Moschum, leviter trita, ultimo immittas folia Auri & Argenti cum oleis sensim instillandis, iterum, materiam ad quadrantem horæ agitando. Hanc mixturam diligenter reponito, & usui reservato, in vase argenteo foliis auri fini cooperto.

OBSERVATIO.

Notandum est obiter in huius medicamenti compositione, quòd, quando Extracta nimis liquida, aliquid de pulvere nostro cordiali: Quando verò ipsa nimis spissa, aliquid de mixtura Cordiali Imperiali, vel Syrupo Citrij succi addi rei perfectio requirat: quando verò Extracta justæ consistentiæ, nullius rei tunc additione opus erit.

Vires & Vsus.

Effectus hujus medicamenti est laudabilis & plane stupendus: Confert enim ad omnes (exceptis tamen ijs, qui sunt, ut suprà docui; Nativi, vel congeniti, vel Chirurgiâ indigentes) imò ad deploratos morbos, ubi nec ægroto, nec ipsi Medico de genere sive specie morbi constat, quo medicamento post ☉potabile, ad naturam humani corporis confortandam, quamvis in pervestigandis salutaribus istis medicamentis, nulli labori, nulliséque sumptibus pepercerim, nullum reperi nobilius, elegantius, aut præstantius: Nam non modò Spiritus vitales recreat, cor confortat, & in suo esse conservat; Verùm etiam Cerebrum, Epar, Pulmonem, Lienem, Fel & Renes, &c. ægriséque quasi in momento succurrit & opitulatur, ut exemplò & quasi miraculosè melius se habeant, cordis spiritibus ita recreatis illicò quasi lucè depulsis tenebris, morbi vim medicaminis efficacâ manifestè abigi percipiant: Et quia membris principalioribus confert omnibus, potest etiam in omnibus internis morbis tutissimè exhiberi.

DOSIS.

Datur in hoc à ℈ß. ad ℈ß. vel circiter, in formâ pilulari, vel dissolut. in aqua cordiali. vel Syrup. Cinnamomi.

Aurum Potabile. Mynſ.

Recipe Aurum Vngaricum, apprimè per stibium & fulmen præparatum, sine illud in tenuissimam laminam per aurifabrum duci, postmodum resolve per bonum & optimè rectificatum salis oleum, veris solummodò Chymicis notum, & post solutionem, illud per alembicum abstrahe, tunc in fundo flavissimam solis calcem reperis. Hanc recipe, & vasi vitreo inde, & tantum olei Cinnamomi suffunde, ut fiat mixtura pulti simillima, & in puncto materiam nigrescere & effervescere videbis; tunc habe ad manus bonum Vini spiritum singulariter rectificatum & à tartaro Sophorum imprægnatum; de illo aliquantum suffunde super eandem materiam, usque ad latam minoris digiti eminentiam, & continuo spiritus extrahet Solis animam pulcherrimam & auro similimam, & quando pro quantitate mensuræ nihil magis accrescit tincturæ, tunc spiritum tinctum effunde, & alium recentem affunde, & hunc laborem toties repete, donec spiritus tingendi virtute destituatur. Remanentem Solis calcem resolve denuò à novo, recenti salis oleo, & procede, ut primâ vice, repetendo & continuando usque dum resolvatur totum corpus, & fiat liquor potabilis: post id circulatur hic liquor Solis aromaticus, ut acrimonia ol. salis evanescat, quæ ipsa tamen vel relicta cum S. V. profectò nihil nocet. Et hæc est prima solutio, facta ab sq; corrosivis, quæ in æternum à nemine potest in aurum naturale reduci.

Vires, Vsus, Dosis.

Hæc est inter supremas Medicina præcipua, conservandæ hominum sanitati maximè proficua, quæ multos corporis defectus & ægritudines, intrinsecus originem trahentes, constantissimè & summâ cum admiratione curat. Totam renovat & conservat. Omnes in homine spiritus vitales reficit. Malas humiditates absumit. Hilares facit & bonum sanguinem impertit. Est specificum cordiale talisque nobilissimus Chymiæ Thesaurus, pro quo, Deo optimo maximo, ingentes gratiæ meritò sunt agendæ, &c. Dosis à gut. 3. ad ʒ. & 7. in liquoribus seu vehiculis convenientibus, manè stomacho jejuno.

Argentum Potabile.

Recipe Lunæ puræ q. v. & in aq. forti resolve, posteà in frigido loco repone, protinus apparebunt crystalli, effunde tunc phlegma, & exime crystallos, inde vitreę seu lapideæ tabulę, sine in hypogeo resolvere, aquæ naturam induere, & aridum usque evaporare: Tunc habebis pulverem, quem misce cum sale armoniaco & secundum artem sublima, mox evehit secum sal armoniacum animam Lunę veram. Hanc sublimatam materiam inde conchæ vitreæ & aq. pluviali distillatâ optimè edulcora, tunc corrosiva & superflua acredo aq. fortis cum sale armoniaco expellitur. Pulverem sicca deinde, & inde vitro, & spiritum Microcosmi optimè rectificatum suffunde, & 24. horas in loco calido repone, tunc in momento extrahet hic spiritus animam Lunæ pulchram, pellucidam, cæruleam in saphiri colore. Menstruum verò tinctum aufer, & recens affunde, donec sulphur omne extractum sit; posteà sine illud spontanea evaporatione evanescere, vel in cineribus per alembicum abstrahe, & alterâ vice S. V. Philosophorum affunde, qui fundamentaliter extrahet animam, illamque constantissimè retinebit. Si autem pro tuâ lubentiâ in formâ pulveris expetis; Tunc menstruum prius per alembicum abstrahe, & anima remanebit in fundo, quam ad usum retineto.

Vires, Vsus, Dosis.

Argentum hoc potabile, sive anima Lunæ vera, curat Epilepsiam & omnium Lunaticorum morborum semina, tàm in genere quam in specie. Curas graves dispellit. Somno inquieto resistit. Catarrhos consumit. Aurium susurrum placat, lenemq; auditui aditum facit. Cerebrum confortat. Oblivionem relegat. Debilem Memoriam recreat. Vertiginem, mærorem & omnem Melancholię multi formis colluviem expellit. Est specificum capitale, quod unamquamq; naturam ab omnibus periculosissimis capitis adfectibus curare & præservare potest. Est denique pretiosus & nobilis thesaurus morbis & imbecillitatibus quam plurimis medens. Dosis à gut. 3. ʒ. ad Scrupulum semis, in vehiculis morbum propriè respicientibus.

Spiritus

Spiritus Absinthii.

℞. *Absinthii vulgaris quantum placet, superinfunde spiritus vini tantundem, ut digiti unius latitudine supernatet, macerentur per octiduum, deinde per Balneum Mariæ spiritus lege artis evocetur.*

Hoc etiam modo parantur spiritus
cardui benedicti.
chamomill. Romanæ.
Liliorum convallium.
Melissæ.
Veronicæ.

Spiritus Apopl. Closs.

℞. *Spir. sang. Cerv. lib. ß.*
Injus. fl. lavend. aq.
pæon. fa. unc. iiij.

Destill. in B. M ad med. adde nov. infus. fl. lavend. idque ter, tandem adde huic Spir.

Spir. vini rectif. unc. ij.
Dosis g. vi. ad xx.

Iuvat paralyticos, apoplecticos, pleuriticos, asthmaticos, &c.

Spiritus Anisi.

℞. *Seminis Anisi bene contusi libram semis, spiritus vini simplicis mensuram unam, Macerentur per octiduum & per Balneum Mariæ spiritus eliciatur, Ita etiam fiunt.*

Spiritus Carui.
Ceraforum Fœniculatus.
Fœniculi.

Bezoar Potabile.

Ad hoc Arcanum effice ac præpara', singulari tamen studio sequens solvendi menstruum: Recipe Nitri purgati Sp. Vitrioli rect. an. p. æ. distilla per Retortam in arena secundum gradus, & quando prima vice, quarto ignis gradu detractum, effusus inde liquor librandus est, & æquo huic pondere addendum de Spiritu Vini alkoholisati, atque ita bis adhuc cohobandum, primum igni admodum lento, ne spirit. vini evaporet, deinde gradatim, donec quartum gradum assequaris, nec quid amplius transcendere sentias. Hic labor tribus horis, circiter, absolvitur, ut quartus gradus habeatur; tum deniq; retortam videbis candentem: quę cum refrixit, auferri potest vas recipiens, ubi menstruum jam paratum, residente in fundo Retortæ terrâ alba eaq; perpaucâ & saporis ferè experte. Postea lapidis Bezoar orientalis subtilissimè pulverisati sume Vnciam unam, in cucurbitulam vitream intromitte, de menstruo dicto ad eminentiam trium digitorum superinfunde, inque B. modici caloris impone, tum spacio 2. aut 3. horarum menstruum illud lapidem Bezoar rubicundè resolvet. Solutionem hanc deliqua, residuo non soluto denuò tantundem illius prioris menstrui affunde, & in Balneum repone, usque dum pariter solvatur. Jam porrò lapide Bezoar penitus soluto, menstruum illud tinctum infer cucurbitulæ, & per Alembicum leniter abstrahe, quo facto, residuo in fundo extracto Spiritum Vini superinfunde, eundemque igne lento inde evoca, & hoc ipsum secundâ & tertiâ vice itera, ita tamen, ut semper recentem Spir. Vin. addas, donec nulla amplius acrimonia prioris menstrui sentiatur; Tunc porrò aq. cornu cervi, vel alius cordialis unc. viij. affunde, in B. denuò repone usque dum Extractum illud totum hac aquâ solutum. Posteà per chartam filtra & lente usquè ad dimidium evaporare sine, ut Vnciæ quatuor remaneant, quas instar thesauri inter terrenos prestantissimi ad usum serva. Quo verò modo Aq. illa cornu cervini propriè & peculiariter præparanda sit, in Sectione de aquis explicatum habes.

Vires, Vsus, Dosis.

Nobilissima isthæc & plusquam Regia Medicina, contra omne venenũ cujuscunq; generis validissimæ virtutis & efficaciæ est. Præcipuè autem vapores venenatâ putredine noxios, pestiferasq; infectiones, in corporis habitu dominantes, & facultati vitali maximè infestas, per sudorem ac insensibiles exhalationes expellit, nec non cor, cæteraq; partes interiores principales corroborat. Probatissimum hoc etiam inventũ, contra omnis generis subitaneos & veneno pestilentiali valdè periculosos affectus, Febres petechiales, Variolas, Morbillos, Pleuritidem epidemiã, morbum Vngaricum, omneq; alios ex dictis malis enascentes morbos: uti nec minus contra Erysipelas & alia symptomata venenosa, ubi diaphoretica Bezoartica, putredini & malignitati virulentæ resistentia, ac sanguinem mundificantia, requiruntur, magnâ virtute operatur. Dosis est à Scr. j. ad Drach. j. in vehiculis appropriatis. Datur autem ægrotis, ita bibendum, ut habetur, haud calefactum, idq; summo manè vel etiam, si necessitas postulet, alio diei tempore; habita tamen ratione, ne vires ægrotantium sint exhaustę, tũ ut calescat æger & sudet, quantũ sine vitium decremento, & debilitatione nimiâ fieri potest. Insuper Medicamentũ hoc secundâ, tertiâ, pluribusq; vicibus, pro infirmorũ conditione, in omnib. complexionib. & corporum constitutionibus, gravidis etiam mulieribus, puerulis & infantibus, ablq; omni periculo propinari & adhiberi potest; Si præsertim status morbi talis, ut calida illa antidota Theriacalia & Alexiterica locum invenire nequeant. Quod si decumbentium conditio requirere videretur, ut venæ sectio præcedat vel per vomitoria aut cathartica purgetur corpus & evacuetur, expediri id prius poterit, & postea sudoriferum isthuc usurpari. Sitem corporis constitutione talis esset æger, ut sudare per naturam non posset, quales aliquammulti inveniuntur, is talis homo cumulatis tegumentis aliisve medijs ad sudandum compelli non debet: Cum evenire possit, ut Arcanum hoc vel per vomitum, vel successum, vel per urinam aliamve insensibilem perspirationem operetur, vel instar vulnerarij pestilentialis materiam peccantem à centro ad emunctoria sua extra corpus propellat, atque ita nihilosecius malignitatem invadat, adeoque eundem hic fructum progeneret, quem in alijs subjectis sudorem inde emittentibus. In exhibitione etiam diligenter observandum & cavendum, ne quid acet vel alius acetosi liquoris addatur, neve in Syrupis acetosis, utpote Citri, Ribium, Berberum, &c. offeratur; alioquin essentia lap. Bezoar præcipitaretur, & pulveris instar ad fundum decidit, nec solubilis manet. Quod si verò Thraso quispiam, cognitionis rerum naturalium secretiorum præsertim rudis & ignarus hîc insurget, qui Medicamenti hujus divini efficaciam credere nollet, aut nequiret, iste probet hoc modo: venenũ exhibeat columbę, gallinæ, cani, feli, vel alij animali, quod cum jacet jamjâ moriturũ, tunc eidem de hoc medicamento exhibe in vehiculo appropriato, & videbis, quid auspice Creatore suo, sit effecturum. Ipse

Venetis aut Bohemicis, sed Germanicis spisiorib⁹, ob fideliorem virtutis eius spiritualis custodiam, ad usum asservari oportere. Deo laus & honor.

Spiritus Vini Cephalicus.

℞. *Sem. Fœniculi unc. iij.*
Rad. Pœoniæ debitè collect.
Visci quercini
Anacardi an. unc. j.
Bac. Iuniperi Drach. vj.
Herb. Maioranæ
Melissæ
Origani
Hyssopi
Salviæ an. m. j.
Flor. Stœchad. Arab.
Lilior. convall.
Rorismarini
Primulæ veris
Lavendulæ an. p ij.

Crassiusculè incisa & contusa infundantur in Sp. Vini simpl. Lib. viij. & post debitam digestionem B.M. destillentur, & liquore destillato denuò infunde:

Sem. Coriand. præp.
Sileris mont.
Pœoniæ
Carui unc. ß.
Spec. Diamosch. dulc.
Diambræ
Cardamomi min.
Nuc. Moschat.
Galang. min.
Caryophyllor. an. Drach. ij.
Calami aromat.
Cubebarum
Macis an. Drach. j.
Succini alb. præp.
Lign. aloes
Flor. Tunicæ
Rosar. rub. an. Drach. ß.

Stent in infusione per octo dies; postea B.M. defill. & spiritus ad usum reservetur, qui ad placitum sacchar. cand. albo edulcorari & vel Ess. Flor. Pœoniæ, vel tunicæ, vel violarum, vel Rosarum rub. vel gran. chermes, aut aliis quam plurimis, &c. variè tingi potest.

Vires, Visus, Dosis.

Magni est usus ad omnes frigidos capitis affectus, intra & extra adhibitus; Item, ad tristes & timidos, & eos, qui de nocte loquuntur: Non solum enim caput calefacit, siccat, confortat atq; catarrhos frigidos absumit; verum etiam reliqua membra roborat. Contra Vertiginem, Epilepsiã, Apoplexian, Paralysin, convulsionem & tremorem singulariter, tanquam insignem Medicinam commendare volui.

Dosis à Cochlear. j. ad cochl. ij. &c.

Spiritus Cerasorum nigrorum.

℞. Cerasorum nigrorum quantum vis, contundantur, & ponantur in vase ligneo, in eoque maneant usq; ad Fermẽtationem, deinde per vesicam destillentur, & exibit Spiritus

Hac ratione destillantur.
Spiritus Cydoniorum
Ebuli ex baccis
Fragorum
Iuniperi ex baccis
Sambuci ex baccis

Omnes & singuli modò dicti Spiritus, Simplicium sive vegetabilium virtutes & qualitates in se continent, ex quibus destillati fuêre.

Spiritus Cephalicus.

℞. *Flavedinis Corticum citrii Pomi recentis*
Seminis Pæon. rec. ex cort. an. unc. iiij.
Baccarum Iuniperi maturarum
Lauri decortic. an. unc. ij.
Cinnamomi acutissimi unc. iij.
Ligni aloes optimi
Dictamni albi
caryophyllorum an. unc. j.
Nucis Moschat.
Macis
Galangæ minoris
costi albi aromatici an. unc. ß.
Santali citrini odoratissimi
cardamomi minoris
Piperis albi an. Drach. iij.
Longi Drach. j.

Macerentur cum libris quatuor Spiritus vini rectificati, stent in infusione per decendium. Insuper.

℞. *Ment. Crisp.*
Lavendul.
Pulegii
Nepet.
Salv. nobilis
Fœniculi
Melissæ an. unc. iij.

Infundantur cum vini Malvatici optimi libris quinq;, stent per sex dies, postea destillentur, destillatum addatur priori Spiritui colato, & simul mixtis dissolve Sacchari candi albissimi libram unam, colentur omnia iterum, additâ in fine croci orié alis drachma una, Ambræ electæ granis quindecim, & Moschi finissimi scrupulo semis in sindone tenui ligatorum. Servetur usui.

Cerebrum & omnes eius functiones mirè corroborat, catarrhos discutit, præservat ab apoplexia, epilepsia, lethargo; utilis etiam est in syncope, cordis palpitatione, consumit pituitam in ventriculo & intestinis; omnibus denique à frigiditate ortum ducentibus morbis magnopere cõducit.

Accuratam hanc Spiritus Cephalici descriptionem Dispensatorio nostro adiungere placuit, viro clarissimo D. D. Andreæ Lay collegæ nobis plurimum dilecto.

Spiritus Clissus.

Schröderus sumit Antimon. Nitri & Sulph. an. lb. j. Glauberus vero Antim. lb. j. Nitri lb. ij. Sulphuris an. unc. iij.

Spiritus hic crassam & tartaream materiam attenuat, febribus potenter resistit, & summum levamen sitis causa. Modus parandi facilis est, si tabulatam retortam habeas, De qua re vide Schröder. p. 440.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 502 sur 955

Spir. Confortans. Dorncreilii.

℞. *Sem. Melissæ* ℥ ß.
Lactucæ ℥ ij.
Fiat ex Aq. *Cinnamom. comp.* ℥iv.
Emulsio addantur
Essent. Perlar. ℈ ij
Syr. rubi Idæi ℥ ß.
Fiat Mixtura.

Aqua cinnamomi in hunc usum sequenti ritu paratur:

℞. *Aq. Rosar.*
Buglossæ
Borrag.
Fœnicul. an. q. s.
Digerãtur & destillentur per M B. institutis aliquot cohobiis.

Hæc mixtura aquacor & reliqua membra principaliora confortando humidum radicale auget, & vitales spiritus corroborando nativum cõservat calorem; Propterea gravissimis morbis defatigatis & succumbentibus apprimè est utilis, adeò ut in plurimis affectibus & imbecillitatibus ferè desperatis laudem mereatur summam.

Huius mixturæ cochlear unum vel dimidium manè ac vesperi, vel quovis tempore urgente necessitate exhibetur.

Spiritus Citri compositus.

℞. Cort. Citri recent. ab albicante medulla separat. lib. j. Spir. Vini non rectificati lib. iiij. Macerentur per biduum post ea in vesica Spiritus destilletur, usque dum Phlegma pro manere incipiat, Spiritui adde aqv. Rosar. in aqua Sacch. cand. Vnc. iij. dissolut. fuerint lib. ß. croci pauxillum & si libet succi Citri lib. ß. vel q. s.

Spiritus Diotrion.

℞ *Spiritus Theriacalis Camphorati an.* ℥ v.
Tartari rectificati unc. iij.
Vitrioli rectif. unc. j.
Misce
Digerantur in Phiala hermeticè sigillata per tres septimanas.

Nobilissimum medicamentum ad plurimos morbos, ad omnes obstructiones viscerum reservandas, ad pleuritidem, ad menstrua, uterum calefaciendum, ad venena, & malignam materiam in febribus per sudorem discutiendam existit.

Diureticum ex nucleis persicorum Hartmanni.

℞. *Nucleorum Persic. q. v.*
Macerentur in Malvatico *vel alio vino generoso per dies 5. vel 6. destilla per B. vel cineres*
Dosis Vnc. j.

Spiritus Diapente August.

℞. *Elixir propriet. Paracel.* ℥ i. ß.
Spir. Theriac. Camph. ℥ i. ß.
Vitrioli rect. ℥ j.
Tartari rect. ℈ ij.
Salis rect. in quo folia auri numero decem soluta sint ℥ j.
Omnia simul misceantur & digerantur per quatuordecim dies & reserventur usui.

In affectibus ventriculi & capitis multum valet, humores ventriculi vitiosos educit, siccat & mundificat, urinam provocat, & per emunctoria cutis corporis habitum repurgat.

Spiritus Euphrasiæ Mindereri.

℞. *Spir. Cerasorum nigrorum* ℔ j.
Aquæ Hirundinum compositæ majoris unc. vj.
Doronici veri
Cassiæ lign. ver.
Amomi veri
Radicis valerianæ
Chelidoniæ an. drach. ij.
Mau veri
Fol. Rut. an. drach. j.
Florum Euphrasiæ selectissimorum siccorum uncias unam semis vel recentium quantum potest infundi.

Infundantur per noctem in liquoribus hiu, vase bene perlutato, mane per Balneum Mariæ destillentur leni igne, iste Spiritus reservetur in vitro

Visionem reparat hic Spiritus, cum Spiritus visivos reficiat: cerebri refrigidatem corrigat, Spiritus in eo mundet & clarificet, in scotomia & vertigine optime proficiens.

Ante Epilepticum & Hystericum Specificum D. D. Scheferi.

℞. *Rad. pæon. unc. j.*
Sem. Pæon.
Rad. Acor.
Fl. Ros. rub.
Nymphææ an. ℥ ij.
Ol. Succin.
Castor.
Santal. rub.
Fl. Lavend. an. ℥ j.
Camphor. ℈ ij.
Extr. opii ℥ ß.
Hyperic. ℥ ij.
Spir. Vini rectific. ℥ xij.
Vitriol. opt. unc. j.

Omnia hæc immittantur matracio vitreo & digerãtur sub fimo equino per sex septimanas continuas aut tres dies in Balneo fervent ius. Liquor deinde per inclinationem effundatur & servetur ad usum.

Dosis à gutt. iv. ad xxx.

Spiritus Pleurit. Renotti.

℞. *Salis petræ* ℔ ß.
Tartari ℔ j.
Destill. septies per alembicum. Dosis unc. ß. in aquafontis m. & v.

Spiritus Nephriticus S. Clos.

℞. *Ovi struthionis affunde Spir. salis & solve, solutum filtra.*
Dosis gutt. vj. ad ℈ ß.
in syr. de alth.
Fernelii.

Spiritus Rosarum.

℞. Rosarum fragrantium tempore sicco collectarum quantum libet, contundantur, & in vase vitreo vel ligneo compressæ, reponãtur in cellam, deinde cum sale vel pauculo fer-

fermenti fiat ſtratum ſuper ſtratum deſtillentur per veſicam, deſtillata aqua novis roſis fermentatis affundatur & deſtilletur, donec perfectum Spiritum habueris.

Proprietate ſuâ Specificâ cor recreat in omnib⁹ ejus infirmitatibus ſingulare robur conciliat, odore & fragrantia vires reficit. Extra etiam ad virium debilitatem arteriis applicatur.

Spiritus Salis.

℞. Salis communis quantum lubet, ſolve & coagula, ſolutum cum terræ figulinæ ſiccæ pondere æquali commiſce, paſtillos forma, exſiccatos retortæ inde, deſtilla usque dum nihil amplius egrediatur Spirituum.

Omni putredini reſiſtit, hepatis & lienis obſtructionibus prodeſt, renes & veſicam expurgat, hydropicis inprimis ſingulare remedium præbet.

Spiritus Sulphuris.

Ponatur ſub campana vitrea vas aliquod terreũ cum ſulphure, quod accendatur: Ita vero vas ſubjectum ad campanam applicetur, ne fumi egredientes flammam ſuffocent, ſed ut liberè aſcendentes in liquores coagulentur, qui in ſcutellam appoſitam deſtillentur.

Eaſdem ferè qualitates cum Spiritu vitrioli obtinet, proinde iisdem etiam affectibus curandis conducit.

Spiritus Salis Nitri.

℞. *Salis Petræ ſive Nitri unc. j.*
Boli communis vel terræ figulinæ unc. iij.

Deſtillentur per retortam igne reverbii Spacio duodecim horarum, & habebis Spiritum rubicundum.

Pro contemperando æſtu febrili, reſtingvenda ſiti, prohibenda angina, & mitiganda colica commodiſſimè uſurpatur.

Spiritus Tartari.

℞. *Tartari albi puri* ℔. *v.*
pone in retortam vitream eique in igne cinerum vel potius arenæ collocatæ recipientem ſatis capacem adapta, & luta, dato igne per gradus primò Spiritus egreditur, poſtea oleum fœtidum, quæ rectificari debent.

Eſt egregium aperiens, unde in menſtruis retentis, paralyſi, ictero, pleuritide, hydrope, mira præſtat.

Spiritus Theriacalis Camphoratus Aug.

℞. *Spir. vini optimè rect. & ab omni phlegma depurat. unc. x.*
Theriac. Andromach. veter. unc. v.
Myrrhæ rub. unc. ii. ß.
Croci Auſtriac. unc. i. ß.

Inditis omnibus cucurbitæ vitreæ impoſito, quę Alembico cæco & juncturis optime clauſis, ne quidpiam expiret, ſtent in infuſione per octiduum in loco calido. Poſtea impoſito Alembico roſtrato, in cujus Limbo vel roſtro ponantur Camphorę drachmæ duæ, fiat in Balneo Mariæ lentiſſimo igne deſtillatio, ut vix trium vel quatuor dierum Spacio totum exſtillet. Tandem ceſſante deſtillatione calor auget, ebullitione aquæ in Balneo Mariæ. Hac finita deſtillatione deſtillatũ fœcibus iterum affunde, juncturis clauſis digere per riduũ, poſtea in Balneo Mariæ deſtilla ut prius. Tandẽ deſtillatũ iterũ fœcibus redde, digere p triduũ, poſtea & deſtilla per cineres lẽtiſſimo igne uſq; ad ſiccitatem: junctũris ſemper exquiſite clauſis.

Egregiè ad ſudores eliciendos in peſte, ictero, febribus lentis, quartana & ſimilib. confert, penetrat nervos, muſculos & quicquid noxium reperit, corrigit atque expellit.

Spiritus de Tribus, ſ. Mixtura ſimplex.

℞. *Spir. ♀ rectiſ. unc. iij.*
☉t unc. j.
Aq. Theriac. Camph. unc. v.
M.
Doſis ʒß. ad ʒj.

Mixtura ſimplex, ſeu Diaphoreticum in peracutis Paracelſi.

℞. *Spir. Theriacal. camphor. unc. v.*
Tartari ad modum infra ſcriptum præparati unc. iij.
Vitrioli rectificati unc. j.
Miſce & ſerva diligenter in vaſe clauſo. *Præparatio autem Spiritus Theriacalis ſit hoc modo.*

℞. *Theriacæ Androm. veter. unc. v.*
Myrrhæ Alexandr. rubr. unc. ij. ß.
Croci orientalis. unc. ß.

His mixtis in cucurbita ſuperfunde ſpiritus vini correctiſſimi unc. x. aptato alembico cæco & juncturis benè clauſis degerantur aliquamdiu poſt fornacem vel in æſtate ad ſolem. Poſtea impoſito alembico roſtrato (prius in eundem reponuntur Camphoræ tritæ ʒ ij.) lentiſſimo balnei calore, exſtillatur liquor, qui tandem ebullitione balnei augetur, ut ipſa camphora ſimul tranſeat. Refrigeratis vaſis liquor deſtillatus reaffunditur materiæ, & iterum digeſtus per cohobia, tertio deſtillatur.

Spiritus Vitrioli.

℞. *Vitrioli purificati* ℔. *vj.*
injiciantur retortæ benè lutatæ, huic aptetur, recipiens amplum, commiſurũ bene clauſis, accendatur ignis gradatim, & poſt tres fere horas phlegma ſtillare incipit, hinc ignis paullatim augeatur, circiter horam ſeptimanam albis ſpiritibus iterum augeatur ignis, & ita continuetur per integrum diem, tandem detur maximus ignis, & continuetur labor in diem tertium, refrigeratis omnibus, rectificetur Spiritus, quod clarum eſt per cineres deſtilletur, exibit Spiritus clarus & albus.

In variis febrium generibus ſummæ utilitatis eſt Spiritus Vitrioli, humorum enim putredini reſiſtit, eorumque incendium prohibet, vitioſos corrigit, phlegma conſumit, per urinas poros cutaneos aperit.

Spiritus vitrioli Cordalis Angeli Salæ.

℞. *Oſſis Cervin. menſ. Iun. rec. albiſſimè calcinatum unc. vj.*
Spiritus Vitrioli acidi unc. viij.
immitte calcinationem & areſcet, ita ut in pulverẽ poſſis redigere, ſtent ita ad decem dies, deinde per retortam magnam deſtillentur, & liquor elicitus ſervetur.

Cordiale præſtantiſſimum, febribus item omnibus ſalubre medicamentum, contra putredines in primis ſalutare.

Spiritus Vini aromaticus

℞. *Confect. Alkermes unc. j.* *Rad. Ireos flor.*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 504 sur 955

Rosarum rub. an unc. ß.
Cassiæ lignea
Cort. Citri
Ligni aloes
Caryophyllor. an. Drach. i. ß.
Cardamom. min.
Nuc. Moschat.
Cubebarum
Macis
Zedoariæ an. Drach. j.

Pulverisata & mixta infundantur in Sp. Vini simpl. Lib. vj. per octiduum, aliquoties in die movendo; postea per alembicum destill. & Spiritus destillatus Sacchar. cand. alb. s. q. edulcoretur.

Vires, Vsus, Dosis.

In naturis frigidioribus & adultis COR confortat; nec non pectus, Stomachum, Epar, & Splenem roborat, Renibus etiam frigidis in expellendâ serositate, vires addit. Dosis manè & serò ante somnum à Cochl. j. ad Cochl. ij. &c.

Spiritus Vini Odontalgicus.

℞. *Ras. Lig. Guajaci unc. iij.*
Rad. Pyrethri unc. ij.
Sem. Staphid. agriæ
Hyoscyami
Cort. Granator.
Gallar. Turc. an. unc. j.
Caryophyllorum
Zingiberis albi
Piperis longi
Olibani an. unc. ß.
Flor. papav. errat.
Opii Thebaici
Camphoræ an. Drach. ij.
Herb. Tabac. Indic.
Salviæ acut.
Persicariæ
Mentastri an. Drach. j.

Contusa & mixta infundantur in Sp. Vini simpl. Lib. vj. stent per 14. dies in digestione, postea B. M. destillentur.

Vires & Vsus.

Teneatur in ore; deinde iterum exspuatur, & reiteretur, si opus; præsentissimum est remedium: Omnes enim dentium dolores efficacissimè sopit. Interdum etiam propter majorem delectationem cum flor. papav. errat. prius tingere, & postea coloratum Spiritum ad usum reponere solemus.

Spiritus Vini Otalgicus.

℞. *Ovorum Formicar. Nr. 110.*
Amygdal amar. unc. ij.
Rad. Hellebori nigri
Raphani min.
Cyclaminis
Cyperi rot. an. unc. j.
Cort. Mali punici Drach. vj.
Bac. Lauri excort.
Iuniperi
Sem. Fœniculi
Cimini
Anisi
Carui an. Drach. iij.
Pulp. Colocynthid.
Castorei veri an. Drach. i ß.
Majoranæ
Absinthii
Sabinæ
Rutæ an. Drach. j.

Contusa & mixta infund. Sp. Vini opt. rectificat. Lib. iiij. & post debitam digestionem è B. M. ingeniosè tamen, ne vitrum rumpatur, destillentur; Deinde Spiritui abstracto adde Millepedum vivorum q. s. & digerantur adhuc tamdiu, donec aliquo modo spiritus tingatur; postea eum filtra & ad usum reserva.

Vires & Vsus.

De hoc spiritu aliquot guttæ manè & vesperi instillentur in aures, claudendo cottone molchato: Sic surditatem & gravitatem. Auditus tollit; nec non contra tinnitum, sonitum, strepitu & sibilum, item ob auditionem & fluctuationem, præstantissimum est medicamentum. Sed in his affectibus multum etiam præstat panis recens coctus minor, statim ex clibano sumptus, & crusta inferiore ablata, immissoque Spiritu hoc, si ad aurem applicetur, (interiecto circulo lineo crassiore ad evitandum partis exustionem) ut vapor ille intro recipi possit. Continuetur autem curatio hæc donec malum cedat.

Spiritus Vini Acovisticus.

℞. *Ovorum Formicarum*
Millepedum vivorum an. xxxj.
Amygd. Amar. unc. ß.
Bac. Lauri excort.
Iuniperi
Sabinæ an. Drach. ij.
Sem. Cymini
Rad. Cyperi rot. an. drach. j.
Lubricor. ter. exsic.
Nicotianæ
Absinthii an. drach. ß.
Succini alb. præp.
Castorei veri an. Scr. j.
Croci orientat. an. scr. ß.

Crassiusculè contusa infundantur in Sp. Vini anisati unc. xvj. digerantur per octiduum, sæpe in die movendo; posteà filtrentur, & Spiritus tinctus usui servetur.

Vires & Vsus.

Hic Spiritus in gravi auditu & surditate; nec non in tinnitu aurium etiam inveterato, secretus est. Vsus eius, ut guttæ aliquot auri instillentur manè Stomacho jejuno, & vesperi antè cœnam, & deinde bombace moschato auris obturetur.

Spiritus Vini Pectoralis.

℞. *Passular. min.*
Sem. Anisi an. unc. iiij.
Lob. sani & exp.
De Pino an. unc. ij.
Succ. Glycyrrhiz. ext. unc. ½ ß.
Conf. Flor. Hyssopi
Violarum
Symphyti an. unc. j.
Cinnamomi acut. drach. vj.
Spec. Dratragacanth. frig.

Dia-

Diaireos simpl.
Diarrhod. Abb. *an. unc. ß.*
Cardamomi min.
Croci orient.
Macis *an. Drach. j. ß.*
Herb. Capil. Veneris
Marrubii *an. Drach. j.*
Flor. Malvæ arbor. rub.
Farfaræ
Salviæ *an. Drach. ß.*

Contusa & mixta infundantur in Spir. Vini simpl. Lib. viij. Digerantur diebus octo; postea B. M. dest llentur, & Spiritus abstractus Sach. cand. alb. edulcoretur.

Vires, Vsus, Dosis.

Ad Catharros frigidos, Pectorisque ægritudines, Tussim, Asthma antiquum & Anhelitum malum, expertissimus, Dosis à Cochl. j ad Cochl. ij. Pectus enim ab humoribus crassis & Viscidis purgat, mundificat, omnesque in eo oppilationes aperit.

Spiritus Vini juniperinus crocatus.

℞. *Sp. Vini Iuniperini* ℔. ij.
Sacchari candi contus. ℔. ß.

Misce in vase commodo; Spiritus accendatur filis sulphureis; simul incorporentur, flammansque liquor subinde agitetur cultro vel spatulâ, donec saccharum sit solutum, coletur & appende in nodulo Croci orient. Scr. ij. & ad usum repone.

Vires, Vsus, Dosis.

In Asthmate, difficili respiratione, pectoris vitiis, Tussi, imbecillitate & inflatione Ventriculi, torminibus ventris, &c. bonum est medicamentum. Insuper urinam movet & calculo medetur; nec non ruptis, convulsis, & vulvæ strangulatui subvenit. Dosis à Cochl. j. ad. Cochl. ij. pro unâ vice.

Spiritus Vini Stomachicus.

℞. *Cinamomi elect.* *unc. iiij.*
Galangæ min.
Sem. Anisi *an. unc. ij.*
Caryophyllorum
Nuc. Moschat. *an. unc. j.*
Mentæ crispæ
Rorismarini *an. unc. ß.*
Calami aromat.
Zingib. alb.
Rosar. rubr. *an. Drach. ij.*

Crassiusculæ contusa & mixta infundantur in Sp. Vini simpl. Lib. viij. & post debitam digestionem B. M. destillentur; postea Spiritus evocatus, vel sach. cand. alb. vel myvâ Cydoniorum edulcoretur.

Vires, Vsus, Dosis.

Valet propriè ad malitiam appetitus, & corruptionem digestionis. Ad frigus & dolorem Stomachi. Ad singultum, Nauseam, Vomitum, appetitum caninum. Ad Eructationem acerosam, Angustiam Anhelitus, frigidamque complexionem cum humiditatibus superfluis. Senibus etiam imprimis convenit: Calorem enim naturalem mirè confortat & à putredine conservat. Insuper visum & mentem in iis acuit. Oblivionem delet, & canitiem retardat. Dosis Cochl. j. atque alterum.

Spiritus Vini nephriticus.

℞. *Rad. Ononidis*
Altheæ *an. unc. iij.*
Cucumeris *unc. ij.*
Glychirrhiz. rosæ
Asari *an. unc. j. ß.*
Sem. Milii Solis *unc. iij.*
Saxifrag. alb.
Vrticæ Rom.
Petroselini
Raphani
Anisi
Rhabarbar. elect.
Aristoloch. rot.
Galangæ min.
Cinamomi acut.
Macis
Zingib. albi
Herb. Equiseti *an. unc. j.*
Lap. percar. pisc.
Iudaici
Spongiæ
Lyncis
Test. Limac. min. prap. *an. Drach. vj.*
Casiæ fistulæ
Gran. Alkekengi
Bac. Iuniperi
Theriacæ Venet.
Sang. Hircin.
Oc. Cancri
Tali leporini *an. unc. ß.*

Pulverisata & mixtæ infundantur in Sp. Vini simpl. Mens. vi. vel s. q. Stent in digestione per 14. dies; Postea B. M. destillentur.

Vires, Vsus, Dosis.

Frangit lapidem & ad minuta secernit, quousque Renes & Vesicam ab omnibus superfluitatibus mundificet, & clarum mingat: Et quod plus est, ita curat & fabulosas hypostases per urinam expellit, ut non amplius regeneretur. Insuper in Colica & suffocatione Matricis non est remedium ei simile. Humores enim diversos laxat & ventositates dissolvit. Dosis à Coch. j. ad ij. vel Cochl. iij.

Spiritus Vini Lithontripticus.

℞. *Rad. Enulæ camp.*
Pimpinellæ
Petroselini *an. unc. j.*
Lap. Percar. pisc.
Oc. Cancri fluv.
Sang. Hircini *an. Drach. vj.*
Sem. Dauci aquat.
Saxifragiæ alb.
Fœniculi
Anisi
Milii Solis
Vrtic. Rom.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 506 sur 955

Geniſta
Bac. Iuniperi
Gran. Alkekeng. *an. unc. ß.*
Spec. Lythontrip.
Diathamar.
Trion Piper. *an. Drach. ij.*

Contuſa & mixta infundantur in Spir. Vini ſimpl. Lib. iiij. Stent in digeſtione per 14. dies; poſtea B. M. deſtillentur pro uſu.

Vires, Vſus, Doſis.

Calculos Renum & Veſicæ non ſolum confringit & comminuit; ſed & lapides per urinam expellit. Doſis tum præſervationis tum curationis ratione, à Cochl. j. ad Cochl. ij. per ſe, vel cum aliis mixtis.

Spiritus Vini Paralyticus.

℞. *Lumbricor. terreſt. exſic.*
Bac. Iuniperi
Sem. erucæ *an. unc. ij.*
Rad. Angelicæ
Pyrethri
Aronis *an. unc. j.*
Flor. Lavendulæ
Rorismarini
Salviæ acut.
Piperis long.
Allii recent. *an. unc. ß.*
Maſtichis elect.
Myrrhæ rub.
Succini citrin.
Euphorbii
Caſtorei veri *an. Drach. iij.*

Contuſa & mixta infundantur in Spir. Vini optimè rectif. Lib. iiij. Digerantur per menſem; & poſtea filtrentur, & Spiritus cum Eſſentiâ extracta ad uſum reſervetur.

Vires & Vſus.

Cum hoc Spiritu tincto inungantur membra paralytica & arida (præmiſſis tamen univerſalibus) in eoque panni lintei madefiant, & ſupponantur membris affectis.

Spiritus Vini Theriacalis. Mynſ.

℞. *Theriac. Ven.* ℥ iij.
Rad. angel.
Enul. c.
Hirund.
Dipt. albi
Morſ. Diab.
Serpent.
Pimpin.
Torment.
Valerian.
Zedoar.
Sem. citrii ana ℥ j.
Spir. vin. ℔ viij.
Deſtill. per B. M. *Doſis* ℥ ß.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

LIBER

LIBER OCTAVVS
DE PVRGANTIBVS VARIIS, DECOCTIS, VINIS MEDICATIS ET INFVSIONIBVS.

De Purgantib. Querc.

PVrgantia duplicis sunt naturæ: alia in genere dicti purgantia, quæ promiscue tantum ac sine delectu hominis excrementa educunt: alia vero proprie sic dicta & κατ' ἐξοχὴν à certa quadam facultate sive proprietate, aut à totius substantiæ, ut volunt, similitudine, vim & efficaciam habent trahendi & vacuandi humores, quorum alia ducunt pituitosos, alia biliosos, alia vero melancholicos & adustos succos, vel per vomitum, vel per secessum, idque vel blande, aut vehementer, aut mediocriter.

Vnde enarrata medicamenta in tres classes dividuntur.

1. In benigna seu moderata: sunt

Cassia
Manna
Succus prunorum dulcium
Syrupus violarum
Serum lactis & similia.

Quæ remedia sunt alimentosa, hoc est, quæ facile in alimentum commutantur, ab his tanquã levioribus Galenus, & alii eius imitatores, omnem morborum curationem inchoandam statuunt.

2. In mediocria: qualia sunt

Rhabarbarum
Agaricus
Sena
Aloe
Turbith
Hermodactylus
Polypodium
Myrobalani

3. In violenta: ut sunt

Colocynthis
Scammonium
Elaterium
Peplium
Helleborus
Thymelæa
Chamælea
Thapsia
Catapuria, & aliæ titymali species.

Ex cunctis enarratis simplicibus, diversis corporis humani humoribus purgandis, idoneis, parantur medicamenta composita, quæ purgant, vel bilem, vel pituitam, vel melancholiam, vel crassos ac viscosos, & aqueos, sive serosos humores; modo unum, modo binos seorsim, modo omnes simul, ob quam causam talia remedia nuncupantur *cholagoga, phlegmagoga, & hydragoga.*

Differunt eadem remedia ratione consistentiæ, ubi alia mediocritatem inter molle & durum obtinent, & dicuntur electuaria liquida: & alia sunt solidæ consistentiæ & siccæ, ex quibus rursus triplicia efformantur genera, electuaria videlicet solida, pulveres & pilulæ, ita à figura sua rotunda, quasi parvæ pilæ dictæ, quas Græci à sumendi modo καταπότια appellant.

Hæ sunt præcipuæ omnium illorum purgantium compositorum formæ, de quibus in posterum sermo nobis futurus est, utpote de materia, quæ in pharmacia imprimis necessaria est, ac reformatione summe opus habet, ubi quidem largam illam & communem viam, quantum fieri potest, sequemur, quod si vero in aliam forte flexerimus, qua & citius, & directius, & facilius, & maiori cum emolumento, instituti nostri finem adepti fuerimus, id publici solummodo boni provehendi causa (hic enim est finis noster, hic scopus, hæc intentio sola) fieri, constanter asseveramus.

Vt igitur ordinem nostrum sequamur, inter purgantia primum assignabimus locum electuariis mollibus & liquidis, eaque hic, quæ maxime in usu esse solent, describemus, quorum alia humoribus acribus & biliosis, alia melancholicis vacuandis magis conveniunt.

Remedia lenientia, bilemque purgantia.

Lenitiva cholagoga:
- *Cassia extracta simplex & composita*
- *Diaprunum lenitivum seu diadamascenum Nicolai.*
- *Antidotum catholica Nicol. Præpositi.*
- *Electuarium diasebesten Montagnanæ*
- *Electuarium lenitivum cum manna Nicol. Alexand.*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 508 sur 955

Hæc ſunt purgantia illa eccoprotica, ut vocant, ad primam corporis regionem purgandam apta: ab omnibus authoribus inter maxime benigna recenſentur, ut quæ humores humectando & leniendo clementer educant: præſcribuntur etiam in febribus calidioribus, bilioſis & ardentibus, quas comitari ſolet ſitis intoltrabilis, ubi humectatio uberior, minor autem rariorque calefactio requiritur.

Vera chologoga { *Diaprunum ſolutivum Nicolai* / *Electuarium de ſucco roſ. Nicolai* / *Electuarium roſ. Meſuæ, & Montagnanæ* / *Elect. de pſyll. Meſ.*

Diaprunum ſolutivum, quod paratur ex ſolo lenitivo addendo *ſcammonium præparatum*, hoc eſt, in trochiſcos cum *ſucco citroniorum, cortice myrobalanorum, citrinorum & maſtiche* redactum, ſingulare eſt remedium ad omnes affectus ex bile productos, quidam tamen in febribus tertianis eius uſum reformidant, propter ſcammonii nimiam & excedentem calefactionem. Sed docebimus *infra ſcammonii* præparationem talem, qua ipſius calor immoderatus contemperabitur: nec non deſcriptionem quandam diapruni ſolutivi, quod ſic præparatum erit ſummo uſui, & in omnibus febribus bilioſis & ardentibus commode & innoxie exhiberi poterit.

Electuarium è ſucco roſarum Nicolai ad omnes affectus à bile flava aut bilioſis ichoribus redundantibus ſubortus conducit: idcirco tertianæ ſimplici & duplici: febribus quoque aliis ardentibus, malisque à bile caloreque ſubortis confert. Eſt etiam magis refrigerans & exſiccans, quam diapruni laxativum, unde maior quoque ineſt ei laxiorum viſcerum adſtrictio & roboratio, ſicque ad omnes morbos à calida fluxione excitatos magis confert, ut in podagra, chiragra, & doloribus articulorum à bilioſis & ſeroſis ichorib. ſubortis: ſimul enim & ſemel vitioſos illos ſuccos detrahit, fluxionem deprimit, & abſtringendo membra roborat.

Electuarium roſarum Meſuæ iiſdemmet affectibus, quibus Nicolai, confert: illud tamen facilius & cum minori moleſtia purgat, minuſque corpus conturbat, quam hoc.

Electuarium de pſyllo Meſ. bilem tum flavam, tum vitellinã evacuat: febribus igitur omnibus ab utraque bile ſuſcitatis, tum ardentibus, tum diuturnis, & curatu difficilibus, quæque tandem ægros ad hydropem perducere ſolent, ſummopere conferre creditur: morbo quinetiam regio & iecori ſupra modum calefacto, ut & vertigini & doloribus capitis à bilioſis evaporationibus procreatis ſummopere confert.

Electuarium de pſyllo Montagnanæ vires in curandis bilioſis affectibus, electuarii de pſyllio Meſuæ æmulatur, ſed ſatis potens eſt medicamentum ad humores permixtos & varios evacuandos præſertim pituitam craſſam cum bile permixtam: idcirco tertianis nothis & morbis huiuſmodi qui ex humoribus mixtis fiunt, prodeſt.

Humores craſſos, viſcidos & pituitoſos purgantia, ſunt.

Phlegmagoga { *Diaphœnicum Meſuæ* / *Diacarthamũ Arnold. de villa nova.* / *Diaturb. maius Petri de Tuſignano.* / *Benedicta laxativa Nicolai.* / *Electuarium Indum maius Meſ.* / *Hiera picra Gal. cum agarico.* / *Hiera Pacchii*

Diaphœnicum viſcidam craſſamque pituitam, eamque à remotioribus trahit. Febribus compoſitis & diuturnis, in quibus multi craſſi ac viſcidi humores permixti ſunt, auxiliatur: doloribus ventriculi à cruciatibus ſubortis, itemque colicis cruciatibus ex crudo humore generatis, mirificè confert.

Diacarthamum Arnoldi iisdemmet affectibus ex viſcida & craſſa cauſa procreatis prodeſſe iudicatur, ut quotidianis febribus, paralyſi, &c.

Diaturbith. maius Petri de Tuſignano, cuius deſcriptio reperitur in diſpenſatorio Valerii Cordi, craſſos aut pituitoſos humores attenuat, digerit, ſimulque deturbat & evacuat.

Benedicta laxativa Nicolai humores pituitoſos ſeu in articulos decumbentes, ſeu in rebus & veſica contentos, mirifice & per os ſumpta, & per clyſteres iniecta elicit & evacuat.

Electuarium Indum maius excrementa cruda, pituitoſa, putrida & corrupta à ventriculo, hepate, aliisque partibus nutritioni famulantibus educit: idcirco lue venerea laborantibus prodeſt, ut cachexiis, inflammationibusque ventriculi & colicis doloribus: nam ut pituitoſa & crudà excrementa purgat, ſimul etiam flatus diſſolvit & diſcutit.

Hiera picra Gal. cum agarico ventriculum corroborat, eumque à mucilaginoſis impuritatib⁹ ipſis tunicis adhærentibus liberat & repurgat, & flatus ipſos diſcutit.

Scribonius Largus de hiera Pacchii, ut in Diæterico noſtro iam ſcripſimus, miranda prædicat: hancque compoſitionem propter eius vires & efficaciam ad infinitos & deploratos morbos curandos ſummis laudibus in cœlum effert. Ad omnes enim ſpaſmos nervorumque tenſiones, ad ſpinæ lumborumque dolores, ad vertiginem, epilepſiam, paralyſim, ad diuturnos capitis dolores, incubum & ſubitas omnes præfocationes mirifice convenit.

Melancholicum denique ſuccum trahentia ſunt.

Melanagoga { *Confectio maior & minor Hamech* / *Meſuæ* / *Diaſena Nicolai* / *Triphæra Perſica Alexandri.*

Confectio Hamech eſt febribus autumnalibus curandis, quartanis præſertim atque omnib⁹ aliis morbis, ex tartareis craſſis, falſis, retortridis & melancholicis humoribus ſubortis, optimum remedium: elephantiaſi, cancro, impetigini, ſcabiei, in ſumma omni fœditati cutis à falſis & aduſtis humoribus procreatæ, mirifice ſuccurrit.

Diaſena, melancholia, mania, quartana vexatis, lienoſis etiam & melancholicis omnibus affectibus auxiliatur.

Triphæra Perſica confert febribus ardentib⁹, hepatis & ventriculi inflammationibus, ictericis & omnibus affectib⁹ ex atra bile factis medetur: ſitim quoq; mitigat, morboſq; aduſtos fieri prohibet.

Hæc

Hæc ſunt præcipua illa electuaria purgantia in forma opiatæ, vel mediæ inter durum & melleæ conſiſtentiæ, quæ in communi fere uſu ſunt, & quibus officinæ ad uſum neceſſarium inſtructæ eſſe debent. Inter quæ nonnulla in formam ſolidam & in tabellas rediguntur, ut commode ſumi poſſint, & guſtui gratiores fiant. Diaphœnicum hoc modo in formam ſolidam redigatur, quemadmodum & electuarium è ſucco roſarum, diacarthamum: diaturbith, & ſpecies illorum, mellis loco cum ſufficienti quantitate ſacchari prius diſſoluti, miſcentur, & in electuaria ſolida iuxta artem coquuntur.

Deſcriptiones & formulas horum remediorum de induſtria hic prætereo, ſiquidem eas videre licet in ipſis auctoribus, quos citavimus, nec nõ in omnibus pharmacopœorum antidotariis ac diſpenſatoriis, tam veterum, quam recentium: ſupervacaneum enim foret, totis ex eandem repetere cantilenam, crambemq; toties toſtam reponere.

Multo vero minus in iisdem enarratis compoſitionibus vel unicam immutare literam conabor, ne forte audaciæ & temeritatis arguendus videar, quaſi ille ſim ego, qui tam præſtantiſſimorum, noſtrorum maiorum ac patrum, placitis & ſcriptis doctiſſimis, communi antiquitatis conſenſu receptis & approbatis, ut bonis & utilibus, longaque experientia hactenus ſtabilitis, meæ conſcius tenuitatis auſim refragari & contradicere. Nos nihilominus ut humiles pumiliones Gigantũ humeris inſidentes, & eorundem ope ad altiorem locum evecti longe exactius rem eminus perſpicimus, quam veteres ipſi, cum præſertim facile ſit inventis addere, & in dies vel tantillo auctario eadem exornare & locupletare. Quare dignitate & exiſtimatione antiquitatis ſartatecta conſervata, me propterea haud quaquam culpandum fore, neque rem ab officio meo alienam facturum arbitror, ſi in hoc opere noſtro ea, qua decet reverentia animique modeſtia, reformationem purgãtium, circa quæ nunc verſamur & quæ præcipue in pluribus reformari merentur, aggrediamur. Hinc ergo quædam huius generis purgantium remediorum deſcriptiones atque formulæ, noſtro marte & arte adinventæ, & chymico artificio exquiſitiores, politiores & auctiores redditæ, tanquam ſumme neceſſariæ & utiles, adiicientur, & in publicum commodum propalabuntur. Quod tamen, quicquid id ſit, eruditorum judicio ſponte ſubmitto, de eodem, pro ea, qua polleat, æquanimitate ſapienter iudicaturis.

At vero tantum abeſt, ut medicamentorum præparatio ultimum perfectionis gradum ſit adepta, quinimo in Officinis multæ ſeſe offerunt compoſitiones, quæ variis adhuc erroribus undiquaq; ſcateant, imo vel illæ ipſæ, quarum maximus & quotidianus fere eſt uſus, differentem plane & diverſam compoſitionis ſortem experiuntur: adeo ut vix invenias duos pharmacopœos, qui in iis cõficiendis vim eandemque rationem ſequantur: huius rei evidens teſtimonium habemus in *diaphœnico Meſuæ*. Videas enim hic, quantum hoc electuarium in Val. Cordii diſpenſatorio deſcriptum differat ab eo, quod in antidotario Florentinorum, & pharmacopœa Auguſtana habetur.

Multi quidem reperiuntur, qui in indicandis & oſtendendis huiuſmodi erroribus diligentem navant operam. Sed maius operæ pretium ii facerent, ſi ſtudium ſuum exquiſitiori harum compoſitionum præparationi abdicarent, & ſecuriores atque utiliores ipſarum operationes redderent, ut celeriori & commodiori agendi poteſtate vim ſuã exercerent, guſtuique gratiores exiſterent. Hoc enim modo miſeris ægrotis ſolatio eſſent, eosque lege Hippocratea, *tuto, cito & jucunde* percurarent. Huiuſmodi igitur præparatio nis politioribus laborem noſtrum poſt hæc dicabimus, iisque pharmacopœam noſtram exornabimus, ſimulque purgantia quædam noſtræ compoſitionis & deſcriptionis diverſis curationum intentionibus congrua addemus, ad quorum imitationem alia complura componere licebit.

Exordiendum autem nobis eſt à Catholico ſive antidoto univerſali, quod omnes noxios humores clementer purgat: ad cuius exemplum quoque alia præparabuntur.

Catholicum Quercetani.

℞. *Succi Cichoreæ*
Fumi terræ
Lupulorum an. ℔. ß.
Succi roſ. pallid. ℔. ij.
Limonum ℔. j.

Hi omnes ſucci perfecte depurentur in B. M. donec nullæ amplius faces appareant, ut docuimus in cap. de Syrupis: his adde

Fol. Senæ mundatorum ℥ vj.
Agarici recent. trochiſcati ℥ iij.
Macis
Cinnamomi
Fœniculi dulcis an. unc. j.

Omnia indantur in matracium, vel aliud vas vitreum capax, ſtent in infuſione in B. M. fervido per 3. *dies. Dein exprimantur omnia torculari, quæ expreſſio rurſus in vaſe idoneo ponatur in B. M. ad denuo digerendum, coquendum, depurandum juxta artem, prout idem* in cap. de Syrupis *explicavimus: interim dum hæc fiat digeſtio, cape quoque ſeorſim*

Pulpæ caſſiæ
Tamarindorum an. unc. vj.

Hæc diſſolve in ſuff. q. aquæ violarum malvæ, & citrullorum, vel in decoctione lenitiva optime clarificata, omnia in matraceum vitreum ſimul iniecta ſimiliter adhuc digerantur per duos vel tres dies, donec materia appareat clariſſima. Collige ſeorſim, quod de puratum fuerit, & miſce cum priore infuſione depurata:
His adde

Mannæ calabrinæ ℔. ß.
Sacchari albiſſimi ℔. ij.

Manna & ſaccharum diſſolvantur in ſufficienti quantitate aquæ, & depurentur antequam cum duabus his infuſionibus permiſceantur: dein coquantur omnia ad ignem lentum ad mellis ſpiſſitudinem & conſiſtentiam, vel ulterius. Removeantur ab igne, & ſub finem addantur

Pulveris ſenæ
Rhabarbari an. unc. ij.
Spec. Diatragacanthi frigidi
Aniſi an. unc. ß.

Probe

Probe diuque misceantur omnia pistillo ligneo, & fiat electuarium ad justam consistentiam. Sufficit robustioribus pro dosi exhibere ʒ vj. & cæteris ʒ ß. Generale hoc & benignum purgativum quovis tempore exhiberi potest, tam ad præcautionem, quam ad curationem febrium, aliarumque corporis ægritudinum. Loco *succi limonum* substitui potest *succus mali punici*, hujus generis succos data opera addimus, eos, quod aciditate sua vitriolata ad extractionem tincturarum & essentiarum omnium vegetabilium multum conducant, & in omni purgativo, quod insigni calefactione præditum sit, veri correctivi vicem subministrent: *est* præterea *ejusmodi aciditas ad rerum omnium fermentationem conciliandam efficacissima*, quod summopere notandum est.

Chalagogum Quercetani.

℞ *Succorum perfecte depuratorum*
Centaurii minoris
Rosarum pallidarum
Rubrarum an. ℔ *j.*
Succi rad. Oxylapathi
Identidem depurati ℔ ß.
In quibus macera ad ignem Baln. Mar. per triduum
Rhabarbari elect. ʒ *ij.*
Folicul. senæ ʒ *iv.*
Cinnamomi
Santali rubri
Anisi an. ʒ ß.

Hæc omnia in vas vitreum indita macerentur & digerantur per tres dies: dein fiat expressio & colatura, cui adde

Pulpæ prunorum dulc. ℔ ß.
Sacchari ℔ *j.*
Syrupi ex novem infusionib. viol.
& mucag. sem. psyll. an. ʒ *iiij.*

Coquantur lento igne ad mellitam consistentiam, cui adde

Scammonii præparati, ut docebitur, ʒ *j.*
Pulveris rhabarbari
& fol. senæ an. ʒ *j* ß.
Spec. Diatriasantali
& trochisc. de berber. an. ʒ *iij.*
Sem. Scariolæ
Portulacæ
Lactucæ an. ʒ *ij.*

Parabis hoc electuarium (si velis) etiam sine *scammonio*, quod tamen post veram suam præparationem calore suo privatum adeo innoxium est, ut potius cæterorum remediorum vim & efficaciam ad ferosos & biliosos humores utiliter evacuandos potenter acuat & exstimulet. Loco igitur vulgaris præparationis cum *succo citrinorum, cortice myrobalanorum, & mastiche*, optima ejus & elegantissima præparatio cum *aceto montano*, vel *succo limonum* fieri debet, quod fusius docebimus albi.

Electuarium purgans pituitam Querc.

℞ *Rad. Helenii* ʒ *j.*
Polypodii
Sem. Chartami an. ʒ *ij.*
Fol. Chamædryos
Chamepityos
Thymi
Hyssopi an. m j.
Sem. Fœniculi
Anisi an. ʒ ß.
Flori Stœchados
Betonicæ
Calendulæ
Hyperici an. p. ij.

Coquantur in aqua betonicæ: dein fiat expressio & colatura, de qua cape ℔ *ij.*
Succorum depuratorum citoniorum
& rosarum Damascenarum an. ℔ *j.*
In quibus mixtis macera ad ignem B. M. calidum ut supra.
Agarici recens trochiscati ʒ *ij.*
Turbith gummosi ʒ *ij.* ß.
Foliorum senæ ʒ *iij.*
Asari ʒ *j.* ß.
Scammonii præparati ʒ *vj.*
Caryophyll.
Cinnamomi
Zinziberis an. ʒ ß.

Dein fiat fortis expressio, defæcatio seu depuratio, ut jam docuimus, ac tandem exanscolatio, in qua adde magnæ granatæ purificatæ ℔ *j. pentidiorum* ʒ *iv. coquantur lento igne, donec reducantur ad bonam electuarii consistentiam.*
Dosis ʒ ß. *vel* ʒ *vj. pro robustioribus.*

Febribus diuturnis a pituita & bile vitellina mixtis auxiliatur: quinetiam pituitosa, crassa, cruda, & mucilaginosa excrementa, quæ circa ventriculi, intestinorum, renumque regionem, flatus cruciatusque excitare solent, discutit & radicitus educit.

Electuarium purgans melancholiam atramque bilem.

℞ *Rad. polypodii querni unc. j.* ß.
Hellebori nigri non adulterni unc. ij.
Cort. tamarisci
Capparum an. unc. j.
Summitatum melissæ
Thymi
Epithymi an. p. j.
Folicul. senæ unc. iv.
Turbith gummosi unc. ij. ß.
Myrobalanorum omnium unc. ß.
Agarici rec. trochiscati unc. j. ß.
Sem. Ireos
Carduibened.
Fœniculi
Anisi an. ʒ *vj.*
Cubebarum
Cinnamomi
Macis
Caryophillorum an. ʒ *ij.*
Conservæ flor. Buglossæ
Violarum
Nymphææ an. unc. j.

Hæc omnia contusa & permixta macerentur in suff. quantitate seri lactis, & succorum quam optime depuratorum fumariæ, buglossæ, pomorum redolentium, idque in Baln. Mar. vaporoso, vase optime clauso per quatriduum: dein fiat expressio, colatura, itemq; depuratio, ut jam docuimus: his adde

Mannæ granatæ
Sacchari violati
Pulpæ tamarindorum (*an. unc. vj.*
& pulpæ racemorum recentium præp. ut docebimus

Coquantur lento igne ad consistentiam syrupi perfecte cocti, cui subsequentes pulveres paulatim insperge, tusicula omnia semper commovendo

Pulv-

Pulv. Diasenæ noſtræ deſcriptionis ℥ ij.
Trochiſc. de Rhabarb.
D. Eupatorio
De Capporibus an. ℥ ß.
Scammoneæ præp. ut jam docuimus ℥ vj.
Miſce & fiat electuarium, ut eſt artis.

Hoc eſt unum ex melangogis noſtris, quod minori agendi violentia operatur, quam *hyera diacolocynthidos Pacchi aut Logadii*, mirum in modum etiam univerſam ſanguinis maſſam mundificat, & ad Vnc. ſem. tantum modo exhibitum, vitia ab utraq; bile & ipſa pituita falſa enata potentiſſime tollit. Hinc ad omnes affectiones melancholicas, febres quartanas, cachexias, oppilationes lienis & meſenterii, epilepſiasque auxilium eſt ſingulare, necnon adverſus morphæam, impetiginem & cancrum. Specificum præterea & excellens purgativum ad diverſas melancholiæ & maniæ ſpecies eſſe comperitur, addita *eſſentia lapidis lazuli* in ſufficienti quantitate: ſicut eius præparandi methodum ſuo loco trademus, cum pulpam uvarum extrahendi ratione, quod extractum, à Gallis. *Reſinee* appellatum, autumni ſolummodo tempore præparari poteſt.

Admonitio.

Plures hodie audito *hellebori* nomine ſtatim obſtupeſcere ſolent, cum tamen certum ſit, ipſos ſuis eccoproticis nihil unquam effatu dignum ſine illius beneficio præſtare poſſe, in morbis præſertim chronicis & difficilibus, qui corporis membris altius & tenacius inhæreſcunt: in iis vero helleborata, modo rite præparata fuerint, citra vim & moleſtiam multo validiores penetrandi vires exerunt, quam *colocynthis, thymelæa, peplium*, & ſimilia, ſicut alibi jam in ſcriptis noſtris palam demonſtravimus, ſimulque oſtendimus, quanti olim antiquitas, nec non ipſemet Hippocrates *helleborum* fecerint, quod ob ſummam eius virtutem & efficaciam, laudibus maximis in cœlum uſque extulerunt.

Electuarium lenitivum antinephriticum Quercetani.

℞. *Rad. Althææ*
Polypod. querc. vn. ℥ j. ß.
Taraxaci
Aſparagi
Petroſel.
Fœniculi
Eryngiorum an. ℥ ß.
Iujubarum
Sebeſten. an. par. vj.
Herb. Cichorii
Scariolæ
Agrimon.
Pimpinell.
Saxifrag.
Capillar. an. m. j.
Sem. Carthami ℥ j. ß.
4. Frigid. maior.
Lactucæ
Portulacæ
Maluæ
Papav. alb. an. ℥ iij.
Aniſi
Fœniculi
Bardanæ
Milii ſolis
Saxifragiæ an. unc. ß.
Fruct. Alkekengi
Sebeſtenum
Prunorum Damaſcen. an. p. xij.
Flor. Geniſtæ
Violarum
Nymphææ an. p. ij.

Coquantur ut artis eſt. in ſuff. aqua, in ℔ j. ß. *collaturæ clarificatæ adde ſucci limonum optime depurati unc. iv. in quibus macera per 24. horas ad ignem Baln. Mar.*

Folic. Sennæ unc iij.
Macis
Cinnamomi an. ℥ ij.

Dein fortiter exprimantur, & in hoc expreſſo denuo macera, & parum decoque folicul. Sennæ orientalis unc. j. ß. in colaturæ adde

Penidiorum
Sacchari violati an. unc. iv.
Pulpæ caſſiæ
Tamarindorum extract. cum aqua violar. an. unc. iij.

Coquantur ad melli conſiſtentiam addendo pulveris ſennæ unc. ij.

Cryſtall. tartari unc. j. ß.
Spec. Diatriaſant. frigidi unc. ß.

Omnia ſimul rite miſceantur, & fiat electuarium ſecundum artem: doſis unc. ß. vel ℥ vj.

Excellens eſt ad calculi præſervationem, ſumptum ad Vnc. ſem. luna decreſcente, purgat blande & utiliter: robuſtioribus ſufficit exhibere ℥ vj. in forma boli. Vſus quinetiam eius utiliſſimus erit in remediis purgantibus & clyſteribus ad dolores nephriticos uſurpandis.

Electuarium hyſtericum Querc.

℞. *Succorum optime depurat. mercurialis*
Betæ
Fumar. an. ℔ j. ß.
Succor. Identidem depuratorum
Artemiſiæ
Matricariæ
Ebuli
Centaurii min. an. ℔ ß.
Folic. Sennæ unc. iiij.
Sem. Fœniculi
Pæoniæ
Aniſi an. unc. j.
Althææ unc. ß.
Flor. Violar.
Chamomil.
Sambuci
Hyperici an. p. ij.

Fiat decoctio expreſſio & colatura, cui adde

Pulpæ prunorum
Pulpæ caſſiæ an. unc. vj.
Mannæ
Sacchari an. unc. viij.

Lente coquendo reducantur omnia in elect. addendo ſub finem pulveris ſubtiliſimi folicul. ſennæ unc. i. ß.

Fœcula bryoniæ unc. j.
Sem. Aniſi

Fœniculi

Fœniculi dulcis
Cinnamomi an. unc. ß.
Miſce, fiat electuarium: doſis unc. ß.

Hoc electuarium eſt efficax ad ſuffocationẽ matricis, epilepſiam, vertiginem, melancholiam, hypochondriacam, cardialgiam & diverſos alios affectus, qui ab his dependent: de quo pro ſpecifica horum malorum purgatione per os exhiberi poteſt unc. ſs. in forma boli, uſque ad ʒ. vj. in clyſteribus.

Ad horum duorum electuariorum normam & formam alia plura conficere poteris: vel cum decoctionibus, vel cum ſuccis depuratis, qui affectibus quos edomare velis, conveniant. Vnde alia plura electuaria mollia purgantia hic deſcribere nunc ſuper ſedebimus.

De Decoctis. Q.

Fateor equidem celebrem decoctorũ uſum longo iam tempore in communi pharmacia extitiſſe, quem nec ipſi improbamus, ſicut falſo de nobis garriunt quidam Cenſores. Sunt tamen potiſſimum duo, quæ in iisdem deſideramus, ob quæ noſtræ reformationi haud immerito ipſa ſubiiciẽda putavimus. Quod utique æquus lector ipſemet ſecum pauliſper conſideret, noſtroque conatui haut gravate favere dignetur.

Primum eſt, quod in horum decoctorum compoſitionem ex communi more recipiantur ingredientia adhuc viridia & ſuperflua humiditate ſcatentia: ex quibus eſſentiam & virtutem elicere conantur, decoctionibus cum aqua ſola fontana, vel fluviali factis. Ac licet decocta huiusmodi per manicam tranſcolentur & cum ovi albumine clarificentur, prout moris eſt, compertum tamen eſt, ipſa paucorum dierum ſpatio ſitum contrahere & corrumpi. Qua ratione igitur poteſt id, quod per ſeipſum facile corrumpitur, à corruptione vindicare corpora noſtra, in quem tamen finem pleraque fere decocta ægrotis præſcribuntur ac offeruntur? Vt igitur ieiunis his & imperfectis operandi viis conſulamus, neceſſe erit, ut ſimul ac clarificatio fuerit facta, adhuc aliæ duæ ipſam conſequantur operationes, digeſtio ſcilicet, & fermentatio quarum ope & vi paucis poſt horis ſeparari percipies materiam quandam craſſam ac terream in eo, quod puriſſimum & clariſſimũ credebatur, adhuc deliteſcentem, quę huius correptionis unica cauſa exiſtit, quemadmodum de his fuſius dicetur *in c. de Syrupis*, ubi modum ex variis herbis, fructib⁹ & floribus exprimendi ſuccos docebimus: ex quibus digeſtis, fermentatis, & perfecte depuratis, ſyrupi in longiſſimum tempus citra *ſacchari melliive* additionem reſervandi concinnabuntur.

Alterum, quod notatione & reformatione noſtra imprimis etiam opus habet, eſt, quodſæpenumero eiuſmodi decocta fiant ex lignis, corticibus, radicibus, herbis, ſeminibus & florib⁹, omnibus ſiccis, ac omni humiditate excrementitia ſpoliatis, quæ cum aqua in vaſe aperto decoquũtur, adeo ut hoc modo partes illorum acidæ & mercuriales, ut ſulphureæ ſive oleoſæ, in quibus præcipua illorum virtus & proprietas deliteſcit, deficiant: indeque eiuſmodi decocta utplurimum omnino nullius aut exiguæ ſaltem efficaciæ comperiantur.

Huius dicti veritas ſtabilitur etiam per ea, quę modo ſub finem de aquis dixim⁹, ubi modum propoſuimus, quo ex omnibus aromatis, ex ſeminibus, herbis & floribus ſiccis, calidis & fragrantibus, aquæ & olea elici poſſint, quæ integras & totas fere ſuorum ſimplicium facultates retineant, quod equidem ſoli deſtillationi cum vaſe optime clauſo acceptum ferendum eſt. Nunquam enim id præſtabit ea decoctio, quæ fit cum vaſe aperto, cuius rei ut periculum facias, accipe unicam tantum libram *Sem. aniſi*, addendo quinque aut ſex libras aquæ. Si ex eo, more chymico, oleum vaſe clauſo deſtilles, hæc aqua ſeparato oleo, aniſi odorem, cęterasque eius qualitates, quibus imprægnata eſt, longe perfectius æmulabitur & reſervabit, quam decem, vel etiam plures libri *aniſi*, cum ea quæ quãtitate cocti, qua vulgo decoctiones cum vaſe aperto parari ſolent, ubi ſpiritus *aniſi* pereunt & prorſus evaporant. Idem de cæteris omnibus aromaticis, fragrantibus & calidis, quod de *aniſo*, ſentiendum eſt, imprimisque notandum, in decoctis hydroticis & ſudorificis paratis ex *guaiaco*, & aliis rebus ſudorifica proprietate pollentibus, id neceſſario obſervandum eſſe.

At dices, hunc morem ita ſtudioſe admodum obſervari, ut eiusmodi decocta in duplici vaſe præparantur. Sed ratio hæc nullius prorſus momenti eſſe poteſt, ſiquidem partes illæ acidæ & oleaginoſæ, quibus plurimum abundat *guaiacum*, nihilominus eo modo diſſipantur, & in auras evolant. Spiritus enim ſunt ſubtiliſſimi, in quibus tamen omnis virtus ſudorifica & balſamica conſiſtit. Quibus incommodis ut ſubveniamus, decoctio illa fieri debet in vitro circulatorio vel Pelecano, ubi nihil omnino expirare poteſt; ſi deſideretur Pelican⁹, in cornuta vel retorta, vel in vaſe æneo, ſtanno interius obducto, cuius refrigerium ſuum aptum ſit, & in longum tempus uſui tuo inſervire poſſit. Vtut ſit, opera danda eſt, ut vas tuum ſive vitreum ſit, ſive cupreum, aut ſtanneum, acuratiſſime claudatur, ita ut nihil prorſus evaporet, & de liquore tuo vel nihil, vel minima tantum portiuncula imminuatur aut pereat. Vnde libræ uni *guaiaci* libræ tantum tres aquæ addantur, & ita ſatis diluta erit decoctio, nihil enim de ea aut parum exhalat, & in fumum conſumitur.

Coctio hæc multo accuratius perfici poteſt balneo vaporoſo, quam quovis alio caloris genere. Si uſus fueris cornuta vel alembico, ea, quę deſtillaveris, fæcibus ſuis rurſus addenda erunt, & dein totum decoctum per manicam traiiciendum, ut clarificetur. Pro doſi exhibebis tres vel quatuor uncias, & excellentes effectus in ſudore provocando videbis. Exempli loco hic proponimus decoctum *Guaiaci*, ad cuius imitationem parari poterunt quævis alia ex reb. calidis & aromaticis. Neque hic tempus ſpectandum eſt, cuius reſpectu quidem vulgaria illa citius parantur: ſed hæc diuturnitatem temporis infinitis commodis inde emergentibus reſarciunt: interim tamen vel admittere vel repudiare horum uſum liberum cuivis eſto. Temporis ratio nunc poſtulare videtur, ut ea proponamus decocta, quibus Pharmacopœam noſtram ornandam ac ditandam conſtituimus.

Lenitiva

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 513 sur 955

Decocta
- Lenitiva, aperitiva refrigerant.
- Lenitiva, aperitiva calefacient.
- Carminativa.
- Diuretica.

Decocta præparatia.
- Bilem.
- Pituitam.
- Melancholiam sive atrabilarium succum.

Decocta purgantia vel
- Bilem, pituitam, melancholiam seorsim.
- Omnes humores simul.

Decocta
- Hydrotica varii generis.
- Vulneraria
- Varia ad diversos corporis humani affectus, multisque & certis experimentis comprobata.

Decocto lenitina aperitiva refrigerans. Q.

℥. Rad. Taraxaci,
Graminis,
Acetosæ,
Oxylapathi an. ℥ j.
Passul.
Liquiritiæ an. ℥ vj.
Cichorii,
Endiviæ,
Scariolæ,
Agrimoniæ,
Portulacæ,
Acetosæ,
Lactucæ,
Fumariæ;
Capill. Vener. ana m. j.
Sem. Quatuor frig. majorum
Altheæ ana ℥ ß.
Prunorum Damasc. num. x.
Iuiubarum paria vj.
Flor. Violarum,
Bugloss æ
Rosarum rubr. ana p. j
Fiat decoctum, aromatizetur, si ita placuerit, pauco Cinnamomo, & edulcoretur saccharo; vel addatur syrupus violaceus, vel acetosus, limonum, & similes.

Decoctio lenitiva aperitiva calefaciens.

℥. Cort. Fraxini
Tamarisc. an. ℥ ß.
Rad. Fœniculi
Petroselini
Polypodii an. ℥ j.
Prunorum Damascen.
Iuiubarum ana paria vj.
Passul.
Liquiritiæ ana ℥ ß.
Herb. Lupul.
Agrimoniæ,
Betonicæ,
Primulæ veris,
Fumariæ,
Ceterach
Polytrichi,
Absynthii
Petroselini an. m. j.
Asari ℥ ij.
Sem. Carduibenedicti
Citrii &
Corticis eiusdem an. ℥ ij.
Sem. Malvæ
Altheæ
Citoniorum an. ℥ ij. ß.
Flor. Genistæ
Bugloss æ
Borraginis an. p. j.
Fiat decoctio, coletur, clarificetur, aromatizetur & dulcoretur, ut supra saccharo, vel adde syrupi de duabus vel quinque rad. & capill. Veneris q. sufficit.

Decoctio carminativa seu flatus discutiens. Q.

℥. Rad. Fœniculi ℥ j.
Fol. Thymi
Pulegii
Serpilli ana M. j.
Passul. Corinthiac. ℥ j.
Sem. Fœniculi dulc.
Anisi
Dauci
Cumini ana ℥ ij.
Cinnamomi ℥ ß.
Flor. Anthos
Camomillæ veræ ana p. 2.
Decoquantur in hydromelite malvatico. Dosis ℥ ij. vel tres.

Decoctio diuretica.

℥. Rad. Vincetoxici
Rubiæ tinctorum
Valerianæ
Pimpinellæ an. ℥ j.
Liquiritiæ ℥ ß.
Fol. Betonicæ
Capill. omnium an. M. j.
Sem. Bardanæ
Fœniculi
Milii solis
Anisi
Cuscutæ
Baccarum Iuniperi ana ℥ ij.
Fructum Alkekenginum. x.
Flor. Genistæ p. ij.
Coquantur, aromatizentur Cinamomo, & dulcorentur melle anathosato.

Decoctum præparans bilem nimia aduſtione incrassatam, & soluens obstructionem in visceribus quod in plerisque febribus, etiam ardentibus contingere solet.

℥. Rad. Taraxaci
Graminis
Petroselini
Acetosæ
Eryngiorum.
In aceto maceratarum ana ℥ j.
Passul. Corynthiac. ℥ vj.
Liquiritiæ ℥ ß.
Fol. Cichorii cum toto
Scariolæ
Agrimoniæ
Cuscutæ

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 514 sur 955

Fumariæ
Lupulorum
Hepaticæ
Polytrichi
Adianthi ana M.j.
Sem. 4. Frig. maior.
& Minorum
Sem. Citrii & Cortic. eiusdem ana ℥ iij.
Flor. Genistæ.
Violarum
Borraginis.
Buglossæ ana p.j.

Coquantur in sero lactis. Huic decocto adde, si velis,

Oxymelitis simplicis
Syrup. Acetos. compos.
De limonibus
De succo acetosæ q. suff.

Ad bilis autem tenuitatem emendandam decoctum parabitur, ut sequitur. Q.

℞. Rad. Acetosæ.
Cichorii
Buglossæ ana ℥ i.
Iuiubarum par. vi.
Fol. Endiviæ
Portulacæ
Lactucæ
Acetosæ ana M. i.
Sem. Cuscutæ
Cucumeris
Melonum
Lactucæ
Psillii
Citoniorum
Papav. albi ana ℥ ß.
Flor. Violarum
Nenuphar is ana p. ii.
Gummi Arabici
Tragacanthi ana ℥ ii.

Fiat decoctio, in colatura dissolui poterunt

Syrup. De Papav.
De Nenuphare
Viol.
De rosis ficcis &
Diacod. sine speciebus q. suff.

Decoctum præparans pituitam Q.

℞. Rad. Acori
Cyperi
Fœniculi
Petroselini
Apii ana ℥ i.
Polypodii
Passul ana ℥ vi.
Fol. Betonicæ
Chamedr.
Chamepit.
Thymi
Hyssopi ana M. i.
Sem. Anisi
Fœniculi
Cort. Citrii ana ℥ iii.
Flor. Primulæ veris
Anthos
Stœchados
Betonicæ ana p. i.
Zingiberis
Cinnamomi ana ℥ ii.

Coquantur in hydromelite; in colatura dissolue

Syrup. de Calamintha
De Betonica simpl. & compos.
De corticibus citrii
By Zantin. compos.
De paßio
& huiusmodi.

Decoctio ad parandum succum melancholicum crassum, tartareum & fæculentum, constare debet partim ex his, quæ incidendi & attenuandi vim obtinent, partim etiam ex iis, quæ mediocriter calefaciunt & humectant. Exempli causa:

℞. Cort. Cappar.
Tamarisc.
Fraxini an. ℥ ß.
Rad. Enulæ campanæ
Polypodii
Oxylapathi
Graminis
Asparagi
Fœniculi ana ℥ i.
Herb. Buglossæ utriusque
Fumariæ
Lupul.
Agrimoniæ
Melissæ
Thymi
Epithymi
Herb. Capill. omnium ana M. i.
Sem. Cardui benedicti
Cuscutæ ana Vnc. ß.
Flor. Genistæ
Tamarisci
Violarum
Borragin.
Buglossæ ana p. i.

Coquantur in sero lactis, addendo sub finem coctionis

Succor. Depurat. pomorum redolentium.
Fumariæ
Buglossæ ana Vnc. iii.

Dein colentur & aromatizentur *Cinnamomo*: his adde

Syrup. Fumariæ
Scolopendriæ
Sabor.
Buglossæ q. suff.

Ad atram bilem præparandam, quæ ex Galen. sententia toto genere à succo melancholico differt, decocta constabunt, partim ex his, quæ bilem retundam & adustam refrigerant & humectant: partim ex his, quæ ejus crassitiem incidunt, de quibus jam *supra* egimus: fiunt autem decocta *in succis depuratis fumariæ, lupul. buglossæ, pomorum redolentium*, & id genus aliis, in quibus *syrupi de epithymo de byssatiis* addi poterunt.

Hæc rursus prædicta omnia decocta tum bilem, tum pituitam & melancholiam præparantia, Cephalica. Thoracica, Stomachica, Hepatica, Splenitica, Nephritica & Hysterica concinnari poterunt, sicut simplicia, quæ his partibus conveniunt, addidero. Quæ simul & semel purgantia efficies, si decocta ad bilem præparandam aptis, cholagoga, qualia sunt

tamarin-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 515 sur 955

thamarindi. rhabarbarum inter ſimplicia, & inter compoſita *Diaprunum ſolutivum*, *Elect. Roſ. Meſ. & Elect. de pſillio* infundantur & miſceantur.

Phlegmagoga vero reddes, *ſi cnicum*, & *agaricum*, & inter compoſita *Diaphœnicum*, *Diaturbith*, *elect. Indum majus*, *minus*, decoctis, quæ pituitam præparare apta nata ſunt, addideris.

Ut melanagoga efficiantur, *ſenam*, *epithymum* & inter compoſita *confect. Hamech*, *Diaſennam*, *Syrupos helleboratos*, iis decoctis, quæ ad utriuſque melancholiæ præparationem convenire ſcripſimus, addere poteris: quorum remediorum ſigillatim formulas deſcribere eſſet ſupervacaneum.

Addam ſaltem unicam decocti formulam, qua ſimul & ſemel ſenſimque, tum præparati, tum deturbatinoxii omnes humores poterunt, idque per epicraſin, ut dicunt.

℞. *Polypodii querni*
Sem. Carthami contuſi ana ʒ x.
Paſſularum
Liquiritiæ ana ʒ vj.
Cort. Fraxini
Tamariſci an. ʒ ß.
Prunorum Damaſc. paria x.
Fol. Fumariæ
Meliſſæ
Eupatorii Meſ.
Lupul.
Agrimoniæ
Chamæd.
Chamæpit.
Et capill. omnium anam. j.
Flor. Centaurii minoris.
ſt. Hyperici
Geniſtæ
Tamariſci an p. j. ß.
Trium cordialium
Nymphææ ana p. j.
Agaric. rec. troch. cum ſuo modulo.
Hermodactylorum
Fibrarum rad. ellebori nigri an. ʒ ß.

Coquantur in æquis partibus ſeri lactis, & aquæ pomorum redolentium vel fumariæ, in colatura clarificata, infunde, ac tandem parum decoque.

Foliculorum ſenæ ʒ j. ß.
Rhabarb. electi ʒ iiij.
Cinnamomi
Caryophyllorum ana ʒ j.
Epithymi. p. j.

Facta tandem expreſſione, & colatura reducta ad ℥ xvj. diſſolue.

Syrup. violati ex novem infuſionibus
Oxymelitis maioris Iuliani ana ʒ ij.

Fiat apozema in 4. doſes, pro 4. matutinis conſequentibus, vel alternis, ſecundum operationem & vires.

Hæc decocta purgant omnes humores vitioſos, & eos etiam, qui ob tenacitatem & contumaciam ſuam minus expelli, primoque inſultu vix moveri aut extirpari poſſunt. Reiterandus eſt illorum uſus bis ad minimum, aut etiam amplius, prout mali radices validius profundiuſque inhærent. Hæc purgandi ratio maſſam ſanguinis mundificat: omnes corruptos & putridos humores, vermium authores è corpore auferit: prodeſt omnibus affectionibus melancholicis, vertiginibus, epilepſiis, paralyſibus. Confert etiam cachexiis, febribus quartanis, & ſimilibus affectibus, qui ob contumaciam ſuam eccoproticis vix cedunt.

CAUTIO.

Omnia decocta, quæ ad mucilaginoſam & craſſiorem ſubſtantiam jam redacta, & virtutibus ſimpliciũ, quæ in illis coquebantur, imprægnata ſunt, in poſterum minus idonea ſunt ad eſſentiam & vim purgatoriam ex ſimplicibus elicienda. Præſtat igitur ejuſmodi purgantia ſimplicia infundere & decoquere cũ aquis deſtillatis cichorii, bugloſſæ, acetoſæ, pomorũ redolentium, fumiterræ & ſimilium, quæ indicationũ ſcopo inſerviunt, ubi correctiva illorum, nec non ſyrupi affectibus debellandis apti ſimul addi poterunt, & ſic evadent multo utiliora, & tam viſu, quam guſtu jucundiora decocta.

Ad finem harum decoctionum purgantium unam hic inſerere placet, qualem plerumque præſcribere ſolio delicatis, & qui natura ſua à remediis tam turbidis & nauſeabundis adeo abhorrent, ut quibus pati malint, quam de iis vel minimam guttulam deguſtare.

Accipio foliculorum ſenæ opt. mundator. ʒ vj. hæc patinæ argenteæ aut alii vaſi apto impoſita, in aqua pomorum redolentium aut fragorum, quæ duæ omniũ ſunt ſuaviſſimæ, macero: aquæ quantitas non major ſit, quam una doſis requirit, ut melius purgatoria ſenę proprietate imprægnetur: aciditatem ipſi cum ſucco limonum inducere ſoleo. Verus chymiſta, qui mirandas acetorum ſuorum montanorum vires expertus eſt, ad reddendum aquam acidulam, acetoſos ſuos liquores admiſcendos haud extimeſceret. Correctivi loco addi poteſt, ſi ita videbitur, paululum *Cinnamomi*, omnia macerentur per 24. horas ad minimũ: dein leviter bulliant, & fortiter exprimantur: in qua expreſſione adde *Succi pomorum redolentium recens extracti ʒ j. ß. ſacchari candi pulverizati ʒ ß.* quod præſtat ad majorem clarificationem (alias à *ſacchari* additione ſuperſederem: ſuccus enim pomorum decoctus ejus vicem ſubminiſtrabit) cum ovi albumine exquiſite agitata omnia admoveantur igni, clarificentur juxta artem, potio ſic erit clariſſima, boni odoris, ac ne tantillum quidem faſtidii concitabit, aluumque præterea blande & utiliter deiiciet. *Syrupus roſ. pallidarum*, aliique ſimiles, enarratis potionibus admixti, ingratum ipſis ſaporem inducunt. Sed pro iis, qui palatum habent non adeo delicatum, addi poſſunt. Si opus ſit, *rhabarbarum*, nec non alia laxativa his addes, poteſtq; major quantitas, ſi res expoſtulat, præparari. Addo autem pro una doſi ſenæ drachmas ſex, eo, quod clarificatio quartam ad minimum partem virtutis medicamenti auferat. Sequamur nunc ordinem noſtrum, & ad decocta hydrotica accedamus.

Decocta hydrotica.

Decoctiones hydroticæ plerumque parantur ad curationem diverſorum affectuum, quorum quilibet opus habet ſudativis ſpecificis & peculiaribus remediis, quemadmodum id ex variis formulis ordine hic in Pharmacopœa noſtra condecorationem deſcribendis liquido patebit.

Eiuſmodi remedia proprie locum habent in luis venereæ curatione, quam communi & uſitato nomine Diætam appellitant. Totũ enim id temporis ſpatium, quo ejuſmodi decocta ægris offeruntur, ſtricta valde & ſevera victus ratio imperatur, quamvis provocatio ſudoris ſit peculiare & proprium remedium, ad edomandos huiuſmodi affectus, quorum vene-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 516 sur 955

num in abſcondito inhærens, & per ipſas venas transfuſum primario adoritur hepar facultatemque naturalem non ſecus, ac ſerpens ictu ſuo venenato primum occupat cor: Canis rabidus functionem animalem, lepus marinus pulmones. Quemadmodum igitur videmus, in febribus continuis adeo providam eſſe naturam, ut ad expellendas impuritates in venoſo genere inhærentes, ut plurimum tanquam criſibus ſalutaribus utatur evacuatione per ſudorem, vel per urinam: ſic etiam huius veneni malignitas per eundem ſudorem extruditur. Hinc natum eſt illud, quod vulgo dicunt: *Sudare puſtulas venereas.* Verum quidem eſt, ejuſmodi morbos ſæpenumero per urinæ profluvium finiri, ſiquidem ſudor & urina ex eadem profluunt materia, *omniaque ſudorifica, citra omnem dubitationis anſam ſimul diuretica exiſtunt.* Sed de his abunde ſatis egimus in conſilio noſtro de lue venerea, ita ut non neceſſe ſit, hic plura addere. Recta nunc accedamus ad deſcriptiones noſtrorum hydroicorum, quæ iiſdem affectibus, quibus Guaiacum & lignum Indicum conducunt, quorum quatuor formulas præ cæteris uſitatiſſimas huc proferemus.

I.

HYDROTICUM.

℞ *Raſuræ ligni Guaiaci* ℥ x.
Corticis eiuſdem ℥ iiij.

Macerentur horis 24. in aquæ fontanæ tepidæ lib. viij. dein coquantur in vaſe circulatorio, in quo nihil expirare poſſit, ad ignem Balnei vaporoſi luculentiſſimum per 24. horas: dein percolentur, decolatura, quæ erit valde limpida, atque ſuo ſulphure balſamico & aciditate vitriolata imprægnata, ſufficiet exhibere mane ℥ iij. æger ſumpto decocto ſuperdormiet, ſi poſſit: tectus plus ſolito ſudet, abſtergatur, caveat à frigore & vento, prandeat nona, cœnet vero ſexta.

℞. Magma præſcriptæ decoctionis, cui affunde aquæ fontanæ tepidæ lib. xii. & poſt infuſionem octo horarum circulentur, ut *ſupra*, horis octo, dein colentur. Quidam decoctioni huic adiiciunt *liquiritiæ & paſſularum Corinthiacarum* ad libitum, & tandem aromatizentur pauco *cinamomo* ſuavioris guſtus gratia, quæ dulcorandi ratio nobis magis probatur, quam ea, quæ fit cum *melle vel ſaccharo.* Hæc decoctionum parandarum methodus, tam ad ſudorem provocandum, quam ad potum quotidianum in paſtu, omnium eſt ſimpliciſſima, ac ipſi lui venereæ, meo quidem judicio, utiliſſima, additis nimirum correctivis iis, de quibus paulo poſt dicturi ſumus, & hic eſt primus modus, ſequitur nunc ſecundus.

II.

℞. *Scobis ligni Guaiaci* ℥ vj.
Corticis ejuſdem ℥ iiij.
Salſæ parillæ
Rad. Petaſitis ana ℥ ij.
Raſ. Ligni rhodii
Raſ. Eboris ana ℥ vj.
Sem. Cardui benedicti ℥ j.

Macerentur ut *ſupra* per 24. horas, atque coquantur in eodem vaſe & igne, addita eademmet aquæ quantitate, deinde addendo ſub finem coctionis.

Karabes conquaſſata ℥ ß.
Summitatum Fumariæ
Lupul.
Flor. Bugloſſ.
Stœchados
Anthos ana p. i.
Cinnabris in nodulo lineo ligati ℥ j.

De hoc decocto tranſcolato per manicam Hippocr. capiat æger ℥ iiij. mane, idque ad pluſculos dies.

III.

℞. *Raſuræ corticis ligni ſancti* ℥ vj.
Saſſafras ℥ ij.
Rad. Chinæ in tenues orbiculos ſectæ ℥ j.
Herb. ſiccarum Vlmariæ
Card. bened. ana m j.
Foliculorum ſenæ ℥ iij.
Hermodactylorum
Turbith ana ℥ j. ß.
Nucis moſchatæ
Cinnamomi ana ℥ ß.
Epithymi p. ß.
Aquæ Melliſſæ
Fumariæ ana lib. j.
Vini albi optimi lib. iiij.

Macerentur ad ignem Baln. Mar. tepidum, vaſe optime clauſo, per tres quatuorve dies, dein fiat expreſſio, & colatura dulcoretur, ſi velis, *ſaccharo*: doſis Vnc. iiij. hoc decocto utendum mane per 20. aut 25. dies.

NOTA DE USU.

Ex horum trium decoctorum uſu procurari tandem poteſt lues venerea quantumvis etiam inveterata. At verum eſt, uſum eorum quandoq; pro mali cõtumacia & malignitate, in longius tempus continuãdum eſſe. Quod cum ita ſit, omnino hinc improbandam eſſe exiſtimo diæticulam illam decem tantum vel duodecim dierum, quæ plus noxæ, quam commodi inducit: ſiquidem tum interrumpitur, cum humores ad motum & fluxum præparati, nondum tamen, prout res poſtulat, evacuati ſint. Temporis igitur ratio hic perquam accurate habenda eſt, id, quod ex ſolertis Medici arbitrio dependet, qui eam quoque ex dictis tribus decoctionibus eligere poterit, quæ videbitur maxime convenire, tum naturæ & ſpeciei morbi, tum ipſius ægri temperamento.

Nam in corpore craſſo, obeſo & pituitoſo, locus erit decoctioni primæ, eoque magis, quod quidam *guaiaco* & imprimis ejuſdem cortici, nimiam calefaciendi vim tribuant. Hæc igitur ſunt vera illa & præcipua remedia hydrotica, venereæ lui congrua & utilia, naturæ balſamicæ participantia, quæ vel bilioſis etiam emaciatis in toto morbi decurſu tutiſſime exhibebuntur: mallem tamen hic, aquæ communis loco ad decoctionem ſuadere aquas cichorii bugloſſi, pomorum curtipendulorum, fragariæ & fumiterræ. Denique ſciendum eſt, *hydroticorum uſum non admittendum eſſe, priuſquam corpus idoneis præparantibus & purgantibus vacuatum ſit, imo nec ipſa ſanguinis miſſio intermittenda, ſi opus fuerit.*

Æger intra hoc tempus, quo ſumit hanc decoctionem (ſumat autem continenter ad minimum per integrum menſem) abſtineat ab eſu fructuum & acetariorum: contentus uno tantum cibo, eoque aſſo potius, quam elixo: comedat panem biſcoctum: & in menſis ſecũdis uvas Damaſcenas vel Corinthiacas: Alvus ſuppreſſa ſolvatur tertio quoq; die clyſmatis emollientibus, & in quemlibet ſextum diem vacuetur purgante quodã ſpecifico, & omittatur eo die decoctũ ſudativũ. In potũ utatur decoctione ſecundæ deſcriptionis, vel decoctione ſolius ſalſæ parillæ vel chinæ,

chinæ, quæ probe diluta, guſtuiq; gratior reddita fuerit. Hęc de hoc hydrotico ejuſq; utendi modo hic notanda fuerunt, ſed & in fine reiteranda erit purgatio, & ſanguinis miſſio : ſic quoque corporis habitus, nimis exſiccatus & excalefactus, prout ſitis & calor in ægro id facile indicant, balneo quodam idoneo humectandus erit.

Vt primi decocti vis multo efficacior reddatur, fæces, quæ poſt primam & ſecundam decoctionem remanſerunt, in cineres redigantur, & ſal inde juxta artem extrahatur, decoctionique ſudoriferæ admiſceatur, cuius virtus ſic auctior reddetur ad ſudoris provocationem: At ventrem ſemel vel bis blande commovebis, ubi in ſingula decoctionis ſudorificæ doſi, quæ conſtat ex quatuor unciis uti *ſupra* dictum, addideris & diſſolueris gummi ſive extracti proprii guaiaci ʒ ß. Præparationem illius gummi alibi docebimus.

Secunda decoctio excellens eſt, etiam in dolorifica & nodoſa lue venerea, neque hic quemquam abſterreat cinnabrium vulgare, quod additur cũ nodulo, quod tantum abeſt, ut noxium ſit, ut è contra utiliſſimum ſit, & ſpecificum huius generis affectibus, tam in eorum malignitate compeſcenda, quam in ſudore concitando. Unde licet hujus decoctionis vis validior efficiatur, ſine detrimento tamen aut ulla noxa poteſt doſis ejuſdem augeri : nodulus ille inſerviet pluribus decoctis. Ad modum utendi quod attinet, eadem hic, quæ in ſecunda decoctione, obſervanda veniunt, tum ad præparandum, tum ad evacuandum corpus in principio & fine dietæ, de qua *ſupra*.

Tertia decoctio geminam ſimul obtinet facultatem, ſudativam & purgativam, quæ partim cum vino, partim cum aquis appropriatis paratur. Ea potius maceratio & expreſſio dicenda eſt, quam decoctio. Macerationem præ aliis maxime idoneam judicamus ad rerum virtutes extrahendas, ſi forte ex vaſis circulatorii defectu, vel etiam ex ignorantiæ vitio circulatio ipſa in actum deduci nequeat. *Eſt autem circulatio omnium operationum optima ad rerum proprietates aucupandas educendaſque*, uti jam dictum. Vinum additur, eo quod præditum ſit majori agendi & penetrandi in ipſas venas poteſtate, quam quælibet alia aqua.

Geminæ igitur vacuationes ſimul & ſemel eodem remedio perficiuntur, quod quibuſdam inauditum & abſurdum videbitur, quemadmodum egomet ipſe eodem errore circumductus, quòdam opinabar, antequam in contrariam ſententiam ipſa me perduxiſſet experientia, rerum optima magiſtra, & quamplurimos affectus deſperatos, ut Neapolitanum morbum inveteratum, paralyſim, cachexiam & ſimiles, hoc ſolo medicamento perfecte curatos fuiſſe vidiſſem. In conſilio noſtro de lue venerea, alia à nobis multo adhuc præſtantiora & tutiora remedia, tum hydrotica, tum purgantia deſcribuntur, quæ ex mineralium ordine mutuati ſumus, quò lectorem ablegamus, necnon in Spagyricam noſtram pharmacopœam, ubi Deo vitam nobis ad pauculos adhuc dies concedente, uberius de iiſdem remediis agemus. Poſſem hic, ſi res poſtularet, infinitos adducere, qui omnes adhuc ſuperſtites, tam admirandos horum remediorum effectus, in ſeſe ipſis experti ſunt : inter quos alii ad corpus purgandum, pilulis meis polychreſtis mercurialibus uſi ſunt : alii ad ſudorem provocandum mercurio meo vitæ per ſolum ſpiritum nitri correcto, coagulato & fixato, è cujus ſex tantummodo granis cum conſerva quadam permixtis, pilula unica ad piſi magnitudinem efformatur, quæ cum juſculo quodam vel quovis liquore exhibita, citra omnem operandi vehementiam & incommoditatem, facilius, promptius, & multo etiam utilius cunctis cæteris hydroticis noſtris, ſudorem elicit.

Sunt, qui ad eandem luem veneream decoctionem conficiunt cum ſola *Salſa parilla*, cuius accipiunt ʒ iiij. ad aquæ lib. x. & omnia concoquunt ad duas tertias, quam decocti guaiaci loco offerunt, addendo interdum *radicis chinæ*, apios dictæ ʒj. æſtimantes ejuſmodi decocta minus calefaciendi modum excedere, quam cætera *ſupra* dicta, quæ guaiacum excipiunt.

Alii decoctum cum ſola *chinâ* uſurpant, ac ejuſdem in talleolas ſectæ ʒij. accipiunt ad aquæ lib. 10. quæ etiam ad medietatis conſumptionem coquuntur, cui decocta etiam, ſi ita videbitur, addi poterunt ea, quæ expugnando malo ipſique ægri temperaturæ conveniunt. Huiuſmodi ergo decocta minus aliis calefacere putantur, eorumque plurimus uſus eſt in diverſis morbis, præſertim ad labefactatam hepatis facultatem inſtaurandam, & ingruentis cachexiæ vel hydropis periculum præcavendum. Non multo abhinc tempore innoteſcere quoque cœpit *ſaſſafras*, lignum aromaticum, cujus uſus ad plurimos morbos curandos invaluit. Sed inter cætera hydrotica, vel ad impuritates venereas auferendas, *guaiacum*, ut opinor, facile primas tenet.

Hic ad finem horum decoctorum, non præter decorem feciſſe videbimur, ſi huic catalogo unam adhuc famoſi cujuſdam Empirici Germani adverſus ipſammet luem veneream, annexerimus, qui magnum quotannis quæſtum ex eodem facere ſolebat in nundinis Francofortenſibus: nec dubito, quin ejus fama ad plurimos jam delata paſſim increbuerit.

Decoctum ſudorificum contra luem veneream catarrhoſam & ſimiles affectus inveteratos Henrici von Stran Empirici Germani.

℞. *Ligni ſancti vel Indici lib. iij.*
Salſæ parillæ,
Stœchados Arab. ana lib. ß.
Gratiolæ m. ß.
Carduibenedicti m iij.
Seminis ejuſdem ʒ vj.
Auriculæ muris cum rad.
Scabioſæ ana m. j.
Tormentillæ ʒ j.
Rhabarbari ʒ ij.
Polypodii ʒ j.

Hæc omnia contuſa infundantur per ſex dies in aquæ fontanæ lib. 30. aut 40. dein omnia bulliant in vaſe magno, oleorum extractioni apto eoque clauſo, vel in alembico cæco, ut nihil reſpirare poſſit per 5. vel 6. horas. Adde huic decoctioni truſtulorum ferri & chalybis ana lib. ij. Quibus peractis, denuo in vini menſ. iiij. ſeorſim macera.

Corticis ejuſdem ligni Guaiaci lib. ß.
Hermodactylorum
Turbith
Granorum paradiſi ana ʒ iiij.

Omnibus contuſis, in olla terrea vitreata operculo ſuo clauſa per horam integram coquantur. Confundantur poſtea hæ duæ decoctiones, & denuo

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 518 sur 955

bulliant per aliquod tempus, dein omnia ſimul per manicam traii. iantur. Empiricus ille hanc decoctionem in doliolis incluſam reſervabat in cella vinaria, eamque divendebat ad morbum Neapolitanum inveteratum, & ſimiles affectus curatu difficiles. Tenebat autem hunc utendi modum.

Mane is propinabat decocti vitrum unum, in quo tamen denuo prius incoqui curabat ſcabioſæ, auriculæ muris cum toto ana m. j. Dein hæc omnia colata ægris offerebat, & ſudorem per horas duas ſpectare jubebat. Reſiduam potionis partem in doliolis reſervatam loco quotidiani potus ipſi exhibebat, tam in paſtu, quam ante & poſt paſtum. In cæteris præterea duram admodum vivendi rationem imperabat, panem nempe bis coctum & paſſulas vel amygdalas aſſatas dabat. At ſi cum malo ulcera conjuncta erant, lavanda ea jubebat cum eadem decoctione, idque bis vel ter in die, & ſic plures fuerunt reſtituti.

Hanc decoctionem non idcirco in publicum mitto, tanquam quid rari inde exſpectandum ſit, cum econtra multa in ea deſiderentur : proportio enim duarum drachmarum *rhabarbari*, ad tantam decoctionis quantitatem, quam inepta ſit & inutilis, cuivis facile conſtat, ut nihil de cæteris dicam : non enim eſt noſtri inſtituti, omnia ſigillatim hic diſcutere. Curationis autem effectum temporis longinquitati adjudicandum exiſtimo, per integrum namque menſem, uti dicunt, hoc ſuo decocto continuabat vacuationes, tam per ſudorem ac urinam, quam per ſeceſſum. Unde mali vel pervicaciſſimi radices tandem evictas & ſubactas evanuiſſe, haud mirum fuit. Hoc decoctum tanquam ſecretum aliquod ſingulare à quodam viro doctiſſimo & amico meo accepi, de cuius uſu, commodo vel incommodo, eruditiores ipſi judicabunt.

Sat dictum eſt hactenus de decoctis, ad luis venereæ curam ſpectantibus, tranſeamus nunc ad ea, quæ ſpecifica quadã facultate conducunt vertiginibus, epilepſiis & paralyſibus, quæ in numero graviſſimorum affectuum cenſentur, utpote, quæ ſummam corporis humani arcem & propugnaculum, cerebrum nempe ipſum, oppugnant.

Adverſus epilepſiam, hydroticum ſpecificum eſt viſcus quernus, ſemen pœoniæ & raſura ligni buxei, quæ inveteratis etiam vertiginibus opem ferre poteſt: componi poterit, ut ſequitur.

Hydroticum adverſus epilepſiam.

℞. *Raſuræ Ligni buxei* ℥ ij. ß.
Raſ. Ligni Iuniperi
Rad. Pœoniæ
Viſci querni ana ℥ j. ß.
Raſ. Ligni rhodii
Cornu cerui ana ℥ vj.
Raſ. Eboris &
Rad. Chinæ an. ℥ ß.
Sem. Carduibenedicti
Corticis citrii ana ℥ j.

Macerentur per 24. horas in ℔. viij. aquæ fontanæ tepidæ: dein coquantur ad unius tertiæ conſumptionem, addendo ſub finem coctionis.

Flor. Tiliæ arboris
Lilii conval. ana p. ij.

Fiat colatura per manicam Hippocratis, cuius doſis ſit ℥ v. vel vj. in potu. Hæc utique potio cuiuſvis ætatis & temperamenti hominibus epileptico hoc malo affectis commode exhiberi poteſt.

Adverſus paralyſes hydroticum uſurpandum eſt ex ligno iuniperino cum floribus calendulæ, lavendulæ, & roſmarini magna copia, addendo ſingulis hydroticis ſuos ſales in majorem utilitatem, necnon liquorum acidorum ex ſulphuris & vitrioli ſpiritibus aliquot guttulas.

Hydroticum ſpecificum ad paralyſim.

℞. *Aquar. Fumariæ*
Vlmariæ
Flor. Calendulæ an. ℔. j.
Fol. Salviæ ℔. ß.
Aciditatis ſulphuris q. ſuff.

ut fiat remedium acidulum.

De hoc remedio, cuius aciditas guſtum non afficiat triſti ſenſu, exhibe horis matutinis ℥ j. quæ ſatis erunt: ægerque tectus ſudet, & admirandos hujus ſudatorii effectus comperiet : quod etiam in uſum eorum, qui ſicco nimis & bilioſo ſunt temperamento, cum ſolis aquis *fumi terræ & calendulæ* parabis, aciditatem ipſis aquis inducendo cum dicto liquore acidulo ſulphuris, & ſic ſudativum habebis, quod non ultra modum calefaciet, ſed humores potius attenuabit & fermentabit, inſtar fermenti acidi, quod panis ſubſtantiam attenuat, rarefacit & elevat, quæ alias gravitate ſua noxia foret: eodem modo humores noſtri attenuantur, & vacuationi per ſudorem idonei redduntur. Vix invenies ſudativum, quod virtute & efficacia huic æquiparandum ſit, ad paralyſim.

Si cum dictis liquoribus acidulis, *aquis ſcabioſa & tuſſilaginis* aciditatem, ut *ſupra*, induxeris, hydroticum conficies, quod eximios atque ſtupendos exeret effectus in cura Aſthmaticorum, præmiſſis nempe vacuationibus generalibus & congruentibus.

Sudativum ſpecificum ad hydropem.

℞. *Fumariæ*
Eupatorii Meſ. an. m. j.
Rad. Aſari
Hirundinariæ ana ℥ j.
Baccarum iuniperi ℥ ij.
Raſ. eborũ ℥ vj.
Nucis moſchatæ
Santali citrini ana ℥ ß.

Macerentur per 24 horas in ſuff. quantitate aquarum *florum ebuli & geniſtæ, & vini albi*: de hoc decocto trajecto per colatorium vini aromatici æger capiat ℥ v. mane, continuando ad pluſculos dies præmiſſa ſufficienti & idonea purgatione hydragoga, cum extracto Eſulæ & ſero lactis. Hoc remedio per Dei gratiam è medio ſuſtuli omnis generis hydropiſes: imprimis autem eam hydropis ſpeciem, quam Anaſarcam dicunt.

Sudorificum ſingulare ad vehementem corporis concuſſionem ex alto quodam & gravi lapſu contractam.

℞. *Rad. Bugloſſæ*
Cardui benedicti ana ℥ ij.
Sem. Cardui benedicti ℥ ß.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 519 sur 955

Butyri recentis ℥ j. ß.
Spermatis ceti ℥ ß.
Mumiæ veræ ℥ j. ß.
Croci ℈ j.

Bulliant in ℔ j. ß. vini albi lento igne ad consumptionem tertiæ partis: de colatura exhibe ℥ iiij. vel vj. calide: æger exspectet sudorem in lecto coopertus plus solito.

Decoctio hydrotica, quæ D. Ambrosio attribuitur, adversus febres intermittentes & ipsas etiam tertianas.

℞. *Milii à superiore cortice mundati* ℔ j. *coquatur in suff. quantitate aquæ fumariæ ad crepaturam, cape huius decoctionis colaturæ* ℥ iiij. *vini albi* ℥ ij. exhibe ægrotãti calide, qui exspectabit sudorem in lecto. Hoc decoctũ provocat sudorem sine molestia, ardores febriles, sitimque extinguit.

Oxymel etiam diureticum quoddam ejusdem authoris D. Ambrosij videlicet descriptum reperitur in pharmacopœa Iobineti, in qua item D. Augustino nõnulla adiudicantur remedia hydrotica contra pestem & venena, ceu sunt variæ aquæ theriacales, diversis affectibus accommodatæ, ut ibidem singula suo loco explicantur.

Ex omnium præstantissimis sudorificis contra pestem & venena, est Bezoar matallicum fixum, & ex purgativo & vomitivo sudorificum factum: & præ cæteris Mercurius noster vitæ etiam fixus per nitri Spiritum, qui ad sex grana pro dosi exhibitus per nitri spiritum mira præstat, ut jam *supra* dictum. Ejusmodi sudativa longe præstantiora sunt, quam quæ ex vegetabilium familia educuntur, quamvis & his suo loco & tempore laudem quoque suam non detrahamus.

De decoctionibus vulnerariis.

Antiquis in magno usu erant potiones vulnerariæ, quæ licet per aliquod tempus exolescere cœpissent, postliminio tamen in statum suum revocatæ nostro adhuc seculo vigent: adeo ut nemo sit, qui negare facile ausit illorum incredibiles effectus, quos in curandis ictibus globulis bombardicis illatis, aliisque diversis ulceribus malignis & inveteratis, sive ea interna sint, sive externa, in dies potenter exerunt.

De his potionibus à nobis jam ante triginta annos suo splendori restitutis, tum in *scolopetario nostro*, tum in aliis nostris scriptis egimus: ita ut haud inconcinne nos facturos speremus, si ad locupletandam pharmacopœam nostram aliquot inde formulas huc transtulerimus.

Potio vulneraria universalis, id est, omnibus tam internis, quam externis vulneribus conducens.

℞. *Rad. Tormentillæ*
Consolidæ utriusque ana ℥ j.
Herb. Limonii utriusque
Saniculæ
Pyrolæ
Verbenæ
Alchimillæ
Persicariæ ana m. j.
Vincæpervincæ.
Herbæ Roberti ana m. ß.
Flor. Verbasci
Hyperici
Centaurii minoris ana p. ij.
Astacorum expurgatorum & exsiccatorũ nu. vj.
Mumiæ ℥ ß.

Macerentur per duos dies in vini albi & aquæ veronicæ ana ℔ ij. in vase circulatorio ad calorem baln. Mar. vaporosum: dein fiat expressio & colatura per manicam Hippocratis, aromatizata pauco cinnamomo vel coriandro in succo citoniorum præparato. Dosis cochlearia duo vel tria mane & vesperi tantundem, tribus ante cibum horis.

Pro iis, quos amaritudo minus offendit, addi potest radix aristolochiæ & enulæ campanæ, & tum potio, suavioris gustus ergo, dulcoretur saccharo, aut fiat maceratio in hydromelite vinoso. Continuanda est ad dies plusculos, & effectus referet plane mirandos.

Decoctiones sive potiones sequentes cæteris non inferiores & multis abhinc annis, uti jam dictum, à nobis in operibus nostris descriptis, hic quoque inserendas statuimus.

℞. *Oculorum cancri* ℥ ß.
Mumiæ ℥ ij.
Boli armeni veri ℥ j. ß.
Herb. Agrimoniæ
Ophiogloßi
Veronicæ
Cyclaminis ana m. j.
Spermatis ceti ℥ j.

Macerentur in vino albo per duos tresve dies: dein fiat expressio & colaturæ clarificatio, de qua capiat cochlearia duo vel tria, mane & vesperi, si opus fuerit.

Alia potio vulneraria.

℞. *Zedoariæ*
Galangæ ana ℥ iij.
Herb. Virgæ aureæ
Pyrolæ ana m. j.
Cochlearum Astacorum conquassatorum num. iij.

Coquantur in vino & aqua: utatur, ut *supra*.

Potio venenatis vulneribus sclopetariis conveniens.

℞. *Rad. Angelicæ*
Galangæ
Zedoariæ ana ℥ ß.
Flor. Vincæpervincæ
Liliiconvall. ana p. j.
Mumiæ
Boli armeni veri ana ℥ j. ß.
Spermatis ceti ℥ ij.

Digerantur & circulentur in baln. Mar. per quatuor dies in suff. quantitate vini albi & aquæ ulmariæ: dosis & utendi modus, ut dictum est.

Potio vulneraria in fracto osse abictu sclopetario.

℞. *Aristolochiæ*
Cyclaminis
Serpentariæ maioris
Consolidæ utriusque
Geranii ana m. j.
Saniculæ m. ß.
Macis
Zedoariæ
Oculorum cancri ana ℥ ß.
Mumiæ
Galangæ minoris ana ℥ j. ß.

Conquassatæ & minutim concisæ herbæ, &

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 520 sur 955

reliqua in pulverem craſſiuſculum redacta, circulentur in duplici vaſe horis quatuor cum menſura una vini: æger utatur mane & veſperi.

Potio vulneraria cephalica.

℞. *Acori vulgaris* ℥ ß.
Herb. Limonii ſylveſtris
Meliſſæ
Vincæ peruincæ
Perſicariæ
Chelidoniæ
Pyrolæ
Veronicæ
Verbenæ an. M. j.
Flor. Verbaſci
Lilii convall.
Betoniæ p. j.

Macerentur ut *ſupra*, & ad uſum ſerventur.

Potio ſanguinem ex vulneribus erumpentem prohibens.

℞. *Cinerum teſtarum Aſtacorum & Ranarum ana* ℥ ß.
Corallirubri
Spodii ana ℥ *iij.*
Mumiæ ℥ *ij.*

Macerentur in ℔. j. aquæ ſpermatis ranarum ad calorem Baln. Mar. per 24. horas: dein fiat expreſſio & colatura, de qua exhibe cochlearia duo: cum eodemmet decocto foveatur extrinſecus vulnus ſanguinolentum.

Potio ad renum & veſicæ ulcera.

℞. *Rad. Conſolidæ maioris*
Sigill. Salomonis ana ℥ *j.*
Fol. Polygoni
Alchimillæ
Plantaginis ana m. j.
Croci Martis optime præparati ℥ *j.*

Macerentur in æquis partibus hydromelitis ſimplicis & tincturæ roſarum præparatæ, ut docebitur alibi: bibat æger huius decocti cochlearia duo vel tria, mane & veſperi.

Ad Gonorrhœam virulentam ſeu fœtidam.

℞. *Herb. vermicularis m. j.*
Sem. Cytoniorum
Rutæ
Agni caſti
Plantag. an. ℥ *j.*
Rad. Tormentillæ ℥ ß.
Flor. Roſ. rubr. p. ij.
Verbaſci p. j.
Succi Limoniorum ℥ *vj.*
Aquæ Flor. malvæ arboreſcentis ℔. *j.* ß.

Macerentur per tres quatuorve dies ad calorem baln. Mar. lentum, dein tranſcolentur: doſis cochlearia duo vel tria mane & veſperi, continuando ad pluſculos dies.

In ejuſmodi remediorum uſu, & præſertim in hoc ultimo contra gonorrhœam virulentam, non omittendæ ſunt vacuationes congruentes & neceſſariæ, quibus præmiſſis, ægro poſtea illa per aliquot dies exhibe, & mira videbis, vel in graviſſima etiam & inveteratiſſima gonorrhœa.

Decocta varia diverſis affectibus tam internis, quam externis aptiſſima, certaque experientia comprobata.

Decoctum purgans ad quartanam expertum.

℞. *Foliculorum ſenæ*
Epithymi ana ℥ *ij.*
Myrobalanorum citrinorum ℥ ß.
Flor. Bugloſſæ
Centaurii minoris
Hyperici ana p. j.

Fiat omnium decoctio in ſufficienti quantitate ſeri lactis, in cuius colatura macera per 12. horas
Rhabarb. electi ℥ ß.
Rad. Eſulæ præparatæ ℥ *j.*
Cinnamomi ℥ ß.

Dein exprimantur, addendo ſyrupi de pomis tedolentibus compoſ. ℥ iij. fiat apozema in tres doſes: prima doſis detur per unam horam ante acceſſionem, aliæ duæ ſequentibus aliis duabus.

Ad menſes provocandos experimentum mirabile.

℞. *Milii ſolis*
Aniſi
Viſci querni ana ℥ *iij.*
Dictamni ℥ *j.*
Croci ℈ *j.*

Contundenda contundantur & macerentur per 24. horas in vino albo generoſo: dein parum bulliant, de hoc decocto exhibe ℥ iiij. Propinanda eſt hæc potio mulieribus ad provocandos menſes, ut ſtato juſtoque tempore fluant: præmiſſa purgatione cum piſulis aloes, aut ſimili quodam & congruo purgante medicamento, idque duobus vel tribus ſubſequentibus diebus. Ad promovendum partum, ſive vivum, ſive mortuum, ipſamque ſecundinam protrudendâ (addito tantum ſcrupulo diambræ) idem remedium mira præſtat.

Ad ſiſtenda menſtrua.

℞. *Rad. Tormentillæ*
Conſolidæ majoris ana ℥ *j.*
Sem. Berberis
Acetoſæ ana ℥ ß.
Gummi Arabici
Tragacanthi ana ℥ *ij.*
Succi plantaginis depurati ℔. *j.* ß.

Macerentur per 12. horas, dein coquantur, exprimantur & colentur, & addendo ſyrupi citoniorum vel myrtillorum q. ſuff. fiat apozema in duas doſes. Prudentis Medici eſt, hic deliberare & circumſpicere, priuſquam hoc adſtringens exhibeat remedium, num forte fluoris ſcatutigo & fons dependeat ab humoribus ſalſis & ſanguine ſeroſo: tunc ejuſmodi humores acres & ſeroſi ſunt digerendi, ſive concoquendi, & poſtea expurgandi, ſyrupis præparantibus & purgantibus opportunis & idoneis.

Ad præcipitationem uteri.

℞. *Fol. Lauri*
Myrtillorum ana ℥ ß.
Sem. Paſtinacæ domeſticæ ℥ *iij.*

Macerentur, poſtea coquantur cum vino generoſo

roſo:de hoc decocto exhibe mulieri ʒ iij. reiteretur potio,ſi opus fuerit.

Ad juvandam conceptionem.

℞. *Teſticulorum veruecis præparatorum in vino & exſiccatorum*
Vulvæ leporis idemtidem præparatæ & exſiccatæ
Macis
Cinnamomi
Caryophyllorum
Zingiberis albi
Amcos ana ʒ ij.
Croci ʒ j.ß.
Medullæ vel carnis nucum communium,
Avellanorum
Piſtaciorum ana ʒ vj.

Contundenda contundantur,macerentur ; & tandem concoquantur in lib. ij. vini malvatici ad tertiæ partis conſumptionem. Huius decocti mulieri ſtatim poſt legitimum menſium fluxum offerendæ ſunt tres vel quatuor unciæ,mane tribus vel quatuor horis ante cibum,idque tribus diebus conſequentibus: quarto vero die jungatur marito ſuo ac niſi plane ſterilis ſit,concipiet.

Ad morſum venenatum ſerpentis & rabidi canis.

℞. *Rad. Gentianæ*
Valerianæ ana ʒ j.ß.
Fol. Conſolidæ minoris
Rutæ ſiccæ
Pulegii ana m.j.
Mumiæ
Cancrorum calcinatorum an. ʒ j.

Coquantur cum vino:de horum decocto æger capiat mane ʒ ij. vel tres per octiduum. Loco laboranti ex morſu applicanda erunt balſama & emplaſtra cõgrua,qualia ſuo loco deſcribemus. Hoc decoctum peculiare eſt remedium ad morſum canis rabidi. In morſu ſerpẽtis addi debet radix ſerpentariæ majoris.

Ad Febres chronicas decoctio perutilis.

℞. *Folior. Scolopendriæ*
Abſynthii
Centaurii minoris ana m.j.
Vuarum Corinth.
Hordei ana ʒ j.
Aſari ʒ iij.

Coquantur in æquis partibus ſeri lactis & vini albi, in colatura diſſolve ſacchari & Cinnamomi q.ſuff. ad dulcorandum & aromatizandum prædictum decoctum pro duabus doſibus. Si dictæ febres forte à verminatione quadam,ut in puerulis ſæpenumerò accidere ſolet,producantur,tum ſequens exhibenda erit decoctio.

℞. *Vermium terreſtrium in vino albo lotorum & ſiccatorum ʒ ß.*
Flor. Hyperici p ij.

Coquantur cum ſuff. quantitate vini albi generoſi,ac tandem tranſcolentur,& fiat decoctio , de qua exhibe ægroto ʒ iij mane & veſperi, continuando ad quatuor quinqueve dies.

Ad febres intermittentes , quotidianam & quartanam,aliud decoctum purgans optimum.

℞. *Rad. & Cort. Sambuci ana ʒ j.*
Aſari ʒ iij.
Cinnamomi ʒ j.ß.

Coquantur ex lacte. Hoc decoctum movet ſimul & ſemel vomitum ac ſeceſſum : ſumatur initio paroxyſmi:reiteretur,ſi opus fuerit.

Ad hydropem & purgandas aquas.

Rad. Ireos recentium ʒ j.ß.
Soldanellæ
Aſari
Spec. Diacarthami ana ʒ iij.
Sem. Ebuli
Cinnamomi ana ʒ j.
Sacchari ʒ j.ß.
Vini albi
Et aquæ Sambuci ana q.ſ. & fiat maceratio & decoctio in tres doſes.

Ad Icterum expertum.

℞. *Chelidoniæ cum toto m.j.*
Fol. & flor. Hyperici ana m.ß.
Raſ. Eboris
Pulv. Stercoris anſerini ana ʒ iij.
Croci ʒ ß.

Pulvis ſtercoris anſerini & crocus ponantur in linteolo lineo, & omnia coquantur æquis partibus vini albi,& aquæ ſcolopendriæ,colentur & dulcorentur, ſi velis ſaccharo , & fiat decoctum in tres doſes pro tribus matutinis continuis , & perfecte curabitur.

Ad duritiem ſplenis.

℞. *Raſuræ ligni ſancti ʒ iiij.*
Cort. eiuſdem
Corticis fraxini ana ʒ ij.
Aſari ʒ vj.
Liquiritiæ
Polypodii quer. ana ʒ j.
Ceterach
Adianti
Polytrichi
Chamædr.
Chamæpit. ana m.j.
Flor. Geniſtæ p. ij.

Macerentur per duos dies integros in vini albi & aquæ ſcolopendriæ ana ℔.iij. idque in Baln. vaporoſo vaſe optime clauſo,ut nihil expiret,tandem clarificentur per manicam Hippocratis, aromatizentur & dulcorentur *Cinnamomo* & *Saccharo*. De hoc decocto utatur æger ad pluſculos dies: doſis ʒ iiij.mane, & totidem veſperi,tribus ante cibum horis.

Decoctum galli veteris ad oppilationem hepatis,lienis,meſenterii,colicum dolorem,calculum,quartanam & chronicos omnes affectus.

℞. *Polypodii quer.*
Sem. Carthami ana ʒ j.ß.
Thymi
Epithymi ana p.j.
Sem. Cumini
Aniſi
Anethi
Fœniculi
Carui
Carduibenedicti ana ʒ ij.

Folicul.

Folicul. ſenæ ℥ j.
Turbith gummoſi ℥ ß.
Cinnamomi ℥ j. ß.
Criſtallorum vel cremoris tartari albi ℥ ij.
Salis gemmæ ℥ ß.

Contundantur & miſceantur ſimul, ex qua miſtura venter galli veteris eviſcerati impleatur, dein coquantur tribus aquæ partibus, & una vini albi, quouſque galli caro ab oſſibus ſeparetur. De hoc decocto ſeu juſculo utatur æger omni mane, idque ad pluſculos dies.

Decoctio ſeri lactis.

Uſus ſeri lactis admodum frequens eſt in Italia, quod ſub finem Veris, ac in Æſtate ad purgandum, magna in doſi, ad pocula videlicet quatuor, quinque, & plura etiam exhibetur. Purgat clementer continuando ad aliquot dies. At ſi inde conficere voles remedium, quod omnibus affectibus ab atra bile & melancholico humore ſubortis, & nutritioni dicatis partibus ab inflammatione aut nimio calore æſtuantibus, in quibus opus eſt refrigeratione & humectatione, aptum & idoneum ſit, hac via præparatio aggredienda eſt.

℞. Seri lactis ℔ iiij. vel amplius: huic adde
Succi limonum ʒ. iij.
Succi pomorum redolentium recens extracti ℥ vj.

Omnia ſimul cum uno atque altero ovi albumine probe agitata & mixta, igni admoto clarificentur. Addes, ſi velis, parum ſacchari, & habebis medicamentum excellentiſſimum & ſuaviſſimum ad ſupradictos uſus: de quo ſufficiet pro doſi exhibere ℥ vj. horis matutinis: robuſtioribus autem plus dabitur, continuando ad 15. vel 20. dies. Non eſt maior ſimul & ſemel paranda quantitas, quam quæ ſatis ſit pro duobus tribusve diebus, ne aceſcat.

Aut ſi animus ſit aliud componendi remedium, ex eodem ſero lactis prius acidulo facto cum ſucco limonum, & clarificato adde

Florum violarum
& Bugloſſæ

Recentium vel exſiccatorum & optime mundatorum, hoc eſt, in quibus amplius nihil, quod viride ſit, ſupereſt, *quantum voles*, & in 24. horis, ſerum tingetur colore, ſapore, & odore enumeratorum florum: adicies ſacchari ad lubitum, & habebis ſulapium ſuaviſſimum & utiliſſimum.

Eodem modo cum aqua communi, cui aciditatem prius induxeris cum aceto montano, Philoſophis noto, elicies tincturam è roſis rubris, omnibus febribus & calidis intemperiebus hepatis mirifice conferentem: nec non ex cæteris cuiuſcunque generis floribus: eadem via varias ad varios affectus educes tincturas.

℞. Raſuræ rad. chinæ ℥ j.
Aquæ fontanæ ℔ vj.
Succi limonum ℥ iij.

Macerentur per 24. horas, deinde coquantur ad tertiæ partis conſumptionem, ac tandem tranſcolentur per manicam Hippocratis. Doſis ℥ vj.

Hoc decoctum guſtu ſuaviſſimum eſt, & ſummopere prodeſt calidis intemperiebus hepatis, ardoribus urinæ & ulceribus renum: potiſſimum autem conducit ſalſis & mucilaginoſis humoribus in veſica diſſoluendis, qui ſæpenumero Stranguriam excitant, & calculi ſpeciem æmulentur. De eo potandum exhibeatur mane & veſperi in doſi, ut *ſupra*, vinumq; eodem diluatur.

Potes etiam, ſi velis, ad eundem uſum decoctum parare ex raſura ligni Rhodii: vel addes huius ligni raſuræ ℥ ß. ad ſupradictæ chinæ ℥ j.

Decoctum ad Dyſenteriam & Lienteriam.

℞. Rad. Tormentillæ
Acetoſæ
Santali rub. ana ℥ j.
Sem. Berberis
Plantaginis
Portulacæ
Et granorum myrthi ana ℥ ß.
Coriandri præparati
Cinnamomi
Macis ana ℥ ij.
Bacc. albi
Et rubri ana ℥ j.
Flor. Thapſi barbati
Roſ. rubrarum
Spicæ nardi ana p. j.
Aquar. Plantaginis
Acetoſæ
Agrimoniæ
Abſynthii ana ℔ j ß.

Coquantur ad medietatis conſumptionem: dein fiat expreſſio, & colaturæ adde *ſyrupi de granatis acidis, Citoniorum, & de roſis ſiccis ana ℥ ij.* fiat apozema in quatuor doſes.

CAUTIO.

Antequam hoc decoctum porrigatur ægro, ſi forte ex dyſenteria aut lienteria inveterata ac contumaci laboret, hoc ſequens pomum exhibendum eſt.

℞. Pomum curtipendulum, quod excavatum rurſus impleatur gummi Arabici, & raſuræ cereæ albæ ana ℥ j. claudatur pomum proprio ſuo obturamento, coquendumque igni admoveatur, donec cera & gummi liquata per totum pomi ſubſtantiam confundantur: & ſic coctum pomum edendum exhibe ægro, ſemihora poſt ſuperbibendo dictam potionem. Iuſculis, quibus veſcitur, adde paululum *gummi Arabici*. Nullus eſt fluxus dyſentericus aut lientericus, qui, aſpirante ſimul divina gratia, per hanc medendi rationem non fœliciter curetur. De purgationibus aliis congruis nihil hic addo, quæ ſites forte poſtulat, præmitti debent.

Decoctum ad calculum comminuendum & expellendum.

℞. Rad. Reſtæ bovis ℥ j.
Fol. Saxifragiæ
Virgæ paſtoris ana m. j.
Fruct. Senelorum
Alkekengi ana par. xx.
Milii ſolis ℥ j.
Cinnamomi
Sem. Bardanæ
Saxifragiæ
Aniſi
Fœniculi ana ℥ iij.
Gran. Hederæ arboreæ ℥ ß.
Straminis vel ſtipitum fabarum exſiccatorum ℥ ß.

Coquantur in æquis partibus *aquarum parietariæ, argentariæ, & vini albi* ad unius tertiæ conſumptionem: exhibe pro doſi ℥ iij.

VEL

VEL

℞. *Cineris rad. Reſtæ bovis*
Et cineris ſtipitum vel corticum ſabarum an. ℥ j. ß.
Indantur in nodulo lineo & cum
Aquar. Parietariæ
Senelorum
Et Betonicæ an alib. j.
Coquantur, donec fiat lixivium ſatis forte, tranſcoletur bis terue per manicam Hippocratis, & aromatizetur, ſi velis, *Cinnamomo*: de hoc decocto cape ℥ ij. vel tres, addendo, ſi velis, ſyrupi limonum ℥ vj. & fiat potio guſti grata. Nullum reperitur remedium efficacius & præſtantius ad expulſionem calculi, & adipſam Iſchuriam & ſuppreſſionem urinæ, hac ipſa decoctione, quæ exhiberi tum debet, cum æger eſt in balneo ſive ſemicupio.

NOTA.

Ex enarratis cineribus Ononidis & corticum fabarum, juxta eam, quam ſuo loco docebimus, methodum, educes ipſorum ſales primo cum aqua communi; deinde eos depurabis, variis diſſolutionibus, filtrationibus & coagulationibus cum aquis *parietariæ*, *ſaxifragiæ* & ſimilibus calculo idoneis, donec ipſi fiant albiſſimi & pellucidi. De horum ſalium uno miſce drachmam ſemis, vel cum ſuperiori decoctione, vel cum iuſculo quodam, aut vino albo, & ſingulare conficietur remedium contra dolores colicos & nephriticos, & contra Iſchuriam & ſuppreſſionem urinæ ſive meiendi difficultatem. Sal corticum fabarum in his affectibus omnium eſt præſtantiſſimum medicamentum.

Decoctio ſplenis bovis congrua ad duritiem & obſtructionem lienis; & ſpecifica ad menſium ſuppreſſionem.

℞. Splenem bovis integrum, hunc in fruſta inciſum in phialam vitream capacem iniice, ita ut ad medietatem uſque impleatur, addendo.
Cinnamomi craſſo modo contuſi ℥ j.
Caryophyllorum ℥ ß.
Croci ℥ y.
Vini albi Canariæ, ſive vini malvatici menſ. Pariſienſis 4. partem.
Ad humectandam ſolummodo materiam, vas probe cluſum ponatur in aheno aqua repleto, vel in Baln. Mar. ferventiſſimo, adeo, ut ebulliat per 24. horas, donec dictus ſplen in particulas minutiſſimas coctus & conſumptus fuerit, magnaque juris exquiſitiſſime cocti & fragrantiſſimi copia reſtet: de quo ægra mane capiat ℥ iiij. continuando per quatuor aut quinque dies tum, cum menſes fluere debent.

NOTA.

Mirabitur ſine dubio hic aliquis cenſor inquirens, quomodo ea corporis particula, quæ receptaculum ſit bilis atræ, humoris plane craſſi & terrei, ut vulgo medentium fert opinio, in medicamentum aperiendi & attenuandi viribus inſignitum, quali opus eſt in menſium provocatione, adaptari poſſit, huiuſque remedii vim & energiam aromatibus potius & croco, quæ ejuſdem compoſitionem ingrediuntur, quam ipſius lienis proprietatibus tribuet: Cui reſpondemus, huius decoctionis ſpecificam facultatem à ſola lienis cocti ſubſtantia præſertim dependere; reliqua vero, ut vinum & aromata ſolummodo guſtus gratioris auſa adhiberi.

Alibi in meis ſcriptis dudum ſententiam meam & de ſucco melancholio expoſui, quem per analogiam quandam aceto vini comparandam eſſe duxi, ac tantum abeſt, ut lien ejuſdem humoris craſſi ac tartarei domicilium, durioris idcirco ſit ſubſtantiæ, ut contra ob fermentationem proprii humoris ſpongioſus potius, levis & rarus evadat, ſuccuſque in eo contentus attenuantem aceti facultatem participet, inſitaq; ſua via aperiendi & attenuandi virtutem obtineat. Sed quia alias fuſius & accuratius diſputatum à nobis fuit de eodem ſubjecto, hic plura addere ſupervacaneum puto. Experientia denique ipſa medicaminis huius utilitatem & efficaciam ſummam ad ciendos menſes ſatis abunde demonſtrabit. Hæc Quercetanus.

Decoctio pectoralis in cauſa calida.

℞. *Rad. fœnic.*
polypod. querc. an ℥ j.
liquirit. ℥ j. ß.
ireos ℥ vj.
ficuum nr. vij.
uvar. paſſar. Manip. j ß.
Sem. 4. frigid. mai. an ℥ j. ß.
hord. mund Man. j. ß.
fol. praſii
capillor. venr.
endiv.
ungul. caball.
flor. cordial. an. Manip. j.
fol. polytrich.
lactuc.
ſcolopendr. an. M. B.
ſen. alex. mund. ℥ vj.
ſem. fœnic.
anis an. ℥ iij. M. j.
f. decoct. in aqua fontana.

Decoctio pectoralis in cauſa frigida.

℞. *Rad. fœnic.*
polypod. an. ℥ j.
ireos ℥ vj.
ficuum nr. vij.
paſſular.
hordei an. M. j. ß.
fl. chamom.
violar.
borrag.
bugloſſ.
fol. praſii
hyſſop.
meliſſ.
melil. an. M. j.
ſcolopendr.
ungul. caballin.
majoran.
mentha an. M. ß.
Zin Ziber. ℥ j.
enul. campan. ℥ j.
liquirit. raſ. & inciſ. ℥ j. ß.
fol ſen. alex. mund. ℥ j.
ſem. fœnic.
anis an. ℥ iij. M. j. f. decoct.
in aqua fontana.

Decoctio chinæ ad tuſſim. Horatii Augenii.

℞. *Rad. chinæ prep. ℥ ij.*

aq. ſcabios.

aq. ſcabios.

Farfar. an. ℔ß. v. macerentur horis 12. ſec. art. mox leviter ebulliant ad conſumptionem medietatis, & in fine adde ligni ſaſſafras ʒij. ſumantur huius decocti ʒvij. aut octo, quinta matutina hora ante cibum, ut & hora ſeptima poſt prandium.

Decoctum ligni guaiaci ad catarrhos. Eiuſdem.

℞. Raſur. ligni indic recentis, & ex ramo, non caudice detracti ʒviij.

Infunde in libris vj. horis 24. deinde fiat decoctio, donec remaneant libræ quatuor addendo ſub finem decoctionis

rad. liquirit. rec. ʒj. ß.
paſſul. ʒj.
ſacchar. fini ʒiiij f. potus colatus, quo loco vini utendum.

Decoctum ligni guaiaci ad aſthma. Eiuſdem.

℞. Lign. indic. prap. ʒj.
cortic. eiuſdem ʒj ß.

Macerentur horis 24. in aq. beton. ℔ß. xij. deinde fiat decoctio ad libras v. ſub finem decoctionis adde fol. ceterach ʒij.
Rad. polyp. querc.
paſſul. an. ʒj.
ſem. cartham.
bombac. contuſor. an. ʒj.
fol. beton.
maior.
fl. ſtœ. had. an. M. B.

f. potio colata, de qua ſumantur in aurora ʒviij. hora quinta ante prandium & ʒvj. horis tribus ante cœnam. Et ſudor expectetur.

Decoctum ſenæ Simonii omnes abſque moleſtia humores evacuans.

℞. fol. ſen. alex. mund. ʒß.

Macerentur in vino albo opt. per horam unam: iterum ℞. prunor. damaſcen. nr. vj. rad. polyp. querc. rec. nonnihil.
contuſar. ʒij. ß.
turbeth. ſel. ʒß.
zinzib. ℈ij.
cinnamom. ʒj.
ſem. anis ʒij.

Ebulliant omnia in iuſculi carnis detracta pinguedine ʒx. donec remaneant ʒviij. tum adde Epithymi ʒij.
fl. borrag.
bugloſſ.
roriſmar. an. p ß.
aurant. condit. abluto
ſaccharo ʒiij.

Ebulliant adhuc, donec remaneant ʒvij. tunc accipito ſenam maceratam & imponito ſinitoque adhuc decimam partem horæ lente ebullire. Tum auſer omnia igni & os ollæ bene obſtruito, ſinitoque in loco tepido ad horas octo vel decem, tandem percolato & adiecto ſaccharo quant. ſuff. calidum bibito.

Aliud decoctum Senæ.

℞. ſol. Senæ ʒvj.
cinnam.
Zinzib. an. ℈j.
Sacchar. Thoman. ʒvj.

Ebulliant parum lento igne in ℔j. ſeri lactis: tum auferantur igni, ſtent omnia in infuſione loco tepido per totam noctem, mane colentur.

Deque colatura illa patienti dentur mane jejuno ſtomacho & horis aliquot ante prandium Unc. vij. & hora una ante cœnam ſimiliter calide Unc. v. atque ita uſurpet hæc alternis diebus.

Infuſio & decoctio myrobalanorum.

℞. myrobalan. omnium an. ʒß.

contundantur groſſo modo & fricentur manibus cum oleo amygd. dulc infundantur per horas 24. in ℔vj. aquæ fumariæ & beton. poſtea
℞. epithym.
thymi,
polypod.
fol. ſen.
rad. Glyzyrrh. an. ʒvj.
ſem. citr. ʒij.
cortic. rad. elleb. nigr. ʒiij.

Ebulliant omnia ſimul ad conſumptionem medietatis, deinde quieſcant, donec refrigeretur decoctum, poſtea colatur & fortiter exprimatur & addito ſacchari quant. ſuffic. ut dulceſcat, cum albumine ovi depuretur, & levi decoctione facta ſyrupiſetur & ſervetur ad uſum.

℞. huius decocti ʒiiij. vel v. aut quantum expedire videbitur. Syrup. de ſucc. ſalviæ,
beton. an. ʒß. M. j.

pro una vice & ſic pro aliis quinque aut ſex.

Decoctum ſarſæ parillæ. Simonii.

℞. ſarſ. parill. opt. inciſæ ʒiiij.

℣. ℔xij. infunde in ollam novam, prius vero in loco tepido maceretur ſpatio 24. horarum bene obturato ore ollæ, poſtea coque uſque ad ebullitionem bene deſpumando, & ſtatim claude: libra una decoctione abſumpta adde cinnamomi ʒß. deinde libra una iterum abſumpta adde vuar. paſſar. ʒij. laventur vero hæ prius in vino; bulliant lente, poſtea in loco tepido frigeſiant paululum & tandem per linteum craſſum pannum bis procolentur. Doſis Unc. iiij. v. vel vi. habitatione ſummo mane, ut ager dimidia hora in lecto ſudet. Bibatur de reliquo toto die loco cereviſiæ vel vini. In malignis & difficillimis ulceribus moderate exiccat, totum corpus perſpirabile reddit, moderato ſuo calore calorem partium fovet, corruptioni reſiſtit & nutrit.

Decoctum fœnugræci.

℞. ſem fœnugr. lati & conquaſſat.
urticæ an ʒj.
baſilicon. ʒß.
fl. viol.
malv.
puleg.
adianth. veri an p. j.
ficuum nr. v.
rad. alth.
liquirit. an. ʒj.

℣. ℔ij. fiat decoctum ad conſumpt. unius tertiæ, addendo in fine ſacchar. ʒij.

Decoctio ſolutiva Herculis Saxoniæ in morbo gallico.

℞. fol. ſen. orient. ℔j.
epith.
polypod. an. ʒviij.
ellebor. nigr. nempe cortic. rad. ʒj.
myrobal. omnium an ʒß.

fol.

fol. bugloss.
borrag.
endiv.
fumar.
lupulor. an. M j.
passul. enucleat. ar. ℥ xv.
prun. dulc. ℔ j.

Ebulliant omnia in suffic. quant. aquæ, ut scil. prius coquantur ea, quæ sunt durioris coctionis, usque ad consumptionem medietatis, factaque expressione huius decocti datur plus minus ℥ j. vel ij.

Decoctio communis lenitiva Andernaci, quam vocat decoctum senæ.

℞. passul. minor.
rad. polyp. querc. an ℥ j. ß.
cichor excortic.
sem. cartham an. ℥ ß.
anis.
fœnic. an. ℥ iij.
dactyl. pingv. nr. j.
ficuum rec. nr. ij.
prunor. dulc.
iujubar an. nr. iiij.
fol. scolopendr.
cichor.
endiv an. M. ß.
fl. epith. cretic.
bugloss.
thymi.
violar. an. M. j.
fol. sen. elect. ℥ iiij.

fiat locorum omnium sec. artem decoctio ad remanentiam librarum ij, colatura aromatisetur cinnam. ℈ iij.
sacchar. ℥ iiij. M j.

f. potio clara.

Decoctum ligni guaiaci Herculis Saxoniæ ad præservationem à morbo gallico pro ablutione pudendorum, quod sumpsit ex Fallopio.

℞. rad. gentian.
aristol. rotund.
long.
calamenth.
dictamn.
scord cretic.
tormentill.
imperator.
angelic. an. ℥ j.
fol. scabios.
fumar.
beton.
absynth. an. M. j.
lign. aloes ℥ ij.
santalor. omn.
ebur. ras.
corn. cerv. usti an. ℥ j. ß.
flor. acac.
hypocyst.
balaust.
rosar. rubr. an. M. ß.
lign. indic. ℔ j.
vin malvat ℔ ij.
aquar. scabios.
fumar.
rosar. an. ℔ j.
plantag. ℔ iij.
præcipitati optimi ℥ ij.

Infundatur lignum, in dictis aquis & vino ebulliant ad consumpt. medietat. in fine vero addantur cætera omnia, quæ ubi parum ebullierint, relinquantur infusa per 24. horas, deinde iterum ebulliant ad consumptionem tertiæ partis, facta forti expressione, habeantur linteoli multi præparati ad magnitudinem glandis vel vulvæ, infundantur in dicto decocto, exiccentur in umbra: Deinde secundo & tertio infundantur: istis linteolis involvatur glans ante usum veneris: indurant membra, exiccant superfluas humiditates, resistunt putredini, ita ut dixerit Fallopius, se ex mille, quibus hanc præbuerit antidotum, ne unum quidem lue infectum vidisse.

Decoctum Aperitivum Maius. Aug.

℞. Endiv.
Cichor.
Fumar. ana m. j.
Eupatorii,
Boraginis,
Buglossæ,
Cuscutæ,
Scolopendriæ veræ ana manipulum semis.
Glycyrrhizæ rasæ,
Rad. Fœniculi,
Apij,
Petroselini,
Passularum ana unciam semis.
Sem. Anisi,
Fœniculi ana drachmas duas.
Comarum Thymi,
Epithymi ana drachmam unam semis.
Cort. Tamarisci,
Capparorum ana drachmas duas.
Foliorum Sennæ uncias duas.
Polypodii quercini unciam unam.
Agarici electi unciam semis.

Incidenda incidantur, & quæ contundi debent crassiusculè terantur, & misceantur omnia simul, ac usui serventur.

Decocta Officinis plurimùm sunt consueta, etenim ad Medicamenta tam lenientia quàm purgantia dissolvenda ut plurimum expetuntur, præsertim ubi liquoribus stillatitiis uti non libet. Aperitivo hoc porrò in viscerum obstructionibus & contumacibus eorundem affectibus utimur: diuturnos enim jecoris, lienis, & venarum mesaraicarum infarctus permeat ac expedit, Ictero & febribus antiquis, nec non Hydropi opportunum.

Decoctio aperitiva major cum Rhabarbaro. Augustan.

℞. Specierum Decoct. aperitivæ majoris & minoris an. uncias tres.

Decoquantur in aquæ libris sex ad consumptionem duarum librarum. Colaturæ fervidæ infunde Rhabarbari electi unciam semis.
Cinnamomi drachmas duas.
Salis Gemmæ scrupulum unum
Spicæ Indicæ scrupulos duos.
Specierum Diarhodon Abbatis scrupulos quatuor.
Sacchari uncias duodecim. Misceantur pro usu.

Priore longè efficaciores ad contumaces & inveteratas oppilationes adhibetur. Hydropi, morbisq; frigidis, præsertim pituitosis aut ex bile mixtâ natis confert.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 526 sur 955

Decoctum aperitivum lenitivum minus. Auguſt.

℞. *Herb. Agrimoniæ,*
Lupulorum,
Cichoreæ,
Cuſcutæ,
Betonicæ,
Ceterach,
Endiviæ,
Fumiterræ ana uncias duas.
Rad. Apii.
Fœniculi,
Petroſelini,
Acori,
Glycyrrhizæ ana uncias quatuor.
Aſari unciam ſemũ.
Sem. Aniſi.
Fœniculi ana unciam unam.
Polypodii quercini uncias duodecim.
Prunorum Damaſcenorum.
Ficuum pinguium ana numero triginta duo.
Paſſularum uncias quatuor.
Senæ Alexand. unciam unam.
Flor. Boraginis,
Bugloſſæ.
Violarum.
Roſarum rubearum ana unciam unam.
Incidantur & contundantur, ac miſceantur omnia ſimul.

Omnes in univerſum humores ad expulſionem præparat: incidit enim tenuat, concoquit, aperit & abſtergit; capiti, pectori, ventriculo, jecori, nec non lieni familiare.

Pro Acoro Calamum Aromaticum ſumendum eſſe cenſemus: Paluſtris enim alter, ſeu vulgaris plus adſtrictionis quam apertionis habet.

Decoctum capillorum veneris, Meſuæ. Auguſt.

℞. *Capillorum Veneris recentium unciam unam ſemis.*
Summitatum Fumiterræ,
Lupuli,
Violarum ſiccat. ana unciam unam.
Prunorum Hiſpanicorum, aut Damaſcenorum numero quadraginta.
Sebeſten numero decem.
Iujubarum numero viginti.
Coquantur in libris tribus aquæ lento igne ad conſumptionem duarum librarum.
Infunde tandem
Pulpæ Caſſiæ fiſtulæ uncias tres
Tamarindorum uncias duas,
Rhabarbari boni drach. tres.
Frigidum manibus frica, frige factum cola, & repone.

Bilis flavæ ardorem compeſcit, ſanguinem purificat, eiuſdemque fervorem attemperat.

Decoctio Carminativa. Auguſt.

℞. *Sem. Aniſi,*
Dauci.
Cumini,
Carui,
Fœniculi, ana drachm. tres.
Glycyrrhizæ unciam ſemis.
Florum Chamemeli manipulum ſemis.
Paſſularum unciam unam ſemis.
Inciſa miſceantur.

Flatus potenter diſcutit, ob id Colicos dolores mitigat. Inditur potiſſimùm Enematibus, ubi frigida pituita, aut craſſi flatus negotium faceſſiunt.

Decoctum epithymi, Meſuæ. Auguſt.

℞. *Myrobalanorum Indorum,*
Stœchadis Arabicæ,
Paſſularum.
Epithymi ana unciam unam
Myrobalanorum Chebulorum
Fumiterræ ana drachmas quatuor.
Folliculorum Senæ unciam unam.
Polypodii quercini drachmas ſex.
Turbith albi drach. quatuor.
Eupatorii drachmas quinque.
Seri caprini libras tres.
Bulliant omnia ſimul, præter Epithymum, ad conſumptionem duarum librarum tunc adde Epithymum, & ſemel ferveſac: tolle ab igne & adde
Hellebori nigri drachm. unam
Agarici ſcrupul. unum ſemis.
Salis Indi drachmam unam ſemis.
Stent per horas octo, vel decem macerata, facta deinde optima expreſſione colentur.

Bilem atram ac pituitam ſalſam vacuat, ob id affectibus Melancholicis, ut Cancro, Elephantiaſi, ac fœdæ ſcabiei medetur.

Decoctum florum & fructuum. Aug.

℞. *Caricarum numero quinque.*
Prunorum Damaſcenorum numero quindecim.
Iujubarum,
Sebeſten ana numero viginti.
Tamarindorum unciam unam.
Florum Roſarum,
Violarum,
Boraginis,
Bugloſſæ ana drachmam unam.
Capillorum Veneris,
Lupulorum,
Endiviæ ana manipulum ſemis.
Glycyrrhizæ drachmas duas.
Incidantur, & contundatur pro uſu.

Moderatè refrigerat, lenit & humectat: cor, jecur & pectus recreat, humores quoque ad commodam evacuationem apparat.

Decoctum fumariæ, Meſuæ. Aug.

℞. *Succ. Cichorii,*
Endiviæ,
Lupuli,
Boraginis ana uncias quatuor.
Fumiterræ uncias octo.
Quibus coctis & purgatis adde
Myrobal. Citrinorum,
Indorum ana drachmas duas.
Paſſularum mundatarum unciam unam.
Tamarindorum uncias tres.
Coque iterum modicum, frica, cola, & ſerva.

Sanguinem à bile flavâ & aduſtis humoribus repurgat; hepatis obſtructiones aperit, ac indè natum Icterum ſanat.

Decoctum hoc Fumariæ Meſuæ, potentius eſt altero, quod de Myrobalanis inſcribitur; cuius uſus apud nos eviluit. Vndè idipſum in hac editione omiſimus.

Decoctum pectorale. Auguſt.

℞. *Paſſularum minorum mundatarum unciam unam.*

Sebeſten

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 527 sur 955

Sebeſten,
Iujubarum ana numero quindecim.
Dactylorum numero ſex.
Caricarum pinguium numero quatuor.
Hordei purgati unciam unam.
Glycyrrhizæ unciam ſemis.
Capillorum Veneris manipulum ſemis.
Hyſſopi drachmas duas.
Incidantur, & miſceantur.

Pectoris vitiis, ut pote Catarrho, tuſſi, Aſthmati, Pleuritidi, & id genus aliis noxis pectus afficientibus utile exiſtit; thoracem lenit, & ab humoribus eidem impactis repurgat.

Decoctum ſenæ, D. Gereonis, Aug.

℞. *Folliculorum Senæ unciam unam ſemis.*
Foliorum Senæ unciam unam.
Zingiberis drachmam unam
Florum Boraginis,
Violarum,
Roſarum rubearum.
Arantiorum ana drachmas duas.
Polypodii quercini unciam ſemis.
Paſſularum purgatarum uncias duas.
Sebeſten,
Prunorum ana numero duodecim.
Aquæ fontis libras quatuor.
Fiat Decoctum ſecundum artem, ita ut Senæ parum ebulliat, & vas optimè obturatum per ſex horas dimittatur: deinde exprimatur.

Affectibus Melancholicis, Quartanis, Cancro, lui Venereæ, & ſimilibus idoneum.

Plura alia Decocta, utpotè Decoctum Eupatorii, Galli veteris cujus in Colica uſus eſt, Myrobalanorũ, Stœchados, Cephalicum item & Cordiale qui noſſe eorumdemq; ulum inire voluerit, videat Meſuæum, Andernacum, Ioannem Iacobum Weckerum in Antidotario ſpeciali lib. 2. Florentinos, & alios explicatam horum doctrinam fusè tradentes. Nos uſitatiora ſolum ac magis conſueta huc appoſuimus, cætera namque ad prudentis cujuſcunque Medici præſcriptum quotidie parari poterunt.

Infuſum ſeri lactis, Meſuæ. Auguſt.

℞. *Foliorum Roſarum recentium completarum mundatarum uncias duas.*
Rhabarbari electi drachmas duas, grana duodecim.
Nardi Indicæ drachmam unam ſemis.
Rhabarbarum, & Roſæ ſimiliter & Spica minutim incidantur, macerenturque per noctem in Seri lactis caprini libris duabus: id deinde cola, ac leviter exprime.

Sanguinem depurat, bilem quoque flavam, tenues & calidos ichores eidem admixtos clementer ac ſine moleſtia educit; & Eriſypelata iuvat.

Infuſum aliud ſeri lactis. Aug.

℞. *Florum Boraginis,*
Bugloſſæ,
Fumiterræ,
Epithymi ana manipulum ſemis.
Polypodii quercini drachmas ſex.
Fœniculi drachmas duas.
Folliculorum Senæ unciam ſemis.
Aquæ lactis libras tres.
Fiat Decoctio ad tertiæ partis conſumptionem, & addantur
Mellis Roſati uncias duas.

Aduſtos humores temperat & expellit; cutem à ſcabie ac prurigine mundificat.

Infuſum hieræ Meſuæ. Aug.

℞. *Hieræ ſimplicis,*
Aloes ana drachmas quinque.
Macera Decocto Epithymi ſupraſcripto ad libram unam in vaſe vitreo, & inſola dies decem.

Ventriculum & caput expurgat, proindè amborum doloribus aſſiduis ac Hemicraniæ confert; nec non febribus antiquis & morbis Melancholicis auxilio eſt.

Potus Hyppocraticus. Aug.

℞. *Cinnamomi unciam ſemis.*
Zingiberis unciam ſemis.
Caryophyllorum drach. ſemis.
Cardamomi,
Macis,
Granorum Paradiſi ana drachmam unam.
Galangæ drachmam unam ſemis.
Vini libras decem.
Sacchari albi libram unam ſemis.
Fiat Potus ſecundum artem.

Cerebrum & ventriculum roborat, ſpiritus auget, vitales facultates fulcit, amiſſas vires reparat, ac infirmæ coctioni opem præſtat.

Iucundior potus hyppocraticus, ſic aliter paratur. Aug.

℞. *Cinnamomi electi uncias duas*
Zingiberis,
Galangæ ana ſcrupulos duos.
Nucis Moſchatæ ſcrupulum unum.
Sacchari albiſſimi uncias ſedecim.
Vini albi potentis ac odoriferi libras quinque.
Macerando probè tecta per horas octo, vel decem, poſteaque ſæpe ſæpius percolando redigantur in Potum Hippocraticum tranſcolatum liquorem Aromatibus in manica Hippocratis contentis ſemper reaffundendo.
Fiat ut artis eſt.

Plures deſcriptiones ac formulas Potus Hippocratici qui perquirere volueris, Evonymum, Arnoldum, Alexandrum Benedictum, Ioannem Langium, Felicem Platerum, Heurnium, & alios conſulat.

Cremor Ptiſanæ.

℞. *Hordei mundi excorticati libram unam.*
Aquæ quantum ſufficit.
Bulliat ſemel, facta ebullitione removeatur prima aqua, & affundatur recens, quæ iterum coquatur ad conſumptionem medietatis, ac per panum coletur.

Tabidis ex uſu eſt, Hecticis conſumptis, & à prolixo morbo extenuatis idoneus ac perutilis.

Monendi ſunt Pharmacopæi, ne decocta in magna quantitate parent. Præſtiterit enim Species pro decoctis in promptu habere, ut ex iis confeſtim pro Medici præſcripto decoctum recens parari poſſit, cum alias & mox quidem corrumpantur, & acceſcant.

Decoctum catarrhale. Mynſ.

℞. *Aq. font* ℔. 60.
Mellis opt. deſpum. ℔. v.
Herb. ſalv.
Origan.
Major.
Hyſſopi
Roſmar. an. ℥j.
Coq. ad conſ. 3. partis, col. in f.
Rad. Enul. camp.
Tuſſil.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 528 sur 955

Ireos fl. an. ℥ vj.
Sem. Vrticæ Rom.
Card. bened.
Aniſi
Fœniculi ana Vnc. ß
Herb. Capill. Veneris
Pulmonar. macul.
Scabioſæ
Marrubii ana Drach. ij.
Flor. Cordialium
Farfaræ
Papav. errat. ana Drach. j.

Macerentur per 24. horas & adde:

Cubebar. electar.
Cinnamomi acut.
Nuc. Moſchat.
Cardamom. min.
Zingib. alb.
Galangæ min.
Caryophyllor. ana Drach. ß.

Poſtea bulliant ebullitione unica, reponatur in vaſe aliquo vitreo, permittatur reſidere tota die & f. l. a. Decoctum clarum.

Vires, Vſus, Doſis.

In Catharrhis à Capite ad Pectus & ſubjectas partes deſcendentibus, potio valdè efficax eſt. Doſis bonus hauſtus pro una vice, vel patiens tantum quotidie bibat, quantum, ratione ſitis, neceſſitas requirit.

Decoctum coſmeticum. Mynſ.

℞. Borracis venet.
Sacchar. cand. alb.
Mercurij ſublimat. ana Drach. ij.

Pulveriſentur ſubtiliſſimè & ſeorſim in petia ligat. Coquantur ad liquefactionem Mercurii in Roris majalis ſupra triticum collect. Lib. iiij. & in colatura adhuc calida ſolve Camphoræ Drachmas duas; poſtea filtra & ad uſum reſerva.

Vires, Vſus, Doſis.

Exteriùs ſaltem adhibetur contra omnes faciei maculas, quas tollit & cutim dealbendo illuſtrat. Sed in applicatione cavè, ne oculos vel dentes attingat.

Decoctum arthriticum. Mynſ.

℞. Paſſular. min. Vnc. viij.
Raſ. Ligni Sancti Vnc. iiij.
Rad. Chinæ opt. Vnc. j.
Glycyrrhiz.
Acori aquat. ana Vnc. ß.
Cinnamomi acut.
Galang. min. ana Drach. ij.

Inciſa & contuſa infundantur per 24. horas in aq. Hordei Lib. x. poſteà lento igne coque ad tertiæ partis conſumptionem & fiat l. a. potio clara.

Vires, Vſus, Doſis.

In Catarrhoſis & arthriticis hominibus, aliiſque morbis à deſtillatione humorum frigidorum pendentibus, præſertim ubi ægri valdè ſitiunt, feliciſſimè utor, & in Cacochymia & Hydrope pro potu quotidiano ordinare ſoleo: Nimiam enim ſuperfluitatem exſiccat & corpus corroborat. In doſi non facile erratur; propterea ad libitum patiens bibat.

Decoctum Pectorale ſubacidum. Mynſ.

℞. Aq. Fontana Lib. ij. ß.
Mellis Virginei Lib ij.
Aceti Vini generoſi Lib. j. ß.

Coq. lento igne ad remanentiam Lib. iiij. in quibus infunde:

Paſſular. min. Vnc. iij.
Sem. Card bened.
Vrticæ Rom. ana Vnc. j.
Rad. Enulæ camp.
Ireos florent.
Tuſſilaginis an. Vnc. ß.
Herb. Capill. Veneris
Polytrich.
Scabioſæ
Hyſſopi ana drach. ij.
Dactylorum
Iujuben
Ficuum ana No. viij.
Flor. Farfaræ
Violarum
Bugloſſæ
Borraginis ana Drach. j.

Macerentur per 24. horas: poſtea lento igne coquantur ad unius partis conſumptionem, & tandem per manicam Hyppocratis colentur, & pauco cinnamomo aromatizentur.

Vires, Vſus, Doſis.

In Phthiſi, Aſthmate, Tuſſi &c. ceteriſque morbis pectoralibus, humores craſſos attenuat, viſcoſos incidit, duros mollit, ineptos evellit & putredini reſiſtit. Doſis ab Unc. ß ad Unc. j.

Sic etiam Blaſius Aſtiarius in lib. de febr. tit. de Cura febr. Hect. *Hordeatum proponit ex cancrorũ ſuco, quod fiat hoc modo:* ℞. *Cancri fluviatiles recentes, evellantur cortices & extrema ab iis, & abluantur cum aqua frigida, cinere & ſale tribus vicibus, & plus, donec removeatur ab iis ille odor gravis: deinde laventur iterum cum aqua frigida ſola, poſtea conterantur, & coq. cum aq. hordei excort. doſis iſtius aquæ, colatæ ſcilicet & expreſſæ, eſt lib ß.*

Decoctum pectorale ſubdulce. Mynſ.

℞. Paſſular. minor.
Sacchari cand. a b an. Vnc. iiij.
Rad. Glycyrrhizæ
Tuſſilaginis
Ireos flor. ana Vnc. j.
Herb. Pulmonar. maculoſ.
Capill. Veneris
Veronicæ
Marrubij
Scolopendriæ an. Vnc. ß.
Sem. Myrtillorum
Aniſi
Fœniculi ana Drach. iij.
Flor. Chamomillæ Rom.
Malvæ arbor. rub.
Bugloſſæ
Epaticæ alb.
Centaur. min.
Violarum ana Drach. j. ß.
Dactilorum à pellice mund.
Caricar. ping.
Iujuben
Sebeſten ana No. viij.

Inciſa & contuſa infundantur per 24. horas in Hydromellis Lib. iiij. Aq. ex ſuc. Scabioſæ deſtillat. Lib. ij. poſtea coquantur ad tertiæ partis conſumptionem, & circa finem decoctionis aromatizetur ſecundum artem cum

Galen-

Cilangæ min.
Cinnamomi acut.
Cardamom min.
Zingib alb. ana Drach.j.
Croci orient. Drach.ß.

Eſt per manicam Hippocratis potio clara, quæ edulcoretur parum Saccharo cand. alb.

Vires, Vſus, Doſis.

Aſthmaticis, Epaticis, pleuriticis, & tuſſientibus ſubvenit, & Phthiſici hoc decocto diu poſſunt foveri: Quia ſputum facilitat, pectus mundificat, pulmones exulceratos ſanat; nec non Hepatis & Lienis obſtructiones reſerat. Doſis manè, meridie & veſperi ab Unc.ij. ad Unc.iij.

Decoctum Rad. chinæ pectorale. Mynſ.

℞. *Rad. Chinæ opt. & ponderoſ. per tranſverſum in talcolas ac tenues inciſ. Vnc.iij.*

Infunde in aquar. Tuſſilaginis, Scabioſæ, Veronicæ ana Lib. ij. Stent in infuſione in loco calido per 24. horas vaſe vitreato, & pannis benè cooperto; poſtea adde:

Herb. Bugloſſæ Vnc.j.
Rad. Glycyrrhizæ raſæ
Enulæ comp ana Vnc.ß.
Sem. Bombacis
Fœniculi ana Drach.ij.

Mixta coquantur ad medias, & circa finem aromatizetur cum Cinnamom. Drach. j.ß. pedetentim refrigeſcat & per manicam Hippocratis ſ. potio clara, pro ſudorifero, quæ edulcoretur Syr. è ſuc. Violar. veri Unc.iiij.

Vires, Vſus, Doſis.

In Catarrho, Morbis pectoralibus: Aſthmate, &c. ex hujus Decocti uſu non ſolum ſentiunt alleviationem, ſed etiam toto corpore rectiſſimè poſtea habent. Inſignem quoque Phthiſicorum ulcera eurandi vim habet. Febris tamen ratio habenda; nam ſi Hectica conjungatur, ab hoc Decocto abſtinendum. Exhibetur bis in die pro ſudorifero, ut in cura ligni fieri ſolet; pro potu autem quotidiano in prandio & cœna utatur ſequente Decocto paſſulato.

Decoctum paſſulatum. Mynſ.

℞. *Paſſular. min. Vnc.iiij.*
Hordei excort. Vnc.iij.
Rad. Chinæ optimæ
Glycyrrhizæ
Scorzoneræ ana Vnc.ß.
Cinnamomi Drach.ij.
Flor. Violarum exſic. Scr.j.

Coq. l.a. in Aq. fontan. Lib.vj. ad tertias; poſtea colatura clarificetur cum album. ovorum duorum & f. potio clara.

Vires, Vſus, Doſis.

Hoc Decocto utatur æger in paſtu pro potu ordinario; valet enim ſpeciali quadam facultate ad Thoracis & jecoris affectus; nec non leniendo, detergendoque Pulmonis vitiis probè ſubvenit. Doſis bonus hauſtus pro una vice.

Decoctum Citri. Mynſ.

℞. *Malor. Citriorum cum Corticib. talcolas rotundas ac tenues inciſ. No.iij. vel.v.*
Sacchari albiſſ. Vnc.iiij.
Aq. fontanæ Lib vj.

Coquantur ad tertias; poſtea colentur; & decoctum clarum inſtar vini, ad uſum reponatur.

Vires, Vſus, Doſis.

Pro potu quotidiano ordinare ſolemus in Peſte, morbis Epidemiis, Febribus æſtuantibus & biliоſis, inflammationibus, Variolis & Morbillis, Nephritide, Siti immodica, Cholera, &c. Quia inſigniter refrigerat, & humectat Cor, Ventriculum, Epar, Splenem, Renes, & cetera viſcera calida & imbecilla confortat & à putredine vindicat. Doſis bonus hauſtus pro una vice; pro delicatis verò præparatur ſine corticibus, ſic magis palato ſervit. Vino permixtum, ebrietati reſiſtit, & eſt ſucus honeſtus.

Decoctum hepaticum. Mynſ.

℞. *Caulium Lactuc. Hiſpanic. condit. Vnc.iij.*
Rad. Cichorei cond.
Scorzoner. cond. ana Vnc.j.ß.
Sem. Melon. contuſ.
Vvarum Corinth. ana Vnc.j.
Epatis Lupi Vnc.ß.
Flor. Epaticæ alb.
Violarum
Cichorei
Nymphææ ana Drach.j.
Spec. Diarrhod. Abb.
Tria ſantali ana in petia ligat. Drach.ß.

Coquantur l.a. in aq. decoct. Hordei Lib. vj. ad conſumptionem medietatis, colatura clarificetur albumine ovorum: poſtea adde:

Suc. Granator. acidor.
Citri depurat. ana Vnc.vj.
Syr. Violar. cærul. optimè vitriolat. Vnc.iiij.
Aq. Cinnamomi Vnc.ß.

Miſc. & f. decoctum clarum.

Vires, Vſus, Doſis.

Magnam vim habet calorem Cordis & Epatis temperandi: Refrigerat enim & confortat. Convenit quoque in leniendo pectore atque pulmone, humectandiſque præcordiis. Doſis ab Unc.iij. ad Unc.iiij. ſive bonus hauſtus.

Decoctum ſpleneticum. Mynſ.

℞. *Fol. Sennæ elect.*
Braſſic. mar. ana Vnc.j.
Rad. Capparum
Fœniculi
Graminis
Ireos noſt.
Ebuli ana Drach.iij.
Rhabarb. elect.
Epithymi
Spec. Diarrhod. Abb. ana Drach. ij.ß.
Herb. Capill. Veneris
Hyſſopi
Scolopend.
Betonic. ana Drach.ij.
Flor. Centaur. min.
Lupuli
Epaticæ alb. ana Drach.j.

Inciſa & contuſa infundantur per 24. horas in
Aq. Cochlearia
Fumariæ
Acetoſæ
Veronicæ ana Vnc.viij.

Poſtea coquantur ut eſt artis & f. decoctio clara in qua diſſolve; Crem. Tartari Drach.vj. & ſolutis adde:

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 530 sur 955

Syr. de Cochleariâ
Cichorei ſimpl.
Fumariæ
Agrimoniæ ana unc. ij.
Sp. Salis correct. Drach. ß.
Miſc.

Vires, Vſus, Doſis.

In obſtructione, tumore, duricie, & ſcirrho Lienis; item in Scorbuto, rectificatione ſanguinis, & mala diſpoſitione ad Hydropem, decoctum eſt excellens. Doſis ſingulis diebus ab Unc. ij. ad Unc. iij.

Decoctum anictericum. Mynſ.

℞. *Herb. Abrotani unc. ß.*
Stercor. auſerin. verno tempore collect. & in petia ligat. Drach. iij.
Rad. Chelidoniæ
Curcumæ
Rhabarb. opt.
Zedoariæ ana Drach. j. ß.
Nuc. Moſchatæ
Bac. Lauri exc. ana Drach. j.
Sem. Cymini
Aniſi ana Drach. ß.
Croci oriental.
Lilior. alb. ana Scr. ß.
Vini alb. odorif. Lib. iiij.
Coq. ad tertias & f. potio clara.

Vires, Vſus, Doſis.

Ictericus de hoc Decocto per ſex dies, manè hauſtum unum calidè bibat: quia Auriginoſum ſeu Regium morbum penitus tollit. Pauperes loco vini cereviſiam optimè defecatam ſubſtituere poſſunt.

Decoctum ficuum.

℞. *Ficuum ping. No. xv.*
Paſſular. min. unc. ij.
Raſ. Cornu Cervi
Pulp. Tamarind. ana unc. j.
Rad. Glycyrrhizæ
Myrrhidis ana unc. ß.
Fruct. Berber. Drach. ij.
Sem. Card. benedict.
Fœniculi ana Drach. j. ß.
F. Decoctio in aq. Hordei, & colatura album. ovi clarificetur; Poſtea
℞. *Lib. i. ß.*
Syr. Acetoſ. Citri unc. iij.
Miſce pro uſu.

Vires, Vſus, Doſis.

Tutò & abſque ullo periculo tam morbillos quam variolas expellit, & malitiam illorum compeſcit. Doſis ſæpius in die à Cochl. j. ad ij. Si autem alvus ſupra modum laxior fuerit, addatur Gum. Tragacanth. loco pulp. Tamarind.

Decoctum contra mictionem ſanguinis.

℞. *Rad. Glycyrrhizæ unc. j.*
Sem. Papav. alb.
Gran. Myrtillor. ana unc. ß.
Glandium
Acatiæ ana Drach. ij.
Herb. Veronicæ
Capill. Ven.
Ceterach.
Salviæ min.
Sanguiſorb. ana Drach. i. ß.
Flor. Roſar. rub. Drach. i.
Papav. errat. Scr. i.
Coq. in Aq. fontan. ſ.q. ut remaneant Lib. ij. quæ Syrup. è Suc. Violarum edulcorentur pro uſu.

Vires, Vſus, Doſis.

In mictione ſanguinis, medicamentum eſt egregium: Cito enim & abſque ulla moleſtia hunc affectum tollit & fundamentaliter curat. Doſis manè & veſperi ab Unc. ij. ad Unc. iij. & Unc. iiij.

Decoctum ſatyriacum.

℞. *Sem. Linguæ avis unc. i.*
Boleti cervini
Virg. Taur.
Borrac. Venet. ana unc. ß.
Rad. Pyrethri
Aronis ana Drach. iij.
Macropiperis
Caſtorei
Zingiberis
Cinnamomi ana Drach. ß.
Caryophyllorum
Cardamom. min.
Cubebarum ana Scr. i.
Inciſa & parùm comminuta ponantur in vaſe vitreato novo & mundo, & ſuperfuſa ſ.q. Vini Malvatici, ſ.a. vaſe benè delutato bulliant.

Vires, Vſus, Doſis.

Ut præſentaneum ita valentiſſimum: concubiturus autem de colatura hac manè & ſerò ſumat hauſtulum.

Decoctum contra herniam inteſtinalem. Mynſ.

℞. *Sem. Perſoliat.*
Cymini ana unc. i.
Rad. Aronis rec. exſic.
Acori aquat.
Tormentillæ
Conſolid. mai. ana unc. ß.
Herb. Vincæ pervinc.
Sanicula
Pyrolæ
Virgæ aur.
Piloſellæ
Herniariæ
Craſſul. mai. ana Drach. ii.
Roſar. rub.
Balauſtiar.
Galang. min.
Caryophyllor. ana Drach. i.
Inciſa & craſſiuſcule contuſa coq. in vini albi generoſi ſ.q. ad tertias & f. l. a. decoctio clara.

Vires, Vſus, Doſis.

Herniam inteſtinalem, adhibitis ſimul balſamis vel unguentis externis, ſine moleſtia curat, & eſt in hoc caſu experimentum ſingulare. Doſis manè & veſperi bonus hauſtus.

Decoctum contra uteri hæmorrhagiam. Mynſ.

℞. *Rad. Cichorei unc. i.*
Tormentillæ
Caryophyllat.
Glycyrrhizæ
Plantaginis ana unc. ß.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 531 sur 955

Gum. Arabici
Raſ. Cornu Cervi
Bac. Sambuci exſic.
Coriand. præp. ana Drach. iij.
Herb. Burſæ Paſtor.
Hepaticæ aur.
Sanguiſorb.
Acetoſæ
Equiſeti
Roriſmarin. ana Drach. ß.
Gran. Maſtichis Drach. j. ß.
Roſar. rub. exſic.
Nuc. Moſchat. ana Drach. j.

Fiat decoctio in aq Millefolii & vini alb. anaſ. q. ad Unc. xxiiij. & in colatura clara diſſolve Syr. de Suc. Cydoneor Unc. iiij.

Miſc.

Vires, Vſus, Doſis.

In menſium purgatione immodica & Uteri deſtillatione diuturna ſeu continua ſecretum eſt. Doſis manè & veſperi à Cochl iij. ad Cochl. iiij. vel hauſtulus.

Decoctum contra Menſes ſuppreſſos. Mynſ.

℞. *Cinnamomi acut. Vnc. j. ß.*
Rad. Artemiſiæ rub.
Apii
Aſparagi
Fœniculi ana Vnc. ß.
Boraccis Venet.
Bac. Lauri exſort.
Gran. Iuniperi ana Drach. iij.
Herb. Centaur. min.
Sabinæ ana Drach. ß.
Matricariæ
Capill. Venet.
Nepetæ
Pulegij
Calaminth.
Serpilli ana Drach. j. ß.
Flor. Chamomillæ
Buglоſſæ
Croci orientalis
Macis ana Drach. j.

Omnia præter Crocum, Macem & Cinamomum coq in Vini generoſi & veteris ſ. q. ad tertiæ partis conſumptionem, & tum demum addantur aromata, & ſ. l. a. decoctio clara, quæ Syr. ex Suc. Artemiſiæ & Capilli Veneris edulcoretur.

Vires Vſus, Doſis.

Hoc decoctum crebra experientia comprobatum eſt: Mirè enim & potenter menſes ſuppreſſos aperit, retentaſque ſecundinas & fœtum mortuum (ſi non ita ad exitum diſpoſitus) ſine periculo excludit. Doſis manè & veſperi antè ingreſſum lecti, hauſtus mediocris; bibatur autem calidum, & tamdiu procede donec menſes ſeſe oſtenderint.

Decoctum contra ſcabiem. Mynſ.

℞. *Herb. Agrimoniæ*
Origani
Veronicæ ana Vnc. ß.
Rad. Enulæ camp.
Scorzoneræ
Hirundinar. ana Drach. ij.
Cinnamomi acut.
Macis ana Drach. j.

Coq. in cereviſæ opt. Lib. iiij. ad medias, & fiat potio clara.

Vires, Vſus, Doſis.

Præmiſſis univerſalibus & corpus debitè evacuantibus, Scabiem fundamentaliter expellit atque curat. Doſis manè & veſperi bonus hauſtus, calide exhibendus.

Decoctum vulnerarium, Mynſ.

℞. *Herb. Alchimillæ*
Betæ rub.
Pyrolæ
Saniculæ
Vinc. pervinc.
Virgæ aur.
Sem. Angelicæ ana p. æ.

Herbæ minutim incidantur, & ſemen Angelicæ groſſo modo contundantur; poſtea invicem bene miſc. & ℞. hujus pulveris mixti & in petia ligat. Unc. ß. Vini Rhenani Lib. ij. coq. in diplomate & ſ. decoctio clara.

Vires, Vſus, Doſis.

Omnia vulnera & ictus ubicunque ſunt in corpore feliciſſimè curat. Ferrum, lignum, plumbum, & alia quæque expellit. Conſolidat & ſanat in una ſeptimana efficatius, quam aliud vulnerarium menſe integro. Et eſt revera tale experimentum, quod meritò omnes Chirurgi, ambabus quaſi manibus, & grato animo, ſuſcipere debeant. Pro doſi mane, meridie & veſperi Cochl. duo vel tria calidè exhibentur.

Decoctum ligni guaiaci, Mynſ.

℞. *Raſ. Lig. Guaiaci Lib. j.*
Cort. ejuſdem ligni Vnc. iij.
Rad. Chinæ Vnc. ij.
Sarſæparill.
Saſſafras ana Vnc. j.

Infunde l. a. in Aq. fontan. opt. & claræ Lib. xvj. per 24. horas, & coq. in olla nova vitreata benè cooperta ad conſumptionem medietatis, pro ſudorifero. Poſtea iterum coq. in Aq. Hordei Lib. xij. ad tertias pro potu quotidiano, & huic ultimæ decoctioni pro libitu adde uvas paſs. & cum pauco cinnamomo aromatizetur.

Vires Vſus, Doſis.

In uſu hujus decocti ineſt mirabilis proprietas cõtra morbum Gallicum, maximè in illis, qui nimis ulceribus implentur: Horrendam enim hanc luem fundamentaliter curat. Primæ decoctionis Doſis eſt manè bonus hauſtus vel cyathus unus calidè aſſumendus; Item poſt meridiem 2. vel 3. horas ante cœnam. De ſecunda autem decoctione patiens ad libitum bibat.

Alia cura ligni ſancti. Mynſ.

℞. *Lig. Sancti Lib. j.*
Cort. Ejuſdem Vnc. iiij.
Sarſæ parill. Vnc. ij.
Saſſafras opt. Vnc. j.

Infund. in Aq. Fumariæ Lib. xvj. & digerantur per 24. horas; poſtea per alembicum deſtillentur, & in liquore deſtillato coquantur:

Vvarum paſſ. Vnc. iiij.
Rad. Glycyrrhiz.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 532 sur 955

Chinæ ana unc. j.
Sem. Fœniculi
Aniſi ana unc. ß.
Herb. Betonicæ
Cichorei ana Drach. ij.

Colentur ut eſt artis, & colatura clara reſervetur uſui.

Vires, Vſus, Doſis.

Exſiccat, attenuat, expurgat, ſudorem movet: Idcoque putredini & contagioni reſiſtit. Cerebri & Capitis vitia emendat. Luem Veneream curat. Iecur confirmat. Lienem extenuat, ejuſque ſcirrhis maximè prodeſt. Hydropi auxiliatur. Ulcera miligna ſanat. Lepram & Elephantiaſin juvat, &c. Doſis bonus hauſtus bis, ut ſciunt Practici, in die calidè exhibendus.

Decoctum adſtringens. Mynſ.

℞. *Rad. Tormentillæ*
Serpentariæ ana unc j.
Cydoneor. exſiccat. Drach. vj.
Sem. Lapathi acut.
Antheræ Roſarum ana Drach. ij.
Herb. Vrticæ mort. cum flor. rub. Drach. j. ß.
Nuc. Moſchatæ
Cinnamomi acut.
Galang. min.
Caryophyllor. ana Drach. j.
Sebeſten No. ix.

Coq. l. a. in aq. Plantaginis Lib. iij. ad tertias, & in colatura clara diſſolve Camphoræ Drach. j. & ad libitum cum mivâ cydoneor. edulcora.

Vires, Vſus, Doſis.

In Dyſenteria, ceteriſque alvi fluxibus &c. Experimentum eſt; nec non Hæmorrhagiam variam curat. Doſis manè Stomacho Ieiuno bonus hauſtus.

Decoctum Polypodii purgans. Mynſ.

℞. *Rad. Polypodii querc.*
Paſſular. mund. ana unc. ij.
Sem. Carthami
Hordei ana unc j. ß.
Glycyrrhizæ raſæ unc. ß.
Herb. Hyſſopi
Scabioſæ
Tuſsilag.
Chamæd. ana Drach j.
Iuiuben No. xv.
Ficuum ping. No. vj.
Dactylorum à pellice mund. No. iiij.

Coq. in f. q. ſeri lactis ad remanentiam Unc. xxj. & ſub finem decoctionis adde:

Fol. Sennæ elect. unc. iij.
Agarici trochiſcat Drach. iij.
Sem. Fœniculi
Aniſi ana Drach j ß.

Decoque ſine ebullione & f. potio clara, ut eſt art.

Vires, Vſus, Daſis.

In Phthiſi, Aſthmate, Pleuritide, ceteriſq; morbis pectoralibus &c. feliciſſimè utimur. Doſis ab Unc. iiij. ad Unc. v. & purgata alvo bibat decoctum pectorale noſtrum ſubacidum vel ſubdulce, pro ut occaſio eſt.

Decoctum Galli antiqui farcinati. Mynſ.

℞. *Rad. Polypodii unc. j. ß.*
Sem. Carthami unc j.
Cinnamomi acut. Drach. iij.
Fol. Sennæ elect.
Turbith albi
Cort. Aurantior. ana Drach. ij.
Zingib. alb.
Galangæ min.
Macis ana Drach. j.
Spec. Diacymini
Dianiſi ana Drach. ß.
Bac. Lauri No. vj.

Species mixtæ ultimò cum panniculo, cum gallus ſufficienter ferè eſt coctus, imponantur.

Vires, Vſus, Doſis.

Valet in Colica paſſione à materia craſſa, flatuoſa & Phlegmatica.

Decoctum ſanguinem mundificans. Mynſichti.

℞. *Cort. Myrob. citrin. unc. j.*
Flor. Violarum exſic. Drach. j.
Prunorum No. xix.
Sebeſten
Iuiuben ana No. viij.

Fiat decoctio in aq. Flor. Acatiæ ad remanentiam Unc. iij. in qua diſſolve.

Scammonii potab noſt. Scr. j.
Ol. Cinnamomi
Aniſi ana gut. j.

Miſce & f. hauſtus pro una vice.

Vires & Vſus.

Bilem utramque, nec non pituitam & alios humores purgat: Propterea ſanguinem mundificat, & Febrientium ventrem laxat.

Decoctum ſennæ. Mynſ.

℞. *Fol. Sennæ elect. Drach. iij.*
Acidi Tartari Drach. j.
Aq. Fumariæ calidæ Vnc. iiij.

Fiat infuſio per noctem; manè decoquantur parum, ſaltem ad liquefactionem acidi Tartari, & in colatura adhuc calida diſſolve:

Mannæ calabrin. Drach. vj.

Iterum cola & adde:

Aq. Cinnamomi Drach. j.
Elæoſach. Citri Scr. ß.

Miſce. & f. hauſtus purgans pro una doſi calidè exhibendus.

Vires & Vſus.

Prodeſt ad univerſi corporis purgationem. Omnium viſcerum obſtructiones reſerat & ſanguinem expurgat. Imprimis autem bilem tum atram tum flavam & pituitam per inferiora educit. Roborat & mundat Cerebrum, Caput, Cor, Pulmonem, Iecur, Lienem, & omnes corporis ſenſus, omnibusque eorum incommodis confert. Senectutem quoque retardat, juventutem auget & hilaritatem adfert. Inſuper omnibus morbis diuturnis, Melancholicis & tartareis, ut Epilepſiæ, Amentiæ, Delirio, Cephalalgiæ, Podagræ, Elephantiaſi, Scabiei, Puſtulis, Pruritui, & aliis cutis vitiis &c. optima eſt medicina. Datur etiam commodè prægnantibus & pueris & cuiuſcunque ætatis hominibus: alvum enim modeſtiſſimè & ſine moleſtia ſolvit. Pro junioribus autem tertia vel dimidia pars ſufficit.

Deco-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 533 sur 955

Decoctum ſenæ cum Rhabarbaro. Mynſ.

℞. *Fol. Senæ elect. Drach. ij.*
Rhabarbari opt.
Acidi Tartari ana Drach. j.
A. Fumariæ calidæ Vnc. iiij.

Infundatur per noctem; manè ebulliant parum, ut liqueſcat Tartarus: poſtea expreſſione facta, in colatura adhuc calida diſſolve:

Mannæ calabrin. Drach. vj.

Iterum cola & adde:

Aq. Cinnamomi Drach. j.
Elæoſach. Aniſi Scr. ß.

Miſc. & fiat hauſtus purgans pro una doſi, qui calidè aſſumendus.

Vires & Vſus.

Pituitam & utramque bilem præcipuè à Ventriculo, Hepate, Liene &c. purgat. Sanguinem mundificat. Obſtructiones omnes liberat, & affectus inde, ut ſcterum, Hydropem, Splenis tumorem, Febres putridas, etiam diuturnas, dolorem Hypochondriorum punctorium &c ſanat. Nemo autem adhanc exiguam Senæ doſin obſtupeſcat; quatuor enim Drachmæ Senæ infuſæ in quatuor Uncias aq. Fumariæ, non magis purgabunt, quam Drachmæ duæ in ſimili aquæ quantitate maceratæ; quoniam aqua extrahit tantum, quantùm ferendo ſibi ſatis eſt, & reliquum abiicit: propterea Drachmæ duæ Senæ, Unciis quatuor aquæ & plurib⁹, animandis ſufficiunt.

Decoctum Rhabarbari. Mynſ.

℞. *Rhabarb. elect. Drach. j. ß.*
Roſar. rub. exſic. Drach. ß.
Rad. Glyzyrrhiz. raſæ
Flor. Malv. arb. rub ana Scr. j.

Minutim incidantur & infundantur per noctem in aq. Plantaginis calidæ Unc. iij. Manè colentur & in colatura diſſolve:

Mannæ calab. Vnc. ß.
Elæoſach Nuc. Moſchat. Scr. ß.
Sp. Vitrioli Gut. iiij.

Miſce & f. hauſtus pro unâ doſi in aurora calidè exhibendus.

Vires & Vſus.

In omnibus alvi profluviis valdè efficax eſt: una enim vel duabus ſedibus, Dyſenteriæ cauſam expellit.

ANNOTATIO.

Multi utuntur Rhabarbaro uſto vel torrefacto, verum male: Quia virtus ejus conſumitur, & terreſtreitas manet, potius adde ſtiptica.

Decoctum violatum purgans. Mynſ.

℞. *Fol. Senæ elect. Vnc. ij.*
Sem. Fœniculi
Acidi Tartari ana Vnc. ß.
Flor. Violarum exſic.
Rhabarb. elect. ana Drach. j. ß.
Zingib. alb.
Cinnamomi ana Drach. j.
Galangæ min.
Caryophyllor. ana Drach. ß.

Infundantur in Aq. Fumariæ calidæ per noctem; manè coquantur parum; poſtea colentur.

℞. *Colaturæ claræ Vnc. x.*
Syr. Cichor. cum Rhabarb.
Eſuc. Violarum
De Suc. Acetoſæ
Oxyſach. ſimpl. ana Vnc. j.

Miſce & f. potus, qui dividatur in 4. æquales partes pro doſibus quatuor.

Vires & Vſus.

In Febribus tertianis & quotidianis &c. blandè purgat penè omnes peccantes humores, præſtansque eſt remedium ad calculum, Arthritidem, Scorbutum, Iſchiaticos dolores, & plures alios affectus. Exhibetur autem quatuor auroris continuis.

Decoctum nucis cupreſſi. Mynſ.

℞. *Nuc. Cupreſſi*
Gallar. Turc. ana Vnc. viij.
Limat. Ferri cum aceto præp.
Aluminis roch. ana Vnc. iiij.
Lap. Medicamentoſi
Cort. Granat. ana Vnc. j. ß.

Contuſa & mixta coquantur in ſ. q. Vini rub. vel aq. Plantag. ut eſt artis.

Vires & Vſus.

Omnem carnoſitatem ſupefluam, & ſuperabundantiam pinguedinis externe attenuat. In ea calida ſpongia infundatur, quæ expreſſa poſteà ſuperligando applicetur.

Decoctum nigrum. Mynſ.

℞. *Aluminis crud. Lib. j.*
Vitrioli virid. Lib ß.
Gallar. Turc. Vnc. iiij.
Virid. æris
Tartari alb. ana Vnc. ij.

Miſc. & coq. in Aceti Vini Lib. viij. ad medias, ut remaneant Lib. iiij. poſtea adde:

Sp. Vini eſt. Lib. j.

Denuo miſceantur, filtrentur, & ad uſum ſervetur.

Vires & Vſus.

Non ſolummodò in partibus corporis exterioribus vetera ulcera Aphrodiſia, ſi linteum imbutum ſuper imponatur, deſiccat & ſanat, aliaſque defluxiones & malæ carnis excreſcentias tollit, & partem affectam mundificat atque confortat; verum etiam omnia equorum vulnera & plagas antiquas perfectiſſimè curat.

Decoctionem ad mictionem cruentam Prævot.

℞. *Decocti virus aur. ℥ iiij.*
Aq. album. ovor. ℥ ij.
Succi limon. ℥ j. ß. M.

Potio pro phthiſicis. Myl.

℞. *Cort. ligni guaiaci ℥ j.*
Tuſſilaginis, *Virgæ aureæ*, *Plantaginis* } an. m. j.
Conſolid. maior. ℥ j.
Paſſularum, *Iuiubarum*, *Sebeſten*, *Glyzyrrhizæ*, *Cinnam. electi* } an. ℥ ß.
Aquæ ferratæ menſ. iv.

Fia decoctio ad quartæ partis conſumptionem; miſce cum oleo ſulphuris pro acore inducendo.

Deco-

Decoctum pectorale. Myl.

℞. Paſſularum ℥ j.
Sebeſten an. Nu. xv.
Iuiubarum an. Nu. xv.
Hordei purgati ℥ j.
Glyzyrrhizæ ʒ ß.
Dactylorum Num. vj.
Caricarum pinguium Num. iv.
Adianthi m. ß.
Hyſſopi ʒ ij.
Fiat Decoctio.

Decoctum Nobiliſſimum pro Herniosis. Myl.

℞. Alchimillæ
Sanículæ
Conſolidæ ſarrac. } an. M. j.
Agrimoniæ
Herb. Cynogloſſi
Polygoni
Ariſtolochiæ
Vulnulariæ } an. M. ß.
Plantaginis
Latifolii
Symphiti ʒ ij.
Myrtillor. exſiccat. ʒ iij.
Granatorum an. ʒ ij.
Florum de pomis an. ʒ ij.
Fol. Lauri ʒ ß.
Bulliant in ℔ vj. aquæ & tribus vini, ad tertiæ partis conſumptionem, coletur, Saccharo dulcoretur. Doſis manè ʒ iv.

Decoctum Hydropicum. Myl.

℞. Abſynthii
Cuſcutæ
Marrubii
Pulegii } ana M. ß.
Soldanellæ
Meliſſæ
Cichor.
Pentaphylli
Fragariæ } ana M. ij.
Auriculæ Muris
Bellidis
Sem. Petroſ. ʒ j.
Rutæ
Fœniculi
Cumini pratenſ. } ana ʒ ß.
Cumini Rom.
Gran. iuniperi ʒ ij.
Rad. Hirundinar.
Gladiol. lutei } ana ʒ ß.
Ireos
Cinnamomi ʒ iij.
Caryophyllor ʒ ij.
Macis ʒ j.
Lumbricor. terreſt. calcinat. ʒ j.
Salis iuniperini ʒ ß.
Sacchari ℔ j.
Vini Malvatici ana q. ſ.
Vini albi bo i ana q. ſ.
Fiat decoctio bona, colando & exprimendo evadet nobiliſſimus potus in Hydrope.

Decoctum ſudorificum contra Luem Veneream. Myl.

℞. Ligni ſancti vel Indici ℔ iij.
Salſæparillæ
Stœchados Arab. ana ℔ ß.
Gratiolæ M. ß.
Carduibenedicti M. iij.
Sem. Carduibened. ʒ vj.
Auriculæ muris cum Radic.
Scabioſæ ana M. j.
Tormentillæ ʒ j.
Rhabarbari ʒ ij.
Polypodii ʒ j.
Contuſa ac infuſa cum aquæ fontanæ ℔ xxx. bulliant deinde probe munita vj. horis, addendo decoctioni fruſtulorum, ferri & chalybis ana ℔ ij. quibus peractis denuo in vini menſuris iv. macera ſorſim
Cort. ligni Quaiaci ℔ ß.
Hermodactylorum
Turbith } ana ʒ iv.
Gran. Paradiſi
Omnia per horam concoquantur: deinde per manicam tranſiiciantur.

Decoctum ad comminuendum calculum. Myl.

℞. Rad. Reſtæbovis ʒ j.
Fol. Saxifrag. ana M. j.
Virgæ paſtoris ana M. j.
Fructuum Senelorum an. par. xx.
Alkekengi an. par. xx.
Milii Solis ʒ j.
Cinnamomi
Sem. Bardanæ
Saxifragiæ } ana ʒ iij.
Aniſi
Fœniculi
Gran. Hederæ ʒ ß.
Straminis vel Stipitum Fabar. exſiccator. ʒ ß.
Aquar. Parietariæ
Argentariæ } ana q. ſ.
Vini albi
Fiat decoctio ad unius tertiæ conſumptionem. Doſis ʒ iij.

Decoctum Cephalicum Langii in vertigine, Epilepſia & caligine Oculorum, Myl.

℞. Stœchados Arab. an. m. j.
Euphraſiæ an. m. j.
Thymi
Maioranæ } ana m. ß.
Betonicæ
Flor. Anthos ana p. j.
Lavendulæ ana p. j.
Sem. fœniculi ℈ iv.
Aniſi ℈ ij.
Rad. pæoniæ ana ℈ v.
Peucedani ana ℈ v.
Cort. Squillæ ʒ ij.
Decoquantur in lib. duabus aquæ ad tertiæ partis conſumptionem, deinde poſt tres horas facta forti expreſſione coletur per filtrum, in colatura diſſolue ſaccha. ʒ iij. ß.
Acet. ſquillitici ʒ ij. ß.
Caryophyllor. ℈ ij.

Cinna-

Cinnamomi ʒ ß.
Ligni aloes ℈ i.
In pecia ligatis decoquantur clarificando ad ſpiſſitudinem iulep clari, iterum coletur, ac tandem pupa cum aromatibus relinquatur in decoctione pendulæ. Vſus cum pilulis appropriatis.

Decoctum ad Ventris fluxus Prævot.

℞. Succi ſemperv. maj. Perſicar. mac. an ʒ iij.
Coq. ad conſ. 3. partis & detur pro potu.

Decoctum magiſtrale in obſtructione Hepatis, ex pituita craſſa. Mylii.

℣ Rad Fœniculi
Petroſelini
Aſparagi
Graminis
Apii — an. ʒ j.
Origani
Roriſmarini
Arthemiſiæ
Chamædrios — ana M. j.
Centaurii
Caſſutæ
Agrimoniæ
Chamæpit.
Fumariæ
Lupuli ſalicæ. — ana M. ß.
Sem. Dauci
Fœniculi
Paſtinacæ — ana ʒ j.
Vuar. paſſar. mundat. ʒ j.
Glycyrrhizæ raſæ ʒ iij.
Fol. ſenæ ʒ j.
Agarici fœmin. ʒ i. ß.
Rhabarb. ſelecti ʒ j.
Schœnanthi
Cyperi
Calami aromat.
Zingiberis albi — an. ʒ ß.
Coquantur in aqua pro ℔ j. Colaturæ adde
Syr. de Bizant.
Oxymel ſimpl.
De duabus Radicib.
De Arthemiſia
De Eupatorio
De quinque Radic. — an. ʒ ß.
Miſce, Fiat Apozema.

Decoctum præſtans in ſcirrho Hepatis. Mylij.

℣. Rad. Biſmalvæ ʒ i.
Graminis
Petroſelini
Aſparagi
Iridis — ana ʒ i.
Sal. Alkekengi
Cichorii
Endiviæ
Borraginis — an. M. i.
Marrubii M. ß.
Paſſularum ana N. x.
Dactyl. mundat. an. N. x.
Aniſi
Fœniculi
Sem. Alkekengi — ana ʒ iii.
Sem. Biſmalvæ ana ʒ i.
4. Sem. frig. Maior. an. ʒ i.
Flor. Chamomillæ
Meliſſæ
Sambuci
Violarum
Anthos — ana p. i.
Fiat decoctio in aqua & ſapa ad ℔ ij. in quibus diſſolue.
Syr. acetoſ. ſimplic. ʒ iv.
Cinnamomi ʒ ii.
Iridis ʒ i.
Fiant v. vel vj. Doſes, ab uſu huius Decocti dentur Pilulæ.

Decoctum pectorale purgans. Mylii.

℣. Rad. Enulæ
Liquiritiæ
Fœniculi
Polypodii — ana ʒ ß.
Herb. Meliſſæ
Eupatorii
Cichorii — ana m. i.
Thymi ana m. ß.
Epithymi ana m. ß.
Sem. Aniſi
Carui
Fœniculi — ana ʒ iii.
Myrobal. citrin. ana ʒ ß.
Chebulor. ana ʒ ß.
Paſſular. mundat. ʒ i.
Spicæ ʒ i.
Fol. Senæ ʒ ii.
Rhabarb. ʒ ij.
Agar. trochiſc. ʒ v.
Aquæ q. ſuff.
Fiat lege artis decoctum, colaturæ adde Syr. appropriatos,
Cum Cinnamom. &c.
Fiat Potus.

Decoctum pectorale. Mylii.

℣. Liquiritiæ
Farfaræ
Ameos
Peucedani — ana ʒ ß.
Rad. ſerpent. ana ʒ j. ß.
Helenii ana ʒ j. ß.
Ariſtoloch. longæ ʒ ij.
Hyſſopi
Scabioſæ
Praſſii
Capillor. Ven.
Agrimoniæ
Veronicæ — ana m. j.
Summit. Vrticæ
Calamenti
Meliloti
Meliſſæ
Sem. Anſi ana ʒ j.
Fœniculi ana ʒ j.
Hordei ana ʒ ij.
Paſſular. ana ʒ ij.
4. Sem. frig. maior. ana ʒ ij.

Sem

Sem.papav.alb.ʒ ß.
Diatrag.frig.an.ʒ ij.
Summitat. Borrag.an.ʒ ij.
Fiat decoctum ſ.artem,cui adde
Sacchari q.ſufficit.

Potiones Galenicæ in Tuſſi variæ.

℥. *Paſſular.major.ac min.*
Sacchari candi
Liquiritiæ } *an.ʒ j.ß.*
Dactylorum
Ficuum N.x.
Salviæ
Hyſſopi
Fœniculi } *an.ʒ ß.*
Aniſi
Matriſylvæ
Scolopendriæ
Violarum } *an.p.j.ß.*
Hederæ terreſt.
Mellis q.ſ.
Aquæ lb.ij.ß.
Fiat potio pectoralis.

Vel: ℥. *Liquiritiæ*
Fœniculi } *an.ʒ ß.*
Aniſi
Paſſul.min.ʒ j.
Dactylor.ʒ ß.
Ficuum ʒ ij.
Coriandri ʒ ß.
Sacchari candi ʒ ij.
Fol.ſcolopendriæ N.iiij.
Violarum
Prunorum ſylveſtr. } *an.ʒ ij.*
Hordei integri
bulliant in aquæ q.ſ.
Fiat potus ſaccharo edulcorandus.

Vel: ℥. *Aniſi ʒ ß.*
Paſſul.minor.ʒ j.ß.
Sem.Carthami ʒ ij.
Liquiritiæ ʒ j.
Rad. Fœniculi ʒ ij.
Elenii ʒ j.
Numul.ʒ ij.
Violarum
Scabioſæ } *an.ʒ j.*
Ficuum
Bulliant in duabus menſuris ad conſumptionem duorum digitorum. Fiat cum ſaccharo potus.

Vel: ℥. *Scolopendriæ*
Hyſſopi ſicci } *an.m.ß.*
Praßii
Rad. Iridis an.ʒ ß.
Liquiritiæ an.ʒ ß.
Rad.Enulæ an.ʒ ij.
Ariſtol.rot.an.ʒ ij.
Polypod.querc.ʒ j.ß.
Capillorum Veneris ʒ ß.
Sem. fœniculi ʒ ß.
Cymini præpar.ʒ ij.
Sem. Vrticæ ʒ j.ß.
Caricarum pinguium Num.x.
Dactylor. excorticat.
Iuiubarum
Sebeſten } *an.Num.viij.*
Paſſularum
Aquæ fontis lb.viij.
Fiat decoctio ad lib.ij. In fine decoctionis adde
Mellis ʒ iiij.F.Decoctio.

Vel: Potus Mundificans.

℥. *Rad. Farfaræ an.ʒ j.*
Enulæ Campanæ an.ʒ j.
Ireos ʒ ß.
Capillor. Ven.m.j.
Paſſular. minor.ʒ vj.
Liquiritiæ raſæ ʒ iij.
Ficuum ping.Num viij.
Agrimoniæ
Veronicæ } *an.m.ß.*
Marrubii
Stœchad. Arab ana m j.
Thymi ana m.j.
Aquæ lb.viij.
Fiat decoctio ad lib.ij.in fine adde
Croci ʒ j.
Sacchari q.v.
Fiat potio.

Decoctum in craſſis humoribus.

℥. *Rad. Ireos*
Petroſelmi } *ana ʒ j.*
Glyzyrrhizæ
Rad. Elenii ʒ ß.
Caricarum.Num.vij.
Vuarum paſſul.ʒ j.
Sem. Vrticæ
Aniſi } *ana ʒ ij.*
Fœniculi
Hyſſopi
Adianthi
Scabioſæ } *ana m.j.ß.*
Marrubii
Agarici opt.ʒ iij.
Aquæ q.ſuff.
Fiat decoctio,cui adde
Syr. de Hyſſopo ana ʒ iiij.
De Marrubio ana ʒ iij.
Vel: ℥. *Rad. liquiritiæ*
Enulæ campanæ
Polypodii quercini } *ana ʒ vj.*
Ireos Florentini
Herb. Marrubii albi
Scabioſæ
Hyſſopi } *ana m.j.*
Betonicæ
Flor.trium cordial.ana m.ß.
Sem. Aniſi
Fœniculi } *ana ʒ j.ß.*
Melonum
Paſſul.corint.mundat.ʒ i.
Iuiubarum ana Nu.xx.
Sebeſten ana Nu.xx.
Ficuum ping.Num.x.
Aquæ libræ aliquot vj. vel iij.ad tertiæ partis conſumpt. Fiat decoctio.
Colaturæ adde
Syr.de liquiritiæ
De cichor.cum Rhabarb. } *ana ʒ i.*
De praßio
Conſ.Roſar.an.ʒ ß.
Violar.an.ʒ ß.
Syr.de hyſſop.ʒ ß.

Conſ.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 537 sur 955

Conſ. Borrag. ℥j.
Cinnamom. ℈j.
Fiat.

De Vinis Variis. 2.

Expoſitis iis, quæ Aquarum & Decoctorum tam ſimplicium, quam compoſitorum differentias, virtutes, proprietates, deſcriptioniſque modos ſpectant, æquum eſt, ut vini etiam, liquorem omnium poſt aquas communiſſimi, quod humanę imprimis inſervit nutritioni, ſymphytumque corporis noſtri calorem inſtaurat, roboratque, tractationem ſecundo loco aggrediamur. Nec vero hic diverſa vinorum genera, quatenus ſcilicet guſtu, viribus proprietatibus, & alijs hujuſmodi qualitatib. inter ſe differunt, exponere ſtatuimus: neq; etiam hujus loci eſt, diverſos vina corrigendi, validioremq; illis virtutem & excellentiam imprimendi modos explicare. Qua ratione, inquam, ipſorum emendanda ſit cruditas, ex aquoſa & excrementitia humiditate contracta, quæ ob caloris vitalis defectũ (Sol quippe quibuſdã annis imbecilliores radios imittens, terrã minus calefacit) digeri conſumiq; nõ potuit. Vnde fit, ut vina aliquãdo cruda, viridia, imbecillaq; & minus reſtaurãtia exiſtant, diuq; conſervari nõ poſsint. Quæ ſane omnia arte naturam imitante, emendare ac corrigere facillimum eſt, ſi ſuperfluitas illa aquea & excrementitia coctione artificiali quidem, ſed naturalem tamen æmulante à vino ſeparetur & expurgetur. Quę tunc ſolummodo ſeparari poteſt, cum vinum jam expreſſum in dolijs à calore ſuo naturali & interno concoquitur, & ex ſuo tartaro ſolito more expurgatur.

Cujus enim aperte demonſtrabit experientia, quod ſubſtantia illa, quæ primo à vino ſeparatur, extillatque, nihil aliud, quam pura putaque ſit aqua paſſiva, nulliuſque ſaporis compos, ac inſtar fontanę inſipida, quæ nihil vino, præter viriditatem, eruditatem, imbecillitatemque imprimit, ac ipſius corruptionem juvat & accelerat. Quin etiam aciditatem ipſam prædictæ humiditati ab imbecillo calore minus abſumptæ & digeſtæ tribuit. Quidquidem calor (ut alio loco dictum eſt,) omnia perfecte dulcorare poteſt, & ejus opera prædicta humiditas omnino ſeparatur. Sed eo ſolum tempore, quo vinum in muſtum redigitur, digeriturque. Abſolutis enim primis illis digeſtionibus & fermentationibus id nequaquam fieri poteſt. Nam quod primo exprædicto vino, vel minimo quidem calore admoto extillat, ſpiritus vini eſt, qui cum vino conjunctus illud vivificativum & nutritivũ efficit, quo ſeparato vinum amplius non eſt vinum, ſed acetum & corruptum quid, mortuum atque nutritivæ facultatis expers reſpectu ſuperioris vini. Talis, inquam, correctio, vinique rectificatio, ut & aliæ plures, non minus jucundæ, quam utiles inveſtigationes in alium locum remittuntur, ubi ex profeſſo de vino vinique natura diſputabimus. At in rem præſentem ſat eſſe duximus, plures vinorum tum ſimplices, tum compoſitas preparationes reſtituræ noſtræ Pharmaciæ inſerere, quę corporis humani conſervandæ ſanitati, morbiſque conferant depellendis. Dividemus vina (ſicut & aquas *ſupra*) in ſimplicia & compoſita, nempe quod ex varijs rebus componantur, cum ſimplicia ex una tantum conſtent, unde & ipſorum orta differentia. Hoc porro ordine eadem recenſebimus.

Vina ſimplicia alterantia ſeu corroborantia, quę ad plures affect⁹ curandos apta ſunt.

- *Vinum Acori.*
- *Vinum Angelica.*
- *Vinum Enulatum.*
- *Vinum de Tuſsilagine.*
- *Vinum Anthoſatum.*
- *Vinum Salviatum.*
- *Vinum Buglooſſatum.*
- *Vinum Iuniperinum.*
- *Vinum Euphragia.*
- *Vinum Fœniculatum.*
- *Vinum Hyſſopi.*
- *Vinum Aniſi.*
- *Vinum Epithymi.*
- *Vinum Abſynthii.*
- *Vinum Hypericonis.*
- *Vinum Centaurii minoris.*
- *Vinum Alkekengi.*
- *Vinum Eryngiorum.*
- *Vinum Scyllaticum.*

Vina ſimplicia laxativa.

- *Vinum Senæ ſimplex.*
- *Vinum Hermodactylorum.*
- *Vinum Turbith.*
- *Vinum Sem. ebuli maturi.*
- *Vinum Sem. ebuli non maturi.*
- *Vinum Sem. Sambuci.*
- *Vinum Sem. hederæ.*
- *Vinum Flor. Perſica arboris, prunorum.*
- *Flor. Hyperici & prunorum.*
- *Vinum Helleboratum.*
- *Vina varia purgantia compoſita.*

Vina compoſita.

- *Vina varia Hippocratica, clareta dicta.*
- *Vinum Antepilepticum.*
- *Vinum Antapoplecticum.*
- *Vinum Antiparalyticum.*
- *Vinum Zedoaria.*
- *Vinum Ophthalmicum.*
- *Vinum Chalybeatum.*
- *Vinum Antinephriticum.*

Ejuſmodi vina conficiuntur duobus modis, primo cum muſto tempore vindemiarum: ubi aliquot doliola parva duodecim, quindecim aut plurium menſurarum comparanda erunt, ſcribamus autem hic exempli loco Abſynthiacum, ad cujus normam cætera omnia facile concinnabuntur.

Accipe igitur Abſynthij Romani exſiccati, quantũ voles, hoc injice in vas aliquod idoneum, ſuperaffunde muſtum recẽs, & ſine bullire per aliquot dies, novum perpetuo muſtum alternis diebus reaffundendo, quo vas ſemper repletum maneat, vinumq; à fæcibus ſuis exquiſitius repurgetur, peracta ebullitione, reple totum doliolum eodemet muſto, & optime claude. Macerentur & digerantur omnia per 24. dies aut menſem, nec priuſquam hoc temporis ſpatio perfecte digeſtum & clarificatum fuerit, hoc bibendum exhibe, ſervari poteſt ad annum unum aut amplius. Doſis eſt dimidium vitrum tempore matutino.

Deinde parantur hæc vina quovis tempore. Exempli gratia: Recipe idem abſynthium minutim inciſum, immitte in vas vitreum, ita ut tertia pars vaſis vel paulo plus eo impleatur, affunde vinum album optimum vaſe probe obturato, quod deinde in repoſitorio vel loco quodam tepido ponatur ad ma-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 538 sur 955

cerandum per decem aut duodecim dies, interea temporis vinum attrahet absynthij virtutem atq; saporem, & ita in phiala sive vitro illo relinquatur, & loco ejus, quod in usum quotidianum detrahitur, reaffunde novum vinum generosum, & sic habebis vinum absynthites, quod diu quoque ad usum servari potest.

Quod si magis specificum reddere voles, ita ut efficaciorem vermes expellendi vim acquirat, adde flores *Hyperici* vel *Centaurii minoris*, & ita in alijs vinorũ compositionibus, prout scopus fuerit procedatur.

Inter vina simplicia *supra* enarrata vinum acori, angelicæ anthosatum, salviatum frigidis cerebri affectibus conducunt.

Vinum euphragiæ & fœniculi oculorum aciei & corroborationi confert.

Vinum enulatum & de tussilagine, asthmati & pulmonum vitijs medetur, valetq; ad detergendos pulmones, & juvandam expectorationem.

Vinum absynthij in germania ad lumbricos, omnemque corporis arcendam putredinem commune est remedium: non secus ac vina hypericonis & centaurij minoris, quę ad liberandas jecoris obstructiones ipsumq; roborandum maxime etiam prosunt.

Vinum buglossatum cordi omnibusq; melancholicis affectibus accommodatum est, fitque vel cum floribus vel radicibus ejusdem.

Vinum anisi ad colicum dolorem ex flatu provectum, sive in universo ventre existat, laudatur.

Vinum epithymi sicut & vinum tamaricis lieni confert.

Vinum passulatum admirabile est ad virium restaurationem in senibus.

Vina alkekengi & eryngiorum nephriticos & calculosos levant, ut & ipsum vinum juniperinum, quod mire etiam cor, cerebrumque, & reliquas partes nobiles corroborat.

Vinum scilliticum præstantissimum est ad humorum præparationem & digestionem: hoc enim ad incidendas & attenuandas crassas, pituitosas, melancholicasq; materias assumitur, hoc etiam nullum est ad attenuandos omnis generis humores mucilaginosos tartareosq; excellentius remedium.

Vinum senæ melancholicos, imo etiam alios humores purgat. Facillimum quidem est, nec injucundum remedium quo libenter ij etiam utuntur, qui à potionibus medicinalibus abhorrent, cum benigne & sine perturbatione ulla, vel commotione purget.

Vina hermodactylorum & turbith, serosos & pituitosos humores ex ipsis junctures evacuant: Vnde ad arthritidem usurpantur.

Vina seminis ebuli & sambuci aquas potenter ducunt, & ad hydropis curationem adhibentur, quemadmodum & vinum hederæ.

Hactenus præcipua vina simplicia, eorumque virtutes & proprietates ordine enumeravimus. Ad eorum vero præparationem quod attinet, alia hic institutione opus non est, & ex duobus exemplis *supra* propositis nullo negotio addisci possit.

At vero vina seminum ebuli & sambuci, quod hęc semina, vinosa & eo solum tempore, quo uvæ, matura sint, paulo aliter, quam dictum est, præparari debent. Quare prædictorum seminum utrumlibet exprimendum est, & succus extrahendus, qui cum dupla musti optimi vini albi quantitate admisceantur, & in dolium magnitudinis convenientis ad solitam digestionem & fermentationem infundatur. Notandum verò, hic melius esse, si id obturato dolio peragatur, hoc est, si dolium penitus non repleatur, & obturetur bene, ne quid exhalet. Quo facto & fermentatione per mensem integrum absoluta, dolium aperiendum, vinoque ad summum usque adimplendum est. Hæc vina purgant serosos humores, & conducunt hydropicis.

Vinum præterea scilliticum paulo etiam diversa ratione, quam prædicta vina, parari debet. Scilla enim cultro ligneo aut eburneo vel quovis alio, qui tamen ferreus non sit, mundari, & in taleolas secari, Solique per 25. aut 30. dies ad exiccandum exponi debet. De qua sic præparata accipe ℔.j. & in vas vitreum aptum injice, superaffundendo vini albi optimi ℔. viij. omnia vase bene clauso digerantur in Baln. Mar. calido per 5. aut 6. dies: dein transcolentur per manicam Hippocratis, adjectisque mellis optime depurati ℔. iij. parum bulliant & purificentur: & sic vinum habebis scilliticum, quod ad usum reservabis in vase accuratissime occluso. Remedium est præstantissimum ad omnes humores præparandos, ut jam dictum.

Verum ut vina purgantia ingratum suum saporem amittant, & gustui grata fiant, post prædictam illam macerationem, per manicam Hippocratis saepius transcolanda, & saccharo, paucoque *Cinnamomo* & *Coriandro* aromatizanda sunt, ad quam eandem methodum parabuntur etiam alia vina, tam roborantia, quam purgantia, quæ grata & utilia erunt, nec adeo magno constabunt precio, sed promiscue omnibus, tam infimę, quam summæ conditionis hominibus commodissime exhibebuntur.

Restat jam, ut de vinorum etiam compositorum præparatione, ducto à vinis purgantibus exordio, verba faciamus.

Vinum purgans senæ Autumnisive vindemiarum tempore parandum.

Comparanda sunt aliquot dolia, ex lignis ejusmodi vasorum facta, quæ vinum malvaticum aurantium simile, album & generosum prius continuerunt, quorum quodlibet capax sit quindecim aut viginti mensurarum, vel plurium, prout videbitur. Præstat tamen plura dolia, eaque minora in promptu habere, quam solummodo unum, idque maximum, ubi magna vini quantitas præparanda veniat. Si igitur talis magnitudo erit viginti mensurarum Parisiensium, in eo pone

Folliculorum senæ ℔.*iiij.*

vel amplius, prout purgandi virtutem plus, minus augere velis, addendo

Caryophyllorum ℥ij.
Cinnamomi.
Macis ana ℥iij.
Semi Fœniculi ℥ij.ß.
Prunorum Damasc. sine nucleis ℔.iij.
Liquiritiæ incisæ ℔.j.
Polypodii &
Sem. carthami contus. ana ℔.ß.

Omnib. probe invicé mixtis indatur in vas & affuso musto generoso bulliant, superaffundendo semper vinũ novũ. Post perfectã coctionẽ vase optime clauso omnia macerentur & fermententur ad viginti aut

viginti

viginti quinque dies: & sic habebis vinum purgans, quod integris validisq; viribus per integrum annum perstabit, cujus dosis est vitrum parvum in aurora. Vel si matutina purgatio non satis suum assecuta fuerit effectum, unciæ tres vel quatuor adhuc sumendæ erunt circa vesperam, duabus vel tribus ante cœnam horis, idque eodem die. In affectibus porro contumacibus altasque radices habentibus, quorumque authores existunt impuritates tartareæ sive humores crassi & fæculenti, purgatio eodem remedio continuanda erit ad duodecim vel etiam quindecim dies: ita per epicrasin, id est, sensim & paulatim ejusmodi humores evacuabuntur, citra vitium dejectionem. Eodem quoque modo febris quartana, melancholia hypochondriaca, cachexia, & similes affectus difficilis sanationis curabuntur, & prorsus exscindentur.

Ad præservationem corporis sufficiet id semel tantum per octiduum, vel bis per mensem sumpsisse. Potes si velis, id paulo ante cibum, vel etiam in ipso prandio cœnave sumere.

Si facultatem ejus purgatricem reddere cupis generaliorem, adeo ut instar catholici omnes humores simul trahat & expurget, addere oportet *radium exsiccatarum oxylapathi*, sive *rhabarbari barbari monachorum hermodactylorum, mechoacæ, turbith* quantum lubet. Et sic medicamen habebis sumum adversus podagram, luem veneream, & similes affectus, addendo *salis parilla & rasuræ ligni guaiacini* ad libitum. Ex cujus usu continuato ad plusculos dies, singulares & eximios percipies effectus.

Quod si nonnulli in ejusmodi remediorum præparationibus accusent nimiam temporis longitudinem, quamvis in tanta copia simul & semel parari possunt, ut sufficiant pro uno atque altero anno, ut tamen prorsus illis satisfiat, hic purgantia quædam quovis anni tempore paratu facilia, nec minus cæteris utilia proferemus. Primi præparatio est, ut sequitur.

Vinum catholicum purgans facilis præparationis.

℞. *Rad. Polypodij quercini*
acori ß. ℥.
Sem. Carthami ana ℥. j.
Fœniculi.
Anisi ana ℥ iij.
Cort. Myrobalanorum citrin. &
Chebulorum ana ℥. ij.
Cinnamomi ℥ij. ß.
Caryophyllorum.
Macis ana ʒiij.
Conserv. Flor. genistæ.
Violarum.
Malvæ ana ℥. ß.
Hermodactylorum alborum ℥. vj.
Turbith. ℥. ß.
Foliculorum sennæ ℥. ij.
Vini albi generosi lb. ij. *vel* iij.

Omnibus probe invicem mixtis in vase vitreo optime lutato & clauso macerentur ad calorem lentum B.M. per quatuor aut quinq; dies, ampliusve. Colentur aliquot vicibus per manicam, addendo sacchari ℥. vj. Hoc vinum sive claretum purgans ad aliquot dies reservari potest, ex quo facies sex octove doses. Pro dosi una unciæ duæ sufficient: exhibendo id horis matutinis & singulis dieb. aut alternis continuando. Purgat enim leniter omnes humores, sive serosos vel etiam crassos & melancholicos: prodest calculosis & podagricis, & potissimum delicatioribus, necnon imbecilliori ventriculo laborantibus, qui citra vomitum alia purgantia admittere nequeunt. Conducit præterea hystericis affectibus, & albos sistit mensium fluores, si addatur fæcula bryoniæ, quæ est specifica uteri medicina, cujus præparandi modus docebitur alibi.

Aliud vinum purgans facillimæ præparationis.

℞. *Sennæ.* ℥. ß.
Hanc immitte in vas vitreum, addendo
Cinnamomi contus. ℥. ß.
Caryophyll. N. v. aut. ℈ j.
Vini albi q. s.

Claudatur charta vel bombace saltem & addatur si ita videbitur, paululum *sacchari*. Omnia macerentur in loco frigido per dies tres, quoad vinum sufficienter tinctum sit. Hujus vini tumantur cochlearia duo vel tria mane, cū jusculo, si placuerit: ac tantundem sero, idq; continuetur ad dies duos vel tres. Remedium hoc ex uncia semis tantum sennæ præparatum (quod vel pueris & prægnantibus exhiberi potest) si continuo ad dies tres vel quatuor quis sumpserit, blande & utiliter corpus purgabit.

Vinum purgans ex floribus prunorum Persicæ arboris, hyperici & cat.

Ad hujus vini compositionem verno tempore sufficiens colligenda est florum prunorum, tam hortensium, quam agrestium copia: hisque tertia vel media pars dolij replenda, quibus adde

Vvarum Corinthiac. lb. v.
Prunorum dulcium lb. iij.
Jujubarum lib. ij.
Dactylorum abscq; nucleis lib. j.
Fœnic ℥. iij.
Cinnamomi. ℥. ij.

Affundatur vinum optimum usq; ad summum vasis, quo accurate clauso, omnia macerentur ad dies viginti aut mensem unum. Hoc vinum nullam plane nauseā exhibet, & potest loco diapruni sumi. Habet enim vim alterandi & purgandi humores biliosos: servatur ad usum per integrum annum. Dosis est dumidium vitrum, ℣ citra *diagridij* additionem blandè purgabit. Tempore vindemiarum etiam præparari potest idem vinum cum musto vini albi optimi, sicut & reliqua, hactenus à nobis descripta. Flores in umbra exsiccati servādi sunt usq; ad tempus enarratum. Ejus vim purgatricem efficaciorem reddes, si *foliculorū sennæ lib. unam* atq; alteram addideris.

Ad eundem modum parari potest, tempore Veris vinum purgans contra vermes sive lumbricos ex *Persicæ arboris floribus.*

Ex *floribus hyperici, summitatib. centaurii minoris & fumiterræ*, collectis omnib. suo tempore, dum florent, & exsiccatis, conficitur etiam vinū purgans adversus vermes, quod idem sanguinem mundificat, & tam atram, quam flavam bilem purgat. Si adderis *sennæ* ad libitum, potentiorem purgandi vim acquiret. Hæc vina licet saporis sint paulo amarioris, purissima tamē sunt & clarissima: corrigi potest amaritudo illa *uvis Corinthiacis & liquiritia.*

Sic eodem modo purgans vinum præparetur cum

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 540 sur 955

rosis pallidis & albis, tam hortensibus, quam sylvestribus. Quod purgat humores serosos, ex quo etiam optimum remediū parari potest contra hydropem, quod etiam addita *vincetoxici radice* per urinas purgat. Dosis duo cochlearia mane exhibita, idq; continenter ad plures dies, si res postulat.

Ad eosdem humores purgandos vinum paratur ex *seminibus ebuli & hederæ*, tam in Autumno, quam quovis alio tempore. Eadem vina conducunt etiam hydropicis.

Vinum Helleboratum.

Accipere *radices hellebori nigri bene mundatas, & ab omni terrestri impuritate purgatas, quas minutim concisas in B. Mar. sufficienti vini vel aceti quantitate, & semine anisi per 24. horas macerabis: hinc post quatuor aut quinque dies vinum prædictum separabis*: eo enim modo omne venenum ex prædicta radice extrahetur, quæ dein exsiccari debet.

℞. *Rad. Hellebori ea, qua dictum est, ratione præparatarum* ℥.ij.ß.
Foliculorum sennæ ℥.iij.
Fœniculi dulcis.
Anisi ana ℥vj.
Corticis citri ℥.ß.

Macerentur omnia in duabus vini albi optimi, & jam purificati mēsuris per quatuor aut quinq; dies in baln. Mar. calido, coleturq; vinum absq; expressione ulla, dein bis terve per manicam Hippocratis transmittatur, dulcoretur & aromatizetur cum *sacchari* sufficienti quantitate, & pauculo *cinnamomo*. Excellens est educendis à cerebro pituitosis & melancholicis humoribus. Optimum igitur est ad maniam, & melancholicos omnes affectus, tum intro assumptum, tum extrinsecus capiti cum linteolis in eo madefactis tepide admotum, ut docebimus fusius alibi.

Hactenus de vinis compositis purgantibus: sequuntur nunc quędam vina composita corroborantia & certis quibusdam affectibus appropriata.

Vinum Hippocraticum commune.

℞. *Vini rubri vel albi optimi libr. x.*
Cinnamomi ℥.ß.
Caryophyllorum. ℈ij.
Cardamomi.
Granorum Paradisi ana ℈iv.
Zingiberis ℥iij.

Omnia crasso modo contusa, macerentur in dicto vino per tres aut quatuor horas: addendo *sacchari albissimi libr. j.* ß. transcolentur per manicam aliquot vicibus, & fiat Hippocraticum.

ALITER.

Nonnulli tantam aromatū copiam exosi, id prę-parant ex solo *cinnamomo & sacchar o*, sed alij vim ejus calefaciendi paulo plus acuunt *pipere, zingibere & caryophyllis*. Hyemis fere tempore sumitur cum pane tosto ad corroborandum ventriculum. Porrigitur etiam in quartanis, & aliis affectionibus ex frigida causa profectus.

Hippocraticum extemporaneum, ad cuius exemplum omnis generis extracta & remedia etiam jam specifica ad diversos affectus possunt præparari.

℞. *Cinnamomi* ℥ij. *vel* iij.
Caryoph. ℥.ß.
Zingiberis.
Piperis longi. *Cardamomi.*
Granorum Paradysi. *Galangæ an.* ℥ij.
Nucis moschatæ ℥j.ß.

Omnibus crasse contusis & invicem mixtis macerentur in spiritu vini, in vitro opume clauso, positoq; in Baln. Mar. per tres aut quatuor dies, aut donec spiritus vini colores & virtutes aromatum omnes extraxerit. Frigefactum vas aperi, & separa tincturam per inclinationem, quam in phiala seorsim serva ad usum. Fæcibus separatis reliquam aromatum partem fortiter exprime per linteum, quam in phialis alijs reservabis ad usum. Sed prior tinctura post macerationem filtretur & coletur per manicam, idq; ob extractionem faciliorem virtutum rerum aromaticarum. Ejusmodi extracta diutissime ad usum servari possunt.

Quoties igitur libuerit, cum vini optimi mensura una infundes drachmam unam atq; alteram extracti, & *sacchari* quantum voles: & sic habebis vinum aromaticum. Loco sacchari simplicis inserviet *oleum sacchari cum albumine ovorum indurato factum*, cujus descriptio habetur in Diætetico nostro polyhistorico.

Claretum excellens.

℞. *Cinnamomi* ℥ij.
Macis. ℥. ß.
Dactylorum sine nucleis minutim incisorum No. xx.
Myrobalanorum No. iij. aut iv.
Sem. Anisi.
Fœniculi ana ℥j.
Uvarum Damasc. ℥v. *aut vj.*
Coriandri præparati ℥.ß.

Aromatibus & seminibus crasso modo contusis, omnia indantur vitro, affundendo aquæ vitæ rectificatæ, vini Canariæ vel vini albi generosi, singulorum mensuram unam Parisiensem, quæ facit tres libras aut circiter: occluso vase macerentur in loco frigido per quatuor aut quinq; dies, citra separationē liquoris à fæcibus suis: aut si placet, post macerationem transcola per manicam instar vini Hippocratici, serva in phialis clausis ad usum. Dosis est unum atque alterum cochleare tempore matutino. Est medicamen optimum ad roborandum ventriculum ejusq; cruditates & flatulentam omnem materiam tollendam: nec non contra colicos dolores & similes affectus. Potest hoc claretum dulcificari cum saccharo.

Claretum aliud præstantissimum corroborans omnes facultates.

℞. *Vini malvatici aut vini albi optimi mens. j.ß. vel lib. iv. aut v.*

Indatur in vitrum aut pellecanum, addendo
Caryophyllorum.
Nucis moschatæ.
Macis ana ℥j.ß.
Zingiberis.
Cardamomi ana ℥.ß.
Coriandri. *Anisi.* *Fœniculi ana* ℥ij.
Diptamni. *Flor. Rosmarini.*
Buglossæ ana p. ij. aut in horum locum recipe illarum Conservarum ana ℥j.ß.
Tabellarum aromatici rosati ℥j.
Sacchari albissimi lib. j.

Omnib. crasso modo contusis & invicem mixtis, infundantur cū vino & ad macerandū ponantur in B. M. tepido, vase bene clauso per duos aut tres dies,

Postea

Postea colentur per manicam aliquot vicibus, ut specierum virtus melius extrahatur. Hujus vini, quod diutissime servatur in lagenis clausis, mane exhibe unum aut duo cochlearia. Hoc claretum corroborat omnes facultates, & reficit spiritus tam animales, quam vitales & naturales. Conducit igitur universis cerebri affectibus: Item cardialgiæ, lypothymiæ, syncopi, alijsque cordis affectibus. Estque medicina præstans contra omnes imbecillitates, cruditates & flatus ventriculi: corroborat jecur & lienē, & medetur omnibus cachexijs, melancholijs hypochondriacis & ipsis histericis affectionibus præservat præterea corpus à peste, vermibus & alijs putrefactionibus, è quibus diversi morbi excitantur.

Si eo uti voles in quodam affectu curando, addenda erunt ea, quæ huic fuerint appropriata & specifica, quæ pondere suo cæterorum ingredientium quantitatem supperent, ut in epilepsia adijcienda est *radix pœoniæ cum suo semine*, ramenta *cranii humani, flos tiliæ, lilii convall. calendulæ* & similium. Ex quibus fiat claretum aut vinum antepilepticum, quod conducet epilepsiæ, tam ad paroxysmi ferociam tollendam, quam ad præcautionem, si aliquot ejus cochlearia exhibueris in qualibet Lunæ quadra.

In epilepsia ex uteri affectibus orta addenda est *radix bryoniæ exsiccata*.

In apoplexia & paralysi addenda sunt, *bacca juniperi, flores lavendulæ, calendulæ & salviæ*. Et sic pro vario affectuum genere varia quoque clareta sive vina aromatica medicata concinnari possunt.

Vinum Antepilepticum.

℞. *Ras. Cranii humani rec. ℥ij.*
Visci querni minutim inciſi ℥j. ß.
Flor. Pœoniæ.
Lilii convall.
Tiliæ ana p. iij. vel iv.
Sem. Pœoniæ.
Sem. Carduibenedicti contus. ana ℥ss.
Cinnamomi ℥. ß.
Nucis moschatæ. ℥ij.

Indantur in vas vitreum colli oblongi: affundatur vinum optimum: occluso vase, macerentur omnia in B. M. tepidissimo per quatuor aut quinque dies, colentur bis vel ter, & si velis dulcificare colaturam, adde paululum *sacchari*. Hoc remedium summum est tam ad curationem, quam ad præservationem epilepsiæ. Ejus dosis sunt aliquot cochlearia tempore matutino, idq; in quovis Lunæ septenario.

Vinum antapoplecticum.

℞. *Flor. Lavendulæ.*
Salviæ.
Anthos ana p. iiij. aut v.
Baccarum Iuniperi. ℥ij.

In cæteris fac ut *supra*. Vnum vel duo cochlearia hujus vini exhibita subito apoplecticum restituunt, & tanti mali tyrannidem arcent: non tamen omittendæ interim sunt aliæ evacuationes generales, item revulsiones, derivationes, &c. cæt.

Vinum antiparalyticum à celeberrimis Medicis ordinarijs, Illustrissim. Principis Mauritij Landgravij Hassiæ, &c. mecum communicatum.

℞. *Florum Calendulæ, Lavendulæ*, mediocriter exsiccatorum bonam partem, quibus imple lagenam vitream, amplam & robustam, affunde vini malvatici tantum ut tres vel quatuor digitos supereminea at: vas probe clausum pone ad Solem per tres septimanas aut integrum mensem: quo temporis spatio, vinum florum illorum virtutes atque essentias extrahet, & vim acquiret adeo efficacem & potentem, ut si vitrum ponas ad parietem aut murum aliquem, ubi ex radiorum solarium reflexione calor auctus in id fortius operetur, in centum frustra dissiliat. Ponendum igitur est ad fenestram apertam, ubi radiorum non tanta est reflexio. Elapso tempore enarrato, vas refrigerandum in cella per noctem integram est ponendum, ut vis nimia spirituum mitigetur ac sedetur, & postea aperiendum. Confert supradictis affectibus, uno atq; altero cochleari in aurora sumpto: quod præstandum est usq; ad viginti quinque vel triginta dies: & premissis purgationibus generalibus admirandos videbis effectus.

Si dictum vinum post sufficientem florum macerationem per alembicum in B. M. vaporoso destilletur cum omnibus istis floribus, usque ad siccitatem, multo efficacius evadet, omnium autem efficacissimum erit remedium, si florum fœces in cineres redigantur, salque extrahatur & cum propria sua aqua permisceatur.

Vinum Zedoariæ compositum.

℞. *Zedoariæ ℥ij.*
Caryophyllorum.
Macis.
Cinnamomi ana ℥j. ß.
Zingiberis.
Piperis longi ana ℥j.
Nucis moschatæ ℥. ß.

Omnia crassiuscule conquassata, uno pluribusve nodulis lineis includantur & suspendantur, per dolioli foramen, in dolio musti pleno quadraginta dierum, aut ad minus mensis unius spatio ad macerationem, quibus postea sublatis, vinum ad cerebri ventriculique corroborationem tempore necessitatis exhiberi potest.

Vinum ophthalmicum.

In vini ophthalmici præparatione eadem plane methodus ut *supra* in vino Zedoariæ observanda est, ut scilicet suspendas per foramen dolij, quo mustum continetur) loco aromatum.)

℞. *Rad. Enulæ campanæ in talcolas scitè & exsiccatæ ℥ij.*
Fol. Euphragiæ m. j.
Sem. Fœniculi dulcis & Sileris montani ana ℥j.

Contundantur crassiuscule & omnia in unum, vel in plures nodulos concluſa, suspendantur in dolio, ut dictum est, aut, in phiala vitrea, & macerentur per mensem. De quo una atque altera uncia ad acuendum visum exhibeatur, idq; singulis matutinis.

Vinum Chalybæatum.

℞. *Limaturæ chalybis ℥ iv.*
Rad. Eryngiorum.
Enulæ campanæ ana ℥j. ß.
Santali citrini ℥j.
Corallirubri.
Rasuræ eboris ana ℥vj.
Caryophyllorum.
Macis.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 542 sur 955

Cinnamomi.
Zingiberis ana ℥ij.
Ceterach.
Flor. Geniſtæ.
Anthoſ.
Epithymi ana p. ij.
Vini albi generoſi lb. *vj.*

Macerentur per octiduum ad minimum ad ignem Bal. Mar. calidum, dein tranſcolentur per manicam Hippocratis ter quaterve, ut vinum optime clarificetur, quod dulcorari *ſaccharo* poterit, ut fiat vinum guſtui gratum: doſis unum aut alterum cochleare in principio, quæ deinceps, ſi opus ſit, augeatur.

Vinum aliud Chalybeatum.

℞. *Laminas chalybis puriſſimi vi ignis ſcintillantis atq; liquefactioni proximi, merganturin magdaleones ſulphuris, ut liqueſcat chalybs inſtar ceræ Hiſpanicæ, recipiatur in vaſe ſempleno vini albi generoſi vel aceti ſambucini, dein in tigillo ad ignem ardentem ſinatur per unam atq; alteram horam ut optime exſiccetur, lævigeturque tandem ut alkool in porphyrite*, hujus ſic præparati chalybis cape ℥iv.

Rad. Rubiæ.
Eryngiorum tinctorum ana ℥. *vj.*
Cort. med. fraxini.
Rad. Filicis ana ℥. ß.
Sem. Fœniculi.
Bacc. Iuniperi rec.
Gran. Alkermes ana ℥ij.
Fol. Siccorum chamædr.
Ceterach.
Flor. Geniſtæ ana p. j.
Caryoph.
Macis ana ℥ij.
Cinnamomi interioris ℥ß.
Vini albi generoſiſſimi Lib. x.

Indantur omnia in vas vitreum & exponantur ad radios ſolares Æſtatis tempore, vel ad ignem lentum per xx. dies, materiam bis terve baculo agitando, dein tranſcolentur per manicam Hippocratis. Ad cachexiam & hydropem ineuntem ſingulare illud eſt præſidium: doſis primis diebus ab ℥. j. ad ℥. ij. dein in dies augenda cenſeatur.

Vinum antinephriticum.

Vt vinum antinephriticum conficias, dolium juſtæ magnitudinis vino generoſiſſimo repleatur: ♀ quidem vinum prius concoctum, & ab aquea ſua humiditate depuratum ſit. Super hujus vini heminis octo dolio incluſis, ut *ſupra*, addes

Fructum Alkekengi lb. *j.*
Rad. Reſtæ bovis.
Et Eryngiorum in Taleolas diſſectarum & exſiccatarum ana ℥iij.
Sem. Bardanæ.
Milii ſolis.
Saxifragiæ.
Biſmalvæ ana ℥ij.
Fol. Herniariæ.
Flor. Geniſtæ ana p. iv.

Macerentur omna per menſem integrum, deinde ad uſum reſervetur vinum.

Si poſt prædictam macerationem illud tranſcolaveris, *melliſque optime depurati* tertiam partem addideris, & ut *ſupra*, in vino ſcyllitico ebullire ſiveris: vinum efficies, quod diu conſervari poterit, neq; ingratum guſtui erit. Cujus unciæ 2. aut 3. (præmiſſa tamen primæ corporis regionis purgatione cum bolo aliquo ex *caſſia* aut ſimili) ad calculi expulſionem, & prohibendam ejus generationem exhibentur.

Hæc Quercetanus de vinis.

Vinum ad Calc. expell. Vnzeri.

℞. *Raphan. acr. decort. in taleol. inciſ. macerentur per diem in vino, vinum exprim.*
℞. *Vini expr.* ℥iij.
Magiſt. ocul. ℔. ℥. ß.
Spir. ſalis gutt. iij.
M. pro Doſi.

Additio P. V. & aliorum. De Vinis.

Vinum Ludovici Augenij, Horatij patris ad Aſthma.

℞. *Vini dulc. tenuis.*
melicrati cocti an. lb. ß.
pulv. ſol. tabac. exiccator. in umbra ℥j ß.
rad. polyp. querc. rec. & minutiſſ. conciſæ ℥ij.
helenii remoto meditullio & inciſ. ℥iv.

Macerentur horis 48. *poſtea colentur per manicam Hippocratis, conſervetur in loco frigido*, denique ejus ℥vj. pro vice ſingulis diebus horis quinque ante prandium.

Vinum conſtipans, ſanguinemque ſiſtens.

℞. *Plantag. acuti M. ij.*
burſæ paſtor.
equiſet. an. M. j.
pyrolæ.
herbæ Saracenicæ an. M. ß.
balauſt.
nuc. cupreſſ.
gallar. an. ℥ iij.
bol. armen. vulgar. ℥j. ß.
ſuccin. flavi ℥ij.
rad. tormentill.
rhapont.
angel. an. ℥ij.
nuciſtæ ℥j. ß. *inciſa & contuſa infundantur vino.*

Vinum contra contagioſum aerem.

℞. *Fol. ſcord. M. vj.*
card. ben.
rutæ.
veron. ana M. iv.
anagallid. rubr.
flor. hyperic.
ſalviæ.
ſcabioſ. an. M. iij.
rad. Zedoar.
cardopat.
vincedoxic.
tormentill.
angelicæ ana ℥ ij.
rad. gentian.
morſus diabol.
pimpinell.
dictamn. alb.
enulæ an. ℥j.
cinnamomi. ℥vj.
caryophyllor. ℥iij ß.
croc. opt. ℥ij.
Inciſa & contuſa infundantur vino.

Clare-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 543 sur 955

Claretum.

℞. *Vini albi odorif. Menſ. ij.*
ſacchar. albiſſ. ℥ij. ℥vj.
ebulliant parum, deinde adde
cinnam. ℥. ß.
nuciſtæ.
galang.
croci ana ℈j.
caryophyllor.
macis. an. ℥j.
ſantal. citrini.
roſ. rubr.
coriandr. præpar. an. ℈j.
manus Chriſti optimar. ℥j.

Pulveriſentur groſſo modo & ligentur in pecia, infundantur per aliquot horas & ſæpius colentur abſque expreſſione.

Claretum refrigerans.

℞. *Conſerv. cichor. ℥j. ß.*
tabell. man. Chriſt perlatar ℥j. ß.
cinnam. ſelect. ℥ij.
ſacchar fini ℥ j.
aquar. endiv.
cichor. ana ℥ij.
fontana ℥viſ. ß.

Paſſentur per manicam Hippocratis abſque decoctione aliquoties; fiat claretum.

Vinum purgans eraſti.

℞. *Fol. abſynth.*
cardui bened.
centaur. minor.
verben.
beton.
agrimon.
chamæpith.
aſplenii.
tamariſc.
cort. rad. cappar. an. M ß.
cinnamom.
macer.
galang.
zinzib. ana ℥j ß.
ſem. citr. ℥j.
fol. ſen alex. mundat. ℥ij.
turb. alb. & gumm. ac contuſi.
agar. alb. leviſſ. inciſ. ana ℥ß.
rhab ſel. ℥j. ß.

Incid. & contund. miſceanturque. Si in pectore aliquid ſit vitij, aut lubricitate inteſtina magis volumus, adde caricas & paſſulas; hiſce ſuperfunde vini veteris menſuras tres & vaſe diligentiſſime clauſo ſerva 24. horis; de hoc vino bibe quotidie vel alternis diebus hauſtum unum: ventriculum detergit, purgat, ut & inteſtina; reſerat omnes meatus, lienemque & hepar infarctu liberat.

Vinum Elleboratum Geſneri.

℞. *Vini cretici ℥vj.*
ellebor. alb. ℥ij.
cinnam. ℈j.
cortic. citri ℥. ß.

Infunde ad menſem loco tepido: colato adde ſyr. de cortic. citri ℥ij.

Datur uſq; ad ℈viij. in robuſto corpore vix movebunt, ſi ℈vj. exhibeatur. Exhilarat, roborat, phlegmaticos juvat, ingenium acuit, craſſos humores attenuat, meatuſque reſerat.

Vinum Caput ſiccans & mirifice roborans.

℞. *Myrobalan. chebulor.*
citrinor.
belliric.
emblicor.
indor. à lapidib. purgator. an. ℥j.
cinnamom. ℥. ß.
galang.
caryophyllor.
granor. paradyſ.
cardamom. ana ℥j.
mac.
ſem. fœnic.
aniſ. ana ℥ ß.
paſſul. ℥viij.
roſar. rubr. exiccatar. ℥iij.
flor. lavendul.
anthoſ. an. ℥ij.

Include ſacculo & injice vaſi cum LX. *menſuris Auguſtanis circiter vini albi.* Poſt octo dies potes bibere hauſtum à prandii initio, itemque cubitum iturus.

Claretum Antepilepticum Laxat. Mynſ.

℞. *Fol. ſen. ℥ij.*
Turbith albi, gummoſ.
Mechoacannæ. ana ℥. ß.
Roſ. Cornu Alcis.
Cranei humani.
Nuc. Moſchatæ. ana Dr. ij.
Rad. & Sem. Pæoniæ debitè collect.
Viſci quercin. ana Drach. jß.
Cardamomi min.
Caſiæ lignea.
Caryophyllorum. ana Dr. j.
Flor. Pæoniæ maris.
Lilior. Convall.
Lavendulæ.
Tiliæ ana Dr. ß.

Macerentur Vini Rhenani Vnc. xxvj. Stent in infuſione in loco calido per biduum; poſtea coquantur parum & additis Sacchari albiſſ. unc. iij. clarificentur per manicam Hippocratis, & f. claretum.

Vires, Vſus, Doſis.

Cephalicos & Comitiales omnes feliciter & ſine moleſtia purgat, & divinum Epilepſiæ remedium eſt, quod morbi cauſam & fomitem efficaciter tollit. Interim verò Epileptici omnes Clareto hoc utentes, ſibi caveant ab omni terrore, irâ, aquâ, igne, vino, ejaculatione tormentorum; Immò omnes animi motus vehementes evites; nec non ebrietatem tanquam Peſtem fugiant. Doſis ab unc. iij. ad unc. iv. tempore matutino.

Claretum antapoplecticum Laxativum.

℞. *Fol. Senæ elect. unc. ij.*
Turbith. alb. & gum. unc. j.
Bacc. Iuniperi.
Rad. Zedoariæ ana unc. ß.
Agarici alb. & levis.
Hellebori nigri prap. ana Dr. ij.
Galangæ min. Cubebarum.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 544 sur 955

Zingib. alb.
Cinnamomi. ana Dr. j.
Flor. Lavendulæ.
Primulæ veris.
Calendulæ.
Lil. Convall. ana Dr. ß.

Infundantur in Vini Rhenani Vnc. xxxvj. macerentur in B. M. per biduum; postea coq. parum & additis Sacchari alb. Vnc. iiij. clarificentur per manicam Hippocratis & f. Claretum.

Vires, Vsus, Dosis.

In Apoplexiâ qualicunque, Paralysi, Sopore, Stupore, Caro, Veterno, Comate, Noctambolonibus, memoriâ amissâ, cæterisque cerebri vitijs, Claretum hoc mirabile est. Dosis ab Vnc. iij. ad Vnc. iiij. vel Vnc. v. manè in aurorâ.

Claretum Passulatum Laxativum.

℞. *Passular. min. Vino elotar. unc. ij.*
Fol. Senæ elect.
Mechoacannæ. ana unc. j.
Rad. Glycyrrhiz. rasæ.
Cinnamomi acut.
Sem. Anisi contus. ana unc. ß.
Herb. Pulmonariæ maculos.
Phillitidis. ana Dr. ij.
Tussilaginis.
Marrubii ana Dr. j. ß.
Flor. Epaticæ alb.
Hyssopi.
Salviæ. ana Dr. j.
Croci orientalis.
Macis. ana Dr. ß.
Ficuum ping.
Iuiuben.
Sebesten.
Dactylor. ana No. viij.

Macerentur in Hydromellis opt. & antiqui Aq. Hordei ana Lib. iij. per 24. horas; postea coq. parum, & additis Sacchari candi alb. Vnc. iiij. clarificentur per manicam Hippocratis, & f. Claretum.

Vires, Vsus, Dosis.

In Orthopnęâ, Asthmate, Peripneumoniâ, Tussi inveteratâ, dolore utriusq; lateris, cæterisq; omnibus diuturnis Pectoris angustijs, Hepatis & Lienis affectibus, appropriatum & laudatissimum est laxativum. Dosis ab Vnc. iiij. ad Vnc. vj.

Claretum Absynthiacum Laxativum.

℞. *Fol. Senæ elect. ℥j. ß.*
Turbith. alb. & gum.
Mechoacannæ. ana Dr. vj.
Absynthii Pont.
Bacc. Iuniperi. ana unc. ß.
Rad. Ireos nostrat.
Esulæ min. præp. ana Dr. iij.
Sem. Fæniculi.
Carui. ana Dr. ij.
Calami aromatic.
Zingiberis alb.
Cinnamomi acut.
Caryophyllorum.
Zedoariæ. ana Dr. j.
Flor. Epaticæ alb.
Sambuci.
Genistæ. ana Dr. ß.
Croci oriental.
Epithymi. ana Scr. j.

Incisa & contusa infundantur in Vini Rhenani ℥. xxxvj. Macerentur in B. M. & post debitam digestionem, ebulliant parum & additis Sacchari alb. unc. iiij. clarificentur per manicam Hippocratis & f. claretum.

Vires, Vsus, Dosis.

In Cachexiâ, Hydrope, Hepatis & Lienis obstructionibus, Febribus, Colica, Scurbuto, Scabie, &c. selectissimum & specificum est laxativum, pedetentim omnes peccantes humores pręparans atque evacuans. Dosis unc. iiij.

Claretum Rhabarbaratum. Mynſ.

℞. *Fol. Senæ elect. unc. ij.*
Rhabarb. opt. unc. j.
Rad. Scorzoneræ. unc. ß.
Herb. Phyllitidis.
Hepaticæ ana Dr. iij.
Apii. ana Dr. ij.
Galangæ min.
Cassiæ ligneæ.
Zingib. alb.
Caryophyllor. ana Dr. j.
Flor. Centaur. min.
Epaticæ alb.
Rosar. rub.
Cichorei. ana Dr. ß.
Croci oriental.
Epithymi. ana Scr. j.

Macerentur in B. M. in Vini Rhenani Vnc. xxxvj. per biduum; postea ebulliant parum & additis Sacchari alb. unc. iiij. clarificentur per manicam Hippocratis & f. Claretum.

Vires, Vsus, Dosis.

A Ventriculo, Hepate & Splene, tam atram quam flavam bilem purgat, & sanguinem, omnes obstructiones liberando & affectus inde sanando, insigniter rectificat. Hinc in Hydrode. Ictero, Scorbuto, Lienis tumore & Hypochondriorum dolore, Febribus quam plurimis, &c. appropriatum & conveniens est laxativum. Dosis unc. iiij. addita Acidi Tartari Dr. j. mixtaq; calidè offerantur.

Claretum Antipodagricum Laxativum. Mynſ.

℞. *Hermodact. alb. & à cortic. superior. mundat.*
Fol. Senæ elect. ana unc. j.
Turbith. alb. & gum.
Mechoacannæ. ana unc. ß.
Herb. Chamædryos.
Verbenæ. ana Dr. ij.
Sem. Fœniculi.
Anisi. ana Dr. j. ß.
Cardamomi min.
Cinnamomi min.
Macis.
Croci oriental. ana Dr. j.
Flor. Ireos nost.
Verbasci.
Violarum.

An-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 545 sur 955

Anthos. ana Dr. ß.

Macerentur in vini alb. tenuis Vnc. xxxvj. in loco calido per biduum ; postea coq. parum & additis Sacchari alb. Vnc. iiij. clarificentur per manicam Hippocratis & f. Claretum.

Vires, Vsus, Dosis.

Pituitam crassam, præsertim à juncturis & membris remotioribus trahit. Ob id Podagræ & alijs Arthritidis differentijs, articulorumque doloribus mire confert. Dosis Vnc. iij. additâ Cryst. Tartari Drach. j. Misce & f. haustus calidè exhibendus, tempore matutino ; qui si ad horam decimam forsan nihil præstiterit, præsertim in robustioribus, à prandio iterum bonus haustus sumatur, & sic iteretur per aliquot dies, donec fuerit absumptum.

Claretum Stomach cum confortans. Mynſ.

℞. *Cinnamomi acut. unc. j.*
Menthæ crisp. unc. ß.
Mastichis elect.
Galangæ min.
Caryophyllor. ana Dr. ij.
Calami aromat.
Cardam. min.
zingib. albi. ana Dr. j.
Lig. Aloes ponderos.
Rad. Pimpinellæ.
Zedoariæ. ana Dr. ß.

Macerentur in Vini Malvatici Vnc. xxxij. per aliquot dies ; postea clarificentur per manicam Hippocratis & f. Claretum.

Vires, Vsus, Dosis.

Contra frigida Stomachi vitia ferè omnia, nec non Tremorem, Syncopen & Vomitum Cordis, medicamentum est specificum : De quo patiens, manè & vesperi, vel tempore necessitatis, pro una dosi capiat à Cochl. j. ad duo vel tria, cum guttula una atq; altera Sp. Vitrioli, invicem bene mixta.

Claretum Iuniperinum.

℞. *Spir. Vini Iuniperini. Lib. iij.*
Aq. Rad. Enulæ camp.
Tussilaginis.
Loch. Sani. ana Lib. j.
Cinnamomi acut. unc. ij.
Caryophyllor. integ. unc. ß.

Infunde per aliquot dies ; postea per manicam Hippocratis destilla & Sacchari candi alb. unc. xvj. edulcora, & usui reserva.

Vires, Vsus, Dosis.

In Asthmate, Tussi, cæterisque Pectoris vitijs, nec non in imbecillitate & inflatione Ventriculi; Item in Dysuriâ, Strangurià & Calculo, excellens est. Dosis à Cochl. j ad ij. vel iij. aliquoties in septimanâ.

Claretum Anisatum. Mynſ.

℞. *Sp. Vini Anisati. Lib. iij.*
Aq. Loch. Sani.
Marrubii.
Flor. Violar. ana Lib. j.
Cassiæ lignea. unc. ij.
Macis minutim contis. unc. ß.

Macerentur per octiduum ; postea additis Sacchari candi alb. unc. xij. clarificentur per manicam Hippocratis, & f. Claretum.

Vires, Vsus, Dosis.

Anheloſis & Asthmaticis, alijsq; Thoracis affectibus, à frigidis & crassis humoribus subortis, pulmonumque bronchijs inhærentibus, & vel tussim antiquam, vel ipsam dyspœam parentibus mirè confert. Dosis ut præcedentis, à Cochl. j. ad ij. vel iij.

Claretum Chalybeatum. Mynſ.

℞. *Vini Malvatici opt. Lib. iij.*
Chalybis cum aceto Tamarindor. præp. unc. j.
Rad. Scorzoneræ.
Acidi Tartari. ana unc. ß.
Galangæ min.
Cassiæ lignea.
Caryophyllorum. ana Drach. j.

Hac in vas vitreum indita misceantur, digerantur; loco calido, movendo aliquoties, per biduum : Deinde coletur & per manicam Hippocratis clarificetur, & habes claretum chalybeatum.

Vires, Vsus, Dosis.

Omnes obstructiones Epatis & Lienis, venarumque meseraicarum reserat atque aperit. Cachexiam corrigit. Omnes humores pravos exterminat. Icterã nigrum curat. Menstrua movet & superflua sistit. Hydropicos omni aqua exonerat, flatus discutit, & sal in resolutione peccans ad coagulationem promovet, terramque microcosmicam nimiò madore tumentem, radijs suis Martialibus exsiccat. In usu autem hujus, qui in dictis illis affectibus longiusculus est, adhibenda subindè lenia purgantia, corpusque ab humoribus, quos ad egestionem præparat hoc vinum, per illa evacuandum & purgandum, prout alias in cæteris etiam curationibus, ubi chalybeata adhibentur medicamenta, fert usus. Dosis hujus Claretiab Vnc. j. ad ij. & iij. Vncias, manè & vesperi. In mensium defectu juvenibus offeratur quinq; diebus ante novilunium, Senioribus antè plenilunium, & tamdiu procedatur, donec menses appareant.

Vinum Chalybeatum Nobilis-simum.

℞. *Limaturæ Chalybis ℥iv.*
Rad. Eryngiorum. } *ana ℥j. ß.*
Enulæ Campanæ. }
Santali citrini ℥j.
Coralli rubri. } *ana ʒvj.*
Rasuræ Eboris. }
Caryophyllorum. }
Macis. }
Cinnamomi. } *ana ʒiij.*
Zingiberis. }
Ceterach. }
Flor. Genistæ. } *ana p. ij.*
Anthos. }
Epithymi. }
Vini generosi Lib. vj.

Macerentur ut Fiat Vinum.
Dosis cochlear j. ad ij. vel iij.

Vinum aliud Chalybeatum.

℞. *Chalybis præpar. ℥iij.*
Rad. Eryngiorum. } *ana ʒvj.*
Rub. Tinctorum. }

Cort.

Cort.med.fraxini. } ana ℥.ß.
Rad.filicis. }
Sem.fœniculi. } ana ℥ij.
Baccar.junip.recent. }
Gran.Alkermes. }
Fol. Chamædryos. } ana p.j.
Ceter.ach. }
Flor.genistæ. }
Caryophyllorum. } ana ℥ij.
Macis. }
Cinnam.inter.℥ij. ß.
Vini albi generosi lib.x.

Fiat Vinum Chalybeatum nobile. Dosis ℥j. ad ℥ij.

Claretum Antinephriticum. Mynsicht.

℞. Hordei integri.
Ciceum rub.an.unc.j.ß.
Rad.Ononidis.
Eryngii.an.unc.j.
Glycyrrhizæ.
Petroselini.ana unc.ß.
Bac.Iuniperi contus.
Gran.Alkekeng.ana Drach.ij.
Sem.Milii Solis.
Oxyacanthæ.
Altheæ.
Malvæ min.ana Drach.j.ß.
Flor.Genistæ.
Violarum.ana Drach. j.
Caricarum ping.
Sebesten.ana No.xj.

Infundantur in Vini alb.tenuis & aq.pluvialis anà Lib.iij. per 24.horas ; postea coq. ad tertię partis consumptionem, ut remaneant Lib.iiij.quibus adde Sacchari albiss. unc. iiij. & per manicam Hippocratis clarificentur & f.claretum.

Vires, Vsus, Dosis.

Miram utilitatem Nephriticis exhibet.Calculum enim Renum & Vesicæ cum urinâ, meatus urinarios dilatando ; Ileorum, Lumborum & Renum gravitates ac obstructiones compescendo & reserando, mirè dissolvit, confringit atq; impellit. Dosis omni manè, Jejuno Ventriculo bonus haustus vel ab Vnc. iij. ad Vnc. iiij.

Claretum Moschatum. Mynsicht.

℞. Cassiæ lignea.unc.ß.
Caryophyllorum.Drach.ij.
Nuc.Moschatæ.
Macis.
Cort.Citri.ana Drach.j.
Rad.Ireos flor.
Galangæ min.ana Dr.ß.
Santali citrin.
Lig.Aloes.ana Scr.j.
Ambræ grisea.
Moschi opt.ana Scr. ß.

Pulverisatis & mixtis adde Vini Malvatici & odoriferi Vnc.xx. & stent in digestione per aliquot dies; postea adde ; Sp. Rosarum Vnc. iiij. & clarificentur per manicam Hippocratis & f.Claretum, quod pro delicatis Saccharo candi edulcorari poterit.

Vires, Vsus, Dosis.

Mirabile experimentum est, præmissis tamen universalibus & factâ purgatione, in fœtore oris & nasi, quorum halitum emendat, suavitatem accersit, & Ventriculum & cor roborat. Patiens quolibet manè Stomacho Jejuno Cochl.j.vel ij.assumat.

Claretum Purgans. Mynsicht.

℞. Fol.Sennæ elect.Vnc.ij.
Rad.Ireos nost unc.j.
Mechoacannæ.
Hermodact.alb.
Turbith.alb.ana Vnc.ß.
Herb.Agrimoniæ.
Scolopendr.
Veronicæ.ana Dr.ij.
Sem.Fœniculi.
Anisi ana Dr.j.ß.
Cassiæ lignea.
Caryoph.
Zingib.alb.
Cardamomi min.ana Drach.j
Melissæ.
Bugloss æ.
Salviæ.anà Dr. ß.

Infunde in vini veteris s.q. macerentur per 24. horas; postea coquantur, & in colaturæ adhuc calidæ Vnc.xvj. dissolve mannæ calab. Vnc.iij.

Iterum cola & adde :
Aq.Cinnamomi.Vnc.j.
Elæos.Citri. Dr.j.

Denuò misce & f.l.a. Claretum laxativum.

Vires, Vsus, Dosis.

Pituitam & aquas educit, & à junctures trahit: Cephalęam & Epilepsiam juvat. Veteres defluxiones sistit ; ob id Podagræ & alijs Arthritidis differentijs confert, & articulorum, coli, & Renum doloribus utile est catharticum. Dosis ab Vnc.iij. ad Vnc.iij.

Vinum Antiscorbuticum. Mynsicht.

℞. Vini Rhenani. Lib.iiß.
Suc.Cochleariæ.
Nasturt.aquat.
Becabungæ.
Acetosæ ana depurat.Vnc.iiij.
Rad.Raphani sylv.
Enulæ camp.
Ireos nost.ana in orbiculos tenues incis.Vnc.ß.
Sem.Eruca contus.Vnc.j.

Mixta ponantur in vitro, & in loco frigido ad suos usus reservetur, addendo Nuc. Moschat. test. N.ij.

Vires, Vsus, Dosis.

Vinum hoc medicatum, præmissis tamen universalibus & corpus debitè evacuantibus, Scorbuticam colluviem, in hisce maritimis & aquiloniis regionibus, in quibus Scorbutus domesticus & vernaculus est, perfectè curat, & alias in rectificatione sanguinis infallibile est experimentum. Dosis ab Vnc.ij. ad Vnc.iiij. manè, & vesperi horis duabus ante cœnam, & medicamenti hujus usum eger continuet, donec melius se habere animadvertat.

Vinum in obstr.nerv.optic.Fabit.

℞. Radicum Caryophyllatæ ℥.iij.
Folior.& flor.Euphrasiæ.m.iiß.
Betonicæ m. ij.

Salviæ.

Salviæ.
Rosmarini.
Maioranæ ana m.j.
Cardui benedicti m.ß.
Cinnamomi ℥.iij.

Incidantur & contundantur omnia pro sex mensuris vini albi, minimè generosi.

Vinum Erasti epilepticum. Mylij.

℞. *Absynthii.*
Carduib.
Betonicæ.
Agrimoniæ. } *ana m.j.*
Verbenæ.
Aspleni.
Tamarisci.
Rad. & fol. Pœoniæ.
Sem. Pœoniæ. } *ana ʒij.*
Rad. Capparorum.
Sem. Citri ʒ ß.
Fol. senæ ℥ij.
Turpeti incisi
Agarici. } *ana ʒß.*
Cinnamomi.
Zingiberis. } *ana ʒij.*
Galangæ.
Macis.
Vini veteris Mens. iij.

Misce in vase diligenter clauso, Dosis secundum qualitatem personarum.

Vinum ad memoriam & oblivionem. Mylij.

℞. *Zingiberis.*
Piperis longi. } *ana ℥j.*
Galangæ.
Caryophyllorum.
Cubebarum. } *ana ℥ß.*
Nuc. Indicæ ℥iij. ß.
Vini optimi ℔. iv.

Fiat Vinum ad oblivionem.

Vinum aliud ad Memoriam. Mylij.

℞. *Spec. Diacastorei.*
Conf. Anacardin. } *ana ℥j.*
Spec. Diambræ.
Cinnamomi.
Caryoph. } *ana ℥ß.*
Piperis.
Cardamomi. } *ana ʒ ß.*
Gran. Paradysi.
Galangæ.
Nuc. Moschatæ. ℥j.
Spiritus vini Malvatici cum Formicis impregnati ℥vj.
Vini generosi albi libras aliquot.

Fiat l. artis Vinum præstantissimum.

Vinum Stomachicum. Mylij.

℞. *Cinnamomi Electi ℥ß.*
Zingiberis albi ʒij.
Caryophyllorum.
Nucis Mosch. } *ana ℈j.*
Piperis longi.
Sacchari ℔ ß.

Vini albi q. sufficit. Fiat.

Vel: ℞. *Caryophyllorum.*
Galangæ. } *ana ʒj.*
Macis
Nuc. Mosch. } *ana ℈ij.*
Gran. Paradisi.
Cardamomi. } *ana ℈j.*
Coriandri.
Cinnamomi electi ℥j. ʒv.
Zingiberis ʒvj.
Anisi ℈ß.
Sacchari ℔. ij.
Vini rubri Mens. ij.

Fiat secundum artem vinum.

Vel: ℞. *Macis.*
Gran. Parad. } *ana ʒj.*
Galangæ. ʒj. ß.
Cinnamomi ℥j. ß.
Zingiberis. ʒ. ß.
Caryoph. ʒ. ß.
Cardamomi. ʒj.
Sem. Anisi. ʒß.
Sacchari albi ℔. j. ß.
Vini ℔. x.

Fiat vinum stomachicum.

Vel: ℞. *Zingiberis. ʒ. ß.*
Nucis Mosch. ʒ. ij.
Coriandri præpar. ʒj. ß.
Cinnamomi electi ʒvj.
Caryophyllorum ʒiij.
Macis.
Cardamomi. } *ana ʒ. ß.*
Sacchari albi ℔. j.
Vini optimi ℔. iv.

Misce, Fiat claretum vinosum.

Vel: ℞. *Caryophyllorum.*
Piperis longi. } *ana ℥j.*
Cardamomi.
Cinnamomi electi. ℥j.
Zingiberis ℥. ß.
Sacchari albi ℔j.
Vini albi odoriferi ℔. vj.
Mellis albi despumati Quart. iij.

Misce & fiat claretum vinosum.

FINIS LIB. VIII.

LIB. IX.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 548 sur 955

LIBER NONUS.

DE ACETIS.

De Acetis.

NOn erit ab instituto alienum, varijs vinorum generibus jam enumeratis, acetorũ etiam medicatorum, quæ passim in antidotarijs describuntur, classem annectere: inter cætera frequentiora sunt,

Acetum.
- *scylliticum.*
- *rosaceum.*
- *flor. calendulæ.*
- *caryophylli.*
- *salviatum.*
- *anthosatum.*
- *sambucinum.*
- *passulatum.*
- *caryophyllatum.*

quorum præparationis mitatione infinita alia effingi poterunt, tam ad materię pręparationem, quam ad ejusdem evacuationem.

Acetum scylliticum paratur eo, quo sequitur modo. *Scyllæ laminæ inter corticem & cor mediæ, ex parte purgatæ & in orbiculos sive taleolas sectæ soli aut remisso calori exponantur per 30. aut 40. dies, dein libra minutim concisa* (cultro è candidiore ligno parato aut eburato) *in lagenam demittatur optimi aceti ℔. vj. vel viij. affusis: vasculum rite obturatum, ne quid exhalet, exponetur æstivo tempore radiis solaribus 30. aut 40. dies: postea aperto vase totum transcolabitur, indeque acetum scyllinum conficies, quod lagenis diligenter occlusis adservabis.*

Quidam unicam vel plures scyllas accipiunt decorticatas, quas maza sive pasta involvunt, ut singulę panis figuram videantur adepta, tam demum furno calido aptoq; pani coquendo illas committunt, & ita tempore multo breviore scyllas suas præparant, quã si per quadraginta dies soli obijcerentur. *Scyllarum ita coctarum in clibano & postea ad lentum calorem desiccatarum sesquilibram accipere oportet aceti fortißimi ℔. vij. excipiantur lagena vitrea bene clausa, quæ ad solem aut similem tepidum calorem per 30. aut 40. dierum spatium posita sinantur.* Quod si furni Athanoris igne ex cineribus structo usus fueris, cum ille diu noctuque perseveret, dimidij temporis compendium facies, adeo ut duodecim aut summum quindecim dies sufficiant fermentationi & digestioni huiusce aceti, si illa hoc perenni calore procurata fuerit. Tandem materia per colum transmissa servabitur vitreis vasculis diligenter obturatis. Hæc pręparatio à nobis maximè probatur, nullum enim vomitum ciet, ut prior in plærisq; facere solet; breviore etiam tempore perficitur, tutiusque exhibetur.

Vt acetum rosatum conficiatur, accipere oportet rosas rubras exiccatas, quibus lagenam implebis, & acetum optimum affundes, donec illud lagenæ cervicem fere pertingat: vasculi osculum arctissime occludes & ad solis calorem expones per spatium temporis jam expositum vel ad hypocaustum transferes, vel igni cineritio committes.

Eodem prorsus modo compones acetum passulatum, *florum* resiccatorum *salviæ, rorismarini, sambuci, calendulæ, veronicæ sive florum caryophylli*: imo tot formas & species acetorum licebit tibi parare, quot sunt simplicium vinorum, quæ etiam in varijs morbis debellandis propter eosdem scopos usurpabuntur: verum acetum quodlibet semper erit facultate magis attenuante, incidente & magis idonea dissolvendis & liquandis humoribus viscosioribus & tartareis: pręterea validius etiam adversabitur cuilibet putredini & corruptionibus omnibus, quam vina *superius* enarrata.

Vsus horum simplicium acetorum præcipui erunt, ut sint bases in componendis diversis oxymelitum formulis, tum purgantibus, tum robur concilianti-bus, ut quoq; satisfaciant scopis & medicationibus, quæ sese offerunt in pluriũ & magnorum affectuum cura, ut sequenti capite sumus ostensuri. Querc.

Acetum Bezoarticum coctum Medicor. Francofurtensium ordinariorum de Anno 1597.

℞. *Rad. chelidon. maior. ℥iij.*
scorzoner.
diptamn. alb.
zedoar. an. ℥ß.
angelic.
obstrict.
vincetoxic.
gentian.
tormentill.
petasites.
morsus diabol.
aristol. long. & rotund.
pentaphylli.
enul. campan.
pimpinell. an. ℥iij.
Fol. scord. cretici.
diptamn. cretici.
hyperic. cum flor.
salviæ minor.
card. ben.
scabios.
rutæ hortens.
tanaceti.
bacc. iuniperi. lauri.
Cortic arantior.
citri an. ℥ij.

Omnia selecta inque umbra exsiccata incidentur & contundantur, iisque affundantur aceti è vino albo acerrimi mensuræ nostrates tres: coquantur lento igne in olla vitro intus obducta & luto probe oblita, ne quicquam expiret,

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 549 sur 955

expiret, ad consumptionem medietatis, postea ab igne remota maneant 24. horis, tandemque colentur, colatura in vitreo stricti orificii diligenter obturato reservetur.

Acetum bezoarticum completum eorundem.

℞. *Aceti bezoartici filtrati* ℔. *ij. mithrid. optimi ad minimum duorum annorum* ℔. *ß.*
Extract spec. diambr. ℥ *ß. gr. vj. Mj.*

Et vitrum vesica arctissime claudatur, & usus tempore agitetur.

Acetum exuta compositum Dn. D. Ioh. Harmanni Beyeri, contra pestem.

℞. *Fol. rutæ.*
scord.
card. ben.
tanaceti an. M. j.
baccar. juniper.
rad. angelic. an. ℥ ij.
zedoar.
cortic. citr. an. ℥ ß. incidantur minutim, infundantur in Lib. vj. aceti acerrimi, optimeque in vitro obturato ad usum adservetur, Et tempore pestis spongiola in eo imbuta pomoque ex ligno juniperino hinc inde perforato inclusa in manibus gestetur & frequenter odoretur.

Acetum scordij limoniatum Ejusdem.

℞. *Aceti vini albi* ℔. *iij.*
Fol. & flor. scord. siccator. demptis stipitibus ℥ *j. ß.*
Cortic. limonior. probè maturor. non nimis crassorum ante triduum è pomis detractorum incisor. ℥ *ij. destillentur & injiciatur corticum siccor.* ℥ *j. per se nihoram, colentur aliquoties, dum clarescat & servetur in vitro.*

Acetum bezoarticum, vel Acetum compositum, quod aëris infectioni resistit. Salæ.

℞. *Aceti vini potentissimi.*
Succi Citrii Hispanici, h. è.
Succi de Citrus, qui ex Hispania in vasculis adfertur ana Mens. ij.

Hi duo liquores in B. Mar. destillentur, & collecta ferè media parte phlegmatis, vel substantiæ magis aquosæ, sumatur liquor remanens in cucurbita, qui magis efficax & virtuosus est, cui infundantur

℞. *Carlinæ.*
Vincetoxici.
Valerianæ.
Zedoariæ.
Angelicæ.
Cort. exter. citri in umbra sicc.
Herb. Scordii.
Diptamni Cret.
Absynth. Rom.
Fl. Ros. rub.
Fr. Myrtill.
Cinam. electiss.
Santali el. odoriferi an. ℥ j.
Ol. Sulph. rectiß. ℥ iij.
Camphoræ ℥ ij.

Vitro benè clauso (quod ultra dimidium repletum non sit) ut nihil expirare possit, omnia in B. Mar. aquę ebullientis macerentur per 40. horas, & postea liquor coletur cum expressione, qui ad usum asservetur. Acetum hoc Bezoarticum duobus modis usurpatur; primo quotidiè matutino tempore parum naribus, temporibus atq; pulsibus illinatur: deinde secum gestetur hinc inde per civitatem ambulando, sæpiusq; odore percipiatur, quod fieri potest phiolâ vitreâ parvâ, cui sit osculum amplum, in qua particula spongia sit immissa, quod obducatur postea membrana foraminibus parvis pertusa, per quę contentum transsudet, cui usui pomum aureum, argenteum (sed deauratum) eburneum, ligneum, foraminibus pertusum cum spongiâ commodum etiam inservire potest.

Acetum compositum pro fumo excitando tempore pestis. Salæ.

℞. *Rosar. rub. exiccat.*
Absynthii Rom.
Cort. exter. citri exic.
Myrtillorum ana ℥ ij.
Rad. Carlinæ.
Santal. ol. odoriferi an. ℥ j.
Camphoræ ℥ j.
Aceti vini potentiss. Mens. i.

Incidenda incidantur, & contundenda contundantur grosso modo, & infundantur omnia in vase vitreo benè clauso, digerantur per 40. horas, deinde colentur & ad usum reserventur.

Acetum compositum pro pauperibus. Salæ.

Pauperes qui his & supra dictis remedijs destituuntur, utantur sequenti *Aceto.*

Rec. *Granor. Iuniperi recent. Absynthii sicci, Rutæ siccæ ana ℥ iv.*
Thuris, Myrrhæ ana ℥ ij.

Incidantur grana Juniperi cum herbis tenuiter, grosso modo reliquis pulverisatis, quibus optimi aceti vini vel cerevisiæ 2. mensuræ affundantur in vase terreo cum subere benè occluso; reponatur in loco calido, vel ad angulum ignis, ut materia semper calefacta sit per biduum vel triduum, postea exprimatur & ad usum servetur eodem modo, sicut ante de *Aceto Bezoartico* dictum fuit.

Acetum Regis Poloniæ, *quo usus est cum subditis Anno* 1592.

℞. *Aceti vini Mens. iv.*
Chelidoniæ Mens. ij.
Herb. ac Rad. Garyoph. ℥ ß.
Nucis Moschatæ tantundem.
Rad. Elenii ℥ j.
Angelicæ ℥ ij.
Gran. Iuniperi ℥ j.
Zedoariæ tantundem.
Salviæ. M. j.

Coquantur olla probè munita, de hoc decocto biberunt pro præservatione & nemo fuit infectus, pro cura bibatur bonus Haustus.

Acetum aliud contra pestem.

℞. *Herb. Absynthii M. ij.*
Salviæ.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 550 sur 955

Rutæ ana M.iij.

Contundantur in mortario marmoreo addendo aceti rutacei ℔.j. Stent per noctem in infusione manè exprimé ac coletur, levi colaturæ adde turpeti selectissimi ℥j. stentq; rursus per noctem probè operta, manè coletur ac reservetur usui. Dosis pro præservatione cochl.j.

Acetum pro Spongijs calidis temporibus. Myl.

℞. *Gran. Iuniperi ℥j.*
Rutæ.
Scordii ana ℥ß.
Santali Citr.
Rad. Angelicæ.
Valerianæ. } *ana ℥j.ß.*
Aristolochiæ.
Zedoariæ.
Myrrhæ. ℥j. ß.

Fiat Pulvis grosso modo, qui infundendus in aceto vini ℔.iij.ß.

Acetum aromaticum odoratum. Mynsichti.

℞. *Rad. Ireos flor. unc.j.ß.*
Flor. Lavendulæ.
Rosar. rub.
Tunicæ. ana unc.j.
Caryophyllorum.
Cinamomi acut. ana unc.ß.
Nuc. Moschat.
Macis.
Galang. min.
Zedoariæ ana Dr.iij.
Cort. Aurantiorum.
Citri ana Dr. ij.
Styrac. calamit.
Myrrhæ rub.
Bentzoin ana Dr.jß.
Fol. Rorismarin.
Rutæ.
Maioranæ.
Salviæ ana Dr.j.
Gallæ Moschat. veræ.
Lig. Aloes.
Santali citrin.
Spic. Indicæ ana Dr.ß.

Aceti vini violati q.s. Misc. & acetum tinctum & benè impræg̃natum usui servetur.

Vires, Vsus, Dosis.

Cum intincto panno lineo naribus, odoris ergò recipiendi, admotum, cerebrum confortat, sensus excitat, Spiritus recreat, animiq́ue defectione vires quasi emortuas copiosè restaurat, cæterisq́ue cordis affectibus opem unice præstat.

Acetum Theriacale. Mynſ.

℞. *Theriacæ Andromach. unc.j.*
Corn. Alcis Spagyricè calc.
Bacc. Iuniperi.
Sem. Card. ben. ana unc.ß.
Fol. Verbenæ.
Scordii.
Rutæ. ana Dr.ij.
Myrrhæ rub.
Cort. Citri ana Dr.j.ß.
Rad. Tormentillæ.
Angelicæ.
Zedoariæ.
Petasit. ana Dr.j.
Camphoræ.
Lig. Aloes.
Macis ana Dr.ß.
Aceti Vini Calendulati q.s.

Misce, donec optimè tingatur; posteà separabis Acetum tinctum, & ad usum reservabis.

Acetum Mithridaticum. Mynſ.

℞. *Mithridat. Damoc.*
Terræ Sigillat. ana unc.j.
Rad. Tormentillæ.
Enulæ camp.
Angelicæ. ana Dr.vj.
Corn. Cervi ſigne calc.
Pulv. Serpentum.
Myrrhæ rub. ana unc.ß.
Sem. Citri excort.
Acetosæ.
Bacc. Iuniperi ana Dr. iij.
Flor. Calendulæ.
Tunicæ ana Dr.ij.
Croci orientalis.
Caryophyllorum
Camphoræ ana Dr.j.
Aceti Vini rosat. q.s.

Misce, & acetum optimè coloratum ad usum repone.

Vires, Vsus, Dosis.

Duo hæc Aceta, in Peste & morbis Epidemijs valdè celebria sunt: Resistunt enim impressioni & præservant à putredine, & qui horis matutinis vel de Theriacali vel de Mithridatico Cochl.j. utitur, eodem die, post Dei providentiam, non inficitur. In curatione Dosis utriusq; Cochl.ij. cum Scr.j. Bezoart. nost. Solar. vel Aureæ Hadrianeæ &c. Laudantur similiter, si singulo mane, antequam quis è domo sua exeat, lavet manuum pulsus cum his Aceris: item portare in manu spongiam in ipsis infusam. Quibus tamen siccius est cerebrum, & qui vigiliis molestantur, ij aceti odore parcius omnino utantur, aut etiam planè ab eo abstineant.

Acetum Zedoarticum. M.

℞. *Rad. Zedoariæ. unc.j.*
Angelicæ.
Tormentillæ.
Scorzoneræ ana unc.ß.
Bacc. Lauri excort.
Iuniperi ana Dr.iij.
Lavendulæ.
Rosar. rub. ana Dr.ij.
Myrrhæ rub.
Lig. Aloes.
Macis ana Dr.j. ß.
Caryophyllor.
Nuc. Moschat. ana Dr.j.

Infundantur in Aceti vini Sambucati q.s. donec perfectè coloretur; postea Acetum colatum & reponatur.

Acetum

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 551 sur 955

Acetum Myrrhatum. M.

℞. *Myrrhæ rub. unc. j.*
Rad. Gentianæ unc. ß.
Herb. Card. benedict.
Rutæ.
Absynthij.
Scabiosæ.
Veronic.
Scordij ana Dr. ij.
Croci orientat.
Cassiæ lignea.
Castorei ana Dr. j.

Macerentur in Aceti vini Caryophyllati ℥. q. per octiduum; postea filtrentur, & Acetum clarum ad usum servetur.

Acetum Rhizoticum. M.

℞. *Rad. Tormentillæ.*
Serpentar.
Pimpinellæ.
Angelicæ.
Valerianæ.
Imperator.
Succisæ.
Dictam. alb.
Enulæ camp.
Vincetoxic.
Zedoariæ.
Petasit. ana unc ß.

Infundantur in Aceti vini Salviati ℥. q. & post debitam digestionem, Acetum filtratum ad usum reponatur.

Vires, Vsus, Dosis.

Maximam vim contra Pestilentis veneni corruptionem tria hæc præcedentia Aceta habent; Immò multarum sunt virtutum: quibus vel nares & pullus injungi, aut spongiæ olfaciendæ imbui, vel silices aut lateres igniti perfundi possunt, quodque tum ad Pestem præservandum, tum curandum propinari potest. In curatione autem datur Cochl. j. aut alterum pro virium ratione ad sudoris provocationem. Pro præservatione Cochl. dimidium sufficit.

Acetum Bezoarticum.

℞. *Rad. Scorzoneræ.*
Angelicæ.
Dictam. alb. ana unc. j.
Tormentillæ.
Zedoariæ.
Enulæ campanæ ana unc. ß.
Camphoræ Dr. j. ß.

Pulverisatis & mixtis affunde Sp. Vini à confectione Bezoart. Solar. nost. residui & Aceti Vini Sambucati destillati ana ad 6. digitorum supereminentiam; Stent in vitro optimè clauso, donec perfectè tingantur; Postea filtrentur & ad usum reserventur.

Vires, Vsus, Dosis.

Acetum hoc Bezoarticum, tantâ virtute pollet, ut Vnciæ ß. vel unius pondere, vel per se, vel pari cujusvis aq. cordialis quantitate potum, Pesti mirificè opituletur, & infectos, vel à quocunq; venenato animali ictos, vel demorsos, cum adstantium admiratione, à longo veluti somno excitet, & integræ sanitati restituat. Valet etiam contra omnia venena hausta, sive per os sumpta; nec non cor majorem in modum roborat, & omnes Spiritus recreat. Præservandi gratia Cochl. ß. manè sumitur; Curandi verò, datur ab ʒ. ß. ad ʒ. j. ex aq. Card. ben. Hirundinariæ, Scordij, vel simili, &c.

Acetum Diaphoreticum. M.

℞. *Rad. Sarsæ parillæ.*
Chinæ ana unc j.
Lig. Sassafras Dr. vj.
Flor. Sambuci unc. ß.
Cassiæ Lignea Dr. ij.

Incisa & contusa infundantur in Aceti Vini acerrimi q. s. & macerentur tamdiu, donec rubini instar tingantur; postea filtrentur, & Acetum perfectè tinctum & filtratum usui servetur.

Vires, Vsus, Dosis.

Acetum hoc laudabile, cerebri & capitis vitia emendando, jecur confirmando, Lienem extenuando, Hydropi auxiliando, Renum Calculum ejiciendo, flatus discutiendo, vomitus cohibendo, concoctionem juvando, putredini resistendo, Gallico morbo succurrendo, incipientem Elephantiasin curando, egregiam vim diaphoreticam habet. Deniq; ob ingentem siccitatem & moderatum calorem, est remedium excellens ad omnis generis defluxiones, quas absumit. Sed ijs qui extenuati sunt, & imbecilles, non convenit. Spongiam quoque, in Aceto hoc infusam gestare & odorari, maximè prodest adversus Pestis contagia; præsertim non neglectis alijs remedijs. Dosis à Cochl. j. ad ij. per se, vel in vehiculis appropriatis.

Acetum Hystericum. M.

℞. *Herb. Rutæ rec. exsic.*
Gran Chamæ actes ana unc. j.
Gum. Sagapeni.
Galbani. an. unc. ß.
Rad. Peucedani.
Castorei veri ana Dr. ij.
Callor. Equarum.
Asæfœtidæ an. Dr. j.

Infundantur in Aceti vini acerrimi ʒ. q. Et fiat digestio in B. M. per 5. aut 6. dies, quousq; Acetum perfectam acquirat tincturam; Postea filtra & ad usum reserva.

Vires, Vsus, Dosis.

Mulieres suffocatas statim olfactu & odoris suffitu sustitat; nec nō Vertiginosos, Lethargicos & utcunq; Veterno obdormiscentes excitat. Internè quoque sumptum, idem facit. Dos. à Cochl ß. ad integrum.

Acetum vomitorium destillatum.

℞. *Cort. Rad Thapsiæ unc. iv.*
Rad. Asari rec. exsicc. unc. ij.
Sem. Cartami excort. unc. j.
Cinnamomi acut. unc. ß.

Mixta & contusa infundantur in Aceti Vini acerrimi ℔ iij. Digerantur in vitro bene clauso, sæpè agitando, per mensem; Postea in cucurbitâ æreâ, superim posito adaptato alembico plumbeo, igne lento ex cineribus usque ad siccitatem destillentur. Et sic

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 552 sur 955

habebis Acetum destillatum, à Saturno impræg-natum, & subdulce, quod totum, nullo rejecto phleg-mate, ad usum reserva.

Vires, Vsus, Dosis.

Est Vomitorium leve, suave, quod omnes humo-res tam frigidos quàm calidos, sine labore purgat. Datur in Quotidiana & Tertiana vera & notha, quas sedat; nec non debilitatem & nauseam à superfluis & acutis humoribus factam, aufert. Probatissimum etiam Febribus interpolatis post septem accessiones. Dosis ab Vnc. ij. ad Vnc. iij. plus minusvè. Delicatis exhibetur cum Syrupo acetoso.

Acetum lenitivum pro acetarijs condien-dis ad tenendam alvum lubricam Prævotij.

℞. *Crem.* ♀ ℥ ß.
fol. sen. ℥ iij.
Cinnam. ℥ j.
Aceti opt. ℔ j.

Infund. per 24. hor. acetum servetur usui.

Acetum solutivum, Closs.

℞. *Succ. agrest. purif.* ℥ ij.
fol. sen. s. s. ℈ ij.
Sem. anisi ℈ j.
Mechoac. gross. modo contus. ℥ ß.
Caryoph. N. ij.

Dosis Cochl. 2. aut 3. in jusculo in quo solv. prius ℥ ß. Crem. ♀. Summè proficuum in morbis chro-nicis, & diuturnis abstructionibus.

Acetum Alexicacum Dest. Francof. Schröd.

℞. *Rad. Torment.*
Zedoar.
bistort. ana ℥ ij.
Angel.
Imperat.
Hirund. ana ℥ j. ß.
Pimp.
Dict. albi.
Arist. rot. v. an. ℥ ij.
Herb. Card. ben.
Galeg.
Scord. an m j. ß.
Ped. maj.
Endiv. an. m ij.
Flor. calend. m ij. ß.
ros. rubr.
nymph.
borrag.
tunic.
Sambuc. an. m j.
Poma citrin. rec. n. 9.
Aceti lib. x.

Stent in infus. per trid. destill.

Acetum Prophylacticum Weikardi.

℞. *Rad. angel.*
Zedoar.
levistic.
pimpin.
rut. an. m j.
Turbit. ℥ ij.
Cort citri. ℥ iij.
bacc. junip. ℥ j. ß.
lauri ℥ j.
Aceti mens. 2.

Dest. l. a.

Acetum confortans ad pullus Glossæi.

℞. *Fol. rut.* m iiij.
fumar. m ij.
bacc. junip. ℥ ij.
Caryoph.
Macis.
Nuc. m.
Testic. cast an. ℥ ß.
Aceti ros. ℔ ij.

Stent in macer. per aliquot dies in loco tepido.

FINIS LIB. IX.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 553 sur 955

LIBER DECIMUS.

DE ROB, CONSERVIS, CONDITIS LOCH ET ECCLEGMATIBVS.

De Rob, seu Sapa.

℞. *Vini recenter ex uvis albis, generosis & maturis expressi* ℔. *xij.*

Coque igne luculento, donec libræ tantum; quatuor supersint; vel ut consistentiam mellis acquirant. Repone in vase idoneo & serva.

Trifariam Sapa fieri consuevit. Nam mulierculæ suo modo conficiunt ex uvis quibuslibet, nigris & albis modo maturis, in lebete sine aqua coctis & expressis, & ad mellis consistentiam inspissatis; Solentque vocare *Resinatum*, quasi *racematum*, ex racemis scilicet conditum.

Pharmacopœi suo quoq; modo, sed præstantiore conficiunt: Vinum namq; recens ex uvis albis, maturis, selectis expressum assumunt: ad duarum ejus partium absumptionem percoquunt: Tertia, quæ remanet, spissitudinem habet mellis; quæ Rob, seu sapa est officinarum, in quibus tamen nunc raro servatur, cum fere illius desierit usus.

Coci quoq; suam sapam habent, ex musto recenti ad crassitudinem mellis cocto paratam, qua utuntur ad embamata, seu intinctus. Vtuntur adhuc sæpe defructo, quod ex vino dulci fit, ad tertias tantum elixato & despumato, ut liquidum adhuc maneat.

Sapa potissimum commendatur ad morbos oris. Non modo enim stypticitate quadam roborat, & materiæ fluentis motum inhibet, sed etiam jam fluxum humorum abstergit, & digerit. De sapis fusius egimus in Institutionibus nostris *c. 6. lib. 3.*

Rob Ribes.

℞. *Succi Ribes Lib. ix.*

Coque igne lento ad partis tertiæ consumptionem: Deinde colo traiice: Colaturam subsidere permitte, donec clarescat; quæ postea lento igni denuo coquatur, aut insoletur ad eam consistentiam, ut servari possit.

Vocatur hæc sapa, Ribes simplex, ad differentiam alterius magis compositæ, cui medium sachari pondus additur; Sed frequentius & melius juxta præscriptum modum conficitur.

Debet autem parari mense Junio, quando scilicet ribesia omnino rubea sunt, matura, & succo multo prægnantia. Ex his enim tunc temporis tritis & expressis ubertas succi educitur.

Rob Ribes multiplicis est qualitatis: Refrigerat enim, astringit, roborat, & correcreat: Proinde datur utiliter calidæ intemperiei alterandæ, partium imbecillitati roborandæ, cordis morsibus propugnandis & vomiturientibus juvandis. Sua enim clementi stypticitate & aciditate delectabili, quamcunque partem attingit, solatur.

Eodem modo fit Rob de Berberis. Vel sic,

Rob Berberis.

℞. *Succi berberis optime colati Lib. viij.*

Coquantur igne lento ad consistentiam mellis: Repone in vase vitreo aut fictili & vitrato.

Eo recte modo Rob berberis potest parari, quo Ribes: nam ut affines sunt fructus, calore, magnitudine, viribus, sic affinis, aut similis ex utriusq; succo, Rob conficiendi modus.

Datur ad refrigerandum & astringendum. Sitim restringuit, tum à ventriculo calefacto, tum ab aliorum viscerũ calida & sicca intemperie ortum. Convenit & cochleræ morbo, & hepatico fluxu laborantib. dysentericis, & alui frequenti profluvio divexatis.

Reb de cornis.

℞. *Succi cornorum colati, & in Sole aut igne depurati Lib. ix.*

Coque igne elementi ad librarum sex dissipationem. Quod remanebit, repone in vase idoneo, & serva.

Nonnulli portionem sachari permiscent, efficiuntque Myvam, vulgo gelatinam, sed tanto inefficaciorem, quanto suaviorem, præstatq; simplicem parare sapam, nec sacharo conditam, ut vires illius non refractæ, sed integræ maneant. Verum cum multos syrupos astringentes & refrigerantes habeamus, ut *syrupum rosarum siccatum, citoniorum, myrtinum, Alexandrinum*, vix unquam ad Rob cornorum confugimus, quod virtute adstrictoria potissimum commendatur: ob id præscribi solet ad fluorem quemlibet sistendum, dysenteriam, cœliacum affectum, choleram morbum & vomitum.

Rob citoniorum.

℞. *Succi citoniorum ex arte depurati Lib. ix.*

Coque ad duarum partium absumptionem, vel quousque mellis consistentiam acquirat, & repone in vase figulino vitrato, aut vitreo.

Vt probe succus depuretur, debet prius calefieri, dein residere, ut clarescat: tum lento igne coquendus: Sic enim spissitudinem idoneam comparabit.

Rob citoniorum astrictoriam qualitatem habet & roborantem; unde ventrem sistit liquidiorẽ compescit, stomachum roborat, cholerę morbo confert, hæmorrhagiam retinet, omnemq; alui fluorem.

Ex aliis fructibus multis olim veteres Robub sua parabant, quib. frequenter utebantur, sed recentiores malunt ex ijsdem syrupos, vel conserva parare.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 554 sur 955

Diacaryon, seu Rob nucum Galeni & Mesuæ. Aug.

℞. *Succi corticum viridium Iuglandium diebus canicularibus extracti libras quatuor.*
Mellis libras duas.
Coquantur, ut est artis.

Stomaticum est Medicamentum: admodùm efficax ad oris phlegmonas & Synanchas, destillationes tenues in fauces, & alias præfocantes, pueris, mulieribus, naturisq; humidis magnoperè commodatum. Mesvę ex Gal. lib. 6. κατὰ τόπους capite 2. Phlegmonarum initijs adstringentium aliquid vult miscendũ, ut Rosas, Balaustia: in statu Crocum, & Myrrham in declinatione Nitrum, Salem Ammoniacum, & similia:

Diamoron simplex, Galeni. Aug.

℞. *Succi mororum domesticorum libras quinque.*
Mellis libram unam.

Clarificetur primum succus: deinde cum Melle coquatur ad justam consistentiam.

Phlegmonarum principijs salubre: cujus vires augentur additis repellentibus & adstringentibus, qualia sunt Alumen, Omphacium, Rhus, Rosæ, Balaustia, Malicorium, Cytinus, Gallę immaturę, Hypocistidis aut Lentisci succus.

Diamoron Compositum. Ejusdem.

Præparetur, ut prius jam modo descriptum, addendo præditis.

℞. *Myrrhæ.*
Croci ana Dr. ß.
Omphacii seu Agrestæ unciam unam.

Coquatur Omphacium cum succo Mororum, & Melle: Myrrha vero & Crocus sub finem adjiciantur, cum scilicet ab igne remotum fuerit Medicamentum.

Phlegmonis ad statum provectis, quibus concoquentia & digerentia Medicamenta adhibere convenit, maximè prodest, etenim privatim concoctoria inflammationum vi præditum est.

Diamoron usitatum, Nicolai. Aug.

℞. *Succi Mororum Battinorum, id est Rubi, libram unam.*
Mororum Celsi libram semis.
Mellis libram unam.
Sapæ uncias tres.

Succos Mororum prius depuratos cum Melle & Sapa in vase lapideo suaviter decoque: coctum percola & serva.

Ad faucium ardores, serpentia oris ulcera, gulæ, columellæ, & tonsillarum inflammationes, Anginęque principia efficax existit, estq; ejus usus prę cæteris crebrimus.

Mora Celsi, seu Domestica nostris **Maulbeer** dicuntur: More verò Sylvestria sunt Mora Rubi Batis, quæ **Brombeer** & **Hymbeer** vulgari idiomate appellantur.

Rob de Agresta. Aug.

℞. *Omphacij, seu Agrestæ libras duas.*
Sachari optimi libram unam.
Coque ad spissitudinem mellis.

Refrigerat & adstringit, unde fluxus malignos ac colliquantes coërcet, sitim sedat, bilioso rectus compescit, & contagiosis morbis opitulatur.

Rob Cynosbati. Aug.

Fit, ut Rob de Cornis ex calticulis rosarum sylvestrium, qui post florum defluvium circa finem Autumni, vel medio Autumno, pulcherrimo rubore matureścunt.

Vsurpatur Rob prædictum ex Cynorhodo Barbari, qui aliis Cynosbatus dicitur, ad renum calculos atterendos, & arenulas eorundem expurgandas, Hęmorrhagias etiam uteri, renum ac vesicæ cohibendas: Dysentericis quoque auxilio est.

Rob Ebulinum. Aug.

℞. *Succi Granorum Ebuli quantum volet.*
Inspissetur per se lentoigne, vel additopauxillo Sacchari.

Bilem, pituitam, aquasq; modestè detrahit, sudores movet, ac ob prędicta hydropicos adjuvat: leucophlegmatiæ medetur, & Podagricis procurato ob ejus sumptione sudore benefacit.

Rob Iuniperinum & Sambucinum.

Eodem modo, quo prius parari consueverunt.

De conditis, opiatis & conservis.

Vocabulum conditi duplici significatione in medicina accipitur, angusta videlicet & lata. In prima significatione denotat compositionem quandam, ex speciebus sive pulveribus roborantibus & conservis, affectibus, quos edomare voles, congruis paratam, idque in forma pulveris gummosi, qui cochleari argenteo porrigitur, huncque Medici moderni proprie dicunt conditum.

In altera vero lata & generali significatione sumitur pro quovis remedio, quod sacharo vel melle conditur, sive sint fructus, sive radices aut flores, ut gustum acquirant suaviorem, & conservationi diuturniori aptiores fiant. Vnde & ipsæ conservæ hac ratione inter condita annumerantur. De his vide Mesuæum *sect. prima, sua Antidotarij.*

Opiatæ eodem modo componuntur ex dictis conservis, & diversis pulveribus, qui variis indicationum scriptis Medico propositis accommodantur: sed illarum consistentia quodammodo molliori est: ob quam causam ipsis aliquot adduntur syrupi. Cum autẽ horum amborum remediorum bases existant pulveres & conservæ, & jam *supra* de omnis generis speciebus seu confectionibus tractatum sit: superest, ut tantum de conservis dicamus, quas, quia pauca ijs reformanda nobis desiderari videntur, brevissime perstringemus.

Inter conservas igitur ad partes corroborandas & tollendas morbi malas qualitates, aliæ sunt cephalicę seu capitales, ad cerebium, aliæ thoracicæ sive pectorales, aliæ ad cor, ventriculum, jecur, & alias partes nobiles destinatæ.

Capitales sunt, conservæ *rosmarini, lavendulæ, calendulæ, majoranæ, melissæ, primulæ veris, pœoniæ, lilij convallium, tiliæ arboris, euphragiæ, betonicæ, salviæ.*

Harum aliæ specificæ sunt ad apoplexiam, ut conservæ, *lavendulæ, salviæ, rosmarini*, aliæ ad paralysim, ut *conserv. florũ calendulæ*, & aliæ ad epilepsiã, ut *conserv. flor. tiliæ arboris, lilij conv. pœoniæ, euphragiæ* peculiariter prodest oculorum affectibus. Tho-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 555 sur 955

Thoraciæ ſunt, conſer. *rad. & flor. tuſſilaginis, roris folis, enulæ campanæ, hyſſopi, flor. violar. capillorum veneris, papaveris rhœadis*, quarum aliæ conveniunt calidis pectoris affectibus aliæ frigidis.

Cordiales ſunt, conſervæ *florum borraginis, bugloſſæ, acetoſæ, & corticum citri.*

Stomachicæ ſunt, conſervæ *rad. acori, arantiorum mentha, diacydonium ſive citonia condita*, quarum aliæ corroborant eundem ventriculum à cruditatibus aut cauſis frigidis debilitatum, aliæ ejus tollunt intemperiem calidam, vel minimus pharmacopœæ tyro harum novit differentias, ita ut non opus ſit diutius iiſdem immorari.

Conſervæ *florum cichorii, berberis, ribes, roſarum rubrarum* hepati imprimis ſuccurrunt.

Conſervæ *de cetera* lieni conferunt.

Conſerva *ſymphiti maioris* ſingulari proprietate renum ulceribus prodeſt: in genere vero omnis generis immoderatas fluxiones ſive ſanguinis, ſive aliorum humorum iiſtit & cohibet.

Enarratarum conſervarum præparationes non uſque adeo magni momenti ſunt, ut de ijs plura dicere neceſſe ſit.

In capitis hujus decorationem aliquot tantũ conſervarum præparandarum formulas adijciemus, quæ non tam tritæ & vulgares ſunt, ac deſcribemus inſuper compoſitiones quaſdam, ad præcipuos & graviſſimos corporis affectus accommodandas, quibus benignus lector jucunde & utiliter perfruatur.

Paradigmatis loco proponemus conſervas quorundam florum, radicum & fructuum, ad quarum normam alias plures licebit componere.

Prima conſervarum præparatio in Germaniæ quibuſdam locis tantum, nec ubiq; uſitata eſt. Comparandum primo eſt vitrum conſervis adſervandis aptum, capax & amplum, in quo fiat ſtratum ex *ſaccharo* pulverizato ad digiti tranſverſi altitudinem: huic ſuſpergantur flores, quale ſcunque condire volueris, ad ejuſdem menſuræ quantitatem: oportet autem flores colligere tunc, cum à Solis radijs illuminati omni rore & ſuperflua humiditate vacant, dein huic florum ſtrato ſuperiniiciatur novum ſacharum, & adhuc alij flores: & ita fiat S.S.S. ultimamq; ſtratum ex ſacharo conficiatur. Vitrum corio vel membrana craſſiuſcula optime clauſum, exponatur in æſtate ferventiſſimo Solis ardori per tres ſeptimanas, vel unum menſem, quo temporis ſpatio materia duriuſcula reddetur, & optimo condietur diuque reſervabitur.

Sic quoque conſervę parabuntur ex omnibus floribus purgantibus, ex *roſis pallidis, violis, floribus Perſicæ arboris, floribus centaurii & hyperici, & prunorum ſylveſtrium*, quę purgabunt, & infantibus, alijſque, qui à potionibus Medicis plerunque abhorrent commode exhibebuntur.

Altera conſervarum præparatio, quæ non gregaria eſt aut communis, & qua flores non ſolum integri permanent, ſed ſuos inſuper colores, odores & ſapores totos conſervant, (res ſane perquam eximia & elegans) fit ut ſequitur.

Accipe florum (quoſcunque ad conſervas parandas volueris) *optime mundatorum & exſiccatorum ℥.iiij. miſce cum ſachari calidi, & ad perfectionem decocti* (ſicut decoqui ſolet ſacharum roſatum) *lib.ſ.* idem ſacharum cum admixtis floribus denuo bulliat ad ignem, donec perfecte coctum apparuerit, cujus perfectionis ſignum eſt, dum ejectum cum ſpatula, bracteas quaſdam & veluti folia facit: tunc vas æneum, quo materia continetur, ab igne removeatur, rotula continuo commovendo, donec in pulverem reducatur ſacharum, & additi flores ab eo ſeparabiles, & nihilominus in conſervam conditi exiſtant, integros adhuc conſervantes ſuos colores, odores & ſapores. Hæc eſt altera conſervarum omnium florum præparatio, quæ prout ex ſaporis, qua fruuntur, bonitate facile colligitur, cæteris vulgaribus longe præſtantior eſt, ex ſimplici contuſione & mixtione præparatis, fit autem hoc modo.

℞. *Florum ſelectorum, mundatorum & contuſorum* ℔.ſ.
Sacchari triti ℔.ſ.

Omnibus ſimul contuſis & mixtis, fiat conſerva.

Vſurpamus ad condiendus fructus & radices aliam viam & methodum: Sed ex elegantioribus & ad medicum uſum præſtantioribus, unam atq; alteram tantum in medium proferemus formulam, ne gulæ potius gratificandæ, quam medicinæ amplificandæ gratia, hujuſmodi cupediarum delicias, hic introduxiſſe videamur, quæ magis mulierculis, quam pharmacopœis tractandę conveniunt, nec quicquam niſi vulgatius & commune ſuſcipiunt.

Proponemus exempli gratia ex fructibus, citria, limonia & arantia, & ex radicibus, radicem angelicę, idq; ob ſingularem horum omnium virtutem & præſtantiam, qua ad varios uſus excellunt ad medicinam quippe ſummopere laudantur, cum ex ijs pharmaca ad cordis, aliarumq; partium corroborationem, & peſtis præſervationem componantur.

Accipiatur igitur unum atque alterum malum citrium ſumme flavum, de cujus cortice, qui omnium maxime ſulphureus, odoratus, & cordialis exiſtit, ſcalpro apto deradatur omne flavum in ejus ſuperficie, quantitas raſuræ ex quolibet malo citrio (etiam ſatis magno) collectæ, erit ad ſummum ℥.ß.

Hæc raſura ut ſubtilior & delicatior evadat, optime contundenda eſt in mortario marmoreo, adeo, ut plane fiat impalpabilis, imo ſi ita videbitur, inſtar ipſius caſſię per cribrum tranſmittatur.

Sachari lib. una pauca aqua roſarum diſſoluti inſtar ſachari roſati, hoc eſt, ad perfectionem coquatur, in quo ſic bene cocto miſce raſuræ benedictæ citri ℥.j. ſacharum adhuc param bulliat, raſuram cum eodem optime permiſcendo, dein effundantur omnia, ut in conſerva roſar. è ſiccis fieri ſolet, & ſic erit conſerva citri, ſuaviſſimi & jucundiſſimi ſaporis.

Hæc eſt prima illa methodus conficiendi conſervas ex citrijs, limonijs & arantijs, hoc eſt, ex corundem corticum raſuris. Raſura arantiorum amariot quodammodo eſt cæteris, unde per diem unum atque alterum maceranda eſt in vino albo, dein linteolis optime extergenda, ad cujus unam adijciatur ſacchari perfecte decocti, ut ſupra, libra una.

Reliqua corticum pars carnoſior, ſuccis ſive medullis interioribus ſeparatis, (ſeparantur a facili momento) bulliant in aqua vel ſola, vel pauco vino albo permixta, per horam unam, atque alteram, donec ex tactu molliſſima & probe cocta judicetur, dein ſeparata aqua, cortices hi, quorum ſuperflua humiditas linteolis exquiſite exterſa fuerit, in mortario marmoreo contundantur, & per ſetaceum traijciantur.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 556 sur 955

Ad libram ũnam ſachari ad perfectionem decocti, adijce quatuor uncias paſtæ horum corticum: omnibus ſimul optime mixtis & contuſis, coquantur ad ignem lentum, donec paſta vaſculo ęneo non amplius adhæreſcat, dein ſupra chartam malidam effundatur, ad formulandas inde, ſi velis, tabellas aut rotulas in forma biſcocti. Hoc conditum eſt ſingulare cordiale, nec tanto calore prędītum eſt, ac illud alterum de raſura eorundem fructuum.

Vt ejuſmodi conſervæ guſtui gratiores, magis cordiales & medicamentoſæ fiant, ad enumeratæ utriuſque paſtæ unciã unam addatur *cinnamomi optime pulverizati ℥j. moſchi gr. xij. ambræ gr. viij.* paſtæ inſuper ab igne remotę, & jam effundendę adijciantur adhuc *olei aniſi guttulæ decem vel duodecim, olei caryophyllorum guttulæ quatuor.* Et ſic habebis conſervam, & palato gratiſſimam, & ad cor, aliaſque nobiles partes corroborandas utiliſſimam. Eadem quoque contra peſtem eſt optimum prędervativum, ſi ſingulis matutinis, antequam domo exeas, parvum de ea ſumas.

Ad radicum condituram eadem fere methodo progrediendum eſt. Verbi gratia; Accipe *rad. Angelicæ*, quantumvoles, coquantur in aqua, donec optime contundi & in paſtam redigi poſſit, hujus paſtæ per ſetaceum trajectæ uncijs duabus adde

Confectiones alkermes ℥ij.
Conf. de hyacyntho ℥j.
Corallorum prædaratorum.
Margaritarum prædarat. an. ℥ß.
Pulveris lapidis bezoardici veri ℈j.
Ambræ gr. xij.

Omnia ſimul miſta, & in ſachari cum pauca aqua cinnamomi diſſoluti, & ad perfectionem cocti ℥x. vel xij. injecta denuo coquantur, donec paſta non amplius adhęreat vaſculo ęneo, quam ſupra chartam humectatam, aut lapidem marmoreum, effundes, redigeſque in eam quam volueris formam. Ad peſtem excellens prædervativum, de quo ſingulis matutinis unius drachmę pondere intro aſſumendum eſt. Sed hæc medicina divitib. aſſignatur. Solam etiam, ſi velis, & ſimplicem radicem angelicam coques, & in paſtam reductam condies eadem ſachari proportione, quæ *ſupra* in conſervis fructuum ſervata. Ad eundem quoq; modum *Zedoaria* ſola condiri poteſt. Et hujuſmodi condita ad peſtem pauperibus inſervient.

Ad enarratarum conſervarum normam multas alias componere licebit, ad diverſos corporis affectus pro vario pulverum & cordialium rerum additarum diſcrimine.

Quoniam a. conſervas baſes & fundamenta eſſe diximus remediorum, quæ vulgo dicuntur opiatæ & condita: ad finem hujus capitis ſingulorum opiatæ ad cerebrum, & conditi ad cordis roborationem aptiſſimorum formulam annectemus.

Opiata capitalis. Querc.

℞. *Conſerv. flor. anthos.*
Salviæ.
Betonicæ.
Calendulæ ana ℥ß.
Confect. anacardinæ.
Diacaſtorei.
Diacori ana ℥ß.
Spec. Diamoſchi dulcis.
Diambræ an. ℈ß.

Cum ſyrupo conſervæ citrij fiat opiata: de qua capiendum ad molem nucis avellanæ.

Ad epilepſiam addenda ſunt *conſerva pæoniæ, viſcum quernum, ungula alces, ſal cranii humani*, & ſimilia, huic malo ſpecifica. Sic ad varias indicationes curativas varianda ſunt ea, quæ adduntur. Ad corroborandas enim partes nobiles, veluti ad cor adijcienda cordialia, ad ſtomachum ſtomachica, ad hepar hepatica, & ſic de cæteris idem eſto judicium: addendo ſimul parum ſyrupi, ut remedium, formam electuarij liquidi, opiatę dicti acquirat. Eodem modo conditum parabitur, miſcendo nimirum & craſſo modo contundendo conſervas cum pulveribus & confectionibus cordialibus, ſicut ex ſequenti formula patefiet.

Conditum ad cordis roborationem. Q.

℞. *Conſerv. corticis citrii, ut ſupra conditi ℥j.*
Conſerv. Flor. buglоſſæ.
Violarum ana ℥ß.
Confect. Alkermes. ℥j. ß.
Confect Liberantis.
Cordialis.
Elect. De gemmis ana ℥ß.
Spec. Aromat. roſ.
Dianthos an. ℈j.
Coralli prædarati.
Margaritarum prædarat. ana ℥j.
Oßis de corde cervi ℥ß.
Vnicornu ℈j.
Lapidis bezoardici ℈ß.
Ambr. gr. x.
Aliquot aurifolia.

Contundantur omnia, miſceantur, & fiat conditum. Exhibeatur ex cochleari. Conducit ad omnes lipothymias, cordis deliquia, febres peſtilentes, & ipſam peſtem. Ad eundem modum poterunt infinita alia ad plurimas medendi intentiones concinnari.

Conſerva Hederæ terreſtris compoſita. Aug.

℞. *Folior. Hederæ terreſtris.*
Rutæ ana unciam unam ſemis.
Raphani unciam unam.
Rad. Angelicæ.
Leviſtici ana Dr. ſex.
Sacchari albi libram unam, uncias quatuor ſemis.

Ex inciſis & contuſis fiat Conſerva, quæ ſi avidior evaſerit ſucco citri aut Limonum adjecto q. ſ. redigatur ad debitam conſiſtentiam.

Creberrimi in Peſte uſus eſt, mira enim in eliciendo ſudore prędtat, qua olim fœliciſſimo ſucceſſu Clariſſimus Vir D. D. Leonardus Rauvvolff Reip. quondam noſtrę Medicus eximius infectionis tempore utebatur, eſtq; ea nobis prout & prior ac ſequens ſideliſſimo noſtro multumq; honorando Collega D. D. Joanne Vdalrico Rumelero communicata.

Conſerva Roſarum Neapolitan.

℞. *Sacchari albiſſimi in aqua Roſarum fragrantiſſima diſſoluti, & penè ad formam ſyſtitudinis Manus Chriſti cocti libram unam.*
Roſarum rubrarum recentium mundatarum inciſarum ac piſtatarum uncias tres.

Coquantur iterum leviſſimè, addendo (ſi volueris) ſub finem Olei Vitrioli guttulas aliquot.

Fiat Conſerva, ut artis eſt.

Con-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 557 sur 955

DE CONSERVIS.

Conserva violarum.

℞. *Florum violarum recent. à parte herbosa purgatorum, & in mortario lapideo cum pistillo ligneo tritorum* ℔.*j.*
sacchari albiss. ℔.*ij.*
Terantur, ac subigantur simul, & fiat massa mollis, quæ vase fictili reposita, quindecim dies insolatur, & servetur.

Violas præcipit siccari Mesue, sed humiditatem earum nativam retinere optimum est: In ea enim potissimum virtus posita; quæ cum evanida sit, vix violę à calicibus & herbosa purgari queunt, quin plurimum illa imminuatur. Ad conservę tamen confectionem flos tantum mundatus assumi solet, non tam ut vires habeat præstantiores, quam ut colorem sæpe nanciscatur magis violaceum.

Debent autem violæ diutissime teri, ut nulla asperitas in eis percipiatur: dein sacharum duplum miscetur: tum denuo simul contunduntur, ut massa quædam fiat mollis in vase idoneo servandā. Mesue triplum sacharum commiscet, tuncque conserva palato quidem suavior redditur, sed in efficacior.

Conserva violarum bilis incendium mitigat, reliquorum humorum ardorem extinguit, sitim temperat, aluum subducit, fauces & asperam arteriā lenit & dilatat, & omnibus thoracis affectibus convenit.

Conserva Rosarum.

℞. *Rosarum rubrar. recent. nondum perfecte explicatarum & exungatarum Lib. j.*
Tere cum pistillo ligneo in pila marmorea, donec lævigentur: Adde sacchari optimi Lib. iij.
Tere denuo, ut exacte misceantur: Repone in vase idoneo, & insola.

Sacharum rosarum vocat Mesue, quod nos aptius Conservam rosarum appellamus: Et rosas sine discrimine tam rubras, quam albas in umbra siccatas, cum triplo sacharo sumit, ex quibus suum *saccharum rosatum*, ut vocat, facit, quod posteà tres menses soli exponit: nos rosas tantum prærubras, non siccatas, ac tritas cum triplo sachari pondere miscemus. Sunt, qui duplum tantum sacharum permiscent, sicque confecturam insuaviorem quidem efficiunt, sed efficaciorem.

Sacharum autem rosarum vocamus nos *sacharum aquæ rosaceæ*, pari mensurā solutum & coctum ad consistentiam electuarij solidi, de quo postea suo loco.

Est vero conserva nostra rosarum non uniusmodi, sed altera liquidior & mollior, quæ fit modo præscripto ex floribus recentibus, & sacharo tritis & mistis: altera solidior, quæ fit ex pulvere rosarum siccarum cum octuplo, aut decuplo sacharo, in aqua rosacea diluto, & ad electuarij solidi consistentiam cocto, cui parum succi *agrestæ*, aut *limonum* commiscetur. Sic enim pasta prærubra efficitur, ex qua formantur velut Cylindri, vulgo *morselli* dicti, oblongi, utroq; in extremo tenuiores, in medio crassi. Commendatur, quæ fit Agendici, quæ in Brya urbs est insignis *Provincia*: vulgo nominata.

Conserva rosarum cephalica & cardiaca est. Caput enim ut & reliqua viscera roborat, ipsorumque æstum mitigat, & fluxiones sistit.

Conserva Buglossi.

℞. *Florum buglossi mundatorum Lib. j.*
Tere in mortario marmoreo cum pistillo ligneo,
Adde sacchari Lib. ij.
Misce terendo, ut fiat massa molliuscula, quæ vase excepta idoneo insoletur.

Vix probatur eorum sententia, qui flores buglossi, quorum virtus superficialis est, & cito dissipabilis, parum exsiccari volunt ante triturā, & mixtionem: Recentes enim & sinę omnis nativæ humiditatis participes meliores sunt: humiditatem enim amittendo simul vires amittunt; Nam ex se humidiores non sunt, quam usus postulat; Adde, quod per insolatum magis aquea, & excrementitia conservæ recenter factæ portio facili dissipatur. Si tamen rore cœli, aut imbribus aëris maduerint, tunc ante conservæ confecturam debebunt parum in umbra potius, quam in sole exsiccari.

Conserva Buglossi partes vitales exhilarat, præsertimque cor recreat, melancholicis apprime convenit, palmo laborantibus & russiculosis.

Conserva Borraginis.

℞. *Florum borraginis recent. & mundator. L.ß.*
Sacchari albiss. Lib. j. ß.
Terantur in mortario lapideo, cum pistillo buxeo, aut ex alio ligno, & fiat conserva.

Terendi sunt primum flores seorsim, donec lævigentur, dein sacharum; Tum rursus terendo miscentur, & fit massa molliuscula, quæ vase idoneo excepta insolatur; postea servatur. Arabib. dicitur zuccarum *alchilil*, hoc est, *sacharum borraginatum*, Medicis recentioribus *Conserva florum borraginis*.

Ad eosdem affectus datur, ad quos conserva buglossi. Vtraque enim cor & spiritus vitales recreat, melancholicis passionibus succurrit, atque peculiari dote menses mulierib. creditur movere, ex Holerio.

Conserva Nenupharis.

℞. *Florum nymphęæ recentium à parte herbosa purgatorum, & in umbra diem unum siccatorum Lib. ß.*
sacchari Lib. j.
Tere, & fac conservam quæ vase idoneo excepta insoletur & conservetur.

Flores nenupharis, quod crassiores sint & humidiores, parum debent arefieri, deinde ita contundi, ut lævigentur: postea *saccharum* admiscetur, & cum floribus jam tusis teritur, subigitur & concorporatur, tū massa probe subacta in vase fictili reponitur. Seligendi vero sunt flores *nymphęæ albæ*, quæ multis lilium aquaticum dicitur, cujus non modò pars herbida ac virescens abijci debet, sed etiam flava, quę in medio flore continetur. Nymphea lutea negligitur, in hac conserva, & in syrupo *superius* descripto, quod alba sit præstantior, & ubique fere reperiatur: præferenda vero, quæ in aqua minime cœnosa, sed limpida viret.

Conserva nenupharis pręcordiorum æstum contemperat, sitim extinguit, cerebrum refrigerat, somnum conciliat, febricantibus confert.

Conserva Anthos.

℞. *Florum rorismarini recent. in mortario lapideo minutissime tritorum Lib. ß. Sach. albiss. L. j. ß.*
Probe terantur, subigantur, ac misceantur, & fiat conserva, vase idoneo reponēda insolandaq; & servanda.

Anthos, seu flos rorismarini, ꝙ ex se sit admodum siccus, nō est ante triturā soli exponendus, nec exsiccandus, majoremq; sachari quantitatē postulat, ut omnes flores calidiores & sicciores, non tam ad conserva-

ſervationem, quam ad ſuavitatem : minus quoq; inſolari poſtulant.

Eſt vero conſerva anthos uſus in medicina plurimi, nam ob vim, qua pollet, cephalicam & neruoſam, cerebro roborando, & illius ſimul affectibus propugnandis conducit. Feliciter vero datur epilepticis, apoplecticis, lethargicis, paralyticis, tremori & palmo obnoxijs.

Conſerva betonicæ.

℞. *Florum betonicæ recentium ac mundator. Lib.* j.
ſacchari albiſſ. Lib. iij.
Contunde flores ſeorſim minutiſſime : addepoſtea ſaccharum, & fiat Conſerva in vaſe idoneo reponenda, inſolanda, ſervanda.

Vniuſmodi non eſt hujus conſervæ præparandæ ratio : Alij enim juxta modum præſcriptum conficiunt : alij ſacharum coquunt in aqua betonicæ ad conſiſtentiam electuarij ſolidi ; deinde flores tritos miſcent; ſicque conſervam efficiunt optimam, & ſapore & viribus laudabilem, utroque autem modo confici poteſt.

Conſerva betonicæ tam ſumpta, quam admota capiti robur conciliat, ventriculo benefacit, venena obtundit, & ad omnes affectus cerebri propugnandos commendatur.

Conſerva ſalviæ, meliſſæ, ſtœchados.

℞. *Florum ſalviæ, vel meliſſæ, vel ſtœchados* ℔.ß.
ſacchari albiſſ. ℔j. ß.
Tere primum flores tenuiſſime ; dein ſacharum ; Tum omnia denuo ſimul tere, ac permiſce, ut fiat paſta mollis, quæ vaſe idoneo repoſita inſoletur.

Florum medicatorum ubertas efficit, ut ex eis Conſervæ frequentius parentur. *Stœchas*, quod rariſſima ſit : *Meliſſa*, quod parvulos valde flores promat, ex eis vel raro, vel pauca conſerva paratur. *Salvia* vero vel cum frequens ſit, & eximijs prædita viribus, etiam Salernitano elogio, ex ea conſerva fit ad uſus multos commendabilis. Speciali enim dote cerebrum, & nervos roborando, tremori, ſtupori, paralyſi, & affectibus cerebri confert. Quæ ex *meliſſa* conficitur, memoriam juvat ; quæ ex ſtœchados floſculis, jecur obſtructione liberat, & cerebrum recreat.

Quædam Officinæ plures forſan conſervas habent ex floribus conditas, ſed multæ quoque pauciores. Si quis his non contentus, alias ex alijs floribus deſiderarit, eſt illi liberum parare, ut conſervam *pæoniæ, tamariſci primulæ veris, & cichorij.*

Nonnulli conſervam *florum malvæ* parant, quam calculoſis & vitijs renum mirum in modum prodeſſe teſtantur : vim namque habet leniendi, ardorem mitigandi, meatus diducendi, & ſaburram à partibus excernendo lotio dicatis expellendi.

Conſerva Eſulæ vel Iathyridis D. Ioh. Hartmanni Beyeri.

℞. *Fol. & fl. Eſulæ helioſcopiæ, vel minoris, quæ cyparißias dicitur,* ℥iij.
vel ſol. Iathyridis ℥iij.
fl. roſ. purpureæ.
viol. martiarum an. ℥j. ß.
ſacchari canarini ℔j. Mj.
f. ſec. art. conſerva.

Vſus huius Conſervæ.

℥. *Conſerv. eſulæ* ℈ij. *vel* ℥j.
maſtic. gr. viij.
ſpec. diamoſch. dulc. gr. iv.
Infundantur in vino albo tenui vel aqua conveniente per horas 12. *colato adde ſuccı cydonior.* ℥ß.
Aq. Cinnam. ℥j. Mi f. *hauſtus.*

Quercetanus.

De Fructibus, & alijs plantarum partibus conditis.

Ceraſa condita.

℞. *Ceraſorum maturorum, ac ſelectorum, & à pediculis purgatorum* ℔.ij.
Sacchari albiſſimi ℔.j.
Coque igne primum luculento, dein clementiore. ſpumam innatantem abiiciendo, quousque fiat ex illorum ſucco & ſaccharo ſyrupus optime coctus.

Ceraſorum multæ ſunt varietates, quorum ea tantum ſeliguntur ad condituram, quæ rubra ſunt, ſcido-dulcia, ſucco multo turgidula, brevior pediculo inhærentia, ut & ea, quæ ex obſcuro rubent, *agriota* vulgo dicta. Vt autem rite condiantur, aqua parca debet commiſceri ; ſic enim ſacharum liquatur facilius, & ceraſa citius ac melius concoquuntur. Perfecte autem cocta judicantur, cum ſyrupi guttæ in marmor effuſa non diffluit : Tunc ſiquidem ab igne removenda, & ubi parum refrixerint, in vaſis idoneis reponenda.

Ceraſa condita propter ſuavitatem & ſalubritatem ſingulis ægrotis, morbo quovis laborantibus & quovis tempore ſolent exhiberi.

Ribes & Berberis condita.

℞. *Ribes, vel Berberis* ℔.j.ß.
ſacchari ℔.j.
aquæ parum.
Coquantur ex arte, ut ſimul cum his coctis fiat ſyrupus conſiſtentiæ legitimæ.

Ex horum fructuum ſucco calore Solis, veliguis inſpiſſato fit ſapa ; ex eodem ſacharo ſimul, ut decet, coctis, ſyrupus. Vtriuſque autem vires eximiæ ſunt, & medicatæ, & ægrotis ſanitati reſtituendis perutiles, ut *ſupra* monuimus. Sed & pro bellarijs idem fructus non parum expetuntur : ob id integri condiuntur, ut etiam ad hyemem poſſint aſſervari, & ægrotis quoque exhiberi ; quibus non modo ſæpe arridet, ſed & conducunt. Ad illorum condituram ſolet parum aquæ permiſceri, ſed melius ejus loco, ſuccus alterutrius commiſcebitur. Sic enim conditura acidior erit ; ut & dulcior, ſi par ſachari & fructuum pondus, ut multi faciunt, adjungatur.

Pyra condita.

℞. *Pyrorum moſchatellinorum, decorticatorum ſacchari albiſſ. an.* ℔.ij. *aquæ* ℔.j.
Coque perfecte igne luculento, donec pyra fundant ſyrupum, conſiſtentiæ legitimum.

Eodem modo alia pyra condiuntur, ut ruſſola quædam ſuaviſſima, *Rouſſeletti* nomine notiora ; ut & alia multa carne ſolidiore prædita. Nonnulli, ut palato reddant amiciora, *caryophyllis* configunt ; ſic namque cum dulcedine aromaticum quendam odorem, ſaporemque nanciſcuntur delectabilem. *Pruna*, quod carnem habeant molliorem, quæ cocta facile velut in pultem abit ; integra non condiuntur, ſed ex his in fruſta ſectis, & cum *ſachаro* ex arte coctis fit paſta quædam, quæ in cylindros partita ſtudiole exſiccatur & ſervatur.

Nuces

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 559 sur 955

Nuces conditæ.

℞. *Nuces virides, & adhuc teneras, N. L. A cortice externo purga, Acu vel ſtylo utrinq; perfora: infunde novem aut decẽ dies in aqua tepida, ea quotidiè mutata; dein coque, dum molleſcant. Tum ſingulas terge linteo, & ficca: Caryophyllis, aut cinnamomo per bacillos ſecto confige: poſtea tum pari ſacchari pondere & aquæ ſufficienti quantitate coque perfectè: Repone in vaſe idoneo & ſervato.*

Ægre ferunt multi, quod nuces conditæ nigreſcant, quem ingratum colorem ut impediant, nuces primum coctas, dein aromatis confixas in vaſe recondunt, ſuperfundunt ſyrupum exacte coctum, adhucq; calentem. Diebus ſequentibus, ſi ſyrupus recrudeſcat, denuo coquunt, & adhuc ſuperfundunt; quiſi rurſus fluidior appareat, recoquunt, ut tandem in legitima remaneat conſiſtentia. Sic enim conditę nuces albidiores manent. Commendantur ad ventriculi imbecillitatem, flatuum diſſipationem, colicum dolorem & coctionem juvandam.

Pruna condita.

℞. *Prunorum nondum perfectè maturorum & depellatorum, Sacchari optimi ana* ℔. *j. aquæ limpidiſſimæ* ℔. ß.

Coquantur ut ceraſa, eodemq; modo ſerventur.

Mira eſt ubiq; prunorum ubertas & varietas inter quæ multum expetuntur *damaſcena, alba, rubra, nigra, violacea*: magis vero *Brignolenſia & Pardigonia*; ſed omnium maxime imperialia dicta, quæ omnia matura eſui gratiſſima ſunt.

Vt autem ſerventur fructuum reliquorum more condiuntur; atq; primum exterior eorum cortex detrahitur: & ubi ſingula decorticata fuerunt, è veſtigio in aquam proiiciuntur, ne flaveſcant, nigreſcantve. Sic enim omnia bene mundata coquuntur, quouſque ſyrupus ex eorum ſucco & *ſaccharo* commixto legitimæ conficiatur conſiſtentię.

Eodem modo mala perſica & præcocia condiuntur.

Cortices *arantiorum, limonum, citriorum*, partim ob duritiem, partim ob inſuavitatem ante condituram ſemel atque iterum macerantur in aqua tepida, in quam nonnulli prima vice nodulum, cinerum injiciunt; ſecunda in aqua ſimplici, in qua tandem cum æquali ad cortices pondere *ſacchari* coquuntur, ut artis eſt; ſicq; probe conſervantur cum ſyrupo perfectè cocto.

Quibus vero nonniſi confecturę ſiccę, ut vocant, arridet, ſic illis parabuntur. Cortices dicto modo conditi ſumendi ſunt; ſyrupus, quo exterius madent, vel linteo detergendus, vel aqua leviter abluendus. Sic terſi & exſiccati cortices in aliud ſacharum ad conſiſtentiam electuarij ſolidi coctum immergendi, & adhuc parum coquendi; dein amovendi, & Soli, vel loco calido, ut hypocauſto exſiccandi; tum aſſervandi. Verum hæc nimis curioſa condiendorum fructuum ars ad aromatarios, quam pharmacopœos ſpectat magis.

Citonia condita.

℞. *Citonia decorticata, in quatuor aut ſex partes diviſa, & à membranulis & ſeminibus purgata N. x. aut xij.*

Sacchari pondus æquum.

Coquantur cum aqua ſufficienti, ut artis eſt.

Citonia propter ſoliditatem multam coctu-ram patiuntur: majore propterea aquæ quantitate eſt opus. Tamdiu vero coqui debent, non modo ut molleſcant, ſed ut ſyrupus craſſior evadat, in quo ſunt aſſervanda integra, non diſcerpta, aut in pultẽ redacta.

Alio modo citonia condiuntur, cocta nempè cum *ſaccharo*, & inter coquendum ſubinde agitata, ut formulam craſſiuſculæ pultis acquirant; Tunc enim ab igne removenda, & in pyxidibus ligneis, ac abietinis reponenda. Si par citoniorum & ſachari pondus commiſceatur. Cidoniatum hinc factum ſuavius eſt, ſed minus aſtrictorium. Vocatur autem *craſſum cidoniatum*.

Aliud adhuc & magis rubellum, & lucidum paratur, ex ſolo nempe decocto corticũ, & ſeminis citoniorum, cui additur *ſacchari* æqualis portio, vel paulo minor, & coquitur ſupra conſiſtentiam ſyrupi. Atq; in piceas pyxides infunditur, & ſervatur. Si inter coquendũ pelvis cooperiatur, Cidoniatum magis rubrum efficitur, quem colorem omni cidoniato expetitum, ut habeant multi, ſuccum citoniorum adiiciunt, vulgus *Cidonatum clarum* nominat: alii *Aurelianenſe*, quod Aureliæ ſit frequentiſſimum.

Paratur & *Myra* ex citonijs, ſed modo parum diſſimili: nam ſuccus ex his raſpatis elicitur; magma coquitur ad conſiſtentiam electuarij: Commiſcetur ſucci pondus æquum ad *ſaccharum*, ſicque fit *Gelatina citoniorum*, colore rubella, ſapore grata, viribus commendata.

Folia adianti condita.

℞. *Adianti albi, ſelecti, & à ſtipulis exilibus mundati* ℔. *j.*

Sacchari boni ℔. *ij.*

Tere ſeorſim foliola; tum ſaccharum: poſtea miſce: denuo contunde, & habebis conſervam.

Folia rariſſime condiuntur, cum vel ex his ſiccatis decocta, & ſyrupi conficiantur illorum viribus dotata, vel etiam ſicca ſerventur, vix anno elapſo priore exoleta: quædam tamen vires adeo habent evanidas, ut ſiccę vix quicquam genuinæ qualitatis retineant: cujuſmodi eſt capillus veneris verus, ſeu Mompeſſulanus, qui propter eximias vires, ab his, quę eo carent, regionibus expetitur, ad quas defertur forma conſervę, modo præſcripto paratę, quo & alia quoq; folia ſicciora poſſunt condiri; humidiora vero ſic:

Folia tuſſilaginis condita.

℞. *Succi foliorum tuſſilaginis* ℔. *j.*

Sacchari ℔. *ij.*

Coque in conſiſtentiam electuarii, cui adhuc calidiſſimo, adde tuſſilaginem tritam, & fiat conſerva.

In hujus conſervæ confectura tritorum foliorum quantitas non definitur, quam alij majorem, alij minorem adijciunt. Sat vero eſt tertiam, aut ad ſummum mediam illorum ad ſacharum pondus permiſcere. Debent autem conſervæ ſic paratæ diutius inſolari, & ſubinde rudicula moveri, ut quoquo verſum calefiant, & aquea humiditas, quę magis in iſtis exuperat, diſſipetur. Simili modo aliæ foliorum condituræ parantur.

Folia tuſſilaginis condita multum conferunt tuſſiculoſis, pulmonicis, & quibus fit frequens delapſus humoris è cerebro ad thoracem & partes vitales.

Caules lactucæ conditi.

℞. *Caulium lactucæ criſpæ à pellicula exteriore purgatorum* ℔. *j.*

Coquan-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 560 sur 955

Coquantur in aqua, donec molleſcant ; deinde linteo exſiccentur. Poſtea ſume par ſacchari pondus, & cum aqua ſufficienti quoque, donec ſyrupus aliquanto craſſior evadat , & repone in vaſe idoneo.

Si forma ficciore magis arrideant, exterius tergeantur & ſiccentur : deinde cum ſaccharo ad electuarii ſpiſſitudinem cocto parum fervefiant: tandem amoveantur, & loco calido exiccentur.

Pauci admodum plantarum caules condiuntur, vel ob duritiem, vel inſuavitatem, aut qualitates inutiles & negligendas. Qui craſſitudine, dulcedine, teneritate, & virium præſtantia commendantur, poſſunt recte condiri, ut caules *lactucæ* potiſſimum *criſpæ*, ut caules *cinaræ*, ſeu *articaulis*, quem vulgus *artichocum* nominat. Ex utriuſque enim caulibus aromatarij ſolent confecturas ſiccas modo *ſupra* deſcripto facere.

Caules lactucę conditi demulcendæ ſiti ſunt idonei, ſtomacho æſtuanti proſunt, & hepatis fervori.

Caules Cinaræ conditi.

℞. *Caulium Cynaræ à pellicula externa, & fibris durioribus purgatorum* ℔. *j.*

Coquantur in aqua , donec teneſcant : deinde linteo exiccentur. Tum cum ſacchari pari pondere , & aqua ſufficienti denuo coquantur , donec ſyrupus fiat craſſior. Repone confecturam in vaſe idoneo: quæ ſi forma ficciore magis expetatur, eodem modo paretur, quo lactucarum cauliculi.

Cynaræ caules ſumi debent albidi , qui ſcilicet nondum extra terram eruperunt ; plebecula *cardas* appellat, quæ tota hyeme frequenti ſunt in uſu Lutetiæ, ubi Cynarę uberrime luxuriant, quibus nulla ratione multi utuntur ad ſtimulos veneris proritandos. Parum enim materiæ genitalis & flatulenti ſpiritus corpori præſtant , ſucci vero melancholici plurimum, ex Galeno *lib. 2. de alim. facult.*

Seligendi autem ſunt caules Cynaræ vulgaris, non Hiſpanicæ & ſpinoſæ , quæ è genere carduorum eſt ; Imo utraque ex eorum ſobole deprompta , ſed illa cultu & arte lætiorem faciem, & ſaporem magis gratioſum ſibi comparavit.

Caules Cynaræ conditi pro ſanorum bellarijs & comeſſationibus magis , quam pro ægrorum dieta celebrantur.

Radix pœoniæ condita.

℞. *Radicum pœoniæ lotarum & purgatarum Libr. ij.*

Bulliant in aqua, donec molleſcant.

Percoctæ ſuper linteum extendantur in umbra diem integrum, aut biduum, ut humorem aqueum refundant : dein coque per ſacchari pondus cum paucæ portione hujus decoctionis ad conſiſtentiam electuarii ; Adde radices prædictas: & denuo parumper coque. Tum auſer ab igne, & repone in vaſe idoneo.

Radicum aliæ non niſi Vere condiri debent, antequam ſcilicet illarum ſuccus in thyrſos , ramos & frondes fuerit abſumptus ; aliæ, cum primum plantæ ſuis foliis exuuntur, nempe Autumno, quo tempore vis multarum ſtirpium confugit ad radices ; tunc enim magis eſt percoctus humor , quam alio tempore: Nonnullæ & Vere, & Æſtate , & Autumno recte condiuntur , quæ ſcilicet perpetuo ſucculentæ ſunt, licet caules nondum eruperint vel adoleverint , vel aruerint. Colligendę ſunt igitur eo tempore, quo vis earum eſt melior, ut radix *Satyrii & Ireos* veteris dix *pœoniæ* Auguſto menſe , Sylvij judicio, vel potius Martio, *Enulæ* , *Bryoniæ* & *peucedani* Autumno, ut *cap. 13. lib. 1. Inſtit.* fuſius docuimus.

Earum autem nonnullæ amaræ ſunt, vel acres, & inſuaves, quę ante condituram pluries in aqua macerandæ: aliæ ſatis gratę , quæ ubi diem unum in aqua tepida fuerint infuſæ , in eadem , aut ſemel mutata concoquendę, ut radices *pœoniæ*, quæ juxta formulam præſcriptam optime condiuntur ; vel aliam parum diſſimilem , cum ſcilicet ſuper eas coctas affunditur *ſaccharum*, inſtar electuarij mollis coctum : quod ubi recruduerit, denuo coquendum : idq; toties repetendum, quoties crudeſcere videbitur.

Radices pœoniæ conditæ vires magnas habent ad arcendam & curandam epilepſiam , ſi mane jejuno ſtomacho, & hora ſomni modicum ſumatur.

Radices eryngiorum conditæ.

℞. *Radicum eryngiorum fruſtatim inciſarum , & intus a parte lignoſa purgatarum Lib. j.*

Coquantur in aquæ ad molliſudinem : exiccentur in umbra ſuppoſitis linteis : tum miſceantur ſaccharo earundem decoctione ſoluto & ad electuarii ſpiſſitudinem cocto : atq; rurſus parum concoquantur, ut aquea quædam humiditas diſſipetur. Tandem in olla conveniente reponantur, & ſerventur. Sic radices buglоſſi condiuntur.

Radices Eryngiorum quod dulces ſint, ante condituram ſemel tantum ſunt macerandæ & in eadem aqua coquendę, donec molleſcant ; deinde cum *ſaccharo* condiendę, ut dictum eſt. Addit Meſue aromata quædam , ut *cinnamomum* , & *zinziber*, quibus configi ſuadet, & coquit cum portione *mellis* & *ſacchari*, vel *melle* ſolo, ſed triplo. Verum conſuetior & melior parandi modus is eſt, quem exhibemus.

Paſſim autem occurrit in Arabum paginis *ſecacul*, quod hucuſque pro *eryngio* deſumptum eſt: illius tamen deſcriptio ab Avicenna , & Serapione tradita aliam plantam, ſi non viribus , ſaltem vultu diſſimilem oſtendit, quæ in India colitur & conditur ; Adres venereas cuſtoditur & datur, ut & noſtrum *Eryngium*, quòd à nonnullis, ſed male , *ſecacul* nominant, licet vires habeant affines : utrunq; enim calidum & humidum eſt in fine primi , vel initio ſecundi receſſus, & veneris ludibria movet.

Recte igitur faciunt , qui Sylvij conſilium ſecuti, *Secacul Indici* penuria, *eryngium* noſtras ſubſtituunt, ut poſthac amplius ſtomachari deſinant , qui egrus hanc ferunt ſubſtitutionem , donec ex Syria verum *Secacul* aduexerint.

Eſt autem *eryngium* exaculeatarum ſtirpium genere ; cujus tamen folia adhuc tenella , nec ſpinoſa, nec rigida ſunt, & in cibos recipiuntur. Lata vero ſunt, ait Dioſcorides *cap. 17. lib. 4.* & extremo ambitu aſpera, guſtui aromatica: & ubi adoleverint, plurimis ſpinis horridis aculeantur ; & capitula in faſtigio rotunda, acutiſſimarum ſpinarum ambitu circumvallata : radix longa, exterius nigricans, intus alba, tenera, guſtui dulcis ac grata. Ejus autem hiſtoria fuſius deſcribitur *lib. 1. de materia Medica.*

Radx eryngii condita alit, ſemen auget, venerem ſtimulat, urinam movet, & ſaburram renum ac veſicæ pellit.

Radices Symphiti conditæ.

℞. *Radicum ſymphiti maioru per taleolas conciſarum.* ℔. *j.*

Mattioli

Macera & coque ſufficienter in aqua, donec molleſcant: ſic percoctæ, & diem unum in umbra ſiccatæ injiciantur in ſaccharum earundem decocto ſolutum, & ad craſſitiem electuarii coctum; atque rurſus parum coquantur, usque dum aquea ſuperfluitas abſumatur tota. Sic apparatu ſaccharato conditæ in vaſe ſervantur idoneo.

Recte quidem radices ſymphyti juxta modum deſcriptum condiuntur, ut & aliæ multæ, quæ coctura facile molleſcunt. Malunt tamen multi eaſdem ſic præparare ac condire. Radices primum lotas & mundatas coquunt; deinde tundunt; poſtea cribro tranſmittunt; tum excipiunt duplo ſacharo ad electuarii conſiſtentiam cocto: eandem calefaciunt adhuc, & recondant pyxidibus. Idem ſolet fieri de radicibus craſſioribus: ſic enim melius à ſuis fibris purgantur, & perfectius omni ex ſui parte conficiuntur.

Valent plurimum ad ſanguinem undecunque fluentem, ad delapſum humorum cohibendum, & ad vulnera partium internarum agglutinanda.

Radices Enulæ conditæ.

℞. *Radicum enulæ campanæ lotarum, purgatarum, & in fruſta ſectarum* ℔. *ij.*

Infunde in aquæ tepidæ per quatriduum, aquæ quotidie mutatæ, dein coquantur, quousque tenereſcant. Sic coctæ linteo duplicato excipiantur: in umbra exiccentur: poſtea ſumatur æquale ſachari pondus; cui ad conſiſtentiam electuarii cocto addantur radices prædictæ, & ſimul denuo parum concoquantur: tum in vaſe reponantur.

Radices Enulæ plus vel minus macerandæ, & aqua mutanda pro illarum inſuavitate, quæ ſi bina, trinave maceratione poſſit emendari, & amicior reddi, non diutius immergendæ, ne earũ vis exolvatur, ac in aquam deponatur tota.

Helenii ſeu enulæ radices conditæ ſtomachũ roborant, correcreant, flatus diſcutiunt, coctionem juvant, adverſus venena proſunt, & morbos peſtilentes ac virulentos.

Radices Satyrii conditæ.

℞. *Radicum Satyriorum lotorum & mundatorum* ℔. *j.*

Coquantur in aqua quousque tenereſcant: dein in umbra ſiccentur, ſuppoſitis linteis. Exſiccatæ miſceantur cum pari portione ſachari in earum decoctione clarificata ad electuarii conſiſtentiam cocti, & poſtea adhuc parum coquantur, ut humiditas aquea tota diſſipetur.

Debent integræ Satyrionis radices condiri: earum enim moles non impedit, quominus totam ſachari ſubſtantiam pervadat. Nulla aromata adjecimus, ut hecticis & febrientibus ſecurius dentur. Vires habent Diaſatyrio affines, ſed imbecilliores, ut videbimus poſtea ſuo loco.

Aliæ radices multæ eo modo, quo ſuperiores condiuntur, quas breviatis gratia omitto. *Zinziber* recens non habemus, ſed ex *Bengala* Indiæ regione, ubi copioſiſſimum & laudatiſſimum provenit, ad nos conditum advehitur.

Additio Vffenbachii & aliorum.

℞. *Rad. acor. recent.* ℔. *ij.*
decoquantur & incidantur: poſtea addatur Zinzib. incid. ℔. *j. Coquantur ſimul una aut altera ebullitione & incidantur: deinde*

℞. *Mell. deſpumati* ℔. *viij.*
Iterum cum acoro & zinzibere coquantur ad juſtam perfectionem, in fine adde ſequentem pulverem.

℞ *Piper. nigr.*
Zinzib.
Caryophyll.
Galang. an. ℥ ß.
Cardamomi
Nucis t. an. ℥ *ij. pulveriſentur omnia ſubtiliſſimè & Mi. pro uſu.*

Conditum in cruenta ſpuitione.

℞. *Conſer. Nymphææ, Roſar. rub. antiq.* an. ℥ *j.*
Conſer. Symphyti, Conſolid., Acetoſæ an. ℥ ß.
Gummi Arabici, Tragacanthi, Margarit. an. ℥ ß.
Boli armeni, Terræ ſigillatæ, Corall. rub., Lapidis Hamat., Olibani an. ℥ ß.
Sacchari Roſati q. ſuff.

Vel: ℞. *Conſerv. Roſarum* ℥ *ij.*
Boli Armeri ℥ *j.* ß.
Terræ ſigillatæ ℥ *ij.*
Corall. rubeor., Carabe, Cornu cervi uſti an. ℥ ß.
Sem. Hyoſciami albi, Papaveris albi an. ℥ *ij.*
Syr. Myrtillorum, Roſarum an. *q. ſ.*
Fiat Electuarium.

Vel: ℞. *Conſerv. Roſar.* ℥ *ii.*
Symphiti ℥ *j.*
Trochiſc. Charabe, De Terra ſigillata an. ℈ *ij.*
Corallor. rubeor., Margaritarum an. ℈ *j.*
Spec. Diamargarit. frig., Diapapaveris albi an. ℈ *j.* ß.
Sacchari Roſati q. ſuff.
Fiat Conditum.

Conditum D. Magiſtri phyſici Marpug.

℞. *Conſer. Roſar. vet., Anthos, Nuc. Moſch. condit.* an. ℥ *j.*
Cort. citri conditi ℥ *vj.*
Spec. de gemmis gr. xv.
Diambræ ℥ ß.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 562 sur 955

Theridæ
Mithridatii
Rad. Tormentillæ } an. ʒ. xv.
Zedoariæ
Syr. citriq. ſuff.
Fiat Conditum.

Marmelada Cephalica. Mynſ.

℞. Diacydon. ſimpl. unc. iiii.
Rot. Diamoſchi dulc.
Diambræ an. unc. ij.
Rad. Pæoniæ cond. unc. j.
Conſ. Anthos unc. ß.
Nul. Iugland. condit. No. iij.
Moſchat. in Indiâ condit. No. j.
Smaragd. præp. Drach. j.
Elæoſach. Succini alb. Majoranæ
Rorùmarin. an. Scr. j.

Miſc. & ſine ulteriore additamento f. l. a. Marmelada, quæ detur in ſcatula.

Vires, Vſus, Doſis.

Cerebro roborando, illius ſimul affectibus propugnandis, ſpeciali dote conducit. Feliciter etiam datur Apoplecticis, Epilepticis, vertiginoſis, Lethargicis, Paralyticis, Tremori & Palmo obnoxiis. Doſis à Drach. j. ad Drach. ij. & Vncem.

Marmelada ſtomachica calida.

℞. Dyacydon. ſimpl. unc. iiij.
Rot. Aromat. Caryophyllat.
Succulat. Indæ an. unc. j.
Zingib. de Bingalà condit.
Calami aromat. cond.
Myrobalan. Chebul. cond. an unc. ß.
Cort. arantiorum condit.
Citri condit. an. Drach. ij.
Elæoſ. Cinamomi & Caryophyllor. an. Scr. j.

Miſc. & ſine ulteriori additamento f. ſecundùm artem Marmelada.

Vires, Vſus, Doſis.

Ventriculum aliasque partes nutritioni ancillantes roborat. Concoctionem juvat. Appetitum excitat. Flatus diſcutit. A putredine præſervat. Venas aperit. Vomitum & ſingultum compeſcit. Doſis pro unâ vice, nucis Moſchatæ quantitas.

Marmelada ſtomachica frigida. Mynſ.

℞. Diacydon. ſimpl. unc. iiij.
Rad. Cichorei condit. Vnc. ij.
Rot. Diarrhod. Abb.
Myrobalan Emblic. condit.
Conſ. Roſar. rub. an. Vnc. ß.
Nitri vitriolat. Drach. ß.

Miſc. & ſine additione f. marmelada ut eſt artis, quæ conſervetur in ſcatulâ.

Vires, Vſus, Doſis.

Stomachum calidis humoribus lacesſitum recreat, confortat, & appetitum ſtimulat. Inſuper calidæ intemperiei alterandæ, cordis morſibus propugnandis & vomiturientibus juvandis utiliter datur. Doſis caſtaneæ quantitas.

Marmelada Pectoralis. Mynſ.

℞. Diacydon. ſimpl. unc. iiij.
Morſ. Pectoral. noſt.
Rot. è Succ. Violar. parat. an. unc. ij.
Flor. Sulphuris comp. unc. j.
Rad. Fæniculi condit.
Enulæ camp. cond. an. unc. ß.
Succ. Glycyrrhiz. ext. Drach. ij.
Spec. Dialtheos ſimpl.
Conſ. Alkermes an. Drach. j.

Miſc. & fiat ſine ulteriore additamento Marmelada auro cooperta.

Vires, Vſus, Doſis.

Multùm confert Tuſſiculoſis, Pulmonicis, Aſthmaticis, pectoris doloribus, & quibus ſit frequens delapſus humoris à cerebro ad thoracem & vitales partes. Doſis à Drach. j. ad Drach. ij.

Marmelada cordialis calida. Mynſ.

℞. Diacidon. ſimpl. unc. iij.
Rad. Bugloß. condit.
Borrag. cond. an. unc. j. ß.
Rot aromat. caryophyllat.
Aromat. roſat.
Degemmis
Diambræ an. Drach. vj.
Cort. Citri condit.
Conſ. Alkermes. an. unc. ß.
Mag. Perlar. orient.
Coralior. rub. an. Drach. j.

Miſc. & f. ſecundùm artem per ſe ſine additione Marmelada.

Vires, Vſus, Doſis.

Maximè Cor & vitales facultates à causâ frigida imbecilles, confortat & exhilarat; nec non calefaciendo omnes ſpiritus reficit: Proinde ſenibus & mulieribus ex morbo aliquo convaleſcentibus mirè ſubvenit, & mulris Vteri affectibus prodeſt. Doſis Nuc. Moſchat. quantitas.

Marmelada cordialis frigida. Mynſ.

℞. Diacidon. ſimpl. unc. iij.
Man. Chriſti perlat.
Rot. Diamarg. frig. an. unc. i. ß.
Pulp. Citri condit.
Conſ. Roſar. rub. an. Drach. vj.
Rad. Cichorei condit. unc. ß.
Conſ. Alkermes Drach. ij.
Lap. pretioſor. præ. an. Scr. j.

Mixta redigantur in marmeladam.

Vires, Vſus, Doſis.

Cor confortat, & ejus calorem flammeum extingvit, & æſtuantiâ viſcera contemperat; nec non Cardialgiæ, Febribus & Vomitibus biliosis & ſiti urgentiori ſaluberrima eſt. Doſis à Drach. ſem. ad Drach. j. & Drach. ij.

Marmelada Epatica calida. Mynſ.

℞. Carn. Cotoneor. cond. unc. iiij.
Rot. Diacubeb.
Diacurcum.
Dialaccæ an. unc. j.
Rad. Pimpinell. cond.
Fæniculi cond.
Eryngii cond. an. unc. ß.
Cinamomi acut. Drach. ij.
Rhabarb. elect. Drach. j.
Sp. Salis cum Sale Abſinthii congulati Drach. ß.

Miſc. & fiat Marmelada ut eſt artis, quæ detur in ſcatulâ.

Vires, Vſus, Doſis.

In frigidis intemperiebus, ad Hepatis & Lienis obſtructiones reſerandas exhibetur; Idcircò omnibus Cachexiis & Hydropyſibus prodeſt: non parum enim ad urinam proliciendam apta eſt. Doſis à Drach. j. ad Drach. ij. plus, minuſvè.

Marmelada Epatica frigida. Mynſ.

℞. *Carn. Cotoneor. cond. unc. iij.*
Rad. Cichorei cond.
Scorzoner. cond. an. unc. i. ß.
Rot. è Succ. Berber. &
Ribium parat. an. Drach. vj.
Pulp. Citri condit.
Lactuc. Hiſpan. cond. an. unc. ß.
Spec. Diarrhod. Abb. Sp. Vitrioli priùs irrorat.
Sem. Quat. frig. major. drach. ij.
Nitri præparati un. Drach. j.

Miſc. & fiat l. a. Marmelada, quæ detur in ſcatulâ.

Vires, Vſus, Doſis.

Hepatis, Ventriculi & præcordiorum æſtum refrigerat, ſitim exſtingvit, Febricitantibus & viſcerum incendio laborantibus confert. Doſis Caſtaneæ quantitas.

Marmelada Magnanima. Mynſ.

℞. *Diacydon. ſimpl. unc. iiij.*
Rad. Satyrii cond.
Succulatæ Indæ an. unc. ij.
Pinearum mund.
Piſtat. virid. an. unc. j.
Caſtaneārum in vino Malvatic. coctar.
Nuc. Moſchat. in Indiâ cond.
Conf. Alkermes an unc. ß.
Ol. Macis exp. Drach. ij.
Galliæ Moſcat. veræ
Mag. Perlar. or. an. Drach. j.
Ol. Cinamomi Scr. j.

Mixta redigantur ſine ulteriore additamento in marmeladam.

Vires, Vſus, Doſis.

Ad venerem incitat. Multum nutrit. Vires reficit. Cor confortat. Totam naturam recreat. Ventriculum & Hepar roborat. Pituitam concoquit &c. Doſis manè & veſperi Nuc. Muſcatæ quantitas.

Marmelada Carminativa. Mynſ.

℞. *Diacydonii ſimpl. unc. iij.*
Cort. Arantior. cond.
Citri cond. an. unc. j. ß.
Rad. Fœniculi cond.
Calami aromat. cond.
Rot. Carminat. noſt. an. Drach. vj.
Nuc. Moſcat. cond. Tali leporini an Drach. ij.
Zedoariæ, Zingiberis alb.
Galang. min. an. Drach. j. (ſcrup. j.
Elæoſach. Caryophyll. Cinamom. Aniſi, Macis an.

Miſc. & f. juxta artem Marmelada, quæ detur in ſcatulâ.

Vires, Vſus, Doſis.

Flatibus Ventriculi à crasis & pituitoſis humoribus procreatis diſcutiendis aptiſima eſt Hinc tormina ventris ſedat, & contra Colicum dolorem & Tympaniam propriè uſurpatur. Doſis à Drach. j. ad Drach. ij. pro unâ vice.

Marmelada Splenetica. Mynſ.

℞. *Diacydon. ſimpl. unc. iiij.*
Rot. Diacurcumæ
Dianthos an. unc. j.
Rad. Helenii cond.
Scorzoneræ cond. an. Drach. vj.
Eſſ. Scolopendrii
Flor. Geniſtæ an. Drach. ij.
Fruct. Tamariſci
Cort. rad. Cappar. an. drach. ß.
Elæoſ. Roriſmarini
Caryophyllor.
Cinamomi an. ſcr. j.

Miſc. & f. ſine ulteriore additamento Marmelada.

Vires, Vſus, Doſis.

Lienem roborat, ejuſque tumores & ſcirrhoſas durities ſolvit, minuit, obſtructiones tollit, humores incidit, digerit, atque intemperiem quâlibet immutat; nec non ad cæteros affectus inde promanantes (corpore tamen priùs purgato) conducit. Doſis manè & veſperi Caſtaneæ quantitas.

Marmelada Stegnotica. Mynſ.

℞. *Diacydon. ſimpl. vnc. vj.*
Rad. Symphyti cond.
Cichorei cond. an. unc. ij.
Pul. rad. Tormentill. unc. ß.
Mag. Corallor. roſat.
Ext. Sang. Draconis
Corn. Cervi uſti & prep. an. drach. ij.
Croci Martis per reverberat. fact.
Smaragd. præparat.
Terræ Sigillat. an. Drach. i. ß.
Bol. rub. orient.
Nuc. Moſchatæ
Sem. Plantaginis
Antheræ Roſar. an. drach. j.
Caſiæ lignea
Caryophyllor. an. drach. ß.
Croci orientalis
Ol. Macis exp. an. ſcr. j.

Miſc. & fiat l. a Marmelada juſtæ conſiſtentiæ.

Vires, Vſus, Doſis.

Antiquatum alvi profluvium compeſcit; Hinc Dyſentericis & Cæliacis mirum in modum auxiliatur: Menſium quoque & hæmorrhoidum fluorē immoderatiorem, atquè omnem humoris à Capite ad partes infernas defluxum cohibet. Doſis à Drach. j. ad Drach. ij. & Drach. iij. in vehiculis appropriatis.

Marmelada Terebinthinata. Mynſ.

℞. *Carn. Cydoneor. cond. unc. iiij.*
Terebinth. Cypr. in vino Rhenano lotæ unc. ij.
Spec. Diarrhod. Abb.
Rad. Glycyrriz. an. unc. ß.
Pul. Sem. Aniſi cum proprio Ol. parùm irrorat.
Sem. Quat. frig. major. an. ℈j. (drach. ij.

Miſc. & cum ulteriore additamento f. Marmelada.

Vires, Vſus, Doſis.

Renes purgat, eorumque ſordes & arenulas expellit. Dorſi lumborumq; dolores mitigat. Obſtructiones tollit, Vrinam movet. Meatus aperit. Strangurias ſanat, Gonorrhæam virulentam curat. Terebinthina enim eximiis pollet viribus, & eſt inſigne in multiplices uſus accommodatum præſidiū. Doſ. à ℈j. ad ℈ij. pro unâ vice manè in aurorâ.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 564 sur 955

Marmelada Nephritica. Mynſ.

℞. *Diacydon. ſimpl. unc. iij.*
Rad. Eryngii condit.
Petroſelini cond.
Fœniculi cond. an. unc. j. ß.
Fruct. Alkekeng. matur. drach. vj.
Acidi Tartari drach. iij.
Mag. Lapid. Percar.
Oc. Cancri an. drach. j.
Sal. Succini alb. Scr. j.

Mixta redigantur in Marmeladã juſtæ cõſiſtentiæ

Vires, Vſus, Doſis.

Calculos & arenulas à Renibus, ureteribus & veſicâ, obſtructiones auferendo, meatusque aperiendo, expellit, & urinam potenter movet. Doſis à Drach. j. ad Drach. ij. in vehiculis ſpecificis.

Marmelada Hyſterica. Mynſ.

℞. *Diacydon. ſimpl. unc. iiij.*
Sacchari anthoſati unc. ij.
Calami aromat. condit.
Rad. Pæoniæ cond. an. unc. j.
Cinamomi acut.
Fœc. Bryoniæ an. drach. ij.
Sem. Paſtinac. domeſt.
Agni caſti
Rutæ hort. an. drach. j. ß.
Cardamomi min.
Antophyllorum
Macis an. drach. j.
Mag. Iovis Anglici
Matris perlar.
Corallor. rub. an. drach. ß.
Elæoſ. Sem. Angelicæ, Maioranæ, Succini alb.
Fœnic. Aniſi an. Scr. j.

Miſc. & f. l. a. Marmelada juſtæ conſiſtentiæ.

Eclegmata ſeu Loch incidentia detergentia ſunt.

Loch è ſucco ſcyllæ ſimpl. Gal. compoſ. Meſ.
Loch ſanum & expertum Meſ.
Loch è pino Meſ.
Loch è praſio Pauli
Loch de erevo eiusdem Pauli
Loch de carthamo Meſ.

Hæc omnia eclegmata de eorum ſunt genere, quæ fortius attenuant detergunt que materiam craſſam in thorace & pulmonibus contentam. Tuſſientibus, aſthmaticis & difficulter ſpirantib⁹ ob purulentæ lentæque pituitæ copiam reſpirationis viam opprimentem auxiliantur.

Minus incidentia & detergentia ſunt.

Loch paſſulatum
Loch de farfara ſeu tuſſilagine
Loch de caulibus Gordonii
Loch è pulmone vulpis Meſ.

Incraſſantia fortiora ſunt.

Loch è papavere
Diacodion ſimplex Gal.
Diacodion Ioan Bapt. Montani.

Horum uſus eſt in omnibus deſtillationibus è capite in aſperam arteriam, ex perpetua tuſſi inſomnium parientibus. Tuſſi quin etiam & gutturis aſperitati à tenui deſtillatione ſeu catarrho excitatę auxiliantur: defluentes enim illos humores inſpiſſant, mitigantque, excretioni præparant: febribus etiam ardentibus & pectoris inflammationibus interdum exhibentur.

Incraſſantia leniora ſunt.

Loch de pſyllio
Loch de portulaca
Loch. ex tragacantha

Hæc ipſa ad ſputum ſangvinis commendantur. Poſteriora duo partim ex rebus adſtringentibus & ſtipticis compoſita, venarum rupturis conſtringẽdis & agglutinandis conveniunt.

Loch. de Althea. Querc.

℞. *Rad. biſmaluæ optime mundatarum* ℔ ß. *aut quãtum volueris*: bulliant in hydromelite communi ad ſufficientem decoctionem, optime coctæ tundantur, & per ſetaceum traiiciantur, *de quarum macagine accipe* ℥ ij.

Spec. Diatragacanthi
Diatreos an. ℥ iij.
Sacchari candi
Penidiorum an. ℥ ß.
Flor. Sulph. opt. præpar. ut infra docebimus ℥ ß.
Syrup. capill. veneris
Tuſſilaginis an. q. ſ.

Omnia reducantur in formam Loch, de quo ſæpius utendum cum baculo de liquiritia.

Excellens eſt remedium contra omnem tuſſim inveteratam, ſive à frigida, ſive à calida orta ſit cauſa; contra aſthma, orthopnœam & diſpnœam, alioſque pulmonum affectus; uſus quoque eius eſt in maturanda pleuritide & ſputo proliciendo, ſicut horum præcipua curatio per anacathariſim inſtituenda.

Loch paſſulatum Quercetani.

℞. *Rad. Tuſſilaginis*
Liquiritiæ an ℥ j.
Enulæ campanæ ℥ ß.
Herb. Scabioſæ
Capi
Hyſſopi an. m. j.
Flor. Tuſſilaginis
Violarum
Bugloſſæ
Nymphææ an. an. p. ij.
Sem. Aniſi ℥ vj.

Coquantur in hydromelite ſimplici: de colatura clarificata cape ℔ iiij. *in quibus decoque.*

Paſſularum purgatar. à vinaceis ℔ ß.
Iuiubarum, Sebeſt. an. ℥ ij.

Coquantur ad medietatis conſumptionem: dein quam optime prælo exprimantur, & addendo

Sacchari candi
Penidiorum an. ℥ iiij.

Coquantur ad mellitam conſiſtentiam: cui adde

Flor. ſulphuris ℥ ß. *Miſce, fiat Loch.*

Ad enumeratos pulmonum affectus utraque hæc looch plerumque offerre ſoleo: de quibus utendum præcipio mane, à prandio circiter quarta hora ſomni, & noctu primis vigiliis. Præſantiſſima medicamina ſunt, ad illa, ut diximus, mala. Nullis enim laudibus ſatis prædicari poſſunt *flores ſulphuris*, quos addimus, utpote, qui verum pulmonum balſamum ſunt, ut alibi inſcriptis noſtris iam diximus.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 565 sur 955

Ex commemoratis *floribus ſulphuris cum ſolo butyro quadam mucagine ſemin. citoniorum, bimalvæ aut lini* permixtis, addendo addendo quendam *ſyrup. capilli veneris, violarum, roris ſolis, aut tuſſilaginis*, ad eoſdem uſus, *ut ſupra*, bechicum ſive looch parabis excellentiſſimum.

Ad phthiſim & exulceratos ſive purulentos pulmonum affectus, looch aliud paratu facillimum confici poteſt, quod potentiſſimum & ſummum eſſe auxilium ſæpenumero in pluribus optimo cum ſucceſſu expertus ſum.

℞. *Syrup. de ſucco hederæ terreſt. noſtræ deſcriptionis* ℥ ij.
Flor. ſulphuris q. ſ. ad reducenda omnia in looch.

De quo Empyicis exhibe quater in die idque ad dies pluſculos, & mira præſtabis. Multo pro ecto deſperatos & incurabiles ægrotos iam proclamatos, hoc eodem reſtituimus remedio.

Ad enarrati *hederæ terreſtris ſyrupi uncias duas* admiſcere poteris *guttulas* 4. *vel ſex rubini noſtri ſulphuris*, cuius deſcriptio extat in noſtra pharmacopœa ſpagirica, multis ab hinc annis à nobis edita, ex qua mixtione medicina ſecurior & promptior in agendo adverſus eoſdem affectus evadet.

Eodem modo *balſamum, butyrum, lac dulce aut cremor ſulphuris* cum quodam ſyrupo mixta, aut per ſe exhibita, iiſdem affectibus ſingulari & ſpecifica proprietate proſunt: quorum omnium præparationem paulo poſt docebimus. *Sulphur* enim *rite præparatum verum eſt pulmonum balſamum, verum bechicum, verum looch ſanum & expertum* omnibus pulmonum affectibus aptum & ſalutare, quod admirandis ſuis virtutibus & effectibus looch illi ſano, & cæteris omnibus, quotquot ſunt bechica vulgaria, longe præferendum eſt.

Eclegma ſcillitium D. Meſ.

℞. *Succi ſcillæ*
Mellis deſpumati an. ℔. *ij.*
Coquantur ſimul ſecundum artem ad conſiſtentiam mellis.

Paratu facillimum eſt iſtud eclegma, quia ſimplicisſimum, hisque ſolum conſtat, quibus & *mel ſcilliticum* ſed diverſo modo ac præparatione, & proportione mellis ad ſcillam confectum. Nam in melle ſcillitico folia cum melle confuſa in idoneo vaſe inſolantur, & uſus tempore percolantur: in eclegmate ſuccus tantum cum melle coquitur ſupra conſiſtentiam ſyrupi.

Loch de ſcilla craſſos & viſcidos humores partibus reſpiratoriis impactos potenter incidit, & ad expulſionem apparat; Aſthmaticis valde cõgruit, difficile ſpirantibus, & quibus pituitæ viſcidæ copia in pulmonibus, vel thoracis ſpatio continetur.

Eclegma de caulibus. D. Gord.

℞. *Succi caulium* ℔. *j.*
Bulliat parum, & deſpumetur. Dein adde croci ℥ *iij.*
Sacchari
Mellis optimi an. ℔. ß.
Coquantur ex arte ad conſiſtentiam linctus.

Succus caulium hortenſium primum educitur: eductus igne vel ſole depuratur: ei poſtea *mel & ſaccharum* adduntur; & perfecte coquuntur, tum *crocus* tenuiſſime pulveratus commiſcetur, vel etiam ante perfectam eclegmatis coctura, quam Gordonius illius author ad electuarii ſpiſſitudinem ducit. Credibile tamen eſt, per electuarium, linctum intelligere, qui Aſthmati curando, cui præſcribitur, magis convenit. Solent vero folia *caulium rubrorum* aliis præferri, cum de morbis thoracis ſanandis, & de alvo movenda res eſt.

Loch de caulibus valde confert aſthmati, antiquæ tuſſi, ſputo coquendo, movendo, & excludendo.

Eclegma de pulmone Vulpis, D. Meſ.

℞. *Pulmonis vulpis, ut decet, præparati & ſiccati,*
Succi glycyrrhizæ
Adianti albi
Seminis fœniculi
Aniſi an. partes æquales
Confice cum ſyrupo roſato, vel myrtino.

Conficiunt nonnulli cum *hydroſaccharo* ſimplici, alii cum *ſachato* in aqua *pimpinellæ* ſoluto & cocto, & qui magis roborativum poſtulant, cum *Rob ſeu ſucco inſpiſſato myrti*, ut ſuadet Meſue. Nos cum *ſyrupo roſato* ſeu *Alexandrino* nunc dicto conficimus: ſic enim gratius eſt, quod cum *Rob myrtino vel hydroſaccharo* paratur, & in qualitate roborante inter utrumque medium.

Recte quoq; parabitur cum *ſyrupo myrti*, cuius robor raro ſervatur, imo nullo in pharmacopolio paratum reperitur.

Pulmo autem *vulpis* tantum ſanæ, juvenis, ac venatu captæ, ſi fieri poſſit, ſumendus, aqua abluendus, ſecundum vaſa, quibus adhæret, ac ſuſpenditur, incidendus: ab iisdem vaſis ſeparandus; ſangvis exprimendus; deinde vino albo modice calido lavandus: tum ollæ imponendus, & in clibano parum calido exſiccandus, & ſervandus.

Vſus tempore eius portio tenuiſſime lævigatur, & miſcetur cum liquore idoneo, ut in hoc eclegmate, cum ſyrupo dicto, una cum reliquis ſimplicib. pulveratis.

Lohoch de pulmone vulpis pro phthiſicis à Meſue deſcribitur. Sunt tamen, qui malunt pulmonem tritum & *julepo roſato* commixtum exhibere: alii aliorum animalium ſalubriorum, ut ſuis, arietis, vituli pulmones eſitandos non ſine ratione præferunt, quibus in paſtu phthiſicus ſuavius & ſalubrius uti poteſt, ad uncias duas pluresve. Sic enim pulmonibus magis feliciusq; conſulet, quam unciam integram eclegmatis præſcripti ſumendo, in qua vix ſcriptulus pulmonis vulpini continetur. Hoc tamẽ in pharmacopolio haberi non nefas duco, cum multa bechica contineat, quibus feliciter tabidus uti poteſt.

Eclegma ſanum & expertum. D. Meſ.

℞. *Paſſular. mundatar.*
Caricarum
Dactylor. pingvium an. ℥ ij.
Iujubarum
Sebeſten. an. num. xxx.
Seminũ fœnigraci ℥. v.
Seminum fœniculi, lini, Aniſi
Hyſſopi ſicci, Calaminthæ,
Radic. ireos, Glycyrrhizæ,
Cinnamomi an. ℥ ß.
Capilli Veneris m. j.
Coquantur omnia in ℔ *iiij. aquæ ad medias: adde colaturæ penidorum* ℔. *ij. Coquantur denuo ad mellis craſſitudinem. Tunc adde ſequentia pulverata, nempe.*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 566 sur 955

Pineorum mundat. ℥ v.
Amygdalar. depellatar. Amyli an. ℥ iij.
Glycyrrhizæ mund. Gummi Arabici
Tragacanthæ, an. ℥ ij. ß.
Ireos ℥ ij.
Exacte omnia misce, & fac eclegma.

Vt hic probe conficiatur unctus, radix *ireos* in taleolas secta, primum in aqua limpida bulliat per octavam horæ partem; deinde semina misceantur; tum fructus & folia: postremo *glycyrrhiza & cinamomum*. In colatura, ut decet, cum penidiis cocta, pulveres seorsim primum lævigati, dein confuse mixti conjiciantur, ut ex his simul unitis omnibus, & pistillo ligneo agitatis fiat eclegma, quod ab effectu *sanum & expertum* cognominatur. Continet n. fructus multos, semina, folia & quædam gummi, quæ illius facultates eximias commonstrant; quibus additur *amylum* ad lentorem majorem medicamento conciliandum.

Amylum autem ex multis cerealib. fieri potest, sed optimum, quod ex tritico quinquies aqua madefacto fit, quod ubi emolliri cœperit, inquit Dioscor. sensim aqua effundenda sine agitatione, ne quod utile est, una effluat. Vbi mollissimum fuerit, effusa aqua pedib. calcari ac confringi debet; dein alia aqua superfusa denuo calcari: tum enatantes ibi furfures cribro excipiendi; reliquumq; quallo sportisque siccatum è vestigio novis tegulis torreatur in sole, & servetur. Sic namque sine mola conteritur, unde nomen *Amyli*. Partes exasperatas lenit, oculorum fluxiones & sangvinis rejectiones cohibet.

Eclegma sanum & expertum valet ad tussim, raucedinem ab intemperie frigida contractam: multum incidit, tenuat, tergetque, & humores præsertim frigidos concoquit.

Loch ad sputum sangvinis.

℞. Conser. symphyti, Rosarum antiqu. } an unc. ß.
Cydon. condit. unc. j.
Trochis. de terra sigill. ℥ ij.
Syrupi Myrtillorum q. s.
Fiat loch.

Vel: ℞. Gelatinæ cydoniorum unc. j.
Amyli, Tragacanthæ } an. ℥ iij.
Terræ sigillatæ, Sang. Draconis } an. ℥ ij.
Carabe ℥ j.
Lap. Hæmatit. ℥ ß.
Incorporentur. Fiat loch.

Loch in Empyemate.

℞. Amygdal. dulc. mundat., Pinearum } an. unc. ij. ß.
Lini torrefacti, Passul. mundat. } an. unc. ß.
Liquiritiæ rasæ
Carn. Dactylor. Num. iv.
Succi liquiritiæ ℥ iij.
Amygdal. amar. Num. iv.
Conser. Capillor. Veneris, Conser. Ireos } an. unc. j.
Penidiarum unc. ij.
Mellis q. suff. fiat Loch.

Loch ad ulcera Pulmonis.

℞. Conser. symphyti, Rosar. antiq. } an. unc. j.
Tragacanthi, Gummi Arabici, Cin. cancror. flu., in aquæ ros. lot. } an. ℥ ij.
Terræ Sigillatæ, Coralli rubri, Boli Armeni } an. ℥ j.
Sem. papav. albi, Sem. plantaginis } an. ℥ j ß.
Syr. de Rosis siccis q. s.
Fiat.

Loch abstergens & concoquens.

℞. Nucleor. pinear. mundat. ℥ xxx.
Amygdalarum, Avellanar. assat., Tragacanthi, Gummi Arabici, Suc. Glyzirrhiz., Amyli, Capillor. Veneris, Ireos } an. un. ß.
Carnis Dactylor. ℥ xxxv.
Amygdal. amar.
Mellis passular., Butyri recentis, Sacchari optimi } an. unc. iv.
Mellis optimi ℔ iij. unc. ij.
Fiat Loch Mesuæ. Dosis unc. j.

Aliud Rondeletii.

℞. Pulpæ passular.
Mucilag. ficuum, Decoct. Hordei extr. } an. unc. ß.
Enulæ campanæ ficcæ ℥ j.
Spec. Diareos ℥ j ß.
Syr. de Glyzirrhiza q. s.
Fiat loch.

Eclegma de pineis, D. Mes.

℞. Nucl. pineor. mundatorum ℥ xxx.
Amygdal. dulcium
Avellan. assatarum
Gummi tragacanthi
Gummi Arabici
Glycyrrhizæ rasæ
Succi glycyrrhizæ
Amyli
Adianti albi
Rad. ireos an. ℥ iv.
Carnis dactyl. cheiron. id est fulvorum ℥ xxx.
Amygdalar. amararum ℥ ij.
Mellis passulati
Butyri recentis
Sacchari albi an. unc. iiij.
Mellis optimi quod sufficit, ex arte fiat eclegma.

Vt optime paretur id eclegma, radices hæc primum sunt seorsim terendæ, postea *adiantum*, deinde fructus, tum *gummi & amylum*. Quæ autem apti⁹ incidi postulant, *ut amygdalæ, & avellanæ* minutim cultello incidantur. Omnibus probe lævigatis additur *rob passularum, seu mel passulatum, dim butyrum; tandem mellis albissimi & optimi* quantitas idonea, ut legitimæ fiat eclegma consistentiæ.

Eclegma de pineis tussi convenit antiquæ, asthmati, sputo viscido, respirationis difficultati, vocis aspe-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 567 sur 955

aſperitati, humorum coctioni & expectorationi; atque pulmonis & thoracis affectus, qui ab humorum copia vel noxia qualitate proficiſcuntur, curat.

Loch D. Io. Hartmanni Beyeri. De mucilaginibus.

℞. *Mucilag. ſem. lini*
Rad. malv.
Bismalv. an. ℥ß.
Cytonior.
Pſyll. an. unc. j.
Tragac.
Gumm. arabic. an. unc. ß.
Sacch. cand. unc. xij. Mi. f. loch ſec. art.

Eclegma Enulatum Baronis à Polheim.

℞. *Rad. hellenii unc. ß.*
Sem. Aniſ.
Fœnic.
Gumm. arab
Tragac. an. ℥ j.
Sem. malv.
Cydon. an. gr. xv.
Papav. alb. ʒ ij.
Pinear.
Paſſular.
Dactylor. an. ℥ j.
Zinzib. alb. ʒ ij.
Sem. 4. frig. maior. an. ʒ ß.
Pulv. Glycyrrh. ℥ j.
Sacch. penid. ℥ j.
Ol. fœnic.
Anis. an. gutt. v. Mi. & cum ſyr. ſcabioſ. f. Eclegma.

Ex Ἀπορίαις D. Coboldi. Ecclegma è paſſulis Pontani contra tuſſim puerorum.

℞. *Paſſular. corinthiacar. unc. iij.*
Aq. fœnic. lb. j. Coquantur ad tertias, deinde contundantur & terantur per cribrum, tum addepenidii unc. iij. Coquantur ad perfectionem & f. looch.

Eclegma Piſtorii.

℞. *Looch. de pulmon. vulp.*
de pino. an. unc. iij.
Fl. ſulph. leviſſimor. & rite præp. ℥ j ß.
Croci
Benzoin an. ℥ j.
Moſch. gr. v.
Butyr. popul. ℥ j. Mi. & cum ſyr. ex liq. ſ. eclegm.

Aliud ejuſdem.

℞. *Looch ſani & experti ℥ vj.*
de pino ℥ iij.
ſach. cand. albi ℥ ij ß.
Pulv. rad. irid. ℥ j.
ſem. urtic. ℥ ß.
Ol. anis. gutt. iiij.
Benzoin ʒ ß.
Margar. Præpar. ʒ j. Mi. & cum ſyr. viol. ſimplic. f. Eclegma.

Eclegma ad aſthma Horatii Augenii.

℞. *Spec. calidar. diaireos Nicolai ℥ ij.*
pulmon. vulp. præpar. ℥ j.
ſyr. de tabac. aut de hyſſop. unc. iij. Mi.

Aliud ejuſdem ad idem.

℞. *Vini dulcis tenuis*
Melicrati cocti an. lb. ß.
Pulv. ſol. tabac. in umbra exiccator. unc. i. ß.
Rad. polypod. querc. & minutuſime conciſæ ℥ iij.
Hellenii, remoto meditullio inciſæ unc. iij.
Macerentur horis 48. poſtea colentur per manicam Hippocratis, conſerventur in loco frigido. Huius dabat Ludovicus Augenius, Horatii parens unc. vj. ſingulis diebus horis quinque ante prandium.

Horatius autem ℞. *illius vini unc. iv. admiſcet ſpec. diair. Nicol. unc. ij. & efficit Eclegma agitando leviter apud ignem, ac ubi refrigeratum fuerit, addit olei de ſulphure ℥ j.* Et dicit, ſe ſemper obſervaſſe, quod pro viſcidis & maxime crudis humoribus expectorandis ſummopere conferat.

Lohoch Roſatum. Mynſ.

℞. *Conſ. Roſar. rub. cum. Sp. Sulphuris tinct. unc. iv.*
Lohoch de rad. Tuſſilag. cum ſaccharo parat. unc. ij.
Spec. Diarrhod. Abb. unc. i.
Lact. Sulphuris unc. ß.
Boli rub. or. præp.
Suc. Glycyrrhiz. ext. an drach. ij.
Croci or. præp. drach. i.
Flor. Bentzoin
Cardamomi min.
Macis an. drach. ß.
Balſ. Sulphuris aniſat. ſc. i.
Ol. Roſar. veri Gran. iiij.

Miſc. & cum Syr. Pector. ſimpl. noſt. f. Lohoch.

Vires, Vſus, Doſis.

Diuturnæ tuſſi, raucitati: pleuritidi &c. confert & auxiliatur. Pulmonibus difficiles excreationes extrahit. Purulentas exulcerationes tam pectoris quam pulmonis eorundemque graveolentiam halitus efficaciter ſanat. Sangvinem quoque expuentibus conducit. Doſis per intervalla nucis avellanæ quantitas.

Lohoch violatum. Mynſ.

℞. *Conſ. violar. rec. cum Elix. Sulph. noſt. tinct. ℥ iv.*
Lohoch ſani & expert. unc. ij.
Spec. Diamargarit. frig.
Diaireos ſimpl. an. unc. ß.
Flor. Sulphuris compoſ.
Ext. Rad. Glycyrrhizæ an. drach. iij.
Croci orient. præp.
Styrac. calamit. an. ſcr. j.
Ol. Hyſſopi & Bentzoin. an. Gran. iiij.

Miſc. & cum Syrup. pectorali comp. noſt. f. Lohoch. pectorale.

Vires, Vſus, Doſis.

Experimentum eſt in Tuſſi, Aſthmate, Phthiſi, diſpnœâ, orthopnœâ ceterisque pectoris vitiis & doſis eadem, quæ in præcedenti Lambitivo obſervanda.

Lohoch pectorale.

℞. *Syrup. Pectoral. ſimpl. noſt.*
Compoſiti an. unc. ij.
Lohoch de Rad. Farfaræ
Sani & expert. an. unc. j.
Man. Chriſti aniſat. Drach. vi.
ſpec. Diarrhod. Abb. unc. ß.
Zingib. de Bingalâ con. Drach. iij.

Miſc. & fiat, ut eſt artis, Lohoch pectorale.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 568 sur 955

Vires, Vſus, Doſis.

Certiſſimarum eſt virium ad tuſſim quamcũque & raucedinem à frigore vel pituitâ craſsâ in Thorace & Pulmonibus contenta, ortam; nec nõ in pectoris affectibus quibuſvis, difficultati anhelitus, pleuritidi, & dolori coſtarum medetur. Doſis ſæpius in die nuc. Moſchat. quantitas.

Loch ſeu Diacodion Crocatum. Mynſ.

℥. Cap. Papav. alb. cum ſeminibus Nu. xxj.
Siliquar. dulc. abiectis granis
Rad. Glycyrrhiz. raſæ an. ʒ iij.
Sem. Bombacis
Altheæ
Cydoneor.
Gran. Myrti an. ʒ ß.
Ficuum pingvium,
Dactylorum
Sebeſten. an. Nu. xj.
Flor. Malvæ arb. rub.
Violarum
Iaceæ an. ℈ ij.

Coq. inſ. q. ac. fontanæ ut eſt artis; poſtea

℥. Colaturæ ℔. ij.
Sachari candi roſat.
Penidiorum an. ℔. ß.

F. Syrupus craſſus cui circa finem adde:
Syrup. è ſuc. Flor. Papav. errat.
Iujubini an. ʒ ij.
Ext. Croci or. ℈ ß.

Miſc. & flammâ imbecilli ad mellis conſiſtentiam coquantur, & cum Galliæ Moſchatæ veræ Scr. j. aromatizentur.

Vires, Vſus, Doſis.

In omnibus deſtillationibus ſeu defluxionibus calidis, tenuibus, acribus, ac ſalſis, à Capite, in Thoracem & aſperam arteriam; ex continua tuſſi inſomniam facientibus, ſecretum eſt. Gutturis enim aſperitatem leniendo ſ. utum tenue maturando, incraſſando, glutinando, atque expectorando, ſitim exſtingvendo, caloris incendium mitigando, ſomnum conciliando; Item refrigerando & humectando Spiritus corroborat, vires reparat, & calorem nativum conſervat. Dici præterea non poteſt, quam proſit iis, qui acutiſſimis doloribus, maximè Colico, Nephritico, Pleuritico, Arthritico, &c. corripiuntur. Prodeſt etiam ad ſangvinis excretionem & menſtruorum nimiã evacuationem; nec non febribus ardentibus, alvi profluvio & Dyſenteriæ, quæ ex materiæ acris & bilioſæ effluxu excitatur, confert. Doſis à Drach. j. ad Drach. ij. tres, aut quatuor.

Lohoch Antiphthiſicum. Mynſ.

℥. Diacodii crocat. noſt. ʒ iiij.
Loch ſani & experti
Pulm. vulg. an. ʒ ij.
Rot. pector. alb.
Citrin.
Rubr. an. unc. j.
Syr. pect. ſimpl. noſt.
Compoſ. an ʒ vj.
Zinz. de bingala cond. ʒ ß.
Spec. Diarrh. Abb.
Diamag. frig. an. ʒ ij.

M. & cum Emulſ. ſem. papav. alb. cum aq. pulm. vitulifact. ʒ j ß. f. Loch.

In Phthiſi, Aſtmate, Tuſſi, Pleuritide, Catarrho, raucedine vocis, cæterisque Thoracis & Pulmonis vitiis valde efficax eſt, humoresque exſcreatu difficiles extenuat, ſomnumque conciliat. Doſis ſæpè in die nucis avellanæ quantitas.

Diacodion ſimplex, Galeni. Aug.

℥. Capitum papaveris albi, mediocris magnitudinis, nec nimium viridium, nec nimium maturorum numero viginti.
Aquæ pluviæ, aut fontanæ ℔ iij.
Macera horis viginti quatuor, poſt coque donec capita contabuerint, cola & adde
Mellis ℔. ij.
Coque ad juſtam conſiſtentiam,
Fit cum Saccharo eodem modo, item cum Sapâ hac ratione.

℥. Decoctionis prædictæ ℔. ij.
Sapæ vini dulcis tantundem
Succi Glycyrrhizæ ʒ ij.
Coquantur ad iuſtam conſiſtentiam.

Vſus eius eſt in deſtillationibus tenuibus è capite in aſperam arteriam, ex perpetua tuſſi inſomniam parientibus. Quod ſi magna humoris copia ex capite circa pulmones conſtiterit, confectio ex Melle melior eſt, quemadmodum ſomno opus habentibus ea quæ ex Sapa conſtat. Eſt autem Sapa vinum muſtum ad tertias decoctum.

Diacodion Ioan. Bapt. Montani, alias Syrupus de Siliquis.

℥. Capitum Papaveris albi cum ſeminibus No. xx.
Siliquarum dulcium ʒ iij.
Radicum Altheæ
Glycyrrhizæ raſæ an. ʒ ij.
Aquæ fontis libras duodecim. Eximantur è Siliquis grana, poſtea decoquantur ad remanentiam librarũ trium, deindè exprimãtur & colentur: poſtea adde
Sacchari candi Roſati libram unam.
Decoquantur ad Mellis conſiſtentiam.

Eo utimur in tenuibus & acribus rheumatiſmis pulmones & aſperam arteriam fluxione tentantibus, & continenti tuſſi pervigilium excitantibus. Nobiliſſimum inter Artericas compoſitiones Medicamentorum, & ex Linctuum genere magnoperè à Montano celebratum.

Cum radices Altheæ Medicamentum hoc ob odoris gravitatem ingratum reddere ſoleant, adeò iis Myrti baccas æquali pondere nec minori efficacia ſubſtituendas eſſe cenſuimus. Alii Altheæ radices penitùs omittunt, nullo in earum locum reaſſumpto ſuccedaneo.

Diacodion Actuarii in ſolido. Aug.

℥ Capitum Papaveris, magnitudinis mediocris, non nimium humidorum nec omninò aridorum numero tredecim.
Roſarum rubearum ʒ ij. ß.
Croci orientalis
Acaciæ
Glycyrrhizæ an. ʒ j.
Boli Armeni ʒ ß.
Cinamomi electi
Rad. Conſolidæ maioris, aut Symphyti petræ
Hypociſtidis.
Balauſtiorum. an. ʒ j.
Myrti

Dant

Dauci an. ℥ j.
Coralli utriusq;
Sumach
Sangvinis Draconis
Florum Althæa an. ℈ ij.
Sem. Portulacæ drach. ß.

Capita Papaveris in aquâ pluviali aut fontanâ duobus diebus macerato: postridie ad tertias coquito, & decoctum expressum cum Mellis optimi ℔. ij. ad justam consistentiam bulliat: postremò depositò ab igne vase Species subtilissimè tritas adjecito, ac benè unito. Quod si solidiorem Compositionem efficere volueris, decoctum expressum prius jam dictum cum sufficienti quantitate. Sacchari decoquito, accipiendo ad ℔. j. Sacchari Specierum ingredientium unciam unam. Fiat confectio in rotulis.

Cœliacis, dysentericis, levitati intestinorum acalvi profluviis prodest: sangvinis sputo medetur, & acres tenuesque fluxiones ad thoracem devolui prohibet.

Auctor in textu legit Hali. Est autem Halº Halum sive Alum herba quæ Symphitum petræum; aut Consolida saxatilis dicitur; in cuius defectu radices Consolidæ maioris rectè substituuntur.

Diacodion solidum, Aug.

℞. *Capitum papaveris albi, mediocri magnitudine, nec nimis viridium, neq; prorsus siccorum numero viginti.*

Aquæ pluviæ aut fontanæ ℔. iij.

Macerentur horis viginti quatuor, deindè coquantur donec contabuerint capita, & colentur: ad extremum adde Sacchari sufficientem quantitatem, & coquatur ut est artis.

Sumenda sunt Capita Papaveris flaccida inter recentia & arida medio modo sese habentia, qualia ferè sunt pridiè collecta.

Id iam ferè in usu esse desiit, cum multò iucundius parari à Pharmacopœis nostris soleat in modum sequentem.

Diacodion in solido usitatum Aug.

℞. *Sem. Papaveris albi ℥ ß.*
Aquæ Farfaræ
Rosarum an. ℥ j. ß.

Fiat emulsio, in qua dissolve Sacchari albissimi ℥ iij. Fiat confectio in rotulis.

Creberrimus huius confectionis usus ad tenues, salsos & acres catarrhos inhibendos ac incrassandos: tussim sedat, faucium asperitatem lenit, & raucedinẽ à calidis defluxionibus obortam aufert.

Loch de Farfara. Aug.

℞. *Radicum Farfaræ seu Tussilaginis ℔. j.*

Coquantur in aquâ donec dissolutæ fuerint, postmodum contundantur, & colentur addendo
Mellis ℔. ij.
Coquantur ad justam consistentiam.

Tabidis prodest, pulmonis ulcera glutinat, faucium ac asperæ arteriæ asperitates lenit, inter arteriaca Medicamenta haud postremum: quod studio huc apposuimus, ad cuius normam & alia eiusmodi Simplicia Loch præparari possunt, utpotè Loch ex Althæa, Enula, Liquiritia, & similibus, quibus interdum aromata adiiciuntur, atque inprimis Crocus pectori conveniens.

Loch de Papaver, Mesuæ. Aug.

℞. *Papaveris albi ℈ xxv.*
Amygdalarum dulcium mundatarum
Nucleorum Pineorum
Gummi Arabici
Succi Glycyrrhizæ an. ℈ x.
Amili ℈ iij.
Sem. Portulacæ
Lactucæ
Cydoniorum an. ℈ iiij.
Croci ℈ j.
Penidiorum alborum ℥ iiij.
Syrupi de Papavere ℥ iij.

Omnia concisa & contusa syrupo de Papavere excipiantur, cuius hæc esto formula.

℞. *Capitum Papaveris albi & nigri recent. an. ℥ vj.*
Sem. Lactucæ
Florum Violarum an. ℥ j. ß.

Coquantur dum intabuerint capita in Aquæ cucurbitæ ℔. viij. Expressum & colatum cum Sacchari ℔. iiij. aut Sacchari & Penidiorum an. ℔. ij. percoque ad Syrupi crassitudinem.

Efficax est in destillationibus tenuibus quæ acrem, salsam tenuem, & liquatam materiam in thoracem demittunt, fauces asperant, insomniam ac febrem pariunt. Confert etiam febribus ardentibus, dolenti thoraci, & Pleuritidi.

Loch Passularum. Aug.

℞. *Radicum Paoniæ ℈ iiij.*
Hyssopi
Melissæ
Scolopendrii, seu Ceterach. an. manip. ß.
Glycyrrhizæ ℥ ß.

Fiat omnium decoctio in sufficienti aquâ pluviâ, factâ colatura cum forti expressione adde
Passularum minorum in mortario bene contusarum, prius bene mundatarum à gigartis & arillis libram unam.

Decoquantur, & per pannum lineum fortiter exprimantur, expressioni adde
Sacchari ℔. j.
Fiat Loch, ut est artis.

Frequenti usui est nostris ad tussim & pectoris vitia, maximè in pueruli iisdemque Epilepticis, propter Pœoniæ radices ingredientes.

Lohoche Portulaca. Aug.

℞. *Succi Portulacæ ℔. ij.*
Trochisc. de Terra Lemnia ℈ ij
de Carabe
Gummi Arabici
Sangvinis Draconis an. ℈ j.
Lapidis Hæmatitis
Pilorum leporis ustorum an. ℥ ij.
Sacchari albi ℔. j.
Fiat Loch, ut est artis.

Sputum sangvinis cohibet, ac ruptis opitulatur pulmonibus: exesa vasa cruorem fundentia glutinat, & anhelitus vias ab exulceratione tutas reddit.

FINIS LIBRI DECIMI.

LIBER

LIBER VNDECIMVS.

DE ELECTVARIIS ET CONFECTIONIBVS LIQVIDIS VARIIS.

Pulpa Casiæ fistulæ seu flores. Aug.

℞. *Cannas seu siliquas Casiæ ponderosas, & quæ concussæ non resonant, aperi, & contentam in eis pulpam seu medullam cum laminis & seminibus suis diligenter excava, exemptâ profice super inversum & angustum cribrum, setis equinis contextum, cribrum deinde pone supra bulientis aquæ vaporem, & averso cochlearis convexo, medullam Casiæ, hinc inde ducito, ut per cribrum paulatim excernatur, & id, quod excretum est, aut penetraverit confestim subinde auferto, ne plus quam ex usu sit de aqueo vapore imbibat, idque tam diu faciendum, donec quantum voles collegeris. Porro cum necessitas requirit, semper recentes Casiæ flores exprime, diutius etenim repositæ acescunt.*

CASSIA Solutiva quæ & Siliqua & Fistula dicitur, fructus est cuiusdam arboris in Ægypto, Syria, ac India provenientis, eligenda non admodum crassa, pellucens, recens, gravis, farcta, & quæ concussa inclusis seminibus minime perstrepet. Pulpa excalfacit & humectat primo ordine, sanguinem mundificat, & humectat primo ordine, sanguinem mundificat, eius acrimoniam compescit, sitim sedat. Ventriculum mundat, educens bilem & pituitam, pectus & guttur lenit, resolvens abcessus eius, confert Renum calori cum infuso Glycyrrhizæ & calculi generationem prohibet, datur in febribus acutis. Nam flavam bilem educit febresque inde natas mitigat, vide Norimbergensium Antidotarium, fol. 88.

Diacasia D. N. Præpos.

℞. *Foliorum & florum violarum,*
Malua
Betæ
Parietariæ
Absynthii Romani an. m. ß.
Coque in aquæ ℔. iiij. ad medias. In colatura adde mellis ℔. j.
Coque denuo ad consistentiam electuarii liquidi. Tum misce casiæ mundatæ ℔. j.
Fiat electuarium in vase idoneo reponendum & servandum.

Diacasia non ab omnibus pari parari modo solet: alii enim succos plantarum cum *melle* coquunt ad crassitudinem idoneam, deinde, *casiam* permiscent: alii plantas ipsas elixant, & colaturæ diluunt *casiam & mel*: tum rursus totam mixturam fervefaciunt ad consistentiam electuarii mollis. Verum improba est ea conficiendi ratio, in qua tamdiu *casia* percoquitur. Optima est hæc, per quam factæ cannæ, ex quibus educta est medulla, lavantur in decocto colato; dein *mellis* integra libra (non quidem dimidia, parcior enim est, ut dupla nimia) additur. Postea coquuntur ad spissitudinem legitimam, ut tandem adiecta *casiæ* libra fiat electuarium.

Non nulli loco mellis *sacharum* permiscent; alii utrumque: quidam *mannam*: alii *sennam*, alii alia: sic que varia *ex medulla casiæ* electuaria conficiunt, quibus minime assentior. Sat enim est, *diacasiam* iuxta præscriptum modum paratam pro enematis habere, & si quando per os *casiæ* medulla sumenda sit, recens extrahenda, & simplex sumenda, aut ei commiscenda, quæ convenient, & Medici scopo respondebunt.

Debet autem seligi *casia*, Ægyptia seu orientalis, quæ extrinsecus ex subrufo nigricat, intus pingvis est ac medullosa & nigra, cuius vis commendatur ad calorem contemperandum, alvum eluendam, corpus blande purgandum: ob id secure datur pueris, senibus, & gravidis: sine enim molestia ventrem subducit: creditur tamen fluxus concitare: ob id multi illius medullam educunt ad vaporem decocti *anisi vel fœniculi*: alii parum *cinnamomi* permiscent & quibus intestina sunt debilia, aliquid *granorum berberis* addit Gorræus.

Audio novum genus *casiæ* ex Brasilia nunc advehi, cuius mella uncia dimidia magis alvum turbat, ac validius copiosiusque humores educit, quam uncia integra vulgaris ac orientalis.

Diacasia medicamentum est benignum, ac clementer purgans, mesenterii æstum mitigat, alvum blande movet, illius siccitatem humectat, ac lubricando ac detergendo per secessum excrementa deponit.

Diacasia cum Manna. Aug.

℞. *Prun. damasc. ℥ ij.*
Fl. viol. m. j. ß.
Aq. pur. ℥ xviij.
Bulliant ad medietatis consumptionem, cola & in colatura dissolve: Pulpæ casiæ unc. vj.
Tamarindorum unc. j.
Mannæ optimæ unc. ij. Syrupi violati ℥ iij.
Sacchari Candi, Penidii an. unc. j.
Violati ℥ iiij. Confice ut est ortis.

Hoc medicam. nostris non est in usu, posset tamen aliquando in usum revocari, cum mite & suave sit medicam. leniens, confert iis qui duri sunt alvo, hāc enim leniter et citra molestiā subducit, ac flavā educit bilē, febresq; inde natas mitigat.

Casia

Casſia Extracta.

℞. *Violariæ*
Malvæ
Mercurialis
Betæ
Parietariæ
Florum violarum an. manip. j.

Fiat omnium decoctio in aqua ſufficient, cuius decocto caſſia extrahatur & cannæ eius laventur, deinde

℞. Pulpæ Caſſiæ cum hac decoctione extractæ & ad ſpiſſitudinem coctæ libram unam. Sacchari libram unam ſemi.

Coque ad perfectionem ut eſt artis.

Electuarium lenitivum.

℞. *Polipodii querni*
Sennæ mundatæ
Paſſularum mundatarum an. ℥ ij.
Mercurialis m. j. ß.
Hordei
Adianti
Violarum an. m. ß.
Iujubarum
ſebeſten. an. num. xx.
Prunorum enucleatorum
Tamarindorum pingvium an. ℥ vj.
Glycyrrhizæ raſæ ℥ ß.
Coquantur in aquæ ſufficienti quantitate ad
Tertiæ partis diſſipationem.
Colaturæ adde
Pulpæ caſſiæ fiſtularis
Tamarindorum &
Prunorum
Sacchari albiſſimi &
Violati an. ℥ vj.
Sennæ pulverisatæ ℥ iij. ß. *Fiat electuarium.*

Ad huius electuarii confectionem *paſſulæ* debent ab acinis repurgari: Si *adiantum album*, ſeu *capillus Veneris* verus non ſuppetat, eius loco *polytrichum* ſubſtituatur: *Conſerva violarum*, ve *ſaccharum violarum* commiſceatur pro arbitrio; conſervata tamen electuariis minus idonea *Aniſum vel fœniculum* dulce, vel *cinnamomi* parum poterit adiucere, qui voluerit; hucuſque tamen ſine iſtorum ullo paratum eſt hoc electuarium: quo qui ſunt uſi, nullam à flatibus molestiam perpeſi ſunt.

In parte decoctionis paratæ fructus, ex quibus eſt educenda pulpa, erunt humectandi: in alia cum *ſacharo* ſyrupus conficiendus, cui adhuc calenti pulpæ commiſcebuntur & *ſaccharum violatum*: tandem *ſennæ* tenuiſſime lævigata, cuius uncia una cum dimidia, vel tantum cum drachmis tribus ut vult Nicol. Præpoſitus, ponitur pro quaq; libra compoſitionis, cuius Rhaſis eſſe perhibetur author.

Electuarium lenitivum ſic ab effectu dictum, vim habet leniendi, molliendi, & alvum ſubducendi. Humores obvios ſine moleſtia ducit, præſertim pituitoſos & melancholicos. Convenit pleuritidi & aliis thoracis affectibus.

Aliud quoddam à Medicis Florentinis deſcribitur ſub nomine *electuarii magiſtralis*, quod *turpethum, zinziber & ſcammonium* recipit: quo recte pharmacopolium noſtrum carebit.

Electuarium lenitivum de Manna N. Alex. Aug.

℞. *Prun. Damaſc. n. xx.*
Viol. ℥ j.
Capill. Ven.
Ceterach
Lichenis, ſeu Hepaticæ an. Drach. iij.
Seminum Cucurbitæ
Cucumeris
Melonum
Citruli an. unc. j.
Coquantur in aqua ſufficiente, ad medietatis conſumptionem, exprimantur & colentur: in colato diſſolve.
Mannæ optimæ & puriſſimæ
Conſervæ violarum
Pulpæ Caſſiæ an. unc. j.
Sacchari albiſſimi libras quatuor.
Coquantur ad Mellis conſiſtentiam: ad extremum ſubſequentes pulveres paulatim inſpergantur
Seminum excorticatorum
Melonum
Cucumeris
Cucurbitæ
Citruli
Florum Violarum
Nymphææ
Seminum lactucæ
Scariolæ
Portulacæ
Rhabarbari electi
Foliorum Sennæ an. unc. j.
Pulveriſentur ſimul omnia, & cum prædictis miſceantur. Fiat Electuarium in bonâ formâ.

Ad purgandum ſangvinem, flavam & atrâ bilem reprimendam, iecur calefactum nonnihil refrigerandum & univerſi corporis purgationem accommodatum exiſtit. De Manna conſule Matthiolum & Donatum ab Alto Mari tractatu proprio de Manna edito, itemque noſtra monitoria in Prologomenis.

Electuarium de Tamar. cum fol. ſen. Horſtii.

℞. *Fol. Sen. ℥ v.*
Cinam ℥ vj.
Sem. fœnic. ℥ j.
Vini Malv. ℔ iij.
Bulliant ſlent per 24. hor. in loco calid. cola. expreſſ. extr. pulp. paſſ. min. mai. an. ℥ iiij.
Adde: Pulp. tamar.
Diaprun. lenit. an. ℥ iij.
Crem. ♀ ℥ ij.
Ol. nuciſt. ♁ j.
Aniſi ♁ ß.
M. Doſis ℥ j. ad ℥ ij.

Electuarium Catholicum.

℞. *Polypodii querni contuſi ℔ j.*
Aquæ puriſſimæ ℔ ix.
Bulliant ſimul ad tertiæ partis aquæ diſſipationem
In duabus partibus colaturæ coquantur ſacchari ℔ viij. in ſyrupum: cui adde pulpæ caſſiæ &
Tamarindorum, altera decocti parte madefactorum
Foliorum ſennæ bene mundatæ an. ℥ viij.
Rhabarbari optimi.
Polypodii quercini
Fœniculi dulcis
Violarum an. ℥ iiij. *Semi-*

Seminum quatuor frigid. maior. ℥j.
Glycyrrhizæ rasæ
Penidiorum
Sachari candi an. ℥ß.
Fiat electuarium

Commentarius.

Vt antidotus hæc universalis optime conficiatur, multa sunt seorsim terenda & apparanda, ac primum quidem *polypopium*, quod cum bis ponatur, bifariam præparatur. Prima vice tantum cõtunditur crassiusculè; secunda, tenuissime lævigatur. Quod contusum est, diutissime coquitur in aquæ quantitate dicta, vel sufficienti & ex duabus partibus colaturæ & *sacharo* fit syrupus.

Ex altera humectantur *tamarindi*, ut eorũ pulpa facilius cernatur, nec non *cassia orientalis medullæ*.

Rhabarbarum per se teritur: *sena, glyzirrhiza, fœniculum, violæ*, & per se, & simul teruntur commode. Loco *violarum* duplum conservæ illarum optime misceri potest. Quatuor semina frigida maiora, excorticata, scapello minutim concidũtur: dein pulverantur *penidia & saccharum*: tum miscentur omnia ligneo pistillo, aut tudicula probe agitando, ut fiat electuarium consistentiæ legitimæ.

Non modo autem varia est huius medicamẽti solennis compositio, sed varia de huius authore opinio: Sylusius enim videtur illius inventionem adscribere Galeno; Ioubertus Nicolao Mirepsico; Bauderonius Nicolao Salernitano; Adolphꝰ Occon Nicol. Præposito; Valer. Cordus Nic. Alexandrino, apud quem extat illius descriptio, usitatæ tamen valde dissimilis.

Qui autem certo non sciunt, cuinam istorũ juste debeatur illius juventio, Catholicum Nicolai, sine expressa cognominis designatione vocitant. Manet ergo nomen authoribus incertum & anceps.

Appellatur autem medicamentum hoc, *Catholicum* & *diacatholicon*, hoc est, *universale*, vel quia humores universos expurget, vel quia eosdem ex corporis universitate trahat & educat.

Iuxta vero formulam à nobis datam paratũ, vocatur *Catholicum simplex*, ad differentiam alterius magis compositi, quod duplum pondus *rhabarbari* & *senæ* recipit: neutrum tamen in hoc ponitur in substantia, seu pulveratum, ut in præcedenti, quod Catholicum simplex vocatur, sed *folia orientalia* incoquuntur, & *rheum* infunditur, eiusque expressio miscetur: mixtura autem sic in formam electuarii dicta vocatur *Catholicum duplicatum*.

Multi *polypodio* decoquendo *anisum* aut *fœniculum*, alii *coriandrum* ad discutiendos flatus adiciunt. Ad huius tamen effectus consecutionem *fœniculi* satis additur, nec est opus, tot medicamenta similia simul in massam congerere. Loco *anisi*, quod multi aversantur, *fœniculum* dulce substitui. Si quis malit *coriandrum*, vel utriusque pondus æquum permiscere, non refragabor. Libenter adhuc ad gratiam maiorem, *cinnamomum* adiicerem; nec eos pigebit, qui commiscebunt. Cætera secundum veterem descriptionem relinquenda, quã cum primæ notæ Medici non modo probarint, sed aliis purgantibus multis prætulerint, illam pervertere, ut fecit Rondelettus, credidi nefas.

Nonnulli Catholicum quoddam in officinis servant pro clysteribus, à cc minuti tantum diversum, quod *rhabarbarum* minus electum, & antiquatum recipiat, & cum *melle sachari* loco peretur.

Improbandum est illud vario purgatorium, cui pharmacopœorum nonnulli *turpethum, coloquinthyda, & hermodactylos* adiiciunt.

Audio, quosdam liquidiusculum catholiconem ex syrupo & pulparum pulverumque infusa tantum paratum in officinis servare; sed cum illius vis sit multum imbecilla, nec authoris, quisquis ille fuerit, scopo respondeat, rarissime paratur, nec parandum arbitror.

Alia *Catholici* descriptiones traduntur à Fernelio, quarum prior inter cæteras recipit cibi quædam, ut *helenium, hyssopum, zinziber, cinnamomum, nucem moschatam, & mel*: [illegible] rugia *turpethum* admitti, *agaricum & diacridium*. Quæ sane compositiones, cum non nisi à perito veniant artifice, non improbantur, sed tanquam multo probatæ, nunquam aut raro in officinis paratæ reperiuntur.

Pro vero igitur electuario Catholico fieri in pharmacopolis perpetuo, quod juxta veterum Doctorum placita descripsimus.

Catholicum blande ac clementer omnes humores purgat: Convenit febribus & aliis morbis acutis, maxime his, qui à lienis & jecoris prava quadam diathesi oriuntur.

Diaprunum, seu diadamascenum simplex, D. Nicol. Myr.

℞. *Pruna damascena recentia & matura an.* 100.
Coquentur in aqua sufficienti, donec tabescant.
Pulpa per cribrum trajiciatur, relictis cortice & nucleis. In perculato jure incoque paxum.
Florum violarum ℥j.
In colatura dissolve sachari ℔.ij.
Coque in syrupum: cui adde
Pulpæ prunorum prædicta & per se insp[illegible]ata ℔j.
Medullæ cassiæ & tamarindorum an. ℥j.
Tum permisce pulveres sequentes, nempe
Santalorum alborum
Santalorum rubrorum
Rhabarbari an. ℥iij.
Rosarum
Violarum
Seminum portulacæ
Scariolæ
Berberis
Succi glycyrrhizæ
Tragacanti an. ℥ij.
Quatuor seminum frigid. majorum an. ℥j
Ex arte fiat electuarium.

Commentarius.

Huius electuarii descripta formula præfert suum conficiendi modum eumque optimum, licet paulo aliter conficiant nonnulli, pulpam non modo *prunorum & tamarindorum*, sed etiam [illegible] diluentes & elixantes cum syrupo ad consistentiam mellis, vel electuarii liquidiusculi, cui postea pulveres addunt, ut simul cum expetita qualitate crassiorem & legitimam consistentiam sortiatur.

D

De *violarum* autem quantitate non inter omnes convenit, alienim unciam tantum dimidiam ponunt, ex Nicol. Myrepsi decreto; alii sesquiunciam, seu unciam una cum dimidia: nos medium inter utrumque pondus, nempe unciam ponimus, in decocto *prunorum* colato parum coquendum. Nonnulli præter intentionem authoris *cinnamomum* adiiciunt, sed auferendum putamus lenienti & refrigeranti medicamento descripto minus idoneum.

De *semine berberis* possum idem judicium ferre, non quod me lateat, vires habere roborantes, sed quibus facile *diaprunum* carere possit, cum *rheum & rosas* admittat multo magis roborantes: adde, quod virtus illius lenitiva potius, quam roborativa desideratur.

Maxime autem *spodium*, ut vocant, expungendum duxi, tum quia Græcum noxium est, & Arabicum non datur, aut datum non convenit, nec ejus *antispodium*, ebur, scilicet *ustum*, quod nullam cum radicib. *canne* ustis, quæ sunt spodium Avicennæ, affinitatem habet, ut abunde docemus *lib. 2. de materia Medica, cap. 11. sect. 3.* ubi eius historiam accurate descripsimus.

Diaprunum simplex commendatur non modo ad febres continuas & alias intermittentes vehementiores, sed etiam ad morbos omnes calidos, & ad vitia pulmonum, thoracis, renum, vesicæ, & quovis tempore febrium acutarum tuto potest exhiberi: fervorem enim contemperando alvũ blande subducit.

Diaprunum compositum seu laxativum D. Nicol. Myr.

℞. *Diaprunisimplicis præscripti* ℔. *j.*
Scammonii præparati ℥ ß.
Misce & fiat electuarium.

Vtrumque diaprunum compositum est atque laxativum, sed quod *diacridium* non recipit, alvum pigre subducendo, vix primam corporis regionem expurgat, dicitur que *simplex* ad differentiam alterius *diagrediati*, quod potenter ventrem turbat, & ex universo corpore humores educit.

Singulis autem libris simplicis additur uncia dimidia tantum *diagridii*, ut eiusdem scrupulus in electuarii uncia contineatur. Male vero Nic. Salernitanus *diagridii* pondus auget, cuius drachmas septem singulis electuarii libris permiscet: sic enim magis effera illius purgatoria redditur, nec tam tutus est illius usus. Debet autem tenuissime *diacridium* lævigari, & electuario adhuc calenti commisceri.

Diaprunum laxativum præter eas vires, quas cum simplici communes habet, potenter ac sine molestia purgat, utiliterque datur morbis renum & vesicæ, febribus & aliis affectibus calidis.

Diaphœnicum seu confectio de dactylis. *D.* Mes.

℞. *Dactylorum nondum perfecte maturorum tribus diebus in aceto maceratorum* ℥ C.
Penidiorum ℥ *l.*
Turbith optimi ℥ *xxxv.*
Amygdalarum dulc. mundatarum ℥ *xxx.*
Diagridii ℥ *xij.*
Zinziberis
Piperis longi
Foliorum rutæ siccorum
Cinnamomi
Macis
Ligni aloes
Seminum anisi
Fœniculi
Dauci
Galangæ an. ℥ *ij.* ß.
Mellis despumati ℔. ß. *seu quantitatem sufficientem, fiat electuarium.*

Cum *dactyli* perfectam magnitudinem adepti, nec dum maturi, fiunt aliquantum flavi, non est opus in formula præscripta *kirron* addere, ut pharmacopœorum vulgus solet; quæ vox, si à Græcis detorqueatur, colorem flavum, si à Barbaris, qui *kheyron* scribunt, immaturum signat. vel potius, ut credibile est, Chayrum oppidum seu agrum, unde *dactyli* optimi advehuntur. Quod innuere videtur Saladinus, nescio quis triobolaris scriptor, qui *Keiron* esse credit, provinciam Sarracenorum. non liquidem est opus *dactylos* immaturos propter adstrictionem quærere ad huius electuarii præparationem, cum etiam maturi valde conveniant, & satis habeant adstrictionis ad *scammonii* castigationem, ob quam immaturi desiderantur. Ego autem nec immaturos, nec maturos prorsus, sed velut medios expostulo.

Debent vero, antequam veniant incompositionem, externa cute & nucleis osseis repurgari, in frusta concidi, & in aceti parva quantitate, diem tantum, si molles sint, aut biduum, vel triduum; si duriores, infictili vase macerari; deinde in pila marmorea teri; tum cerniculo traiici, & postea cum *melle* despumato parum elixari ad aceti dissipationem.

Sunt, qui *dactylos in hydromelite*, alii in *vino albo* macerant, sed ad aromatum temperationem & pituitæ viscidæ attenuationem melius in aceto macerantur.

Penidia expetuntur *hordeata* dicta, quod fiat ex *saccharo & aqua hordei* ad crassitudinem idoneam coctis.

Tenuissime autem pulveranda *turpethum, lignum aloes, galanga, zinziber, & alia simplicia, sed amygdala* minutim cultello idoneo incidendæ, dein cum *penidiis* lævigandæ. Tum simul misti pulveres præter *scammonium*, quod seorsim terendum, & postremo miscendum, non *melli* triplo, ut voluit Cord°, sed ei° tantum libræ dimidiæ prope cõmisceantur.

Hæc enim *mellis* quantitas sufficit; cuius vicem quoq; subeunt *dactyli, penidia & amygdalæ*, quorum omnium pondus est ℔. j. ℥ *ix.* & ℥ *iij.* Reliquorum pulverum pondus est ℥ *viij.* & ℥ *vj.* Quæ omnia simul juncta efficiunt ℔. *ij.* ß. Quibus, si libra dimidia, *mellis despumati* addatur, tota compositio erit ℔. *iij.* seu ℥ *xxxvj.* ita ut singulæ compositionis unciæ excipiant *diagridii* scrupulum unum.

Hæc *mellis* quantitas forsan multis non videbitur justa, nec pulveribus excipiendis satis copiosa nec electuario ad justam cõsistentiam perducendo legitima cum Bauderonius artis pharmacariæ peritissimus, *mellis* ℥ *xiij.* ß. appõat; Bern. Desfenni° ℔. *ij.* Io. Costa ℔. *ij.* & ℥ *viij.* Rondeletius ℔. *vj.* Verum cum *dactyli, penidia, & amygdalæ mellis* suppleant vicem, ut dictum est, quantitas eius à nobis definita, aut paulo uberior sat esse potest; Quæ quo magis au-

gis augebitur, eo compositi virtus erit imbecillior.

Sunt qui *dactylos* tantum *aceto* maceratos ponderant, alii melius eosdem ante macerationem pondere à Mesue definito assumunt; deinde infundũt, postea terunt, & apparant eo, quod diximus modo, ab aliis tanquam à basi totum nomen habet, quod nonnulli quoq; *Diaturbith* nominant, quod inter purgantia, quæ ipsius compositionem ingrediuntur *turbith* maxime præpolleat, eiusq; ratione medicamentum hoc phlegmagogum est.

Diaphœnicum, sive *Confectio de Dactilis*, ut à multis vocatur, clementer & tuto pituitam & bilem ducit, dolori ventriculi, colico affectui, & omnib. malis, ab humore crudo & pituitoso natis succurrit. Item & febrib. complexis, diuturnis & pituitosis.

Qui hoc electuarium habebit, facile utroque Indo carere poterit.

Diaphœnicon Fernelii. Aug.

℞. *Pulpæ palmularum mundatarum ex Hydromelite coctæ & cribro cretæ,*
Penidiorum recent. an. ℔. ß.
Amygdal. expurgatarum unc. ij. ß.
Contusis & permixtis omnibus adde
Mellis exspumati ℔ *ij.*
Paulùm coquantur, ac deindè insperge
Zinziberis
Piperis
Macis
Cinamomi
Foliorum Rutæ siccorum
Sem. Fœniculi
Dauci an. drach. ij.
Turbith tenuissimè triti unc. iv.
Diagrydii unc. i. ß.
Fiat Electuarium.

Compositionem Electuarii Diaphœnici ob Dactylos in aceto infusos alioquin parùm gratam doctissimus, & ob præstita in rempub. Medicam beneficia non sine magna laudis præfatione nominãdus Vir D. Fernelius in hanc formam transtulit: ac non modo ob palmulas in Hydromelite coctas jucundiorem, sed etiam ob auctam imò ferè duplicatam Turbith ac Diagrydii quantitatem priore efficaciorem reddidit, undè & minori Dosi exhibita, priore potentius alvum solvit. Quæ quoniam Medicis nostris visitata existit, eandem huic Pharmacopœiæ inserendam esse censuimus.

Electuarium de psyllio. D. M.

℞. *Sucrorum depuratorum buglossi*
Borraginis
Endiviæ &
Apii an. ℔. ij.
Succi fumariæ defecati unc. iii.
Misce, & per diem in hõ macera sol. sennæ unc. j.
Anisi
Cuscutæ
Asari an. unc. ß.
Dianti m. i.
Spicæ nardi ℥ ii.
Semel & simul ferveſiant omnia; quibus adde
Violarum unc. iii.
Epithymi unc. ii.
Parum denuo bulliant postea colentur:
Colaturæ infunde xxiv. horis
Seminis psyllii integri unc. iii.
Agitetur subinde mixtura: deinde coletur.
Huic adhuc colaturæ ad ℔. iv. *adde*
Sacchari ℔. ij. ß.
Coque paulo supra consistentiam siropi in cuius adhuc calentis ℔. v. *&* ℥ v. *perusisce.*
Diagridii triti ℥ iij.
Trochiscorum diarrhod.
de antispodio &
de rhabarbaro an. ℥. j.
Trochiscorum de berberis
Conservæ violarum an ℥ ß. *fiat electuarium.*

A multis quidem commendatur huius medicamenti materia simul congesta, sed à paucis laudatur simplicium, quibus constat, descripta proportio, vix à duobus idem probatur conficiendi modo. Alii enim quidpiam augent, alii detrahunt, alii istum pondus immutant. Nos a. in huius medicamenti examine & apparatu, nullius magistri verba pro certissima lege & oraculo habentes, fatemur quidem, mentem authoris, quantum fieri potuit, secutos esse; quædam tamen suadente ratione in examine immutavisse. Nam pro succo *buglossi vestri*, succum *buglossi hortensis*, vel potius *borraginis*, ut præstantioris, substituimus. Pro uncia dimidia *sennæ*, quæ vix quicquam notabile polliceretur integram posuimus. Pro tribus unciis cum dimidia *scammonii præparati*, uncias solum tres admisimus, ut tantum admittantur eius singuli scrupuli in singulis unciis compositionis. Sic n. satis validum & purgatorium indicamus, nec *diagridium immaturum* iam coctum recoquendum putamus, ne virtutis aliquantum hebescat.

Adjicimus *conservam violarum*, ut vim quandam magis lenientem adipiscatur. *Asaria* tantum vero non dimidiam, seu drachmas quatuor, sic ℥ ß. descriptas posuimus; Mesue uncias quatuor. Sed credibile est illius pondus bibliopolarum errore immutatum, qui pro ℥ iiij. sic ℥ iiij. depinxerunt. Adiunxeri penuria *polytrichum* substituendum est. Purgandi modus ex formula descripta satis patet.

Siquis autem miretur, cur Mesue venenatæ qualitatem *psyllio* dederit, quod tamen multa quantitate medicamentum hoc ingreditur, eique non tribuit? Respondeo, id illi forsan accidisse, atque aliis authoribus multis, iisque gravissimis, quibus nonnunquam aliquid præcipitanter effluit, quod postea sapientiores ac doctiores facti castigarunt mutantque. Vtut sit, in *psyllio* nulla deleteria qualitas agnoscitur, proinde recte ad hoc electuarium accedit, quod ad multos usus commendatur.

Electuarium de psyllio bilem non modo temperat, sed purgat, febribus acutis, ut & morbis omnibus calidis, & curatu difficilibus convenit, vertigini & his captis doloribus, qui à calidorum humorum vel ascensu, vel congestione nascuntur confert, ut etiam jecori æstuanti, vel obstructo & aliis affectibus ex eadem origine natis.

Benedicta laxativa D. N. Salern.

℞ *Turpethi*
Rad. esulæ præpar. an. ℥ x.
Diagridii
Hermodactyl.
Rosarum an. ℥ v.
Zinziberis
Galangæ
Caryophyllorum
Cardamomi

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 575 sur 955

Amomi, vel ejus defectu, acori
Piperis longi
Macis
Spicæ nardi
Croci
Seminum apii
Carui
Fœniculi
Saxifragiæ
Milii solis
Asparagorum
Rusci
Salis gemmei an. ʒ j.
Mellis despumati lb. *j. &* ʒ *vij.* ß.
Fiat Electuarium.

Antequam *Esulæ* radix teratur, & in usum veniat, est, ut decet, præparanda: Maceranda & pulveranda cum *turpetho, nardo* minutim secta, *zinzibere, galanga minore & hermodactylis* His ex dimidio tritus aromata miscenda, & simul lævigenda. Seorsim vero *sal, crocus, saccharum & scammonium* præparatum.

Pulverum autem pondus est ʒ *lij.* Nam inter plures nec *sal, nec saccharum* numerandum, atque isti ponderi triplum mellis despumati, seu quantitas definita, aut quod sufficit, commiscetur, ut cõsistentiæ legitimæ fiat confectio, quę quod benigne alvum subducat, *Benedicta* nominatur.

Eorum autem recte neglecta fuit opinio, qui *Diagridium* minuendum vel subtrahendum judicarunt: ne nimis cholagogum esset medicamentum. Nec cum tria in mixtione concurrant pituitã purgantia, *scammonii* definita quantitas apposite commixta est, tum ut lentam *turpethi* vim exciter, tum ut simul medicamentũ cum pituita, nonnihil quoque bilioſi succi ducat.

Non modo autem dictos humores à prima regione corporis, sed à renibus & partibus remotioribus expurgat, obstructiones solvit, & quosuis humores viscidos expellit, & pituitam ab articulis deturbat.

Electuarium, seu confectio Hamech. Def. Fernel.

℞. *Cortic. myrob. Indiorum citr.* ʒ *ij.*
Chebulorum
Violarum
Colocynthidis
Polypodii querni an. ʒ *j.* ß.
Absynthii
Thymi
Sem. anisi
Fœniculi
Rosarum rubr. an ʒ *iij.*

Tusa omnia macerentur per diem in lb. ij. serilactis; Deinde coquantur ad lb. j. Fricentur manibus & exprimantur. Colaturæ adde

Succi fumariæ
Pulpæ prunorum &
Vvarum passar. an. lb. ß.
Sacchari albi
Mellis despum. an. lb. *j.*

Coquantur ad consistentiam mellis, inspergendo sub finem,

Agarici &
Sennæ pulveratorum an. ʒ *ij.*
Rhabarbari triti ʒ j. ß.
Epithymi unc. i.
Diagridii ʒ *vj.*
Cinnamomi ʒ ß.
Zinziberis ʒ *ij.*
Sem. fumariæ
Anisi
Spicæ nardi an. ʒ j. *Fiat electuarium.*

Recte Fernelius electuarium hoc immutavit, castigavit, & servata ipsius virtute, vel etiam in melius mutata, formam parandi faciliorem dedit. Nam, ut ait Plantius, frustra *myrobalani* geminãtur in decocto primum: deinde rursum triti, & imposiri: & præterea *Rhabarbari* cocti vis perit: *Cassia & manna cum tamar-Indis* coctæ corrumpuntur: *Diagridii* quoque cocti vis exolescit, nec aliis facile commiscetur. Sic autem in veteri descriptione à Mesue tradita, jubentur dicta medicamenta simplicia parari, & contra artis præceptæ indebitæ & confuse misceri. Quapropter huius electuari descriptionem ex Fernelio exhibemus multo meliorem paratu faciliorem, & usu feliciorem quam prudentes Pharmacopolæ parari curabunt, & servabunt in Officinis. Et licet hoc versificatoris cuiusdam rythmico monitu,

Non eris illusus, teneas si quod tenet usus.

Cum tamen usus pravus est, immutandus: *Optima namque est, quæ ad melius fit mutatio.*

Porro ad huius electuarii confectionem Mesue requirit *serum lactis caprilli*, nec illius quantitatem definit. Verum eius loco serum *lactis asini* poterit assumi: quod etiam si defuerit, *vaccinum* commode substituetur, in cuius libris duabus simplicia macerabuntur, & coquentur in eisque vim suam deponent. In colatũra dissolventur *pulpæ passularum & prunorum, mel & saccharum*; quib s addetur *fumariæ succus*, omniaque lento igne coquentur contra consistentiam syrupi, addenturque reliqua iuxta formulam descriptam, paratu satis facilem.

Confectio hamech purgat bilem utramque & pituitam salsam: propterea morbis ab iisdem natis confert, cancro, elephantiasi, maniæ, melancholiæ, impetigini. Psoræ, scabiei, & similibus affectibus cutis.

Barbitonsores solent omnes hoc electuarium expostulare, ad purgandos quosvis venerea lue infectos, perinde ac si una omnium esset temperies, & in omnibus unus noxius humor. Inter illos vero, qui glorioſe magis exultant, Medicorum eloquio prudentiores & doctiores facti, materiam in hoc morbo peccantem, pro varia singulorum natura variam agnoscunt.

Confectio hamech, major Mesuæ. Auguſt.

℞. *Myrobalanorum Citrinorum* ʒ *iv.*
Chebulorum
Indorum
Rhabarbari Electi an. ʒ *ij.*
Agarici
Colocynthidis
Polypodii an. ℈ *xviij.*
Absynthii
Thymi, Sennæ an. ʒ j.
Violarum drachmas xv.
Epithymi ʒ ij.
Seminum Anisi
Fœniculi, Rasar. rubearum an. ʒ *vj.*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 576 sur 955

Succi Fumiterræ ℔. j.
Prunorum No. lx.
Passul. enucl. unc. vj.

Macerentur omnia in serolactis caprini sufficiente, in vase vitreato, angusti orificii, bene obturato, in tepido per dies quinque. Postea ferveant unâ aut alter â ebullitione, manibus fricentur & colentur: colati parte aliquâ servata pro Mannâ diluendâ & pulpis extrahendis reliduo adde

Sacchari albi ℔. j. ß.

Dissolvatur in infusione fervefacta & colata, & ad justam consistentiam decoquatur: deindè adde Mannæ electæ cum superiore decocto dilutæ unc. ij.

Pulp. Casiæ unc. iv.
Tamarindorum unc. v.

Redigantur simul ad iustam consistentiam: deindè paulatim subsequentes pulveres insperge, rudiculâ semper agitando,

Scammonii præp. seorsim in pulverem redacti unc. j. ß.
Myrobalan. Citrinorum
Chebulorum
Indorum an. unc. ß.
Belliricor.
Emblicorum
Rhabarbari
Sem. Fumiterræ an. drach. iij.
Anisi
Spicæ Indicæ an. Drach. ij.
Fiat Electuarium, ut est artis.

Vtramq; bilem & pituitam salsam purgat, ob id morbis indè natis, impetigini, Scabiei, Elephantiæ, Cancro exedenti, & similibus morbis mirificè confert; undè omni fœditati à biliosis & adustis humoribus procreatæ quàm maximè conducit. In Quartanis feliciter datur cum Hellebori decocto, vel infuso, quorum utriusque descriptionem subjunximus.

Infusum Hellebori.

℥. *Corticum rad. Hellebori nigri præp. drach. ij.*
Sem. Anisi
Fœniculi an. drach. j.
Cinamomi
Caryophyllor. an. gran. iij.
Fiat infusio s. a. cuius Dosis unc. iij.

Decoctum Hellebori.

℥. *Cortic. Hellebori nigri scrup. iv.*
Sem. Anisi
Citri
Caryophyllorum an. drach. ß.
Fiat decoctio, ut est artis.
℥. *Hujus decocti unc. iv.*
Hamech unc. ß.
Syrupi de Fumo terræ Compositi unc. j. Misce:

Datur in febribus Quartanis, & humoribus adustis, ut in Gallico & aliis.

Artificiosa est medicamenti huius compositio, ideò in eius præparatione magnâ opus est diligentiâ, præsertim cum multiplex eius usus existat, undè à doctissimo Iohanne Baptista Montano Aurea confectio vocari meruit.

Pro infusione simplicium Pharmacopœi plerumq; assumunt seri caprini lb. xij. vel etiam paulò plus: videntur tamen duodecim libræ vel ad summum tredecim sufficere posse,

Notandum quoq; nos in hac editione Absinthii, Thymi & Senæ, uncia m legendam censuisse, ita enim habet Mesuę, licet subiungat (in alio drachmas sex.) Ratio quoq; sic legendum esse monstrat: mox enim in compositione sequitur Sem. Anisi, Fœniculi, Rosarum rubearum. ana drachmas sex, undè sine dubio auctor priora tria Simplicia, Absinthium nempè, Thymum, & Senam, æquale cum his pondus habitura posteriòribus his coniunxisset, & sic una serie omnium Dosin æqualem definiisset, ne eadem ponderis quantitas unà in compositione bis posita occurreret.

Thryphera solutiva.

℥. *Diagridii Antiocheni ʒ x.*
Turpethi optimi unc. j. ß.
Cardamomi minoris
Caryophyllorum
Cinnomomi
Macis an. ʒ iij.
Santali citrini
Glycyrrhizæ rasæ
Sem. Fœniculi dulcis an. unc. ß.
Acori
Schœnanthi an. ʒ j.
Corticis citri conditi
Rosarum an. ʒ iij.
Violarum ʒ ij.
Penidiorum unc. iij.
Saccharitabarzet. lb. ß.
Mellis albissimi in succo pomorum bene defumati lb. i. *fiat electuarium.*

Trypheræ acceptio dicta videtur contrario, quam is habet compositio apud Mesuem, sensu cuius omnes Trypheræ minimè sunt delicatæ, ut nominis intellectio portendit, sed & gustu, & colore ingratæ, nec viribus commendabiles. Nos exhibemus unicam his omnibus dotib⁹ insignem: Gratus enim admodum est illius sapor, nec color displicet: vires autem eximiæ, & toleratu, quibus conveniunt, faciles.

Porro *zinziber Turpetho* addi solitum relinquimus, quia simul aromata multa suaviora, & magis cardiaca ad illius stimulum & castigationem congessimus, quæ & *diagridii* feritatem simul mitigant, præsertim *rosæ*, *violæ*, necnon *santala*, quæ & aromatum calorem contemperant. *Penidia* potius ad leniendum, *saccharum* ad suavitatem, & *mel* ad conservationem adduntur.

Iuxta formulàm descriptam fideliter, ut solet, paravit Anton. Landæus Pharmac, Parisiensis dignissimus, multisq; meo consilio, ægrotis exhibuit, qui sine oris insuavitate, stomachi subversione, ventris torsione feliciter fuerunt purgati, & secure à morbis, quibus detinebantur, liberati.

Tryphera solutiva his potissimum, accommoda, qui multis excrementis biliosis, pituitosis scatent & qui vix medicamenta purgantia, nisi grata, sumunt. Hæc enim confectio parum insuavis est, potenter alvum subducit, obstructiones tollit, crassos humores, lentos, & viscidos incidendo & attenuando purgat, febribus compositis congruit, & his omnibus morbis, qui à pituita & bile proficiscuntur, vigentibus tamen æstatis ardoribus minus convenit, nisi cum decocto quodam, aut alio liquore multum refrigerante propinetur.

Tryphera Persica Mesuæ Aug.

℥. *Succ. Endiv. ver.* lb. *iij.*
Apii, Lupul. an. lb. *ij.*

Solu-

Solani ℥ ix.
Berber.
Projiciantur desuper
Viol.
Ros. an ℥ iij.
Fol. sen. ℥ ij.
Agar. ℥ j.
Prunorum damascenorum numero quinquaginta.
Cuscutæ unc. ß.
Mirobalanor. citrinorum
Chebulorum
Indorum
Fricatorum Oleo Violarum aut Amygdalarum dulcium an. unc. ij.
Spicæ Indicæ drach. iij.
Bulliant lento igne, donec superfint libræ duæ: deinde addantur
Epithymi drachmæ quadraginta.
Bulliant leniter, deinde ab igne deponatur, & percolentur, ac in unâ colati parte dissolvantur
Tamarindor. unc. iij.
Mannæ unc. i. ß.
Pulp. cassiæ unc. iv.
Sacchari violati lb. j.
Colentur & mundentur à granis & sordibus, atq; in aliam colati partem addantur
Sacchari albissimi lb. iij.
Aceti vini lb. j.
Coquantur lento igne, deindè proiiciatur id super illud, quod dissolutum est in succu, & aggregentur simul omnia & coquantur ad Mellis consistentiam. Postremò in pulverem redactæ Species sequentes inspergantur.

℞ *Rhabarbari optimi unc. ij.*
Myrobalanorum Citrinorum uncia una semis.
Chebulorum
Indorum an. unc. j.
Belliricorum
Emblicorum an. unc. ß.
Sem. Fumariæ
Trochisc. Diarhodon.
Macis
Masticis
Cubebarum
Spodii ex Ebore
Santali Citrini an. drach. ij.
Nucleorum Sem. Cucurbitæ
Citruli cucumeris
Melonis ana drachmæ duæ semis.
Sem. Anisi unc. ß.
Spicæ Indicæ drach. ij.
Fiat Electuarium secundùm artem in formâ Opiatæ.

Valet adversus acutas febres, & calidam vẽtriculi & jecoris in emperiem. Morbis omnib⁹ ex humorum usione natis confert, sitim restingvit, Icterum calid m ex obstructione sanat. Suffusionem à vaporibus biliosis visui incommodan-

tem discutit. Sangvinem purgat, & purum reddit, undè in febribus pestilentibus, & ipsa Peste magnoperè à Georgio Agricola, & aliis commendatur. Datur ad unciam unam.

Tryphera hæc Persis quondam usitata, quam mollem ac delicatam dicere queas, à Doctissimo viro Domino D. Adolpho Occone Reipub. Augustanæ quondam Medico, & Officinarum Pharmaceuticarum Visitatore Ordinario, summo studio recognita & revisa, ac è veteribus Mesuæ, & Monachorum Romanorum codicibus eruta, sic nobis hactenùs in usu fuit qui idem Fuchsii & Nicolai Græci autoritatem secutus, sic eam restituit, quam componendi rationem nostris Pharmacopœis expertam, ac usu probatam omninò retinemus.

Diabelzemer, seu electuarium Sennatum.

℞ *Rad. Cichorii*
Buglossi
Polypodii querni
Cortic. radicis capparis
Graminis
Glyzyrrhizæ an. ℥ ß.
Passular. Corynthiacar. ℥ vj.
Adianti
Hemionitidis
Ceterach
Cuscutæ
Artemisiæ
Fumariæ
Agrimoniæ
Betonicæ
Melissæ
Florum genestæ
Violarum an. m. ß.

Coquantur in aqua sufficienti. In colatura ad lb. iij. Infunde & coque

Foliorum sennæ ℥ iiij.
Sem. dauci
Coriandri an. ℥ i. ß.
Ellebori nigri
Turpethi an. ℥ i. ß.
Caryophyllorum ℥ ij.

Bulliant ad consumptionem tertiæ partis: colatur adde sacchari lib. j. sem. Coquantur supra consistentiam syrupi: cui permisce expressionem *rhei electi in aqua chalybeata infusi unc. ß.*

Sennæ pulveratæ unc. ij.
Lapidis lazuli præparati
Cinnamomi an. unc. ß.
Sassafras unc. j.
Radic. pæoniæ
Tamariscis
Epithymi
Cortic. mediæ fraxini an. ℥ ij.
Semin. nigellæ Romanæ
Agnicasti
Spicæ Indicæ an. ℥. ij.
Anthos
Stœchados an. ℥ j.
Fiat Electuarium.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 578 sur 955

Singulis morbis singula debentur præsidia, quæ quod ex dispensatoriis vulgaribus non suppetant, nunc suppeditamus, & multis affectibus, quibus sanandis deerant auxilia, felicius anxiliamur, ut hypochondriacæ affectioni hoc medicamento, ex hypochōdriacis, histericis, melanagogis, & quibusdam Indicæ lui curandæ idoneis, concinnato, quod *Diabalzemer*, seu *electuarium senatum* nominare libuit, ut cuius *Senna* Arabibus *Albazemer* dicta, non modo copia, sed viribus sit b[illegible]s. *Nullum* enim *familiarius melancholico humori ducendo medicamentum ipsa senna aptius, nullum toleratu facilius.* Hanc vero partim pulveratam & mixtam, partim infusam & coctam permiscemus, cum his, quæ flatus discutiunt, humores atten[illegible]ant, infarctus tollunt, lienem, iecur & viscera roborant, facultates recreant, uterum respiciunt, qualitatem quandam malignam obtundunt, & humores jam diu congestus secure propellunt, non modo melancholicos & contumaces, sed & quosdam lentos, pituitosos, qui melancholicorum natura[illegible] interdum induunt, & quosdam assatos biliosos. Proi[illegible] de *turpethum & Rheum* addidimus, ut simul cum humore melancholico, pituitosus, qui sæpius adest, & nonnihil ex bilioso, qui raro abest, educatur.

Et quia medicamentum hoc melancholico humori ducendo destinatur, *eleborum nigrum* selegimus, neglecto albo, pituitoso humori ducendo convenientiore.

Modus parandi facilis est: cum & formula descriptionis illum satis demonstret. Antequam tamen omnia simul coeant in electuarii molem, *lapis lazuli* sic præparari deb[illegible]it.

Quantitas ejus sumatur idonea, teratur in mortario metallico, abluatur aqua communi, siccetur in Sole: vel cineribus calidiusculis: denuo abluatur, & siccetur: rursusque lavetur, ut ante, donec aqua limpida remaneat, & postea exsiccetur: idque non modo decies, sed vigesies iteretur, si fuerit opus: tandem abluatur in aquis cardiacis quater, quinquies aut pluries: tum exsiccatus servetur ad usum. Sic namque inimica quædam huius lapidis qualitas perit, & retinetur purgatoria. In *confectione Alkermes* uritur ut pereat purgatoria, remanente cardiaca, qua tunc est opus.

Diabalzemer mirum in modum convenit lienosis, melancholicis, hypochondriacis, maniacis, epilepticis, sive febre delirantibus, passionib⁹ hystericis, fœdis viduarum coloribus, elephanticis, & Indica lue inveterata laborantibus.

Electuarium de Citro solutivum.

℞ *Cortic. Citri Pomi condit.*
Conserv. Borrag.
Buglossæ
Violarum ana drachmas quinque.
Specier. Diatragacanthi frigidi.
Diagridii an. unc. ß.
Turbith optimi drachmas sex.
Sacchari albi in aquis cordialibus dissoluti libram unam.
Fiat Electuarium.

Electuarium hoc à Guidone de Cauliaco Tractatu septimo de purgatione desumptum, bilem ac pituitam evacuat, idem fermè præstans quod Diacartamum Arnoldi, nisi quod gratius sit. Addit verò Guido foliorum Senæ drachmas quinque ac indè tabellas conficit pondere unciæ dimidiæ, quæ Medicamenti febribus Tertianis, ac Hemitritæis, corporis item malo habitui, visceribusq; excrementosis profuturi, pro virium tamen ratione, Dosis esse solet.

Diacartamum Arnoldi de Villa Nova. Aug.

℞ *Specierum Diatragacanthi frigidi unciam semis*
Pulpæ Cydoniorum unciam unam.
Medullæ Cartami unciam semis.
Zinziberis drach. ij.
Diagrydii drach. iij.
Turbith albi drach. vj.
Mannæ drach. ij.
Mellis Rosati colati
Sacchari Candi ana unciam unam.
Hermodactylorum unciam semis.
Sacchari albi in aquâ Borraginis dissoluti uncias decem semis.
Fiat Electuarium liquidum.

Flavæ bili, ac pituitæ educendæ mirificè prodest, & ad omn[illegible] affectus è mixtâ cum bile pituitâ provenientes efficax est. Mixtis itidem Podagris, Hemitritæo, Paralysi, ac Cephalagiæ succurrit.

Cydoniorum Pulpa Saccharo conditi debet, in cuius usum Cydoniatum nostrum rectè succedit, & cum Manna ac Melle Rosato solutum colatur per stamen: quæ omnia Saccharo postea paulò ultrà quàm Electuario convenit, cocto simul trita & colata cum pulveribus adduntur. Diagrydium tamen per se terendum.

Electuarium Indum majus, Mesuæ. Aug.

℞ *Cinamomi*
Caryophyllorum
Spicæ Indicæ
Rosarum
Cassiæ ligneæ veræ
Macis
Cyperi rotundi ana unciam semis
Santalorum Citrinorum drachmas duas semis.
Turbith optimi uncias sex, drachmas duas.
Ligni aloes
Nucis Moschatæ ana drachmas duas.
Sacchari
Penidiorum ana drachmas viginti.
Galangæ

Ca

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 579 sur 955

Cardamomi majoris
Minoris
Asari
Mastiches ana drachmam unam
semis.
Diagrydii unc. i. ß.
Omnia terantur, & cum Oleo Amygdalarum dulcium frisentur, & cum subsequenti Syrupo conficiantur.

℞. *Succorum depuratorum Apij*
Fœniculi
Cydoniorum
Granatorum an. ℔ ß.
Mellis despumati optimi libras quatuor semis.
Decoquantur Succi cum melle ad spissitudinem justam, ut est artis: deindè miscantur species.

Putridorum humorum maximè verò pituitosorum excrementa à ventriculo, & aliis partib⁹ nutritioni servientibus educi accratsos in iis flat⁹ discutit, undè etiam vitia hinc nata, inflationem nempè ventriculi, coli, renum & aliorum viscerũ persanat.

Electuarium Rosatum, Mesuæ.

℞. *Succi Rosarum rubearum perfectarum libras quatuor.*
Sacchari optimi libram unam semis.
Coquantur lento igne ad Mellis consistentiam: deinde adde
Mannæ electæ succo Rosarum dilutæ uncias sex.
Ferveant simul paululum: deinde bene tritis, & per cribrum transmissis adde
Diagryd. ʒ i. ß.
Trochiscorum de spodio, unciam unam.
Trochiscorum de berberis unciam semis.
Gallæ Moschatæ veræ
Crocі an. drach. ij.
Fiat Electuarium, ut est artis, quod in vase vitreo repositum asservetur.

Cholagogum hoc salubre est bilio sis affectibus, Arthritidi calidæ, Cephalalgiæ, Vertigini, oculorum dolori, Ictero. Sanguinis quoque fervorem biliosum expurgat.

Paratur etiam Medicamentum hoc sine Gallã partim pro iis qui Galliæ odorem non ferunt.

Electuarium è succo Rosarum, Nicolai.

℞. *Succi Ros. rubear.*
Sacchar. an. ʒ xvj.
Scammonii præpar. ʒ i. ß.
Santali Rubri
Albi
Citrini an. drach. vj.
Spodii de Ebore drach. iij.
Camphoræ scrup. j.
Succus Rosarum cum saccharo ad justam consistentiam coquatur, deindè tritæ Species adjiciantur.

Commendatur ad omnes affectus, in quibus bilis flava redundat, aut biliosi ichores peccant. Convalescentes ex ægritudine, Quotidianarios & Tertianarios sine molestia purgat, malignorumq; humorum reliquias potenter educit. Tertianæ simplici, duplici, febribus biliosis, malisque omnibus à calore natis prodest. Præbetur in calidis capitis affectibus, ad purgandam materiam calidam & biliosam.

Modus confectionis hic est: ut Succus Rosarum cum Sacchato in Syrupi consistentiam percoquantur, cui postmodùm inspargantur Santala in pulverem redacta, itemque Spodium tritum. Postremò addatur Diagrydium & Camphora, quorum utrumque per se ac seorsim pulverisatum prædictis admisceatur, & fiat ex lege artis Electuarium.

Electuarium Diasebesten, Bartholomæi Montagnagnæ. Aug.

℞. *Sebesten sine nucleis*
Prunorum siccorum enucl.
Pulpæ Tamarindorum ana uncias quinque.
Aq. Violar. ℔ j.
Ireos
Succi anguriæ an. unc. vj.
Succi Mercurialis depurati ʒ iv.
Penidior. ʒ viij.
Sem. excorticatorum
Cucumeris
Cucurbitæ
Melonum
Citruli an. unc. ij.
Diagrydii drach. iij.
Coquantur Tamarindi. Sebesten, & Prunа in aquis stillatitiis, & dissoluta commisceantur cum succis, addendo Diapruni Simplicis, seu Pulpæ Prunorum libram unã semis. Postea addantur Penidia, & his dissolutis Diagrydium & reliqua commisceantur, ac fiat Electuarium.

Confert febribus biliosis interpolatis ac continuis exquisitis, quarum vehementiam sedat: sitim extingvit, vigilias arcet, & acres humores per urinam educit. Datur à Drachmis quatuor ad decem, vel plures in robustis.

Anguria, quæ Hetruscorum est. Cucumis in ventrem crescens (quæ alioquin Albateca, Batega, & Melon Indus dicitur) nobis deest: pro eius igitur succo aquam Melonum stillatitiam substituimus.

Aliqui, nec sine ratione, ex Seminibus frigidis Electuarium hoc ingredientibus emulsionem parant, quam cum Penidiis decoctam Compositioni postmodùm indunt, ac cum cæteris ad justam Electuarii consistentiam reducunt.

Hydragogum eximium. Renod.

℞. *Rad. ireos nostratis*
Ebuli
Graminis
Cortic. rad. capparis
Asari
Carui an. ʒ vj.
Pimpinellæ
Polytrichi
Agrimonii
Ceterach

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 580 sur 955

Artemisiæ an. m. j.
Florum persicæ an. m. ß.

Coquantur in aqua sufficienti. In colatura infunde & coque parum

Foliorum sennæ ℥ ij.
Seminis dauci ℥ ij.

In colatura ad lb. j. adde

Succi ros. pallidarum ℔. ß.
Sacchari ℔. ß.
Mellis in decocto ℥ ij.
Radicis ireos cœlestis despum. ℥ x.

Coquantur in syrupum. Cui permisce

Mannæ Calabrensis ℥ ij.
Turbith
Radicis esulæ praparatæ an. ℥ i. ß.
Zinziberis
Acori
Calami aromatici an. ℥ j.
Mechoacanæ ℥ ij.
Sem. ebuli ℥ ß.
Sem. brassicæ marinæ ℥ iij.
Cinnamomi ℥ ij.

Fiat Electuarium.

Vt multæ medicamentorum compositiones sine arte à multis authoribus descriptæ traduntur, sic & quamplurimæ affectibus plane consimiles. proinde multa electuaria liquida, ut indebite composita, vel parum ad effectus curandos accommodata despeximus. Alia vero parte & ratione melius descripta, & morbis quibusdam frequentissimis recte curandis idonea adiunximus; ut præter duo superiora, Hydragogum hoc electuarium, quod ab agendi præstantia eximium nuncupavim⁹, in pharmacopoliis servandum cupim⁹, ut præsto sit semper his auxilium, quibus venter aquis plenus est, aut alia corporis pars immersa sero. Sæpe enim accidit, ut hydropicus sine præsidio deseratur, optimi medicamenti aquas ducentis penuria. Quia vero hepatis, & interdum lienis errore hydropes fiunt, multa, quæ viscus utrumque roborant, intemperiem emendant, & obstructiones tollunt, adiunximus: Nonnulla, quæ flatus discutiunt, & calorem nativum excitant sopitum. Præterque multa hydragoga, ut decet, castigata & apparata. Ordo descriptionis formulæ modũ parandi docet.

Hydragogum eximium hydropicis tuto datur: aquas enim ac serios humores sine violentia ducit, & ad morbos omnes ab eisdem ortos accõmodatissimum est medicamentum purgatorium.

Medicamenti similis inopia plebecula Parisiensis confugere solet ad quendam pseudopharmacopolam, virgini mulierum interpolatorem, qui pulverem quendam laxativum ad hydropem curandum exhibet, quo vix unus è multis millibus convalescit.

Hiera Picra, seu Dialoe Galeni.

℞. *Cinnamomi*
Macis
Asari
Spicæ nardi
Croci
Masticbes
Iunci odorati an. ℥ vj.
Aloes non lotæ ℥ C. sive ℔. *j. & ℥ ß.*
Mellis optimi despumati triplum, seu ℔. *iiij.*
Misceantur simul in Electuarium.

Hæc Hiera à Galeno ejus authore, *Picra*, hoc est *amara* dicitur, propter *Aloen*, à qua basim & purgatricem vim habet. Vetus autem compositio retinetur præter *xylobalsamum*, quod vix reperitur, cuius loco *Macim*, consilio Fernelii substituimus, & pro *floribus junci odorati*, qui nobis non suppetunt, *juncum ipsum*: Sicque quantitas à Galeno *cap. 2. lib. 8. comp. med. loc.* experita habetur eorum, quæ cum *aloe* misceri jussit ipse, vel potius Andromachus, qui *aloem* etiam *lotam* expetivit: illota tamen nunc & recte ponitur.

Hæc fuit Hiera picra usitatissima Romæ, præter alias duas, quibus interdum Galenus utebatur *cap. 14. lib. 6. de san. tuend.* sed quarum exolevit usus, & quibus pro re exigente aliquid detrahebat, vel adiiciebat, vel immutabat.

Remansit autem hæc hucusque integra, præter *lignum balsami*, quod multi auferunt, nihil substituentes; Alii surculos lentisci, alii *carpobal. samum*, quod æque rarum est, substituunt. *Macis* optime succedit illi, vel *calamus aromaticus*, atque alterutro parata *hiera xylobalsami* loco, nihilo erit inefficacior. Eius autem Galenus perhibetur author, quod eam potius celebrarit, quam invenerit. Parandi modus facilis est. Seorsim primum terenda *masticbe, aloe, crocus*: deinde reliqua. Tunc mixta, misceantur denuo exspumato *melli*, ut omnia coeant in electuarii spissitudinem.

Hiera picra à Galeno celebrata facultatibus multis insignibus efficax est: Calefacit enim, incidit, attenuat, siccat, terget, obstructiones tollit, humores biliosos, pituitososque crassos, & lentos expurgat: Affectibus ventriculi, mesenterii, hepatis, capitis & junctur arum mire confert. In qualibet uncia compositionis ponuntur aloes ℈ ij. *& gran. i. ß.* Et pulveris reliquorum simpliciũ gran. quindecim

Hiera Picra cum Agarico.

℞. *Pulv. hiera simpl. sine aloe*
Agarici trochiscati an. ℥ ß.
Aloes non lotæ ℥ j.
Mellis despumati triplum, seu ℥ vj.
Ex arte fiat Electuarium.

Duobus constat hæc hiera medicamentis purgantibus benignis, altero cholagogo, nempe *aloe*, altero Phlegmagogo, videlicet *agarico*. Satanon est, unicum humorem noxium foras propellere, cum duo obsunt, & morbum quendam committunt, vel fovent: Tunc enim ad intemperiem mixtam medicamento mixto, seu qualitatibus multis compositio est opus, Quia vero sæpius *Hiera* Galeni datur affectib. ventriculi & cerebri, in quibus partibus raro solitaria bilis aggeritur, sed simul pituitæ plurimum vel crassæ, vel tenuioris: Proinde cum ex illis humorem utrumque trahere consilium erit, optime *hiera cum agarico* imperabitur, à quo cognomen habet. Paratur vero ut præcedens, cuius sæpe pulvis servatur in Pharmacopoliis, eque opportuno tempore, vel *aloe* tantum cum *nulla* additur, vel simul *agaricus*, pront hanc, vel illam parare consilium erit.

Quæ autem cum *agarico* paratur, ad multa utilis est: pituitam enim qualibet educit, sed præsertim crassam ac viscidam, & bilem putrem: humores achae incidit, infarctus tollit, mesenterium exonerat, ventri-

ventriculum purgat, appetitum reſarcit, coctioné iuvat, è cerebro noxios humores educit, & confert epilepſiæ, vertigini, & ſopori vigilanti.

Hiera Pacchii. D. Scribon.

℞. *Stœchados*
Marrubii
Chamædrios
Agarici
Colocynthidis an. ʒ x.
Opoponacis
Sagapeni
Sem. petroſelini
Ariſtolochiæ rotundæ
Piperis alb. an. ʒ v.
Cinnamomi
Spicæ nardi
Myrrhæ
Folii
Croci an. ʒ iiij.
Mellis deſpumati triplum, ſeu ℔ iij.
Miſce ut artis eſt, & fac electuarium.

Hieram hanc Oribaſius *lib. 3. Synopſ.* tribuit Ruffo, Paulus *cap. 7. lib. 7. de re medic.* Archigeni, Scribonius Largus Pacchio. Is tamen non fuit primus author, ſed prudens celebrator, qui cum ex ea plurimum lucri faceret, tanquam ſecretum quoddam non revelandum, eam apud ſe usq; ad interitum ſervavit. Eo mortuo delata eſt iuxta formulam deſcriptam ad Tiberium Cæſarem, è quo Scribonius habuit, quam ante nulla arte extorquere potuerat. Aetius *cap. 114. tet. 1. ſer. 3.* modo *hieram Archigenis*, modo *Antiochi* nominat. Nos vero à præcipuo illius comprobatore *Hieram Pacchii* nominamus. Sic autem paratur.

Sagapenum, opoponax, & myrrha integra nocte macerantur *in hydromelite, aut vino* potius, quam *aceto*: Die colo forti trahiuntur, ut ſordes omnis, & pars impurior ſecernatur: Poſtea *melli* deſpumato commiſcentur, una cum reliquis ſimplicibus pulverati. Seorſim vero teritur *crocus*, ut & *agaricus & colocynthis*, cui inter pulverandum gutta quædam olei permiſcenda, ne vis eius exhalet, & facilius teratur. Eius autem pulpa tantum ſumenda & *praſium* ſeu *marrubium album* potius, quam *nigrum*. Sunt, qui polium, non folium ſumunt; folium tamen apud Scribonium legitur, non polium, quod ſane illius defectu recte ſubſtitueretur.

Hiera Pacchii ad plura vitia efficaciter datur, inquit Scribonius *c. 23. ar. 92. li. de comp. med.* Sanat n. epilepticos, furioſos, vertiginoſos, cephalagicos, ſuſpirioſos, anheloſos, comatoſos, incubo, & aliis diverſis oculorum, aurium & capitis affectibus obnoxios. Stomachum quoq; optime purgat, affectiones hepatis emendat, lienis ſaburram tollit, illiusq; duritiem minuit, inteſtinorum morbis auxiliatur, futuras aut iam factas in illis partibus vomicas aut diſcutit, aut celerius aperit, & menſtrua his mulieribus movet, quæ difficillime purgantur.

Hiera Diacolocynthidos magiſtralis.

℞. *Pulpæ Colocynth.* ʒ j.
Agarici
Ellebori nigri an. ʒ ß.
Aloes ʒ x.
Diagridii
Polypodii
Maſtiches
Opoponacis
Bdellii
Sagapeni an. ʒ ij.
Radic. Enulæ campanæ
Cyperi
Angelicæ
Caryophillorum
Cinnamomi
Macis
Baccarum lauri
Granorum juniperi
Cardamomi
Maioranæ
Stœchados
Croci
Spicæ Indicæ an. ʒ j.
Roſarum ʒ iij.
Mellis deſpum. ℔ j ß.
Miſce, ut artis eſt.

Nihil æque confuſum eſt in Pharmacopœorũ Diſpenſatoriis atque Hierarum deſcriptio, quas quiſque ad libitum vârie & nominat, & immutat. Eandem n. ſæpe triplici nomenclaturæ deſignatum videmus, ut illam, quæ modo *Hiera Pacchii*, modo *Archigenis*, modo *Ruffi*, modo etiam *Diacolocynthidos* nominatur. Et aliquando tres multum inter ſe differentes, eadem voce deſignatas comperimus, ut *Hieram Diacolocynthidos*, quæ alio modo à Meſue; alio à Nicol. Myrepſio, alio à Fernelio deſcribitur. His vero omnibus *Hieram Pacchii* præferimus, ut meliorem, quam magiſtralem nuncupamus. Sic enim ab illius baſi, & virium præſtantia optima ratione nominatur. Et qui hanc habebit aliis omnibus, quæ *colocynthida* capiunt, à veteribus deſcriptis carere facile poterit. Quæ tamen à Pacchio deſcribitur, cum benignior ſit, poterit quoque haberi. Parandi modus ſic eſto.

Opoponax, bdellium & ſagapenum per noctem; aut diem integrum macerentur in aceto potius quã vino, propter ſimplicium, quæ ad compoſitionem accedunt, calorem; Dein optime colentur, & ſuper cineres calidos acetum reſolvatur. Purgantia ſeorſim pulverentur & olei amygdalini parum *colocynthidi* adhibendum, ne lateſcat inter terendũ. Tum reliqua ſimplicia, primum duriora; poſtea aromata; Tandem omnia melli deſpumato permiſceantur in legitimam, ac hieris debitam ſpiſſitudinem.

Hiera Diacolocynthidos magiſtralis eximiam habet vim, ad capitis, ventriculi & abdominis morborum curationem, quos humor crudus, pituitoſus, craſſus aut melancholicus committit. Maxime autem apoplexiæ, comati, lethargo, paralyſi, epilepſiæ, incubo, aſthmati, colico dolori & melancholiæ hypochondriacæ convenit, atque omnibus ventris affectibus, qui à pituita vitrea, aut gypſea proficiſcuntur, vel qui modo quocunque hebetem habent ſimul motum & ſenſum; vel alterutrum tantum.

Electuarium ſuaviter purgans pro ſalubribus.

℞. *Paſſul. enucleatar.* ℔ ß.
Glyzyrrh. mund. & craſſiore modo contuſæ ʒ ij.
Macera in aqua fontana, colentur & exprimantur.

Addé

adde cortic. myrobalanor. luteor. & nigror. contu-
ſor. un. ʒ ß.
Emblicor.
Belliricor. an. ʒ ß.
Fl. Borrag.
Bugloß.
Violar.
Anth. an. ℈ j.
Fol. ſen. Alex. mund. ʒ ß.
Coquantur & exprimantur.
Expreſſis adde ſacchar. candidiſſ. ʒ iiij. ß.
Iterum coquantur ad ſyrupi conſiſtentiam auferantur ab igne.
Semi refrigerato adde
Cinnam. ʒ j. ß.
Semin. fœnic.
Aniſ. an. ʒ ij. Mi.
Fiat Electuarium: Cujus Doſis ʒ j. ventriculo jejuno.

Electuarium ſolutivum D. Prechtelii.

℞. Mann. calabrin.
Sacchar. violar.
caſſ. fiſtular. an. ʒ i. ß.
Tamarindor.
Sacchar. roſ. an. ʒ iij.
Diſolvantur in ſequenti decoctione.

℞. Capillor. vener.
Scolopendr.
Hepatic. aureæ
Endiviæ veræ
Fl. Bugloß.
Borrag.
Violar. an. m. ß.
ſem. comm. frig. maj. an, ʒ ij. ß.
Minor. nr. vij. decoquantur ad ſpiſſitudinem cum ℔ j. ß. Sacchari, in fine adde rhab. opt. ʒ ß. in ſubſtantia
Fol. Sen.
Semin. aniſ. an ʒ iij. ß.
Pulv. diagrid. ʒ ß. Mi.
F. Elect. ſec. art.

Electuarium Alexandrinum Alexandri Petronii, Medici Romani.

℞. Rad. polyp. querc. rec.
Fol. ſen. mundat. an. ʒ iij.
Sem. aniſ. ʒ ij.
Coriand. præpar. ℈ ij.
Fiat decoctio ſec. art. in aqua communi ad ℔ j. plus minus:
Colentur cum levi expreſſione, colato adde pulpæ cubebar. in vino malvatico prius coctar. & per ſetaceum transmiſſar. ℔ ß.
Sacchar alb. ʒ ij,
Poſtea coquantur ad conſiſtentiam convenientem.

Pueris & gravidis eſt tutum Educit humores biliosos & aduſtos in febribus

Diacydoniatum purgans pituitam.

℞ Agar. troc. rec. ʒ iij.
Medull. ſem. cartham. ʒ iv.
Contunde craſſo modo: ſerveant in ℔ iv. aquæ donec ℔ duæ ſuperſint, colentur, iterum ſerveat colatum; dum fervet, adiiciantur pulpæ cydonior. ℔ iiij.
Mell. deſpum. lb. ij.
Baculo agitentur bene omnia, fiat diacydonites purgans pituitam: Si aliis eges pharmacis, alia adiice.
Doſis ad Vnc. ij.

Electuarium cum paſſulis.

℞. Fol. ſen. mundat. ʒ j. ß. Coquantur in vino malvatico, & cum hac decoctione miſceantur carnis paſſular. p. r ſetaceum transmiſſarum unc. iij. ß.
Conſerv. roſ. rec. unc. j.
Rhab. elect. ʒ v.
Cinnam. interior. ʒ iij.
Zinziber. condit. ʒ ß. Mi. ſ. elect.

Electuarium de jujubis. Chriſtophori Henrici Eyreri, Medici Culmbacenſis.

℞. Rad. polypod. querc. rec. mund. unc. ij.
Alth.
Fol. ſen. mund. an. unc. j.
Sem. aniſ. ʒ j.
Fiat decoctio in aqua fontana ad ℔ ß. deinde colentur cum levi expreſſione: in colato macerentur pulp. jujubar. in vino albo veteri lotar. unc. iij. tranſmuſis per ſetaceum adde ſacch. albiſ. unc. j. bulliant ad iuſtam conſiſtentiam.
Doſis ʒ ij. ante cibum.

Electuarium de aprunis magiſtrale D. Othonis Flöſſeri.

℞. Prunorum mundat. ℔ ß. Coq. in ſuffic. quant. aq. fontanæ ad caſum medietatis: deinde colentur, & Pruna decocta per cribrum diligenter exprimantur, ut in cribro remaneant tantum oſſa & cutis exporta ſa prunorum pulpa ſeorſim ſervetur:
℞. Colaturæ prædictæ prunor. unc. xij.
Fol. ſen. alex. mund unc. j. ß.
turb. alb. & gumm. ʒ ij.
Caricar. pi. gv. nr. vj.
Cinnam. ʒ ij ß.
Inciſa bulliant ad caſum medietatis, deinde iterum colentur & fortiter exprimantur:
℞. Iſtius colatiunc. vj.
Pulp. prun. expreſſ. unc. iij.
Mann. opt. in prædicto colat. diſſolv. unc. ij.
Bulliant ſimul lento igne ad inſpiſſationem Ecclegmatis. Ante inſpiſſationem vero adde pond.
Sacchar. cand. an. unc. j.
Gummi Arabic. ʒ ij.
Diagrid. unc. j. permiſcendo diligentiſſime ſſa. art. Ecclegma ſeu Electuarium.

Electuarium Caryo coſtinum Horatii Augenii contra podagram & omnes dolores articulares præſtantiſſimum.

℞. Hermodactyl. albor. à ſuperiore cort. mundator.
Diagrid. an. ʒ ij.
Caryoph.
Coſti
Cymini
Zinzib. an. ʒ j.
Trita & cribellata conficiantur cum Syrupo facto ex vino albo & melle ſimul coctis, donec Syrupi optimam conſiſtentiam acquirant, ſ. Elect. Cuius doſis à ʒ ij. uſque ad unc. ß. Viris robuſtis, præcedente humorum præparatione uſque ad ʒ v. dari poteſt. datur gratia præſervationis bis ac ter in anno adeo felici ſucceſſu, ut ego quit Augenius quã plures ſanas ſe confitear ſolo hujus uſu.

Elect. purg. Piſtor. in thermis uſurpandum.

℞. Mann. Calabrin. unc. iij. Fl. caſſ. rec. extr. unc. ß.
Succ. roſ. unc. ij. ß. decoct. folior. ſen. & ſebeſt. unc. ij.
Sacch

Sacch. penidii, ℥iv. Coquantur ad mellis consistentiam & cum diagrid. præp. ℥j. Medull. sem. cartham. ℥ ß. f. Elect. quod cum ol. sem. amſ. ♃ ß. Nuc. moſc. gutt. iiij. aromatiſetur.

Electuarium Donum Dei vocatum, Horatii Augenii.

℞. *Rad. polypod. querc. ℔. j.*
Fol. ſen.
Fl. violar.
Sebeſt.
Tamarind.
Paſſular. an. unc. iij.
Aq. fontanæ ℔. x.

Macerentur per diem naturalem, mox decoquantur ad conſumptionem medietatis, deinde colentur exprimanturque ſolenniter, decoctioni calidæ addatur ſem. pſyll. lib. j. ibidem premantur uſque quo mucilago convenienter extrahi poſſit, tunc colentur & exprimantur fortiter, colatoque iuri addantur ſacchari ſecundæ decoctionis ℔. iiij.

Pulp. tamarindor. & caſſiæ cum prædicta decoctione extractar. an. ℔. ß. iterum lento igne coquantur uſque ad inſpiſationem convenientem, & cũ infrigidari cœperint addantur infra ſcriptæ ſpecies:

℞. *Spodii*
Rhab. ſel.
Santal. rubr. albor.
Roſar.
Violar.
Sem. papav. alb.
Portulac.
Endiv.
Lactuc.
Scariol.
Fœnicul.
Anis.
Tragac.
Amyli
Raſur. Ebor.
Gumm. arabic.
Berber.
Fol. ſumar.
Rad. liquirit. an. ℥ iij.
Diagrid. ℥ v.
Myrobal. indor.
Emblicor. an. ℥ vj.
Omnia per ſe ſubtiliter pulveriſata addantur, & in mortario diutiſſime conterantur ac in bonam Electuarii formam redigantur.

Exhibetur ſingulis dieb. decem aut duodecim ad unc. vj. cum aqua decocti artemiſiæ ad affect^os hyſtericos.

Diacydonium laxativum in noſtris officinis uſuale.

℞. *Decoct. cydon. ℥ xxxvj.*
Sacchar canar. unc. xij.
Diagrid. unc. ij. ß.

Infunde diagridium cum unc. vj. ſpiritus vini optimi rectificati, pone per triduum in locum calidum, ſæpius movendo, tranſmitte per chartam emporeticam, reitera cum unc. ij. novi ſpiritus vini, procede ut antea, donec reliquiarum diagridi nihil extet; hæque ſecundum artem electuarium lucidum. Doſis. Adultis ſupra ℥ iij. non exhibeatur; mediæ ætatis ℥ j. ß. junioribus pro ratione circumſtantiarum ℥ j. vel ♃ ij.

Extractum ſeu Electuarium paſſularum.

℞. *Hord. crudi M j.*
Rad. liquirit. raſ. unc. ß.
Prunor. damaſcen.
Sebeſt. an. nr. x.
Fol. adianth.
Cuſcut. an. M. j.

Coque igne lento in lib. ij. vini rhetici ad tertiæ partis conſumptionem.

Hinc ℞. *Fol. ſen. mundat. unc. i. ß.*
Rad. polypod. non corroſar.
Myrobal. chebulor.
Emblicor. an. unc. ß.
Rad. mechoac. unc. i. ß.
Fl. Epithymi
Thymi an. an. m. ß.

Tuſa infunde per noctem in priori decocto; poſt ſacchari unc. iij. diſſolve & ad ſyrupi conſiſtentiam coque addendo paſſul. minor. mundatar. per cribrum & ſetaceum traiectar. lb. j. Omnibus miſtis aſperge pollinis *cinnam.*
Caryophyllor.
Macis an. unc. ß. Mſ.
f. Electuarium
Cuius doſis unc. ij.

Vel: ℞ *Fol. ſen. alex. mund. unc. ij. ß.*
Zinzib.
Galang.
Cinnam. an. ℥ ß.
Vini falerni ℔. j. civilem.
Infunde 24. horis factaque leni ebullitione, colentur.
Cum colatura extrahantur per ſetaceum paſſular. minor. unc. vj.
Adde mann. unc. i. ß.
Pulp. prunor. damaſc. aut ungaricor. unc. i.
Sacchar. cand. ℥ vi. M. i.
f. Electuarium.

Electuarium aureum regale Medici Principis Alberti Saxoniæ.

℞. *Roſar. rubr.*
Santal. albi
Rubri
Citrini an. gr. viii.
Cortic. citri
Sem. citri
ben albi
Rubri
Menth. an. ♃ i.
Cinnam. el. ℥ i.
maſtic.
mac.
Galang.
Piper. nigri
longi
Doronic.
Nuciſtæ

Cary:

Caryophyllor. an. gran. xij.
Cardamomi
Aſari
Zinzib.
Croci
Cubebar. an. gr. xv.
Corall. rubr.
Sapphyri
Hyacynth.
Smaragd.
Granat.
Oſſis de cord. cervi
Raſur. Ebor.
Limatur. argenti
Auri an. ʒ ß.
Myrobalan. citrin.
Chebulor.
Indor.
Epithym.
Lapid. Lazuli
Rhab. an. gr. viij.
Sacchari in ſucc. borrag.
Bugloſſ.
Meliſſ.
vel aq. roſar. diſol. ℔. j. M. f. Electuarium.

Electuarium de cinerib. ad calculum Horatii Augenii.

℞. Ciner. vitri
Scorpion
Rad. caulium
Leporis
Lapid. ſpongiar.
Sangv. bir. præp.
Ciner. cortic. ovor. ex quib. pulli jam egreſſi ſunt.
Gumm. nuc.
Acori an. part. æqual.
Petroſel.
Daucì
Pulegii
Gumm. arab.
Sem. alth.
Piper an. part. j. ß. Mi. & cum melle f. Elect.

Cujus doſis ʒ ij. ß. cum decoctione cicerum nigrorum.

Electuarium ex fructibus ebuli ad morbum Gallicum. Herculis Saxoniæ.

℞. Fructuum ebuli maturor. ℔. ij.
Agaric. ʒ j. ß.
Vini malvatici cyathos ij. manibus conterantur grana ebuli, miſceantur vino & agarico, ponantur in olla vitreata per horas 24. coquantur ad conſummationem vini, reſiduum tranſmittatur per ſetaceum & pro quavis uncia addatur ſyr. aceroſ. citri & ſacch. fini an. ʒ j. deinde pro ſingula libra addantur lapid. armenii.
Ellebor. nigr. an. ʒ ij. Mi. f. elect, cujus doſis ʒ j. vel ʒ j. ß.

Electuarium ex ligno guaiaco D. Prechtelii, ad morbum gallicum.

℞. Uvar. paſſul, ʒ iij. abluantur primo in aqua ſimplici, deinde in aqua fumariæ & contundantur.
Pulpæ ſebeſt. cum aq. borrag. extract. ʒ j. ß.
Succi helenii depurati ʒ iij.
Conſerv. fumar.
Borrag.
Beton. an. ʒ j. ß.
Lign. indic. ſelect. ſubtiliſſime pulveriſati & cribrati ʒ vj.
Theriac. vet. opt. ʒ ij. ß.
Rob. granor. ebul. ʒ ij.
Sambuc. ʒ j. Mi. cum ſyr. de ſtœchad. f. elect.

Electuarium antepilepticum Herculis Saxoniæ.

℞. Cranii human. ʒ ij.
Sem. pœon. ʒ j. ß.
Viſci querceni
cerebr. muſtel. an. ʒ. j.
Coagul. lepor. aut hœdini ʒ ß.
Cardamomi
Piperis an. ʒ j.
Mellis quant. ſuffic. Mi. f. Electuar.

Electuarium contra vertiginem præſtans ejuſdem.

℞. Epithym. unc. viij.
Mirobalanor. citrinor. unc. ij.
Pulp. tamarind. unc. j.
Fol. endiv.
Cichor.
Portulac an. m. j.
Fumar. m. ij.
Paſſular. pingv. unc. vj.
Bulliant in ſuff. quant. aquæ. & facta expreſſione diligenti

℞. Succ. cydon.
Granator. agreſt. an. unc. iiij.
Pulp. prunor. damaſc. ante in prædicto decoctu extracta & per ſetac. tranſmiſſ. ℔. j.
Bulliant ſimul uſque ad mediocrem conſiſtentiam, tum addeſt. caſſ. rec. unc. vj.
Pulp. tamarind. unc. iij.
Spec. diatr. ſantal. unc. ß.
Sacch. fini quant.
Suffic. Mi. f. Electuarium.

Electuarium ad ophthalmiam Eiuſdem.

℞. Euphrag.
Fœnic.
Beton.
Chelidon.
Siler. montani
Rutæ an. ʒ i.
Cardamom.
Zinzib.
Petroſel.
Piperis an. unc. i.
Sacch. in aq. euphrag. diſſol. quant. ſuffic. Mi. f. Elect. de quo poſt cœnam quotidie ſumatur.

Electuarium in hebetudine oculorum.

℞. Fœniculi ʒ iii.

Seleris montan.
Zinziberis
Cinnamomi
Piperis
Pulegii
Hyssopi } ana ʒ ij.
Anethi
Gran. juniperi
Flor. Anthos
Saxifragiæ
Chamedrios
Rad. Chelidon.
Cimini } an. ʒ j.
Anisi
Apii
Petroselini
Sacchari q. suff.

Fiat cum appropriatis syrupis, Vel succis Electuarium.

Electuarium ejusdem ad melancholiam hypochondriacam cum palpitatione cordis.

℞ Fol. meliss.
Ocym.
Agrimon.
Betonicæ
Pulegii
Fl. Bugloss.
Borrag. an. m. j.
Cortic. citr. p. ß.
Sem. citr. ʒ j.
Caryophyllor.
Cinnam.
Lign. aloes
Macis an. ʒ j.
Fol. sem. mund. ʒ vj.
Epithymi
Rad. polypod. an ʒ iiij.
Myrobal. chebulor.
Citrinor. an. unc. j,
Passul. pingv. enucleatar. ℔. j.
Aromata illa ligentur in sydone & omnia bulliant in suff. quant. aquæ ad consumptionem medietatis: facta expressione adde pulpæ prunorum dulcium, quæ bullierint in prædicto decocto ℔. j. iterum bulliat hac pulpa ad meliorem consistentiam. Addendo cinnamomi selecti ʒ ß. & in fine sacchari albi quantum sufficit M. f. Electuarium, Cuius ego præbeo ʒ vj. vel ʒ j. singullis vel alternis diebus, si alvus sit lubrica.

Electuarium scorbuticum. Schröderi.

℞ Cons. cochl. unc. ij. ß.
Chamædr.
Meliss.
Rosar.
Acetos. citr. an. ʒ vj.
Cal. aromat. cond.
N. conditi
Rad. pimp.
Cort. citr. an. ʒ iij.
Extr. absynth.
Iunip.
Sem. sinap.
Eruc. an. ʒ ij.
Cardam.
Cinam. an. unc. j.
♀ vitr. ʒ iv ß.
Ol. anis. ♃ j.
Cinam. ♃ j.
Cum sp. de Cin. & cæbl. f. Electuar.

Electuarium eiusdem ad fluxum Epaticum.

℞ Succor. menth.
Absynth. an. ʒ ß.
Passular. ʒ j.
Myrrh.
Croci an. unc. ß.
Caryophyllor.
Cyperi
Calami aromat.
Olibani an. ʒ j.
Hepat. lupi ʒ ij.
Mellis aut sacchari, quantum sufficit, M. f. Electuarium. Cuius dosis ʒ ß. cum vino aromatico.

Aliud eiusdem ad imbecillitatem epatis.

℞ Cinnam.
Piperis
Pyrethri
Caryophyllor.
Macis an. ʒ ß.
Myrrhæ
Olibani
Mastic. an. ʒ j.
Spic.
Schœnanth. an. ʒ i. ß.
Succor. absynth.
Menth. an. ʒ j.
Sacchari quantum sufficit, M. f. Electuarium: Cuius dosis ʒ iij. quibus sumptis statim hauriatur vinum generosum.

Electuarium de chalybe Herculis Saxoniæ ad Scirrhos lienis

℞ Rad. irid. unc. ß.
Sem. erucæ
Vrticæ
Tamariscæ
Ceterach.
Cortic. capparum
Gentian.
Rubiæ tinctor. an. ʒ ij.
Ammoniac.
Bdellii
Oppoponac. an. unc. j.
Piperis
Costi
Cassiæ lignæ
Cinnam. an. ʒ ß.
Dissolvantur gummi in aceto forti, Cætera vero terantur in pulverem tenuissimum: deinde adde chalybis in acet. præpar. ʒ ij. mellis quantum sufficit Mi. f. Electuarium. Cuius detur unc. sem. vel ʒ vj. ad summum.

Aliud eiusdem de chalybe, quo frequentissime fuit usus.

℞ Fol. Sen. ʒ iij.
Epithymi

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 586 sur 955

Rad. Polypod.
Pulp. caſſ. an. ℥ ij.
Tamarind. ℥ i. ß.
Myrobalanor. omn. ℥ j.
Bulliant in aquar. borrag.
Agrimon.
Endiv. an. ℔. i. ß.
Vel ℔. ij. usque an conſumptionem medietatis: Colentur & colaturæ adde ſacch. fini ℔. ij. bulliant in prædicto decocto usque quo incipiant craſſeſcere: poſtea adde ſequentia, nempe: Maſtic.
Rubia tinct.
Raſur. Ebor.
Liquirit.
Sem. Fœnugræc.
Siler. montan.
Nigell.
Apii
Erucæ
Vrtic.
Lactuc.
Petroſel.
Endiv. an ℥ ij.
Portulac.
Lini
Schœnanth.
Eupator.
Tamariſc.
Nuciſtæ
Macis
Cinnam.
Caryophyllor.
Spicæ nardi an. ℥ j.
Fol. agrimon.
Beton. an. ℥ ß.
Croci ℥ ß.
Limatur. Chalyb. ℥ ij. ß. Mi.

F. Electuarium. Cuius doſis ſit à ℥ vj. ad ℥ j. Hoc ego, inquit Saxonia, ſæpe uſus ſum, cum maxima fœlicitate in ſcirrhis lienis, febrib. quartanis & aliis affectibus melancholicis.

Electuarium Chalybeatum. Auguſtanor.

℞. Limaturæ Chalybis unc. viij.
Molatur ſuper Porphyrite ſubtiliſimè ex aceto, deinde ſiccetur ad ſolem, vel ignem, & ſic ſepties iteretur: poſtea

℞. Limaturæ ſic præparatæ unc. vij.
Nucis Moſch. an. ℥ vj.
Rhabarbar. elect. drach. ij.
Specier. Aromat. Roſat. drach. vj.
Mellis opt. deſpum.
Sacchar. albiſimi an. unc. xiij.
Miſce ad lentum ignem, & fiat Electuarium.

Huius Electuarii inventor extitit Fabricius Barzonius Profeſſor Bononienſis celeberrimus, eſtque eius uſus frequens in iecoris diuturnâ obſtructione, & albo virgunculorum Ictero. Datur poſt purgatum corpus à drachmis duabus ad unciam ſemis; ſubſequente valido aliquo exercitio, aut corporis motu vehementiore. Erat id quondâ familiariſimum Clariſimis viris D.D.D. Cratoni, Philippo Menzelio, ac Thomæ Meermanno p.m. quo muliebrem præſertim Cachexiam pellebant. Eo utimur loco Electuarii de Scoria Ferri Rhaſis, quod ſic habet.

Electuarium de ſcoria Ferri, Rhaſis.

℞. Myrobalanor. Indorum
Belliricorum
Emblicorum an. ℥ ß.
Spicæ Indicæ
Schœnanthus
Cyperi
Zingiberis
Piperis
Ammeos
Thuris an. unc. ß.
Scoriæ Ferri infuſæ, aceto per dies ſeptem; poſtea torrefactæ drachmas tres.
Mellis decocti cum Apozemate Emblicor. ℥ xvj.
Miſce, fiat Electuarium.

Aliud Electuarium de chalybe.

℞. Limatur. chalyb. unc. ij. ß. teratur bene ſuper marmore duriſimo cum aceto in ſubtiliſimum pulverem, exiccetur loco calido, idque ſeptem repetatur.

℞. Huius limaturæ unc. ij.
Cinnam. opt.
Nuciſtæ an. ℥ j.
Rhab. opt. ʒ ij.
Spec arom. roſat. ℥ i. ß.
Mell. opt. deſpum.
Sacchar. clarificati an. unc. iij. lento igne fiat Electuarium. De quo detur virginibus cachecticis, quibus menſes non rite fluunt, & in hepatis obſtructionibus.

Aliud Electuarium de chalybe. Horatii Augenii in intemperie frigida mulierum maximè utile.

℞. Piper.
Zinzib. an. unc. ß.
Cardamomi
Caryophyllor.
Doronici aut angelic.
Croci an. ℥ ij.
Tamariſc. unc. ß.
Sem. baſilici
Aniſi ℥ ß.
Limatur. chalyb. præp. lib. ß.
Mellis deſpumati ℔ iij. Mi.
F. Electuarium.

Electuarium de Soldanella.

℞. Cinnam.
Sem. Fœnicul.
Aniſ.
Squinanth. an. unc. ß.
Coquantur in aqua pura ad conſumptionem medietatis, colentur incolaturæ, diſſolve ſacchar. unc. iv.
Coq. iterum ad ſpiſſitudinem; poſtea adde pulveris ſoldanellæ rec. unc. i. ß.
Miſceantur, donec omnia coeant: & fiat Electuarium.

Electuarium de macere.

℞. Maceris horis 24. in aceto vini infuſæ, exiccatæ & pulveriſatæ unc. vj.

Tinti-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 587 sur 955

Theriac. Andr. ſen. vet. opt. ℥ i. ß.
Conſerv. fl. borrag.
Bugloſſ.
Roſar. an. ℥ vj.
Xyloaloes boni ℥ ß.
Bol. armen. præp. ℥ iiij. *Mi.*
Cum ſyr. conſervationi citri fiat electuarium.

Electuarium Diaſatyrium correctum.

℞ *Rad ſatyrionis in vino malvatic.*
Infuſar. ℥ i. ß.
Carn. dactyl.
Amygd. dulc.
Pinear. mundat.
Piſtacior.
Nuc. indic.
Zinzib. conditor. an. ℥ ß.
Cinnamomi
Croci an. ℥ ij.
Zinzib. alb. ℥ ij. ß.
Caryophyllor.
Galang.
Piperis longi
nigri an. ℥ i. ß.
Nuciſt.
Maceris
Gran. Paradyſ.
Zedoariæ ℥ j.
Linguæ avis
Caudar. ſtincor.
Borac. alb.
Aſſæ dulcis an. ℥ j. ß.
Lingn. aloes
Cardamom. an. ℥ j.
Cubebar.
Been albi
rubri an. ℥ ß.
Menth. ſiccæ ℥ ij.
Sem. aniſi
Raphani
Naſturtii
Eruc.
Vrtic.
Aſparagi
Cœparum an. ℥ j.
Ambræ ℈ ß.
Moſch. ℈ j.
Penid. quart. ß. Mi. f. electuarium cum ſyrupo appropriato.

Diaſatyrium Nicolai. Aug.

℞ *Teſtium Satyrii recentium denſorum*
Rad. Paſtinacæ ſativæ recentium
Secacul, vel eius loco Eryngii
Nucis Indicæ
Pinearum
Piſtachiorum an. drach. xij.
Caryophyllorum
Zingiberis albi
Sem. Fraxini, ſeu Linguæ avis
Aniſi
Erucæ an. drach. v.
Cinamomi
Caudarum & lumborum Scinci
veri.
Sem. Bulbi, vel Vrticæ an. drach. ij. ß.
Moſchi grana vij.
Mellis deſpumati opt. ℔. *iij.*

Radices Satyrii, Paſtinacæ & Siſeris vel Secacul privatim & ſeorſim bene tritæ Melli imponantur ac ſubigantur, paululumq; molliuſculo igne ferveſcant, deindè Piſtachia & Nuces Pineæ, tepurgatæ ac tuſæ adiiciantur: ubi cum Melle aliquantulum bullierint, ſublato ab igne lebete tuſæ & cribratæ Species addantur. Poſtremò Moſchus cum exiguo ſtillatitio Roſarum liquore inſeratur. rurſus hæc probè ſubacta in vaſculum ad uſum recondantur.

Analepticum eſt Medicamentum, conſumptos & emaciatos reficiens, ſemen augens, & Venerem concitans deſuetam. Contra renum & veſicæ imbecillitatem valet, remorantem urinam propellit, & frigidam ac velut emortuam genitalium partium intemperiem corrigit. Datur veſperi cum vino.

Diacydonium optimum Simonii.

℞ *Succ. cotoneor. depurati unc. xxiv.*
Mell. opt. deſpumati
Sacch. alb. in aq. meliſſæ depurati an. unc. xij.
Coctis ad ignem lentum pro juſta ſpiſſitudine ignique ablatis atq; adhuc tepentibus inſperge cinnam. ſel.
Nuciſtæ an. ℥ j.
Coriand. in acet. præp. ℥ ij.
Lign. aloes ℈ j.
Caryophyllor. gr. xvi.
Ocymi odoratiſſ.
Meliſſ.
Menthæ an. ℥ ß.
Spec. diarrh. abbat. ℈ ij.
Sacch. roſ. tabellat. ℥ iij.
Moſch. gran. xij.
Omnib. tenuiſſimè tritis cretiſque f. diacydonium ſecundum artem.

Electuarium confortativum nobile Phyſici regis Ferdinandi.

℞ *Pulp. capon. vel perdicis cocti* ℔. ß.
Cardamom.
Cinnam.
Caryophyllor.
Cubebar.
Zinzib.
Tragag.
Gummi arab.
Galang.
Nuciſtæ
maceris
Croci an. ℈ ß.
Amyli
Glyzyrrh.
Amygd. dulc.
Piſtaceor.
Avellanar. omnium mundator.
Paſſular.
Sem. cucumer.
melon.
Cucurb.
Papav. alb.
Lactuc.
Portulac. an. ℈ ij.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 588 sur 955

Penidior. ℥ij. misceantur omnia cum carnibus incisis & cum sacchari in jusculo caponis dissoluti ℥vij. Fiat electuarium.

Electuarium mirabile, quo insignis quidam Medicus usus ad finem vitæ.

℞. Sem. siler. montan.
Chamædr. an. ℥ij.
Rad. Chelidon.
Cumin.
Petrosel.
Apii an. ℥j.
Cinnamom.
Piper.
Zinzib. an. ℥ij.
Fol. puleg.
Hyssop.
Aneth.
Saxifrag.
Fl. aneth.
Granor. juniper. an. ℥ij.
Pulverisentur omnia, misceantur simul & cum mell. albi despumati ℔. i. ß. f. Electuarium.

Cuius dosis mane & vesperi ad quantitatem nucis. Lumen debile restaurat, stomachum confortat, humores superfluos purgat, renes mundificat, omnes ventositates expellit & ad multa alia probatissimum est.

De Trochiscis libro sequenti differere proposuimus, ut qui roborantes sere sint, vel alliotici, seu alterantes, paucis quibusdam exceptis, iisque purgantibus, de quibus hac in sectione & serie breviter nunc agere nostræ methodi ratio suadet.

Electuarium Pectorale. Myl.

℞. Cinamomi
Garyophyllorum
Nuc. Moschat.
Macis
Ligni aloes
Galangæ
Zinziberis
Spicæ Indicæ
Zedoariæ
Glyzyrrhizæ
Rapontici
Anacardi
Styracis calam.
Galbani
Therebinthinæ } an. ℥ij.
Mastiches
Myrrhæ
Rad. Ireos
Aristol. rot.
Cort. Rad. Cap.
Gentianæ
Melanopiperis
Anisi
Sem. Fœniculi
Sem. Anethi
Sem. Apii
Sem. petroselini
Sem. Saxifragiæ
Hermodactylorum } an. ℥j. ſ. gr. j. ß.
Origani
Peucedani
Cardamomi
Leucopiperis
Carui } ana ℥i. ſ. gr. i. ß.
Schœnanthi
Liguſtici
Vincetoxici
Menthæ aquat.
Pulegii
Dictamni
Coſti
Pirethri
Satureiæ
Baſiliconis } an. ℥i. gr. ij.
Rad Pœoniæ
Amomi
Sinoni
Piperis longi
Orobi
Xylobalſami
Caſiæ lignea
Coralli rubri
Raſuræ Eboris } an. ℥ ß.
Carpobalſami
Dauci cretici
Praſii ℥ v. ß.
Tragacanthæ
Pinear. mundat.
Amygdal. dulcium
Piſtatiorum } an. ℥iij. ß.
Carnium dactylorum
Caricarũ pingvium
Paſſularum enucleat.
Oſſ. de cord. cerv. } an. gr. xj.
Moſchi
Ambræ
Mellis despumati q. ſuff.
Fiat Electuarium.

Electuarium Pectorale. Mylii.

℞. Conſ. Symphyti } an. ℥ ß.
Adianti veri
Roſar. rub. ℥ j.
Loch de pulv. vulp. ℥ i. jß.
De pino ℥ ij.
De farfaræ ℥ i. ß.
Spec. Diatrag. frig. ℥ iij.
Bolt Armeni prep. ℥ j.
Rad. ſymph. maior. } an. ℈ ß.
Ireos Florent.
Cum ſyrupo papaverino
Fiat Electuarium.

Electuarium Pectorale.

℞. Succi liquiritiæ
Hyſſopi
Capillorum Veneris
Ireos } an. ℥i. ß.
Sem. Vrticæ
Ariſtol. rotun.
Avellanarum } an. ℥ ß.
Amygdal. dulc.
Pinearum ℥ j.
Mellis ℥ xv.
Fiat Electuarium.

Con-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 589 sur 955

Confectio Cephalica. Mynſ.

℞. *Spec. Dialunæ noſt.* ℥ i. ß.
Rad. Diptamni alb.
Sem. Citri excort. an. ℥ ß.
Gran. Tinctorum
Sem. Acetoſæ
Extr. Lilior. conval. an. drach. ij.
Smaragd. præp.
Sal. Cranii hum.
Succini alb. præp. an. drach. i. ß.
Eſſ. Margarit. orient.
Corallor. rub. an. Scr. iv.
Croci orient. præp.
Galang. min.
Cubebarum an. ℥ j.
Oſſ. de Corde Cervi
Hyacinth. præp. an. Scr. ij.
Conf. Flor. Pæoniæ vitriolat.
Anthos an. unc. j.
Sacchari candi alb. in aq. Apoplect. diſſ.
Syrup. Acetoſit. Citri an. ℥. viij.

Miſce, & f. ſ. a. Electuarium.

Vires, Vſus, Doſis.

Valet ad omnes vel ſaltem periculoſiſſimos capitis affectus, quos tollit & feliciter curat. Suffocatis, Vertiginoſis, Apoplecticis, Epilepticis ſeu Lunaticis, medicamentum eſt admodùm conveniens, & propriè ad exſiccandum humiditates cerebri inventum eſt. Doſis à Drach. ſ. ad Drach. j. plus minuſvè, per ſe vel in vehiculis appropriatis.

Confectio Opiata. Mynſ.

℞. *Opii Spagyricè præp. & extract.* ℥ ß.
Spec. Diamoſch. dulc.
Diambræ an. drach. ſ.
Mag. Perlarum orient.
Corallor. rub. an. Drach. ß.
Ext. Flor. Papav. errat.
Croci orient.
Mumiæ tranſmarin. an. ſcr. j.
Gallia Moſchat. verè.
Lap. Bezoart. orient.
Oſſ. de corde Cervi
Vnicorn. Animal. an. ſcr. ß.

Et cum Conf. Alkermes f. Electuarium, ut eſt artis, cui immiſce; Ol. Cinamomi, Nuc. Moſchat. Maioranæ, Salviæ, Succini alb. Caryophyllor. ana Gutt. iiij.

Vires, Vſus, Doſis.

Huic Confectioni nomen impoſuimus, quo nuncupatur Opiata, ſive Electuarium Laudani; Quia Laudanum opiatum difficulter ſolvitur & ſemper liquoribus ſtillaticiis reſiſtere ſolet; ejus loco, pro hauſtibus & bolis parandis, hoc Electuarium, cõmodè ordinari & ſubſtitui poterit; quod æquè efficax & cuius idem eſt uſus. Datur à Gran. v. ad vj. vij. & Scr. ſ. in appropriato liquore, vel in aq. Hypnotica noſtra, Cinamomi, &c. vel aliis convenientibus & affectum propriè reſpicientibus.

Confectio Narcotica. Mynſ.

℞. *Nuc. Moſchat.* unc. ß.
Boli Armen. præparat.
Opii Spagyricæ ext. an. drach. iij.
Ext. Flor. Papav. errat.
Croci orient.
Troch. Ramich. an. Drach. ij.
Croci Martis per reverb. fact. Drach. i. ß.
Rad. Tormentillæ
Biſtortæ
Zedoariæ an. Drach. j.
Mag. Corall. rub.
Succin. alb. præp.
Cornu Cervi uſti
Caryophyllor. an. Drach. ß.
Camphoræ Gran. v.

Miſc. cum Syrup. de Papav. ſimpl. & de jujubis an. Vnc. iiij. fiat Electuarium ut eſt artis pro uſu.

Vires, Vſus, Doſis.

Mirum in modum omnes dolores mitigat, præcipuè, Capitis, Pectoris, Stomachi, Matricis & totius Ventris: Somnum eleganter provocat & potenter inducit. Hæmoptoicis, Cæliacis, Dyſentericis, Pleuriticis, Iliofis, Colicis, & Nephriticis medetur & auxilio eſt. Provocationes, ſingultus & tuſſim ſedat. Anhelitum facilitat. Exuberantiam menſtruorum & hæmorrhoidum ſiſtit; nec non Gonorrhæam & Satyriaſin emendat. Doſis à Drach. ſ. ad Drach. j. eundo cubitum

Confectio Pretioſa. Mynſ.

℞. *Elæoſacch. Citri* Drach. vj.
Tinct. Corall. veræ
Mag. Perlar. or. an. Drach. ij.
Gran. Tinctor.
Corn. Alcis an. Spagyricè calc. Drach. i. ß.
Maſtichis electi.
Lig. aloes.
Galang. min.
Cardamomi min. an. Drach. j.
Nuc. Moſchat. in Indiâ condit. Nr. j.
Lap. ℥. pretioſor. præp.
Ambræ griſeæ
Ext. Croci orient. an. ſcr. ij.
Moſchi Alexand.
Oſſ. de corde Cervi an. ſcr. j.
Auri pot. ab. noſt. unc. ß.
Ol. Cinamomi
Macis an. ſcr. j.
Caryophyllor.
Roſarum veri an. ſcr. ß.
Conf. flor. Tunicæ rub.
Roſar rub. an. vitriolatar. unc. viij.

Miſc. & cum Syrup. Gran. Chermes f. Electuarium ut eſt artis.

Vires, Vſus, Doſis.

Cordiale eſt nobiliſimum contra tremorem & puſationem cordis; Item animi deliquia medicamentum mirabilius, præſtantius & efficacius in tota Repub. Medica non habetur: Datur magno iuvamine ſenibus, debilibus & ægris convaleſcentibus. Quia Spiritus vitales, animales & naturales in omnibus membris recreat atque fortificat; Humidum radicale renovat: Voluptatem parit: vertiginis, Epilepſiæ, Apoplexiæ, Lepræ, Podagræ, Scorbuti & Hydropis &c. verùm prophylacticon. Doſis à Drach. ſ. ad Drach. i. per ſe, vel in vehiculis appropriatis.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 590 sur 955

Confectio Pectoralis. Mynſ.

℞. *Spec. Diaſulph. noſt.* *Drach. xix.*
Diarrhod. Abb. *drach. xj.*
Syrup. Pectoral. noſt. ſimpl. ℔. j.
Conſ. Roſar. rub. cum Elix. Sulph. noſt. tinct. ℔. *ij.*
Ol. Cinamomi *drach. j.*

Miſce & fiat Electuarium ſecundum artem.

Vires, Vſus, Doſis.

Viſu, guſtu, atque olfactu medicamentum eſt valdè delectabile. In Aſthmate, Diſpnæa, Orthopnæâ, Phthiſi, Hectica & thoracis affectibus ordinare ſoleo, & præ ceteris miram eius efficaciam expertus ſum; Propterea id etiam aliis utendũ communicare volui. Quotidiè autem per intervalla dandum & paulatim deglutiendum non ſubitò: Nam ſi ſubitò devoratur, ſolummodò venit ad ventriculum, & non ad locum affectum. Doſis alternis horis quantitas nuc. avellanæ vel Moſchat. plus minuſvè pro affectuum & perſonarum varietate.

Confectio Zingiberis Indi.

℞. *Zingib. virid. in India condit.* ℥ *xiv.*
Spec. Aromat. Caryophyll.
Diagalangæ
Diarrhod. Abb. *an.* ℥ *j.*
Diacydonii ſimpl. ℥ *viij.*
Ol. Cinamomi *drach. j.*
Conſ. Roſ. rub. vitriolat. ℔. *j.*

Miſce, & cum Syrup. conſervat ſuprà dicti Zingiberis f. l. a. Electuarium.

Vires, Vſus, Doſis.

Ad Ventriculum & Cor coufortandum, concoctionem iuvandum, nauſeam & vomitum ſedãdum, organa nutritionis calefaciendum, ventoſitates & flatus diſſolvendum & carminandum, nativum calorem ſuſcitandum & redivivum recreandum, omnem pectoris noxiam & tuſſim à frigore contractam repellendum & ſanandum, actionẽ iecoris, lienis, renum, aliorumque membrorum a frigiditate impeditam robuſtiorem reddendũ &c. Confectio hæc magnifica & valdè illuſtris eſt: propterea magnatibus & ditioribus ordinare ſolet. Doſis quantitas nuc. Moſcat. manè & veſperi vel tempore neceſſitatis plus minuſvè ratione complexionis & ſexus.

Electuarium Stomachicum. Langii.

℞. *Conſ. Roſarum* ℥ *ij. ß.*
Betonicæ ℥ j.
Galangæ, *Xyloaloes* } *an.* ℈ ß.
Sem. Aniſi, *Caryophyllor.* } *an.* ℥ ß.
Cinnamomi ℈ *ij.*
Calam. aromat. condit. ℥ *iij.*
Fičticorum viridium ℈ *v.*
Pinearum præparat. ℥ *ij.*

Incidenda incidantur, & cum brodio conditorum Fiat Electuarium.

Zingiber Roſatum. Mynſ.

℞. *Conſ. Roſ. rub. vitriolat.* ℥ *xij.*
Zingiber. de Bingala cond. ℥ *iv.*
Ol. Cinamomi *ſcr. j.*
Caryophyllor. *ſcr. ß.*

Miſc. & cum Syr. è Suc. Violar. vitriolat. q. fiat Electuarium.

Vires, Vſus, Doſis.

Cor & Ventriculum confortat. Concoctionem iuvat. Appetitum excitat. Nauſeam & vomitum ſedat. Nativum calorem ſuſcitat. Spiritus recreat. Putredinem aufert. Flatus diſſipat: nec non in omnibus morbis frigidis experimentum famoſiſſimum & præſentiſſimum eſt. Doſis Caſtaneæ quantitas.

Confectio Citri. Mynſ.

℞. *Conſ. Roſ. rub. vitriolat.* ℔ *i. ß.*
Rob. de Berberis
de Ribes *an.* ℔. *j.*
Syr. Acetoſitat. Citri
Oxyſacchari
de Agreſtâ *an.* ℔. ß.
Pulp. Citri condit.
Conſ. cort. citri
Sec. Diarrhod. Abb. Sp. Vitrioli irrorat. an. ℥ *ij.*
Nitriprap. *drach. xiij.*

Miſc. & cum modico aq. Cinamomi f. Electuar. intelligas autem lib. civiles & non medicas; quod in omnibus compoſitionib⁹ per totum librum obſervandum; & hic ſemel dixiſſe ſufficiat.

Vires, Vſus, Doſis.

Refrigerando & humectando aſtuantium febrium incendium virtuoſiſſimè extingvit, & ignei caloris vehementiam componit ac mitigat. Choleræ, Dyſenteriæ, & contagioſis morbis medetur. Veneri & ebrietati reſiſtit. Membra nobiliora, nimirũ: Cor, Ventriculum, Iecur, ſplenem, Renes & alia viſcera, ab intemperie calida imbecilla firmat, roborat, aperit & a putredine vindicat. Vomitum biliоſum reprimit. Hæmorrhagiam curat & exanthemata ſanat. Doſis à Drach. j. ad Drach. ij. vel Vnc. ſ. aliquoties in die.

Confectio Theriacalis. Mynſ.

℞. *Rad. Tormentillæ*
Dictam. alb.
Camphoræ opt. *an. drach. ij*
Corn. cerv. & Alcis an. Spagyr. calcinatum ℥ *i. ß*
Succini alb.
Bol. rub. orient.
Hyacinth.
Smaragd. an. præp. drach. j.
Sal. Abſinthii
Scordii
Card. bened. *an. drach. ß.*
Mag. Perlar. or.
Corallor. Rubror. an. ſcr. j.

Pulveriſentur ſubtiliſſimè ſeorſim; tandem commiſceantur & aſpergantur aliquoties Spſumperi in quo radic. petaſit. Herb. Veronicæ & Zingib. maduerint; poſtea adde:

Theriac. Andromach.
Mithridat. Dam. *an unc. ij.*
Ext. Rad. Enulæ camp.
Angelicæ *an. unc. ß.*
Succ. Inſpiſſ. Fumariæ
Bac. Ebuli *an. Drach. iij.*
Flor. Sulphuris *Drach. ij.*
Ol. Stil. Rutæ hortenſ.
Zedoariæ

Etiã

Cinamomi
Myrrhæ
Caryophyllor.
Citri rectif. *an. ſcr. ß.*

Miſce & cum Roh. Bac. Sambuci f. Electuarium.

Vires, Vſus, Doſis.

In operatione & virtute, hæc compoſitio, ipſam Theriacam & Mithridatium longe vincit; Hinc vires eius æquus Lector ipſe facilè colligere poterit. In Hydrope, Eryſipelate, Icteritia, Scabie, Lue Venerea &c. experimentum eſt. Contra peſtẽ & quævis alia venena, quæ omnia per ſudorem à Corde totum penetrando corpus ad circumferẽtiam & ſuperficiem virtuoſiſimè expellit, celeberrimum eſt Alexiterium: Expulſo autem veneno, patiens confortantibus refici debet. Doſis à Drach. ſ. ad Drach. j. plus minuſvè, pro morbi vehementia, viribus, ætate, anni tempore, &c. in vehiculis appropriatis & ſpecificis. In Hydrope, &c. exhibetur ſingulis noctibus cum aq. vel Sp. Sambuci, &c. horis 4. vel 5. poſt cœnam eundo cubitum; unde verſus diluculum vehementer ſudare incipiunt.

Confectio Magnanimitatis. Mynſ.

℞. *Eſſent. Satyrii ext.* *unc. ij.*
Nuc. Indic. recent.
Pinear. mundat. *an. unc. i. ß.*
Piſtat. virid.
Nucl. Avellanar.
Amygdal. dulc. *an. unc. ſ.*
Piperis alb.
Calami aromat.
Zingib. alb.
Galang. min.
Cardamomi *an. unc. ß.*
Borrac. Venet.
Auri potab. noſt. *an. drach. iij.*
Sem. Erucæ
Lig. Avis
Vrticæ *an. drach. ii.*
Mag. perlar. or.
Corall. rub.
Sal Paſſerum *an. ſcr. iiij.*
Boleti cervini
Priap. Tauri
Cervi
Teſt. Taxi exſic.
Carn. Scinc. marin. *an. drach. i. ß.*
Moſchi laudatiſſ.
Ambræ griſeæ *an. drach. ß.*
Ol. Macis *ſcr. ij.*
Nuc. Moſchat.
Cinamom.
Caryophyllor. *an. ſcr. ſ.*

Miſc. & cum Syrup. rad. Satyrii condit. f. Electuarium ut eſt artis.

Vires, Vſus, Doſis.

In confortanda Venere ſecretum eſt. Datur maleficiatis & iis qui ſunt invalidi femoris. Senibus natura frigidis mirificè opem præſtat. Virilitatem amiſſam potenter reſtituit. Venerem deſuetam concitat. Partes genitales frigidas & quaſi emortuas erigit. Semen utriuſque ſexus auget & corrigit. Doſis à Drach. ſ. ad Drach. ij. vel *iij.* in vino Malvatico vel Muſchatellino dulci eundo cubitũ; vel exhibeatur tempore neceſſitatis quantitas Nuc. Moſchat. ſuperbibendo hauſtum vini veteris boni & odoriferi. Verùm ſi impotentia à nativitate, nõ recipit curam: quia lapſus naturalis difficulter reſtituitur.

Confectio Pacifica, De Succulata Indâ. Mynſ.

℞. *Succulatæ Indæ* *unc. iiij.*
Satyrii teſticulor. condit. *unc. ij.*
Teſtic. Gallor. in lact. coct.
Rad. Eryngii condit.
Caſtan. in vin. Malv. coct. *an. unc. j.*
Amygdal. dulc.
Pinear. mundat.
Piſtat. virid.
Nucl. Nucis Indic. *an. unc. ß.*
Caſſiæ ligneæ
Boleti Cervini *an. drach. iij.*
Sem. Fraxini
Borracis Venet. *an. Drach. ij.*
Spec. Diamoſch. dulc.
Diambræ *an drach. j. ß.*
Ligni Aloes elect.
Fol. Maiorana
Croci orient.
Nucis Muſcat. *an. drach. j.*
Caryophyllor.
Galang. min.
Zingib. alb.
Cardamom. min.
Piperis long. *an. ſcr. ij.*
Ol. cinamomi
Macis *an. ſcr. j.*

Miſc. & cum Syrup. Conſervat. Nuc. Moſchat. condit. s. q. fiat Electuarium.

Vires, Vſus, Doſis.

In coëundi impotentia magnum eſt Arcanum, pro ſolis Amicis mihi hactenus reſervatum: Læſam enim & amiſſam virilitatẽm reſtituendo, venerem deſuetam concitando, refrigerationem teſtium & vaſorum ſeminalium tollendo, ſemen utriusq; ſexus augendo, impotentes ſeneſque debiles, brevi temporis ſpacio, ad priſtinam voluptatem reducit. Doſis quotidiè evacuato corpore Caſtaneæ quantitas, plus minuſvè pro ratione ætatis, temporis, anni, conſuetudinis, &c. ſuperbibendo vini generoſi bonum hauſtum.

Confectio Satyrii. Mynſ.

℞. *Satyrii teſtic. condit.* *unc. iv.*
Conſ. Flor. Tunicæ
Zing. de Bingal. condit. *an. unc. ij.*
Sem. Lign. Avis
Borrac. Venet. *an. unc. ß.*
Spec. Diathamar. *drach. iij.*
Nuc. Moſch. in Indiâ condit. *Nr. j.*
Teſtic. Cervi exſic.
Taxi exſic. *an. drach. i. ß.*
Boleti Cervini *drach. ij.*
Cinamomi acut.
Piperis longi *an. drach. j.*
Mag. Perlar. or.
Corallor. rub. an. drach. ß.
Gallia Moſchat. verа
Ol. Caryophillor. *an. ſcr. j.*
Fol. Auri puri *Nr. xv.*

Miſ. & cum Syr. Zingib. de Bing. cond. s. q. f. a. El.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 592 sur 955

Vires, Vſus, Doſis.

Maximam ad ſtimulandum coitum vim habet, & libidinis deſiderium in utroque ſexu egregiè excitat, ſperma multiplicat: nec non conſumptos & emaciatos ſingulariter reficit. Doſis manè vel veſperi cum vino veteri aut Malvatico à Drach. ii. ad Drach. iii.

Confectio Stiptica. Mynſ.

℞. *Tinct. Croci Martis*
Chelidoniæ
Rhabarbari
Corallor. ſiccæ an. unc. j.
Tormentillæ
Zedoariæ
Gum. Arab.
Caryophyllor.
Zingib. alb.
Nuc. Moſchat. toſt. an. Drach. vj.
Terræ Sigillatæ
Succini alb. præp.
Calami aromat.
Galang. min.
Cardamomi utriuſque
Cinamomi acut. an. unc. ß.
Teſt. Cancror. fluviatil. in acet. coct.
Sem. Sangvinariæ
Plantaginis
Papav. nigri
Cort. Aurantior. an. Drach. iij.
Fol. Salviæ acut.
Sangviſorbæ
Mentæ criſp. an. Drach. ij.
Priapi Tauri
Coriand. præp.
Acatiæ an. Drach. i. ß.
Nuc. Cupreſſi
Ranar. combuſt.
Talci calcinat. an. drach. j.

Omnia ſubtiliſſimè pulv. miſc. & cum miva Cydoneor. fiat l. a. Electuarium, cui adde: Ol. Carminativi noſt. Drach. iii. Et reſerva ad uſum.

Vires, Vſus, Doſis.

In omnibus alvi profluviis: Dyſenteria nempè, Diarrhæa, Lienteria, fluxu Hepatico, Hæmorrhagia narium, menſibus ſuperfluis, ſangvinisque rupturis etiam deſperatiſſimis experimentum eſt mirabile: Confortat enim inteſtina & membra interiora, conſtipando naturam, reficit. Doſis à Drach. i. ad Vnc. s. ex vino Malvatico vel alio generoſo, horis aliquot longè à paſtu, vel manè Stomacho ieiuno.

Confectio Terebinthinata. Mynſ.

℞. *Terebinth. Cypriæ in vino Rhenano lota ℥ ij.*
Sacchari candi alb. ℥ j. ß.
Pul. Rad. Glyzirrhiz. raſæ drach. vj.
Spec. Diarrhod. Abb. ℥ ß.
Sem. 4. frig. major. an. Drach. j.
Nitri præp. ſcrup. j.

Miſce & fiat cum Syrupo violarum, mixtura.

Vires, Vſus, Doſis.

Tuſi ac Tabi convenit. Vitia pectoris expurgat. Vrinam cit. Stranguriam ſolvit. Renes detergit & illorum dolores levat. Cruda concoquit. Ventrem emollit & alvum ſubducit. Doſ. à Drach. i. ad Drach. i. s. & Drach. ii.

Theriaca Febrilis. Mynſ.

℞. *Spec. Febrifug. noſt. ℥ iij.*
Conſ. Abſinthii Pontic.
Card. bened.
Flor. Centaur. min. an. ℥ ij.
Theriac. Androm. ℥ i. ß.
Corn. Cervi ſine igne calc.
Diaphoret. min.
Zingiberis alb. an. Drach. iij.
Spec. Diamoſchi dulc.
Diambræ an. drach. i. ß.
Camphoræ in Spec. Angelicæ diſſ. drach. ß.

Miſc. & cum Rob. Sambuci fiat Electuarium.

Vires, Vſus, Doſis.

Curat ferè omnes Febres, & in ipſa Peſte etiam valdè utilis eſt. Doſis à Drach i. ad Drach. ii. cum aq. Febrifug. noſt. vel cum aq. Card. bened. vel ſcabioſæ, vel Calendulæ, &c. bibat horis duabus ante accesſionem, cooperiatur & in lecto maneat & ſudet; hoc enim pacto multas Febres præcipitat.

Electuarium Opticum. Mynſ.

℞. *Rad. Eleniicondit.*
Myrob. chebul. cond. an. ℥ ij.
Piperis longi
Caryophyllor. an. ℥ j.
Macis
Galang. min.
Zingib. alb.
Cubebarum an. ℥ ß.
Fabar. marin. præp.
Oc. Luciorum
Euphraſiæ
Pulegii
Chamædryos
Flor. Tunicæ
Anthos an. drach. iij.
Sem. Sileris montan.
Fœniculi an. drach. ij.
Aniſi
Petroſelini
Apii
Anethi
Saxifragiæ alb. an. drach. i. ß.

Omnia pulveriſata miſc. cum Sachari alb. Vnc. xxiv. in Sp. Iuniperi & Succor. depur. tor. Salviæ, Rutæ, Chelidoniæ, Hyſſopi ana s. q. diſſ. & ad iſtam conſiſtentiam coct. f. Electuarium, cui adde:

Ol. Cinamomi
Nuc. Moſchat. an. Drach. j.

Denuò miſc. & ad uſum reſerva.

Vires, Vſus, Doſis.

Stomachum confortat, ſuperfluos humores conſumit, Renes mundificat, & ad omnem ventoſitatem expellendam valet. Maximè autem lumen debile reſtaurat & in viſus imbecillitate undecunque iam proveniente, infuſionib⁹, Experimentũ eſt mirabile. Doſ. continuè, mane Stomacho ieiuno & veſperi eundo cubitum, quantitas Nuc. Caſtanear. Quia ſic utentes, claro & libero viſu, ſine oculari, parvas etiã literas uſq; ad finẽ vit. perf. legere ſolẽt.

Electuarium Opticum Adolph. Ocnis ll.

℞. *Specierum Piriſarchontici*

Sem-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 593 sur 955

Sem. Fœniculi an drach. j.
Macis
Cubebarum
Cinamomi
Piperis longi
Caryophyllorum an ſcrup. ß.
Euphragiæ unc. ß.
Succi Salviæ
Rutæ
Chelidonii an. unc. ß.
Sacchari clarificati unc. j.
Mellis Roſati unc. v.

Coquantur ſuccicum melle ad ſpiſſitudinem, deinde ſpecies tritæ addantur.

Hoc Electuarium avus primum meus, deinde pater, piæ & reverendæ memoriæ, feliciter, uſi ſunt in viſus imbecillitate undecunque proveniente, & ſuffuſionibus, unde nomen etiam traxit. Vide Norimb. fol. 33.

Electuarium Stomachicum. Mynſ.

℞. Amygdalar. dulc. unc. viij.
Calami aromat.
Zingib. albi
Gran. Paradiſ. an. unc. j.
Mentæ criſpæ
Zedoariæ
Gran. Iuniperi
Rad. Pimpinellæ an. drach. vj.
Acori aquat.
Caryophyllatæ
Tormentillæ
Enulæ camp. an. unc. ß.
Galang. min.
Nuc. Moſchat.
Maſtich. elect.
Caryophyllorum
Macis
Piperis longi
Cinamomi
Sem. Ameos an. drach. ij.

Terantur, miſc. & cum Sacchar. albi s. q. in aq. Stomachali noſt. diſſolut. fiat Electuarium? cui adde: Eliv. Vitrioli noſt. q. s. ad gratiam acetoſitatem, vel utere per ſe.

Vires, Vſus, Doſis.

Ventriculum calefaciendo mirè roborat. Eius mollitiem corrigit. Imbecillitatem firmat. Cōcoctionem juvat. Appetentiam deiectam ſuſcitat. Ventrem inferiorem totum & nutritionis inſtrumenta confortat. Et eſt propemodum omnium frigidarum ægritudinum peculiare remediū. Propriè tamen ad exſiccandum humiditates Ventriculi inventum eſt Doſis per ſe, manè meridie & veſperi, quantitas nuc. Moſchat. ſuperbibendo vini Malvatici 3. vel. 4. Cochlear. vel Vnc. j. aq. noſt. Stomachalis.

In Cholera Electuarium ad confortationem ventriculi Mylii.

℞. Cort. citri condit. ℥ ij.
Conſer. roſ. antiq. ℥ ß.
Rad. Hephtaphyll. } an. ℥ i. ß.
Rad. Betonicæ }
Sem. Citri ℥ ij.
Carnis Cydon. ℥ ß.
Corn. cervi uſti ℥ ij.
Bolo armeni in aquæ
Roſar. loti ℈ iij.
Syr. conſerv. citri q. ſuff.
Fiat Electuarium.

Vel: ℞. Conſerv. Roſ. antiq. } an. ℥ j. ß.
Oxalidis }
Carnis cydon. ſacch. condit. ſine ſpeciebus ℥ ij.
Pulp. Cryſtalli ℥ ij.
Santal omnium an. ℥ j.
Sem. citrii ℈ ij.
Syr. conſerv. Myrobal. Emblic. q. ſuff.
Fiat Electuarium molle.

Electuarium ad Vomitus Prævotii.

℞. Rad. Irid. lot. coct. in aq. pluvial. & perſetac. tranſm. p. ij.
Sacch. roſ. p. j. M.

Electuarium Abſinthiacum. Mynſ.

℞. Conſ. Abſinthii Pont. unc. ij.
Card. benedict.
Fumariæ
Cochleariæ an. unc. j.
Flor. Centaur. min.
Cichorei
Sambuci
Cort. Aurantiorum condit.
Nuc. Indic. cond. an. Drach. vj.
Spec Diacurcumæ
Diacubebæ
Dialaccæ an. drach. iij.
Tinct. Corallor. rub.
Mag Croci Martis an. Drach. ij.
Stercoris Anſerini verno tempore collect.
Rhabarbari opt. & elect. an. drach. i. ß.
Sal. Abſinthii Drach. j.
Ol. Salis rectif. Scr. j.

Miſc. cum Syrup. de ſcolopendriâ & Capil. Veneris an. s. q. f. Electuarium.

Vires, Vſus, Doſis.

Iecinoris, Lienis & Veſicæ ſelleæ obſtructiones etiam contumacisſimas & deſperatisſimas aperit atque tollit. Propterea in Icteritia utraque, Hydrope, &c. Experimentum eſt nobilisſimum. Doſis manè ante cibum per tres horas & veſperi eundo cubitum, quantitas Caſtanæ, plus minuſve.

Electuarium Vitæ, Arnoldi de Villa Nova. Aug.

℞. Vvarum paſſarum ℔. j.
Glycyrrhizæ raſæ drach. iv.
Aquæ fontis uncias quindecim, aut quantum ſatis.
Coquantur benè & exprimantur, quibus adde
Cort. Myrobal. Chebulor.
Citrinorum
Indorum an. unc. j.
Emblicorum
Belliricorum an. drach j.

Omnia contuſa decoquantur, exprimantur & colentur addendo
Sacchari ℔. ß.
Coquantur ad formam Syrupi.

Vltimò

Vltimò adde
Cinnamomi electi
Caryophyllorum
Galangæ
Nucis Moschatæ an. drach. j.
Sem. anisi
Fœniculi an. unc. ß.
Misceantur, ut est artis.

Ventriculum roborat, superfluitates humorum ex nutrimento præterito remanentes purgat. Vsus eius facit homines coloratos, & caniciem retardat. Describitur ab Arnoldo in Tractatu de conservanda iuventute, & retardanda senecture fol. 89. hodie non est in usu. Olim eo frequenter utebantur Paulus Ricius, & Ambrosius Iung senior, Medici celebres, qui decoctioni Myrobalanorum addebant Flor. Violarum, Borraginis, Bugloss æ, Anthos. an. scrupulos duos, Folliculorum Senæ unciam semis, & in fine Rhabarbari unciam unam, Agarici unciam mediam, & sic nonnihil alvum movebant. Hodiè à paucis est expetitum Medicamentum, cum eiusdem intentionis pleraque alia habeamus.

Electuarium de Scorzonera. Mynſ.

℞ *Rad. Scorzoneræ condit.* ℥. *vj.*
Conſ. Roſ. rub. vitriolat. ℥ *iij.*
Spec. Diarrhodon. abbat.
Diacubebæ an. unc. j.
Hepatis Lupi præp.
Nitri præp. an. drach. j.
Sem Acetoſæ
Melon. excortic. an. Scr. iv.
Tinct. Corallor. rub.
Sal Abſinthii an. drach. ß.

Miſc. & cum Rob de Berberis & Ribes ana s. q. fiat Electuarium. Cui adde Sp. Sulphuris q. s. ad gratiam.

Vires, Vſus, Doſis.

Generaliter cuilibet complexioni calidę confert: Principaliter autem in debilitate, obſtructione & dolore Epatis valet. Bilis flavæ, febriumque ardentium æſtum ac fervorem mitigat, jecur cue inflatum præcipuè refrigerat, alteratatque cõfortat. Doſis à Drach. j. ad unc. s.

Electuarium de Nitro. Mynſ.

℞ *Rad. Eryngii condit. unc. iij.*
Spec. Lithontribon. unc. ij.
Man. Chriſti ſimpl. unc. j. ß.
Nitri cum Sp. Vitrioli præp.
Sal. Abſinth. an. drach. vj.
Ol. Succini alb. rect.
Aniſi an. Drach. ß.

Miſc. & cum Syrup. Zingib. de Bingula condit. s. q. fiat Electuarium.

Vires, Vſus, Doſis.

Virtuoſiſsimè & potentiſsimè calculum Renum & veſicæ frangit, & per urinam expellit. Inſuper in Colica, ſuffocatione Matricis, obſtructione Hepatis & Lienis, debilitato Ventriculo, Febribusque quamplurimis ſecretum eſt. Doſis à Drach. j. ad Drach. ij. vel tres manè, meridie & veſperi longè poſt paſtum.

Electuarium Antinephriticum.

℞ *Rad. Altheæ* } *an.* ℥ *j. ß.*
Polypodii }
Aſparagi }
Taraxaci }
Fœniculi } *an.* ℥ *j.*
Petroſelini }
Eryngiorum }
Iujubarum }
Sebeſten. } *an. par. vj.*
Cichorii }
Agrimoniæ }
Scariolæ }
Pimpinellæ } *anæ m. j.*
Saxifrag. }
Capill. Ven. }
Sem. Carthami ℥ *i. ß.*
4. Sem. frig. maior.
Lactucæ }
Portulacæ }
Maluæ } *an.* ℥ *iij.*
Papav. albi }
Sem. Fœniculi }
Aniſi }
Bardanæ } *an.* ℥ *ß.*
Milii ſolis }
Saxifragiæ }
Fract. Alkekengi }
Senelorum } *anæ p. xij.*
Prun. Damaſ. }
Flor. Geniſtæ }
Violarum } *an. p. ij.*
Nymphææ }
Aquæ q. ſ.
Fiat decoctio, colaturæ adde
Succi limonum ℥ *iv. in quibus macera*
Folic. Senæ unc. iij.
Macis }
Cinnamomi } *an.* ℥ *ij.*
Fiat viciſsim Decoctio & Expreſsio, cui adde
Penidiorum }
Pulpæ caſſiæ }
Tamarind. Extract. } *anæ unc. iv.*
Sacchari }
Fiat & nunc Decoctio ad mellis conſiſtentiam, addendo
Pulv. Senæ unc. ij.
Cryſtalli Tartari unc. j ß.
Pulv. Diatriæ ſantali frig. unc. ß.
Miſta, fiat Electuarium.
Doſis unc. ß. ad ℥ *vj.*

Electuarium Diureticum Montagni. A.

℞ *Ciner. putam. overum ex quibus pulli excluſi*
Vitri combuſti
Lapidis Spongiæ
Indaici an. drach. j. ß.
Sem. Apii
Ruſci
Petroſelini
Aſparagi
Liguſtici an. drach. j.
Aniſi
Glycyrrhizæ an. unc. ß.
Sanguinis hirci præp. drach. v.
Mucilaginis granorum Muchoitæ (id eſt Sebeſten. ℔ *j.*
Sacchari rubei ℔ *ß.*
Oximellis compoſiti unc. iij.
Piſtaciarum depuratarum unc. iiij.

Infun-

Infundantur piſtacia in aqua cineris calidi per duos dies, poſtea minutim incidantur, & coquantur ſimul mucilagines oximel, & ſaccharum ad ſpiſſitudinem, deinde in mortario incorporentur cum piſtaciis & aliis ſpeciebus, fiat electuarium.

Confert, in urinæ retentione, dyſuria, & ſtranguria, nam urinam potenter provocat, calculos rumpit.

Vitri præparandi rationem.

Vide apud Nonimb. in correctaneis circa fine.

Sangvinis Hirci præparatio.

Hircum mediocris ætatis domi alito per mẽſem Pimpinella, Apio, Petroſelino, Leviſtico, & ſimilibus, deinde ſangvinem eius qui ex arteriis defluxit excipito, & concreſcere ſinito abiecto eo quod ichoroſum eſt, grumos ſangvinis in furno exicca. Mactandus mox eſt hircus veris exitu, ſeu principio æſtatis, Sole cancrum ingrediente. Quidam Capricornum hirco præferunt.

Electuarium Dyſentericum. Mynſ.

℞. *Conſ. flor. Papav. errat.*
Roſar. antiq. an. ℥ iiij.
Conſ. Narcotica noſt. ℥ ij.
Theriac. Venet. rec.
Tinct. Corall. rub.
Lap. Hæmatit.
Eſſ. Croci Martis an. drach. ij.
Troch. de Carabe
de Terrâ ſigill.
De Spodio an. drach. j.
Ol. Nuc. Moſchatæ
Caryophyllorum an. Scr. j.

Miſc. & cum Diacodio noſtro Crocato fit Electuarium, ut eſt artis.

Vires, Vſus, Doſis.

Ad omnia dolorifica ventris profluvia ſiſtendum, ſangvinem undecunque fluentem, menſtrua, ſputum, fluxumque ſangvineum & hæmorrhoidalem reſtringendum, ſomnum conciliandum, ulcera pectoris, pulmonis & Veſicæ conſolidandum, medicamentum eſt ſpecificum. Doſis à Drach. j. ad Drach. ij. vel tres veſperi eundo cubitum, horis aliquot poſt, longè à paſtu, vel Iejuno ventriculo manè in vehiculis appropriatis locum affectum propriè reſpicientibus, vel per ſe, &c.

Diaſcordium Roſatum. Mynſ.

℞. *Conſ. Roſ. rub. vitriolat. ℥ xj.*
Boli Armen. præp. Drach. iij.
Scordii veri Drach. ij.
Diptam. Cretici
Rad. Tormentill.
Biſtortæ
Gentianæ
Terræ Lemniæ
Cinamomi
Caſiæ lignea
Gum. Arabici
Galbani
Styrac. calam. an. Drach. ß.
Piperis longi
Zingib. alb. an. Drach. ß.
Opii ſpagyricè præp. & in vino aromat. diſſ.
Sem. Acetoſæ an. gran. xxiij.

Et cum Syr. Acet. Cit. miſce in formã Elect. craſſi.

Vires, Vſus, Doſis.

Vtimur ſecundum mentem Hieronymi Fracaſtorii feliciter in iis, in quibus Theriaca locum non habet, ut pueris & gravidis. In peſte & morbis Epidemicis correptis, & extremè deſperatis, ſequenti modo exhibere & propinare ſolemus:

℞ *Succ. citri exp. unc. j.*
Aceti flor. Sambuc.
Syr. è ſucc. Acetoſell. an. ℥ ß.
Diacordii roſat. Drach. i. ß
Pul. Bezoart. noſt. ſcr. ß.

Miſce & fiat hauſtus, qui mirabiliter operatur, & omnia venenoſa virtuoſiſſimè per ſudorem expellit.

Electuarium lcthericum. Mylii.

Conſer. Roſar. ℥ i. ß.
Flor. Cichor. ℥ j.
Galangæ ℥ ß.
Aſari ℥ j.
Sem. Aniſi ∋ j.
Laccæ rub. ∋ ij.
Limat. Eboris ∋ iv.
Cinnamomi ℥ i. ß.
Cardamomi ∋ j.
cyperi ℥ ß.
Calam. Aromat. condit.
Rad. Cichor. conditi } *an. ℥ ß.*
Pimpinellæ conditæ
Sem. Melon. excort. ∋ iv.
Mellis paſſulati q. ſuff.

Electuarium Podagricum. Myl.

℞ *Iuæ recenter inciſæ & cum melle reſervatæ ℔ ß.*
Herbæ paralyſis in melle decoctæ ℥ iij.
Caryophyllorum
Nardi
Piperis
Nuc. Moſchatæ } *an. ∋ j.*
Zingiberis
Liquiritiæ raſæ
Herb. Arthetic.
Chamæpit.
Stœchados } *an. ∋ ij.*
Acori
Maiorane
Salviæ
Flor. Anthos
Cum Melle de ſpumato q. ſ.
Fiat Electuarium.

Doſis ℥ j. *Singulis diebus exceptis calidis.*

Electuarium Podagricum. Gloſſæi.

℞ *Reſin. ſcam.*
Ialap. an. ℥ j.
Hermod. ℥ vj.
Sagap. ℥ i. ß.
Sem. aniſi –
Fœnic.
Cariũ
Milii ſolis
Gary.
Mac.
Coſt.
Zinzib.
Maſtich ana ∋ ß.

Liqué-

Liquetur ſagapenum in aceto ſquill. per ſetac. col. & adde pulv. in mortar. marm. add. ſacchar. per vicem & irror. Aq. Camæpit. add. Eſſent. aniſi ʒ x.

Doſis ʒ ij. ad ʒ ß. ſingulis menſibus in Lun. caſu.

Catharticum Cæſareum. Mynſ.

℞. Zingiberis de Chinâ condit. ʒ ij.
Mag. Scammonii unc. ß.
Conſ. Alkermes drach. i. ß.
Spec. Diarrhod. Abb. Sp. vitriol. irrorat.
Cryſt. Tartari an. drach. ß.
Gallia Moſchat. verè ſcr. j.
Ol. Cinnamomi ſc. ß.
Syrup. ſuprà dicti Zingib. cond. q. ſ.

Miſce in formam boli pro uſu.

Vires, Vſus, Doſis.

In omnibus frigidis affectibus, jucundum eſt catharticum; quod Principibus & Magnatibus ordinare ſolemus: Corpus enim humanum magnificè & ſine omni læſione, perpurgat. Animum recreat. Appetitum excitat: Omnia membra principalia roborat. Fœtorem oris & naſi emendat. Sangvinem rectificat. Flatus diſſipat & Colicis cruciatibus mirè confert, Doſis à ʒ j. ad ſcr. iij.

Catharticum Regium. Mynſ.

℞. *Conſ. Alkermes vitriolat. drach. x.*
Mag. Scammonii unc. ß.
Pulv. Roſar. rub. Sp. vitrioli irrorat.
Acidi Tartari an. drach. j.
Nitri præparat. ſcr. j.

Miſce in formam boli pro uſu.

Vires, Vſus, Doſis.

Confectionem hanc Alkermes ſolutivam pro delicatis inveni; & eſt in febribus malignis, & affectibus omnibus calidis, biliosis, & ex materia mixtâ enatis ſaluberrimum catharticum; quo Reges & Principes utuntur: Vtramque enim bilem, ſine nauſeâ & moleſtiâ purgat, malorumque humorum reliquias, nec non ad articulos, renes & veſicam decumbentes humors tartareos, cor refrigerando, ſangvinem mundificando, membrisque principalibus robur addendo, ſuaviter & blandè educit, Doſis à Drach. j. ad Scr. iiij.

Annotatio.

Pro tenuioris fortunæ hominib⁹ loco Conf. Violar. vitriolat. ſubſtituitur, & æque efficax eſt compoſito.

Catharticum Roſatum. Mynſ.

℞. *Conſ. Roſ. rub. vitriolat. unc. vij.*
Scammon. Roſat. drach. x.
Spec. Diarrhod. Abb. Sp. Vitrioli irrorat. ʒ j.
Nitri præp. drach. i. ß.
Ol. Cinnamomi ſcr. j.

Et cum modico Syrup. Roſat. ſolut. vitriolat. miſce in formam boli.

Vires, Vſus, Doſis.

Expellit flavam bilem citra moleſtiam, & Epar calidum alterando & confortando expurgat. ad morbos articulorum ex biliosis & calidis humoribus natos, & ad Febres tertianas mirificâ confert Boni inſuper & grati ſaporis eſt, ori vẽtriculo & viſceribus gratum; Propterea nauſeabundis picochrolis delicatulis virginibus, pueris & ſenibus, catharticum conveniens & appropriatum eſt, qui inde non exiguum fructũ percipiunt. Doſis à dr. ij. ad drach. iij. magno emolumento & nullâ ægrotãtium moleſtia exhiberi poteſt.

Catharticum Violatum. Mynſ.

℞. *Conſ. Vitriolar. rec. violat. unc. iv.*
Hermodact. veror. & à cort. mund. unc. iij.
Mag. Scammonii drach. x.
Tartari vitriolat. drach. vj.
Cinamomi acut.
Caryophyllor.
Zingib. alb. an. drach. j.
Ol. Cymini Scr. j.

Et cum Syr. è ſuc. Viol. vitr. miſce in formam boli.

Vires, Vſus, Doſis.

Hæc de Hermodactylis confectio, eſt admirandæ virtutis & facultatis in Arthridide, Schiaticâ & ſimilibus junctũrarum doloribus; purgat enim ſecurè & lenter omnes defluxiones podagricas: vidimus etiam multos podagricos perpetuo cruciatu langventes, & in lectulo miſerè jacentes, hoc cathartico aliquoties uſos, adhibitis ſimul in unctionibus exrernis, adeò revaluiſſe, ut expeditiores, quam antea ad ſolutiva negotia redierint. Verùm non duntaxat præſente iam morbo, ſed quolibet anno bis, vere ſcilicet & autumno præſervationis gratia prudenter utendum. Doſis à Drach ij. ad Drach. iij.

Catharticum Caryophyllatum. Mynſ.

℞. *Conſ. flor. Tunicæ vitriolat. unc. vij.*
Turbith alb. & Gum. ʒ ij.
Scammonii roſat. drach. x.
Caryophyllor. elect. unc. j.
Cryſt. Tartari drach. vj.
Cinamomi acut.
Macis an. drach. i. ß.
Ol. Aurantiorum ſcr. j.

Et cum Syr. Cort. Citri Moſch. miſce in form. boli.

Vires, Vſus, Doſis.

Excrementa humorum frigidorum, maximè putritoſorum ac putridorum, Capiti, Pectori, Ventriculo, Articulis, Inteſtinis, aliisque membris principalibus & nutritionis inſtrumentis inhærentia, ſuaviter & copioſè educit Febribus compoſitis & diuturnis auxiliatur. Colicis cruciatibus à causa frigidâ; immò ceteris morbis omnibus ex crudo & frigido humore ortis, mirabiliter prodeſt. Tum quoque remedio eſt iis, quibus cibus in ventriculo aceſcit, quique nauſeâ aſſiduè infeſtantur & ſaliva abundant. Doſis à Drach. i. ſ. ad Drach. ij. & drach. præſertim in robuſtioribus plus minuſvè, pro ratione ætatis, temporis & ſumentis viribus.

Zingiber purgans. Mynſ.

℞. *Conſ. Anthos unc. iij.*
Zingib. de Bingalâ condit. unc. iiij.
Scammonii roſat. drach. x.
Spec. Diarrhod. Abb. unc. ß.
Galang. min.
Macis an. drach j.
Cardamomi min.
Caryophyllor. an. ſcr. ij.
Flav. cort. Aurantior.
Citri an. drach. ß.
Gallia moſchat. verè ſcr. j.

Et cum Syrup. ſupradicti Zinzib. condit. miſce in formam boli.

Vino

Vires, Vſus, Doſis.

Corpus univerſum à phlegmate, cholera, ceteriſq; vitioſis humoribus omnibus incolumiter purgat. Ex Stomacho utramque bilem deducit, & os jucunde olens reddit. Inteſtina frigida confortat, frigiditatemque removet. Flatus craſſos diſſolvit & Sanguinem clarificat. Non eſt ingrati ſaporis & odoris; ſed valdè ſalubris in febribus quam plurimis, omnibuſque morbis à cauſa frigida ortis; nec non in Colica, Inflatione & dolore Ventriculi, Cordis, Iecinoris, Splenis, Renum & dorſi. Doſis à Drach. ij. ad Drach. iij in aurora matutina.

Cinnamomum laxativum.

℞. *Sachar albiſſ in aq. Cinnamomi diſſ. Vnc. iij.*
Scammonij roſat. Drach vj.
Spec. Diacinnamomi Vnc. ß.
Ol. Cinnamomi Scr. j.
Miſce in formam boli, pro uſu.

Vires, Vſus, Doſis.

Bilem utramque & pituitam ex capite, thorace, ventriculo, epate, juncturis, &c. & ſine moleſtia elicit. Et hæc compoſitio poteſt etiam fieri in forma ſolida. Doſis à Drach. ij. ad Drach. iij.

Catharticum cholagogum. Mynſ.

℞. *Suc. Roſar. rub. expreſſ.*
Sacchari albiſſ. ana Vnc. viij.
Spec. Diarrhod. Abbat. vitriolat. Drach. ix.
Mag. Scammonii Vnc. j.
Spodii Drach. j. ß.
Galliæ Moſcat. Scr. j.
Saccharum cum ſuc. Roſarum ad conſiſtentiam coquantur, deinde tritæ ſpecies adiiciantur, ut f. Elect. de ſuc. Roſarum noſtrum.

Vires, Vſus, Doſis.

Ad purgandum materiam calidam & biliоſam in omnibus morbis calidis & biliоſis affectibus, felicisſimè utor. Doſis à Drach. ij. ad Drach. iij.

Catharticum vitæ, Mynſ.

℞. *Theriac. Venet. Vnc. ij.*
Spec. Diaeſulæ noſt. Vnc. j. ß.
Mercur. vitæ Drach j.
Miſce & cum Syrup. pectoral. noſt. f. Electuarium craſſum.

Vires, Vſus, Doſis.

In Febribus, Peſte, Capitis morbis, Lue Venerea, Lepra, Cacochymia, Hydrope, Ulceribus fætidis, &c. medicamentum eſt præſtantiſſimum, & in Quartana ſecretum: Quia in toto corpore humano nihil impuri relinquit. Doſis à Drach. j. ad Drach. j. ß. & Drach. ij. Et non detur antè cibum, ſed à paſtu: nam ita promptius ægrotantes evomunt.

Diaturbith minerale. Mynſ.

℞. *Mithridat. Dam. Vnc. iij.*
Turbith mineral. veri
Spec. Diarrhod. Abb. ana Vnc. ß.
Sp. Vitrioli rectificat.
Ol. Carminat. noſt. ana Scr. j.
Miſce cum Syrup. de Iujubis in formam Electuarii craſſi.

Vires, Vſus, Doſis.

In morbis deſperatis, utpote: Hydrope, Lue Venerea, Podagra, Icteritia, &c. Catharticum eſt excellens; habet enim vim expellendi. In fiſtulis, ulcaribus malignis, Peſte, Febribus multis, &c. nil præſtantius aut nobilius. Doſis à Drach. j. ad Drach. j. ß. ſuperbibendo parum vini albi.

Confectio paſſulata. Mynſ.

℞. *Fol. Senæ ſ. ſtip. Vnc. iiij.*
Rad. Polypodii querc. Vnc. ij.
Scorzoneræ
Buglоſſæ ana Vnc j.
Cichorei
Glycyrrhizæ ana Vnc. ß.
Vini Malvatici Lib. iiij.
Inciſa & contuſa ebulliant & in Colatura expreſſa iterum infunde per noctem:
Flor. Malvæ arbor. rub.
Perſicorum
Violarum
Roſarum
Acatiæ ana P. ij.
Zingic. alb.
Cinnamomi
Galang. min ana Drach. j.
Deinde colentur cum forti expreſſione & in Colatura denuo infunde:
Paſſular. Corinth. repurgatar. & vino albo elotar. Vnc. vj.
Sem. Cartharmi excort. Drach. iij.
Iujuben
Sebeſten
Prunor. parvor. exoſſat. ana Nr. xxj.
Coq. & extrahantur per cribrum mundum, addendo.
Man. Chriſti anniſat. Vnc. iiij.
Pulp. Tamarindor.
Mannæ elect. ana Vnc. j. ß.
Crem. Tartari Vnc. j.
Miſc. & inſpiſſentur ad formam Electuarii mollis.

Vires, Vſus, Doſis.

Suaviſſimum & mitiſſimum eſt medicamentum, leniens, & confert iis, qui ſemper dura ſunt alvo: Hanc enim ſine moleſtia & innoxiè ſubducit; nec non tam flavam quam atram bilem leniter educit. Sanguinem inſuper mundificat & ejus acrimoniam compeſcit. Renum quoque & Veſicæ vitiis prodeſt, & à calculi generatione prohibet. Doſis à Drach. iij. ad Unc. ß. plus minuſve.

Catharticum paſſulatum. Mynſ.

℞. *Conf. Paſſulatæ noſt. Vnc. ij.*
Rad. Gialappæ gumoſ. Vnc. j.
Ol. Aniſi Scr. j.
Et cum Syrup. Cinnamomi miſce in formam boli pro uſu.

Vires, Vſus, Doſis.

Pituitam, utramque bilem & aquam evacuat, ceteroſque humores & peccantes materias omnes educit. Flatus expellit. Obſtructiones referat. Sanguinem puriorem reddit. Articulorum, Coli & Renum doloribus utile eſt Aſthmati, Tuſſi veteri, & Lue Venerea vexatis convenit: Moleſta etiam non eſt huius Cathartici ſumptio; quia nullius mali ſaporis eſt particeps: Ideoque omnibus, qui vetera medicamenta reſpuunt, amiciſſimũ eſt. Doſis à Drach. ij. ad Drach. iij.

Catharticum peruvianum liquidum. Mynſ.

℞. *Elect. Diacori Vnc. vj.*
Ext. Gum. de Peruroſat. Vnc. j.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 598 sur 955

Spec. Diarrhod. Abb Vnc.ß.
Ext. Granor. Chermes Drach.iij.
Gallię Moſchat. verę Drach.ß.
Ol. Macis Scr.j.

Et cum pauxillo Syrup. Cort. Citri condit.f.Electuarium craſſum.

Vires, Vſus, Doſis.

In valentiſſimis & contumacibus morbis quam plurimis, ſeroſa excrementa, ſeu aquas in abdomine collectas, & pituitam tam crudam quam craſſam ex partibus etiam remotiſſimis, potentiſſimè evacuat: Ob id Arthritidi & articulariis morbis convenit; nec non Hydropem, Aſcitem & Anaſarcam juvat. Doſis à Drach.ij. ad Drach.iij.

Paſſulæ laxativæ. Auguſt.

℞. *Fol. Sennæ Alexand. uncias quatuor.*
Cinnamomi electi
Zingiberis ana ſcrupul. quatuor.
Aq. Endiviæ & Vini albi ana uncias quatuordecim.
Infundantur per horas ſex, aut octo, deindè ebulliant, ac leniter exprimantur: huic decocto poſt colaturam adde
Sacchari albi uncias quatuor.
Coquantur ſimul ferè uſque ad conſiſtentiam Syrupi, iniiciendo tum, ut adhuc ſimul leniter bulliant.
Paſſularum minorum repurgatarum uncias duodecim.
Atque ſic lege artis poſt juſtam coctionem reponantur.
Eodem modo parantur & Zibebæ, & Pruna laxativa noſtris uſitata.

Adſtrictam alvum leniunt, fæceq; diutius detentas expellunt. Dantur pueruli, delicatulis, & hominibus alias medicinas purgantes reſpuentibus, quamvis à longinquis partibus ob facilitatem vix quidquam educere poſſint: quotidianus tamen uſus eas indies à nobis poſtulat, utpotè ad ventris obſtructiones reſerandas cunctis expetitas.

Efficaciores, ſed minus quidem gratæ evadunt hæ Paſſulæ, aut Zibebæ, ſi loco aquæ Endiviæ & vini, mucharum ſeu infuſionem Roſarum ſolutivam ſumpſeris, veruntamen tunc nonnihil amareſcunt.

Paſſulæ lavativæ.

℞ *Fol. Sennæ ſ. ſtipt. Vnc.iij.*
Rad. Turbith. alb. & gum.
Gialappæ ana Vnc j.
Mag. Scammonii
Rhabarb. elect. ana Vnc.ß.
Sem. Fœniculi
Aniſi ana Drach.iij.
Flor. Cordial ana P.j.

Miſce, & infunde in ſ.q. Sp. Vini rectificat. ſtent infuſa, quoad perfectè tingatur, ſapore atque virtute ingredientium bene imbuatur: Poſtea tinctum Spiritū ſufer per inclinationem & illum Paſſulis Corinth. Unc.ix. ſuffunde, digerantur; donec Paſſulæ Spiritum ſufficienter imbibant. Et tunc demum Paſſulis exemptis adde:

Cinnamomi acut.
Caryophyllorum ana Drach.ij.
Piperis longi
Galang min.
Zingib. alb. ana Drach.j ß.
Spicæ Indic.
Gallię Moſchat. ana Scr.ß.

Et cum Syrup. Roſat ſolutivo ſ. q. fiat l. a. conditum.

Vires, Vſus, Doſis.

Melancholicos & aduſtos humores purgant. Seroſam aquarum colluviem exhauriunt & pituitam ſalſam deturbant. Inde Lepram, cutis fœditatem & ſcabiem elegantiſſimè eluunt. In Arthritide, angustia pectoris, calculo, catarrhis, dolore & tumore utriuſque lateris remedium eſt excellens. Doſis ab Unc. ß. ad Drach. vj. plus minuſve pro ratione complexionis & ſexus.

Catharticum Terebinthinatum.

℞. *Terebinth. alb. in ſuc. Limonum aliquoties lota unc.iij.*
Spec. Lithontribon. unc.j.
Mag. Scammonii Drach.vij.
Caſſ. rec. extract.
Medul. Sem. Carthami ana Unc.ß.
Turbith. alb & Gum.
Tartari Vitriolat. ana Drach.ij.
Ol. Cinnamomi Scr.j.
Chamomill. Rom.
Aniſi ana Scr.ß.

Miſce cum Syrup. Roſar. ſolut. ſ.q. in formam boli vel Electuarii craſſi.

Vires, Vſus, Doſis.

Catharticum hoc Terebinthinatum, à Renibus potiſſimum & Veſica decumbentes humores phlegmaticos, pituitoſos, craſſos & tartareos purgat, coagulatum tartarum diſſolvit, & in omnibus calculorum generibus, in quibuſcunque etiam ſint corporis partibus, purgans eſt ſtupendum & mirabile. Doſis à Drach.j ß. ad Drach.ij plus minusvè in vino odorifero & bono.

Terebinthina laxativa. Mynſ.

℞. *Terebinth. aq roſ. lot. ℥ ij.*
Tart vitriol. ℥ ß.
Sal. ſuccini alb.
Rhabarb. el. ana ℈ ß.
Cum ſach. & pulv. liquirit.
f bolus

Terebinthina purgans eiuſdem.

℞. *Terebinth. aq. viol. lot. ℥ ij.*
Acidi Tart. ℈ j.
Mag. lap. percar.
ocul. cancri
Scammon. ana. ℈ ß.
M. f. bolus cum ſacch. & liquir. in Gonorrh. calculo.

FINIS LIBRI VNDECIMII.

LIBER

LIBER DUODECIMUS
DE ANTIDOTIS HUMIDIS ET THERIACIS.

De antidotis liquidis roborantibus, & ad multos morbos curandos, nec non ad peſtem conducentibus. Querc.

Antidoti vocabulum Græcum eſt, & per quam generale, idemque ſignificat, quod apud Latinos *Electuaria*, quaſi dicas ſelectiora & præſtantiora remedia, quibus conſervatur valetudo proſpera, & depellitur adverſa.

Hoc remediorum genere comprehenduntur electuaria mollia purgantia & confectiones ſive trageæ aromaticæ, ac cordiales, de quibus jam egimus; nunc ergo dicendum tantum reſtat de iis, quæ in conſiſtentia molli ad diverſos uſus ſunt accommodata.

Antidotus cephalica major.

℞. *Extracti cephalici maioris* ℥ij.
Magiſterii cranii humani ℥ j. ß.
Salis cranii ℥ ij.
Eſſentiæ caſtorei ℈ iiij.
Spec. Diambræ
Diamoſchi dulcis an. ℥ j.
Ol. Caryophyllorum
Nucis moſchatæ chymice extractorum ana gutt. x.
Syr. Conſervæ citri q. ſ.

Ut fiat antidotus vel electuarium mollis conſiſtentiæ: doſis ℈ j. Formabis inde, ſi voles, exiguam pilulã, aut de ea parum diſſolves in aqua cephalica, morbo, qui expugnandus eſt, congruente. Hæc antidotus juvat imprimis ad omnes cerebri affectiones, eiuſque ſubſtantiam, facultatem animalem mirifice corroborat: prodeſt apoplexiis, paralyſibus, epilepſiis, vertigibus, fumoſq; vaporoſos, qui in ſublimi cerebri regione ſuſpenſi, ſomnolentiam, torporem, & ſtupiditatem plerumq; inducunt, diſpellit & diſcutit: memoriam roborat, oculorum hebetudinem acuit, ad auriũ tinnitum & ſurditatem confert: & humores lentos ac craſſos, tanquam horum malorum cauſas antecedentes extenuat & diſſipat: ſed generalium tamen uſus ſemper præmitti debet.

CAUTIO.

Ad novam hanc formularum præſcriptionem, quæ ab extracto majori cephalico, & à magiſteriis & eſſentiis ſumit initium, forte quis mirabitur, & in eruendo horum verborum ſenſu OEdipo opus eſſe contendet. Cui ut ſatis fiat, paulo poſt dabimus eorundem remediorum amplas & perſpicuas deſcriptiones: & deſcribemus *cap. de extractis* magiſterium cranii humani, & eſſentiam caſtorei, & *cap. de ſalibus* præparationem cranii. Ne tamen quenquam fors offendat quantulacunque laboris moleſtia, hic compoſitionem extracti huius maioris delineare, æquum eſſe duximus, ut poſtquam ſicut hic præcipua capitalia, & ea, quæ cerebri affectibus graviſſimis ſunt ſpecifica & appropriata, non omiſſa eſſe conſtiterit, ſimile fiat judicium de cæteris extractis, paulo poſt deſcribendis, quæ pariter reliquis nobilibus partibus confirmandis, earum intemperiebus corrigendis, morbiſque & ſymptomatis inde contractis edomandis, accommodabimus.

Extractum igitur cephalicum majus præparatur.

Cum rad. acori
Pæoniæ
Viſco querno
Ligno aloes
Baccis iuniperi
Sem. pæoniæ.

Ex quibus omnibus contuſis & invicem mixtis fit extractum, ut docebimus: Item extractum ex aromatibus elicitur, nempe ex

Cinnamomo
Caryophyllis
Macè
Nuce moſchata
Cardamomo &
Fructibus anacordorum,

Nec non ex floribus.

Anthos
Salviæ
Primulæ veris
Pæoniæ
Calendulæ
Betonicæ
Lavendulæ
Stœchados Arab.
Flor. lilij convall.
Euphragiæ
Tiliæ arboris.

Ex triplici horum extractorum ſeorſim præparatorum genere fit (per mixtionem) extractum unum maius, hoc eſt, ex his omnibus elicitur una vera & eſſentialis agendi operandique virtus, quæ tanquã nucleus, cortice ſuo longe præſtantior & nobilior exiſtit: ſicut quilibet, niſi forte ingenii ſtupiditas & craſſities, obſtet; facile colligere poteſt, ex quo majore extracto, additis magiſteriis, eſſentiis, & aliis remediis commemoratis, componitur prædicta major antidotus. Antidotus cephalica minor in ſui compoſitionem recipit tantum extracta herbarum & florum *meliſſæ, betonicæ, pæoniæ, ſalviæ, roſmarini*, & extracta quorundam ſeminum & aromatum cephalicorum: quæ præparatio nec tam exacti, difficilis, & laborioſi eſt artificii: nec ad tot tantoſq; cerebri affectus eſt efficax, ac altera illa antidotus major, velut ſtatim ex diverſa utriuſque cõpoſitione eluceſcet. Hinc in illis idem æque ſtatuimus diſcrimen obſervandum, ac in cæteris minoribus, quas, ut videre licebit, reliquis corporis partibus nobilibus adaptabimus: ubi non tam exquiſitis artis ritibus, nec tot impenſis, nec etiam tam longo temporis ſpatio opus eſt, ac in majoribus iſtis, quas ditioribus

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 600 sur 955

tantum dicatas volumus: sunt minores, tenuioris fortunæ hominibus præscriptæ, quod tantū obiter monere placuit.

Præparationes extractorum, essentiarum, magisteriorum & salium, ex quibus antidota nostra componimus, ad calcem hujus pharmacopœæ nostræ, uti modo dictum est, facili methodo & ordine edocebimus. Hoc etiam obiter notandum est, antidotos ejusmodi diuturnæ adservationi præ reliquis vulgaribus longe aptiores esse. Sequitur nunc descriptio sive formula antidoti nostræ Cephalicæ minoris.

Antidotus hepatica minor pro gregariis.

℞. *Extract. minoris cephalici* ʒ *iij.*
Diacori
Confect. anacardinæ an. ʒ *ij.*
Ol. de nuce mo[s]chata ℈ *j.*
Misce: dosis ʒ ß. *vel* ʒ *j.* mane

Cerebrum nubilum serenat, omnibusque frigidis ipsius affectibus conducit: totam massam sanguinis spirituſque, præsertim animales reddit puriores & tenuiores, inde ad restaurandos omnes sensus tam internos, quam externos, ad memoriam præsertim mirifice confert.

Antidotus theracica major proditoribus.

℞. *Extracti minoris thoracici* ʒ *iij.*
Extracti pulmonum vulpis &
Leporis invicem præparati ʒ *j.*
Butyri seu lactis sulphuris ʒ ß.
Rubini sulphuris terebinthinati ʒ *j.*
Syrupi hederæ terrestris q. suff.
Fiat antidotus: dosis ℈ *j.*

Præparationem extracti nostri maioris thoracici, nec non extracti pulmonum vulpis & leporis: butyri item sive lactis sulphuris, ejusdemque balsami sive rubini *infra* descriptam reperies: præparantur enim diversis operationum methodis: omnia tamen & singula maxime oportuna & specifica sunt deploratis pulmonū affectib⁹, ut sūt phthisis, empyema, asthma, dispnœa & orthopnœa: in quibus desperatis & fere incurabilibus morbis extirpandis mira præstabit antidotus nostra major.

Antidotus thoracica minor pro gregariis.

℞. *Extracti minoris thoracici* ʒ *ij.*
Flor. Sulphuris optime præparatorum ʒ *ij.*
Spec. Diatereos simpl. ʒ *j.*
Spec. Diatragacanthi frig. ʒ *j.* ß.
Pulmonis vulpis vulgari modo præparati
Elect. resumptivi &
Diapapaveris an. ℈ *iij.*
cum syrupo violato fiat Antidotus.
Dosis ʒ *j.* ß. *vel* ʒ *ij.*

Valet etiam adversus omnem thoracis noxam: lenit, humectat & confortat pulmones, ad anacatharsin conciliandam, semper prodest; tussiculosis, & purulenta extussientibus mirifice succurrit, itemque extenuatis & hecticis: defluxiones etiam sistit, & somnum conciliat.

Antidotus cardiaca maior proditoribus.

℞. *Extracti lardiaci maioris* ʒ *iij.*
Magisterii corallorum
Magisterii hyacinthorum an. ʒ *ij.*
Essentiæ fructuum anacard. ʒ ß.
Essentiæ croci ℈ *ij.*
Essentiæ camphoræ ℈ *j.*
Lapidis bezoardici veri
Vnic. ornu an. ʒ *j.*
Ambræ grisea ʒ ß.
Ol. corticum citrij.
& Cinnamomi, hymice extractorum. ana gutt xij.
Aquæ theriacalis cardiacæ, vel elixiris vitæ q. suff. ut fiat antidotus: dosis ℈ j.

Admirabilis est huius antidoti efficacia adversus omnes cordis affectus, syncopes, lipothymias, cardialgias. Tuetur cor ab omni veneno: estque præstantissima medicina tam ad præservationem, quam ad curationem pestis, sive interius assumpta, sive exterius in forma epithematis cordi appositа, dissoluendo unam atque alteram drachmam huius antidoti in quadam aqua theriacali aut cordiali.

Antidotus cardiaca minor pro gregariis.

℞. *Extracti minoris cardiaci* ʒ *iij.*
Confect. de Hyacintho
Confect. alkermes an. ʒ *iij.*
Elect. de gemmis
& Dianthos an. ʒ *ij.*
Diambræ
Diamoschi dulcis an. ʒ *j.*
Margaritarum præparatarum
Corallorum præparatorum
Ossis de corde cervi an. ʒ *j.* ß.
Trochiscorum diarrhodon, & de
Camphora an. ʒ ß.
Syrupi con. ervæ citrii q. s.
Et fiat antidotus: dosis ʒ *j.* ß. *vel* ʒ *ij.*

Utilis est ad eosdem cordis affectus, sed virtute ea tam potentem & efficacem non habet, ut prior.

Antidotus stomachica minor pro ditioribus.

℞. *Extracti stomachici maioris* ʒ *ij.*
Extracti tunicarum interiorum ventriculi gallinæ
Extracti baccarum juniperi
& myrobalanorum omn. an. ʒ ß.
Rosatæ novellæ ʒ *j.*
Olei è nuce mo[s]chata, hymice extracti ʒ ß.
Oleorum Caryophyllorum
& corticum citrii, hymice etiam extractorum an. ℈ *j.*
Cum syrupo corallorum fiat antidotus: dosis ʒ ß.

Omnibus stomachi vitiis & imbecillitatibus opitulatur, eumque corroborat adversus vomitum, & omnem intemperiem frigidam, à pituitosis & mucilaginosis humoribus tunicis ejus inhærentibus ortam: inde cruditates tollit, flatus & ventos dissipat, & una eademq; opera ciborum concoctionē mirifice juvat.

Antidotus stomachica minor pro gregariis.

℞. *Extracti stomachici minoris* ʒ *ij.*
Spec. Aromatici rosati ʒ *ij.*
Elect. Dialangæ
Dianisi
Diacinnamomi an. ʒ *ij.* ß.
Ambræ grisea ℈ *j.*
Cum syrupo conf. citrii, vel de mentha fiat antidotus.
Dosis ʒ *j.* *vel* ʒ *j.* ß.

Præstans quoque est ad omnes ventriculi affectus à frigida causa productos.

Si roboratione & adstrictione simul opus est, sicut usus in diarrhœis postulat: adiicies *mixæ cotoneorum, electuarii*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 601 sur 955

electuarii de sorbis, & *de baccis myrti*, quantum voles.

Antidotus hepatica maior pro ditioribus.

℞. *Extracti hepatici maioris* ℥ *iij.*
santalorum omnium ℥ *vj.*
chelidoniæ ℥ *ß.*
hepatis vituli ℥ *j.*
Arcani tartari ℥ *ij.ß.*
Magisterii corallorum ℥ *iij.*
Olei sulphuris in crocum conversi, ut docebitur ℥ *j.*
Olei martis ℥ *j.*
Syrupi corallorum q.s.

Ut fiat antidotus: dosis ʒ *j.* per se, vel cum jusculo, vino, aut liquore aliquo convenienti.

Hermetici nobis veniam dabunt, quod ipsorum arcanis & magisteriis ad Dogmaticorum Pharmacopœam expoliendam & illustrandam utamur, huc me impellit aliorum remediorum inopia: quandoquidé hoc non præstantius occurrat medicamentum ad corroborandum hepar & facultatem naturalem, quâ instaurat & confirmat adéo, ut ii, qui ex hepatis imbecillitate proclives sunt ad hydropisim, (utpote dum sanguifica ejus vis vitiata serosos tantum generat humores, unde istius mali scaturigo & fons promanat) præsentissimum inde auxilium & levamen percipiant, sicut & omnes cachectici & icterici. Idem remedium specifica sua proprietate jecur quoq; liberat ab humorum infarctu, omnibusq; prodest dysenteriis, & lienteriis, & fluxibus hepaticis: ejus quoq; efficacia summa nullo satis encomio potest prædicari, uti abunde id testabuntur suspiciendi ejusdem effectus. De præparatione omnium enarratorum extractorum, ut *magisterii corallorum*, aliorumque similium remediorum specificorum, in prædictam antidotum ingredientium, & neutiquam vulgarium, *infra* ad finem huius libri dicetur, ut jam *supra* promisimus.

Antidotus hepatica minor pro gregariis.

℞. *Extracti hepatici minoris* ℥ *iiij.*
Trochisc. Diarrhodon
Corralli præparati an. ℥ *ß.*
Trochiscorum de cupatorio
Trochiscorum de rhabarbaro ana ℥ *ij.*
Spec. Dialaccæ majoris
Diacurcumæ minoris an. ℈ *iij.*
Croci martis optimè præparati ℥ *ij.*
Tincturæ rosarum q. suff.

Ut fiat antidotus: dosis ℥ *j ß. vel* ℥ *ij.*

Excellens etiam est ad omnem debilitatem & obstructionem hepatis: unde provenire solent hydropes, cachexiæ, fluxus hepaticus, & similia plura mala: sed tamen vi & præstantia non accedit ad priorem antidotum majorem. Communi enim plebeculæ & vulgo tantummodo debentur communia & vulgaria remedia.

Antidotus splenitica major.

℞. *Extracti splenitici maioris* ℥ *ij.*
Extracti lienis bovis ℥ *j.ß.*
Extracti seu faculæ rad. Aronis ℥ *ij.*
Salis ceterach
Salis fraxini ana ℥ *j.ß.*
Croci martis cum sulphure præparati, ut artis est ℈ *iiij.*
Vini chalybeati q. suff.

Ut fiat electuarium: dosis ℥ *ß. vel* ℥ *j.*

Nobilis est & bona ad omnes durities & oppilationes lienis, & totius mesenterii & ad quævis vitia ac symptomata, quę inde promanare queunt: veluti sunt cachexiæ, febres quartanæ, icterus niger, suppressiones mensium & similia.

Antidotus splenitica minor.

℞. *Extracti splenitici minoris* ℥ *iiij.*
Elect. Diacapparis ℥ *ß.*
Elect. è scoria ferri ℥ *vj.*
Diacostí ℥ *ij.*
Diatrionpiperion ℈ *iiij.*
Syrupi de pomis redolentibus q. suff.

Ut fiat antidotus.

Conducit quoq; ad splenis durities & obstructiones, & imprimis ad febrem quartanam

Antidotus nephritica maior.

℞. *Extracti majoris nephritici* ℥ *ij.*
Oculorum cancri
Testarum ovorum ana ℥ *ij.*
Magisterii lapidis Iudaici
Magisterii lapidis lyncis an. ℈ *j.*
Olei terebinthinæ guttulas xx.

Misce, fiat antidotus: dosis ℈ *ß. vel* ℈ *j.* ad summum cum aqua antinephritica, vel cum vino albo.

Admirandum remedium ad attritionem, comminutionem & expulsionem calculi renũ, & ad omnem datur vrinæ retentionem, provocando statim urinã. Parum tantum de ea antidoto capiendum est. In fortissima enim urinæ suppressione sufficiunt duo vel tria grana ad summum solius magisterii lapidis Iudaici, vel lapidis lyncis: tanta penetrandi vi & potestate huiusmodi pollent medicamina. Nulla enim ischuria aut urinæ suppressio tam fortis erit, quin prædicta antidoto solvi & evinci queat. Methodus autem horum extractorum & magisteriorum præparandorum *infe-rius* suo tradetur loco.

Antidotus nephritica minor.

℞. *Extr. Nephritici minoris* ℥ *iij.*
Pulv. pellículæ internæ testarum ovorum
Pellículæ internæ ventriculi gallinarum an. ℥ *ij.*
Salis testæ bovis
Salis prunellæ an. ℥ *j.ß.*
Succi limonum q.s.

Ut fiat antidotus: dosis ʒ *ß. vel* ℥ *j.*

Antidotus hæc excellentissima quoq; est ad eosdé affectus, ut prior, nisi quod operandi effectus ostendet paulo debiliores & tardiores: cuius usus quoq; est in extremis malis, hoc est, quando à calculo, arenulis, & simili materia tartarea utrorumque renum facta est obstructio, adeo, ut urina penitus suppressa, æger præangore & dolore perpetuum emittat clamorem, & in summo vitæ discrimine versetur. Huius nihilominus antidoti nephriticæ minoris experimentum fieri potest, utpote quæ ad *supra* enumeratos affectus longe profecto efficacior existit, quam *electuarium Iustini, lithontribon, de cicadis*, & similia nephritica remedia vulgaria, quorum *supra* mentio facta est. Quid per *sal prunellæ* intelligatur, etiam *supra* declaratum est.

Antidotus hysterica.

℞. *Extracti hysterici maioris & minoris an.* ℥ *iij.*
Extracti vulvæ seu matricis leporis ℥ *j.*
Extracti seu faculæ bryoniæ ℥ *ß.*
Extracti castorei ℥ *ij.*

Olei gagatis cum colcothare rediſtillati & rectificati ʒ ß.
Olei ſuccini flavi ʒ *ſ.*
Nepenthes noſtri hyſterici ʒ *j.ß.*
Syrupi cinnamomi q ſuff.

Ut fiat antidotus: doſis ℈ j. *vel* ʒ ß. cum juſculo vel liquore aliquo convenienti.

Mirabilis eſt in genere ad quævis matricis vitia: in ſpecie vero medetur omni uteri præfocationi, ſive epilepticæ, ſive alterius generis: albis item menſiũ fluoribus, cruditatibus, flatibus & doloribus inde excitatis confert: ſterilibus etiam prodeſt ad conceptionem & prolis fœcunditatem: ſi nimirum extractum ſecundinæ de fœcunda quadam muliere addideris: de cujus præparatione, ſicut & de matricis leporinæ præparandæ modo ſuo loco agetur.

Poſteaquam igitur de antidotis, quæ principibus corporis partibus roborandis, morbiſq; & ſymptomatis, quibus eædem defatigantur, expellendis aptæ ſunt & idoneæ, hactenus diximus: ſuper eſt, ut antequam huic capiti finem imponamus, promiſſi noſtri memores ſimus, & nunc de antidotis tam ad præcautionem, quam ad curationem peſtis (ſi inter nos forte tam horrendum malum divina permiſſione graſſetur) aptis & accommodis dicamus. Et quamvis ad eandẽ intentionem remedia alia, ut aquas theriacales, ſyrupos, confectiones, & electuaria ſicca iam deſcripſerimus, viſum tamen fuit eorundem catalogo quædam adhuc antidota annumerare: ſiquidem antidori vocabulum proprie ſumptum nihil aliud ſignificat, quã medicamen venena pellens & abigens.

Antidotus major contra peſtem.

℥. *Rad. Angelicæ*
Zedoariæ
Scorzoneræ
Tormentillæ
Petaſitidis
Santali rubei
Ligni aloes an. ʒ *iij. vel quatuor.*

Ex his omnibus craſſo modo contuſis fiat cum ſucco limonum extractum, ut artis eſt, & *cap. de extractu* docebitur.

ITEM.

℥. *Corticis citrii* ʒ *iiij.*
Sem. Carduibenedicti
Rutæ
Aceroſæ
Baccarum iuniperi
Fol. Dictamni
Cinnamomi
Macis an. ʒ *ij.*
Flor. Roſmarini
Bugloſſæ
Hyperici an. p. ij.
Spec. De gemmis
Diambræ
Diamoſchi
Dianthos an. ʒ *ij.*

Omnibus contuſis & invicem mixtis, in vaſe quodam apto, fiat extractum, cum aqua vitæ iuniperi, aut aqua vitæ communi juxta artem, & ut *inferius* enodabitur.

Hæc duo extracta fortiter ex primantur prælo, quæ ob diſſolventium in ipſis contentorum naturam liquiſſima erunt: ex ambobus fiat miſtura, & abſtrahatur liquor ſive aqua per alembicum, ad ignem Baln. vaporoſi, donec materia in fundo conſiſtentiam electuarii, mediam inter durum & molle formam obtinentis acquirat: aqua exinde deſtillata ſeorſim ſervetur, cuius uſus erit in aliis extractis componendis, & per ſe jam eſt ſummum cardiacum. Ad uncias quatuor prædicti extracti adiice

Magiſterii perlarum
Magiſt. corallorum
Eſſentiæ croci an. ʒ *iij.*
Eſſentiæ camphoræ ʒ *j.*
Sulphuris aurati diaphoretici
Balſami lacteiſulphuris
Salis prunellæ an. ʒ ß.

Ex quibus omnibus fiat antidotus admirandæ virtutis, ad præſervationem peſtis, de ea ſingulis matutinis ex cultri cuſpide piſi magnitudinẽ capias: Sed peſte jam correptus de eodem ſumat ʒ ß. *vel* ʒ *j.* diſſolvendo in ʒ ij ſuæ propriæ aquæ deſtillatæ, & ut *ſupra* ſeorſim adſervatæ: vel cuiuſdam aquæ theriacalis, carduibenedicti vel ulmariæ: ſudorem mirifice provocat, & cor corroborat adverſus quodvis venenum, id à centro evocans ad circumferentiam. Inter antidota præſtantiora, huic peſtiferæ lui dicata, hoc facile principem obtinet locum: cuius ſumma virtus & præſtantia, laboris & temporis jacturam, quam forte quis in ejus præparatione prætendere poſſit, ubertimo compenſat fœnore & lucro. Sulphuris aurati deſcriptionem ſuo loco dabimus. Sic quoque alibi tractandum reſervamus modum parandi magiſterium gemmarũ, magiſt. corallorum, balſamum, & lac ſulphuris, nec non eſſentiam croci & camphoræ. In hujuſmodi remediorum apparatu, quæ ditioribus ad vitæ & ſanitatis ſuæ tutelam præſcribuntur, nullis parcendum eſt ſumptibus: pauperes & tenuioris fortunæ homines contenti erũt antidoto minori, cuius deſcriptio proxime ſequitur, quæ pari modo excellentiſſima eſt, tam ad præſervationem, quam ad curationem peſtis.

Antidotus minor contra peſtem progregariis.

℥. *Succi ſcordii*
Rutæ
Carduibenedicti
Ulmariæ
Menthæ criſpæ
Salviæ ana ʒ *iiij. vel plus minus.*

Omnes hi ſucci in alembicum vel matracium vitreum & capax inditi, digerantur in Baln. & depurentur, ſeparando multoties terreum craſſamentum & fæces, quæ in fundo reſidebunt, ut alibi *cap. de ſyrupis* jam perſpicue docuimus.

Ad uncias decem horum ſuccorum optime depuratorum adde

Rad. Angelicæ
Zedoariæ an. ʒ *j.*
Dictamni
Sem. Carduibenedicti
Cort. Citrii an. ʒ ß.
Cinnamomi ʒ *vj.*
Myrrhæ ʒ *ij.*
Croci ʒ *iij.*
Camphoræ ʒ *ſ.*

Omnibus contuſis & ſimul cum prædictis ſuccis mixtis, fiat digeſtio in Baln. per biduum vel triduum; dein omnia adhuc calentia per torcular fortiter exprimantur. In qua expreſſione denuo adde

Theriacæ optimæ ʒ *j.* ß.
Confect. hyacinthi
& alkermes an. ʒ *ſ.*

Perlarum

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 603 sur 955

Perlarum præparatarum
Corallorum præparat.
Cornu cervi præparati
Spec. Diambræ
De gemmis an. ℥ij.
Vni. cornu ℥ß.
Lapidu bezoardici ℥j.

Omnia adhuc semel digerantur in Baln. Mar. per duos vel tres dies, dein per alembicum ad igné Baln. vaporosi destilletur omnis liquor, donec in fundo remaneat consistentia inter durum & molle media, sicque antidotus erit præstantissima, de qua capiendum mane unius paruæ avellanæ instar: ad curationé vero pondus unius drachmæ, vel drachmæ unius & semis: dissolvendo in duabus unciis suæ propriæ aquæ inde destillatæ & adservatæ, quæ per se jam efficax est & præstans ad idem malum, & ad omnes putredines & venena, quæ in corpore progenerantur. Inter cõmunia huius generis pharmaca, nullum paratu facilius, nullumque virtute præstantius, hoc ipso datur, cuius dispensationem vel quivis pharmacopola facile imitabitur.

Antidotus alia de granis maturis Iuniperi, dicta Theriaca Germanica pro gregariis.

Accipe granorum juniperi maturorum magnam quantitatem, nempe ℔. *vj. vij. viij. vel x.* hæc infusa & macerata in vino albo generoso, vel hydromelite vinoso, ad ignem parum bulliant, dein conquassentur & per setaceum in modum cassiæ traiiciantur, & fiat extractum: Aut alia quoque via ac methodo idem paretur extractum, sicut *cap. de extractis* ostendetur.

Ad libram unam commemorati extracti iuniperi adde

Pulv. Rad. Angelica ℥ vj.
Dictamni
Cinnamomi ana ℥ß.
Terræ sigillatæ
Corallorum præparatorum
Perlarum præparatarum
Cornu cervi etiam prap. an. ℥ij.
Sp Elect. de gemmis
Diambræ ana ℥ j. ß.
Croci ℥ j.
Camphoræ ℈ ij.

Reducendo omnia cum aqua quadam theriacali in formulam electuarii mollis sive antidoti, quod erit summum præservativum & curativum cõtra pestem: exhibetur usq; ad ℥ ij. Solum extractum juniperi citra alterius ingredientis additionem, eidem quoque scopo peroportunum est. Præter cætera additamenta *supra* enarrata quidam adiiciunt *theriacæ* vel *mithridatii*; quantum lubet.

Electuarium de ovo.

Quoniam hoc electuarium sive antidotus de ovo, contra pestem magnopere celebrata, in nullis fere pharmacopœis, præsertim in Gallia nostra descripta reperitur: huc ejus descriptionem in medium producam, qualis illa in Augustano habetur dispensatorio, in quo elaborando sedulam ac felicem navavit, operam Adolphus Occo percelebris admodũ Medicus, idq; opera & consensu suorum collegarum, virorum quoq; celeberrimorum, sicut Germania hanc gloriæ prærogativam sibi jure vendicat, quod sit vera doctorum & celebrium virorum nutrix, & infinitorũ egregiorum medicamentorum, tanquam novorum ingenii fœtuum excludendorum parens fœcundissima & felicissima. Describamus itaque dictam antidotum de ovo, quæ modo, qui sequitur, paratur.

Electuarium de ovo Max militani I. Imperatoris.

℞. Ovum gallinæ recens, & educto per apicem albumine, id quod vacuum est, croco orientali nõ pulverisato impleatur: postea cum alio putamine iterum occlude, ne quid transpiret, & lento igne vel post fornacem tamdiu assa in ollula, donec tota ovi testa nigrescere incipiat, diligenter cavendo, ne crocus comburatur. Exempta à testa materia, exsiccetur, ut in mortario exquisitissime contundi, & in pulverem redigi queat: addendo pulveris erucæ seu sinapis, quantum reliqua duo ponderant: postea

℞. *Pulv. Rad. Dictamni albi*
Tormentillæ ana ℥ ij.
Pulv. Myrrhæ
Cornu cervi
Nucis vomicæ ana ℥ j.
Pulv. Radic. Angelicæ
Pimpinellæ
Granorum iuniperi
Zedoariæ
Camphoræ ana ℥ ß.

Misce omnia simul in mortario, & tandem appone Theriacæ ad pondus omnium, & iterum pistillo fortiter contunde & commisce per tres integras horas agitando, fiat electuarium, ut artu est.

Ejus usus maximus est in peste, & præservatione à venenis deleteriis.

In antidotario Weckeri viri doctissimi, & de rè medica, prout hoc perelegans & eruditũ opus vberrime testatur, optime meriti, aliæ occurrũt descriptionum formulæ, ejusdé electuarii de ovo Anton. Chalmetei præclaræ eruditionis viri, tum etiam aliorum.

Sed ut libere dicam, quid sentiam, vix credibile esse puto, quod usque adeo singulares inde effectus, pduci possint: si albuminis abjecti loco ovum solo croco repleatur, & dein eodem probe obturato omnia simul coquantur, usq; dum in pulverem redigi queant.

Vis totius secreti in eo consistere videtur, ut crocus & vitellus ovi in pulverem redigantur: hac tamen conditione, ut plane nihil expiret. Neque enim adeo magnum id esset mysterium, rationem istius pulveris vitelli ovi & croci conficiendi cognita habere. Nã miscellanea reliqua pulverum quorundam & theriacæ, non nisi merũ vulgare quid sapiunt, ut & revera sunt.

Non tamen diffiteor possibile esse, ut medicamen summum & efficacissimum ex ovo parari possit, contra ipsammet pestem: idque ea, quam mox trademus, methodo. Essentiæ namq; in ovum inditæ, cum ejusdem vitello perfecte miscentur, qui alias sua natura sulphureus, summã penetrandi, nec nõ nutriendi vim obtinet, qua facultate reliquorũ ingredientiũ virtutẽ adeo intendit, ut multo citius penetrent; & in venas transferantur. Adde, quod per eandem coquendi rationem spirituales rerũ essentiæ vim & virtutem suam longe perfectius conservent. Quę tamen verba in bonã partẽ accipiantur, velim: nec quis existimet, nec plꝰ æquo jactabundum, forte hic inanem aucupari gloriolam: à qua tamen animus penitus abhorret, nec nisi in publico commodo fideliter juvando totus est.

Electuarium de ovo maius pro ditioribus Quercetani.

Accipe unum vel plura ova recentia gallinæ:

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 604 sur 955

de quorum uno, apicem testæ tam subtili artificio aufer, ut postquam educta fuerit illa testa, rursus in pristinum locum commode reponi, & glutino seu luto quodam tam industrie agglutinari possit, ut nihil respiret. Abjecto itaque albumine, vitello ovi residuo admisce

Lactis sive butyri sulphuris ℥ j. ß.
Sulphuris auri diaphoretici
Essentiæ croci an. ℥ j.
Pulveris anodyni mineralis, hoc est, salis prunellæ ℥ ß.
Ambræ grisææ ℈ j.
Lapidis Bezoardici ℈ ß.

Omnia cum dicto vitello ovi simul misce, ut optime incorporentur, dein apex putaminis perquã aptissime suo apponatur loco cum tenuissimo ligamento lineo superpositio vel glutino ex ovi albumine & polline facto, superinducto, adeo, ut ovo exquisitissime clauso nil transpirare possit.

Ad eundem modum plura ova apparari & accommodari queant: prout magnam huius electuarii quantitatem simul componere volueris.

Alias vel uno, vel pluribus ovis à quibus eodem artificio apertis, albumen separatum est, addes *theriacæ, confect. alkermes, & hyacinthi ana*: vel ex his omnibus simul fiat mistura, de qua adde ovo vel ovis, quantum capere possunt: probe clauso foraminulo cum sua propria testa, superinducto glutine, ut ante, ita ut nihil respiret.

Enarrata hæc ova ita præparata apte simul imponantur, vasi terreo capaci, quod operculo clausum in furnum mittatur, in quo panificia modo cocta, & ex eodem recens exempta fuerint, & secunda aut tertia vice in eodem reponantur, donec omnia in quam massam, quæ pulverari queat, redacta sint.

Accipiatur ovum unum juxta primam methodum præparatum, & unum juxta alteram: vel ova duo aut tria utriusque præparationis, prout animus est majorem, vel minorem electuarii quantitatem simul conficere: omnia, quæ in dictis ovis continentur, terantur, & optime invicem misceantur in mortario marmoreo, eadem paulo post humectando pauca aqua theriacali contra pestem, aut elixire quodam vitæ, cuius plures descriptionũ formulas *supra* dedimus, ita, ut omnia reducantur in formam electuarii, quod multorum annorum spatio reservabitur, pro dosi sufficit ℈ j. tum ad præservationem, tum ad curationem empestis.

Electuarium de ovo minus pro gregariis.

℞. *Rad. Angelicæ*
Zedoariæ
Cinnamomi an. ℥ j. ß.
Caryophyllorum
Macis an. ℥ ß.
Myrrhæ
Nucis vomicæ
Carlinæ an. ℥ iij.
Granorum iuniperi ℥ j.
Croci
Camphoræ
Spec. Diambræ
De gemmis an. ℥ iij.
Theriaces Alexandrinæ ℥ iij.

Contundenda contundantur, & omnia simul mixta, indantur in matracium vitreum, superaffundendo fortissimum spiritum vini: vase clauso, ne quid evaporare possit, digerantur in baln. Mar. per 4. vel 5. dies. Dein omnia adhuc calentia fortiter exprimantur. Hęc expressio denuo indatur in alembicum cum suo capitello & recipiente, & inde adignẽ baln. Mar. destilletur liquor, qui seorsim servetur, & cum extracto quod in fundo remanet in mellis consistentia, impleatur ovum unum, vel plura, si velis, & optime misceatur cũ vitello ovi: dein occludantur singula ova cũ suo proprio putamine, ut *supra* diximus: Postea coquantur in furno, post exempta scilicet panificia, idq; continuando & repetẽdo, sine calore intenso, donec materia ita exsiccata fuerit, ut pulverisari fere possit, quæ dein irroranda est sua propria aqua, ut *supra* reservata, & sic perficiatur electuarium molle, sive antidotum pretiosum ad præservationem & curationem pestis. Exhibendũ de eo est, pestifero usq; ad ℈ ij. vel ℥ j. dissolvendo cũ ℥ ij. vel tribus aquæ theriacalis, carduibenedicti, ulmariæ. Præstantissimum sudativum est, quod omne venenũ ab internis & profundis partibus in exteriorem corporis superficiem propellit: corroborat, ipsumque ab omni veneno vindicat ac tuetur.

De his igitur electuariis de ovo, alii nunc suũ interponant judicium, utra harum præparandi methodorum sit laudabilior ac præstantior: nostrante, an vero communis, quam tamen, ut verum fateamur, non cõtemnimus. Sed primam inventionis gloriam ipsi libenter assignamus, eamque addidicisse nequaquam erubescimus.

De Theriacis.

Restat nũc, ut dicamus de antidotis sive alexipharmacis, quæ adversus omnis generis venena, & ipsas bestias virus eiaculantes conferunt, utpote quib. juxta modernus proprie competit antidoti nomen, ne interim silentio aut oblivione suo loco prætermittemus antidota anodyna, narcotica & opiatica.

Hæc duo antidotorum genera, quæ tam apud antiquos, quam adhuc hodie apud nos in magno fuerũt usu & æstimatione ad diversos & deploratos affectus depellendos, nos quasi adigunt atq; compellunt, ut singula in istis tractandis paulo minutius & exquisitiꝰ pervestigemus, quam in nõnullis aliis hactenus à nobis factitatum est. Oculis n. manifeste contemplandũ subiiciemus, hæc ipsa tanti hactenus ubivis gentiũ æstimata mendis scatere quam plurimis, præque cæteris maxima reformatione opus habere: ita ut miret, multos authores, licet doctrina & authoritate cõspicuos, quorũ me discipulum non puderet profiteri, illud ipsum segnius observasse, ne dicam æterno silentio obruisse. Verum id unum depoſco, ne benevolus lector, me ex temeraria quadam laudis gloriæve cupiditate in hęc prorupisse verba, existimet. Sed depolito affectu recta rationis bilance rem liberet, expendat & consideret. Iampridem enim alibi protestati sumus, & adhuc protestamur, omnia à nobis ita proponi, ut non vereamur ea doctorum virorum censuræ submittere, quod si in iisdem forte quid occurrat ab Asclepiadea doctrina, veraq; disciplina alienũ, id quasi non dictum, aut literis consignatum habeatur.

Inter enumerata antidota alexiteria merito primus locus theriacis debetur.

Theriacas ideo dico, quod tam apud veteres, quam apud recentiores, duo earundem genera statuantur, quarum unũ in compositione recipiat carnes viperæ: reliqua vero sine iis componantur. Illi, quæ vulgo theriaca magna, prisca a. glorioſa & liberatrix appellatur, tot tantæq; laudes & proprietates tribuuntur, ad infinitos & deploratissimos affectus propulsandos, ut nihil supra commendationis valeat ascisere.

Cæteræ autem, quæ nihilominus contra venena speci-

ſpecificæ ſunt antidoti, ſine trochiſcis de vipera parantur, ſuntque huiuſmodi.

Theriaca { *Democratis* / *Oribaſii* / *Eſdræ* / *Diateſſaron* / *Ex Pœonia* / *Ex terra ſigillata*

Quarum deſcriptiones reperiuntur apud Oribaſium, Æginetam, Actuarium, filium Seraptionis, Rhaſin, Avicennam, Celſum, pluresque alios tam Græcos, quam Arabes, & Latinos authores.

Inter hæc antidota alexiteria non mediocris exiſtimationis erat Mithridatium, quod anteceſſit theriacã, quã Andromachus ſua ætate medicæ rei peritiſſimus, parabat ex carnibus viperæ, tanquam ſingulare adverſus lepras, & quævis alia venena pharmacum & experimentum, quod ſolum, & per ſe omnibus venenis tanquam ſummum antidotum conferre noverat.

Mithridatium ex infinitis ſimplicium generibus compoſitum, authoris ſui, Mithridatis nempe regis Ponti nomẽ obtinuit, qui ex diuturniori ejus uſũ adeo laudabilem corporis habitum ſibi comparaverat, ut ſicut hiſtoriæ narrant, & mox dicturi ſumus, nullo veneno aſſumpto ſibi vitam adimere poſſet. De qua antidoto Avicenna ita loquens, noſtram confirmat ſententiam: *Confectio*, inquit, *Mithridatis nobilis eſt confectio, quam fecit Mithridates & nominavit ſuo nomine.* Et Aet. *tetr. 4. ſerm. 1. cap. 96.* ita ſcribit. *De Mithridate ſane magno illo belli duce referunt, quod theriacen quidem non biberit: neque enim adhuc in uſu erat: verum ex alterius antidoti, quæ poſtea mithridatica ab illo appellata eſt, uſu ita corpus apparavit, ut nulla veneni vi læsi poſſet: Et cum etiam lethale pharmacum accepiſſet, mori non poſſet: cum enim ab hoſtibus devictus ſeipſum interficere meditaretur, nullo veneni hauſtu mortem ſibi conſciſcere prævaluit: ſed vocato cuidam ex amicis ſe ingulandum præbuit.* Plinius fuſiorem hujus hiſtoriæ enarrationem tradit *lib. 23. cap. 9.* & militis quin etiam nomen exprimit, cujus opera ad mortem ſibi conciliandam uſus fuerat; cum omnium venenorum ſumptorum vim adverſus tam inſignem antidoti efficaciam, invalidam nimis & irritam prorſus expertus fuiſſet.

Notandum porro eſt, olim non tantum compoſitis iſtis remediis, (è quorum numero ſupra 5. aut 6. recenſuimus, paulo poſt eorũdem deſcriptiones in medium allaturi) theriacæ nomen impoſitum, ſed eòdẽ quoq; nomine ſola quædam ſimplicia inſignita fuiſſe. Quod utiq; Avicennæ authoritate comprobare licet, qui *ſquillam* appellat theriacam contra venena, & *gummi opopanax*, & *ariſtolochiam* theriacam ad puncturas.

Unde complures tam Philoſophos, quam Medicos, imo & eos, qui eruditiorum & celebriorum ordini annumerantur, non parum lapſos eſſe conſtat: dum theriacæ vocabulum à ſerpente quodam (quem *thirũ* vocari, & ejuſdem compoſitionem ingredi putarunt) derivatum & ab eodem quoq; trochiſcos theriacos appellatos crediderunt.

Albertus Magnus unus ex illorum numero, Ariſtotelis textum, qui habet echin vel echidnam, quæ verba nihil aliud, quam viperam ſignificant, perperam de thiro ſerpente interpretatus eſt: quem diſtinxit à vipera, & peculiare de eodem caput conſcripſit.

Hanc falſam opinionem ſecutus eſt Aggregator Patavus, qui *thirum* tanquã animal à vipera diverſum conſtituit: illudq; baſim trochiſcorum, quos excipit theriaca, eſſe putat.

Petrus de Abano eodem errore irretitus, ita ſcriptum reliquit. *Dicitur autem theriaca à thiro ſerpente, quia ejuſdem excipit carnes, quæ ſunt veluti radix & baſis iſtius medicinæ:* Et *diffe. 179. Sciendum*, inquit, *quod theriaca eſt multiplex ſecundum diverſitatem componentium, cui tamen nomen illud proprius convenit, theriaca eſt magna Andromachi & Galeni, in qua caro ingreditur Thiri ſerpentis, unde nominationem eſt ſortita, quæ autem hanc non ſuſcipit, theriaca metaphorice dicitur, ut Diateſſarum, ideo, quod ad illius ſimilitudinem venenorum depellat nocumenta.*

Imo & ipſe Nicol. à ſiniſtra hac opinione non immunis videtur, dũ *ita in capite de trochiſcis* ſcribit: *Trochiſci*, inquit, *de thiro, qui in magna Galeni theriaca recipiũtur, ſic fiũt. Invenias*, inquit, *Thiros lõgitudinis unius palmi, &c.*

Huic errori occaſionem dedit nomen, ab antiquis olim trochiſcis iſtis, tanquam præcipuæ theriacæ baſi inditum. Galenus enim illos appellat theriacales, & poſt illum idem nomen retinuerunt Aetius, Oribaſius, aliiq; Græci. Plinius eos vocat *trochiſcos theriacos*: Et Avicenna quibuſdam in locis eoſdẽ nominat *trochiſcos thiros*, hoc eſt, ferales. Sed ſi quis penitius veterum ſcripta perpendat, facile perſpiciet, eos nũquam aliud ſerpentum genus hoc vocabulo | præter ipſam viperam intellexiſſe. Gal. *in lib. de Antidotis, & de Theriaca ad Piſonem & alibi* diſerte viperarum facit mentionem. Vide quid poſt illum Aetius ſcribat *lib. Tetr. 4. ſerm. 1 c. 67.*

Hoc caput primo ita inſcribit: *De theriaca ex viperis Andromachi*: Poſtea idem in hunc modum incipit. *Ordiemur à Theriaca Andromachi ex viperis, cujus admiratione ductus Galenus hæc de ea ſcribit: Cum multa diſcordia ſit circa theriaces deſcriptiones, nos Andromachi deſcriptione, ut longe optima utemur, quæ etiam in regum uſus apparatur. Et c. 9 ejuſdem lib.* ubi de trochiſcorum ſive paſtillorum præparatione agit, ita exordiur: *Cæterum paſtillos theriaces hoc modo apparato: Viperas fœminas accipito, non quocunque tempore captas, ſed deſinente Vere, &c.* Et Avicenna *lib. 4. ſen. 6. tract. 3. c. 33.* ubi loquitur de curatione morſus *viperæ, his verbis ſermonem inchoat: Conſidera*, inquit, *radices communes in curatione, deinde fortior curatio eſt properare ad theriacam viperarum. Inde apparet diſcrimen inter theriacam, quæ viperas recipit, & eas, quarum mentionem facit lib. 5. ſumma 1. tract. 12. videlicet theriacæ Eſdræ & Diateſſaron, quas contra graviſſimos totius corporis affectus laudat.* Idem Avicenna *lib. 5. ſummæ 1. tract. 1.* ubi de theriaca agit, ejus deſcriptionis tale facit exordium. *Ll. Trochiſcorum ſquillæ, trochiſcorum viperæ, &c.* ex quibus manifeſte liquet, quod etſi alibi eoſdem trochiſcos nominet thiri ſeu thirios non tamen alios intelligat, quam viperinos.

Hinc concludimus, Theriacam nõ à ſerpente quodam Thiro, qui ejus compoſitionẽ ingrediatur, ſed à Græco vocabulo, quod eſt θηρίον ſive θήρ, id eſt, fera, denominationem ſuam accepiſſe: neq; id propterea, quod ejuſdem compoſitio feram vel viperã excipiat, ut quidam falſo opinantur, ſed quod eadem theriaca, ſive cũ vipera, ſive abſq; vipera parata ſit, omnibus morſibus venenatis, à quacũq; fera ſive animali illatis ſuccurrat. Sic & ab antiquis & à neotericis (ut jam diximus (trochiſci dicuntur theriacales, non ratione ingredientis, ſed ab eorundem effectu, quem in pellendo lethalium animalium veneno manifeſto oſtendunt: alias enim non theriacales, ſed viperini nominandi eſſent. Eadem ratione quædam remedia vocamus nephritica & hiſterica, non quod eadem componantur ex renum vel uteri additione, ſed quod tanquam medicamenta ſpecifica iiſdem

parti-

partibus morbo exagitatis opem & medelam afferant.

Præter dictas rationes, etiam orthographia & scriptio huius nominis nostram sententiam confirmat. Nam à Thiro scribendum esset *Thiriaca* cum I. non Theriaca. Sed quia scribitur *Theriaca* cum e longo, verisimile est, quod à dictione derivetur, quæ partem dictionem longam habeat in eadem syllaba, qualis sane est θὴρ vel θηρίον, hoc est, *fera*. Hi enim Græcum in Latinis dictionibus à derivatis, vertitur in e longum, quasi diceres theriacam antidotum contra ferarum tam minorum, quam maiorum ictus & venena.

Hæc de Theriacæ differentiis, ejusdemque nominis etymologia, hic enodanda duximus.

Non diu hic immorabimur in enarrandis diversis horum theriacalium medicamentorum compositionibus; sive invicem differant ratione ingredientiū, quæ modo ab hoc, modo ab illo vel imminuuntur vel adduntur, sive ratione ponderis, quod diversum quoque in diversis descriptionibus esse deprehenditur. Hæc enim non sunt tam magni momenti, neque hic quærendus est nodus ille Gordius, circa quem rei cardo versetur: ita ut non possim hic opinioni Avicennæ subscribere, qui *libr. & tract. de Theriacis supra iam citatis*, selecta præ cæteris Andromachi descriptione tanquam longe optima in hæc fere verba scribit: *Et jam nisi sunt plures Medicorum, sicut Galen. & alii addere & minuere aliquid in ea, non propter necessitatem necessariam, neque propter aliquid forte, quod eos ad illud commoveret, sed quærentes, ut rememorantur, & remaneret ab eis in ipsa vestigium, sicut remansit Andromacho: Et meum quidem est, ut non removeatur aliquid, quod experimentum juvativum invenit: fortasse enim illa complexio cum illo pondere exigit illud, cuius juvamentum invenit experientiam, quam quidem dum res ipsa movetur à suo pondere, non sequitur illam proprietatem, &c.* Fœcunda hodie est artium inventrix, eaque in dies magis magisque incrementum sumit: hac duce & auspice plurimorum remediorum usum, quem veteres tanquam utilem comprobaverant, abdicavimus, & in illorum locum alia nostro artificio inventa introduximus, quæ ipsis inaudita & incognita prorsus erant. Sic hodie infinitæ præparationes, vel plerisque etiam antiquorum tam elegantia, quam saporis suavitate & utilitate longe præferendæ sunt. Neque enim ulla erroris suspicio hinc oriri potest, si rei, quam per se bonam iudicamus, aliam super addimus bonitate multo præstantiorem: hoc enim pacto rei bonitas vires sumit, & magis magisque accumulatur. Eodem plane modo in diminutione eorum, quæ vel inutilia, vel superflua, vel noxia sunt, nemo erroris redarguendus unquam videbitur si industrius fuerit: *frustra enim fit per plura, quod fieri potest per pauciora.* Suo itaque loco circa eandem de Theriacis tractationem demonstrabimus, ob quam causam Arabis hujus, alias doctissimi & celeberrimi authoris, opinionem minus recipiendam statuamus.

Redibimus nunc ad Theriacas illas antiquorum, earumque aliquot in mediū proferemus descriptiones, ut ex illarum comparatione facta cum iis, quas ex nostra officina informatoria producturi sumus, eo melius de utriusque generis bonitate & præstantia judicari possit. Si quis provocet ad experientiam: sciat is, nos nihil magis in votis habere, quam ut per eandem, tanquam per ignem & aquam fortem, perfectū hoc & splendidum operis nostri aurum examinetur ac probetur: quamvis nemo adeo stupido crassoque sit ingenio, modo in eo vel exigua tantum candoris, rectæque rationis scintillula supersit, qui non ex solo Lydio lapide, hoc est, ex prima statim earum descriptionum, compositionum & præparationum inspectione, de earundem præstantia summa, rectum sanumque laturus sit judicium.

Theriaca Democratis.

℞. *Iridis illyricæ*
Zingiberis
Opopanacis
Opii
Herb. Rosmarini
Myrrhæ
Sem. trifolii bitumen olentis an. ℥j.
Aristolochiæ ℥ xj.
Sem. Rutæ sylvestris ℥ j ß.
Rad. Bryoniæ aridæ albiss. ℥ ij.
Serpilli
Castorei
Rad. Eryngii.
Sem. Apii
Cumini Æthiopici recentis an. ℥ vj.
Farinæ erui rufi ℥ iij.
Omnia hæc contundito & tribrato, opopanaca vero cum vino dissoluto, eique arida inspergito, & in pastillos reducito, & ex iis ℥j. cum vino veteri meraco bibendum præbeto.

Theriaca ex bryonia Oribasii.

℞. *Rad. bryoniæ*
Opopanacis
Iridis
Rosmarini
Opii
Myrrhæ an. ℥ ß.
Aristolochiæ ℥ v.
Thuris
Sem. Rutæ sylvestris an. ℥ vj.
Cumini ℥ iij.
Farinæ erui ℥ ij.

cum vino pastillos informato, atque ter cum vino præbeto.

Sat sit nobis harum duarum tantum Theriacarum descriptiones hic proposuisse. Quod ad cōpositionē Theriacæ Esdiæ attinet, cuius ingredientium series nimis numerosa est, & longa, *in opium, euphorbium, sulphur vivum, semen hyoscyami* citra ullam præparationem recipiuntur: nec præter missus in eadem est venter mergi, & stercus in eo repertum, ad suaviorem scilicet gustum confectioni inducendum. Nihilominus interim videre licet, quam admirandos & incredibiles effectus illi adscribit Aetius *tetr.* 4 *serm.* 1 *c* 101. 107. III. ubi eandem descriptam reperies.

De duobus huius farinæ præcipuis alexiteriis adhuc nobis dicendum restat: de Mithridatio nimirum, & de Theriaca magna. Mithridatii descriptio tam varia est, tamq; variis auctoribus, Andromacho, Democrati, Antipatri, aliisq; asscribitur, ut, ne forte in eam, quæ non vera & genuina sit, incidam, nullam prorsus ex iis hic describendam agrediar. Adde quod, ut *supra* jam dictum, non usque adeo magnum discrimen sit inter compositionem Mithridatii & Theriacæ: si unicos excipias trochiscos ex viperis, sicut jam diximus, quodque insuper confirmat Avicennas *lib.* 5. *summa* 1. *tract.* 1. ubi de nobili loquitur Mithridatica cōfectione, & statim ejusdē descriptioē ex Galeno, ex Paulo, Aetio,

Aetio, & ex ipso Nicolao expromptam adiungit.

Mithridatii descriptio facile eluceſcet ex ipsius Theriacæ Andromachi descriptione, cuius unicam formulam pharmacopœæ nostræ inserendam judicavimus: sed præ cæteris, quæ variæ hinc inde reperiuntur, seligemus eam, quam Galenus *lib. de Antidotis, & Theriaca ad Pisonem*, in hunc, qui sequitur, modum, habet descriptam.

Theriaca Antromachi senioris ex Galeno, ἀ. ϖ. Ἀνδρόμαχον.

℞. *Trochiſcorum Scilliticorum drachmas quadraginta octo, seu uncias sex.*
Trochiſcorum de vipera,
Piperis longi,
Opii, seu ſucci Papaveris,
Magmatis Hedychroi. ana drachmas viginti quatuor, id eſt, uncias tres.
Roſarum rubearum exiccatarum,
Iridis Illyricæ, aut Florentinæ,
Succi Glycyrrhizæ,
Seminis Buniadis dulcis, seu Napi agreſtis,
Comarum Scordii Cretici,
Opobalſami, seu Olei ex Nuce Moſchata expreſſi,
Cinnamomi,
Agarici ana drachmas duodecim.
Myrrhæ,
Coſti odorati, seu Zedoariæ,
Croci Orientalis Corycii,
Caſiæ ligneæ veræ,
Nardi Indicæ,
Schœnanthus, seu Iunci odorati,
Thuris maſculi pellucidi,
Piperis nigri,
Albi, seu Aglaiæ,
Fol. Dictamni Cretici,
Comarum Marrubii,
Rhabarbari, seu Rhei,
Stœchados Arabicæ ex Cypro.
Sem. Petroſelini Macedonici,
Nepithæ, seu Calamintha montanæ odoratæ,
Terebinthinæ Chiæ, aut acris Lybicæ,
Zingiberis,
Rad. Pentaphylli seu Quinquefolii racemoſi ana drach. ſex.
Polii Cretici,
Chamapityos ramorum,
Styracis Calamitæ,
Meu, seu Angelicæ,
Amomi racemoſi, aut ſem. Citri & Hyperici ana part. æquales.
Acori seu Calami Aromatici.
Nardi Celticæ,
Terræ Lemniæ veræ,
Phu Pontici, aut Valerianæ noſtræ,
Chamædryos Cretici comarum,
Fol. Malobathri, aut ejus loco Macis, & Caryophyllorum ana partes æquales.
Chalcitidis toſtæ,
Radicis Gentianæ,
Aniſi torrefacti,
Succi Hypociſtidis,
Carpobalſami, aut Cubebarum,
Gummi Arabici ſplendidi, vermiculati,
Sem. Fœniculi Cretici,
Cardamomi minoris,
Seſeleos fragilis Maſſil.
Ameos,
Thlaſpios,
Comarum Hyperici Cretici,
Ammeos,
Sagapeni ana drachmas quatuor.
Caſtorei,
Ariſtolochiæ tenuis seu longæ,
Sem. Dauci Cretici,
Bituminis Iudaici, seu Aſphalti,
Opopanacis,
Centaurii minoris comarum,
Galbani recentis ana drachmas duas.
Mellis deſpumati triplum, id eſt, libras quatuordecim, uncias quinque & drachmas duas.

Conficitur hoc modo ſecundum Galenum.

Herbę, Flores, Fructus, Semina, Radices, Cortices, Trochiſci, Terra Lemnia, Chalcitis, Bitumen, diligẽtiſſimè teruntur piſtillo ferreo in mortario æneo, & cribro ſubtiliſſimè traiiciuntur, Sem. Thlaſpios, Napi ſylveſtris, & Croco exceptis, q̃ per ſe teruntur, vinoq; rigatur, ne mortario interiori hæreãt, & ut cõmodius conterantur. Gũmi, Succi, & Caſtoreũ per ſe terãtur, affuſo vino ut cõmodius teri poſſint. In ipſo cõpoſitionis tempore omniumq; rerũ mixtura Terebinthina in duplici vaſe cum modico Mellis primùm liqueſiat, deindè Opopanax, Galbanum, Sagapenũ, exactè priùs trita affuſo pauculo Melle ut melius uniantur, compoſitionem ſubintrent; poſtea in duplici vaſe coquuntur cum Terebinthina, donec ad juſtã conſiſtentiam redacta fuerint, his admiſcetur pars aliqua cõtritorũ, vino etiam diſſolutorũ, donec Mellis conſiſtentiam conſequantur, deindè in mortariũ vaſtæ magnitudinis effunduntur in hunc modum. Primum pars aliqua eorũ, q̃ in duplici vaſe liquata ſunt, eaq; tepida probè agitentur rudicula, & ſic conſequenter de reſiduo faciendũ, donec omnia, probe unita ſint, & hæc quidẽ ad ſolẽ aut tepidũ calorem ut facilius uniantur, continuò agitando & tundẽdo pila ferrea inuncta Oleo Nucis Moſchatæ, ut cõmodius agitari poſſint, & Oleũ reſiduũ reliquis admiſceatur, alioquin facile piſtillo medicamentũ adhæreret, & difficilior fieret agitatio. Hęc per quatuor aut quinq; dies continuos agitanda ſunt, & rurſus elapſis ſex aut ſeptẽ diebꝰ iterãda agitatio per duos mẽſes; deindè reponitur Medicamentũ in vaſculis plũbeis aut terreis benè cõctis & vitreatis. Chalcitis, q̃ hoc Medicamentũ ingreditur, ſic præparanda eſt. Illius bona quantitas drachmarum nõ pauciorũ q̃ quadraginta in ollam crudam operculatã conijciatur, ac ſuccenſis carbonibus coquatur, eaq; liquatâ ubi bullas emiſerit, partem ſupernã in marmor effundes, atq; illic in umbra pmittas donec frigeſcat. Inde ſolũmodo capies quod ſupernè ſpumeũ fuerit, quodq; cinerei eſt coloris, aut praſſij, non φ flavũ eſt, Theriacam enim colore flavo non nigro tingeret: ea porrò drachmarum quatuor pondere vino trita & diluta Medicamento admiſcetur.

Nobiliſſima hæc Antidotus (quam Andromachus Neronis Medicus primùm compoſuit) à Galeno 1. de Antidotis & de Theriaca ad Piſonem deſcripta, quæ antè à tranquillitate quam ægris præſtabat Γαλήνη dicta eſt, cum variè à variis parari ſoleat, & noſter eam conficiendi modus à veterum norma longe ſit diverſus, ut in ejus ſtructura uniformis ſervaretur æqualitas, eũ jã dictæ Theriacæ pparandę modũ hic ſubiicere voluimꝰ, quẽ Reip. noſtrę Auguſta Pharmacopœi hoc in negotio verſatiſſimi, ut qui ſæpiꝰ ac ferè quotannis

hanc

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 608 sur 955

hanc Antidotum & quidem in magna quantitate cõficiunt, sequuntur, quemq; commodissimũ & omniũ præ ceteris dexterrimum multo usu ac experientia sunt edocti.

Simplicia igitur ad Theriacæ constitutionem expetita quæ conteri possunt, in sex Classes dividunt, quarum singulas seorsim tundunt, in pulverem redigunt, ac angusto cribro transmittunt.

Classes autem hæ sunt.

I. CLASSIS.

Iridis Illyricæ unciam unam semis.
Scordii Cretici unciam unam semis.
Zedoariæ electæ drachmas sex.
Polii Cretici unciam semis.
Sem: Bunadu unciam unam semis.
Anisi unciam semis.
Seseleos Cretici unciam semis.

Pendit hæc Classis in universum libram semis, drachmas sex.

II. CLASSIS.

Gentianæ unciam semis.
Pentaphylli drachmas sex.
Marrubii drachmas sex.
Calamithæ montanæ drachmas sex.
Chamædryos unciam semis.
Fœniculi Cretici unciam semis.
Amomi aut Succedanei ejus unciam semis.

Pendit hæc Classis in universum uncias quatuor, drachmas duas.

III. CLASSIS.

Rad. Meu, seu Angelicæ unciam semis.
Phu Pontici unciam semis.
Aristolochiæ longæ drachmas duas.
Dictamni Cretici drachmas sex.
Nardi Celticæ unciam semis.
Chamæpityos unciam semis.
Sem. Thlaspios unciam semis.

Pendit hæc Classis in universum uncias tres semis.

IV. CLASSIS.

Rosarum rubearum unciam unam semis.
Florum Hyperici unciam semis.
Centaurii minoris drachmas duas.
Sem. Petroselini Macedonici drachmas sex.
Schœnanthus cum flore drachmas sex.
Sem. Dauci drachmas duas.
Trochiscorum de vipera uncias tres.
Trochiscorum de Squilla uncias sex.

Pendit hæc Classis in universum uncias tredecim.

V. CLASSIS.

Sem. Ammeos unciam semis.
Cinnamomi optimi unciam unam semis.
Cassiæ lignææ drachmas sex.
Piperis longi uncias tres.
Rhabarbari drachmas sex.
Acori seu Calami Aromatici unciam semis.
Spicæ Indicæ drachmas sex.
Trochiscorum Hedychroi uncias tres.

Pendit hæc Classis in universum uncias decem, drachmas sex.

VI. CLASSIS.

Stœchadis Arabicæ drachmas sex.
Zingiberis albi drachmas sex.
Piperis nigri drachmas sex.
Albi drachmas sex.
Macis drachmas duas. pro Folio.
Caryophyllorum drachmas duas pro Folio
Cubebarum unciam semis. pro Carpobalsamo.
Cardamomi unciam semis.

Pẽdit hæc Classis in universũ uncias quatuor semis.

Sequentia autem singula per se terantur, utpote.

Myrrhæ drachmæ sex.
Thuris albi drachmæ sex.
Agarici Trochiscati uncia una semis.
Castorei drachmæ duæ.
Bituminis Iudaici drachmæ duæ.
Terræ Lemniæ veræ uncia semis.
Croci Orientalis drachmæ sex.
Chalcitidis tostæ uncia semis.

Nunc verò Gummi & Resinæ, Terebinthina Cypria & Storace exceptis, utpote Sagapeni uncia semis, Opopanacis drachmæ duæ, Galbani drachmæ duæ, Gummi Arabici uncia semis per se vino, Cretico dissoluta ac eliquata per setaceum tenuis pulticulæ forma exprimantur: hoc facto ad permixtionem sic accedes. Primò sex Classes Medicamentorum in tenuem pollinem redactas, una cum iis quæ per se terẽda monuim⁹, Terra Lemnia, Croco & Chalcitide exceptis, in aheno magno cõmiscebis, diligenter⁹ pulveres hos per horam vel amplius agitando, ut sic probè coëant, ac accuratè & ad extremùm usq; permixti paulatim postmodum Melli & reliquis liquidioribus misceri queant, eo planè modo quem jamjã tradituri sumus.

His igitur ita ritè dispositis: in ahenum quoddam magnum quatuor aut sex Mellis despumati ac modicè calentis unciæ infundendæ, eæque pistillo magno ligneo ita hinc inde diducendæ, ut cacabi jã dicti circumferentia Melle hoc tenuissimè obducta, & quasi peruncta seu illita videatur. Tunc omnium primò Terebinthina Cypria suprà prunas modesto calore liquata, addito pauco Melle & vino Cretico, eidem aheno indenda, quam mox Gummatum (ut paulò antea commoravimus) per setaceum expressus quasi cremor identidem vino Cretico modicè dilutus, & ad prunas leniter calefactus subsequatur. Abhinc Succi & Liquores concreti, nempe Succus Acaciæ, Glycyrhizæ, Hypocistidis, ipsumq; Opium compositioni jungantur, quæ omnia ac singula vino Cretico dissoluta una cum prioribus aheno inditis nimirum Terebinthina & Gũmis, continua ac indesinenti agitatione probè permisceantur. Hoc facto Mellis despumati mediocriter calentis libræ aliquot in ahenum hoc dimittantur, ac facta prius diligenti omnium jam dictorum unione pulveres sex classium sedulò adinvicẽ (ut anteà monumus) permixti per cribrum angustũ paulatim inspergantur continuaq; agitatione sic accurate permisceantur, ne quid grumescat, sed compositio ipsa evadat plana ac tenera, atq; sic alternis vicib⁹ modò Mellis portio aliqua affundenda, modò pulveres inspergendi, donec omnis pulverum quantitas Melli unita fuerit. Tunc verò Terra Lemnia, & post eã Chalcitis, utraq; prius vino Cretico diluta adiicienda; abhinc Styrax Calamita addito modico vino Cretico ad prunas liquefiat, ac Oleo Nucis Moschatæ addito artificiosè ne grumescat dissolvatur, & ad tenuitudinẽ eliquetur compositioniq; addatur. Quæ ubi probè unà cum cæteris omnibus mixta fuerint, Crocus eodẽ vino Cretico dilutus ac tenuiter diductus Theriacam subintret, & postremò Oleũ Caryophyllorum, quod Trochiscis Hedychroi in quorum structura Vpobalsami vices supplere debebat subtraximus, qua de re vide Scholion ad Trochiscos jam dictos, loco proprio adiectum. Medicamentumq; diu ac strenuè agitandũ, ut omniũ eò perfectior fiat mixtio, idq; in vase mũdo

reponen-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 609 sur 955

rèponendum, cuius tertia vel ad minimũ quarta pars vacua supersit, ut Theriaca fermentando in ampliorẽ molem accrescens & insurgens commode per dies aliquot in eo agitari queat. Est enim ad dies ad minus octo continuos quotidiè commovenda, deinde verò singulis hebdomatibus, ac tandem singulis mensibus agitanda, donec anni unius ætatem attigerit, semper eã diligenter contegendo & ab externis injuriis muniendo, eritq; sic Theriaca omnibus suis numeris absoluta eos effectus præstans, quos vetus seculum atq; etiam modernum de tam nobili ac pretioso Medicamine pollicetur.

Alij parum à jam dicta methodo declinantes Styracem una cum Terebinthina omnium primò liquãt, deinde Gumata resoluta Succosq; vino dilutos, abhinc pulveres Classium prius distributarum bene prius (ut suprà monuimus) permixtos una cum Melle Theriaces confectioni jungunt, ultimo loco Oleum Nucis Moschatæ, Terram Lemniam, Crocum, & tandem Chalcitidem admiscent, estq; is Theriacam componendi modus à priore parum diversus, nisi quod Styrax in dissolutione periculum aliquod pariat, ea enim si frigidius tractetur in grumos abire, sin verò calidius, evaporare soleat. Quare prior modus nobis ut probatior semper magis arrisit.

Quando quidem verò conficiẽdæ Theriacæ labor vix ob paruam ejus copiam præparandam suscipitur, cum si secundum descriptionẽ simplam dispensetur, vix in viginti libras abeat, ideò ejusdem in duplo, quadruplo, sextuplo, octuplo, decuplo & duodecuplo astruendæ Schematismum subjecimus, adiecta singulis ingredientibus debita ponderis nota, ut Pharmacopœos supputationis onere levaremus. Schematismus verò facilis & apertus hic est.

THERIACA ANDROMACHI.		In simplo.	In duplo.	In quadruplo.	In sextuplo	In octuplo.	In decuplo.	In duodecuplo
℞. Trochiscorum Scilliticorum.		℔. I. ʒ.	℔. I.	℔. II.	℔. III.	℔. IV.	℔. V.	℔. VI.
De Vipera,								
Piperis longi,								
Opij,								
Magmatis Hedychroi	Ana	℥ III.	℥ VI.	℔. I.	℔. I. ʒ.	℔. II.	℔. II. ʒ.	℔. III.
Rosarum rubearum exiccatarum,								
Iridis Illyricæ,								
Succi Glycyrrhizæ								
Seminis Bunadu dulcis,								
Comarum Scordii Cretici,								
Olei Nucis Moschatæ expressi,								
Cinnamomi electi,								
Agarici Trochiscati	Ana	℥ I. ʒ.	℥ III.	℥ VI.	℥ IX.	℥ XII.	℥ XV.	℥ XVIII
Myrrhæ,								
Costi odorati, seu Zedoariæ.								
Croci Orientalis,								
Cassiæ lignea veræ,								
Nardi Indicæ,								
Schœnanthus,								
Thuris masculi,								
Piperis nigri,								
Albi,								
Fol. Dictamni Cretici,								
Comarum Marrubii,								
Rhabarbari electi,								
Stœchadis Arabicæ,								
Sem. Petroselini Macedonici,								
Calaminthæ montanæ,								
Terebinthinæ Cypriæ,								
Zingiberis albi,								
Rad. Pentaphylli,	Ana	℥ VI.	℥ I. ʒ.	℥ III.	℥ IV. ʒ.	℥ VI.	℥ VII ʒ.	℥ IX.
Polii Cretici,								
Chamæpityos,								
Styracis Calamitæ,								
Meu, seu Angelicæ,								
Amomi racemosi,								
Nardi Celticæ,								
Terræ Lemniæ veræ,								
Phu Pontici.								
Chamædryos,								
Folii, aut Macis & Caryophyllorum ana p. æq.								
Chalcitidis tostæ,								
Rad. Gentianæ,								
Anisi torrefacti,								
Hypocistidis,								
Cubebarum,								
Gummi Arabici splendidi,								

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 610 sur 955

		In simplo.	In duplo.	In quadruplo.	In sextuplo.	In octuplo.	In decuplo.	In duodecuplo.
Sem. Fœniculi Cretici, *Cardamomi minoris,* *Sem. Seseleos,* *Succi Acaciæ,* *Thlaspios,* *Comarum Hyperici,* *Ammeos,* *Acori seu Calami Arom.* *Sagapeni,* *Castorei,* *Aristolochiæ longæ,* *Sem. Dauci Cretici,* *Bituminis Iudaici,* *Opoponacis,* *Florum centaurii minoris,* *Galbani recentis,* *Medicis despumati triplum,*	Ana Ana seu	℥ s. ℥ ii. lb. 14. ℥ v. ℥ ii.	℥ i. ℥ s. lb. 28. ℥ x. ℥ iv.	℥ ii. ℥ i. lb. 57. ℥ ix.	℥ iii. ℥ i. s. lb. 86. ℥ vii. ℥ iv.	℥ iv. ℥ ii. lb. 115. ℥ vi.	℥ v. ℥ ii. s. lb. 144 ℥ iv. ℥ iv.	℥ vi. ℥ iii. lb. 173 ℥ iii.

Theriacæ ac Mithridatii per classes parandi modus, ac elaboratior forma, nec non scenica distributio, multo ac magno labore nostro, ad calcem libri duabus tabulis totam horum tam celebrium medicamentorum structuram comprehendentibus est expressa.

Theriacæ vires ex Galeni monumentis sic decerpunt Actuarius & Alexandrinus. Ipsa adversus maxima mala Medicam. alexiterium est expertum. Datur in venenatis Medicam. aut venenatorum plagis, Nucis Ponticæ magnitudine cum vino. Capitis dolores diuturnos, vertigines, auditus graves, hebetudines oculorum, gustus instrumentum debilitatum, Comitialem morbum, Orthopnoicos cum mulsa potum sanat, dissecans, attenuans, & eductu faciles reddens humores. Succurrit etiam recenti & veteri tussi, & iis quibus thorax dolet. Convenit sanguinem exputentibus, sive à thorace, sive à pulmone eductio fiat, siquidem recens eductio sit cum posca, inveterata vero cum aqua dedocti radicum Symphyti mane & vespere. Stomachi vitia, ventriculi difficilem concoctionē & imbecillitatem emendat. Inflationes stomachi, & intestinorum cruciatus sedat, Colicos & Ileosos placat. Valet etiam in Cardiacis, & iis qui animo linquūtur, & Cholericis. Lumbricorum omne genus mirabiliter exigit, cum succo Menthæ data hepaticos affectus, itemque morbo regio laborantes strenuè curat. Induratos lienes liquefacit, sordes in iis consumens cum Oxymelite data. Deterit & lapides renum cum decocto Apii & Petroselini, aut Semine Dauci, aut quorundam aliorum, & difficilem mictionem vesicæ, & in ipsa exulcerationes interdum sanat cum decocto Chamæmeli febre carentibus data, aut cum vino dulci. Præbetur in omnis generis rigoribus diuturnis, maximè verò Quartanis, si quis ea artificiosè utatur, hoc est, post inclinationem. Datur etiam Hydropicis cum Asari decocto, & similibus malis, potissimū verò iis qui Anasarca laborant. Elephantia quoq; correptis sæpe auxiliatur, & partium corporis resolutiones in potu accepta sæpe sanat. Mulierum purgationes movet, & mortuos fœtus eiicit, data cum passo aut aqua mulsa, Ruta tamen aut Dictamno prius in iis liquoribus incoctis fabæ magnitudine. Podagra afflictis & articulorum defluxione infestatis conducit, post inclinationem non semel tantum, sed multoties pondere drachmæ unius pota, pro viribus & ægri temperamento. Opitulatur dolentibus etiam imposita. Admirari verò oportet hanc Antidotum, quod non modo corpori, verum etiam animo malè affecto medetur. Ex atra enim bile natas diversas imaginationes hoc Medicamentum exhibitum sedat, è valis lienis atram bilem veluti eluens & exhauriens, quemadmodum etiam ex ferarum ictu illatum venenum, & aquæ formidinem (Hydrophobiam vocant) pessimum sanè & curatu difficilem morbum, aut potius incurabilem, assiduè data sæpe sustulit. In pestilentibus similiter constitutionibus præsumentes ipsam hoc malo cortipi prohibet. Hyemis tempore iter facientibus consulimus ut ex ipsa parum sumant, est enim veluti bonum viscerum integumentum, quod plurimum iis qui eam sumpserunt calorem exhibeat. Dare oportet hoc Medicamentum cum probè coxerit qui ipsum accepturus est, neq; cibis refertus sit. Bibat autem jejunus; & iube ut sufficienti tempore à cibis abstineat, quo Medicamentum concoqui possit. Inspicere vero etiam oportet tempus, & ætatem ejus qui sumpturus est. Ætate enim neque omnino dabis, neque in vigore ætatis existentibus, ut qui plurimum habeant calloris, neque sæpius Medicamentum exhibendum esse monemus, iis verò qui jam vitæ declinationem attigerunt, pituitosis, nauseabundis, & cruditate laborantibus, iisque qui cibum non appetunt ex Melancholia aut frigiditate, hanc sæpius & plurimum exhibere convenit. Similiter etiam iis qui stomachi inflatione laborant, & uteri malis, cum vino bono ac veteri consulimus frequenter sumendam. In biliosis vero, febricitantibus & pueris omninò ejus exhibitionem vitare oportet, major enim ejus est facultas quam vires eorum tolerare possint, eo quod illorum corpora facilè dissolvat, & innatum spiritum celeriter extinguat.

Noluimus hoc loco præterire, quin Theriaces Andromachi compositionem à Medicis Romanis & Bononiensibus olim auctam, ac multis in locis mutatam, nec non à Clarissimo Viro Domino D. Luca Stengelio, Nobili itidem & multa experientia præclaro Viro D. D. Adolpho Occoni A. F. A. N. Collegæ quondam nostro honoratissimo communicatam huc inscreremus, quæ sic habet.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 611 sur 955

℞. Trochiſcorum ſcilliticorum unciaſ ſex.
Trochiſc. de Viperis,
Hedychroi,
Piperis nigri. ana uncias tres.
Trochiſc. de Camphora.
Opij.
Succi infuſionis Roſarum inſpiſſati.
Scordii Cretici, & noſtri.
Sem. Napi Sylveſtris.
Iridu Florentinæ,
Succi Glycyrrhizæ.
Agarici,
Cinnamomi,
Fol. Cardui Benedicti,
Balſami Indici,
Croci Orientalis ana unciam unam ſemis.
Myrrhæ,
Zingiberis,
Rhapontici veri,
Rad. Pentaphylli,
Tormentillæ,
Calaminthæ montanæ,
Comarum Marrubii,
Stœchados,
Rad. Coſti,
Zedoariæ,
Piperis Albi,
Longi,
Dictamni Cretici,
Thuris maſculi,
Sem. Petroſelini Macedonici Smirnii, id eſt, Oluſatri, non Hippoſelini.
Florum Schœnanthus,
Myrobalanorum Emblicorum, vel Chebulorum,
Terebinthinæ Cypriæ,
Caſſiæ lignea,
Spicæ Indicæ ana drachmas ſex.
Gentianæ,
Comarum Polii montani,
Styracis Calamitæ,
Suleris montani,
Abrotani,
Sem. Thlaſpios, ſeu Iberidis, vel Naſturtii albi,
Sem. Ammeos,
Chamædryos,
Chamæpityos,
Succi Hypociſtidis,
Lentiſci,
Fol. Malobatri, ſeu Macis,
Nardi Celticæ, ſeu Spicæ Romanæ,
Sem. Aniſi,
Fœniculi,
Rad. Meu, vel Imperatoriæ,
Terræ Lemniæ veræ,
Chalcitidis Semiaſſatæ,
Amomi vel Caryophyllorum aut Galangæ majoris, vel
Calami Aromatici,
Rad. Phu minoris,
Carpobalſami, ſeu Granorum Iuniperi,
Cubebarum,
Comarum Hyperici,
Acaciæ, vel Succi Lentiſci,
Gummi Arabici, vel Iuniperi,
Cardamomi minoris,
Rad. Angelicæ optimæ,
Imperatoriæ,
Vincetoxici,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Aſari,
Succiſæ,
Diptamni albi,
Serpentariæ,
Roriſmarini,
Salviæ minoris,
Scabioſæ,
Cornu cervi uſti,
Enulæ Campanæ,
Pimpinellæ,
Origani Cretici, ana unciam ſemis.
Sem. Dauci Cretici, vel ſem. Pimpinellæ,
Galbani,
Opopanacis,
Sagapeni,
Aſphalti vel Succini albi,
Rad. Cruciatæ,
Caſtorii,
Ariſtolochiæ longæ,
Baccarum Lauri ana drachmas duas.
Mellis duplum.
Vini Cretici quantum ſatis eſt.
Conficiatur ſecundum artem.

Theriaca Andromachi haudquaquã inferior, eadem præſtans quæ in morbis malignis & intoxicatorum periculis Andromachi Theriaca Alexandrina vocata efficere poteſt. Etenim venenorum vires deſtruit, ac morbis viſcerum internis, præſertim verò frigidis Colicæ, Iliacæ, uteri affectibus & ventriculi noxis à craſſis flatibus ortum ducentibus, ac aliis à putredine natis opitulatur.

Mordax vulgi vox fidem Medicamini huic tam antiquo & præclaro infirmam reddere, ac honori ipſius detrahere cupiens, eidem nævum hunc affinxit, quod ritè parari nequeat, eo quod multa in ejus compoſitione ἀντιβαλλόμενα ſeu Succedanea requirantur, cũ veris ſimplicibus ad ejus conſtitutionem requiſitis vix gaudeamus. Veruntamen quia labor improbus omnia vincit, Pharmacopœorum noſtrorum ſtudio & impenſis effectum eſt, ut pauca nunc deſiderentur, unde Georgius Melichius Auguſtanus, Pharmacopœus Venetus, meritò gloriatur in aſtruenda Theriaca Anno Chriſti 1573. ſibi non niſi quatuor legitima defuiſſe, quorum tamen defectum æquivalentibus ad ſufficientiam reſarciebat, pro Opobalſamo Oleum Nucis Moſchatæ, pro Carpobalſamo Iuniperi baccas, pro Amomo vero Amomum racemoſum, ac pro Folio Folium Officinis viſtatum, ſeu Macem ſubſtituens: cũ de Calamo nullum ſit dubium quin is verus ſit Acorus, Folium verum à Folio Officinarum viribus non diſcrepet, Cubebæ verò aut Baccæ Iuniperi Carpobalſamum æquent, atq; inſuper Oleum Nucis Moſchatæ Vel Caryophyllorum Opobalſamo parum cedat, ac vix minoris conditionis exiſtat.

Videant Pharmacopœi Theriacam paraturi ea, quæ Proſper Alpinus Lib. 4. de Medicina Ægyptiorũ ſcripſit. Similiter Ioannem Baptiſtam Sylvaticum, Melichium, Nicolaum Monardes, Petrum Belloniũ, Cluſium, & alios qui de Exoticis probe ſcripſerunt, adeant.

Antiballomena noſtra hæc ſunt, quarum rationem ſic reddimus.

Imprimis pro Opobalſamo Oleum Nucis Moſchatæ ſubſtituimus, non autem Oleum Caryophyllorũ,

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 612 sur 955

Id enim ratione Trochiſcorum Hedychroi compoſitionem Theriacæ ſubintrat.

Pro Coſto Zedoariam majorem, ſeu longam quæ rectè Coſtus Syriacus eſſe creditur, ſufficimus, quo nomine non ſubſtituti ratione ſed propriæ auctoritatis fide locum in Theriaca ſuum meritò obtinet.

Pro Radicibus Meu Angelicam aſſumimus, cui viribus affinis planè eſt radix Imperatoria ſeu Oſtrutium, quod Apuli adverſus ſerpentium morſus valere dudum obſervarunt.

Amomi locum nobis ſupplet ſeminis Citri & Hyperici æqualis utriuſque portio, aut Galanga major, non autem Macis, ea namq; Folii defectum reſarcit: non Calamus Aromaticus, is enim Acorus verus cum ſit, per ſe compoſitionem hanc ingreditur ſuis partibus ſatisfacturus: alii penuriam ejus Bacci Iuniperi aut Amomo racemifero quo nunc gaudere cæpimus, reſarciunt, quod intellexiſſe videtur Andromachus in carmine ſic canens,

Cumq; racemifero Celtarum Nardus Amomo.

Pro Malobathro commodiſſimè Macis, aut Macis & Caryophyllorum ana partes æquales ſubrogantur, alias quidem Spica tam Celtica quam Indica Folij vicem gerunt, non autem hoc loco, cum Nardus ipſa Celtica ad compoſitionem hanc requiratur.

Carpobalſamo omnis noſtra ætas Cubebas ſubrogare fuit ſolita.

Seſeli Creticum, id eſt & habetur quod minimum eſt & tenuiſſimum, cuius Planta Germanicè Beerwurtz vocari conſuevit.

Theriaca diateſſaron, Meſuæ. Auguſt.

℞. *Gentianæ,*
Baccarum Lauri,
Myrrhæ,
Ariſtolochiæ rotundæ ana uncias duas.
Mellis deſpumati libras duas.

Græcorum hæc eſt Compoſitio, ut ex nomine patet, quam Arabes mutuati ſunt. Deſcribitur ab Avicenna & Meſuæ. Ad venenatos morſus & potus efficax, omneſq; cerebri frigidos affectus, cõvulſionem, reſolutionem, morbum Comitialem, Spaſmum Cynicum, ventriculi inflationem, ac coctionis tarditatem. Venenatis ictibus admota & epota benefacit. Hanc paſſim agyrtæ & circumforanei circumferunt, & pro magna Theriaca venalem exhibent.

Theriaca hæc licet jumentis communiter exhibeatur, hominibus tamen identidem ſalutaris exiſtit. Valebit autem plurimum contra peſtilentis luis infectionem, aliorumque morborum malignorum contagia, ſi ei Terram Lemniam, aut Bolum Armenum, Dictamnum album, Tormentillam, Scordium, Carlinam, Zedoariam vel Angelicam aucto Mellis pondere junxeris. Notabis autem vulgares illas radices pro Ariſtolochiæ radicibus venundari ſolitas. Piſtolochiæ verò vera radix eſt longè major & tuberoſa, intus ſolida, colore Buxi flavo, odorem & ſaporem Ariſtolochiæ longæ noſtratis referens.

Theriaca communis ſeu Auguſtana. Auguſt.

℞. *Rad. Enulæ libram ſemis, uncias quinque, drachmas ſeptem.*
Ariſtolochiæ rotundæ libram ſemis, unciam unam ſemis.
Granorum Iuniperi,
Zedoariæ,
Scordii,
Chamædryos,
Chamæpityos ana uncias tres drachmas ſex.
Ariſtolochiæ longæ,
Comarum Hyperici,
Scabioſæ,
Sem. Rutæ,
Savinæ ana unciam unam ſemis drachmas duas.
Betonicæ,
Salviæ domeſticæ,
Praſij,
Spicæ Romanæ,
Baccarum Lauri,
Rad. Gentianæ,
Diptami albi,
Tormentillæ.
Calami Aromatici ana unciam unam ſemis.
Meu,
Phu,
Pimpinellæ,
Sem. Ammeos.
Carui,
Macis.
Santali rubri,
Succini Citrini,
Foliorum Meliſſæ hortenſis, Menthæ rubeæ ana drachmas ſex.
Caſtorei,
Abſinthij,
Calaminthæ montanæ,
Zingiberis,
Piperis nigri ana drachmas tres.
Nucum Iuglandium numero ſexaginta.
Cuperoſæ præparatæ unciam unam ſemis.
Olei Terebinthinæ,
Olei Iuniperini è baccis ana uncias tres.
Oxymellis Scillitici libram unam.
Bolo Armeni Orientalis præp. libram ſemis.
Opij Thebaici,
Corticum Citri ſiccorum,
Sulphuris vivi præparati ana uncias tres drachmam unam, grana quinque.
Cornu cervi præparati unciam unam ſemis, drachmam ſemis grana duo.
Succi corticum Fraxini uncias tres.
Vini Cretici libram unam.
Mellis optimi deſpumati triplum.
Simplicibus ſingulis ſuo tempore collectis & artificioſe præparatis, fiat Theriaca in bona forma.

Theriacam hanc communem omnium Medicorum & totius Collegii noſtri conſenſu ad hunc modum hucuſq; præparavimus, & in poſterum quoq; parandam cenſemus. Hac autem vulgus ad præproperos morbos ac ſubitas adorſiones, ubi contagii alicuius ſuſpicio ſubeſt, commodè utitur; ſudores enim potèr prolicit, humorum putredini adverſatur, eorumq; corruptionem emendat. Colicos, inflatos, ex ventre, veſica, ſtomacho, aut utero dolentes adiuvat, veneni reſiſtit, malignarum febrium primos inſultus reprimit, cordis tædia è putridorum ſuccorum halitu ortum ducentia diſcutit, coctionem adiuvat, frigidam viſcerum intemperiem corrigit, ac contra venenati aut contaminati aeris noxas, quas potenter evincit, ſaluberrimè aſſumitur.

Mithri-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 613 sur 955

Mithridatium Democratis, ex Græcis versibus. August.

℞. *Myrrhæ Arabicæ Troglodytica,*
Croci,
Agarici,
Zingiberis,
Cinnamomi,
Spicæ Nardi
Thuris electi,
Thlaspios ana drachmas decem.
Seseleos,
Opobalsami,
Schœnanthus,
Stœchadis,
Costi veri Aromatici, aut succedanei,
Galbani,
Terebinthinæ,
Piperis longi,
Castorei Ponti ci,
Succi Hypocistidis,
Styracis bonæ,
Opopanacis,
Foliorum ana unciam unam.
Cassiæ lignæ,
Folii,
Piperis albi,
Scordij,
Sem. Dauci Cretici,
Carpobalsami,
Cypheos Trochiscorum,
Bdellii ana drachmas septem.
Nardi Celticæ purgatæ,
Sem. Petroselini,
Gummi,
Opii,
Cardamomi,
Sem. Fœniculi,
Gentianæ,
Foliorum Rosarum,
Dictamni Cretici ana drachmas quinque b. p.
Anisi,
Aristolochiæ rotundæ,
Acori,
Phu,
Sagapeni ana drachmas tres.
Meu Athamantici,
Succi Acaciæ,
Ventris Scinci veri,
Summitatum Hyperici ana drachmas duas semis.
Vini quantum satis est.
Mellis despumati triplum, id est, libras novem, uncias octo, drachmas duas.

Modus confectionis hic est, ut ingredientia ad compositionem huius tam famosi Medicaminis in sex Classes divisa in tenuem pulverem redigantur. Classium porrò series hæc est.

I. CLASSIS.

Sem. Anisi drachmas tres.
Zingiberis drachmas decem.
Macis unciam semis.
Cariophyllorum unciam semis.
Gentianæ drachmas quinque.

Pendit hæc Classis in universum vncias tres, drachmas duas.

II. CLASSIS.

Scordii Cretici drachmas septem.
Nardi Celticæ drachmas quinque.
Piperis longi unciam unam.
Sem. Petroselini Macedonici drachmas quinque.

Pendit hæc Classis in universum uncias tres, drachmam unam.

III. CLASSIS.

Cinnamomi drachmas decem.
Spicæ Indicæ drachmas decem.
Schœnanthus unciam unam.
Zedoariæ unciam unam.
Seseleos unciam unam.
Rosarum drachmas quinque.

Pendit hæc Classis in universum libram semis, drachmam unam.

IV. CLASSIS.

Polii Montani drachmas septem.
Stœchadis unciam unam.
Sem. Fœniculi drachmas quinque.
Phu Pontici drachmas tres.

Pendit hæc Classis in universum uncias duas semis, drachmas tres.

V. CLASSIS.

Dictamni Cretici drachmas quinque.
Cassiæ lignea drachmas septem.
Cubebarum drachmas septem.
Piperis albi drachmas septem.
Sem. Thlaspios drachmas decem.

Pendit hæc Classis in universum uncias quatuor semis.

VI. CLASSIS.

Sem. Dauci drachmas septem.
Cardamomi drachmas quinque.
Calami Aromatici drachmas tres.
Aristolochiæ rotundæ drachmas duas semis.

Pendit hæc Classis in universum uncias duas semis, drachmas tres.

Sequentia porrò per se terantur, Nempè

Myrrha,
Olibanum,
Castoreum,
Bdellium,
Agaricus,
Ventres Scinci,
qui in cisorio in minutissimas partes redigantur.
Crocus.

Hoc peracto Gummata & Succi vino Cretico solvantur, ac eo planè modo qui in Theriaca præscriptus est, cum Terebinthina, Melle & pulveribus sex Classium uniantur, adiiciendo sub finem Crocum vino Cretico dilutum, itemque Styracem Oleo Nucis Moschatæ & eodem vino liquatam; atque sic sedula strenuaq; agitatione compositio hæc suam perfectionē acquirat, quæ identidem in vase mundo & satis amplo, ut fermentare queat, reponenda, atque ut Theriaca sæpius commovenda, donec in annum adoleverit.

Pro Opobalsamo, Oleum Nucis Moschatæ, pro Acoro Calamum Aromaticum, pro radicibus Meu Angelicam hoc loco substituimus.

Adiicimus hic Schematismum Mitridatii in duplicata quantitate usque ad duodecuplam parandi, qui sic sese habet.

MITHRIDATIUM DAMOCRATIS.

		In simplo.	In duplo.	In quadruplo.	In sextuplo	In octuplo.	In decuplo.	In duodecuplo
Rx. Myrrhæ Arabicæ,								
Croci,								
Agarici,								
Zingiberis,								
Cinnamomi,								
Spicæ Nardi,								
Thuris electi,								
Thlaspios,	Ana	℥ x.	℥ II.s.	℥.v.	℥ VII.s.	℥.x.	℥.XII.s.	℥.xv.
Seseleos,								
Opobalsami, Olei Nucis Moschatæ								
Schœnanthus,								
Stœchadis Arabicæ,								
Costi, aut Zedoariæ,								
Galbani,								
Terebinthinæ,								
Piperis longi,								
Castorei Pontici,								
Succi Hypocistidis,								
Styracis bonæ,								
Opopanacis,								
Foliì,	Ana	℥.I.	℥.II.	℥.IIII.	℥.VI.	℥ VIII.	℥.x.	℥.XII.
Cassiæ lignea,								
Poli montani,								
Piperis Albi,								
Scordi Cretici,								
Sem. Dauci Cretici,								
Carpobalsami,								
Cypheos Trochiscorum,								
Bdellii,	Ana	℥.VII.	℥.XIV.	℥.XI.s.	℥.v. ℥.II.	℥.VII.	℥.VIII. ℥.VI.	℥.X.s.
Nardi Celticæ purgatæ,								
Seminis Petroselini,								
Gummi,								
Opii,								
Cardamomi,								
Seminis Fœniculi,								
Gentianæ,								
Flor. Rosarum,								
Dictamni Cretici,	Ana	℥.v.	℥.X	℥.II.s.	℥ III. ℥. VI.	℥.v.	℥.VI. ℥.II.	℥.VII.s.
Anisi,								
Aristolochiæ rotundæ,								
Acori, vel Calami Aromatici,								
Phu,								
Sagapeni,	Ana	℥ III.	℥. VI.	℥.I.s.	℥.II. ℥.II.	℥ III.	℥ III. ℥.VI.	℥.IV.s.
Meu, vel Angelicæ,								
Succi Acaciæ,								
Ventris Scinci,								
Summarum Hyperici,	Ana	℥.II.s.	℥.v.	℥.x.	℥.XV.	℥.II. s.	℥III.℥I	℥III.℥6
Vini quantum satis								
Mellis despumati triplum.		lb.9. ℥.8. ℥.2.	lb. 19 ℥.4. ℥.4.	lb.38. ℥.9.	lb. 58. ℥.I. ℥.4.	lb. 77. ℥.6.	lb. 96. ℥.10. ℥.4.	lb.116. ℥.3.

Mithridatica Antidotus celeberrima adlethales & venenatos morsus à Mithridate, Ponti & Bithyniæ Rege famam & nomen accepit. Valet ad capitis, aurium, oculorum, dentium, pulmonum, ventriculi & intestinorum affectus frigidos seu pituitosos & Melancholicos, seu ad stuporem, Paralysim, Apoplexiam, Epilepsiam, Spasmum, Tetanũ, Cephaleam, Hemicraniam, Maniam, Melancholiam, gravem auditum, oculos lacrymantes, Odontalgiam, Cynanchen, Asthma, sputum Sanguinis, Peripneumoniam, Lienteriam, Dysenteriam, sive sumatur, sive admoveatur. Præterea ad frangendos calculos, Menses ciendos, omnia uteri vitia, Scirrhos, Podagras, morsus & ictus venenatos, morsum canis rabidi, febres quotidianas & quartanas initio accessionum, cocta jam materia, in modum avellanæ cum vino vel aqua, cui Salvia seu Mentha sit incocta, in aliis autem vespere sumpta vel admota efficax existit. Diuturnis stomachi & thoracis defluxionibus prodest. Tabidis, ventris inflationibus, Cæliacisq; medetur, bonum corporis colorem conciliat, appetentiam immutatam restituit, ex morbo languidos reficit, ac difficultatem urinæ emendat. Melancholiam non sinit consistere, mortuum fœtum eiicit, visum acuit, præsumpta non permittit lædi à lethalibus

thalibus pharmacis. Omnibus in profundo corporis factis exulcerationibus & abscissibus benefacit.

Prisci legebant Mithradates, non Mithridates, & rectius quidem, ita enim habent antiquorum numismatum inscriptiones quas in cælatura frontispicii huius voluminis, secuti sumus.

Antidotus Mathioli. August.

℞. Rhabarbari,
Rhapontici,
Rad. Phu,
Acori, seu Calami Aromatici,
Cyperi,
Quinquefolii,
Tormentillæ,
Aristolochiæ rotundæ,
Pœoniæ,
Helenij,
Costi,
Iridis Illyricæ,
Chamæleontis albi, an. drachmas tres.
Galangæ,
Imperatoriæ,
Dictamni albi,
Angelicæ,
Millefolii,
Filipendulæ,
Zedoariæ,
Zingiberis ana drachmas duas.
Agarici drachmas tres.
Labanotidis maris,
Gentianæ,
Morsus Diaboli ana drachm. duas semis.
Sem. Citri,
Vitis,
Coccinei floris,
Fraxini,
Oxalidis,
Pastinacæ sylvestris,
Napi,
Nigellæ,
Pœoniæ,
Ocymi,
Irionis,
Thlaspios,
Fœniculi,
Ammeos ana drachmas duas.
Baccarum Lauri
Iuniperi,
Hederæ,
Smilacis asperæ,
Cubebarum ana drachmam unam semis.
Foliorum Scordii,
Chamædryos,
Chamæpityos,
Centaurii minoris,
Stœchadis Arabicæ,
Nardi Celticæ,
Calaminthæ,
Rutæ,
Menthæ,
Betonicæ,
Verbenacæ,
Scabiosæ,
Cardui Benedicti,
Melissophylli ana drachmam unam semis.
Dictamni Cretici drachmas tres.
Sampsuchi, Hyperici,
Iunci odorati,
Marrubii,
Galegæ,
Savinæ,
Pimpinellæ ana drachmas duas.
Caricarum,
Nucum Iuglandium,
Pistachiorum ana uncias tres.
Myrobalanorum Emblicorum drachmas quatuor.
Florum Buglossi utriusque.
Rosarum,
Lavendulæ,
Salviæ,
Rorismarini ana scrupulos quatuor.
Croci drachmas tres.
Cassiæ lignea verè, drachmas decem.
Caryophyllorum,
Nucis Moschatæ,
Macis ana drachmas duas semis.
Piperis nigri
Longi,
Santalorum omnium,
Agallochi ana drachmam unam semis.
Cornu cervi crudi unciam semis
Vnicornu drachmam unam.
Ossis de corde cervi,
Ramentorum Eboris,
Virgæ Cervinæ,
Castorei ana scrupulos quatuor
Terræ Lemniæ drachmas tres.
Opii drachmam unam semis.
Margaritarum Orientalium.
Fragmentorum Smaragdi,
Hyacinthi,
Coralli rubri ana drachmam unam semis.
Camphoræ drachmas duas.
Mastiches,
Thuris,
Styracis,
Myrrhæ,
Gummi Arabici,
Resinæ Terebinthinæ,
Sagapeni,
Opopanacis,
Laserpitii ana drachmas duas semis.
Moschi odorati,
Ambræ ana drachmam unam.
Olei Vitrioli unciam semis.
Specierum Cord. temperatarum.
Diamargaritii frigidi,
Diamoschu dulcis,
Diambræ,
De gemmis frigidis.
Trochiscorum de Camphora,
Scilliticorum ana drachmas duas semis.
Trochiscorum de Vipera uncias duas.
Succ. Oxalidis,
Sonchi,
Scordii,
Echii,
Buglossæ,
Melissophylli ana libram semis.
Hypocistidis drachmas duas.
Theriacæ electæ,
Mithridatii optimi ana uncias sex.
Vini veteris albi odorati libras tres.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 616 sur 955

Sacchari è Madera aut Mellis optimi libras octo & uncias sex.

Fiat secundum artem Electuarium eo modo, quo Theriaca aut Mithridatium conficiuntur.

Describitur à Petro Andrea Matthiolo in Commentar. ad lib. 6. Dioscoridis. Facit autem adversus pleraque venena quæ per os sumuntur, itemq; adversus ea quæ morsu, vel ictu relinquuntur. Pesti plurimũ adversatur, morbosq; malignos præcavet & expellit, ac Theriacæ aut Mithridatii vires æmulatur. Datur à drachma una ad duas, vel ad summum tres, ex posca, vino, aceto, Aqua Cardui Benedicti, seu alio aliquo conveniente liquore, corpore ab ejus assumptione ad sudorem composito. Hactenus Augustani.

Theriacæ magnæ Andromachi descriptio vulgaris.

℞. *Trochiscorum scylliticorum* ℥ vj.
Trochiscorum de vipera
Opii Thebaici
Magmatis hedychroi an. ℥ iij.
Piperis longi
Rosarubrarum exsiccatarum
Iridis Illyricæ aut Florentinæ
Succi glycyrrhizæ
Sem. Napi agrestis
& sativi
Comarum scordii cretici
Opobalsami, seu olei ex nuce moschata expressi,
Cinnamomi,
Agarici an. ℥ j ß.
Myrrhæ
Costi odorati seu Zedoariæ
Croci orientalis
Casiæ lignææ veræ
Nardi Indicæ
Schœnantos seu iunci odorati,
Thuris masculi pellucidi
Piperis nigri
& albi
Fol. Dictamni cretici
Comarum Marubii
Rhabarbari seu rhei
Stœchados Arab.
Sem. Petroselini Macedonici
Nepetæ, seu calaminthæ montanæ odoratæ
Terebinthinæ
Zingiberis
Rad. Pentaphylli an. ℥ vj.
Polii cretici
Ramorum chamæpityos
Styracis calamitæ
Meu
Angelicæ
Amomi racemosi seu calami aromatici
Nardi celticæ
Terræ Lemniæ veræ
Phu pontici seu valerianæ nostræ
Comarum chamædryos cretic.
Fol. Malobathri
Macis
Caryophyllorum an. ℥ ß.
Chalcitidis tostæ
Rad. Gentianæ
Anisi torrefacti vel fricti
Succi hypocistidis.
Carpobalsami. *Cubebæ.*
Gummi Arabici splendidi vermiculati
Sem. Fœniculi dulcis *Cardamomi maioris*
Seselcos
Acaciæ
Thlaspios
Comarum hyperici cretici
Ameos
Sagapeni an. ℥ ß.
Castorei
Aristolochiæ longæ
Sem. Dauci Cretici
Bituminis Iudaici seu asphalti
Opopanacis
Comarum centaurii minoris
Galbani recentis ana ℥ ij.
Mellis despumati triplum, id est, ℔. *quatuor, uncias quinq;, & drachmas duas.*

Hæ sunt varia illa huius tam magni magisterii ingredientia variis diversisque proprietatibus dotata atq; ditata & ab omni antiquitate prò miraculo & remedio maximo & incomparabili fuit existimatum: & adhuc hodie in summo habetur pretio & æstimatione, & vel ex ejusdem dispensatione, quæ solenni quadam pompa & apparatu celebratur, facile colligitur.

Sed ejus conficiendi artificiũ ingeniosum scilicet & subtile vel secundũ ipsũ Galenũ tale est: Trochisci, radices, folia, flores, semina & fructꝰ, terra Lẽnia, chalcitis, bitumen, in mortario æneo cũ pistillo ferreo in subtilissimũ pulverẽ rediguntur, omniaq; tenuissima redduntur, hoc est, cribro subtilissime traiiciũtur, seminib. thlaspios, napi sylvestris & croco exceptis, quæ seorsim teruntur, & pauco vino irrorantur, ne mortario facile adhærescant.

Gummi, succi, & castoreum seorsim etiam cõtunduntur, & pauco vino irrorantur, ut facilius pulverisentur. His omnib. ita ꝑbe apparatis, paulo anteq; cõpositio & mixtio fiat, terebinthina in duplici vase cũ pauco melle liquefit, in qua gummi liquescunt, & omnia dein coquuntur ad justam consistentiam, addita sensim pulveris in vino dissoluti parte, donec mellitam acquirant consistentiã. Dein omnia in mortariũ magnum & capax, vel in ahenum magnum iniiciuntur, sensimq; vel ad solem, vel ad lentum calorem simul optime cõmiscentur, tudicula agitando, idq; ad plusculos dies, donec omnia ꝑbe unita sint. Post septẽ. vel octo dies repetenda est eadem agitatio, & cõtinuanda ad duos menses, ut materia melius fermentẽtur; quo tẽpore elapso hoc mirabile pharmacũ reservandum includitur in vasis elegantissime perpolitis, argẽteis, stanneis, terreis vitreatis, & vitreis: cuius virtus integra conservatur ad mediam usq; hominis ætatem. Theriaca enim est validum pharmacum usque ad 30. annum in his affectibus, in quibus non tanta est nocentis causa, ut vult Gal.

Avicenna adhuc ulterius progreditur *lib. 5 tract. 1. de Theriacis*, ipsi tribuens singularum ætatum, imo vitæ mortisq; conditiones *Theriaca quidem*, inquit, *adsunt infantia & pubertas, & adolescentia, & senectus & mors. Et sit infans post 6. menses: deinde incipit in pubertate & augmento usque ad tempus, in quo statu per 10 permanet annos in regionibus calidis, & per 20. annos in regionibus frigidis: deinde stat 10. annis aut 20. deinde declinat aut post 10. aut post 40. annos: deinde spoliatur virtute Theriacæ: aut post 60. & fit una confectionum declinata à grada Theriacæ.*

Nimis longũ foret hic virtutes & varias alias qualitates, quas ipsi attribuunt, articulatim enarrare.

Non

Non enim bonas horas in eo perdendas, sed utilius collocandas censemus.

Sunt quidam præclari Medici, qui legem illam duriorem ab Avicenna prolatam, ut *supra* diximus, susq; deque ferentes, in enumerata illa Theriacæ compositione ausi fuerunt uti diminutione, additione & correctione. Et in ejusde dispensationis methodo alium ordinem, quam Galenus, de quo paulo ante locuti sumus, observarunt.

Romani & Bononienses Medici addiderunt trochiscos camphoræ, & loco rosarum substituerunt earundem extractum: ipsimet etiam adiecerunt insuper *baccas lauri, omnia myrobalanorum genera rad. angelicæ, zedoariæ, imperatoriæ, vincetoxici, asari, serpentariæ, enulæ campanæ, pimpinellam, scabiosam, cornu cervi ustum*, & ejusmodi simplicia, quæ hodie tanquam specifica remedia præscribuntur contra pestem & venena, quæ nos ipsi ad aquarum nostrarum Theriacalium antidotorum contra eandem luem pestiferam juxta compositiones *supra* nobis descriptas adhibuimus.

Bartholomæus Marantha, vir doctissimus eodem jure, ut cæteri, in præparatione & mixtione commemoratæ Theriacæ alium ordinem, quam Gal. sequitur, & vult, ut simplicia humida, ut succi, gummi, & lachrymæ dissolvãtur in vino generoso, quale est malvaticum, cuius ad eundem usum accipit ℥xxxx. quæ faciunt duas pintas sive mẽsuras Parisienses, aut circiter.

Interim tamen illi mihi parum vel omnino nihil solliciti videntur fuisse de cortice externo & materiali & separando & abiiciendo, neq; eo animũ appulerũt, ut nucleum internum ac formalem, in quo tanquam parte efficaciori, & virtutibus longe præstantioribus prædita, unicum correctionis fundamentum eõsistit, eruerent. Eo tamen peruenerunt, ut contra Avicennã demonstrarint, remedium hoc adeo perfectum nõ esse, quin tam in compositione, quam in præparatione ejus aliquid desiderari possit. Potissimum autem aliis, suo exemplo, amplissimam aperuerunt viam & occasionem; non tantum eorum vestigiis inhærendi, sed etiam ulterius progrediendi: interea tamen id, quantulumcunque fuerit, quod Deus apud illos deposuerat, publici emolumenti causa largiter erogarunt.

Eundem scopum sibi præfixum tenere debet quilibet verus Medicus; hæcque unica fuit causa, quæ mihi meæ conditionis minimo animũ addidit, ut correctioni & reformationi huius remedii laudatissimi, usitatissimi, & comprobatissimi, & à tota antiquitate ad miraculũ usq; cõmendati manus admovere haud dubitarem, interim tamen obnixe rogamus, ne benevolus lector id forte tribuat inanis gloriæ concupiscentiæ, aut temerariæ levitati, sed honestæ huic & laudabili ambitioni, pioq; instituto, cuius ductu omnes hactenus labores & vigilias nostras soli utilitati publicæ juvandæ consecravimus, & in posterũ semper consecrabimus.

Ut igitur palam fiat, propositum nostrum non eo spectare, ut pharmaceutrici ædificii structuram veterẽ funditus evertamus, sed ut eandẽ potius ex eodem fundamento magis magisq; exædificemus & extruamus, in prima Theriacæ reformatione, cuius cõpositionis formulã nunc describendã aggrediemur, ea dẽ simplicia & ingredientia, imo & eandem dosim, idem pondus & mensuram, q̃ à Galeno, aliisq; in Theriacæ magnæ, Andromacho adscriptæ, descriptione fuerũt adhibita, reservabimus; eandemque, quam nunc publicandam præsumimus, correctionem, correctioni censuræ aliorum, modo deposito omni affectu adhibeatur rectæ rationis judicium, libenter subiicimus.

Ne itaque in confusum quoddam chaos, aut labyrinthum inextricabilem benevolum lectorem forte præcipitemus: nostram Theriacæ compositionem & dispensationem, nunc ordine facili, & in certas classes distincto proponemus.

In prima autem classe collocabimus Pastillos.

De scylla
Hedychroi

Et potissimum Theriacales, utpote, qui præcipuæ basis & fundamenti vicem subministrant in magna huius Alexiterii compositione.

2. Secundæ classis locum merito obtinebunt præcipua hæc & principalia duo anodyna, nempe

Opium
& Crocus.

Quæ à singulari sua vi & virtute anodyna, quam dictæ compositioni impertiunt, nec non ab insigni sua dolores & cruciatus intolerabiles sedandi, & summam corporis ac spirituũ tranquillitatem inducendi efficacia, occasionem dederunt antiquis, eam γαλήνην appellandi. Vt autem hæc enarrata duo anodyna convenienti invicem glutine associentur & colligantur, & illorum proprietas in sistendis & coercendis omnis generis impetuosis defluxionibus & hæmorrhagiis, magis invalescat; iis sub hac eadem classe adiungere placet

Terram sigillatam
Acaciam
Hypocistida
& gummi Arabicum.

In tertiam classem veniunt, radices, folia, flores, & fructus, quæ contra omnia venena & corruptiones conferunt, suntque cardiaca, & corroborandis partibus nutritioni dicatis apta, quas proprietates huic magnæ compositioni contribuunt, eaque sunt

Rad. Zedoariæ
Gentianæ
Pentaphylli
Iridis Florentinæ
Valerianæ
Iunci odorati
Aristolochiæ
Cassiæ lignea veræ
Folia Dictamni
Calamenthæ montanæ odoratæ
Malobathri
Coma Scordii Cretici
Hyperici
Centaurii minoris
Marrubii
Chamædrios Cretic.
Chamapityos
Nardi celticæ
Nardi Indicæ
Flores Ros. rubrarum
Stœchados Arabicæ
Sem. Seseleos
Thlaspios
Anisi torrefacti
Fœniculi dulcis
Dauci
Napi agrestis
& sativi.

In quar-

In quarta classe ponenda erant aromata sanguinem & spiritus calefacientia,& naturam nostram instaurantia & corroborantia:quorũ alia balsami perfunguntur officio, corpus nostrum à corruptione præservando:alia hanc antidotum elegantissimis aliis ditant qualitatibus.Huiusmodi sunt

Cinnamomum
Caryophylli
Macis
Carpobalsamum sive cubebæ
Zingiber
Piper album
Piper nigrum
Piper longum
Opobalsamum seu oleum nucis moschatæ,

5. Statim post aromata,in quinta nempe classe, castra metabuntur lachrymæ sulphureæ pretiosissimæ & excellentissimæ: aromatum istorum sorores germanæ,quæque tanquam balsamum ad radicale corporis nostri balsamum ab omni putredinis & corruptionis infectione tuendum & præcavendum inserviunt:sunt autem

Myrrha
Thus masculum
& styrax calamita.

Huic eidem ordini sive classi (sed quasi uno gradu inferius)inseremus terebinthinam, quæ similiter sulphurea sive balsamica,tribus istis lachrymis loco veri & idonei dissolventis erit, illarumque proprietates multo efficiet validiores & efficaciores.

Sextæ & ultimæ classis sedem occupandam sibi reservarunt gummi attenuantia, dissolventia, deoppilantia,cephalica,hysterica, quæ ideo addita sunt huic antidoto,ne quid in ea desideretur,quod ad ejus perfectionem pertinere videatur, ita ut non tantum fiat alexipharmacum, sed universale quoddam medicamentũ contra gravissimos quosvis totius corporis affectus & symptomata.Huius generis sunt gummi.

Opopanax
Sagapenum
Galbanum
Castoreum
Bitumen Iudaicum.

Singulorum horum enumeratorũ simplicium dosis petenda est ex Galeni Theriacæ formula, quam ex Andernaco depromptam *supra* jam descripsimus.

Videntur itaque omnia huius tam longæ & magnæ compositionis simplicia,quæ antea tam confusa & inordinata serie dislocata erant, ordine satis perspicuo & distincto tradidisse.

Non satis nobis constat,cui ordini vel classi annumerare debeamus tria,q̃ restant,simplicia, adeo parũ compendii ac utilitatis illa conferunt,unde minus apposite à nobis videntur apponi,nẽpe *rhabarbarum*, *agaricus,& chalcitis.* Agarici namque ℥j. ß.& rhabarbari ℥vj.qua dosi parui,ne dicã nullius fere momenti sunt ad tantam huius antidoti molem & quantitatẽ,si ad evacuandi scopũ referantur,cui minus p̃dicta antidot⁹ dicatur.Sin vero quis *rhabarbarum* pro hepate roborando,& *agaricum*,pro cerebro additum esse inferat, nihil adhuc,pmovet,adeo ut ratũ firmumq; maneat, nullum digniorem & aptiorem hic ipsis locum,quam paret præ foribus,relinqui:ut & *chalcitidi*,cuius pharmaci loco nuperi *vitriolum* capiunt:quod mea quidem sententia non meretur,ut in hac recipiatur cõpositione,quamvis sint,qui id tanquã totius antiquitatis calculo cõprobatum, nullo modo expungendum propugnent,non tantum eo,quod fucum & colorem nigrum medicamento indueat,sed etiam quod facultatem exsiccantem & adstringentem exhibeat.Ut ut sit, pluris inde detrimenti,quam boni proficisci mihi ipsi persuadeo. Est enim omnino crudũ remediũ, quãvis vel mediocriter calcinatũ assatumq; fuerit, veluti id præparandum esse ajunt,semper tamen pernicioſum est,vomitumq; vehementer provocat,ad 8.vel 10. tãtum grana exhibitum.Sed verum quidẽ est, quòd dimidia tantum uncia,quæ huius antidoti compositionem ingreditur,non possit adeo magnum inducere vel commodum vel incommodum.

Interim tamen per nos licebit cuivis illa admittere,& in eo,quo voluerit,loco collocare. Nos a. sexistis constitutis modo classibus contenti, singularum nunc paulo specialius & exquisitius instituemus examen,idq; clare & adamussim,adeo, ut efficaciatam admirandi antidoti, tantique ab omnibus hactenus æstimati,præstantior,mirabilior, multoque reddatur commendatior.

Exordiemur autem examen nostrum à primo ordine sive classe,quæ continet triplicia *supra* cõmemoratorum trochiscorũ genera,& ꝓpositis primum illorũ formulis,ꝓut vulgo cõponuntur, nostram superaddemus correctionem& reformationem:quam tamẽ, ut *supra*,sub exacti judicii censuram revocare poterit quilibet æquus ac eruditus lector. Faciemus autem initium à trochiscis scylliticis.

Hi describuntur à Galen.*lib.de antidotis*, & *de Theriaca ad Pisonem*:& post illum ab Aetio *tetr.*4.*serm.*1.*c.* 88.& ab Ægineta *de re med.lib.*7.*ca.*11. & inter Arabes ab Avicenna *lib.*5.*tract.*1.Hæc trochiscorum de scylla præparatio nihil præ se fert, quod politum aut industriosum sit. Ægineta eam duobus fere verbis delineat:*Scyllam*,inquit,*luto aut farinæ massa oblitam, moderate assato,& acceptis internæ partis ipsius partibus duabus,& farinæ erui parte una terito, & similiter pastillos efformato.* Aliqui adiciunt æquas farinæ partes. Sed priusquam ulterius progrediamur, paulo minutius discutiamus singula,quæ in scyllæ ꝓparatione consideranda sunt, ubi simul deprehendemus scrupulos aliquot,quos veteres circa eandem præparationem nobis in animadversionibus suis reliquerunt.

Prima consideratio in *scyllarum* electione consistit. Aliæ enim aliis sunt pernicioſiores,unde & idcirco à Mesuæo & Arabibus inter ipsa venena relatæ. Huiusmodi sunt,quæ non cum aliis consitæ,sed solæ in locis stagnantibus,fœdis ac fœtidis nascuntur. Scyllæ Hispanicæ foliis suis,aloes foliis respondentes, utpote crassiore.& melius ob calidiorem illã regionẽ coctæ, bonitate sua superant vulgares nostras,quæ istis inefficaciores sunt&impares tam quoad materialem crassitiem,quam ad formalem qualitatem.

Secundo tempus,quo colliguntur, observandum. Antiqui autem omnes eas colligi jubent in perfecta sua maturitate,foliisq; & caulibus siccioribus, quod plerumq; accidit circa messis tempora in æstate:nõ autem reservatas,sed recentes,hoc est,simul ac collectæ sint,in usum trãsferendas præcipiũt. Sunt nõnulli, qui nescio quos scrupulos,qui hic inici possint, prætendant:quorũ tamen opinio tanquã frivola nihili nauciq; est facienda:inferunt autem illi, quod posita hac lege corruant cæteræ,in quibus plus momenti situ sit. Trochiscin. viperarum auctoritate & sententia antiquorũ celebriorũ auctorũ ꝓparari debent tẽpore vernali,simul ac animalia illa è latebris suis ꝓpserint,& parati statim in usum transferri. Ex quibus clare pa-

ret,

tet, theriacæ compositionem procurari debere sub finem veris: trochiscos autem de scyllis esse adhuc imparatos, hoc est, eos nondum, ut res postulat, exsiccatos esse circa finem videlicet æstatis, sed quomodo scrupulus iste facile eximatur, non prævideo. Ut autem libere dicam, quod rationi magis consentaneum sit, mihi illorum opinio erronea & absurda videtur, qui trochiscorum de scyllis, cõpositionem in instanti simul ac collectæ sint, aggrediendam enunciant. Salvis enim & integris illarum succis & substantia per totam hyemem adservari queunt. Temporis præterea intervẽtu magis coquũtur, edulcantur, & meliores evadunt, & ita nimiam suam amaritudinem & acrimoniam exuunt: quæ ratio ad trochiscos hos conficiendos longe commodior in medio vere habenda est: quo ipso tempore & trochisci de vipera cõmodissime præparari possint, utpote qui magnæ huius cõpositionis primarii ingredientis, & fundamenti vicem obeunt, in quorũ ꝑparatione imprimis temporis ratio spectanda est. Accedit insuper veterũ auctoritas, qui theriacã sub veris finem tanq̃ tempus accõmodatissimũ, cõponendã judicant, ut æstatis insequẽtis calore melius fermentari possit, q̃ hic, si quid aliud, omniũ maxime notari debet. Iã vero, si contrariæ opinioni locus daretur, tempus istud jã ꝓterlapsum esset, siquidem juxta eandem trochisci circa Augusti finem præparandi essent.

Tertio in scyllarum coctione quædam observanda veniunt. Interdum enim coquuntur inter carbones aut in clibano, vel argilla, vel q̃ melius pasta involuuntur, donec probe coctæ sint. Alias enim plurimũ noxæ adferrent juxta Dioscoridem, qui ad incõmoda ciusmodi propulsanda eas coquit in pluribus & diversis aquis, donec judice gustu, deponant suam amaritudinem & acrimoniam.

Vltimo & quarto expendenda est illarum mixtio & compositio: quæ fit cum cepæ huius parte interiore, molli, & optime cocta, trita, & cum erui vel orobi, ut pharmacopœi vocant, farina permixta. Hic tamẽ auctorum q̃dam occurrit dissensio in quantitate farinæ addendæ: cuius aliis æquas partes: alii tertiam tantum sumendam statuunt.

Sed ut de his, quę hactenus enarrata sunt, meã libere exponam sententiã, hujus secreti cõponendi ratio nimis crassa mihi videtur ac materialis, adeo ut mirãdum sit, q̃ tot labores in re tam vili & exili describẽda, multi hactenus egregiæ notæ auctores insumpserint, nempe in cepę dũtaxat ꝑparatione, cui insuper in magnæ theriacæ cõpositione primũ ingredientis locum vendicare non veriti sunt. Nõ tamen interim abnuo, cepas ejusmodi, q̃ in maritimis locis iisdem salsis nascuntur, singulari vi ac virtute incidendi, attenuandi, penetrandi, deoppilandi, & detergendi præditas esse. Sed opus habent exquisita ꝑparatione, alias, ut aut Avicẽna, omnes scyllę vel etiam selectissimæ sunt venena. Usus n. illarum diuturnior exulcerat viscera. Et ut scribit Dioscorides, *Scylla habet virtutem acrem & exulcerantem*. Vt igitur rectè ꝑparentur, sola hæc illarum coctio in igne vel aqua bulliente, non mihi sufficere videtur. Non equidem ignoro, omnia igne dulcescere. sicn. cepæ cõmunes in quotidianũ ciborũ usum dulcorãtur. Sed hoc pacto vel imperfectius coctæ, noxiã qualitatem, de qua *supra*, non deponunt, vel nimiũ coctæ & edulcatæ, omni virtute attenuandi, incidendi, & detergendi privantur, inutilesq; & prorsus inefficaces redduntur, ita ut difficillimum sit, huius coctionis mediocritatem adeo exacte servari posse, quin alicubi vel in defectu, vel in excessu delinquatur. Alias ad scyllæ exurentem & exulcerantem vim & acrimoniam corrigendam, additur farinæ erui, & orobi media vel tertia pars, quæ insignis est amaritudinis, & sanguinis fluorem insuper tam per vesicam, quam per anum, non sine maximis torsionibus prolicit, ut scribit Dioscorides. Idipsum Galenus confirmãt, dum *in lib. 8. simpl. & lib. 1. alim.* subjungit, ejusmodi farinam non hominum usui deberi, tum propter tetrum ejus saporem, tum quod sanguinem generet vitiosum. Unde merito & optimo jure hãc mixtionem in trochiscorũ scylliticorum præparatione crassam nimis & agrestem esse censemus, ita ut mirum sit, eam hactenus excultam, nec ex codicibus proscriptam & relegatam fuisse, sicut aliæ plurimæ jampridem exularunt, licet utiliores & præstantiores: imo hodie adeo explodantur, ut ex omni fere hominum memoria deletæ videantur, sed trochiscos hos superstites adhuc eam ob causam videmus, quod principem teneant locum in admiranda huius theriacæ compositione, quam antiquitas miraculose excoluit, sicut & eadem hodierno adhuc seculo multo majori in pretio habetur, quam cætera quævis alexiteria.

In horum trochiscorum correctione sequenti hac progrediar methodo. Primo ꝑparatione omnẽ scyllæ tollere acrimoniam & adurentem facultatem, conservatis interim ejus viribus integre valentibus, Hispanicasque præ cæteris tota adservatis hyeme deligerem: jam *supra c. de vinis & oxym.* ubi de aceto & melle scyllitico egimus, præparationem quidem scyllæ, sed cõmunem tantum edocuimus. Suaderem deinde iis, qui istis in regionibus commorantur, ubi recentes haberi possunt, ut è locis maritimis eas in hortos transferrent & in terram bonam & excultam transplantarent, ibique per tempus aliquod sedula adhibita cultura & industria sinerent, donec vim suam venenatam omnem exuerent. Eadem methodo sæpenumero usi fuimus in *helleboro nigro*, aliisque simplicibus venenatis emendandis, cum adhuc vicini essemus montibus, & sic omne venenum illorum sustulimus. Magni & admirandi sunt transplantationis effectus, cuius beneficio innumerorum simplicium acris, amara & infesta qualitas cum dulci & suavi commutatur, prout in carduo sive herba cinare, in cichorio, & similibus pluribus evidenter innotescit. Quibus autem occasio ista & commoditas denegata est, hanc sequantur praxim.

Accipienda est scyllæ pars media, optima & tenerrima, quam cor vocant, ea minutim incidenda Soliq; exponenda est, donec mollescere, & fere in liquorem redigi incipiat: ea videlicet ratione, qua Galenus scyllas præparare, & viribus ipsarum integris servatis, ad solem æstivalem coquere solebat. Quibus vero tantũ otii non supereſt, ut æstatis tempus huic coctioni ob intensissimum solis ardorem dicatum expectent, hanc sequantur formulam.

℞. Eandem scyllæ partem optimam, cor vocatam, hanc minutim incisam injice in matracium aut vas vitreum cum collo longo, ita ut ad mediam impleatur partem.

Hoc vas minime vel leviter tantũ, si velis, clausum, nullo affuso alio liquore ponatur in Baln. Mar. fervẽs per unum aut duos dies tantum, aut donec scylla redigatur in pultis formam, aut liquorem spissum, edulcatum, omnibusq; suis virib. insignitũ, qui solus sine quavis alia admixtione idoneus est, ut recipiatur in theriacæ compositionem, vel si placet, post tem-

poris

poris aliquot ſpatium eundem adhuc calentem tranſcola per ſetaceum,& exſicca,aut ad ſolem,aut ad igné lentum cinerum,& erit inſtar fæculæ,aut amyli ſicci, quod ſervabitur diu omnibus ſuis virtutibus dotatũ. Adde,ſi velis,tantillum *gummi tragacanthi*, *aut amyli*, & inde forma trochiſcos: tantillum,inquam, *gummi & amyli* additum,incidendi, detergendi ſcyllæ vires minime obtũdet: hæcque eadem magis familiaria & amica ſunt naturæ noſtræ,quam farina erui. Sed hanc de induſtria addi quidam contendunt, ad ſcyllæ nimirum vim incidentem & detergentem actuoſiorem reddendam: ſed hoc ſimpliciter negatur. Farina n. in tanta quantitate addita potius obſtruendi & oppilandi xim exeret. Adhæc cum ejuſdem vi detergendi, ut & *ſupra* notavimus,pernicioſa ſimul æq; adeo noxia coniuncta eſt facultas,ut ſanguinis fluxum provocet, tam per ventrem,quam per veſicam.

Quod ſi velis ſcyllam paſta involutam, juxta craſſam communemq; viam,in furno quodam coquere, ita,ut nullæ in ipſa nocendi vires remaneant, licet minus cocta ſit, & incidendi vi acriq; qualitate abunde adhuc vigeat: Scylla probe trita per ſetaceum traiicienda eſt, cujus *uncias quatuor iniice in octo vel decem ℥. ſacchari, in tantillo aceti ſcyllitici diſſoluti & ad perfectionem cocti*: recoquendo totum adhuc ſupra ignem,agitando & probe miſcendo cum ſpatula, donec amplius non adhæreat vaſculi fundo: ita facies *ſaccharum ſcylliticum* excellentiſſimum,ex quo formare poteris trochiſcos, rotulas,ſeu cujuſcunque formæ aliæ:rum ad theriacæ, tum ad quoſvis alios uſus,quibus ſcylla deſtinata eſt, cuius venenum per hanc ultimam coctionem, & ſacchari admixtionem penitus ſecernitur.

Optima,emendatior,certior & ſecurior præparatio ſcyllæ eſt,ſi ea in extracti formam redigatur, ut ſequitur.

℞. Optimam ejus partem ſive cor,ut *ſupra*, hanc craſſo modo inciſam iniice in vas vitreum aptum, ſuperaffundendo acetum roſarum,ut duos digitos materiã ſupernatet: omnia in infuſione ſtent in loco frigido per 24. horas: deinde effunde acetũ per inclinationẽ,quo cepa fermentata,omne venenum deponet: dein adde lac vaccinum vel ovinũ optimum,& recens mulctum: omnia ſinantur in Baln. Mar. bulliente, donec liquefacta ſint, colentur per linteum: dein ad igné lentum cinerum fiat evaporatio & reductio in extractum ſiccum, cujus uſus erit,ſi velis,loco trochiſcorum in dicta theriaca, & in doſi debita.

Videbimur forte ultra modum hoc argumentum de unius cepæ præparatione pertractaſſe. Sed multa in ea fuerunt conſideratione digniſſima quæ nullo modo intacta præterire volumus, nec quicquã à nobis dictum putamus,quod non ſit propriũ huius loci, & ex quo nõ percipi poſſit magnum emolumentum.

Nunc ſequuntur trochiſci hedychroi dicti,qui huic magnæ Andromachi Theriacæ admiſcendi quoque ſunt: eos deſcribit Gal. *lib. de Antid.* Aet. & Ægin. *lib. & cap. ſupra citatis*. Eorundem quoq; deſcriptio ab Avic. *lib. 5. tract.* 1. traditur, qui eos vocat alindaracos: horum tres differentes deſcribit formulas, ſicut & omnes authores in iis deſcribendis à ſe invicẽ diſcrepant. Non video tamen,quænã neceſſitas horũ trochiſcorũ ꝓparationẽ introduxerit: quandoquidẽ maxima pars illorum ingredientium ſive ſimplicium, in longa illa ſimplicium ſerie, quæ theriaca recipit, continetur, nihilominus tamen ex Galeni *lib. præcitato*, formulam huc tranſcribere non gravabimur: ſi enim multum haud proficiunt, nocere tamen non poſſunt.

℞. *Mari*
Aſari
Amaracei
Aſpalathi cum ſantalo citrino an. ℥ ij.
Schœnanthi
Calami aromat.
Phu pontici
Xylobalſami vel ligni aloes
Opobalſami
Cinnamomi
Coſti an. ℥ iij.
Myrrhæ
Folii
Nardi Indicæ
Croci
Maſtiches an. ℥ ß.

Omnia optime trita, & in pulverem tenuiſſimum redacta excipiantur vino albo odorifero, & paſtillos efforma digitis, opobalſamo vel oleo caryophyllorum tinctis, dein in umbra exſiccentur.

Reſtat tertium trochiſcorum genus, qui præcipui ſunt inter reliquos, & in hoc magno & admirando remedio baſis & fundamenti partes ſubeunt, in quibus minutius diſcutiendis, paulo diutius immorabimur. Eorum deſcriptio habetur apud Galen. *in libris ſupra citatis*, ſed nos eam huc inſeremus, quam ſcripto protulit Ægineta: quamq; ex eodem Gal. depromptã fuiſſe magna utriuſque ſimilitudo & affinitas facile coarguit.

Viperas quatuor aut quinque ſalviores ac recens captas ſumito, & de ipſis ad caput & ad caudam quatuor digitorum magnitudinem abſcindito, & tota pelle interaneiſque ipſarum ablatis: reliqua in olla nova vitreata cum ſale & anetho coquito, donec ſpina de carne diſcedat, deinde ablatis ac diligenter à ſpinis purgatis carnibus puri panis triticei æqualem portionem ipſis admiſceto, & bene ſimul tritã in paſtillos efformato, digitis opobalſamo tinctis, & in umbra ſiccato.

CAUTIO.

Præcipuum horum trochiſcorum fundamentum ſunt viperæ, ſicut jam alibi diximus, ſimulque clare oſtendimus, quam turpiter lapſi ſint ii, qui pro iis aliud ſerpentum genus, quos falſo nomine Thiros appellarunt, introduxerunt.

Conſtat itaq; totius antiquitatis ſuffragio & authoritate, & in hunc uſque diem conſtans manet ſententia, viperas eſſe illud ingrediens primarium, ex quo conficiantur trochiſci theriacales: non verò alias quaſvis ſerpentum ſpecies.

Inter viperas a. fœminæ potius deliguntur, quam mares: noſcuntur autem illæ ex dentiũ numero, quorum quatuor habent, maſculi vero duos tantum. Sed utero gerentes accipiendas eſſe negant. De cæteris ſignis vide Aetium, juxta quæ inſtituendus eſt delectus harum viperarum fœminarum potius, quam marium aut aliorum ſerpentium, q̃ formæ ſimilitudine ad eas accedunt, *Sunt autem alia animalia*, (inquit Aet. de viperis fœminis loquens) *ſub flava, ingentia & agilia: oculos ſubrubros habent, collum anguſtum, latius caput, & caudã acervatim in tenuitatem abeuntem: ac carne penitus nudam: ventrem autem ſinuoſiorem habent, &c.*

Sunt adhuc plura alia ſigna & indicia ab authore notata, ex quib. aptitudo viperarum ad trochiſcorum compoſitionem judicanda eſt. *Nam ſi abſciſſu capite & cauda tanquam immobiles jacent, ad uſum ineptæ ſunt: ſi vero prædictis partibus amputatis,* (ſubjungit Aetius) *motum*

quen-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 621 sur 955

quendam videris in reliquo corpore superstitem, & animalia ipsa cruorem aliquandiu in se conservant: hæc ipsa, ut optima in Antidoti confectionem sunt admiscenda. Et ficut Avicenna circa idem propoſitum his ſcribit verbis, licet non ita diſertis: *quod ſi cucurrerit ex ea ſanguis plurimus* (loquēs de vipera, capite & cauda truncata) *& fuerit motus ejus in illa diſpoſitione plurimus, & mors ipſius tarda, tunc erit electus.*

Temporis præterea conſideratio in prædictis viperis ad trochiſcorū pparationē capiendis admodum eſt neceſſaria. Quovis enim tempore captæ non ſunt bonæ: qua in re tam inter priſcos, quam modernos diſcrepantiam deprehendo. Nonnulli in ea ſunt opinione, viperas non ſtatim, ſimul ac è latebris ſuis prodierint, accipiendas: hæcq; fuit opinio Galeni *lib. de Antidotis*: alii vero contrarium ſtatuunt, & volunt, ut in inſtanti ſtatim tempore, ſimul ac captæ ſint, ſi fieri poſſit, aut ad ſummum per unum aut duos dies reſervatæ in trochiſcorum compoſitionem recipiantur: idq; ſine mora ex Avicenna: & Ægin. *lib. 1 de re med. c. 11.* ubi loquitur de ſalis theriacalis præparatione: *Viperas* inquit *ſumito recens captas quatuor, &c.* Cui ultimæ ſententiæ & nos ſubſcribimus, idq; ob rationem, quam mox reddemus, ubi de cauſis, ob quas veteres moti in tam venenatiſſimo animali, tam præclaram & excellentem venati fuerint antidotum, accurata diſquiſitione diſſeremus. Digna quippe eſt materia, ut in altam & diligentem vocetur contemplationem.

Longe ante Theriacæ inventionem, cujus author fuit Andromach⁹, jam viperarū aliorūq; ſerpentū uſus in medicina exiſtebat, ut colligere licet ex Dioſcoride, qui vixit fere circa tempora Mithridatis Regis Ponti, qui antidoto à ſe compoſitæ ſuum proprium indidit nomen, eiq; magnam conciliavit exiſtimationem. Dioſcorides enim *lib. 2. c. 16.* loquēs de viperis docet, quomodo ſint excoriandæ, capite & cauda truncandæ, reliqua illarum caro in fruſta diſſecanda, & in oleo, vino, ſale & anetho coquenda. Ita coctas viperas comedendas præbebat ad viſus claritatem, ad roborandos nervos debilitatos, ad ſcrophularum generationem inhibendam: ad hæc ſe ex auditu noviſſe ait, quod ii, qui hiſce veſcuntur carnibus, diuturnam traducant vitam: ubi præterea videre eſt, quomodo eodem author ſal ex iis eliciatur, qui enarratos modo præſtat effectus.

Hæc præparatio & coctio nihil fere differt ab hodierna, imo ex vini oleique ſuperadditione præſtantior multo eſt, quam quæ cum ſola aqua fieri ſolet. Hinc recentiores, & qui eos ſecuti ſunt, panem ad diuturniorem conſervationem addiderunt, inque paſtillos efformarunt.

Ac licet Dioſcorides ſuo tempore pleniorem nondum aſſecutus eſſet notitiam de viperinarum carniū præſtantia & utilitate, ejus tamen ſucceſſores, ut facili conjectura præſumitur (progreſſu namque temporis magis magiſq; accreſcunt inventa & experimenta) ulterius proceſſerunt, periculumq; fecerunt, num caro viperarum adeo ſit efficax, ut proprium venenū, quadam ſimilitudine & familiaritate, à centro ad ſuperficiem attrahat, edomet & expellat. Sicut nihil novi eſt, rerūq; experientia abunde confirmat, plura animalia venenata reperiri, quę ſuo proprio veneno veræ exiſtant antidoti. *Scorpio ſibi ipſi pulcherrimum medicamentū eſt*, inquit Celſus, *l. 6. c. 27. quidam cum vino contritum bibunt: quidam ſimiliter contritū ſuper vulnus imponunt: quidam ſuper primam eo impoſito vulnus ſuffumigant, &c.*

De pluribus tantum animalibus venenatis locuti ſumus. Nam ex omnibus in univerſum non extrahuntur Alexipharmaca, ſed contra, quæ ex ipſis remedia educta putes lethalia ſunt venena. Hinc Ariſtoteles 8. *lib. hiſt. anim.* ait. *Aſpis anguis, ex quo medicamentum illud putrificum componunt, in Aphrica gignitur, ad cujus ictum nullum invenitur remedium.*

Sed hic nobis notanda & excutienda venit nobilis illa quæſtio, quibus nimirum cauſis, & argumentis patres antiqui compulſi huic ſe immiſerint indagationi, ut ex animali tam venenato, quale viperam eſſe conſtat, tam inſigne medicamentum & antidotum eruerent.

Cum vero in re tam ardua ac difficili, omnia paulo longius ſim repetiturus, philoſophandique rationem, non trivialem, aut omnibus obviam adhibiturus, benevolus lector forte graviter & anxie tuliſſet, ſi de tanta prorſus tacuiſſem quæſtione, aut piſce taciturnior factus, ne verbulum quidem de eadem protuliſſem. Adverſarios autem meos, ex tam innumeris maledicentiæ ac invidiæ telis, quibus me quotidie impetunt, contracto quaſi callo, amplius non moror: quo fortius enim inſurgunt in honores meos deprimendos, eo auſpicatius & ſplendidius eoſdē indies emergere, vel inviti intuentur: Propugnaculi loco nūc iſtis oppono ſolas antidotos meas, quarum ſolus aſpectus & odor gratiſſimus, virus illud viperinum, quod in me expuunt, procul hinc fugabit, & in auras diſſipabit.

Ariſtoteles *lib. 8. hiſt. animal. c. 17.* ſcribit, quod ſerpentes ſuas veteres deponant exuvias tempore verno, quo è terræ latebris rurſus proreptare ſolent, & autumnali: ſimiliter id faciunt viperæ, veris & autumni tempore.

Per ſerpentis vocabulum non intelligit quoslibet ſerpentes, quorum genus multiplex eſt, ſed in ſpecie colubros, utpote qui ſunt cæteris communiores, notiores, & numero multo plures: unde vulgo ſerpentes vocantur, quorum exuviæ etiam plerunque in campis inter ſaxa & dumeta reperiuntur, idque paſſim tam in Francia, quam alibi.

Si ſerpentis nomen generaliter ſumpſiſſet Ariſtoteles, ejus ſpeciale nomen, ut de viperis facit, non expreſſiſſet. Sed patefiet in poſterum ex continuata hujus tractationis ſerie, nihil hic à nobis dici ſine cauſa.

Nullum eſt dubium, quin multi olim ſublimi ingenio præditi, viri doctiſſimi, ac naturalium arcanorum perveſtigandorum cupidiſſimi, cauſam, cur exuvias detrahant ſibi ſerpentes & viperæ, rimati ſint, nec nō alias circumſtantias probe expenderint, & imprimis tempus veris & autumni conſiderarint, quo iſta animalia è latibulis ſuis ſubterrancis egrediuntur. Unde meridiana luce clarius patet, quod hoc nempe tēpore tam copioſo, & per totam ſuam naturam diſperſo abundent balſamo, tamque validiſſime vigeant ſpiritalibus eſſentiis, & vero nectare vitæ, ſive balſamo naturæ pretioſo & radicali, in ampliſſimo terræ ſinu, tāquam in proprio ſuo loco, matrice & ſeminario contento & incluſo, ut prædicta animalia, tum vetere abiecta pelle, ſe nova induere & renovare queant.

Sed quia inter reliquos ſerpentes non ſunt, niſi hi duo enumerati, coluber nēpe (vulgo ſerpens dictus) & vipera, qui exuvias ſtatis deponant tēporibus; præſumendū hinc eſt, atq; credendum, his duob. animalibus non tantū ad ſui conſervationem, ſed in aliorum quoq, uſum conceſſum eſſe naturalem quendā inſtinctū, quo deligunt, exugunt, & in alimentum attrahūt, non materiali aut craſſo modo cibū corporeū, viſibilem & palpabilem (ſiquidem authore Ariſtotele, &

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 622 sur 955

teſte quotidiana experientia ejuſmodi animalia, citra cibum aut potum vitam multo tempore ſive ſubtus terram, ſive ſupra tranſigunt terram) ſed mere formalem & ſpiritualem, hunc nempe ſalem ſulphureum & pretioſum naturæ balſamum, quo omnia animantur & vegetantur, idq; potiſſimum, dum circa æquinoctiũ vernale, calore ſive igne Athanoris, magnæ lampadis cœleſtis, potenter operante & attrahente, ſublimatur & elevatur, q̃ naturæ ſulphur per mirabilem hãc ſublimationem, totã terræ ſuperficiem irrorat ſpiritibus balſamicis, ejuſq; interiorem ſinum irrigat pretioſæ & vivificæ aquæ vitæ, & nectaris naturalis ſaluberrimo & utiliſſimo liquore. Unde omnia reviviſcunt & floreſcunt, & quæ mortis ſpeciem referebant, vitã recipiũt & reviviſcunt. Eadem ſublimatio fit etiam ſub æquinoctio autumnali, ſed decreſcẽte paulatim calore, ſydereoq; igne longius regreſſo, magnum terræ ſublimatorium refrigeratur, omneſq; ſpiritus vegetales & balſamici revertuntur in ſuum chaos ſive matricem. Serpẽtes & viperæ, quæ in terræ ſinu & domicilio cõmorantur, naturali quodã inſtinctu, ut diximus, exugunt, & in alimentum alliciunt cibum æthereum, qui tã inſigni, vivifica & ſpecifica facultate pollet adverſus venenatam & deleteriam illorum naturam, ut ſi eo ſatis reficiantur & inſtaurentur, non ſolum vim acquirant & virtutem, ſpolia ſuo utroq; tẽpore ſtato exuendi, ſed ob exuberans illud balſamum, quo abunde vigent, inſtar medicinæ inſuper univerſalis ſunt, ad omnem cutem leproſam, ſcabioſam, ulceroſam, & quavis alia labe fœdatam, tollendam & renovandam, & ad corpus quavis exparte vitioſum, putidum, & in fruſta mox collapſurum, ita emundandum, ut in purum floridum & ſanũ evadat: ita quoq; fiunt, ejuſdemmet balſami virtute, qua abundant, alexiterium ſummum contra omnia lethifera & præſentiſſima venena. Et hæc quidem de hoc ſubiecto philoſophari placuit.

Si quis forte ſcire deſideret, ex quibuſnam ſcriptorum ac monumentorum codicibus didicerimus, animalia hæc ſubtus terram hoc radicali naturæ balſamo nutriri poſſe: is ad admirandos eorundem reſpiciat effectus, quos arguit propria exuviarum detractio: facultatem inſuper, quam habent, lepram nullis aliis remediis medicabilem, ſanandi timetur: nec non præclara, quæ ex eis eliciuntur antidota contra omnis generis venena, expendat. Quæ quidem ſumma & admiranda effectuum præſtantia aliunde proficiſci nequit, quam ex radicibus & principiis magnæ iſtius & univerſalis medicinæ, cum qua ſerpentes illi participare neceſſario colliguntur. Sequitur igitur, ut vel eam ſcientia innata & naturali peculiariter deligant ac alliciant in profundis terræ latibulis, ubi acervatim cõgregati, variiſq; invicem nexib. implicati, in longum tempus degunt citra alterius alimenti fruitionem: vel neceſſe eſt, ut tum temporis, quãdo ſpiritus ſulphurei & vegetales, qui rebus omnibus animam & vitã, mediante hoc pretioſo naturæ balſamo, infundunt, elevati & ſublimati penetrant duriſſimas etiam arborum radices, truncos & cortices, ipſiſq; vigorem & virorẽ impartiuntur, floreſcereq; faciunt, imo & reviviſcere: neceſſe eſt, inquam, ut hi ſpiritus balſamici ſimili ratione per ſerpentum corpora tanquam multo molliora penetrent, eaq; in medicinam efficaciſſimam, tã proſeipſis, quam pro aliis abunde & largiter condire queãt. Hinc ipſis facultas illa, deponendi cutem, tempore videlicet, ut jã diximus, vernali autumnali, quãdo ſpiritus iſti ſulphurei ſunt in ſua exaltatione, quib. temporib. (ac in ipſo præſertim Vere) videmus etiam arborum cortices, balſamicis ſuccis tum maxime abundantes, truncis ſuis, & ligno ſolidiori non adhærere, ſed facillimo momento ab ipſis avelli & ſeparari: & non ſecus ac ſerpentes, qui circa idem tempus, & ab iiſdem cauſis veterem dimittunt cutem.

Ulterius ſi quis quærat, cur cæteri ſerpentes & animantia, in interioribus terræ domiciliis habitantia, careant hoc naturali inſtinctu, ut cum delectu in alimentum ſibi attrahant hoc radicale naturæ balſamũ, & cur non æque eodem perfundantur, & in medicinam condiantur ac colubri & viperæ? Reſpondetur, quod hæc proprietas peculiariter his ſolis natura indita ſit animalibus, non ſecus ac in Tora, quæ herba eſt venenoſa, accidere videmus, juxta quam proxime connaſcitur Antitora, quæ ut alteri ſit in alexipharmacum, eoſdem ſpiritus ex eadem terra exugit. Præterea reflectamus paulo oculos noſtros ad fucos, veſpas, & huius generis infinitas alias muſcas, quæ licet dulciſſimum omnis generis floſculorũ, herbarum ac fructuũ ſuccum in alimentum exugant, inter illas tamen omnes unica tantum apis, ut inquit Riplæus, naturalem illam ſcientiam obtinuit, cœleſtem ejuſmodi mannã in ceram & mel convertendi. Res certe ſummæ admirationis & myſterii plena. An non idem in ſerpentib. contingere poſſe exiſtimandum?

Si quis interrogando acrius urgeat, quare cum tanta ſit huius balſami efficacia, non eadem opera tollatur omne ſimul venenum in ſerpentibus & viperis, cuius ſcintillulas ipſis adhuc inhærere produnt venenati eorundem ictus? huic eaſdem contemplandas opponimus apes, quæ nihilominus aculeum ſuum retinent pungentem ac venenatum, licet totum illarum corpus abunde diffluat cœleſti, dulci & balſamico liquore, qui proprii veneni aptiſſimum eſt remedium. Idem de ſerpentibus eſto judicium.

Hic Hermeticos philoſophos uno tantum verbo admonitos velim, ut accurata mentis attentione perpendant, cur poetæ, qui ſub fabulis ſuis ſemper occultarunt ſumma naturæ ſecreta, velleri aureo, & pretioſis in Horto Heſperidum fructibus cuſtodiendis, terribiles & venenatos Dracones præeſſe finxerint. Ex hoc enim ſi mentis oculis rem intentius inſpexerint, facile agnoſcent, in rebus etiam extrinſecus venenatis, opus ſuum magnum, medicinamq; ſuam catholicam univerſalem inquirendam eſſe: non videlicet in primo ſtatim operis limine, quod plerumq; tactu aſperum, viſu horribile, odoratu fœtidum, guſtu ingratũ, qualitate venenatum apparet, hoc eſt, non ab exteriori cortice, ſed ab interiore nucleo, arcanum eruendũ, non ſecus ac in externis ſerpentis & viperæ partibus, nempe in eorum dentibus, pernicioſum delitescit venenum, ex quorum tamen interiori corpore ſummum & admirandum educitur alexipharmacum.

Poſſem in hanc rem, pluribus aliis meditationibus haud injucundis, & penitus in arcanorum adyta deducentibus, animos omnium in ſummam protrahere admirationem, meque in aliorum gratiam & utilitatem iiſdem magis oblectare: ſed ſatis ſit philoſophico & Chriſtiano Medico hic ruminandum, conſiderandumq; relinquere, *Deum nempe & naturam nihil feciſſe ſine admiranda & incomprehenſibili providentia.* Quinetiam omnes omnium effectuum cauſas perveſtigandas recipiet, magnum ſubibit onus, nec habebit unquam, q̃ de rerum objectarum penuria conquẽratur, præſertim illarum, quas Natura in penetralibus ſuis clam abſcondit. Sexcenta enim ſunt alia animalia, quorum certis ſolummodo partibus venenum inſidet, quæ ta-

men

men in cæteris ad varios usus prosunt. Draco marinus, Gallis, *la vive*, piscis habet spinam in dorso plane venenatam: Hic in partibus tamen cæteris cibus est delicatissimus. Eodem modo serpens & vipera, licet dentibus suis venenatis lethalia infligant vulnera, cætera tamen eorundem pars salubris & salutifera existit.

Sed de his hactenus. Nunc autem fusius oculis subiiciemus, num trochiscorum horum præparatio, quæ adhuc hodie in usu est, talis sit, ut neque additionem, neque diminutionem ullius rei patiatur, an vero correctione & reformatione quadam opus habeat.

Supra in trochiscorum de viperis descriptione declaratum fuit, quod à sola vera & legitima carnium istarum coctione totius magisterii fundamentum dependeat. Hæc coctio, sicuti videre est ex correctione Bartholomæi Marantæ, viri celeberrimi, tanti momenti est, ut in ea omnis consistat bonitas aut imperfectio Antidoti. In summa singulari cura & industria opus est in carne ista perfecte coquenda, quæ ab osse spinæ separata diligenter tundenda est in mortario, adiecto pane ex pura & recenti farina triticea confecto, & optime cocto atque fermentato: inde postea formandi trochisci. Quidam prædictum panem seorsim exsiccant, eumque in pulverem redactum per cribrum traiiciunt, & admixta carne optime quoq; seorsim trita, inde efformant trochiscos, quæ mixtio longe est facilior & præstantior.

De quantitate panis cum dicta carne commiscendi, diversa est authorum opinio: alij enim addendas censent æquas partes, alii mediam, alii tertiam, & alij tandem quintam solummodo partem.

Notandum præterea, quod veterum nonnulli inter tundendum & miscendum panem cum carne viperarum, parum earundem jusculi adiiciant, ut omnia melius misceantur & subigantur: inter quos est Aetius. Alii vero de prædicto jusculo nihil prorsus addunt, ut Ægineta & Avicenna solius carnis usu contenti, quæ ratio præ cæteris communissima fuit: juris enim admixtione citius corrumpuntur, & acidi fiunt trochisci. Prænominatus Maranta in correctione enumeratorum trochiscorum viperarum, in hanc abit sententiam, *ut cilicet formentur si*, ut ipsemet scribit, *fieri possit, sine iusculo, aut saltem ipsius exigua quantitate: hoc enim modo celerius exsiccantur: contra* (addit) *si panis in jusculo viperarum macereiur, & postea simul cum carne tundatur, tales trochisci difficulter exsiccantur, & sunt in causa, ut postea caro putrescat & panis fiat acidus.*

Formatis ita trochiscis, dicti antiqui, ut & adhuc hodie moderni summam adhibent curam in iis probe exsiccandis, eos subinde vertendo, modo in unum, modo in alterum latus: idque in loco à ventis & pluviis tuto ac secuto, ut juxta nonnullos spectent vel plagam septentrionalem, vel juxta alios, meridionalem, quam Sol maxima diei parte collustrat, sed singulari adhibita cautione, ne Solis radii feriant dictos trochiscos. Solnamque, ut Avic. scribit, destruit & spoliat eos virtute appropriata carnibus viperarum opposita venenis, quæ sunt ex morsione, & venenis ebibitis.

Hæc sunt omnia illa, tam antiquorum quam modernorum mysteria, quæ tanquam notatu dignissima circa horum trochiscorum compositionem tradiderunt, quos præcipuum huius magnæ antidoti, huius, inquã, magnæ Theriacæ adeo ab omnibus hactenus commendatæ & celebratæ fundamentũ esse diximus.

Cogor equidem fateri, me non satis admirari posse, quod ii, qui hactenus in Theriaca hac utcunque corrigenda operam & laborem impenderunt, errores & defectus istos non deprehenderint in enarratis viperarum trochiscis, in quorum tamen correctione (tanquam in re maximi momenti) omnes potius ingenii nervos, necessario intendere debuissent, quam aliis se quæstiunculis de *cinnamomo vero, de opobalsamo, de chalcitide*, & similibus huius antidoti ingredientibus involuisse.

Hic enim est præcipuus rei status, de quo in posterum nobis agendum erit, ut hoc fundamento, quod imminentem minatur ruinam, restabilito, pristinus medicamenti splendor ac virtus, quæ multum defecerunt, minusque antiquorum elogiis respondent, postliminio revocentur. Quod propositum nostrum ad publicum juvandum solummodo dirigatur, ut nuper ante professi sumus, ne quis nobis inanis gloriæ aut temeritatis labem impingat.

Sola viperæ magnæ huius antidoti basis sunt, sicut communis fert opinio, omnium calculo comprobata.

Circa has viperas veteres nihil aliud meditabantur, quam ut inde conficerent trochiscos, ea, qua diximus, methodo, qui in hoc magno arcano fundamenti seu basis obtinebant locum, sicut aliquoties jam à nobis satis abunde dictum est.

De his tres movebimus quæstiones, quas jam in publici commodum, ea, qua possumus, diligentia & fide, soluemus & eventilabimus.

Prima est, num lex sit quædam Lesbia, quæ inevitabili necessitate nos adstringat huic vulgari trochiscorum præparationi?

Secunda, an nil addendum, nil detrahendum, aut immutandum sit in hodierna trochiscorum illorum præparatione: num vero in meliorem statum corrigi & reformari possint?

Tertia, num salva antiquitatis authoritate, dictæ viperæ debeant, aut possint, in præstantiores alias remediorum formulas, velut in essentias, balsama, confectiones & sales præparari, quæ sua vi & energia cõmunes illos trochiscos de vipera in omnibus illis curativis scopis, quibus alias appropriati perhibentur, longe lateque superent.

Illis dubiis, ut *supra*, exacte & fideliter discussis, spes nobis certa & indubitata arridet omnibus aperiendi viam, non ad unam tantummodo, sed ad varia & diversa Theriacarum genera componenda, quarum effectus admirandi admodum cum optatissimo successu sese prodant adversus omnis generis venena, vel in corporibus nostris nata, vel exhibita & assumpta, vel animalium venenatorum ictibus ac morsibus in nobis excitata.

Ad primæ quæstionis solutionem quod attinet, absurdum est existimare, nobis in compositione theriacæ, necessario confugiendum esse ad consuetam & vulgarem hujusmodi trochiscorum præparationem, quasi vero viperæ in nullum alium remediorum usum aptandæ sint, neque vim & efficaciam suam aliter exerere possint, quam si in trochiscos redigantur. Cum tamen res longe secus se habeat, vel ipso Galeno teste, qui *lib. simpl.* 11. *& lib de antid.* memorabilem refert historiam de duob. leprosis, quos ipsemet opera viperarum, non in trochiscos redactarum, sed vino impositarum, pristinæ valetudini restitutos fuisse, testis vidit oculatus. Cum n. dictis leprosis, vitam miseram & ærumnosam diu agentibus, ex cõmiseratione ad mortem ipsis accelerandam, vinũ,

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 624 sur 955

in quo vipera casu immersa & mortua fuerat, bibendum offerretur: accidit contra, ut hausto potu oblato, non tandem cutem ulcerosam, squamosam & fœtidam, cum sana & florida permutarent, sed integram insuper, perfectamq; inde sanitatem recuperarent.

Curatio hæc, quæ à Galeno citatur, mirabilis admodum, & brevissimo temporis spatio, absoluta, solis viperis vino immersis & emortuis, accepta ferenda est, quod vinum veri menstrui & vehiculi vicem gerebat, ad eliciendam ex vipera alexiterii vim & virtutem. Nec refert, utrum ipsæ integro manserint corpore, quia virtus illarum præcipua vino fuit communicata, ex cujus potu usq; commemorati leprosi à lepra, quæ nullis aliis cedit remediis, perfecte liberati remanserunt. Ex quo manifesto evincitur, viperas nihilominꝰ potenter suos demonstrare effectus, licet neque coctæ, neq; in trochiscos sint redactæ, hincq; facile concluditur, legem de iisdem parandis non esse perpetuo necessariam, quandoquidem insignis earundem virtus & alexiterium aliis modis ostendatur.

Antiquitati porro illiusque sequacibus, ut enarratam carnem viperinam in trochiscos effingerent, causa fuit major (ni fallor) difficultas olim, quam hodie, colligendi ejusmodi animalia. Unde hoc remedium in magna copia ad aliquot annos reservandum præparare voluerunt, ne toties repetere cogerentur ejusdē præparationem. Hinc Galen. summam requirebat industriam, in iis recte præparandis & exsiccandis, ut integris valentibusq; viribus adservari possent ad duos vel tres annos. Sic nostro quoque seculo accidisse legimus, ut loco viperarum, quæ ob inopiam ægre tum haberi poterant, usurparentur *radices tormentillæ & dictamni. Ante paucos annos*, inquit Barth. Marantha, *vix cognoscebantur viperæ, colligique poterant: propterea maiores nostri barbaros Medicos secuti, pro illa sumebant tormentillam & dictamnum.* Nunc autem adhibito rectæ rationis judicio, perpendite, quæso, quam egregia & præstans ista foret theriaca, & quam apte hocipsi nomen conveniret.

De secunda quæstione sciendum est, vulgarem illam parandi methodum multa opus habere correctione, aliasque insuper formulas multo præstantiores & utiliores, quam vulgaris illa est, posse dari. Quod perspicue admodum declarabimus omnibus iis, qui remota crassa & nubilosa ignorantiæ cataracta, rem mentis oculis acutius intuentur, quique ingenio minus stupido præ nimio contradicendi studio, antiquis suis somniis mordicus propugnandis non inhærent: quod vitium hodie adeo commune est, ut multi, qui hactenus in cineribus & umbra consenuerunt, eo cōtaminati videantur. Sed missis verbis, ad rem ipsam accedamus.

Ostensum est *supra*, præparationem trochiscorum viperinorum consistere in recta carnium illarum cōctione, quæ fit cum aqua communi, addito anetho & sale: donec os spinæ prompte avellatur à carne: per quam coctionem virtus illarum prima & substantia penitus, ni fallor, cum insculo confunditur, carnisque vix dimidia pars vel tanti illum solummodo restat. Interim tamen non nisi caro sumitur ad trochiscorum illorum compositionem, *cum cocta fuerit*, inquit Paulus, *ollam ab igne depones, & carnes diligenter à spinis exemptas per se contundes, nulla tui cult addita parte.* Sunt quidā, ut diximus, qui de eodē parū addunt, ꝙ tamen nullius momēti æstimādū. Nā posita ejꝰ additione, necessario quoq; panis quantitas ad trochiscos efformandos augenda erit, & sic iminuetur trochiscorū virtus, manebūtq; illi nihilominus corruptioni & aciditati continendæ multo magis obnoxii, quam si exsola carne sive jusculo confecti essent, ut id jam *supra* auctoritate antiquissimorum Medicorum comprobavimus.

Dic amabo, qualenam præservativum, conservativum aut alexiteriū erit id, quod seipsum à corruptione præservare nequeat? Ad condiendum cadaver, & ad id præservandum à vermibus & facili corruptione, nonne adhibentur sal, aloe, myrrha, & similia, quæ balsamica virtute prædita, sibi ipsis ad diuturnam cōservationem inserviunt, nec facile corrumpuntur? At trochisci viperæ, nisi alterna & frequens illa de uno latere in alterum accederet versio, & desiccatio, momētaneam facile incurrerent alterationem & destructionem: vel post ipsam etiam opobalsami injunctionem, quod ipsis pro solemni quasi corollario, ad diuturniorem conservationem additur. Hoc confirmat Aetius in hæc verba scribens: *Postquam vero siccores fuerint facti, eos opobalsamo optime oblinito & in vitreo vase asservato ac quicquid pulverulenti & albi ex eis per situm productum est, post dies aliquot linteo extergito: præferantur enim, si ipsum eis diutius adhæresc at.*

Vides ergo, quam imperfecta mutilaque sit trochiscorum viperarum præparatio: cuius correctione tribus modis aggrediemur, in quibus singulis liquido patebit, virtutem & proprietatem viperarum integram conservari, imo & accrescere augerique: cum in vulgari illa compositione potius imminuatur & dissipetur, ut paulo ante dictum.

Non ideo tamen confuse, sed distincte quodam ordine, tres enumeratas correctiones & reformationes proponamus: primam appellare libet confectionem viperinam aromaticam. Alteram confectionem viperinam saccharinam: tertiam confectionem viperinam juniperinam. Ex quibus confectionibus tribus tria quoque, si ita videbitur, trochiscorum genera efformari poterunt, iisdem servatis nominibus: singulorum autem præparationis & compositionis formulæ horum nominum rationem plus satis indicabunt.

1. Confectio viperina aromaticæ.

℞. *Carnem de quatuor viperis recens capitū, gregaria via præparatam, hoc est, capitibus, caudis & visceribus interiis abjectis, ollæ vitreæ totam cum vino, & infrusta incisam: hanc indes in mortarium vitreum capax, super affundendo aquæ cinnamomi excellentis, & vini canarie vel hydromelitis vini ana ℥ v. vel vj. vel tantum, quantum ad irrigandam solummodo dictam carnem sufficiet: his adde*

Cinnamomi
Caryophyllorum
Macis
Piperis nigri
Zingiberis
Cubebæ
Cardamomi ana ℥ ß.
Summit. Anethi
Hyssopi
Thymi ana p. j.
Salis communis p. ß.
Sp. Elect. de gemmis
Pulveris aromatici rosati,
Diambræ ana ℥ j.

Dein vase clauso, ut nihil expirare possit, pone in Bal. Mar. ad bulliendum, & omnia decoque ad ignem lucidissimum per 7. vel 8. horarum spatium, aut donec viperarum carnes in liquorem redactæ videātur. Aperto vase omnia effundantur in patinam argēteam,

team, aut vas terreum vitreatum & mundum, ac inde ſeparatis omnibus oſſibus, colentur & exprimantur omnia perquam optime, quæ cum juſculo ſive liquore fere omnia per ſetaceum tranſmittuntur. Et hoc modo habebis eſſentiam, ſeu integram ac ſubſtantificam viperarum virtutem: quæ odoris erit fragrantiſſimi, utpote virtutibus rerum aromaticarum impregnata, quæ balſami ſive opobalſami (ab antiquis additi) locum tenent. Materia excipiatur alembico apto & capaci cum ſuo capitello & recipiente, ut ad ignem baln. vaporoſi exquiſite ſeparetur omnis liquor, quē ſeorſim ſervabis, & erit ſummum alexiterium, & aqua theriacalis præſtantiſſima: in fundo remanebit gelatina pretioſiſſima, in forma eſſentiæ ſive extracti viperarum, & in conſiſtentia inter molle & durum media: quæ jam, vel nulla, accedente alia præparatione, uſui apta erit. Hæc ſtatim cum cæteris theriacæ ingredientibus, ut paulo poſt dicturi ſumus, permiſceatur: vel etiam (ne omnino communem præparandi formulā fiſtidire videamur) inde formabuntur trochiſci, addendo tantum quintam partem amyli probe pulverizati. Et ſiccando dictos trochiſcos ad ignem lentum hypocauſti, ſic trochiſcos habebis excellentiſſimos, qui viperarum virtutem ſubſtantificam in ſe perfecte continebunt, & longiſſimo tempore, ſi opus, adſervabuntur: ſiquidem ſpirituum aromatum balſamicorum viribus & armis inducti ſunt, locoque communis theriacæ uſurpabuntur. Imo uſus illorum erit quoque ad alias novas theriacarum formulas fabricādas, prout mali, quod expugnandum eſt, natura & conditio poſtulaverit. Nunquam errabit, quicunq; in præparādis ejus generis remediis, hoc tam præclaro & certo innitetur fundamento: quemadmodum & hæc viperarum præparatio, quam modo docuimus, revera ſupra eodem extructa eſt. In hac enim, nec non in aliis carnium harum veris ac legitimis præparationibus, præcipua ac prima huius magni alexiterii baſis exiſtit.

Si loco aquæ cinnamomi, vini canariæ, ſive hydromelitis vinoſi ad enarratam carnium viperarum coctionem accipies, elixir magnum vitæ à nobis *cap. de aquis* deſcriptum, adhuc longe efficacius & præſtantius reddes alexiterium, ita ut opus non ſit addere aromata materialia, eo quod dictum elixir, ſatis ditatum ſit ipſorum eſſentiis: imo & omnibus aliis alexitericis & bezoardicis rebus, veluti ex ejuſdem compoſitionis formula clare conſtabit.

II. *Confectio viperina ſaccharina.*

Accipe carnem de quatuor viperis, fruſtatim inciſam, ut ſupra: hanc impone patinæ magnæ argenteæ, ſuperaffundendo aquam vitæ fortiſſimam, & perfecte dephlegmatam, ut ſupernatet 4. aut 5. digitos: admoto igne cum charta accenſa, aqua vitæ flammam concipiet, ſicque ardendo viperas coquet. Affunde deinceps novam aquam vitæ, quoties priorem flamma abſumptam perſpexeris: affulio vero hæc fiat per ampullam ſuperius occluſam cum collo perquam angulo: alias hæc aqua vitæ ignis flamma apprehenſa ardere incipiet. Hæc coctio continuanda eſt, donec carnes illæ ſufficienter coctæ appareant: aquæ vitæ quantitas pro unius aurei pretio huic viperarum decoctioni ſatis erit. Tandem fac, ut tota aqua vitæ ſubſtantia inardeſcat, & conſumatur, ceu in ea, quæ optimæ notæ eſt, probeque rectificata, accidere ſolet. Si quid incombuſtibilis ſuperſit liquoris, is viperarum adſcribendus eſt carni, quam (ſeparatis ſpinæ oſſibus) tundas in mortario marmoreo, admiſcendo ſenſim proprium liquorem, donec huius opera redigatur in pultem tenuem, & fiat apta, ut per cribrum ſimul tranſmitti queat, eamque poſt ad ignem lentum reducas in extractum. Hæc caro ita præparata omnique ſua ſubſtantifica virtute dotata, jam idonea eſt, ut recipiatur in theriacæ compoſitionem: neque opus eſt, jam prius transformare in trochiſcos, aut aliud quid addere. Sin vero libeat forte trochiſcos inde effingere, qui lōgiori temporis ſpatio citra corruptionis metū adſervandi ſint, eos parabis cum duabus drachmis gummi diatragacanthi, in mucaginem redacti cum ſufficiente quantitate aquæ cinnamomi, mucilaginī dictæ adiicies carnis huius ita præparatæ ℥ iiij. & ℥ ij. vel tres ſacchari candi pulveriſati: omnibus ſimul mixtis, confice inde trochiſcos ſive tabellas, quæ ad lentū calorem exſiccatæ diutiſſime adſervari poterunt. Cōmiſcebis etiam cum dicta maſſa ante trochiſcorum confectionem, olcorum nucis muſcatæ & caryophyllorum ana ℈ j. ß. ſive ſingulorum guttas xxx.

III. *Confectio viperina iuniperina.*

Tertia præparatio carnium viperarum, quæ fit nulla prorſus virium abolitione, ſed potius earundem conſervatione & augmentatione, ſe habet eo, qui ſequitur, modo.

Commemorata caro viperina ſufficienter imbibatur ſpiritu ſalis balſamici, & rerum omnium conſervatoris, idque vel materiali & craſſo tantum modo, carnem dictam ſale aſpergendo marino, ut vulgo ſolent: vel formaliter & philoſophice eandem imbibendo vero illo nitro ſulphureo ſive ſpiritu acido ſolis philoſophis cognito, quæ ultima methodus omnium præſtantiſſima, priori illi longe præferenda eſt.

Hæc caro ſummo & principali naturæ balſamo ſic condita, appoſite locetur in cribrum ex ſerico factū, & quodam inſtrumento, ſive ex ferro albo, ſive ex ligno, ſive ex panno cerato incluſum, ita ut facta ſuffumigatione, per prædictum cibrum penetrare poſſit fumus: ſitque idem cribrum undiquaque prope munitum, ad prohibendam vel quantulamcunq; evapotationem, & ad fumum tranſverſim id ferientem excipiendum. Hoc autem ſuffimento ita parato.

℞. *Bac. iuniperi* lb. *j.* ß.
Bacc. lauri ℥ iiij.
Myrrhæ ℥ ij.
Caryophyllorum ℥. *j.*
Granorum alkermes
Succini aut Karabet
Benioini ana ℥ ß.

Omnibus craſſo modo conquaſſatis & ignitis carbonibus injectis, fiat ſuffitus in loco convenienti, & carnibus ter vel quater in die ſuffumigandis apto, ipſumque continua ad 4. vel 5. dies, donec ſuffumigationis perfectionem odor approbaverit.

Quo facto, carnes prædictas inter duas ollulas terreas vitreatas, exquiſitiſſime lutatas, ne quid expiret, incluſas mitte in furnum, è quo recens exempta ſint panificia, aut qui ſimili moderato regatur calore: ibique ſine continenter ſtare, donec tota harum carnium ſubſtantia ſimul cum oſſiculis ſuis in pulverem redigi poſſit tenuiſſimum & ſubtiliſſimum, qui ſubſtantifica carnium virtute nequaquam ſpoliatus erit, ut in communi decoctione uſu venire ſolet, ſed multo auctior & potentior evadet, ſpirituum balſa-

micorum, salis, prædicti suffitus ingredientium accessione.

Hic pretiosissimus pulvis ex tam venenatissimo animali eductus superat quævis alia alexiteria & alexipharmaca, sive eo utaris ad compositionem Theriacæ, citra trochiscorum confectionē cum pane, quod opus nullius est pretii, (hic enim pulvis potest perpetuo conservari) sive exhibebas eundem contra omnis generis venena, vel in nobis progenita, vel ex quodam ictu aut morsu animalis, vel secus excitata, sive per se ad ϑ.porrigas, sive inde varia alexipharmaca, quorum is præcipuum & primarium fundamentum semper erit, componere velis.

Sed quæris, cur de re mihi inexperta audeam tamen tam fidenter & audacter verba facere? Respondeo, ϕ propositum nostrum triplici nitatur fundamento, ratione videlicet, experientia, & auctoritate.

Supra audivistis rationem, cur viperæ & serpentes non tantum in propriis, sed & in aliorum exuviis detrahendis renovandisque vim atque virtutem suam exerceant, qua de causa pro tam insignibus ac præclaris alexipharmacis hactenus usurpati fuerunt.

Si igitur trochisci communes ex carnibus viperarum parati, virtute sua substantifica per coctionem illam fere orbati, nihilominus adhuc eximios produnt effectus: non possum mihi non persuadere, quin eorundem effectus beneficio nostræ præparationis, quæ viribus & proprietatibus istis non solum conservandis, sed & augendis, maxime incumbit, longe præstantiores nobiliores que sint futuri.

Porro ut id confirmemus experientia, eam vidit illustrissimus ille ac vere Princeps Anhaltinus Domin. meus clementissimus, cui hoc dicatum est opus, cuius verba tam dignam amplamque merentur fidem, ut nefas sit, ea in dubium revocare, qui ex solo serpente communi, colubro dicto, pulverem eduxit sine alterius rei additione, sine que magno apparatu solemni aut laborioso, contra omnia venena, vel nocentissima & lethifera, certaque & incredibilia huius experimenta fecit ac vidit. Horum insuper fidem confirmavit (vel præsentibus ipsis DD. Laurentio & Lormio, illo primario Regis Medico, hoc vero Reginæ, ambobus viris excellentissimis & clarissimis seculi nostri luminibus) illustrissimus Dux de Buoullon, heros fortissimus ac unus è præcipuis Franciæ nostræ Ducibus qui audivisse ajebat, ex illustri ac generosiss. Comite D. Otthone de Solms, in rei veritate ita se habere omnia, quæ modo de hoc serpentum pulvere diximus. Idem Comes pulveris huius conficiendi artificium tanquam maximum & incomparabile secretum impertivit prædicto Duci de Boullon, indeque magnam ab eo gratiam se initurum speravit. Hicque haud dubie est ille idem pulvis, de quo Ioan. Hartmannus Mathemat. in inclyta Marburgensium Academia Professor celeberrimus, ac vir doctissimus, frater & amicus meus intimus, paucos ante menses his ad me scripsit verbis: *Policebor*, inquit, *tibi forsan brevi nulla de pulvere etiam aliquo magno certe alexipharmaco, contra omnia cuiuscunque generis venena: vidi* (addit) *oculis meis δοκιμασιαν ejus contra gravissima venena sublimati, arsenici, & napelli tribus diebus continue ab experto Medico assumptorum intra corpus, sed paulo post sine omni noxa ab exhibito pulvere expulsorum, cum magna & admirabili admiratione astantium. Nullum certe venenum tam grave est, quin eo flatim abigatur: dignum mehercle omnium Regum & principum desiderio artificium: est enim prorsus mirabile & prope divinum. Et nescio sane, an forsan simile unquam audiveris.* Sed de eo & cæteris omnibus paulo post plura.

Quod si serpens, uti *supra* enodavimus, singulis annis, non secus ac viperæ, exuvias deponens, tot tantisque polleat virtutibus, minimum erit dubium, quin iisdem, vel etiam præstantioribus viperæ sint præditæ: de quarum admirandis effectibus omnis antiquitas hactenus mira scripsisse, palam constat.

Superest, ut adducta veterum auctoritate, eximium nostrarum confectionum viperinarum splendorem & præstantiam stabiliamus, ostendamusque, quantum illæ conveniant cum antiquorum formulis, qui non perpetuo trochiscorum, ut *supra* præparatorum, sed jusculorum etiam, salium & pulverum viperinorum usum interdum admiserunt, ut in sequentibus, amplius declarabitur.

Mirabile, (inquit Aetius ex Archigene) *elephantiasis remedium viperarum esus existit. Eas vero hoc modo apparatas edere oportet: primum quidem amputato capite & cauda, & detracta pelle, exemtisque interioribus visceribus omnibus, carnem aqua purabis aut terlotam in olla instar anguillarum coquito, aqua quidem sufficiente affusa & oleo medico cum anetho & porro. Post sufficienter deinde coctum jusculum moderato, ale conditur, atque ita agro in Sole desidenti exhibeatur, capite tamen prole velato.*

Si jusculum carnium viperarum simplex, cui exomnibus cardiacis roborantibus & bezoardicis simplicibus non niti anethum & porrum additur, quodque plus continet steriles & rerollaceæ aquæ, quam utilis & efficacis essentiæ nihilominus tanti æstimatum fuit ab antiquis, ut adversus lepram affectum gravissimum & incurabilem, id conducere omnes uno ore affirmarint. Quid dicemus de primis duabus nostris confectionibus viperinis quæ aliud nihil sunt, quam vera quinta essentia, sive extractum totius virtutis substantificæ viperarum?

Cœcus igitur is erit, quisquis non primo statim intuitu videbit, quantum hæc duo inter se distent remedia: mentis insuper caligine, judicioque depravato laborabit, quicumque pari efficientiæ virtutisque gradu moduloque eadem metietur. Idem enim esset, acsi vellet jusculum insipidum, quod non nisi puram putam aquam redoleret, æqua nutrienti lance librare cum optimo quodam restaurante & consummato, aut quadam gelatina delicatissima, & summa nutrienti vi prædita.

Quid etiam video ipsum momum, hic pisce taciturniorem, ad priores duas confectiones meas prorsus obmutescere easque vel propria victus confessione efficaciores & excellentiores judicare, quam simplex ejusmodi jusculum crasso modo, juxta Aetii descriptionem coctum. Contra vero nonnullos dispicio, insulso risu ludibrioque excipere tertiam meam confectionem juniperinam appellatam, quasi ea nihil aliud sit quam caro viperarum salita, infumata, exsiccata, & velut calcinata, & in pulverem vel cinerem redacta, idque vi ignis, qui res humore suo primigenio spoliet, & sic omnem agendi potentiam ac facultatem in ipsis corrumpat aut aboleat. Quibus objectionibus nec non aliis similibus alibi jam copiose à nobis fuit satisfactum.

Sed ut omissis longis ambagibus, intra præparationis viperarum cancellos nos contineamus, ipsis interim respondeamus, & ad confirmationem illorum, quæ

quæ diximus, tam auctoritates, quam exempla ab antiquis, qui iisdem remediorum præparationibus usi sunt, sumpta, in medium proferamus. De quorum utrorumque præstantia & utilitate ipsimet judicium ferre poterunt.

Antiqui usurpabant viperæ sales, qui Dioscoridis tempore jam in usu erant, ut per ea, quæ *lib. 2. cap.* scripsit, demonstravimus.

Inter Græcos longo tempore post Dioscoridem fuse admodum de ratione ejusmodi sales præparandi tractat Galenus, & post illum Ægineta *lib. 7. de re med. c. 11.* omnium autem exactissime de iisdem scribit Aetius.

In pauca verba contraham modum, quem tradunt sales ejusmodi præparandi, qui tot fere recipiunt ingredientia ac ipsamet theriaca.

Accipiebant autem quatuor viperas, recens captas, hoc est, reservatas tantum ad unum, vel ad summum duos dies, quas vivas imponebant ollæ magnæ mundæ ac ex optima terra factæ: super has in momento iniiciebant salis ammoniaci, aut salis albi communis ℔.xx. hancque primam perficiebant operationem tempore matutino, quo dictæ viperæ tardiores esse solent ad motum: Dein viperis hoc salis pondere oppressis, adiiciebant pastillos, quos parabant ex seqq. in magna dosi, hoc est, aliquod librarum pondo. Sunt autem ea:

Gentiana
Aristolochia rotunda
Centaurium minus
Cardamomum
Marrubium
Scordium
Apium
Chamædrys
Semen rutæ domesticæ.

Et addito melle ex eis quinque vel sex pastillos concinnabant, & una cum sale superiniiciebant: his insuper addebant quinque scyllas prægrandes recenter in minuta frustula dissectas: & post enumeratos pastillos & scyllas adhuc superindebant salis communis albi ℔.xx. Quo facto ollam optime occludebant operculo, in quo tria erant spiracula, eamque forinsecus probe undiquaque lutatam, ut ignem fortius sustinere possent furno imponebant: & succenso igne materiam gradatim fovebant, tandemque flammis vehementissime urgebant. Fumus, qui multus, caliginosus & turbatus, primum per spiracula operculi exibat, signum ipsis erat, quod ignis jam ageret in viperas: & tunc summa diligentia cavebant, ne ab eodem, quem venenatum judicabant, inficerentur. Tandem cum observassent, per eadem operculi foramina flammam lucidam & claram exire, perfectæ viperarum ustionis indicium augurabantur. Hoc peracto, igneque paulatim extincto vasculo per 24. horas refrigerato, materiam illam in cineres redactam, & tenuissime tritam per cribrum transmittebant, denuo addendo

Semen rutæ
Grana iuniperi
Sem. fœniculi
Coriandrum
Menthum
Piper longum etiam in magna copia

Et similia, alia simplicia, quorum plurima pars ingreditur Theriacæ compositionem. Omnibus probe invicem mixtis & cibratis, fiebat pulvis vel potius cinis aut sal, & sicut eum nominabant salem theriacalem: nec certe immerito: salis enim ammoniaci, vel salis communis quadraginta addebant libras, ut ex descriptione illa videre licet.

Et totum salium theriacalium mysterium antiquorum, in quibus tamen parandis Galenus peculiare tibi reservabat secretum: viperas enim vivas non exurebat (fortassis ex metu, ne inde malignum quêdam vaporem attraheret) sed pastillos ex eis factos, quales theriaca excipit, cum reliquis, quæ calcinari debebant, admiscebat.

Ego vero, inquit Galenus, *bestias ipsas non exuro, sed pastillos ex ipsis, quorum confectionem in theriaca docui, reliquis, quæ cum bestiis uruntur, admisceo, & semel exuro, quo eam, quam in se habent amaritudinem, per exustionem abiiciant: tantam autem pastillorum mensuram adiicio, quantum conjectura assequi possum, quatuor numero viperas excipere, & sane sales vere optimi evaserunt, utpote qui neque exustione cinerum retulerint saporem, neque nigrum calorem, sed & ob qualitatem usui gratissimi fuerint facti & assecuti efficaciorem virtutem & præstantiam.*

His verbis ultimis manifeste Galenus probat calcinationis beneficio, viperarum trochiscos & gustu gratiores, & efficacia præstantiores evadere, ita ut opinionem illorum, qui incognita causa adeo acriter impugnant calcinationem, & innatam rei temperiem ac proprietatem eadem corrumpi obstinate nimis contendunt, funditus evertat. Sed videamus, quæso, circa hanc tractat. de viperarum sale ac calcinatione, quam aperte quorundam censorum opinioni Aetius non solum adversetur, sed eandem etiam tanquam frivolam expungendam prorsus repudiãdamque censeat, dum *capite de salibus theriacalibus* in hæc verba scribit: *Quanquam sint, qui eorum auxiliarem potentiam penitus negent, per exustionem dissipari affirmantes ferarum facultatem. Ego vero dicere ausim* (Addit Aetius) *eandem quidem potentiam cum theriaca sales non habere, non tamen eorum vim per ignem perire, cum multæ sint, quæ per ignis familiaritatem meliora reddita conspiciuntur, velut est aurum, calx & similia. Viperæ enim integræ ustæ intensiorem & malignam vim per exustionem deponunt: temperamentum vero auxiliare & symmetriam ab igne sumunt.*

Aetius igitur hac sua sententia de calcinatione & salibus theriacalibus prolata, confirmat confectionem meam viperinam juniperinam, in qua viperas calcino, & in pulverem redigo, qui deinde pulvis sive cinis à me ægris præbetur pro summo alexiterio, non secus, ac sales theriacales, qui à veteribus ad eundem usum exhibeantur. Sed consideret, amabo, æquus lector, & accuratiori paulo mentis agitatione secum pervoluat differentiam inter utramque viperarum præparationem, inter utriusque ingredientium mixtionem, compositionis progressum, ignis gradus, & quascumque alias operationum circumstantias. Probe, inquam, & diligenter consideret hæc omnia benevolus lector, & sano incorruptoque prolato judicio, tandem decernat, utra sit præstantior & utilior, antiquorumne, an vero nostra; At, ut totum negotium penitius intelligatur, omnia minutius examinentur.

Antiqui accipiebant numero quatuor viperas vivas, abiectis neque capite neque cauda, (in quibus tamen partibus latere ajunt venenatam illarum vim maximam) nos non tantum has partes, sed cutem & viscera interna insuper secernimus: reliqua in

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 628 sur 955

fruſtula diſcindimus, cum vino exquiſite lavamus, qua præparatione prima (quæ non multum abeſt à trochiſcorum de viperis confectione) nos horrida & inconvenienti illa beſtiarum vivarum exuſtione ſupersedemus, nec in periculo illo, quod ab ipſarum venenata infectione erat timendum, verſamur, ſicut veteres qui cogebantur obturare nares, & ſibi à malignis vaporibus qui inter calcinandum exhalabant, & venenata ſua qualitate infectionis periculum minabantur, præcavere: veluti ipſimet ſuis ſcriptis palam profitentur.

Ad quatuor numero viperas antiqui adiiciebant ſalis armoniaci, aut ſalis marini albi, & præparati libras quadraginta. Monſtroſa hæc ſalis quantitas & additio ad tam exiguum viperarum numerum, quæ ad ſummum ad tres vel quatuor uncias tantum cineris aut ſalis viperini reducuntur, (in quo tamen ſale omnis fundamenti cardo vertitur) hæc immenſa, inquam, ſalis communis quantitas, quæ non niſi confuſam & ineptam miſturam redolet, me cogit, ut antequam ad inſtituti examinis calcem perveniam, confeſtim nunc & clare oſtendam, huius mixtionis atque compoſitionis modum adeo mancum ac mutilum eſſe, ut in eo vix ulla methodus, menſura ac ratio appareat.

Nos contra viperas condimus ſpiritu ſalis, aut tanta ſalis quantitate eaſdem aſpergimus, quantam ipſæmet ad conditutam ſuam & conſervationem capere poſſunt. Et loco gentianæ, ariſtolochiæ, centaureæ, cardamomi, rutæ & aliorum ſimplicium in magna doſi addendorum, & cũ viperis ſimul incinerandorũ, nec non eorum, quæ neque incinerata, neque calcinata in magna inſuper doſi adduntur: veluti ſunt baccæ lauri, piper, zingiber, &c. Locorum horum omnium inquam, quæ ob materialem nimis & craſſam ſuam ſubſtantiam & efficaciam perquam exiguam nulli alteri uſui eſſe poſſunt, quam ut pauciſſimi hujus cineris è quatuor tantum viperis educti, vim & virtutem obtundant & reprimant: nos eas infumamus, & condimus ſolo ſpiritu quorundam ſimplicium balſamica virtute abundantium, & ita non ſolum in ſuo ſtatu conſervamus priſtinam illarum viperarum virtutem, ſed illam inſuper hoc ſpirituali ac formali artificio, non vero craſſa quadam corporali & materiali mixtura augemus.

Quod ad ignis gradus attinet, illi peccant in exceſſu, parteſque mercuriales & ſulphureas ignis violentia diſſipant, ita ut ſub magna cinerum confuſa mole pauciſſima tantum ſalis quantitas, in quo tamen præcipua agendi vis & facultas ineſt, remaneat. Ego vero contra adhibeo ignem lentiſſimum, qui activa illa ſubſtantia illæſa, humorem tantum paſſivum, excrementitium & corruptilem exſiccat & conſumit, adeo, ut viperæ hac ratione in pulverem redactæ integris valentibuſque viribus diutius ac rectius conſervari queant.

Videamus interim, quam inſignes & admirandas virtutes antiqui enumeratis ſuis ſalibus theriacalibus craſſo hoc modo præparatis tribuant.

Proprie autem, ſcribit Aetius, in affectionibus cutis curandis ſales theriacales commendantur, cuius generis ſunt leuce, lepra, impetigo, elephantiaſis, alphos. ſcabies, defluvium capillorum. Huiuſmodi enim cutis vitia confeſtim delent, & acria recrementa ſubter cutem redundantia optime diſcutiunt.

Suffuſiones incipientes & nondum congelatas egregie diſſoluunt.

Purgationes item lunares propter obturationem aliquam, aut ſanguinis coctionem ſuppreſſas cient, iidem etiam largum & impetuoſum menſium deflaxum ſiſtunt.

Quiſquis eos ſales præſumpſerit, omnes venenorum & virus jacalantium beſtiarum inſidias evincet: neque etiam cum infectus fuerit, & poſtea ſtatim ſales acceperit, periculum incurret.

Præſtat & peſtilenti conſtitutione inſtante, ad auxiliare hoc, & mali depulſorium pharmacum confugere. Morborum praterea omnium medici ſales exiſtunt, maximè tamen eorum, qui in renibus exiſtunt: lapides enim in eis atterunt, & plane renes marcidos reſtituunt.

Vertigini, dolori capitis inveterato, morboque comitiali, nulla alia conſimilis medela exhiberi poteſt.

Arquato morbo diuturno laborantes, colici, ſplenitici, hydropici per eos ſanantur.

Tabidos idem mirifice ad bonam corporis habitudinem reducunt.

Exolutos à languore perfectè reviviſcere faciunt: ſcio namque (addit Aetius) *plurimos membris reſolutos per ipſos ſanatos.*

Ad podagram maximè incipientem, & ad omnes articulari morbo affectos, unicũ hoc eduliũ cõtractum eſſe videtur.

Quartanis diuturnis & atrabilariis affectibus omnibus conducunt.

Enecant omne lumbricorum genus.

In ſumma, nullus fere eſt morbus, quantumvis deploratiſſimus, qui non edometur his ſalibus: tot tamque mirabiles illis adſcribuntur effectus: miror, quod tam præclari remedii uſus jam quaſi è memoria hominũ deletus & prorſus ſepultus evanuerit.

Si præterea ſcire deſideras doſim, ac horum idem remedium exhibendi, quave ſaporis ſuavitate præditũ ſit, vide, quid ſubiungat idem Aetius: *Licet autem* (inquit) *tum in prandio, tum in cœna eis ſalibus uti, cum quibuſcunque eduliis eos accipere velis, neque ultra ad eorum acceptionem provocare oporteat: tanta enim ipſis inſita ſuavitas eſt, ut magis voluptatis gratia eos confectos quis dicere poſſit. Licet igitur uſque ad tria cochlearia per diem ex eis ſumere, maximè ſicubus prius, in ventre ſit bene coctus. Qui enim eos accipiunt, conſoquunt melius, & cibi appetentiores fiunt. floridius etiam corpus habent, & ſenſus omnes vegetiores.*

Huiuſmodi inſignes & admirandi effectus iſtorum ſalium antiquorum, neque à ſale marino, vel ammoniaco torrefacto, neque à cineribus aliorum ſimplicium, ex quibus componuntur, proficiſci poſſunt: reſtat itaque, ut accepti ferendi ſint ſolis viperarũ cineribus. Quod ſi igitur in tã exigua quãtitate, reſpectu aliorum ingredientium, quæ illam millecuplo fere exuperant, enarrati cineres tam eximios nihilominus effectus oſtentant, quid de noſtro dicemus ſolo & ſimplici viperarũ pulvere, qui antiquorum ſales millecuplo virtutum dono, longe lateque poſt ſe relinquet? Sed dicet aliquis, uſu jam comprobatos eſſe veterum ſales, de meo aut ſimplici pulvere id affirmari non poſſe. Cui obiectioni ſolum oppono ſerpentum pulverem, qui ſine alterius rei commixtione tã mirabiles edit effectus adverſus maxima cuiuſcunque generis venena: neq; res caret authoritate & exemplis. Veteres n. ipſi, in curatione graviſſimorũ morborum, uſi ſunt viperis exſiccatis, & in pulverẽ citra admixtionem alterius rei redactis. *Quidam* ſcribit Aetius, *præt. lib. & c. viperas totas extendunt & ſiccant, poſteaque terunt, ac eas in potu contra morbum articularem exhibent, &c.*

Hàc authoritatum & exemplorum ſerie, & ut nihil dicam de argumentis & rationibus inſuper allatis,

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 629 sur 955

latis, plus satis demonstratum esse existimo, cõfectionem nostram Iuniperinam, in formam pulveris redactam, esse maximum & excellentissimum alexiterium, quod virtute sua cæteris omnibus, ipsisque salibus theriacalibus antiquorum, multis præcurrat parasangis: sicut per examen & comparationem, inter utriusque compositionis operationes præcipuas factam, manifeste dilucet. Reformabimus etiam paulo post suo loco sales theriacales, ipsosque ex languenti & sterili cinere in medicamentum efficax & vivificum resuscitabimus, pristinoque antiquitatis splendori & honori restituemus.

At essentia viperatum cum spiritu terebinthinæ parata, & à nobis in Scolopetario nostro ante 30. fere annos descripta: Item arcanum viperarum cum solo spiritu balsamico sulphuris, vegetativo naturæ paratum, sunt duo remedia, quæ cæteris omnibus multiplici nomine supereminent.

His vero cunctis longæ prælucet viperarum tinctura, quæ inter cætera opera mirabilia, quæ ex viperis educuntur, facile primum occupat locum, sed longissimo tempore opus est ad ejus præparationem.

Possem quidem affirmare, me illam vidisse, præparasse vero minime: Quidam enim vir doctus, & Medicus eruditus civitatis Solodurensis in Helvetia, ubi Galliæ legatus commorari solet, me primum in huius notitiam introduxit, hoc est, mihi tincturam hanc videndam obtulit, quæ rubicunda erat, clara & pellucida, rubini instar, odorisque suavissimi. Sed de his plura alibi me dicturum fore confido.

Hæc tinctura tamen, quasi accenso quodam lumine, viam mihi præmonstravit ad veram & legitimam viperarum præparationem eruendam, quamvis alias ratio & methodus easdem in essentias reducendi, mihi jam à triginta quinque fere annis impertita sit à Guinterio Andernaco, Medico tum temporis Argentinensi celebertimo, quem pro mirabili & singulari hoc alexiterio, vicissim arcani tartari, & Laudani mei participem reddidi.

Hanc viperarum essentiam, ut jam *supra* diximus, descriptam invenies in Scolopetario meo, ex quo eandem transcriptam habet Weckerus *in suo Antidot. Gen. lib. 2. sect. 18 fol. 694.*

Hic reprehensione quadam haud immerito digni videri possumus, quod in primo ordine huius Theriacæ, in trochiscis videlicet examinandis paulo diutius immorati simus, sed quia iidem primariæ basis vicem submiserant in hac magna antidoto, singula in eorundem correctione minutius discutienda, atq; enucleanda necessario fuisse statuimus Quod, quicquid sit, benevolus lector æqui bonique consulet. In examinandis corrigendisque cæteris breviores erimus. Pergamus igitur nunc ad secundum,

In secundo itaq; ordine solum opium examinandũ venit quod in Theriacæ compositione primum, post viperarum trochiscos, obtinet locũ. A sola sua energia, γαλκνὸν, hoc est, tranquillum vocant: Ex ejus enim usu partibus conciliatur quies, proinde in summis & præcipuis antiquorum antidotis, quæ ad diversos affectus summe laudantur, opiũ inter prima ingredientia semper relatum reperitur. Pauci enim sunt morbi, qui non simul complicentur vel ardorib. vel inflammationib. vel inquietudinibus, commotionibus languorib⁹, oppressionibus, vigiliis, defluxionib⁹, vel varii generis doloribus capitis, pectoris, ventriculi, ventris, vel cuiuscunq; alterius partis ad quorum omniũ symptomatum ferociam compescendam opium specificam & peculiarem quandam habet proprietatem, qua vel unum ex his symptomatis seorsim, vel plura cum malo conjuncta, simul, cum admirabili astantium & ipsorum ægrorum admiratione evincit ac subigit. Unde sæpenumero in ejusmodi casibus, tam mirandos sanationum effectus prodere videmus theriacam, mithridatium, antidotos Esdræ, Adriani & similes, quæ opium excipiunt. Actius verba faciens de viribus ac proprietatibus confectionis de pœonia, quam nonnulli, ut diximus, theriacis annumerant, & in qua opium non prætermittitur, hæc subjungit. *Verum somnum tamdiu detinet, quousque pharmacum penetrarit, & causas dolorum dissolverit. Et sane multi ex ægris à somno surrexerunt, adeo coquendi facultate præstantes, ut obliti sint, an unquam aliquid à principio doluerint.*

Sed ulterius advertere licet, idem opium basis & fundamenti locum obire vel in selectissimis ac præstantissimis quibusvis antidotis, quibus nomina superiora & significantiora, quæ singulares & stupendos in gravissimis depellendis morbis, illarum velut indices, effectus proderent, inposuerunt.

Hujusmodi est antidotus ἀχάειστος ab ipsis dicta, eo, quod ipsi digna gratia referri non possit.

Antidotus θεοδόρητος, quasi divinum munus conferens.

Antidotus ἀθανασία, sic appellata ob immensam ejus efficaciam, quod videatur propemodum suo usu homines reddere immortales.

Antidotus πανύχρηστος, hoc est, ad multos affectus accommodata.

Antidotus σύμφωνος à concordi & convenienti efficacia ad affectus, quibus est destinata, curandos.

Antidotus ἐκλογή quasi selecta.

Antidotus σωτήριος id est, salutaris.

Antidotus πανάκεια, sic nuncupata ab omni medelæ efficacia.

Antidotus, ἀργυροφόρος, ita dicta ob ejus præstantiam, quod scilicet sit sumptuosa, nec mediocrem pecuniæ collectionem exigat.

Antidotus sanitas, & antidotus mysterium, ita nominatæ ab admirabili utriusque effectu in sanitate perdita restituenda, & integra conservanda.

Illi etiam huc usque progressi sunt, ut unam ex antidotis suis ἰσόθεον, quasi parem Deo vim obtineat, appellare non erubuerint, quod sane non caret summa blasphemia.

Si hic omnes antidotos, in quibus opium principale est fundamentum, enumerarem, nunquam daretur finis. In Myrepso ultra octuaginta ejusmodi habentur, è quarum numero selectiores tantum & nominũ supercilio splendidiores excerpsimus. Si illarum compositiones inspexeris, maximam earundem partem, tantum theriacas esse intelliges, hoc est, compositas ex variis simplicibus calefaciendi facultate præditis, & ex quarum pleraque parte sulphur, euphorbium, & similia ingredientia non excluduntur, ita ut facile appareat, præcipuos illorum antidotorum effectus in sedandis illis vehementissimis motibus & tempestatibus naturæ, quales sunt omnis generis inquietudines, catarrhi, dolores, languores, vigiliæ, & simulia gravissima symptomata, versari & consistere, nec huiusmodi vim & proprietatem enarratarum antidotorum aliunde dependere, quam ab opii virtute soporifera & narcotica, & specifica ad

omnem

omnem ſpirituum exagitationē, magnamq; humorū commotionem & ſeditionem compeſcendam atq; ſedandā. Unde pclari illi & eximii Theriacæ effectus, quam à quietis inductione tranquillam appellarunt (ut jam diximus) nullam aliam, quam ab eodem opio mutuantur originem atque virtutem. Quod ita eſſe vel ex ipſius Theriacæ examinatione colligitur. Nam ſi bona eſt, purgantium medicamentorum effectum & actionem impedit: ſint inefficax, contra. *Sin valida, & vigore efficax fuerit*, inquit Actius, *purgationem minime fieri permittit, ſua vi exuperans pharmaci purgativi facultatem. Si vero aque purgetur homo, veluti ſi antidotum non accepiſſet, manifeſtum ſit eam Theriacam invalidam & exilem eſſe, ut quæ retinere non potuit purgativi medicamenti fluxum.*

Quemadmodum enim videmus, pleraque remedia opiatica, & præcipue quodlibet laudanum (ut appellant) cum opio rite paratum, ab eodem vim habere, & virtutem ſiſtendi & inhibendi quamcunque ſuperpurgationem, ſive arte, ſive natura irritatam: ſic quoque eandem vim & energiam in Theriaca eidem ſoli opio acceptam ferendam eſſe, merito judicamus. Equibus ſane cuilibet conſiderandam relinquo huius ingredientis excellentiam & præſtantiam ſummam.

Sed notandum eſt, opium hic in quintam eſſentiam redactum longe aliam meliorem præparationē in laudano, quam in Theriaca aſſequi & obtinere: ob quam cauſam non opus habet longiore fermentatione, aut temporis prorogatione. Laudani enim uſus ſtatim poſt præparationem citra ullum periculum conceditur: contra vero Theriaca ad ſui fermentationem non aliquot ſeptimanarum, ſed plurium menſium, imo annorum ſpatium requirit, antequam tuta & uſui apta evadat. Cuius rei cauſa ſoli opio tribuenda eſt, quod crudum ſolummodo, & abſque ullo præparationis artificio addatur. Si enim cætera totius compoſitionis ſimplicia, vel quodlibet per ſe, vel plura inter ſe invicem mixta conſideres: non occurret ullum, quod non ſtatim quovis tempore uſurpari poſſit, excepto unico opio, quod ſolum indigeſtum in cauſa eſt, cur Theriacæ uſus in tam longum tempus protrahendus ſit, & eouſque expectandum, donec idem opium rite fermentatum, decoctum, depuratum, & noxio ſuo, & pernicioſo ſulphure ſpoliatum fuerit, quod temporis ſpacium ſatis longum eſt. Nam, (ut ſcribit Actius de Theriacæ uſu loquens) *tempore ad concoctionem non modico uſu opus habet, quo matura uſui antidotus fiat, & juſte concoquatur, ut plurimum vero per duodecim menſium tempus coadunatur & concoquitur*: Et Ægineta circa idem propoſitum ſic ait: *Uſus ipſius eſt, ſi resurget in morſis à beſtiis venenatis, & iis, qui venenum acceperunt, poſt ſeptimum à præparatione annum.*

Opium itaque indiget reformatione, quæ non in ſola temporis illa longitudine & uſus dilatione, ſed in vera & legitima ejus præparatione conſiſtit. Deplorandus enim error eſt, nobili hujus Alexipharmaci compoſitioni in tam magna, trium ſc. unciarum doſi admiſcere tantum venenum, quale opium, crudum & minus præparatum eſſe conſtat, quod paucorum granorum pondere, vitæ ſpiritum ſuffocat & extinguit, & letheum æternumque ſomnum, hoc eſt, mortem ipſam inducit, ſicut id ſæpenumero contingere ſolet. At contra, ſi illud recte præparatum fuerit, quod paucis horis & facillimo negotio fieri poteſt, ex noxio innoxium, & ex pernicioſo & lethifero, ſoporiferoque veneno, utile & vivificum anodynum reddetur, quod inſtaurabit & ſedabit ſpiritus perturbatos & nimium à natura exagitatos, ipſiſque ſuavem & dulcem inducet quietem. Præparatio huius eſſentiæ opii tanquam ſumme neceſſaria docebitur *cap. ſequenti*, ubi de antidotis opiatis tractabimus: neque adeo levis hæc in theriaca cenſenda erit correctio & reformatio, ſicuti quivis facile colligere poterit.

Cætera huius ſecundi ordinis ingredientia, qualia ſunt crocus, terra ſigillata, acacia, hypociſtis, & gummi Arabicum intacta relinquimus, quia noxia non ſunt, licet vel ſine præparatione adiecta fuerint. Sed ut obiter tantum dicam, in croci eſſentia longe efficacior ineſt anodyna facultas, quam in tota ejus corporea mole. Ad theriacæ vero compoſitionem eundem vel præparare, vel non præparare, perinde erit cuivis liberum.

De tertia ingredientium claſſe, quæ ſub ſe complectitur radices, folia, comas, flores, & ſemina diverſorum ſimplicium, quæ omnia propemodum calida, bezoardica & corroborantia, vulgo in pulverem ſolummodo rediguntur, & citra aliam præparationem invicem miſcentur, conſtitui (propter Avicenniſtas quoſdam) nihil in iis omnibus immutare vel diminuere. Nam ſi ejuſmodi ſimplicia craſſo & vulgari modo adhibita minoris ſunt efficaciæ, quam eorundem extracta, minus etiam nocebunt, etſi in craſſa ſua ſubſtantia, in theriacæ compoſitionem recepta fuerint.

Eandem ſententiam ferre licet de ingredientibus & ſimplicibus quæ ſub quarta continentur claſſe, de aromatis videlicet: necnon de iis, quæ ſub quinta, nempe de lachrymis ſulphureis, quæ in oleo terebinthinæ diſſolutæ adhuc multo efficaciores reperiuntur, ſicuti id à quibuſdam jam animadverſum obſervatumque ante me fuit.

De quintæ claſſis prioribus tribus gummi, opoponace nimirum, ſagapeno & galbano, ſciendum eſt, ea eſſe naturæ aqueæ, & plerumque in ſe continere impuram, terreſtremque ſubſtantiam. Ut autem ea recte depurentur, & validiorem attenuandi ac diſſolvendi vim acquirant, imprimis expediet, illa modo vulgari, qui pene omnibus hodie uſitatus, præparare, hoc eſt, in aceto forti diſſolvere, & per cribrum tranſmittere, & ita diſſoluta, trajecta & præparata theriacæ admiſcere.

Obiter dicemus, præ cæteris correctivis, quorum opera gummi calefacientia, & ipſi etiam ſucci venenati corriguntur, acetum (quod inter omnia vegetabilia proxime ad vitrioli naturam accedit) facile primas tenet, quod ſæpius jam monuimus, nec temperare nobis poſſumus, quin idem iterum atq; iterum moneamus. *Acetum per ſeipſum, ſingulare eſt remedium adverſus ictus ſerpentum, etiam ipſorum venenatiſſimorum*, quales ſunt aſpides, ut teſtatur Celſus *lib. 6. c. 27.* qui de variis præſtantibus remediis contra omnes ſerpentum ictus in genere diſſerens, tandem hæc in ſpecie ſubjungit verba: *Hæc adverſus omnes ictus communia ſunt: Vius tamen ipſe docuit, cum, quem aſpis percuſſit, acetum potius bibere debere, quod demonſtraſſe dicitur caſus cujuſdam pueri, qui cum ab hac ictus eſſet, & partim ob ipſum vulnus, partim ob immodicos æſtus ſiti premeretur, ac hinc ficcis alium humorem non reperiret, acetum, quod forte ſecum habebat, ebibit & liberatus eſt. Credo (ac dicit licet*

licet hic refrigerandi vim habeat, tamen habet etiam dißipandi, quo fit, ut terra reſperſa eo ſpumet. Eadem ergo vi veriſimile eſt quoque humorem hominis ab eo diſcuti, & ſic dari ſanitatem.

Tantum examinandæ adhuc reſtat chalcitis. Hic autem non adeo multas perdemus horas in ſcrupuloſa illa inquiſitione, quænam antiquorum fuerit chalcitis. Qualis, qualis fuerit, manifeſte conſtat, illam numeratam fuiſſe in remediis cruſtam inducentibus, & urentibus cum magna adſtrictione. Quod cum ita ſit, clare patet, magnam admodum ſimilitudinis familiaritatem eſſe inter chalcitidem, myſin & Sorin. Galenus ipſemet fatetur, ſe mutuam horum tranſmutationem ſæpius obſervaſſe. Nonnulli recentiorum nihil fere diſcriminis ſtatuunt inter chalcitidem & calcanthum, ſeu vitriolum, & hinc improprie appellant emplaſtrum diachalciteos, quod verius diachalcatum nuncupandum erat. In theriacæ deſcriptione quidam hodie loco chalcitidis recipiunt calcanthum album igne calcinatum, & in colchotar redactum, ex quo partem rubicundiore colore tinctam ſeligunt. Si potius illi ſtudioſius perveſtigarent ſelectiſſimum quoddam vitriolum Hungaricum, Romanum aut Cyprium, quo præſtabilius nihil eſt ad hoc opus, indeque elicerent ſulphur dulce, quod verum anodynum & narcoticum, cæteris quibuſcunque, ipſique adeo opio longe præcellit, non ex ingredientium numero tanquam magis nocuum excluderemus, ſed ſecundæ potius claſſi annumeratum, vel ipſi etiam opio præferre non extimeſceremus. Huius ſulphuris extrahendi modus perſpectus eſt pleriſque Hermeticis: cum vero id baſim ſuſtineat in meo Nepenthe, ſecretorum meorum facile primo, id mihi reſervo, neque vero propterea mihi ſuccenſeas velim: quandoquidem in pluribus aliis jam abunde tibi ſatisfecimus: adeo, ut vel hoc nomine plurimam nobis debeas gratiam, niſi omnium ingratiſſimus haberi velis.

Si compoſitioni (loco vitrioli calcinati) ſpiritus aciduli & excellentis ab eodem educti ℥ß. addideris, res multo melius procedet: & ipſam prædictæ antidoti fermentationem, tanquam maxime neceſſariam, plurimum promovebis.

Quod ad rhabarbarum & agaricum attinet, parum refert, ſive addantur, ſive non: non enim adeo operoſus hic eſt eorundem uſus, uti jam *ſupra* enodavimus.

Ut igitur utilitas quædam emergat ex fuſiori & exquiſitiori noſtro examine, ſupereſt, ut nunc deſcribamus quaſdam theriacarum formulas diverſorum generum, tam pro infimæ mediocriſque conditionis hominibus, quam pro ſummis principibus ac monarchis, quorum ſalus ac vitæ conſervatio longe carior ac pretioſior habenda eſt, quam cæterorum omnium. Ut autem conſter, nos antiquitatem, ea, qua decet, obſervantia, reverenter percolere, ejuſdem veſtigia in prima hac deſcriptione ſequemur in omnibus, niſi forte ab eadem paulo diſcedendum nobis fuerit, ob paucula quædam, quæ vel omnium judicio neceſſariam ſibi expoſcant reformationem.

1. Reformatio Theriacæ, vulgari proxime reſpondens, & eadem paratu facilior.

℞. Trochiſc. faculæ ſcyllæ
Trochiſc. confect. viperinæ aromat.
Trochiſc. hedychroi ana ℥ iij.
Eſſentiæ opii ℥ iij.
Croci
Terræ Lemniæ ana ℥ vj.
Hypociſtidis
Acaciæ
Gummi Arabici an. ℥ j. ß.
Succi liquiritiæ ℥ j ß.
Myrrhæ
Thuris maſculi
Styracis calamitæ
Terebinthinæ venetæ ana ℥ vj.

Hæc ſunt ingredientia trium primarum claſſium cum eadem doſi, quam Andromachus in communi illa deſcriptione adhibuit. Præparationes tam trochiſcorum, quos fæculam ſcyllæ appellamus, quam confect. viperinæ aromaticæ jam docuimus. Modum autem eſſentiæ opii præparandæ capite ſequenti edocebimus.

Pulveriſanda ſubtiliſſime pulveriſentur, & per cribrum traiiciantur, hique pulveres omnes invicem probe mixti iniiciantur in mortarium marmoreum, addendo

Eſſentiam opii, in mellitam conſiſtentiam redactam
Terebinthinam
Hypociſt.
& Acaciam.

quæ omnia cum pulveribus permixta in unum corpus redigantur, & paulatim perfundantur hydromelite vinoſo, aut vino malvatico optime terendo in mortario cum piſtillo ligneo, donec omnia in liquidiorem ſinapi conſiſtentiam redacta fuerint. His in matraciam ſive vas aliud capax impoſitis, inque mortario perquam exacte cum eodem hydromelite vinoſo eloto, ne quid materiæ in eo remaneat, contuſis adde ſimplicium ſexui ordinis, videlicet

Sagapeni ℥ ß.
Opopanacis
Galbani ana ℥ ß.

quæ diſſoluta prius in aceto roſato, tranſmittenda ſunt per ſetaceum juxta communem ritum. Quia vero ſeparata terreſtri impuritate, pondus imminuitur, paulo plus de iis addes, donec eundem ponderis gradum attigeris. *Caſtoreum & bitumen Iudaicum* diſſolvenda ſunt in vino albo, & traiicienda per ſetaceum, de quibus ſingulis accipiendæ erunt duæ drachmæ. Hæc omnia in vas vitreum, quo cætera continentur, indantur, & loco drachmarum 4. *chalcitidis*, adde *olei vel ſpiritus vitrioli ſemiunciam*: quo promptius procedat omnium fermentatio: & loco opobalſami, olei *moſchata ℥ j. ß.* Vaſe clauſo cum ſubere vel cera hiſpanica, omnia digerantur in baln. Mar. calido per 3. aut 4. dies. Interea hæc, quæ ſequuntur, ſeorſim in pulverem redigenda ſunt, nempe.

Iridis Florentinæ ℥ j. ß.
Zedoariæ
Caßiæ lignea vera
Iunci odorati
Pentaphylli
Calami aromatici
Valerianæ an. ℥ vj.
Gentianæ ℥ ß.
Ariſtolochiæ rotundæ ℥ ß.

Pulveriſentur radices ſeorſim, & ſeorſim quoque fiat pulveriſatio foliorum, comarum, & florum: veluti

Dictamni

Dictamni
Calamenthæ montanæ
Marrubii
Polii Cretici ana ℥ vj.
Comarum ſcordii ℥ j. ß
Comarum marrubii
Chamæpityos
Chamadryos ana ℥ vj.
Comarum hyptrici ℥ ß.
Comarum centaurii minoris ℥ ij.
Flor. ſtœchados Arab.
Nardi Indicæ ana ℥ vj.
Roſ. rubrarum ℥ j. ß.

Ex his omnibus in prædicta doſi ſimul mixtis fiat pulvis ſubtiliſſimus. Sic etiam ſeorſim pulveriſabis

Sem. Buniadis dulcis, ſeu napi agreſtis ℥ j ß.
Sem. Petroſelini Macedonici
Aniſi torrefacti
Fœniculi dulcis,
Seſeleos,
Ameos ana ℥ ß.
Dauci Cretici ℥ ij.

Et, ut ſatis fiat cuidam Avicenniſtæ, nimis forte curioſo & ſcrupuloſo, nihilque prorſus omittatur, adde, ſi velis

Agarici ℥ j. ß.
Rhabarbari ℥ vj.

Omnes enumeratos pulveres, exradicibus, foliis, comis, ſeminibus factos; optime invicem miſce & per cribrum tranſmitte. Ecce omnes tuas præparationes, quæ juxta methodum modo præſcriptam facillime diſpenſari poterunt. Quinimo omnia illa parata ſervari poſſunt, priuſquam prima fiat mixtio, de qua jam diximus, & digeſtio in bal. Mar. & altera illa, de qua mox dicemus, & omnia ſimul cum melle permiſcebimus, ne longius forte ab antiquorum præparatione deflectamus.

Eſt quædam opinionum diverſitas de mellis toti compoſitioni admiſcendi quantitate. Alii enim communiori viæ inſiſtentes, triplum accipiendum contẽdunt, & ex ponderum omnium ſpecierum materialium ſupputatione invenerunt lib. iiij. & ℥ x. vel circiter: & ſic per conſequens mellis lib. xiiij. & aliquot uncias admiſcenſent. Alii, qui & ipſi inter antiquorum celebriores numerantur, decem tantum libras adiiciendas eſſe ſtatuunt. Sed ut mea fert ſententia, levicula plane & ridicula res eſt, adeo exacte tum pulverum, tum mellis doſes ſupputare. Illi vero qui minori doſi ſubſcribunt, mihi videntur ingredientium medicamentorum efficaciam validiorem conſervare. Unde in minori illa quantitate melſumendum eſſe evincitur: cum ejus uſus nullus ſit alius, quam ut pulveres eodem excepti commodius invicem commiſceantur, & in electuarii mollis formam reducantur. Cum autem ex diſſolutione non adeo magna pulverum moles, ſed media tantum totius compoſitionis pars, in liquidiorem jam conſiſtentiam redacta, nobis redundet, tanta idcirco mellis quantitate opus non habemus, ſed ſufficiet tantum ſex accipere libras mellis Hiſpanici, vel Narbonenſis albi & granulati, quodque productum & elaboratum fuerit & apibus, quæ ſolũmodo paſcuntur manna cœleſti & ex floribus odoriferis, ſuaviſſimis ac delicatiſſimis fructibus, ſucciſque alimentum exugunt. Hoc infundendum & liquefaciendum eſt in ſuff. quantitate hydromelitis vinoſi vel vini Cretici, ut optime deſpumetur & depuretur. Poſt perfectam ejus decoctionem, ea omnia, quæ in diſſolutione ſtant in vaſe vitreo, ſenſim adiicies, probe invicem omnia commiſcendo cum ſpatula, vaſque ſemper igni moderato adhibendo, qua mixtione prima peracta, paulatim miſcebis omnes prædictos pulveres (vas tuum nunquam ab igne demovendo) donec perfecte mixta ſint omnia, & materia ſpatulæ adhæreſcere incipiat, tunc vas ab igne removendum eſt, continuo tamen agitando, uſque dum refrigerata fuerit, tum enim facile agnoſces, num electuarii juſtam adepta ſit conſiſtentiam, nec ne. Quibus autem veri balſami orientalis habendi datur copia, illius ℥ j. ß. adiicient, materia jam ab igne remota, & refrigeſcere incipiente. Vel ejus loco addi poſſunt aliquot drachmæ oleorum aromaticorum, *cinnamomi*, *nucis moſchatæ* chymice extractorum. Ad materiæ, ex vaſe nondum exẽptæ, fermentationẽ 7. vel 8. dierũ ſpaciũ ſufficiet: opium enim recte jam præparatũ longiori tẽpore opus nõ habet. Quo tẽporis ſpatio materia tua inſtar paſtæ elevabitur, quã bene cõmovere oportet bis vel ter in die, & poſtea in eam adſervandam ponere in vaſis mundis argenteis vel terreis expolitis, & vitreatis; Et ſic citra omne dubium theriacam habis excellentiſſimam. Vulgaris illa theriaca pro doſi, ad avellanæ nucis magnitudinem præſcribitur: at vero noſtram piſi rantum magnitudine exhibere ſufficiet. Diligentem navabis operam in materiæ tuæ decoctione, ne poſtquam refrixerit, plus æquo dura aut mollis appareat, quod peritus & ſolers artifex facile præcavebit.

Excipiet forte hic aliquis, me hanc materiam tam exacte & articulate tractare, ac ſi ipſa manuum operatione rem ſæpius tentaſſem, & ad præſcriptum modum multoties theriacas confeciſſem.

Cui primum reſpondeo, nihil tale de me viſum unquam fuiſſe, neque in publico, neque inter privatos parietes illam confectionem aggreſſum.

Deinde libere quidem fatebor, hanc deſcriptionis fœturam nunc primo & recens à me editam, & in hanc lucem productam eſſe, ſed in ejus formatione præfixum me habuiſſe typum infinitorum laudanorum, quæ manibus propriis, diverſis temporum ætatibus, uſque in hunc diem ſtrenue elaboravi & præparavi, modo cum pulveribus bezoardicis, & cum omnibus fere theriacæ ingredientibus modo cum extractis quintis eſſentiis & magiſteriis, ab iiſdem eductis.

Poſito itaque tam certo fundamento in omnibus meis laudanis, opio videlicet rite præparato, reliquũ compoſitionis ædificium facile mihi fuit ad felicem perducere finem, neque ſpes mea me unquam fefellit, quin medicamentum inde tantis virtutibus præditum extruerem, ut ſi non æquaret, tamen ſuperaret omnes illas theriacæ magnas & varias proprietates, quæ ipſi ad diverſorum morborum curationem, & præcipue, ubi ſpirituum nimia commotio & ſeditio a variis cauſis orta, cohibenda eſt, uti jam *ſupra* diximus, attribuuntur, quæque à ſolo opio potiſſimum proficiſcuntur.

Neque in dubium vocandum eſt, quin laudana noſtra æque ac ipſemet theriaca, ſpecifica & appropriata ſint remedia adverſus omnis generis venena, tam interna, quam externa, additis ſaltem quibuſdam remediis è viperis extractis: indubia itaque ſummorum & admirandorum effectuum certitudo, quos laudana noſtra, in quacunque forma exhibita, procreant, & exacta illa præparationis ſimilitudo, quam

quam eadem habent, cum theriaca modo descripta, mihi occasionem præbent, ut nulli non ausim persuadere, de summa huius antidoti præstantia minime dubitandum.

In hac theriacæ descriptione vim ac methodum veterum, quantum potuimus, secuti sumus, nec ab illa, nisi jubente necessitate, declinavimus. Non tamen opinor, semper communi illa, & regia via, ut vocant, incedendum esse: siquidem ea non perpetuo conjunctam habet gratam brevitatem & facilitatem, sed trita ab omnibus vix caret corruptionis suspicione & vitio. Aliam igitur nobis faciliorem & commodiorem seligemus, quæque cum majore voluptate & emolumento nos ad propositi metam deducat: & sic omnem calumniandi convitiandique ansam adversariis nostris facile præcidemus.

II. *Theriaca benedicta appellata.*

In hac secunda theriacæ præparatione pro virili quoque conabimur veteris compositionis vestigiis insistere, hoc est, eadem servabimus ingredientia, ex quibus tantum virtutem eliciemus magis essentialem, abiecta & separata omni fæculenta & materiali crassitie.

Facultatem utique theriaca habere dicitur sanandi, & è medio tollendi gravissimos quosque vere astrales, sydereos aut occultos corporis nostri morbos, in quorum numero censetur epilepsia, lepra, & contagiosus quilibet affectus: domitrix item perhibetur venenorum, quæ vel intus assumpta, vel ictu cuiusdam venenatæ bestiæ in nos translata sunt: antidotus insuper esse judicatur præstantissima, ad spiritum nostrorum roborationem & conservationem, & primarium quasi vitæ nostræ fulcrum ac sustentaculum. Quo igitur spiritualior ei accesserit præparatio, eo efficacior multo evadet ejusdem vis & potestas, longeque mirabiliores & laudabiliores proferet effectus.

Cum itaque longa hæc compositio in eum ordinem jam à nobis redacta sit, qua quidem confusam inordinatamque illam ingredientium congeriem in sex distinctas classes reduximus: quaque oculis prompte subiicitur omnium illorum simplicium proprietas atque natura: eandem nunc ordinis rationem facilioris doctrinæ causa in hac descriptione sequemur, quo omnis pharmacopœus tam laborioso variæ illius præparationis, dispensationis & mixtionis onere in veteri illa præparatione requisito sublevetur.

Præparationes scyllarum & viperarum, & quæ præcipua primi ordinis ingredientia sunt, *supra* jam à nobis traditæ sunt.

Docuimus præterea, loco opii crudi & nullo artificio præparati, essentiam ejusdem extrahendam, & venenatam ejus naturam in salutarem commutandam esse. In hoc enim uno principalis rei cardo vertitur: totumque arcanum & mysterium huius magnæ antidoti consistit in recta viperarum & opii præparatione.

Accipies itaque essentiæ opii rite præparatæ, ℥ iij. ut mox specialius docebimus: hæc essentia in mellitam consistentiam redacta dissolvatur in succi limoniorum optime depurati ℔ j. omniaque post dissolutionem imponantur vasi æneo, vel pollubro argenteo capaci: opium ita dissolutum instar basis erit ad faciliorem omnium mixtionem procurandam.

Huic dissolutioni in vase æneo inditæ adde in locum trochiscorum theriacalium confectionis viperinæ præparatæ, ut *supra* edocuimus, ℥ iij.

Parari quoq; posset ex trochiscis hedychroi extractũ, & superiorib. istis addi: sed omitti facile possunt. Adiice quoque.

Essentiæ crocipræparatæ, ut mox dicemus ℥ j.
Terræ sigillatæ ℥ vj.
Acaciæ
Hypocistidis
Gummi Arabici, singulorum nulla arte præparatorum ℥ ß.
Chalcitidis loco cape liquoris aciduli vitrioli ℥ ß.
Myrrha, thus, & storax calamita in oleo terebinthinæ dissolvantur, & omnia reliquis, quæ vase æneo continentur, adiiciantur.

Interea paratum habebis extractum ex omnibus radicibus, herbis, seminibus & floribus ingredientiũ quarti ordinis factum, cum aqua vitæ, vini, vel vino malvatico aut canariæ. Quæ tota extractio ex omnibus istis ingredientibus juxta singulorum doses *supra* præscriptas præparata, addatur in eodem vase æneo.

His quoque adde extractum, quod conficies ex omnibus aromatis quinti ordins: hoc vero extractum paretur cum aqua cinnamomi, aut hydromelite optimo vinoso, idque cum reliquis admisce.

Adiice tandem gummi opopanax, & galbanum in aceto dissoluta, & per setaceum more communi trajecta: item essentiam castorei & bituminis Iudaici paratam juxta eum, quem trademus, mõdum *ca. de extractis.* Et sic omnes omnium ingredientium virtutes substãtificas sive essentiales cum suis liquoribus & propriis dissolventibus, pariter mixtas habebis in vase isto æneo. Quæ omnia simul uno eodemque tempore fieri possunt, ac tanta cum facilitate, ut plane crasso & stupido sit cerebro, qui hæc capere non possit.

Ex fœcibus horum enarratorum bezoardicorum simplicium & aromatum omnium calcinatis, & in cineres redactis, extrahatur sal, qui in aqua communi aliquoties dissolutus, filtratus, & coagulatus, tandem dissolvatur aqua cardui benedicti aut ulmariæ: hæcq; postea aqua cõmemorati salis viribus sufficienter imprægnata, addatur cõpositioni in prædicto vase æneo.

Tota hæc mixtura ex magna ista diversorum liquorum dissolventium quantitate concinnata, & in unum vel plura Alembica cum suis recipientibus indita, ponatur in Baln. vaporosum, ut liquor exhalet, & materia in mellis consistentia aut paulo duriori in fundo subsideat. Hanc aquam diligenter adservabis. Est enim vera aqua theriacalis tam pretiosa, ut satis celebrari nequeat. Extractum autem sive mellita consistentia, quæ in fundo remansit, in vase aliquo minus profundo, ad ignem moderatum ponatur, ut in justam electuarii liquidi consistentiam redigatur: neque opus est hic triplæ illius mellis quantitatis additione, quæ frustranea plane & nullius momenti. Et sic theriacam habebis, quam propter mirabiles ejus effectus benedictam appellamus: de qua pro dosi exigui pisi magnitudine tantum exhibebis & mira percipies.

Patebit autem cuivis ex effectis huius theriacæ, non sine causa factum, cur benedictæ nomine eandem insigniri voluerimus: facileque proinde videre erit, quãtum hæc ipsa à vulgari differat, tum bonitatis, tum majoris efficaciæ ratione: quam tamen efficaciam & vim in ea amplificare & intendere nitemur: quemadmodũ cætera quævis remedia virtutem & actionis potestatem validiorem & potentiorem sortiri, & in quintam cœlestemq; essentiam exaltari possunt: quorum effectus postea evadunt prorsus admirandi & divini, idq; beneficio & opera solius artis Spagiricæ, sive veræ & legitimæ Chymiæ.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 634 sur 955

III. Theriata in cœlestem & sublimiorem redacta essentiam.

Accipe igitur huius theriacæ benedictæ ad perfectionem jam juxta præscriptam modo compositionis formulam adductæ ℔. j. huic in matracium vitreum inditæ affunde aquæ vitæ juniperinæ, cujus usus admodum frequens existit in Germania, vel aquæ destillatæ ex cornibus cervorum mollibus adhuc & teneris (quæ magnates sibi in magna copia ad hunc usum cõparabunt) ex his itaque aquis alterutram affunde, vel etiam elixir nostrum vitæ magnum, vel quamcunque aliam ex nostris aquis theriacalibus, summe bezoardicis & cardiacis, ut materiam quatuor quinqueve digitos supereminеat, vase accuratissime clauso, ne quid expiret fiat digestio omnium in B. M. vaporoso (hic enim digestionis modus est omnium tutissimus & utilissimus) per 6. aut 7. dies, donec enumerata aqua colore claro, diaphano & rubicundissimo tincta, & cunctis prædictæ theriacæ virtutibus ac proprietatibus imprægnata fuerit.

Hanc aquam ita tinctam, & imprægnatam effunde per inclinationem, & cave, ne quid fæculenti aut turbidi, cum ipsa simul mixti effluat. Hunc liquorem depuratum serva, & materiæ in fundo remanenti adhuc novas affunde aquas, ad virtutes & proprietates penitus inde extrahendas, procedendo, ut *supra*, idque toties reiterando, donec aqua, quam affundis, non amplius tingatur, quod certum signum erit, materiam illam omni essentiali & substantifica virtute spoliatam esse.

Materiam in fundo vasis residuam crassam nec in essentiam redactam, seorsim serva, & in patinam vitream, optime lutatam, impositam, in reverberio athanoris calcina: ubi continuo exigua flamma in gyrum se circumagens tam diu apparebit, donec dicta materia in cineres prorsus conversa fuerit: ex qua elicies salem pretiosum cum aqua cardui benedicti, aut quadam alia cardiaca, in qua hunc salem solues, filtrabis & coagulabis toties, donec in summam albedinem & diaphanitatem depuretur. Hic sal seorsim servetur.

Interim dum circa hanc salis confectionem versaris, omnes tuos liquores tinctos cum sale hoc uno eodemque tempore in alembicum iniicies, & applicatis alembici capitello & recipiente, inde per baln. Mar. vaporosum, omnem destillabis liquorem, qui aquæ theriacalis & bezoardicæ longe præstantiss. vicem subministrabit. Et in fundo residebit vera theriacæ essentia, (quæ antea solummodo extracti gradum adepta fuerat) in consistentia mellis, miræque & stupendæ virtutis ac energiæ, cui addere poteris ad lentum igne, ut reducantur in bonum opiatæ consistentiam.

Essentiæ coralliorum
Et Perlarum ana ʒ ij.
Pulveris bezoardici veri
Terræ sigillatæ
Vnicornu
Ossis de corde cervi ana ʒ j. ß.
Ambræ ʒ j.

CAUTIO.

Quamvis vix fieri possit, ut rem apertius clariusq; declarem, non tamen dubito, quin nonnulli sint tam inter Medicos, quam pharmacopœos crasso nimis ac obtuso ingenio prædíti, qui huius rei raritatem & insuetudinem accusabunt, & se tam elegantibus & exactis præparationibus elaborandis nunquam operam dedisse, multoque minus manum iisdem unquam admovisse, prætendent. Sed Philosophi & filii artis me satis intelligent, quibus satis fecisse sufficit: iis enim solis offerre convenit pretiosas has raritatis margaritas: ne ab indignis forte profanentur, pedibusq; proculcentur. Ob quam causam theriacæ nostræ cœlestis compositioni, quam nunc describendam aggredimur, quædam inseremus magisteria, quæ non nisi ab iis, qui artem ex professo colunt, & manualem operationem crebro exercuerunt, intelligi ac capi poterunt. Hi soli, inquam, dicta mea percipient, & theriacam cœlestem talem, qualem jam in sequentibus describemus, rite ex arte præparabunt.

IV. Theriaca cœlestis dicta.

Accipe itaque quintæ essentiæ prædictæ theriacæ ʒ iiij. vel plus, minus, prout primæ quantitatis ratio exigit.

His quatuor unciis in mellitæ consistentiæ forma adde

Magisterii coralliorum
Mag. Perlarum ana ʒ ß.
Mag. Hyacinthorum
Mag. Rubinorum
Mag. Smaragdorum an. ʒ ij.
Mag. Bezoardici animalis
Mag. Bezoardici mineralis ana ʒ ij.

Supradicta theriaca in quintam essentiam redacta, patinæque argenteæ imposita, & cineribus calidis admota, statim liquescet: huic ita liquefactæ, postea prædicta illa magisteria & essentias pedetentim adde, cõtinuo agitando omnia cum spatula argentea, omnia ad continuum ignem relinquendo; donec materia eã assecuta sit consistentiam, ut inde pilulæ, si usus requirat, formari possint. Hæc theriaca conservabitur longissimo tempore, ita ut durationis diuturnitate excedat ternam, vel cujuslibet vivacissimi hominis ætatem, hoc est, sine corruptione aut alteratione ulla, perpetuo integris valentibusq; viribus vigeat.

Exhiberi potest statim à primo præparationis die, & sufficient pro dosi duo vel tria grana ad plurimum, & habebis theriacam admirabilẽ, cujus effectus sunt cœlestes ac divini, contra omnia cujuscunque generis venena, & affectus pestiferos contagiosos, deploratos & incurabiles. In summa hæ sunt veræ illæ theriacæ & alexiteria pretiosa & inæstimabilia, digna profecto, ut Regibus & potentibus offerantur: quorum utique præparatio longa est ac difficilis: nec magisteriorum horum, quæ huic ultimæ adduntur, præparandorum ratio omnibus obvia est, sed magno ingenio, & solida eruditione præditis viris; philosophis, & chymicomedicis, quibus hæc arcana potissimum dedicare ac consecrare volui, reservatur. Cæteræ vero turbæ & plebeculæ communi abunde jam alias satisfactum est.

Porro ne Philosophis forte ansam præbeamus nobiscum expostulandi, quod horum magisteriorum præparationes inexplicatas relinquamus: eas in illorum gratiam, quanta possumus perspicuitate, sub philosophica tamen loquendi ratione & consuetudine in medium proferemus.

Ad septem horum magisteriorum ingrediẽtia calcinanda & dissolvenda, nulla alia re utimur, quam solo menstruo, extracto ex spiritibus balsamicis salis & sulphuris naturæ, quod in terræ chaos omnibus obvio & paucis noto delitescit: ex quo chaos verus philosophus æque facili artificio extrahit salem illum balsamicum &, pretiosum, quam vulgaris artifex

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 635 sur 955

artifex nitrarius ſalem ſuum petræ ex terra pingui & communi. At differentia nõ exigua eſt inter hos duos ſales, licet in pluribus magnam invicem habeant ſimilitudinem : ſiquidem ex eadem matre & radice producti ſunt ambo. Sed horum unus eſt frigidus & humidus, volatilis, fœminæque naturam referens: alter vero calidus, ſiccus, fixus, hermaphroditus, tam maſculi, quam fœminæ naturam participans, ſimulque eſt mercurius, ſulphur & ſal: cuius mater eſt virgo quædam, virtutibus tamen primi entis terum bezoardicarum ditata & imprægnata : hanc in primis quærunt & ſeligunt Philoſophi, ſuumque inde ſulphur Philoſophorum eliciunt. Crede mihi veriſſime loquenti: hanc rem tam occultam nullo modo poſſe dilucidius aut apertius explicari.

Cum balſamico utique hujus materiæ pretioſæ ſpiritu calcinabis, & ſolves una eademque opera, coralia, gemmas, hyacinthos, rubinos & ſmaragdos, quibus philoſophica ſolutione ſolutis, idem inde ſperabis menſtruum cœleſte, opera cujuſdam ſalis vegetabilis, & ſtatim videbis, magiſteria illa pretioſorum illorum lapidum, vaſis fundum petere, quæ poſtea cum noſtra theriaca cœleſti, uti jam *ſupra* diximus, admiſcenda ſunt.

Per magiſterium bezoardicum animale intelligimus magiſterium ex pulvere viperarum extractum, idque opera ejuſdem menſtrui ſive ſulphuris, aut ignis naturæ: quo philoſophice calcinantur & ſoluuntur enarratæ viperæ, quæ jam in terræ latibulis à ſola balſamica illa virtute, ejuſdem ſalis & ignis naturæ, ſummam alexiterii vim acquiſiverunt, ut jam *ſupra* fuſe & clare ſatis expoſuimus. Ope enim horum ſpirituum Balſamicorum prædicti ignis naturæ, viperinæ carnis virtus alexiterica & bezoardica in infinitam virium poteſtatem excreſcit. Unde ei baſis principalis locum deſignavimus in noſtra theriaca cœleſti: non ſecus ac craſſa & materialis earundem caro baſis locum tenet in communi illa & materiali theriaca.

Septimum magiſterium, quod addimus, & bezoardicum minerale, quod per ſe ſolum magnum eſt alexiterium, cui vix aliud æquiparari poteſt, per ſudores, quos in doſi quatuor tantum granorum potenter evocat, omnes generis venena & peſtilentes corruptiones è corpore noſtro abigit & expellit. Cujus utique compoſitio mirabilis; mirabilis item ejus mixtio, & ſtupendi plane, imo divini eiuſdem ſunt effectus.

Compoſitio fit per ſpumam venenoſam, quam evomunt duo dracones, ſimul conjuncti, agitati, & tãdem calefacti manu Artiſtæ. Hæc ſpuma venenata ad temperiem adducitur, & bezoardica redditur ſola admixtione illius ignis balſamici naturæ; quæ mixtio non fit ſine magnarum turbarum, ebullitionum & ſeditionum excitatione: tandem imbecilliori & fortiori ſuperato, belloque confecto, amica & ſalutaris inducitur pax, adeo ut venenum tantum, quodque vel ipſo viperino longe deterius & nocentius eſt, convertatur in ſummam theriacam, ſummum alexiteriũ, ſummumq; ſaluberrimum remedium bezoardicum, quod tantum ſudores provocando effectus demonſtrat ſuſpiciendos in omnibus peſtilentibus & venenatis affectionibus, ut *ſupra*.

Hic quidem cenſor auditis ejuſmodi locutionibus metaphoricis, more ſuo cynico vix riſum tenebit. Sed Hartmannus, ut ille doctiſſimus & celeberrimus, tui hoc ultimum elegans ſane & admirandum magiſterium acceptum fero, huius inſtitũti noſtri rationem collaudabit, & plurimi faciet, nec non cum illo alii viri graviſſimi, veri Philoſophi, qui proprium & genuinum dictorum meorum ſenſum percipient. Quinimo, ut vere loquar, opus hoc, licet prima fronte plurimum difficultatis habere videatur, tamen opus tantum eſt mulierum, hoc eſt, levi tantum mulierculæ alicuius ope & opera perfici facillime poterit.

Ut autem nihil, quod ad reformationem, reſtaurationem & decorationem theriacarum facere videtur, omittamus, ſupereſt adhuc, antequam finem huic tractationi imponamus, ut ad antiquorum imitationem theriacam aliquam diateſſaron, ſaleſque theriacales deſcribamus. Quod utique fieri vix poteſt, niſi utrorumque horum remediorum quandam inſtituamus reformationem, quandoquidem eorumdem præparatio alias adeo craſſa eſt, ut nihil ſupra.

Theriaca diateſſaron antiquorum ex quinque ingredientibus conficiebatur, cuius compoſitionis formulam memoriæ cauſa paulo altius repetemus, quæ ſit ex *radicis gentianæ, baccarum lauri, myrrhæ, ariſtolochiæ rotundæ an.* ℥ *ij. cum melli* ℔ *ij.* Totum vero præparationis artificium conſiſtit in eo, ut pulverentur omnia, & cum melle invicem permiſceantur. Hanc quæſo compoſitionem unuſquiſque paulo altius mecum expendat & iudicet, num ei tam ſplendidum & auguſtum theriacæ nomen competat. Nos huiuſmodi diateſſaron idcirco relinquemus communi & imperitæ plebeculæ, aliamque eius loco deſcribendam aggrediemur, quæ ſolos deceat magnates & Principes, eamque à ſingulari ſua præſtantia diateſſaron regiam vocabimus.

5. Theriaca diateſſeron regia Quercet.

℞. *Tinctura auri*
Tinctura coralliorum
Tinctura omnium lapidum pretioſorum
Tinctura viperarum ana ℥ *j.*
Nepenthes noſtri maioris ℥ *ij.*

Enumeratum modo nepenthes, adhuc manens in molli conſiſtentia imponatur in patina argentea, ut igne liqueſcat: huic ita ſoluto admiſce primum : tincturam auri: dein tincturam corallorum: tum tincturam lapidum pretioſorum : & tandem tincturam viperarum, modice agitando & incorporando continuo materiam ad ignem lentiſſimum, donec in juſtam conſiſtentiam redigatur, ex qua formare poſſis pilulam grani piperis magnitudine, aut paulo majori: cujus admirandi effectus ſe prodent in omni peſte, & venenis, aliiſque morbis deploratis: potiſſimum autem in proliciendis ſudoribus: præterea reparat ac reficit collapſas & proſtratas vires, & duplo robuſtius efficit balſamum noſtrum radicale; cui ſoli vis medicatrix morborum debetur. Unde ſæpenumero contingit, ut idem remedium tot tamque admirabiles effectus etiam per inſenſibilem tranſpirationem exerere conſpiciatur.

Hæ quatuor tincturæ una eademque via ac methodo extrahuntur, cum unico videlicet & ſolo ſulphure bezoardico ex re vegetabili elicito.

Aurum vero philoſophice tantum calcinandum eſt, cui calci optime ablutæ & eclipſin patienti, nigricantique, adde prædicti ſulphuris bezoardici tantum, ut ſupernatet tres vel quatuor digitos; idque in matra-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 636 sur 955

in matracio Hermetice ſigillato, ad ignem cinerum in Athanore, & ad minimum in octo dierum ſpatio tinctura tua apparebit omni rubino rubicundior & ſplẽdidior: quam poſtea ſeparabis, & in perfectam tincturam Solarem decoques, ut artis eſt.

Tinctura coralliorum fit ex eorum magiſterio parato ut *ſupra*: ex hoc enim corallio antea in magiſterium exquiſitiſſime redact, ut docuimus, extrahes tincturam cum eodem menſtruo aut ſulphure bezoardico, eodemque ignis gradu adhibito: in cæteris auri operationem ſequeris, & ita conficies veram tincturam coralliorum.

Similis eſt proceſſus in fabricanda tinctura lapidum pretioſorum cum eorundem videl. magiſterio, eo ut paulo *ſupra* modo parato.

Sic ad eundem modum ex magiſterio viperarum, de quo etiam antea dictum eſt, cum eodem ſulphure bezoardico vegetabili, ut ſupernatet 3. vel 4. digitos, tincturam inſtar rubini rubicundiſſimam elicies, idque eadem methodo, qua uſus es in auri præparatione.

Minima harum tincturarum doſis potentiſſimos & admirandos elicies effectus contra omnia venena, peſtem, morbos contagioſos & deploratos. Ex mixtione enim illa peracta & Nepenthes mei additione vis illarum in infinitum multiplicabitur. Nullum enim eſt cordiale corroborans, & bezoardicum alexiterium, quod non ſub his comprehendatur, & ſimul includatur: ſiquidem Nepenthes meum in ſe continet eſſentias omnium ſimplicium vere bezoardicorum, omnium aromatum, lachrymarum, gummi, & lapidum pretioſorum, itemque eſſentias ambræ & moſchi: eſſentias croci & camphoræ: eſſentias lunæ, extractum ſulphuris dulcis vitrioli, & (ne forte unum ex ingredientibus magnæ huius theriacæ vulgaris negligamus) ipſius etiam opii eſſentiæ non obliviſcemur in hac Diateſſaron regali compoſitione: remedium certe vere regium, dignumque Regibus ac ſummis, potentiſſimiſque Principibus ob ſingularem ejus efficaciam & admirabiles effectus, tum ad deplorantiſſimorum morborũ curationem, tum ad ſanitatis conſervationem. Horum elegantiſſimorum effectuum vel ex ſolo meo Nepenthe promanantium, teſtes erunt tres totius Franciæ facile primi & celeberrimi Medici, nec non doctus & expertus quidam chirurgus regius, qui una interfuimus curationi matronæ cuiuſdã ampliſſimæ, nec infimo loco natæ, quæ gravi quodam affectu hyſterico correpta, intolerabilibus continenter affligebatur doloribus convulſivis, qui neque Philonio, neque pilulis Cynogloſſæ, neque aliis remediis ſive internis ſive externis mitigari poterant. Tandem nobis confugiendum fuit ad Nepenthes noſtrum, ex cuius uſu continuo prædicta matrona per quinque ſexue menſes ſingulis noctibus ſemel & interdum bis nullum unquam in capite ſtuporem perſentiebat, neque etiam ſpe ſua fruſtrabatur unquam in doloribus ſubito ſedandis, & quiete corpori concilianda. Interdum quidem ipſi fallendi cauſa pilulam aliam utcunque animi cauſa formatam, & magnitudine ac colore veris Nepenthes pilulis reſpondentem exhibebamus: ſed ſeq. totam noctem inde lamentando & eiulando miſere tranſigebat. Unde altero die poſt certa gravique objurgatione, verbiſque ſatis aſperis ac duris nos excipiebat, ſeque immerito à nobis deluſam, & noſtra culpa & permiſſione per totam noctem tantis doloribus & cruciatibus exagitatam conquerebatur. Quæ omnia à nobis in eum finem dicuntur, ut oculis omnium obiiciamus tam præcláros & infallibiles Nepenthes noſtri effectus, quod unius tantum piperis grani magnitudine exhibetur, contra omnes dolores à quacunque cauſa ortos. Non minori etiam pollet facultate idem Nepenthes in ſubito cohibendis omnis generis defluxionibus.

Tranſeamus nunc ad ſales theriacales, quorum mendoſam præparationem plus ſatis ſup. excuſſimus, ita ut non opus ſit plura de ea dicere. Nam quilibet adhuc recenti tenebit memoria immenſam illam ſalis quantitatem, 40. videlicet librarum, 4. tantum viperis additam: nec non reliqua ingredientia tam ante, quam poſt calcinationem adiecta, omniaque tam craſſè parata, ut mirum ſit, tot admirandas & ſingulares virtutes ab antiquis hiſce ſalibus adeo ruſtice confectis adſcriptas fuiſſe.

Horum igitur reformatio & recta præparandi ratio eſt, ut ſequitur.

℞. *Rad. Angelicæ*
Gentianæ
Imperatoriæ
Zedoariæ
Tormentillæ rec. ana ℥ ij.
Herb. Diptamni
Scordii
Scorzoneræ
Scabioſæ
Rutæ
Meliſſæ recent. ana p. ij.
Gran. iuniperi recent. ℥ iij.
Sem. Rutæ
Cardui benedicti
Coriandri
Fœniculi dulcis ana ℥ j. ß.
Flor. Centaurii minoris
Hyperici ana p. ij.
Cardamomi
Piperis longi
& albi ana ℥ j.

Contuſis & ſimul mixtis omnibus, adde

Succ. Limonum ℔ *j.*
Succ. Scordii
Vlmariæ ana ℔ *j. ß.*
Vini Canariæ ℥ viij.

Macerentur omnia per 24. horas in magno Alembico cupreo, cum ſuo refrigerio, quo deſtillari ſolent olea: deinde deſtilletur aqua ſive totus liquor ad ſiccitatem uſque, cave tamen, ne ex nimia ignis violentia materia aduratur: quod periculum facile præcavetur deſtillatione in balneo vaporoſo facta. Nam, ſicut & alibi diximus, ea tutiſſima eſt & optima deſtillandi ratio: liquor inde deſtillatus accurate ſervetur ſeorſim: fæces ſiccæ redigantur in pulverem & ſeorſim etiam ad uſum ſervantur, ut *infra* dicemus.

Interim dum hæc deſtillatio fit, accipe ſalis marini, puri & pellucidi ℔ iiij. ad ſummum: Si forte impurus ſit, aqua lavandus & repurgandus eſt, dein ad ignem probe exſiccandus: cui poſtea pulverizato adiice

Coralliorum rubr. pulveriſatorum ℥ iij.
Perlarum tantundem.

Omnia cum ſale permixta iniiciantur in cruſibulum capax, (quod eſt artis vocabulum urgendo ignẽ fuſionis, ita, ut p̃dictus ſal ignis violentia fundatur)

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 637 sur 955

tur, qui instar metalli fluet. Ubi hic obiter monebimus, non prorsus veritati consentaneum videri Axioma istud Aristotelis, quod quicquid coagulatur in calido, dissolvatur in frigido & humido, cum contra sal, qui Solis calore coagulatur, igne violento dissolvatur, fundaturque instar metalli, vel ipsa experientia teste.

Sed redeamus ad salium nostrorum theriacalium præparationem. His quatuor libris salis fusi, simul cum corallis & gemmis in dicta proportione calcinatis & pulverisatis, adiice libras duas fæcum siccarum simplicium bezoardicorum & aromatum, ex quibus extraxisti aquam ut *supra*, reservatam: ex media parte horum omnium invicem mixtorum fac stratum in olla terrea apta, in qua apposite collocabis carnes quatuor viperarum, in frusta incisarum: his superiniice residuam omnium materialium partem, manu omnia bene premendo, & claudendo dictam ollam cum suo operculo, tamque exquisite lutando, ut nihil transpirare possit. Dicta olla ponatur ad ignem calcinationis sive reverberii per 24. horas, donec materia reducatur in cinerem album: quo jam uti poteris multo cum majori emolumento, quam cineribus sive salibus istis theriacalibus vulgari modo paratis.

Sed huic operi hucusque elaborato nondum acquiescendum erit, adhuc enim materiale nimis est crassum & imperfectum. Ulterius igitur pergendum, totusque ille cinis in manicam Hippocratis iniiciendus, & cum aqua simplicium destillata, & ut *supra*, reservata, & ad ignem rursus calefacta, inde eliciendus est sal secundum artem: reiteratis toties dissolutionibus, filtrationibus & coagulationibus, donec salem elicias exactissime repurgatum & vere theriacalem, qui imprægnatus erit virtutibus salium viperarum, & rerum bezoardicarum & aromaticarum, ut & salium gemmarum & coralliorum, quorum copiam etiam augebit additio librarum 4. salis marini, qui jam per se spiritu suo balsamico contra morsus tum serpentum, tum aliarum bestiarum venenatarum conditas salitasque omnes carnes aptissimas reddit. Ταρίχιον, id est, salsamentorum caro (inquit Ægineta *l.7. de re med. c.3. initio literæ γ*) *acrem & siccantem vim habet. A præstere itaque vipera morsis datur, ut quamplurimum edant, & vinum bibant copiose & revomant: convenit etiam ad acrium esum: utiliterque quoque in canis morsu imponitur, itemque in aliorum reptilium morsibus.* Fieri igitur non potest, qui enumerati sales theriacales nostræ descriptionis sint magnæ efficaciæ & virtutis, longeque alterius conditionis, quam communes isti, idque ob varias causas, quas unusquisque ipsemet secum paulo diligentius ruminabit & expendet. Loco trium cochlearium, quæ pro dosi de vulgaribus dantur, nos de nostris exhibemus tantum 10. vel 12. grana, sive scrupulum unum ad summum; & mirabiles exerunt effectus.

Ut centuplo adhuc efficaciores reddantur, verus philosophus loco salis communis accipiet salem sulphureum & balsamicum naturæ, cum quo fundet & calcinabit philosophice, non tantum corallia & gemmas, sed etiam fragmenta hyacinthorum, rubinorum, smaragdorum, & aliorum lapidum pretiosorum in quanta copia libuerit, quæ virtutes suas spirituales, quæ potentissimæ & efficacissimæ sunt, impertient dictis salibus, ope sulphuris naturæ, quod est illorum proprium & verum dissolvens.

1. Theriaca, Mylii.

℞. *Rad. Enulæ* ℥ xv.
Aristoloch. rotundæ ℥ x.
Granorum Iuniperi
Zedoariæ
Scordii
Chamædryos
Chamæpithyos ana ℥ ß.
Aristolochiæ longæ
Comar. Hyperici
Scabiosæ
Sem. Rutæ
Savinæ } *ana* ℥ iij.
Betonicæ
Salviæ domesticæ
Prassii
Spicæ Romanæ
Baccarum lauri
Gentianæ
Diptamni albi
Tormentillæ
Calami aromatici } *ana* ℥ ij.
Rad. Meu
Rad. Phu
Rad. Pimpinellæ
Sem. Ammios
Sem. Carui
Macis
Santali rubri
Succini Citrini
Flor. Melissæ
Menthæ rub. } *ana* ℥ j.
Castorei
Absynthii
Calamenth. montani
Zingiberis
Piperis nigri } *ana* ℥ ß.
Nucum iuguland. Num. x.
Olei Therebinth. ℥ j.
Oxymelitis scyllitici ℥ iv.
Mellis despumati triplum.
Fiat l.a. Theriaca communis.

2. Theriaca.

℞. *Iridis Illyricæ*
Zingiberis
Opopanacis
Opii
Herb. Rosmarini
Myrrhæ
Sem. trifolii } *ana* ℥ j.
Aristoloch. ℥ xj.
Sem. Rutæ Sylvestris ℥ j. ß.
Trita, ut decet, omnia excipiantur triplo Syrupi violati.

Antidotus hæc analeptica, ſeu Electuarium reſtaurativum, ut vocat Nic. Præpoſitus, à Fernelio celebratur, in ejuſque deſcriptione nihil immutandum cenſuit, præter ſimplicium ordinem, & *berberis grana*, quorum loco piſtacea repoſuit, Omiſit tamen *ſtyracem calamitam*, viribus commendatiſſimum & huic confectioni utiliſſimum; Cuius Parandi modus facilior eſt, quam ut pluribus in eo declarando ſit opus.

Antidotus analeptica vires exolutas reſtaurat, inquit Fernelius, animi deliquium & ſyncopem impedit, optimum corporis habitum longo ſanguinis fluxu, aut alia quavis immoderata vacuatione extenuatum reſarcit, macilentis & conſumptis ſuccurrit; humectando nempe, nutriendo & corroborando.

Antidotum Aſyncritum D. Actuar. Renod.

℞. *Myrrhæ ʒ ij. & ϑ ij.*
opii ʒ vj.
piperis nigri,
ſem. petroſelini an. ʒ v.
apii,
ſinapeos an. ʒ ß.
iuncigr odorati ʒ iij.

amomi,

amomi,
styracis calamit. an. ℥ ij.
hedychroi magmatis ℥ j. & ℈ ij.
cassiæ lignea, seu canellæ,
piperis albi,
seseleos an. ℥ j. & ℈ j.
mellis despumati q. s. fiat opiata.

Vocatur hoc Antidotum ab Actuario *cap. 6. lib. 5. method. med. Asyncritum*, hoc est, incomparabile, quod virium præstantia nulli cedat; aut postponendum veniat. Ut ex mente authoris rite paretur, *Opium* in *sapa dulci* macerandum, donec mellis consistentiam habuerit: *Styrax* melle diducendus: dein reliqua arida pulverata commiscenda. Pro *cassia Ægyptia*, quam ponit author, *cassiam lignean* seu *canellam* vulgarem optima ratione, & Doctorum consensu posuimus, non fistulam ac purgatoriam, quam passim Actuarius nigram appellat, nulla in re Antidoto præscripto convenientem & accommodatam.

Hoc Antidotum veteres capitis dolores sedat, inquit Actuarius, vertiginosos & comitiales affectus mitigat, pervigilias sopit, & furorem ac desipientiam cõstringit, magnum oculorum dolorem mulcet, defluxioni, dentium dolori, difficultati respirationis, & omni causæ suspirii auxiliatur; Veterem tussim sedat, pulmonis lateriſque inflammationi, & siccæ & humidæ medetur, omnem pulmonis humiditatem exhaurit, sputa tenuia densat, excretuque faciliora reddit.

Stomacho præsenti est auxilio, huius siquidem humidam laxitatem astringit, cibi fastidia levat, singultum tollit, non retentos cibos ob vomitionum impetus sistit, omnem stomachi & ventris inflationem & ructus solvit, ictero prodest, melancholiæ morbo convenit, & ejus tristia ærumnosaque symptomata levat, lienis gravitatem submovet, faciei colorem reddit, obstructiones tollit, urinam movet, arenulas deturbat, uteri calamitatibus & colico dolori medetur atque aliis pluribus affectionibus, si modo verum sit, quod clarissimus vir Actuarius, literis de hac Opiata, mandavit.

FINIS LIBRI DVODECIMI.

LIBER DECIMUS TERTIUS
DE OPIATIS ET NARCOTICIS ANTIDOTIS.

De Antidotis Narcoticis & Opiatis. Quæst.

Exposuimus *supra*, quanta sit opii dignitas, atque præstantia, & quam multæ ac præclaræ reperiantur antidoti, quæ magnificis & superbis nominibus, ob egregios & mirandos effectus, quos in gravibus & deploratis morbis propulsandis exerunt, insignitæ sint, quæque opium, quamvis nulla arte præparatum, pro basi tamen & fundamento primario recipiant.

Opium itaque, cum in tot remediorum compositionibus fulcri vicem obeat, plurimum utique in eo situm esse, videtur, ut probe & exacte cognoscatur, quid sit, antequam in usum recipiatur.

Ex papavere nigro elicitur duplex liquor concretus; alter ex ejusdem papaveris capitibus, herbis, foliis & caulibus contusis, præloque subjectis fortiter exprimitur, idque circa finem mensis Maii aut Iunii, huncque extractum liquorem in trochiscos, redigunt, & nominant *Meconium* iuxta Actuar. *mech. cap. 6. de Antidotis.* Quod extracti genus unum est de extractis antiquorum, ubi in nostris hodie conficiendis longe exquisitius & ingeniosius adhibetur artificium, ad tollendam omnem impuritatem, & purum ab impuro separandum.

Alter liquor, proprie opium dictus, est sola lachryma, quæ effluens ex capitibus tantum papaveris incisis, mense quoque Maio aut Iunio colligitur.

Veri opii signa & indicia sunt secundum Oribasium fere hæc: *Probatissimus autem liquor est densus, ponderosus, odore soporifero, gustu amarus, qui facile aqua diluitur, levis, albus, non asper, non grumosus, quique inter colandũ non coeat veluti cera, & in Sole diffunditur, & ad lucernam, non ita tamen flamma ardet, quique, ubi restrictus sit, odoris vim conservat.* (Sed addit Oribasius *præcitato loco.*) *Hunc adulterant miscendo glaucium, aut gummi, aut agrestis lactucæ succum.*

Idem Oribasius in sequentibus quoque ostendit modum colligendi liquorem papaveris ad conficiendum opium, quem locum de industria huc transferre placet. Nos enim juxta eandem normam & rationem docebimus ex nostro quoque papavere opium educere, quod sua præstantia ac viribus veterum opio longe lateque anteferendum erit. Sed ornamentum hoc accessorium soli veræ Chymiæ debetur. *Aliqui igitur* (addit Oribasius) *capita & folia contundunt & prælo exprimunt, tum in mortario terunt, & in pastillos redigunt, idque Meconium nominatur, potestate multo ignavius, quam liquor sit. In liquore autem colligendo oportet, cum vos exacuerit cultello asteriſco circumdante, ne ad interiora descendat, ex obliquo in rectum summam capitum superficiem incidere, & lachrymam exeuntem in conchulam digito detergere, & non ita multo post redire, siquidem contra invenietur, &c.* Hæc igitur est ratio & methodus verum opium more veterum concinnandi.

Præter cætera veri opii signa ab Oribasio, ut *supra*, declarata (inter q̃ & albedo non ultimum est) hoc unicũ imprimis considerandũ venit, q̃ facile inflammari possit, tanquam capitibus seminum plenis extillata; & tota oleaginosa, quæ lampadi aut igni admota flammæ concipiendæ causam præbet, non secus ac res quælibet pinguis, sulphurea & oleaginosa.

In Me-

In Meconio autem ſive opio vulgari idem animadverti difficillimum erit: ſiquidem in ejus præparatione partes ſulphureæ ab aqueis ſive mercurialibus obtunduntur, ſimulque tam herbæ, ſive folia, quam capita recipiuntur, ex quibus omnibus contuſis exprimitur ſuccus (in opium nigrum poſtea, ſive mavis, Meconium, quod hodie in officinis habemus) concretus, quod tamen vulgare opium quodammodo flammam etiam concipere poſſe percipies, ſi lampadi admoveris. Hoc autem, mea quidem ſententia, tam theriacarum, quam laudanorum compoſitioni æque, vel etiam rectius deſtinari poſſe exiſtimo, quam verum opium ex ſola lachryma ſuo tempore in ea, qua fieri poteſt, quantitate collecta, factum. Nam cum id adeo ſulphureum ſit, ut, ſicut videre eſt, ex ejus deſcriptionis hiſtoria flammam facillime concipiat & ardeat, & odorem ſuum narcoticum, poſt ignis examen, adhuc integrum retineat, fieri non poteſt, niſi interveniente alia præparatione, quin cerebro mirum in modum infenſum ſit, idq; hoſtiliter lædat, & pernicioſa & lethifera inducat ſymptomata, qualia ipſi tribuit Scribonius *lib. de compoſ. medic. cap.* 48. *Facit autem* (de opio loquens) *gravedinem, gelationem, & livorem artuum frigidoſque ſudores manare, præterea ſpirationem impedit, mentem ſoporat, ſenſusque alienat, &c.* Quod ſi ignis ab eo nequeat ſeparare fœtidum iſtud & narcoticum ſulphur, multo minus id præſtabit, vel calor quidam lentus cinerum, vel coctio quædam ac digeſtio B. M. nihilominus tamen, ut mox patefiet, nos hoc imprimis tentabimus, ut in præparatione opii noſtri ordinarii, ſulphur iſtud narcoticum flammam concipiens, odore fœtens & abominabile penitus arte ſecernamus. Et ſic ipſum opium, quod tam ab antiquis, quam recentioribus, pro ſummo & nocentiſſimo veneno æſtimatur, in doſi etiam paucorum tantum granorum exhibitum, facillimo artificio transformabimus in utiliſſimum & ſalubertimum remedium.

Ut ea, quæ diximus, confirmemus, ſcire primum convenit, veteres ſolum hoc papaver, quod utcunque incultis & ſylveſtribus camporum locis natum & repertum fuerit, in uſum recepiſſe, ex quo ſuum opium pararunt, quod vel hoc ſaltem nomine crudius, indigeſtius, & per conſequens inde pernicioſius judicandum eſt, quam id, quod nos temporis progreſſu edocti è papavere ſativo & tranſplantato educimus: Hortos enim noſtros hodie videmus infinito papaveris genere conſitos, cujus flores colorum varietate & elegantia pulchre depicti, & nobiſcum quaſi ridentes, animum mirifice oblectant quod, ſoli tranſplantationi acceptum ferendum eſt, cujus laus ſatis extolli nequit: tanta eſt illius energia & proprietas in rebus amaris edulcandis, & noxiis corrigendis, ſicut & id paucis *ſupra* delibavimus, adductis quibuſdam exemplis, cynaræ nempe, cichoreæ & hellebori. Huius nimirum tranſplantationis & coctionis, Solis ardore & æſtu proritatæ, beneficio, in Natolia & Aſia minori (ubi Turci papaver in magna copia & ſingulari diligentia plantant, tranſplantant & excolunt) ex ſucco ejus extracto præparatur ab incolis opium, quod vernacula ſua lingua appellant Maslac, quo plerunque utuntur ad piſi magnitudinem, non pro ſomnolentia, ſed animoſitate comparanda, idem quoque aucta doſi accipiunt in ipſo certaminis procinctu: unde veluti inſani & furibundi, diſturbato nimirum cerebro in obvia quæque pericula feruntur, neque ipſam etiam mortem expaveſcunt.

Unde conſtat, opium hodierno ſeculo interram meliorem, diligenti & accurata cultura tranſplantatum & educatum, minus venenoſum eſſe, quam illud antiquorum. Nobis autem idem tranſplantationis auxilium conceſſum eſſe æque ac Aſiaticis iſtis populis, minime dubitandum. Ac licet radiorum Solarium tanta apud nos vis & impreſſio non ſit, præſto tamen nobis ſunt coctiones & digeſtiones, vario ignis regimine excitatæ: habemus quinetiam ignem lampadis, fimi, baln. Mar. vaporoſ. &c. Sic ars imitando naturam eandem ſuperat, longeque utiliori & exquiſitiori coctione materiale à formali, terreſtre à cœleſti, purum ab impuro ſeparat, quo ignis naturalis per ſe, ſine artis adminiculo vix ac ne vix quidem efficere poſſet, ſicut id omnibus plus ſatis compertum cognitumque eſt, noſque paulo poſt clarius oſtenſuri ſumus, ubi ex papavere noſtro domeſtico & tranſplantato, opium quoddam parabimus, quod proprietatibus & effectibus ſuis vulgari iſto, quantumvis longiſſime advecto reſpondeat. Quod tanquam ſcitu dignum monere voluimus, priſquam accederemus ad tractionem remediorum ſive antidotorum narcoticorum. Horum autem omnium cum præcipuum ſit fundamentum ipſum opium, ſuper eo firmum ac conſtans extruere ædificium vix licebit, niſi prius, quid ſit, probe cognoverimus.

Inter cætera igitur remedia narcotica, in maiori æſtimatione & frequentiori uſu, ad ſedandos dolores & cohibendas hæmorrhagias ac defluxiones ſunt:

- *Diacodion*
- *Pilulæ cynogloſſæ*
- *Requies Nicolai*
- *Philonium*

Huius ultimi quatuor ſunt genera ſive deſcriptiones, veluti

- *Philonium Tharſenſe Galeni*
- *Philonium Romanum Nicolai*
- *Philonium Perſicum*
- *Philonium Meſuæi*

Inter hæc enumerata remedia minus noxium eſt Diacodion, & benignius tutiuſque exhibetur. Componitur autem ex capitibus papaveris albi mediocris magnitudinis, quæ neque immatura, neque matura nimis ſunt, neque nimis humida aut ſicca.

Quidam pro doſi accipiunt viginti ejuſmodi capita, quæ macerant per 24. horas in duabus vel tribus libris aquæ, & poſtea coquunt, donec contabuerint, expreſſis & colatis omnibus, cum ſufficienti quantitate ſacchari, mellis vel ſapæ, aut vini dulcis, fit electuarium ſolidum ſive molle. Galenus hoc modo parat Diacodion ſuum ſimplex.

Actuarius componit Diacodion ſuum ſolidæ conſiſtentiæ, coquendo capita papaveris, ut *ſupra*, ſed iis adiicit.

Roſarum rubrarum ℥ ij.
Croci orientalis
Acaciæ
Liquiritiæ ana ℥ j.
Boli armeni ℥ ß.
Cinnamomi electi

Red.

Rad. conſolid. maioris
Hypociſtidis
Balauſtiorum ana ℥ j.
Myrti
Dauci ana ℥ j.
Corallii utriuſque
Sumach
Sanguinis draconis
Flor. Altheæ ana ℥ ij.
Sem. Portulacæ ℥ ß.

Ex his omnibus redactis in pulverem, conficit electuarium ſolidum ad ℥ j. pulveris accipiendo lib. j. ſacchari diſſoluti, & ad perfectionem decocti, idque cum decoctione prædicta papaveris.

Montagnana præparat diacodion, accipiendo

Capitum papaveris N. xx.
Siliquarum dulcium à granis ſuis ſpoliat. ℥ iiij.
Rad. Altheæ
Liquiritiæ ana ℥ ß.

Omnia coquit in decem vel duodecim libris aquæ fontanæ vel pluviæ uſque ad duas tertias. Expreſſioni & colaturæ addit

Sacchari roſati
& penidiorum ana lib. j.

Coquendo omnia in conſiſtentiam mollem.

Huiuſmodi diacodion proprie confert ad cohibendas defluxiones acres, ſeroſas, tenues, & bilioſas, à cerebro in pectus irruentes, conducit quoq; ad omnẽ tuſſim, ſomnum & quietem interrumpentem. Hoc ipſum Montagnanæ diacodion primas tenet inter arteriacas compoſitiones, eſtque remedium inter vulgaria ejus generis præſtantiſſimum.

Diacodion Actuarii ex pluribus adſtringentibus compoſitum præcipue prodeſt cæliacis, dyſentericis & omnibus ventris fluoribus immoderatis, hæmorrhagiis, & ſpuitioni ſive vomitioni ſanguinis.

Pilulæ cynogloſſæ à Nicolao Præpoſito deſcripræ, infrequenti admodum uſu quoque ſunt: unum quoque ſunt ex remediis opiaticis, quæ ſecurius præbentur ad ſuadendum ſomnum, & mitigandos maximos quoſque dolores, à quacunque cauſa genitos: Confeſunt etiam ad ſiſtendas tenues deſtillationes, illarum deſcriptio eſt talis.

℞. Rad. Cynogloſſæ aridæ
Sem Hyoſciami albi
Opii, ana ℥ ß.
Myrrhæ ℥ vj.
Thuris ℥ v.
Caryophyllorum
Cinnamomi
Styracis calamitæ ana ℥ ij.

cum aqua roſarum formetur maſſa.

Requies Nicolai, quod nomen habet à ſingulari ſua vi & proprietate, qua quietem & tranquillitatem inducit iis, qui infeſtantur quodam dolore, inducit iis, qui infeſtantur quodam dolore, inquietudine aut ardore febrili, unum quoq; eſt ex moderatioribus narcoticis, & quod inter reliqua tutius offerri poteſt: Eius compoſitio hæc eſt:

℞. Roſarum rubrarum
Violarum ana ℥ ij.
Opii
Sem. Papaveris albi
Hyoſciami
Pſyllii
Scariolæ
Lactucæ
Portulacæ
Corticis rad. mandragoræ
Nucis moſchatæ
Cinnamomi
Zingiberis ana ℥ j. ß.
Sacchari candi ℥ j.
Santali albi, rubri
Spodii
Tragacanthæ an. ℈ ij.
Sacchar. in aqua roſ. diſſoluti ad triplum omnium. M. j.

Philonium eſt omnium validiſſimum narcoticum, majorem enim præ cæteris opii partem recipit. Ob quam cauſam, ad corrigendam ſcilicet nimiam ejus frigiditatem, ei adduntur ſumme calefacientia, nempe *pyrethrum, piper album*, neque ibidem omittuntur ea, quæ vehementer urunt & incendium extremum excitant, & in venenorum claſſe numerantur, vel ut *euphorbium*, &c.

Deſcriptio Philonii Thatſenſis Gal. eſt, ut ſequitur.

℞. Croci
Pyrethri
Euphorbii
Nardi Indicæ ana ℥ j.
Piperis albi
Sem. hyoſciami ana ℥ xx.
Opii ℥ x.
Mellis q ſuffic.

Cum hac convenit fere deſcriptio Meſuæi: Eadem quoque eſt ubique opii doſis: hoc tantum intereſt, quod in alterutra loco *euphorbii caſtoreum* ſubſtituatur.

Deſcriptiones è Myrepſo traditæ Philonii Romani, & Philonii Perſici, differunt à præcedentibus duabus, tum in opii doſi, tum in cæteris ingredientibus. Interim tamen euphorbium, pyrethrum, piper album, & alia calidiſſima ſimplicia, correctionis cauſa omiſſa non ſunt, quæ tamen tam exceſſive calida ſunt, ut vix ori admota (ſicut illorum uſus frequens eſſe ſolet in colicis paſſionibus & aliis extremis cruciatibus) faucium & vicinarum partium calamitoſum excitent incendium. Has autem hactenus cum enumeratorum remediorum narcoticorum deſcriptiones de induſtria in hunc librum introducere placuit, ut ex illorum collatione cum noſtris, quę laudana appellant, facta, cuilibet de utrorumque diſcrimine in præparatione & præſtantia liquido conſtet.

Laudani nomine inſigniuntur remedia noſtra anodyna opiatica, quaſi dicas laudatum remedium. Theodorus Zvvinguerus, vir ſummus, & inſignis Medicus, primus eadem appellare cenſuit Nepenthes nomine, quod remedium Helenæ fuiſſe dicitur, quo omnes è corde languores & ægritudines ſuſtulit, & hilaritatem lætitiamque induxit, ut legitur apud Homerum. Quod utique nomen, ob ſummos & admirabiles effectus, quos exerit laudanum, ei aptiſſime & ſummo jure competit. Supereſt, ut ejus aliquot formulas atque deſcriptiones in medium proferamus, ſimulque oſtendamus, quanto errore veteres opium, citra omne præparationis artificium, additis inſuper correctionis loco aliis ingredientibus adeo calefacientibus narcoticis, ſuis adhibuerint.

Iam alibi in ſcriptis noſtris ampliter de proprietati-

prieratibus opii differuimus,& perſpicuè demonſtrauimus,qualitatem ejus narcoticam& ſoporiferam dependere potius à ſuphure quodam inflammabili fœtente & indigeſto, quo plurimum abundat , quam à cauſa quadam frigida. Nam & fumus ſulphureus carbonum,& vapor ſulphureus , tam vini , quam croci multo citius hominem in ſomnum præcipitabunt profundum & letheum , quam aqua nivis aut glaciei montium , quantumvis in ſummo exceſſu frigidiſſima. Hæc enim frigiditas caret ſpiritibus vaporoſis & ſulphureis,qui cerebri ventriculos opplentes , ejuſmodi ſoporiferas inducunt affectiones, quique æque in vino, carbonibus,& croco reperiuntur , ac in ipſo opio,licet non tam noxii ac lethales. Odor præterea opii fœtidus certiſſimus index eſt ejus, qui in eo ineſt, copioſi ſulphuris & olei. Sic ex cæteris ſignis , quibus veteres verum opium diſcernebant , hoc quoque unum erat , quod flammam conciperet. Sed cum de his omnibus copioſe alibi diſputatum ſit , ſatis nobis eſt,hæc paucula tantum obiter attigiſſe, ut proprietate enumerati opii probe cognita , eo magis id rectius corrigere , & de noxio innoxium reddere queamus, ſicut paulo poſt videre licebit.

Sulphur itaque narcoticum iſtud & ſtupefactivuum, eo, quo ſequitur, modo inde ſeparandum eſt.

Vera præparatio opii.

Primum accipe opii ℥ iij. vel iiij. aut quantum voles , habita ratione quantitatis laudani conficiendi. Hoc opium cultro quodam in exigua incidatur fruſtula , quæ appoſite , in patina aut orbe quadrave quadam collocentur, ne ſe invicem attingant , ut melius in ea operari queat calor moderatus,cuius ope & virtute ſenſim exhalabit enarratum ſulphur vaporoſum, fœtidum & narcoticum , fiat autem hæc operatio ſub camino quodam, ubi cavendum , ne fumus forte naribus exceptus damnum inferat, hicque ignis eouſque continuabitur , donec opium omnem fere amittat odorem , & omnino ſiccum reddatur inſtar aloes , & facile in pulverem redigi poſſit. Hæc eſt prima ratio & methodus veræ præparationis opii , quod vix tunc temporis concipiet flammam.

Pulverizatum iniiciatur in matracium vitreum capax , & inde extrahatur eſſentia ſive extractum,& loco aquæ vitæ , qua alias plerique utuntur ad hanc extractionem , accipiatur acetum fortiſſimum album, vel ſuccus limonum : hi enim liquores vitriolati ſola veriſſima opii correctiva exiſtunt. Modus huius extracti ſive eſſentiæ educendæ idem eſt ac cæterorum, hoc eſt, oportet opio pulveriſato alteruttum ex his liquoribus affundere, ut tres quatuorve digitos ſupereminеat,& omnia digerere in Baln. Mar. mediocriter calido, donec liquor tinctus ſit , & clarus rubicundusque inſtar granati appareat. Separa id, quod clarum eſt, per inclinationem , & rurſus affunde novum liquorem acidulum, iterumque omnium fiat digeſtio , donec tinctus ſit liquor , non tamen tam intenſe, ut prius : hæc ita continuabis , donec aqua non amplius tingatur , niſi colore ad flavedinem tendente , quam non miſceas cum cætero liquore , quia inutilis plane eſt : Tincturam rubicundam & claram in Alembicum indas , & per Baln. vaporoſum liquorem ſepara , & remanebit in fundo opii eſſentia.

Fæces , quæ poſt tincturam extractam remanent, ſervẽtur. Uſus enim illarum erit vel cataplaſmata anodyna,& dolorificis affectibus,qualis eſt podagra,apta, paranda,vel aquas hypnoticas , & ſimilia alia remedia inde concinnanda.

Ex quatuor unciis opii veri extracti ſive eſſentiæ unciæ duæ,aut circiter remanebunt , quod extractum præcipuum laudani tui fundamentum erit,cuius compoſitio ſe habet,ut ſequitur.

Laudanum præſtantiſſimum,& præ cæteris cunctis opiaticis (puta quæ opium excipiunt) paratu facillimum.

Querc.

℞. *Eſſentiæ opii à ſuo diſſolvente per B. vaporoſum ut ſupra ſeparatæ* ℥ *ij.*
Eſſentiæ croci,cum aqua limonum extractæ ℥ *j.*

Hæ duæ eſſentiæ confundantur invicem in paruo quodam vaſculo argenteo: his adde

Gemmarum
Hyacinthorum
Et corallorum ana ℥ *j.ß.*
Terræ ſigillatæ veræ ℥ *j.*
Pulveris bezoardici veri
Vnicornu
Ambræ griſeæ ana ℈ *ij.*

Hi pulveres ſufficient ad bonam conſiſtentiam laudano inducendam,miſcendo & agitando omnia continuo ad ignem lentum , donec ex materia frigefacta pilulæ formari poſſint , ſufficit exhiberi de hoc laudano , magnitudine piperis grani : & inſignes ac ſuſpiciendos percipies huius anodyni effectus , quod te ſpe tua nunquam fruſtrabit : Nam confert citra moleſtiam & cerebri ullam perturbationem , adverſus omnis generis dolores à quacunque cauſa ſubortos, contra omnes hæmorrhagias ſive fluxus ſanguinis in quacunque corporis parte fuerint , contra omnes defluxiones & fluores ventris, dyſentericos , hepaticos, lientericos,& ſimiles,& ad inducendam gratam tranquillitatem in febribus ardentiſſimis , in quibus ipſis rationis ſenſus læditur,& in phreneſim æger plerunq; delabitur.

Non ignoro,quoſdam ex viris doctiſſimis opii eſſentiam elicere cum ſpiritu vini , in quo prius macerãt pulverem Diambræ,& compoſitioni inſuper adiiciũt extracta aromatica & bezoardica,ut & olea anili, fœniculi,& ſimilium. Sed ut verum fatear, ego hic exhibui laudani opiatici deſcriptionẽ , qua nulla eſſe poſſit inter opiaticas compendioſior,nulla facilior aut præſtantior.

Nec,ut obiter & hoc addam , vera opii correctiva in pyrethro,piperibus,euphorbio , & igneis aut ſumme calidis illis rebus indaganda ſunt , ſed in aceto potius , tam montano , quam vulgari, in ſucco acidulo limonum & ſimilibus , quæ vim & proprietatem vitriolatam participant. Philoſophus,qui mentem meã percipiet , poterit etiam ſine opio plura alia laudana multo efficaciora & præſtantiora componere.

Alius modus laudani noſtræ deſcriptionis.

℞. Menſe Mart. vel Septembr. quando radices ſunt in vigore , copiam rad. hyoſciami in veris principio , ſimul cum germinibus ſuis tenellis adhuc, & vix è terra protuberantibus accipiendæ ſunt: Omnibus rite contuſis , ſuccus prælo perquam exquiſi-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 657 sur 955

ex quisitisſime exprimatur, ita ad minimum libram unam & dimidiam, vel duas libras ſucci habeas, qui depuretur in Baln. Mariæ mediocriter calido: Separando indefæces, ut iam *ſupra* docuimus modũ depurandi omnes ſuccos tam radicum, quam herbarum & florum. *Nota: ſuccus hic, qui antea colore albus exiſtebat, per digeſtionem hanc vertitur in ſummam rubedinem, inſtar vini rubicundiſſimi.* Et hæc eſt eius perfecta depuratio, quam accurate ſeorſim ſerves: Dum interim præparas extractum hyoſciami iuxta modum præſcriptum, circa idem tempus, ſi voles, præparabis opium vulgare, illud nempe in exigua incides fruſtula, quæ ad ignem lentum collocabis, ut vicaloris ſulphur eius narcoticum exhalet, & pulveriſari facile queat, ut *ſupra* docuimus.

Primus modus mixtionis duorum interſe narcoticorum.

℞. *Itaque commemorati ſucci hyoſciami depurati & perfecte rubicundi, ut ſupra* ℥ x.
Opii præparati, & in pulverem redacti, ut ſupra ℥ v. *vel* ℥ vj.

Omnibus ſimul conjunctis, & in patinam parvam terream vitreatam inditis, videbis horum duorum narcoticorum tam firmam & indiſſolubilẽ fieri copulationem, ut in unum corpus & conſiſtentiam unam duriuſculam coiuiſſe videantur. Quibus omnibus Soli aut lento calori cinerum per 3. aut 4. dies expoſitis, opium attrahet tantum ſucci hyoſciami, quantum ſufficiet, quod reſiduum erit, ſeorſim ſeparabitur per inclinationem, ut vocant, vel exhalabitur, quicquid coagulatum fuerit, fruſtulatim in matracium vitreum capax iniiciendum eſt: ſuperaffundendo ſuccum limonum perfecte depuratum, ut quatuor vel quinque digitos ſupernatet, iſque tingetur in Baln. Mar. in rubini colorem, quem ſeparabis per inclinationem quam potes ſtudioſiſſime, ne quid craſſi aut impuri ſimul miſceatur, affundendo iterum novum ſuccum limonum, & digerendo in Baln. Mar. donec denuo tingatur colore rubini, & ita progredieris, donec advertas, ſuccum non amplius colorari rubini colore, ſed ſupra pallidum manere, qui tunc inutilis erit ad hanc operationem. Omnis tuus liquor in rubini colorẽ tinctus reponatur in digeſtione Baln. Mar. ut denuo digeratur, omnisq; ſubſtantia craſſa fundũ petens inde ſecernatur. Et iam ſummam & perfectam depurationem ei conciliabis, veramque eſſẽtiam opii & hyoſciami coniunctim præparabis, quã curioſe adſervabis, huius eſſentiæ habebis circiter unc. vj.

Interim dum circa hunc depurandi operationem verſaris, extractum hoc, ſive eſſentiam, ut ſequitur parabis.

Præparatio extracti Bezoartici.

℞. *Rad. Angelicæ*
Zedoariæ
Galangæ
Tormentillæ
Corticum citrii
Ligni aloes
Santali rubri & citrini an. ℥ j.
Granorum alkermes
Diptamni
Cinnamomi
Spicæ nardi
Caryophyllorum
Nucis Moſchatæ
Macis
Cardamomi
Been albi & rubei an. ℥ ß.
Camphoræ ℥ j.

Omnibus conquaſſatis in matracio vitreo cũ aquæ vitæ Iuniperi fiat extractum juxta modum, quem *capite de extractis* docemus.

Item.

℞. *Myrrhæ*
Mumiæ

Diſſolve in patina ad ignem cum hydromelite vinoſo, aut cum quodam alio vino, & quoniam ipſa ſunt viſcoſa, calentia adhuc per linteum traiicienda, & cum ſupra dicto extracto bezoardico coniungenda ſunt.

Item: ℞. Croci unc. iij. ex quo extrahe eſſentiam cum aqua deſtillata ex ſucco limoniorum, vel cum aqua pomorum redolentium, (quamprius acidulam reddideris cum ſpiritu vitrioli, vel liquore ſulphuris) omnia colabis iterum atque iterum per chartam leucophæam: Et ex his tribus croci unciis reſtabit unc. j. eſſentiæ quam ipſam quoq; miſcebis cum extracto illo bezoardico.

Item: ℞. *Ambræ flavæ ſelectiſſimæ* ℥ ß.

hanc impone patinæ argenteæ, affundendo ſpiritũ vini optimum, & prædicto ambræ pulvere rite miſcendo: Poſtea charta accenſa admove ignem, agitando ſemper omnia ſpatula: Spiritu vini conſumpto, alium novum affunde, admoto igne, ut prius, idque continuando quater. Tandem omnem humiditatem igne ſepara, & enarratam ambram ſive ſuccinum contere in pulverem ſiccum bene præparatum, quem ſervabis ad uſum, ut mox dicetur.

Item extrahe ſalem corallorum, & gemmarum cum ſucco limonum ſive berberorum optime depurato, ut docebimus *cap. de extr.*

Et hæ ſunt omnes illæ præparationes, quas ad hoc inſtitutum in promptu habere convenit.

Proceſſus ſecundæ ac univerſalis mixtionis eſt, ut ſequitur.

Extractum totum bezoardicum, una cum extractis myrrhæ, mumiæ, coniungatur & miſceatur cum tota eſſentia opii, & hyoſciami reſervata, ut *ſupra*, & omnibus in Alembicum poſitis, fiat exhalatio ſive deſtillatio ad ignem lentum, donec materia in ſyrupi conſiſtentiam redigatur, quam adhuc calentem eximes ex Alembico, & effundes in patinam argenteam, ut eo melius & perfectius fieri poſſit omnium mixtio & coctio.

Quando materia redacta fuerit in bonam mellis vel ſapæ conſiſtentiam, ei admiſcebis & incorporabis hunc ſequentem pulverem.

℞. *Succini præparati, ut ſupra,* ℈ iiij.
Salis perlarum
Salis corallorum an. ℥ ij.
Terræ ſigillatæ optimæ ℥ j. ß.
Pulveris bezoardici veri

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 658 sur 955

Ossis de corde cervi,
Vnicornu an. ℥ſ.
Ambræ griſeæ ℥ß.

Omnia pulverata ſubtiliſſime invicem miſceantur, hæcque mixtura ſenſim admiſceatur materiæ in formam mellitam redactæ, quam ſemper igni lẽto admotam tenebis, agitando & probe miſcendo omnia diu cum ſpatula eburnea vel argentea, donec percipies omnia in bonam conſiſtentiam redacta eſſe, & ex materia refrigerata pilulas formare poſſis: adde rurſus (materia videlicet ab igne dimota) *Oleorum aniſi & fœniculi dulcis chymice extractorum ana gutt. 12. vel 15.* omnia optime commiſcendo, & ſerva hanc compoſitionem, in vaſculis eburneis vel argenteis. Doſis eſt magnitudo grani piperis, & eoſdem, quos primũ laudanum, effectus demonſtrabit, quorum virtus non minuitur temporis longitudine, ſed potius augetur tanquam res in præſtantiorem commutata ſubſtantiam.

Ad normam & exemplar horum duorum laudanorum, quæ modo deſcripſimus, poterit Philoſophus & medicus tot alia, quot voluerit, parare, & præclara inde alexiteria & veras theriacas componere, aliaque remedia adverſus omnis generis venena, ubi tantum opus erit additione pulveris ſalium theriacalium, ſive extractorum viperarum, præparatorum eo, quo *ſupra* edocuimus, modo.

Vt ſpecifica fiant, ad certum quendam morbum, gravem & deploratum, qualis eſt epilepſia, adde parum extracti cuiuſdam epileptici & *eſſentia caſtorei.*

In veteri ſuffocatione adiice parti vini dimidiam extracti cuiuſdam hyſterici, cuius deſcriptio *ſeq. capite* dabitur. Laudana enim ſunt generalia remedia, & pluribus graviſſimis affectibus quibuſcunque corporis noſtri partibus inhærentibus accommodata.

Nepenthes noſtrorum maius ſine opio deſcriptum eſt *in conſilio quodam noſtro*, quo ... betur ſub finem tractatus de priſcorum Philoſoph... medicinæ materia &c. Cuius deſcr...tio ſi forte obſcurior quibusdam videatur, qu... utriuſque huius laudani modo à nobis expoſiti ...eclaratio, id propterea moleſtius aut ſtomachoſius non ferat, cum alias variis laboribus ſatque vigiliis meis omnibus plus abunde ſatisfactum eſſe, unuſquiſque, niſi forte graviſſimo inſipientiæ aut livoris vitio teneatur, facile deprehendat.

Quoniam autem opium omnium prædictorum remediorum ac laudanorum præcipuum fundamentum exiſtit: nos hic opii conficiendi modũ ex noſtro papavere hortenſi ſubnectemus, qui fit, ut ſequitur.

Elegans methodus conficiendi opium ex papavere noſtro domeſtico & tranſplantato in hortis naſcente.

℣. *Capitum ſelectiſſimorum papaveris tranſplantati & ſativi* (quod in hortis Franciæ plurimum hodie conſpicitur) *numero centum vel plus minus* pro opii, quod conficies quantitatis ratione. Colligẽda ſunt tum, cum flores erumpunt: quo tempore ſucco maxime abundant. Id accidit in quibuſdam regionib⁹ ſub finem Maii, in aliis ſub finem Iunii prout regiones aliæ aliis ſunt calidiores: In ſumma colligenda ſunt in ἀκμῇ prima, ſive cum primi flores iam explicati appareant: Inter diverſa autem papaveris genera eligendum eſt id, quod flores ferat rubicundos, quorum inopia alia ſufficiantur.

Enarrata capita optime contunde in mortario marmoreo cum piſtillo ligneo: Materiam hanc pone in matracio vitreo capaci, ſuperaffundendo hydromel vinoſum vel vinum Canariæ, donec materia optime irrigata & humectata ſit: virumque uno atque altero digito tranſverſo ſuperemineat.

Omnia ſtent in digeſtione Baln. Mariæ, per 12. vel 15. dies, quo temporis ſpatio liquor intentiſſime rubeſcere incipiet. Tum eximе hanc materiam è matracio, & ſacculo linteo incluſam cola, & fortiter exprime, ut omnis virtus eius ſubſtantifica, gummoſa & reſinoſa inde eliciatur. Hæc expreſſio, quæ propter admixtum hydromel liquidior adhuc erit, tota iniiciatur in alembicum ſive cornutam, ad ſeparãdum inde omnem liquorem per balneum vaporoſum, qui modus omniũ tutiſſim⁹ eſt, & in fundo remanebit gummoſa quædam & reſinoſa materia: quam, ſi voles, adhuc calentem, liquidam, & quaſi fuſam immittes in patinam terream, vitreatam, aqua frigida plenam & ſubito coagulabitur in opium, quod manu eximе & humiditatem omnem abſterge. Hoc eſt verum probatumque opium, ac nullo modo ſophiſticum.

Nota: qui neglecto labore cupiet multo elegantius & præſtantius quid inde educere, is iterato digeret primam illam papaverum expreſſionem, adhuc liquidam, & cum liquore coniunctã, in B. M. calido ad ſeparandum inde purum ab impuro & ſimplici extracto eliciet veram & excellentem eſſentiam, quæ reſtabit in fundo, poſt evaporationem liquoris per B. vaporoſum. Et ita habebis opium exquiſitiſſime præparatum, cuius uſus erit tam ad theriacas, quam alias antidotos narcoticas, quæ omni carebunt noxa & offenſa.

Additio P. V. & VVincleri.

Notanda de laudano opiato.

Laudanum Theophraſti fuit duplex: unum reficiens & inſtaurans; alterum opiatum & narcoticum; in hoc vitanda ſtuporem inducentia, id eſt, frigida in quarto ordine, vel etiam quæ ſuperant medium tertii gradus, ut eſt tinctura hyoſcyami, quæ nocentior eſt philonio: Hoc enim craſſum & ſemen tantum ineſt, non ita poteſt penetrare: illa ὄχημα habet, nimirum ſpirituoſi vini tenuiſſimum, & impedimenta per ſolutionem ablata ſunt. Nam hyoſciamus narcoticus valde eſt, & deleterius; inſaniam cauſat, apros etiam reſolvit, teſte Æliano, unde etiam fabã ſuilla nuncupatur. Oleum ex eius ſemine auribus inſtillatum tentat meatem. Ciyſmus è foliis hyoſciami inſaniam infert, ſecundum Dioſcoridem.

Licet vero & opium ad quartum gradum frigoris accedat, ita tamen deleterium non eſt.

Nam

Nam Iannicerii Turcas Asiaticos opio (maslac dicto) urantur ad animositatem, ut etiam apud Quercetanum nostrum videre est.

Anodyna adhibemus, ut cessante dolore vires respirent. Virandi igitur frigidissima narcotica, præsertim si calor imbecillis & corpus cacochymum.

Nec enim extracta calidiora, quæ in laudano concurrunt, frigidi noxam emendant, nisi prorsus obtundere velimus eius naturam nimia corrigentium mistione, quod in laudano locum non habet.

In laudano igitur tinctura Opii thebaici principatum obtineat sine succo & semine hyoscyami, quæ etiam Theophrastus in suo specifico anodyno *lib. 7. archidox*: omittit, quod paratur *ex opio, succis malorum aurantiorum & cytoniorum, cinamomo, caryophyllis, moscho, ambra, croco, succo corallorum, magisterio perlarum & quinta essentia auri.*

Tinctura opii extrahitur à tinctura specierū diambræ. Andernaci error est, cum à speciebus tantum diambræ & non ab ipso opio (quod vel maxime desiderabatur) fit puri impuriq; separatio. Hæ tinctuæ corriguntur *rubedine corallorum, magisterio margaritarum, tinctura croci & moschi, unicorna* quod plerumque adulteratur, vel *lapide bezoar orientali* potius, quam *osse de corde cervi.* Vsus ei intenditur, si auri addatur tinctura aut liquor e in oleis destillatis & extractis, morbo partique à sectæ analogis. Commendatur & à Theophrasto admorsus bestiarum venenatarum *lib. 1. Chirurg. magn. Tract. 3. in præfatione.* Vsus etiam eius est in colica, lumbagine, vigiliis, delirus, cardialgia, febrium inquietudine, vomitu, pleuritide, arthritide, dysenteria, calculo uteri, suffocatione, epilepsia & aliis morbis.

Nepenthes seu laudanum opiatum Zvvingeri.

Quia Quercetanus noster mentionem fecit Nepenthes Zvvingeri, ponamus hic eius descriptionem, quæ ita habet:

℞ *Opii ʒ ß.*
Succ. hyoscyami ʒ vj.
Vini extractionis spec. diambræ, quantum sufficit ad eminentiam trium digitorum, macerentur per mensem, colentur per crassum filtrum:
Colaturæ adde magisterii corallor.
Perlarum an. ℈ ij.
De succino ℈ iv.
Mumiæ balsami ʒ j. ß.
Tincturæ croci ʒ ß.
Ol. Caryophyllor.
Cinnamomi an. ℈ ß.
Anisi ʒ ß. Digere, donec incorporentur consistentia Electuarii.

Laudanum opiatum Paracelsi, qualiter in officina Phorcensi fuit in usu.

℞ *Opii optime purgati*
Succ. hyoscyami purgat. an. ʒ vj.
Extract. mumiæ ʒ j.
Corallor. resolutor.
Margarit. resolutar.
Carab. alb. an. ℈ ß.
Essentiæ croci ℈ j.
Ambr. griseæ
Mosch. opt. alexandrini an. ℈ ß.
Spir. vini è spec. diambr. ʒ i. ß. extracti quant. sufficit. Mi. f. massa sec. art.

Laudanum opiatum Adami Keckii Pharmacopœi olim Mœnofrancofurtensis, quo etiam D. Zvvingerus fuit usus.

℞ *Spec. diambræ ʒ ii.*
Infundantur spir. vini opt. ad tres digitos, quo facto vas cera & vernice claudatur. triduo maceretur: postea
℞ *Opii ʒ vi.*
Mumiæ concisæ ʒ ß.
Succi hyosciami inspissati ʒ i.
In alio vitro congesta ad teporem vel solem biduo ponantur, sapiusque agitentur. His ita mistis affundatur de priore infusione ad digitum unum & agitentur: donec crassescant, loco calido macerentur, & in dies ter diligenter misceantur. Vbi imbibitus liquor est, plus eius affundatur, & ut ante imbibi permittatur, quod mense fieri solet: affusiones repetantur, Donec opium fœtore sit spoliatum, quod sesquimense erit.
Huic deinde mixturæ adde corall. rubr.
Succin. alb. an. ℈ ii.
Croc. ℈ i.
adiecto pauco vini spiritu misce & in vase ad calorem digere dum crassescat: hoc facto adde moschi & ambr. an. gran. xii. cum pauco vini spiritu, digere denuo ad spissum vase clauso. Dosis ℈ i. sed caute.

Alia ejusdem Descriptio Andernaci.

℞ *Opii thebaici minutim incisi ʒ ij.*
Mumiæ gr. iii.
Succ. rad. hyosciami, quæ sint collecta, cum succo turgent, ʒ ß misla in vitro per dies 14. insolentur.
Interim ℞ confection. diambr. ʒ i. ß.
Vini ardent. quintæ destillationis ℔ i.
mista insolentur per dies 8. indies movendo: vinum fiet rubicundum: Effunde modice inclinato vase, funde eius parum super primores pulveres & fac pulticulam: digere hanc per triduum vase clauso ad solem: idq; ter repete, tandem exicca, contere, deque vino illo iterum affunde, ut fiat pulticula: hoc facto adde essent. corall. rubr.
Succin. Citrin. an. ℈ j.
Vnicorn. gr. iv.
Mosch. gran. iij.
Croci orient. ʒ i. Misce probe & finge catapotia granorum trium. Mane & à cœna detur ad Colicā.

Vulgaris ejusdem descriptio.

℞ *Spec. diambr. ʒ ii. infunde in vini spiritu per dies 14. agitando aliquoties. Expresso adde opii ʒ vj.*
Mumiæ ℈ ii.
Succ. hyos. inspiss. ʒ j.
Essent. corallor. rubr.
Succin. alb. an. ℈ ii.
Croci ℈ i.
Mosch. gr. xv.
Ambr. gr. vii.

Affunde iterum ſpiritus vini quant. ſuffic. & ad fornacem j. menſem digere.

Laudanum opiatum VVilhelmi Antonii Guerthei.

℞. *Opii thebaici ʒj.*
Succ. aurantior.
Citrior. ʒvj.
Cinnam.
Caryophyllor. an ʒß.

Tuſa inſolentur inalembico torto vel balneo, perſtent ita horis 12. expreſſo ſucco adde

Moſch. ∋ ß.
Ambr. ∋ iv.
Croci electi ʒß.
Liquor. corallor. rubr.
Magiſt. perlar. an. ʒß.

Digere ut ante, tandem adde quintæ eſſentiæ auri, ʒß. Doſis gr. ij. vel iiij. liquore convenienti ſoluta.

D. Zvvingero etiam aſſcribitur hæc ſequens compoſitio.

℞. *Extract. opii ∋ j.*
Croci ʒj.
Eſſentiæ corallor. ʒij. ß.
Ol. nuc. moſcat.
Maiorane
Aniſ. an. ∋ ij.
Succin. ſcr. j. Mi. digerant. per trimeſtre.

Laudanum opiatum generoſi Domini Matthiæ à Kainach, Baronis in Leonrad, Stiriæ procerum primarii.

℞. *Spec. diambr. complet. ʒj. ß.*
Succi totius alterci ſl. albo inſpiſſ. ʒiij.
Mumiæ veræ gr. xxiii. Miſce & cum ſpiritu vini fiat ſec. art. extractum.

Huic adde extract. opii ʒi. ß.
Eſſent. corall. rubr.
Succini albi an. ʒß.
Margaritar.
Aurt an. gr. xv.
Croci
Caſtor.
Lapid. Bezoar. orient. an. gr. viij.
Moſch.
Ambræ aq. cinnami ſolutor. & per purgatorum an. gr. vij.

Accuratiſſime mixta omnia in Baln. Mar. alembico caco digerantur in maſſam iuſtæ conſiſtentiæ, quæ aliquot guttis olei ſuccini ſubigatur.

Laudanum Paracelſi.

℞. *Opii thebaici inciſi & leviter tuſi ʒiij. vel quantum vis pone in cucurbita parva vitrea, affunde ſpiritus vini opt. quant. ſuff. obtura vitrum & ſine in loco calido horis 24. tum effunde ſpiritum vini relictis faecibus, huic alium ſpiritum vini effunde bis, ter vel ſæpius, donec non tingatur amplius vini ſpiritus · hinc abice faces & ſpiritum vini per vices collectum face evaporare ſuper cineres in fornace vel alio loco calido, ut relinquatur eſſentia opii.*

Laudani opiati alia compoſitio.

℞. *Spec. diambr. ʒij.*
Succ. hyoſc. albi (ex herba & radicib.) ʒß.
Mumiæ tranſmarinæ opt. ʒß. affunde ſpiritum vini, ut ſupra, donec non amplius tingatur, abice faces & maximam partem ſpiritus vini face evaporare in loco calido ſuper cineres ut ſupra: adde extract. opii, ut modo dicui, præparati ʒij. moſchi & ambræ (ſubtiliſſime puluriſatorum in ſyndone incluſorum & aqua roſacea perfuſorum, donec in ſydone præter ſordes nihil relinquatur) an. ſcr. ß. pulver. ſubtiliſſimi corallor. rubr. præpar. ſuccin. alb. præpar. an. ſcr. ij. margarit. præpar. ſcr. j. aromatic. ſcr. ß. omnia in mortario vitreo piſtillo vitreo accuratiſſime miſceantur, tandemq; adde unciarum vini ſcr. ß. auri ungarici pulveriſati ſcr. j. Evaporet parce leniter reliquus ſpiritus vini in Baln. Mar. donec maſſa ex omnibus, ad pulpas formandas apta, quæ maſſa cum formata ſubigatur guttis aliquot olei anniſi deſtillati.

Laudanum Opiatum. Auguſt.

℞. *Spec. Diambr. completarum unc. ij.*
Opii Thebaici ʒvj.
Mumiæ ʒß.
Succ. Hyoſciami unc. j.
Corall. rub. præp.
Succin. alb. præp. an. ſcr. ij.
Croci ſcr. j.
Moſchi Orient. al. gran. xv.
Ambræ veræ gr. xij.

Cum ſpiritu vini rectificato, ac quinquies cohobato, fiat ſecundum artem Extractum.

Dolores quoſcunque Colicos præſertim ſedat; ſomnum conciliat ac internos cruciatus mulcet: non tamen niſi à peritiſſimus Medicis, & hoc tempore adhibendum.

Laudanum Renodæi.

℞. *Extracti Cataporiorum de Cynogloſſo ʒii. extracti Philonii Romani & theriacæ an. ʒj. ambræ, moſchi an. ſc. ß. lapidis bezoardici, cornu unicornu cerotis an. gr. vj. croci ſcr. ß. cum ole caryophyllorum fiat Laudanum.*

Aliud Oporni.

℞. *Ol. papaverin. unc. ij.*
Hyoſciami unc. ß.

(Intelligit extracta opii & hyoſciami ad olei conſiſtentiam redacta.)

Laudani liquefact. ol. amygd. amar. dracc. ij. Miſ.

Aliud. D. Camerarii.

℞. *Spec. diambr. unc. ß*

Infunde in Sp. V. per menſem dimidium, adde poſtea

Opii ʒij.
Myrrh. gr. viij.
Succ. hyoſciam. ʒij.
Corall. rubr.
Charabes an. ſcr. ß.
Croci gr. v.
Moſchi gr. iv.

Affuſo iterum ſp. & digerantur per menſem poſt fornacem in diesq; ſuccutiantur. Doſ. ſcr. i.

Aliud. Pithopei.

℞. *Opii Thebaic. ʒj.*
Succor. pomi aurant.
citri ana ß.
Cinamomi
Caryophyll. an. ʒß.

Digere

Digere commiſta in vitro clauſo ad ſolem, vel in fimo per menſem. Deinde expreſſioni adde

Moſch. Alexandr. ℈ ß.
Ambræ gryſeæ ℈ iv.
Croci ℥ ß.
Liquoris corallor.
Magiſt. Perlar. an. ℥ ß.

Digere iterum per menſem, & ultimò appone ſcrupulum qui tæ eſſentiæ auri.

Aliud Paracelſo adſcriptum.

℞. *Spec. diambr. complet.* ℥ i. ß.
Succi totius hyoſciami floris albi inſpiſſati ℥ iij.
Mumiæ veræ gr. xxiv.

Cum Sp. V. ſ. q. F. Extractum. Huic adde:

Extract. opii cum novo ſp. parat. ℥ i. ß.
Eſſent. corall. rubr.
Succin. alb. an. ℥ i. ß.
Margarit.
Auri an. gr. v.
Croci
Caſtor.
Vnicorn. (vel huius loco lap. Bezoard.) an. gr. viij.
Ambr. gryſ.
Moſch. aq. cinamomi ſolutiv. purgatorum q.ſ., gr. vij.

Accuratiſsimè omnia miſta digerantur in B. alembico cæco in maſſam juſtæ conſiſtentiæ, quæ ſubigatur, adjectis oleis ſuccini liquot guttis.

Aliud. Baniſteri.

℞. *Opii* ℥ vj.
Succ. rad. hyoſchyam. ℥ ij.
F. Extract. cum S. Vini adde
Croci ℥ ij ß.
Corall. præp. ℥ i. ß.
Succin. alb. ℥ ij.
Solut. ℥ i. ß.
Mumiæ ſcr. ß.
Moſchi ℈ j.
Fol. auri ſcrup. j.
Ol. nuc. moſch. gutt. xxiv.
Aniſi gr. xij.
F. Opiatum.

Aliud incerti Autoris.

℞. *Spec. diambr.*
Opii an. unc. j.
Infund. in ſ. q. Sp. V.

Poſtea

℞ *Succ. rad. hyoſciam. drach. vij.*
Seorſim infunde in ſ. q. Sp. V.

Tertiò.

℞. *Mumiæ*
Caſtorei an. ℥ j.
Thuris ℥ ß.
Croci ſcr. v.
Succ. arant.
citri an. ℥ v.

Priores duæ infuſiones, peracta legitima digeſtione, confundantur, permiſceanturq; probè, facta tamen prius ſeparatione per filtrum, coagulentur paulatim. Coagulum imbibatur extractione tertia. Vbi inſolſatum eſt, adde.

Eſſentiæ corall.
Margarit. an. ſcr. j.
Ol. ſuccin alb.
Citrin. an. gr. ix.
Cinamomi ſcr. i. ß.
Macis
Nuc. moſch.
Aniſi
Caryophyll. an. gr. v.
Ambr.
Moſch. an. ℈ ß.

Aliud D. Brunneri.

℞. *Spec. diambr.*
Opii an. drach. vj.
Succ. hyoſcyami ℥ j.

Extrahitur tinctura: cui adde

Succin. alb.
Corall. rub. an. ſc. ij.
Croci ſcrup. j.
Moſch. gr. xvj.
Ambræ gr. x. *Miſce.*

Aliud Abrahami Seileri.

℞. *Spec. diambr. unc. ij.*

Infund. in vino deſtillat. per dies 14. ut latum digitum ſuperemineat; adde

Opii drach. vj.
Mumiæ ℥ ß.
Succ. Hyoſcyami ℥ j.
Corall. rub.
Carab. an. ℈ ij.
Croci ſc. j.
Moſch. gr. xvj.
Ambræ gr. vij.

Affuſo rurſus S. V. ut ſuperemineat latum digitum, digerantur poſt fornacem per menſem, quotidie agitando. Doſis ſcrup. j. pro ægri conſtitutione.

Aliud Begvini.

℞. *Tincturam ex Hyoſcyam.* ℥ ij.

Cum Sp. V. per ſpirit. victriol. vel ſulph. acido facto extractam, ut artis eſt.

Ex opii unc. j. ut ſupra extractam.
Ex croci orient. unc. ij. extractam.

Miſce & pone in loco tepido per dies 15. quotidie agitando. Quibus finitis, ſpiritum V. per B. evoca, deinde maſſæ in fundo remanenti adde

Extr. caſtor. ℥ ij.
Tinctur. ex unc. ij. Diambr. per Sp. V. temperatum in B. vaporoſo extractam una cum ſolvente.

Stent in digeſtione per menſem, ſæpiusagitando, dum omnis odor gravis evaneſcat. Tandē adde:

Tinctur. Corallor.
Succin. pelluc. præp. an. ℥ j.
Oſſ. è cord. cerv. ſcr. ß.
Tinctur. auri ℥ ß.

Omnibus in mortario marmoreo mixtis, & prius contuſis contundendis adde

Ol. Succin.
Macis
Cinamomi an. ſcr. j.
Extr. Moſch. (quod tamen in mulieribus omittendum) *ſcrup. ß.*

Hæc omnia pone in loco temperato, ut exſiccentur ad pilulas inde facilè formandas. Doſes à *gr. j. ad iv.*

Aliud Felicis Wirtz.

℞. *Opii Thebaic.* ℥ ij.
Affunde Sp. V. alcoliſat. ℥ v.

Stent in loco calido in digeſtione, donec Sp. V. extraxerit tincturam. Hinc effunde Sp. V. in quo latet vera eſſentia Opii. Fæces remove, & Sp. V. ad mellis craſitudinem detrahe.

Hinc ℞. *Succi citri expreſſ. & clarificat. per manic. Hipp.* ℥ ß.
Opii ſuperius præparat drach. iv.
Miſc. optimè.
Addend.
Ol. Cinamomi ſcru. j.
Cariophyll. ſcr. ß.
Magiſt. perlar.
Corall. an. ℥ ij.

Optimè miſceantur, indanturq; cucurbitæ parvæ, optimè ſigillo Hermetico clauſæ; ſtent in digeſtione per 20. dies noctesq;. Exime & ſerva ad uſum. Doſis à gr. iv. ad vj. vij. xij.

Aliud Paracelſi.

℞. *Spec. diambr. unc. ij.*

Infund. in Sp. V. q. ſ. ſtentq; per aliquot dies in loco calido, aut ſole, donec eſſentia & vis earum prorſus ſit extracta. Deinde

℞. *Opii Thebaic. dr. vj.*
Mum. elect. dr. ß.
Succ. rad. hyoſcyam. benè inſpiſſati ſignoq; libræ collecti unc. j.

Incita & contuſa omnia groſſo modo indantur vitro ſtricti orificii, & Sp. V. qui eſſentiam Spec. diambr. imbibit, ſuperfundatur, atq; in ſole, aut loco calido, exſiccetur, donec materia ſpiſſitudinem & gratum odorē acquiſiverit.

Deinde ℞. *Corall. rubr. præparat.*
Carab. alb. præparat. ſcrup. ij.
Croci orientat. ſcr. j.

Mixta omnia quàm diligentiſsimè unâ, cum ſuperioribus relinquantur in loco calido, donec ſpiſſitudinem extracta maſſa pilularum acquirat. Poſtremo.

℞. *Ambr. gryſ. gr. xiv.*
Moſch. elect. gr. xv.

Liquefiant in Sp. V. atq; diligenter cum ſuperioribus omnibus miſceantur, donec in maſſam redigantur: de quâ poſtea pilulæ formari poſſunt.

Loco corallor. poteſt addi tinctur. corall. Pro Carab. Oleum carab. pro croco extract. croci ℈ ß.

Aliud eidem Paracelſo aſsignatum ex Medulla deſtillatoria Cunradi Khunrat.

℞. *Opium thebaicum* ſcinde in particulas minutiſsimas, & diſſolve in aceto deſtillato, ſolutum cola per manicam Hippocratis, remanētiam exprime fortiter, & ſuper lento igne inſpiſſetur.

Deinde ℞. *Mumiā purgatam* (h. e. in aquâ calidâ ſolutam, percolatam, & expreſsam, lentoq; igne exſiccatam) Et per Sp. V. tincturam extrahe, quæ etiam lento igne ad conſiſtentiam mediocrem exhalet.

℞. Tertio ℞. *Hyoſcyami* autumno in ſigno libræ effoſſarum, & ex radicibus tenellis majoribus enatis ſuccus exprimatur, qui ſuper lenem igne deſpumetur, coletur, & in loco calido ad mellis conſiſtentiam exhalet.

℞. *Opii modo dicti*
Mumiæ
Succ. rad. Hyoſcyam. an. ℥ j.

Terendo benè miſce & inde cucurbitæ benè clauſæ, ſtent in ſole, meridiem verſus, per dies quatuordecim, quotidiè benè agitando.

Interea *Spec. diambr.* ℥ iij.

Superfunde ſp. V. rectifie. Stent in vitro bene clauſo in ſole per dies aliquot, quotidie aliquoties agitando, donec ſpiritus vini tinctus ſit.

Hunc per inclinationem ſepara, & novum affunde, totiesq; repete, donec ſpiritus non amplius tingatur. Hunc per inclinationem ſepara, & novum affunde, totiesq; repete donec ſpiritus non amplius tingatur. Hunc Sp. in B. ſepara, ut eſſentia Diambr. in fundo maneat inſtar mellis.

Poſtea aperi vitrum cum opio & affunde aliquid de extracto diambr. ut fiat inſtar pulticulæ; claude vitrum, & exſicca in ſole. Exſiccatum rurſus imbibe cum Spec. diambræ, ut tribus vicibus in novem diebus totum fetè extractum diambr. ſeſe cum opio unierit. Quòd ſi hæc operatio tædioſa nimis videtur, poterit ſuper lento igne materia affuſo extracto diambr. tribus vicibus exſiccari.

His ita peractis, materiam ſuper lapidem, & reſiduum extracti diambræ affunde, paulatim tamen, ne fluida nimis fiat maſſa, adde

Magiſter. perlar.
Corallor. an. ſcr. iij.
Quint. eſſent. auriſcr. j.

Miſce accuratè; addendo.

Ol. ſuccin. albi
Caryophill. an. ſcr. j.
Cinamomi ſcr. ij.
Extract. croci orient. ſcr. j.
Vnicorn. veri gr. x.
Ambr. gryſ. ſcr. j. ß.
Moſchi ſcr. ß.

Si libet, addi poteſt Extract. caſtor. ſcrupii.

Omnia in vitro hermeticè clauſo digerantur per ſeptimanas tres in loco calido, donec electuarii conſiſtentiam acquirat. Doſis gr. iij. v. ad vj.

Aliud eidem Paracelſo aſsignatum. VVincleri.

℞. *Opii elect. unc. ij.*

Extrahe tincturam eius cum Sp. V. toties affuſionem repetendo, donec præter fæces nihil remaneat, & vinum amplius non coletur: cuſtodi diligenter.

Poſteà ſimili modo procedes tincturam eliciendo ex gummi hyoſcyami in ſole exſiccati unc. ij quam poteris commiſcere cum ſuperiore.

Deinde ℞. *Ambr. unc. ii.*

Affunde Sp. V. ad eminentiam 3. digitorum, vitrum benè obturatū pone in calore lento, vel B M. educ ſimiliter tincturam, quam ſeorſim ſervabis.

Ita etiam ex mumiæ unc. ſem. tincturam extrahes & cum primis duabus commiſcebis.

Tandem ex Croci orientalis drach. iij. tinctura extrahes prædicto modo, reliquis adiunges, totam q; mixturam occluſo vaſe (quotidie manibus movendo) fermentabis per dies xv. His exactis Sp. V. inde deſtilletur per B. M. & craſſior materia in fundo reſidebit.

Huic

Huic affunde parum de tinctura diambr. ſervatâ. Stet in digeſtione tàm diu, donec inſpiſſetur, ter vel quater in dies agitando, idq; tàm diu, dum odor liquoris illius evaneſcat: quod intra ſeptimanas ſex contingit.

Poſtremò ℞. *Tinctur. corall.*
Succin. pellúc. an. ʒ ij.
Vnicorn. gr. vij.
Magiſter. perlar. ſcr. j.
Oſ. de C. C. ℈ ß.
Auri potabilis, vel eius tinctur. ʒ ß.

Hæc omnia benè contuſa & cõmixta in mortario vitreo, vel marmoreo ſpec. diambr. perfundatur cum prædicta craſſa materia, agitetur ſingulis diebus, & benè commiſceatur.

Poſtea deſtilla Sp. V. & rurſum affunde reſiduũ tinctur. diambr. cumq; ferè ſicca fuerit materia, adde *Ol. ſuccin.*
Macis
Cinamomi an. ſcr. j.
Tinctur. ſ. exta. Moſch. ℈ ß.

Serveturcompoſitum in calore temperato, ut exſiccetur, ac pilulæ formari poſſint. Ita quidem pro viris. At ſi promulieribus paretur, omittendus eſt Moſchus, & in forma Electuarii parari poterit cum liquore aliquo apparato. Sunt, qui admiſcent Caſtorei eſſentiam & aniſi. Doſis pilul. à gr. iij. ad vj. Elect. verò gr. xvj. dari poſſunt.

Aliud. VVieri.

℞. *Spec. diambr.* ʒ ij.

Infund. in vino ſublimat. per dies 14. ut digitum latum ſupernatet. Huic adde
Opii ʒ vj.
Mum. ʒ ß.
Succ. hyoſcyam. ʒ j.
Corall. rubr.
Carab. an. ſcr. ij.
Croci ſcr. j.
Moſch. gr. xvj.
Moſch. gr. xvj.
Ambr. gr. xij.

Affuſo rurſus ſp. V. q. ſ. ut ſuperet ad digitum latum, digerãtur poſt fornacem per menſem, quotidie agitentur, Doſin aliqui conſtituunt ſcr. j. alii piſi quantitatem, quæ mihi placet pro ægroti cõſtitutum.

Hæc deſcriptio planè ferè convenit cum Abrahami Seileri, ſuprà annotatâ.

Aliud D. Conſtantini Oſleri.

℞. *Opii per Sp. V. extr. dr. vj.*
Succ. ex radicibus lotis & foliis contuſis Hyoſcyami mediâ ætate expreſſi, depurati, inſpiſſati. & Sp. V. extr. ʒ ß.
Succin. alb. ʒ j.
Mumiæ ʒ i. ß.
Extr. corall. ſcr. j.
Margarit. ʒ ß.
Croci ʒ ß.
Ol. Caryophill. ʒ j.
Cinamomi ſcr. ſ.
Nuc. moſch.
Aniſ. an. ʒ ß.

Miſc. & blandiſsimo igne inſpiſſ. addito Moſcho & ambra. q. ſ.

Aliud Anonymi ex Finkio.

℞. *Opium Thebaicum* purum & ſincerum q. v ſcinde in taleolas tenues, parvas & latas, ac in ſeutella vitrea leni calore exſicca, agitando ſæpiùs, donec nempe omnis fætor abjectus fuerit, opiumque benè, ſeu aromaticè olere inciperet, digeſtisq; in pulverem teri ac abire poſſit.

Extrahe tincturam cum aceto ad eminentiam quinq; digitorum ſuperfuſo, nec ſtet in hac infuſione opium ultra diem. Poſtea deſtilla acetum tinctura opii imprægnatum in B.M. tinctura opii in conſiſtentia mellaginis in fundo cucurbitæ relicta.

Ad huius *Extract.* ʒ j. Adde
Magiſt. perlar.
Corallor. an. ʒ j.
Extr. croci ʒ ij.

Miſce diligenter cum *Ol. Caryophyll.* ℈ ß.
Doſis huius ab i. ad iiij. vel v. grana.

Aliud. Oſvv. Crollii.

℞. *Opii Thebaic.* ʒ iij.
Succ. hyoſcyam. debito tempore collecti & in ſole prius inſpiſſati unc. ʒ ß.
Spec. diambr.
Diamoſch. d. fideliter diſpenſatar. an. ʒ ij. ß.
Mum. tranſmar. ſelect. ʒ ß.
Sal. Perlar.
Corall. an. ʒ iij.
Liquor. ſuccin. alb. per alcohol. vini extr.
Oſſ. de C. C. an. ʒ j.
Lap. Bezoard.
Vnicorn. animalis, vel mineralis an. ʒ j.
Moſchi
Ambr. an. ſcr. j.

In defectu *genuini auri potabilis multis corroſivis inquinati*, addantur:
Ol. Aniſi
Caryi.
Arant.
Citrior.
Nuciſtæ
Caryophyll.
Cinamomi
Succin. an. gutt. xij.

Fiat ex his ſ. a. chymicam maſſa, ſeu Extractum, è quo ad neceſsarios uſus poſsint pilulæ efformari.

Obſervationes in præparatione.

1. Radices & cortices hyoſcyami juniores, recentes, ſucculentæ, exteriores (abjecto interno trunco lignoſo) colligantur ſole & luna exiſtentibus vel in ariete, vel in libra, ante plenilunium; alii colligunt, ſi fieri poſſit, in ipſa hora, quando Luna in dictis ſignis renovatur. Expreſſus ſuccus deſpumatus & filtro traiectus in loco calido coagulatur ad ſpiſſitudinem mellis, & poſtea in ſole indureſcit ab hoc ſpiritu vini tinctura extrahitur.

2. Opium purgatur prius in liquore Hyſſopi, vel aqua deſtillata, ut cum Aloe fieri ſolet, poſtea extrahatur etiam Sp. V.

3. Succus hyoſcyami & opium) antequam miſceantur reliquis) prius in digeſtione reiiciant ſua ſulphura & venena noxia, (quod ſpumæ inſtar ſuperficiem petit.) Inde enim tam varia & calamitoſa proveniunt ſymptomata illa ægrotantib⁹, quæ opio & hyoſcyamo non debitè defæcato utuntur, quod à paucisſimis hactenus animadverſum; hoc quoque rempub. chymicam celare nolui.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 664 sur 955

Extrahitur S.V. rectificato, quod diutius postea invicem digerantur, eò potentior etiam erit operatio.

5. Pro mulieribus & hysticricis propter suffocationem matricis, ambra & moschus omittantur in compositione, vel ad supprimendum odorem aliquot grana castorei addantur ad dosin unam, antequam mulieribus exhibeatur.

6. Fæcis opii, hyoscyami, sp. diambr. &c. post tincturæ extractionem calcinantur, & sal secundũ artem extractũ miscetur circa finem integræ compositioni.

7. Ab omnibus illis, quæ spec. vini extracta sunt, post digestionem duorum mensium sp. V. in B. iterùm abstrahatur, ferè ad mellis consistentiam, & tum demum sal perlarum, corall. Mumia trita, Lap. Bezoar, unicornu, os de C.C. Moschus, ambra. pulverisata miscentur. Er quia olea distillata difficultur extracto miscentur, & semper supernatare solent, omnibus oleis nominatis in vitro priùs invicem mixtis aliquot guttæ sp. V. affundi solent, & diligenter commisceri, ita invicem uniuntur, & postea facilè permiscentur toti compositioni; quæ tandem in lentissima cinerum digestione in alembico cæco per mensem maioris efficaciæ & operationis ergò fermentari poterit.

Elect. Laudani ejusdem.

℞. *Opii*
Succ. è rad. Hyoscyam. essentificat. an. ℥ j.
Essent. rad. Mandrag. cum sp. vini extracta ℥ vj.
Spec. diambr. fine mosch. & ambr. ℥ iv.
Sal. Perlar.
Corallor. an. ℥ ij.
Charabè
Mumiæ ℈ j.
Terræ strigens. ℥ j.
Mell. despum. ℥ xij.

Dissolvatur essentia opii & Hyoscyami (si sit nimis liquida, fac ut sp. V. priùs sufficienter lento calore ab illis evaporet) in melle supra ignem postquam probe mixta fuerint, adde salia perlar. & corallor. Postea reliquos pulveres tenuissimè tritos, carabe scilicet, mumiam, crocum, Vnicornu, Terram sigillatam insperge tepidè diligenter miscendo in formam electuarii.

Aliud. D. Sennerti.

℞. *Opii an. purificat. ℥ j.*

Affunde Sp. T. optimè rectif. ut digitis trib⁹ supermineat, stent diebus 14. sæpiùs agitando.

Postea quod clarum est, sensim affundatur, & sp. V. lento calore separetur ad Syrup. liquidioris consistentiam.

Seorsim infunde in Sp. V. etiam diebus 14. Spec. diambr. unc. ij. & tinctura clara separetur.

Hinc extracto opii affundatur tincturæ diambræ pars dimidia & *succi citri rec. purificat ℥ vj.* stentque in digestione, seu calore tepido, per dies 20. sæpius agitentur. Vbi sp. V. maxima pars exhalaverit, adde

Extract. castorei
Solut. corallor.
Perlar. an. ℥ ß.
Essent. croci ʒ. j.

Affund. tinctur. spec. diambr. reliquum, in cuto igne Sp. V. exhalit. sub finem adde

Ol. Citri
Cinamomi
Caryophyll. an. gutt. iij.

F. Massa instar extracti
Dimidiæ parti adde
Mosch.
Ambr. an. gr. vj.
Reliquum reservetur pro Fœminis.

Aliud D. Hadriani à Mynsicht.

℞. *Succ. fl. papav. errat. debito tempore collect. & inspissat. unc. j.*
Croci orient.
Succ. liquirit.
Styrac. calamit.
Rad. cynogloss. an. an ℥ ß.
Opii Thebaici ℥ ij.

Extrahe tincturam cuiusq; seorsim cum opt. Sp. V. Postea tinctura extractiones in lentiss. mo B. calore ad spissitudinem mellis abstrahe, & adde

Sal. margarit. orient.
Corall. rubr. an. ℥ i. ß.
Succin. alb. præparat.
Cornu alc. hermet. calcin.
Oss. de C. C. an. scr. i. ß.
Lap. Bezoard. orient.
Sulph. anodyn. vitriol. an. ℥ j.
Moschi laudatiss. scrup. ß.
Ambræ non saljat. scrup. j.
Mumiæ subtiliss. tritæ drach. ij.

Omnibus exactè incorporatis & mixtis, adde

Ol. stillat. arantior.
Absinthii
Caryophyllor.
Muc. moschi
Cinamomi
Anisi
Chamæm. Rom.
Carvi
Citri an. scr. sem.

Denuò misce & ex his fiat chymicam F. Massa seu extractum.

Aliud. Ioann. Freitagii.

℞. *Mense Martio, vel Septembr. justam copiam radic. Hyoscyami cum germinibus tenellis*

Contund. & lege artis succum exprime, eumq; ut sit instar vini rubicundi, optime clarificato & filtrato.

Huius succi ℞. ℔. i. ß. in quo dissolv.
Opii Thebaici ℥ iv. ß.
Opii nostri ex flor. rubicundis papaveris hortens. unc. ij.

Omnia ritè dissoluta filtrentur & inspissentur. Huic simul inspissato succo, vel opio, superfunde

Succ. Citrj
Arantior.
Aceti vini an. q. s. ut

Tribus digestis supermineat, stent in loco calido, donec tingantur, tinctus liquor effundatur, & novus affundatur; idq; repetatur toties, donec omnis essentia extracta sit.

Colorati succi filtrentur, & ponantur in cucurbita vitrea in loco calido, vel supra arenam, donec ferè omnis humiditas evanescat, & essentia opii in fundo mellis instar remaneat.

Huic essentiæ miscebis *Extr. Mumiæ.*
Castor. an. ℥ j. per Sp. V. præparat.

Et ex-

Et extractum ex seq. speciebus factum.

℞ *Spec. diambr. unc. i. ß.*
Arom. rec.
Diamoſch. dulc.
Diaxylo aloes an. unc. ß.
Letific. Gal.
Latitiæ Rhaſ. an. ℥ iij.
Vnicornu veri ℥ ij.

Superfunde Sp. v. rectific. & tincturam reiteratis vicibus extrahe, hunc tinctum Spiritum superfunde extracto opii. Mumiæ & caſtor. & per B. M. ſeparato, & manebit infundo mellis inſtar laudanum, quod pedetentim in loco calido indurescat, quod & antequam id fiat (ſi nobile & efficacisſimum velis eſſe.) Miſc.

Magiſt. perlar.
Corall. an. unc. i. ß.
Eſſent. ſuccin. per Sp. V. fact.
Croci an. unc. ß.

Refrigeratis & induratis omnibus adde

Ol. Cinamomi
Cort. cicri,
Aurant.
Caryophyll.
Cal. arom. an. ℥ j.
Aniſi
Cymini
Fœnic.
Carv. an. ℥ j.
Moſch. ℥ j.
Ambr. ℥ i. ß. in ſp. V. ſolut.
Balſ. macis. ℥ ß.

In uſu Fœminarum hyſtericar im ſine moſcho & ambra parabis.

Laudanum Spagyricum in Colica. Mylii.

℞ *Opii Vino Malvatico diſſol. unc. j.*
Eſſent. Caſtor. unc. ß.
Tinct. croci ſcr. ij.
Extr. ſpec. Aromat. Roſ.
Extr. Diambræ
Extr. ſpec. Diamoſch. } *an. ℥ j.*
Spec. Diamoſchi ℥ ß.

M. *Fiat Laudanum: datur cum Syrupo Stœchados.*

Laudanum in olica Caliud.

℞ *Styracis*
Piperis nigri
Euphor. præp.
Piperis longi } *an. ſcr. j.*
Sem. Apii
Petroſelini } *an ℥ j.*

Diſſolutis cum Vino Malvatico & expreſſis, adde
Eſſent. Caſtorei
Ext. Myrrhæ } *an. ℥ j.*
Ext. opii cum S. V. unc. ß.

Fiat Laudanum, datur cum appropriatis.

Laudanum, in dolore Nephritico.

℞ *Styracis*
Myrrhæ
Spicæ celticæ } *an ℥ ij.*
Semi Apii
Halicacabi.
Petroſel. } *an ℥ j.*
Sem. Biſmaluæ
Paluari } *an. ℥ ß.*
Roſarum
Aſari
Schænant.
Glyzirrh.
Ruv. maj. } *an. ℥ i. ß.*

Infundantur cum Vino ac digerantur, ſimul ac exprimantur, Expreſſioni adde.

Ext. Opii
Eſſent. Croci } *an. unc. ß.*

Fiat Laudanum, quod dabitur cum ſyr. capill. Veneris: adhibitis in Curæ etiam pil. de Therebinina lota.

Laudanum ad dolorem Veſicæ cum ulcere.

℞ *Myrrhæ*
Thuris
Styracis
Maſticis } *an. ℥ j.*
Cort. Mandrag. ℥ ij.
Sem. Papaveris
Endiviæ
Alkekeng.
Biſmaluæ } *an. ſcr. ii.*
Succi Glyzirrhizæ drach. ii.
Solut. Gummi Tragac.
Gummi Arabici } *an. ſcr. ij.*

Diſſolvantur cum Vino Malvatico & exprimatur, Exprtſioni adde
Extract. Opii ſcr. ij.
Spec. Diamoſch. dulc. unc. j.

Fiat Laudanum, datur cum Syrup. juiubarum

Laudanum aliud ad eundem dolorem.

℞ *Styracis*
Tragacanthi
Gummi Arabici
Amyli } *an. drach. iij.*
Succi Glyzyrrhizæ unc. ß.
Bolı Armeni drach. ij.

Infundantur cum Vino, poſtea exprimantur, Expreſſioni adde
Extract. Opii drach. ij.
Spec. Diamoſchi dulcis unc. j.

Fiat, datur ut ſupra.

Laudanum in dolore à fluxu Ventris.

℞ *Acaciæ*
Hypociſtidis
Carnis Cydonior.
Sumach
Gallarum } *an. drach. j.*
Cinnamomi
Cyperi } *an. drach. ß.*

Diſſolutis cum Vino Malvatico, atque Expreſſis adde
Extract. Opii drach. j.
Magiſter. Corall. rub. præpar. drach. j.

Fiat laudanum, datur cum Syrupo de Roſis ſiccis.

Laudanum ad dolores Vterinos.

℞ *Spicæ Nardi*
Folii
Aſari
Malabat.
Rad. Ireos } *an. drach. j.*
Styracis
Myrrhæ
Croci } *an. drach. ij.*

Dige

Digerantur & exprimantur, Expreſſ. adde
Eſſent. Opii ʒ ß.
Extract. Caſtorei ʒ j.
Salis martis Perlarum ʒ ij.
Fiat Laudanum.

Datur cum Syrupo de Arthemiſia. Doſ. ʒ ß.

Vel ℞. *Spec. Diamoſchi* } an. ʒ ij.
Diambræ }
Eſſentiæ Caſtorei ʒ ß.
Eſſentiæ opii ʒ j.
M. cum Spiritu Vini in Laudanum

Datur ut ſupra cum Syr. de Arthemiſia.

Laudanum ad Vteri dolores cum ulceribus.

℞. *Myrrhæ* } an. ʒ ij.
Styracis }
Thuris }
Sarcocoll. } an. ʒ i. ß.
Maſticis }
Bdellii ʒ j.
Amyli ʒ ij.
Sem. Ediviæ }
Papa. albi } an. ʒ i. ß.
Plantag. }
Opii ʒ iij.
Infuſa cum S. Vini, exprimantur, Expreſſioni adde
Eſſentiæ Caſtorei ʒ ß.
Eſſent. Croci ʒ j.
Fiat Laudanum, datur cum Syrup. Iuiubino.

Laudanum Cephalicum ſomnoriferum in affectibus & paſſionibus colicis.

℞. *Croci ʒ ij.*
Myrrhæ ʒ ß.
Piperis Indici ʒ ij.
Confect. Anacard. ʒ i. ß.
Diacaſtorei ʒ ß.
Fiat omnium Extractio cum S. Vini Malvatico, Expreſſioni adde
Extract. Opii ʒ ij.
Moſchi g. iij.
Fiat Laudanum, datur cum Syrupis appropriatis.

Laudanum Opiatum Spagyricum aliud.

℞. *Eſſent. Opii cum S. Vini Ext. ʒ ß.*
Extract. Hyoſciami cum S. Vini ʒ iij.
Tinctur. ſuccini ʒ ij.
Magiſt. Corallor. ʒ j.
Tinctur. Croci ʒ ij.
Extr. Mumiæ ʒ j.
Spec. Diambræ ʒ iv.
Vnicornu gran. x.
Moſchi opt. gran. viij.
Alcoh. vini q. ſ. f. Pilul.

Sotirella parva. Auguſt.

℞. *Olei Nucis Moſchat. expreſſi drach. j.*
Opii Thebaici
Specier. Diambræ an. drach. ß.
Camphoræ
Ol. vel extracti Croci an. gran. vj.
Ol. Caryophyllorum diſtill. q. ſ.
Rediganturin formam Opiatæ

Cavernis dentium indita dolores eorundem ſopit ac placat, ad quorum auxilium præcipuè expetitur Raymundo Minderer. Collegæ noſtro quòdam honoratiſſimo p. m. adſcripta.

Laudanum Opiatum Mynſichti.

℞. *Opii Thebaici prap. ʒ ij.*
Succ. flor. papav. inſpiſſ. ʒ j.
Rad. Cynogloſſ.
Mum. tranſm.
Styrac. calam.
Succ. Liquir
Croci or. an. ʒ ß.

Opium extrahatur aceto deſtill. aut ſucc. citr. reliqua Sp. V. Deſtillentur in B. lento igne ad mellis ſpiſ. adde:
Extr. lap. Bezoar.
Sulph. anodyn. Vitriol. an. ʒ ij.
Sal. marg. orient.
Corall. rub. an. ʒ j.
Corn. Alcis Hermeticè calc.
Oſſ. de Cord. Cervi
Succini alb. prap. an. ʒ ß.
Ambræ griſeæ ∋ j.
Moſchi laudat. ∋ ß.

Omnibus exactè incoporatis & mixtis adde:
Auri potab. noſt. ʒ i. ß.
Ol. Chamomill. Rom.
Arantiorum
Caryophyllor.
Abſinthii
Nuc. Moſchat.
Anethi
Citri rect.
Aniſi
Carui an. ∋ ß.

Denuò in ce & ex his, ſecundum artem Chymicam, fiat Maſſa pilularis ſeu extractum.

Vires, Vſus, Doſis.

In ſiſtendis omnibus humorum & catarrhorum profluviis, ſangvinis & menſtruorum excretionibus: In vigiliis & inquietudinibus immodicis, & in omnibus febrium generibus vitium que reſolutionibus: In Phrenefi, Maniâ, Melancholiâ Vomitu, Epilepſiâ, Cardiacâ, Singultu, Colicâ, debilitato Ventriculo, Pleuriſi, Arthritide, Gonagrâ, Podagrâ, Iſchiaſi, Lithiaſi & Nephritide, Medicamentum eſt ſtupendum. Quia in ſedandis omnib' vehementiſſimis & acutiſſimis doloribus, divini eſt auxilium & quaſi ultimum Aſylum. Illuſtrius, præſentius, tutius & ſecretius Anodynum in Republica ſpagyricâ vix excogitari poteſt; teſtor rerum Medicarum ipſiſſimam matrem, eandemque Nutricem Experientiam. Propterea ad gloriam Altiſſimi & proximi ægrotantis ſalutem hoc ſolo utere & mecum gratias age. Doſis à gran. i. ſ. ad gr. iv. v. vel vj. quæ veſperi circa introitum lecti, corpore inanito & evacuato offerantur: refert autem cænam eo die omittere, necibus corrumpatur. Et quia laudanũ opiatũ hodiè famoſiſſimũ & frequẽtiſſime uſurpatur; varium ej⁹ uſum hic ſubnectere placet.

In Capitis affectibus. Hauſtus.

℞. *Laudani Opiat. Gr. iii. iv. v. vel vi.*
Aq. Maiorana ʒ ß.

Syrup.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 667 sur 955

Syrup. Betonicæ drach. ij.
Conf. Smaragd. ſcr. j.
Ol. Margarit. dr. gut. iij.
Fœniculi gut. j.
Sp. Vitrioli q. ſ. ad gratiſſimam acetoſitatem.
Miſc. & fiat hauſtus pro unâ doſi.

Alius.

℞. Laud. opiat. q. v.
Syrup. è ſuc. Ceraſor. nigr.
Aq. Verbenæ
Nuc. Moſchat. an. drach. ij.
Conf. hyacinth. ſcr. j.
Sal. Corallor. rub. gran. iij.
Ol. Succini alb. gut. j.
Miſc. fiat hauſtus pro unâ doſi.

Pilulæ.

℞. Laudani opiat. q. ſ.
Mag. Perlar. or.
Smarag. præp. an. gran. iij.
Miſc. & cum Ol. Fœniculi formentur Pilulæ parvæ deaurandæ pro unâ doſi.

Aliæ.

℞. Laudani opiat. q. ſ.
Mag. corall. rub.
Hyacinth. præp. an. gran. iij.
Miſc. & cum Ol. Succini alb. vel Maioranæ fiant Pilulæ parvæ quæ deaurentur pro unâ doſi.

Bolus.

℞. Laudani opiat. q. ſ.
Conſ. Majoran. drach. j.
Conſ. ſmaragd. ſcr. j.
Spec. Diambræ ſcr. ß.
Elæoſacch. Cinamomi q. ſ.
Vt fiat bolus pro unâ doſi.

Alius.

℞. Laudani opiat. q. ſ.
Conſ. anthos drach. j.
Conſ. Hyacinth. ſcr. j.
Spec. Diamoſch. dulc. ſcr. ß.
Ol. Macis gut. j.
Man. Chriſti perlat. q. ſ.
Miſc. & fiat bolus pro unâ doſi.

In Cordis Affectibus.

Hauſtus.

℞. Laudani opiati q. ſ.
Syrup. Limonum drach ij.
Aq. Borraginis
Cinnamomi
Roſarum
Nymphææ an. drach. j.
Conſ. Alkermes
Tinct. Corallor. an. ſcr. ß.
Sal. Perlar. or. gran. iij.
Miſce & fiat hauſtus pro unâ doſi.

Alius.

℞. Laudani opiat. q. ſ.
Syrup. Acetoſit. Citri
Rubi Idæi an. Drach. ij.
Aq. Meliſſæ
Bugloſſæ an. drach. j. ß.
Conf. Pretioſ. noſt. ſcr. j.
Tinct. Rubini ver. ſcr. ß.
Miſce & fiat hauſtus pro unâ doſi.

Pilulæ.

℞. Laudani opiat. q. v.
Margarit. trochiſcat. noſt.
Oſſ. de Corde Cervi an. gran. iij.
Miſce & cum Ol. Maceris fiant Pilulæ parvæ inauratæ pro unâ doſi.

Aliæ.

℞. Laudani opiat. q. ſ.
Lap. Quinq. pretioſor. præp.
Bezoar. or. an. Gran. j.
Miſce & cum Ol. cinamomi fiant Pilulæ deauratæ pro unâ doſi.

Bolus.

℞. Laudani opiat. q. ſ.
Conf. Borrag. vitriolat drach. j.
Conſ. Alkermes ſcr. j.
Spec. Diamargar. frigid. ſcr. ß.
Man. Chriſti perlat. q. ſ. ut fiat Bolus pro unâ doſi.

Alius.

℞. Laudani opiat. q. ſ.
Conſ. flor. Tunicæ vitriolat. Drach. j.
Conſ. Citri noſt ſcr. j.
Spec. Diarrhod. Abb. ſcr. ß.
Elæoſach. Cinam. q. ſ. ut fiat bolus pro unâ doſi.

In Epilepſia, Vertigine, &c.

Hauſtus.

℞ Laudani opiat. q. ſ.
Syrup. flor. Pœoniæ
Aq. Lilior. convall.
Epilepticæ noſt. an. drach. ij.
Conf. Cephalic. noſt. ſcr. j.
Ol. Cubebarum
Corn. Alcis an. gut. j.
Spec. Vitrioli q. ſ. ad gratiam.
Miſce & fiat hauſtus pro unâ doſi.

Alius.

℞. Laudani opiat. q. ſ.
Syrup. de Betonic.
Aq. Lavendulæ
Tiliæ an drach. ij.
Conf. Smaragd. ſcr. j.
Eſſ. Camphoræ Gran. iij.
Ol. ſuccini alb.
Corn. Cervi an. Gut. j.
Elix. Pœoniæ noſt. q. ſ. ad gratam acetoſitatem.
Miſce & fiat Hauſtus pro unâ doſi.

Pilulæ.

℞. Laudani opiat. q. v.
Vnicorn. Animal.
Mag. Corallor. an. gran. iij.
Miſc. & cum Ol. Cranii human. ſ. Pilulæ deauratæ, pro unâ doſi.

Aliæ

℞. Laudani opiat. q. v.
Mag. Cranii hum.
Sulph. Lunæfic. ana gran. iij.
Miſc. & cum Ol. Vng. Alcis ſ. Pilulæ parvæ, quæ deaurentur, pro unâ doſi.

Bolus

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 668 sur 955

Bolus.

℞. Laudani opiat. q. ſ.
Conſ. flor. Pœoniæ vitriolat. drach. j.
Conſ. Smaragdin. ſcr. j.
Spec. Dia Lunæ noſt. ſcr. ß.
Ol. Rorismari. ngut. j.
Miſc. & cum Rot. Diambræ ſ. q. fiat bolus pro unâ doſi.

Alius.

℞. Laudani opiati q. ſ.
Conſ. anthos drach. j.
Conſ. cephalic. noſt. ſcr. j.
Spec. diacraneinoſt. ſcr. j.
Ol. lavendulæ gutt. j.
Miſc. & cum rot. Diamoſch. dulc. ſ. bolus pro unâ doſi.

In vomitu ſingultu, & ventriculo debilitato.

℞. Laudani opiat. q. ſ.
Syrup. de menthâ
Aq. ſtomachal. noſt. an. drach. iij.
Ext. calami aromat.
Sal. ſtomach. noſt. an. gran. iv.
Ol. nuc. moſchat.
Maſtichis an. gut. j.
Elix. vitrioli noſt. q. ſ. ad gratiam.
Miſc. & fiat hauſtus pro unâ doſi.

Alius.

℞. Laud. opiat. q. ſ.
Syrup. cydoneor.
Aq. calami aromat. an. drach. iij.
Ext. galang. min.
Nitri violat. an. gran. iv.
Ol. Caryophyllor.
Mentecriſp. an. gut. j.
Elix. Sulphuris noſt. q. ſ. ad gratiam.
Miſc. fiat hauſtus pro unâ doſi.

Pilulæ.

℞. Laudani opiat. q. ſ.
Spec. diagalang. ſcr. ß.
Miſc. & cum Ol. Salviæ fiant Pilulæ parvæ pro unâ vice, quæ deaurentur.

Aliæ.

℞. Laudani opiat. q. ſ.
Spec. aromat. caryophyllat. ſcr. ß.
Miſc. & cum Ol. Abſinthii fiant pilulæ parvæ deauran. dæ pro unâ doſi.

Bolus.

℞. Laudani opiat. q. ſ.
Zingiberis condit. drach. j.
Acori condit. drach. ß.
Ol. maſtichis
Zedoariæ an. gut. j.
Miſc. & cum Rot. Diagalang. fit bolus pro unâ doſi.

Alius.

℞. Laudani opiat. q. ſ.
Conſ. mentecriſp. drach j.
Diacydon. aromat. drach. ß.
Ol. cinamomi
Calami aromat. an. gut. j.
Miſc. & cum Rot. Aromat. Caryophyllat. fiat Bolus pro unâ doſi.

In Melancholia, Mania, & Phreneſi, &c. Hauſtus.

℞. Laudani opiat. q. v.
Iulap. Baſilic.
Aq. bugloſſ. an. drach. iij.
Spir. Terræ ſigillat.
Eſſ. Hyperici an. ſcr j.
Elix. proprietat. q. ſ. ad gratiam.
Miſce & fiat hauſtus pro unâ doſi.

Alius.

℞. Laudani opiat. q. v.
Aq. meliſſæ ℥ß.
Syrup. bugloſſ. drach. ij.
Conſ. citri noſt. drach. ß.
Eſſ. croci or. gran. iv.
Tinct. Smaragd. ſcr. ß.
Miſce & fiat hauſtus pro unâ doſi.

Pilulæ.

℞. Laudani opiat. q. v.
Sulph. Lunæ ſic.
Mag. Perlar. or. an. gran. iij.
Miſce & cum Ol. cinamomi fiant Pilulæ deauranda pro unâ doſi.

Aliæ.

℞. Laudani opiat. q. ſ.
Pulvis teſtudinis combuſt.
Mag. corall. rub. an. gran. iij.
Miſce & cum Ol. Stil. Roſar. fiant Pilulæ parvæ quæ deaurentur pro unâ doſi.

Bolus.

℞. Laudani opiat. q. ſ.
Conſ. hyacinth. drach. j.
Eſſ. hyperici ſcr. j.
Spec. Diamargar. frig.
Elæoſach. citri an. ſcr. ß.
Miſce & cum Man. Chriſti perlat. ſ. q. fiat Bolus pro unâ doſi.

Alius.

℞. Laudani opiat. q. ſ.
Conſ. ſmaragd. drach. j.
Eſſ. Hyperici ſcr. j.
Tinct. corallorum
Elæoſach. cinamomi an. ſc. ß.
Miſce & cum Rot. Diarrhod. Abb. ſ. q. fiat bolus pro unâ doſi.

In omnium Febrium Genere Hauſtus.

℞. Laudani opiat. q. ſ.
Aq. Card. benedict. unc. j.
Syrup. de centaur. min. drach. ij.
Sal. febril. noſt. ſcr. j.
Ext Zedoariæ ſcr. ß.
Miſce & fiat hauſtus pro unâ doſi.

Alius.

℞. Laudani opiat. q. v.
Aq. Febrifug. noſt. unc. j.
Syr. de Abſinth. drach. ij.
Elix. Febril. noſt. ſcr. j.
Ext. caryophyllor. ſcr. ß.
Miſce & fiat hauſtus pro unâ doſi.

Pilulæ.

℞. Laudani opiat. q. ß.

Sal.

Sal. Febril. noſt. ℈ ß.

Miſc. & cum Ol. Abſinthii fiant Pilulæ parvæ deaurandæ pro una doſi

Aliæ.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ.*
Nitri vitriolat. ℈ ß.

Miſc. & cum Ol. Camphoræ fiant Pilulæ parvæ deaurandæ pro unâ doſi.

Bolus.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ.*
Theriac. Febril. noſt. ʒ j.
Zingib. condit. ʒ ß.
Spec. Febri fug. noſt. ℈ j.
Elæoſach. Myrrhæ ℈ ß.

Miſc. & cum ſach. candi alb. fiat bolus pro una doſi.

Alius.

℞ *Laud. Opiati q. ſ.*
Theriac. Febril. noſt. ʒ j.
Calami aromat. condit. ʒ ß.
Sal. Febril. noſt. ℈ j.
Elæoſach. Rutæ ℈ ß.

Miſc. & cum Rot. Diarrhod. Alb. fiat bolus pro una doſi.

In Morbis Pectoralibus, Tuſi, Aſthmate, Phthiſi, &c.

Hauſtus.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ.*
Syr. de Glycyrrhiz.
De Praſio ar. ʒ i. ß.
Aq. Loch. ſani
Hyſſopi
Fœniculi an. ʒ j.
Elæoſach. Aniſi ℈ ß.

Miſce & fiat hauſtus pro una doſi.

Alius.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ.*
Aq. Marrubii
Tuſſil. ag.
Veronicæ an. ʒ i. ß.
Syr. de Hyſſopo
De Iuiubis an. ʒ j.
Rob. Nucum ʒ ß.
Elæoſach. Fœniculi ℈ ß.

Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

Pilulæ.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ.*
Flor. Sulphuris comp.
Bentzoin an. gr. iv.

Miſc. & Ol. Salv. ſi. nt Pil. deaurand. pro una doſi.

Aliæ.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ.*
Lact. Sulphuris
Tragacanth. alb. an. gr. iv.

Miſc. & cum Ol. Chamomillæ formentur Pilulæ parvæ, quæ deaurentur pro una doſi.

Bolus.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ.*
Conſ. Pectoral. noſt. ʒ j.
Loch. Sani & exp. ʒ ß.
Suc. Glycyrrhiz. ext.
Elæoſach. Fœniculi an. ſcr. ß.
Extr. Croci or. gran. iij.

Miſc. & cum Rot. Diaireos ſimpl. fiat Bolus pro una doſi.

Alius.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ.*
Conſ. Violar. ʒ j.
Loch. de pino ʒ ß.
Spec. Diaſulphuris noſt. ℈ j.
Extr. Enulæ camp.
Elæoſach. aniſi an. ℈ ß.

Miſc. & cum Man. Chriſti ſimpl. s. q. fiat bolus pro una doſi.

In ſiſtendis omnibus Defluxionib9 omnium Humorum & Catharrhorum tenuium, è capite in aſperam arteriam perpetuâ tuſſi inſomniam parientium.

Hauſtus.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ.*
Aq. Cort. virid. jugland.
Scabioſæ an. ʒ ij.
Syr. de Papav. errat. ʒ i. ß.
Rob. Nuc. an. ʒ j.
Mag. Corallor. roſat.
Elæoſach. Nuc. Moſchat. an. ℈ ß.

Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

Alius.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ.*
Aq. Serpilli Benedict. noſt. ʒ ß.
Syr. de jujubis ʒ ij.
Diacodii crocat. noſt. ʒ j.
Elæoſach. Cubebar. ſcr. ß.

Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

Alius in cauſa valde calida.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ.*
Vini Granator. ʒ ß.
Aq. Roſarum ʒ ij.
Syrup. de papav. ſimpl.
Diamor. an. ʒ i. ß.
Nitri vitriolat. gr. ij.

Miſce & fiat Hauſtus pro una doſi.

Pilulæ.

℞. *Laudani Opiat. q. v.*
Mag. Sandaracæ
Smaragd. præp. an. gr. iv.

Miſc. & cum Ol. Maſtichis fiant Pilulæ parvæ inaurandæ pro una doſi.

Aliæ.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ.*
Mag. Maſtichis
Succini alb. præp. an. gr. iv.

Miſc. & cum Ol. Thuris formentur Pilulæ parvæ, quæ deaurentur pro una doſi.

Bolus.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ.*
Conſ. Flor. Scabioſæ ʒ j.
Loch. de Papav. ʒ ß.
Spec. Diaireos ſimpl. ſcr. j.

Miſc. & cum Diacodio ſolido fiat Bolus pro una doſi.

Alius.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ.*
Conſ. Flor. Papav errat. drach. j.
Rob. de Cornis drach. ß.
Spec. Diamarg. frig. ſcr. j.

Miſc. & cum Sachar. penidii s. q. fiat Bolus pro una doſi.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 670 sur 955

In omnibus Profluviis inteſtino um.

Hauſtus.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ.*
Aq. Tormentillæ unc. ß.
Syr. Stipticinoſt. drach. ij.
Eſſ. Flor. rub. urticæ mort. ∋ ß.
Extr. Rad. Biſtortæ
Elæoſach. Nuc. Moſchat. an. ∋ ß.
Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

Alius.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ.*
Aq. plantaginis unc. ß.
Syrup. Cydoneor. ʒ ij.
Eſſ. Balauſtiar. ∋ j.
Ext. Tormentillæ
Elæoſach. Caryophyl. ſcr. ß.
Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

Pilulæ.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ.*
Mag. Corallor. roſat.
Croci Martis an. gran. iv.
Miſc. & cum Ol. Maſtichis fiant Pilulæ parvæ inaurandæ pro una doſi.

Aliæ.

℞. *Laudani Opiat q. ſ.*
Mag. Cum. Arabici
Corn. Cervi uſti & prep. an. gran. iv.
Miſc. & cum Ol. Salviæ fiant Pilulæ parvæ inaurandæ, pro una doſi.

Bolus.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ.*
Conſ. Roſar. antiq. ʒ j.
Conf. Narcot. noſt. ∋ ß.
Spec. Diamartis noſt.
Elæoſach. Aranticr. an. ∋ ß.
Miſc. & fiat cum Rot. Diarrhod. Alb. s. q. bolus pro una doſi.

Alius.

℞. *Laud. Opiati q. ſ.*
Conſ. flor. Symphyti ʒ j.
Conf. Stipticæ noſt. ʒ ß.
Spec. Diaplantag. noſt.
Elæoſach. Citri an. ∋ ß.
Miſc. & cum Rot. Diamarg. fiat bolus pro una doſi.

In Sangvinis excretione & menſtruorum nimiâ evacuatione.

Hauſtus.

℞. *Ligni Braſilii M. j.*
Gum. Arabic. ʒ iij.
Coq. in diplomate cum vini albi. s. q.
℞. *Colaturæ claræ unc. j.*
Laudani Opiat. q. ſ.
Syr. Cydoniorum
Diacodii crocat. an. ʒ ij.
Mag. Corallor. roſat.
Eſſ. Croci martis an. ∋ ß.
Elæoſach. Caryophyllor. gran. iv.
Rob. Berber q. ſ. ad gratum ſaporem.
Miſce & fiat hauſtus pro una doſi.

Alius.

℞. *Rad. Tormentillæ*
Serpentariæ
Cichorei an. ʒ j.
Raſ. corn. Cervi
Antheræ Roſarum
Sem. Plantaginis
Acetoſæ an. ʒ ß.
Herb. Burſæ Paſtor.
Hepaticæ aur.
Sangviſorb. an. ∋ ß.
Flor. Millefolii
Roſar. rub.
Anthos an. ſcr. ß.
Sebeſten. Nr. ij.
Coq. in diplomate cum vini rub. Stiptici ſ. q.
℞. Colaturæ claræ unc. i. ß.
Laudani Opiat. q. ſ.
Syr. Papav. errat.
De Symphito ʒ ij.
Eſſ. Sang. Draconis ſcr. j.
Elæoſach. Nuc. Moſchat. ſcr. ß.
Rob. Ribium q. ſ. ad gratiam.
Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

Alius.

In Menſibus ſuperfluis expertiſsimus.

℞. *Laudani Opiat. gr. v.*
Aq. Burſæ Paſtoris unc. i. ß.
Rob. Sambuci ʒ iij.
Sal. Prunellæ ſcr. ij.
Ext. Tormentillæ ſcr. ß.
Camphoræ gran. iv.
Miſce & fiat Hauſtus pro una doſi.

Pilulæ.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ.*
Bol. rub. or. prep.
Mag. Corallor. roſat. an. gr. iv.
Miſc. & cum O. Rorismarini fiant Pilulæ inaurandæ pro una doſi.

Aliæ.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ.*
Vſneæ pruni ſylveſt.
Mag. Martis Perlar. an. gran. iv.
Miſc. & cum Ol. Salviæ fiant Pilulæ parvæ deaurandæ pro una doſi

Bolus.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ.*
Corn. Cydoneor. cond. drach. j.
Troch. de Spodio ſcr. j.
Pulv. Oſſ. Sepiæ
Elæoſach. Zedoariæ an. ∋ ß.
Miſc. & cum Rot. Diamarg. fiat Bolus pro una doſi.

Alius.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ.*
Rad. Symphiti condit. ʒ j.
Troch. de Terrâ ſigillatâ ſcr. j.
Succini alb. præp.
Elæoſach. Nuc. Moſchat. an. ∋ ß.

In Colica & iliaca paſſione, &c.

Hauſtus.

℞. *Conſ. Roſar. rub. unc. j.*
Rad. Zedoariæ ʒ j.
Coq. in aq. Chamomillæ unc. iv.
℞. Colaturæ claræ unc. i. ß.
Laudani Opiat. gran. vj.

Syrup.

Syrup. Arantiorum ℥ ij.
Ext. Colici noſt. ℈ j.
Elæoſach. Carminativ. noſt. ℈ ß.
Miſce & fiat hauſtus pro unâ doſi.

Alius.

℞ *Laudani Opiat. q. ſ.*
Aq. Serpill. noſt. Benedict. unc. ß.
Syr. de Menthâ ℥ ij.
Ext. Colici noſt. ℈ j.
Elæoſach. Arantior. ℈ ß.
Miſc. & fiat hauſtus pro unâ doſi.

Alius.

℞ *Laudani Opiat. q. ſ.*
Aq. Carminativ. noſt. unc. ß.
Syr. Cort. Citri ℥ ij.
Ext. Zedoariæ
Elæoſach. Angelicæ an. ſcr. ß.
Sp. Salis Nitri q. ſ. ad gratiam.
Miſc. & fiat hauſtus pro unâ doſi.

Pilulæ.

℞ *Laudani Opiat. q. ſ.*
Mag. Lap. Carpion.
Talis leporini calc. an. gr. iv.
Miſc. & cum Ol. Succini aſb. formentur Pilulæ parvæ, inaurandæ pro una doſi.

Aliæ.

℞ *Laudani Opiat. q. ſ.*
Lap. Bezoar. Or.
Talis ſuilli calc. an. gr. iv.
Miſc. & cum Ol. Cymini formentur Pilulæ parvæ deaurandæ pro unâ doſi.

Bolus.

℞ *Laudani opiat. q. ſ.*
Conſ. de Menthâ ℥ j.
Ext. Colici noſt. ſcr. j.
Elæoſach. Cinamomi ſcr. ß.
Miſc. & cum Rot. Dianiſi fiat Bolus prouna doſi.

Alius.

Rec. *Laudani Opiat. q. ſ.*
Conſ. flor. papav. errat. ℥ j.
Elæoſach. Chamomillæ ſcr. ß.
Nitri vitriolati gr. iv.
Miſc. & cum Rot. Diacymini fiat Bolus pro una doſi.

In Dolore pleuritico.

Hauſtus.

Rec. *Laudani Opiat. q. ſ.*
Aq. flor. papav. errat. unc. ß.
Syr. Capil. Veneris ℥ ij.
Ext. Rad. Glycyrrhiz. ſcr. j.
Elæoſach. Aniſi ſcr. ß.
Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

Alius.

Rec. *Laudani Opiat. q. ſ.*
Aq. Card. Mariæ ℥ ß.
Syr. de Iuiubis ℥ ij.
Eſſ. flor. Papav. errat.
Elæoſach. Fœniculi an. ℈ ß.
Miſce & fiat hauſtus pro una doſi.

Pilulæ.

℞ *Laudani Opiat. q. ſ.*
Mandib. Lucii
Dent. Aprugni an. gr. iv.
Miſc. & cum Ol. Bentzoin. fiant Pilulæ parvæ inaurandæ pro una doſi.

Aliæ.

℞ *Laudani Opiat. q. ſ.*
Flor. Sulphuris comp.
Succ. Glycyrrhiz. ext. an. gr. iv.
Miſc. & cum Ol. Hyſſopi formentur Pilulæ parvæ inaurandæ, pro una doſi.

Bolus.

℞ *Laudani Opiat. q. ſ.*
Conſ. flor. papav. errat. ℥ j.
Loch. Sani & exp. ℥ ß.
Spec. Pleuriticæ noſt. ℈ j.
Elæoſach. Cymini an. ℈ ß.
Miſc. & cum Rot. Diatragacanth frig. fiat bolus pro una doſi.

Alius.

℞ *Laud. Opiati q. ſ.*
Conſ. violarum ℥ j.
Diacodii crocat. noſt. ℥ ß.
Pul. Pleuritic. noſt. ſecret. ℈ j.
Elæoſach. Chamomillæ ſcr. ß.
Miſc. & cum Rot. Diaireos ſimpl. fiat bolus pro una doſi.

In Dolore Nephritico & arthritico.

Hauſtus.

℞ *Laudani Opiat. q. ſ.*
Aq. Nephritic. noſt. ℥ ß.
Syr. de Althеâ ℥ ij.
Sal. Lap. Percar. ℈ ß.
Ol. Perlar. or. gut. iv.
Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

Alius.

℞ *Laudani Opiat. q. ſ.*
Aq. Chamædrios ℥ ß.
Syr. de Malvâ ℥ ij.
Sal. Oc. Cancri ℈ ß.
Ol. Corallor. rub. gut. iv.
Miſc. & fiat hauſtus pro una doſi.

Pilulæ.

℞ *Laudani Opiat. q. ſ.*
Mag. Lap. Iudaic.
Borrac. Venet. an. gran. iv.
Miſc. & cum Sp. Terebinth. formentur Pilulæ parvæ inaurandæ pro una doſi.

Aliæ.

℞ *Laudani Opiat. q. ſ.*
Mag. Lap. Spongiæ
Nitri præp. an. gr. iv.
Miſc. & cum Ol. Petroſelini fiant Pilulæ parvæ quæ deaurentur pro una doſi

Bolus.

℞ *Laudani Opiat. q. ſ.*
Conſ. violarum ℥ j.
Rad. Pimpinellæ cond. ℥ ß.
Spec. Dianitri noſt. ℈ j.
Elæoſach. Petroſelini an. ℈ ß.
Miſc. & cum Sach. Violac. fiat Bolus pro una doſi.

Alius.

℞ *Laudani Opiat. q. ſ.*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 672 sur 955

Conſ. flor. Malvæ ℥j.
Rad. Eryngii cond. ℥ß.
Spec. Nephritic. noſt. ſcr. j.
Elæoſach. Citri an. ∋ß.

Miſc. & cum Sach. Roſac. fiat Bolus pro una doſi.

In vigiliis ac inquietudinibus immodicis.

Hauſtus.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ.*
Aq. Papav. rhead. ℥ß.
Syr. Papav. ſimpl. ℥ij.
Elæoſach. Aniſi ſcr. ß.
Sp. Vitrioli gutt. iij.

Miſce & fiat Hauſtus pro una doſi, veſperi exhibendus.

Alius.

℞. *Laudani Opiat. q. v.*
Aq. Hypnoticæ noſt. ℥ß.
Syr. flor. Papav. errat. ℥. ij.
Elæoſach. Fœniculi ∋ß.
Ol. Margarit. or. gut. iv.

Miſc. & fiat hauſtus pro unâ doſi.

Pilulæ.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ.*
Mag. Perlar. or.
Ambræ griſ. an. gran. iij.

Miſc. & cum Ol. Styrac. cal. formentur Pilulæ parvæ, quæ deaurentur pro una doſi.

Aliæ.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ.*
Mag. Corallor. rub.
Lig. aloes an. gr. iij.

Miſc. & cum Ol. Aſæ dulc. fiant Pilulæ parvæ inaurandæ pro unâ doſi.

Bolus.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ.*
Conſ. Roſar. rub. vitriolat. ℥j.
Loch. de Papavere ℥. ß.
Spec. Diamoſch. dulc. ſcr. ß.
Ext. Croci or. gr. iij.

Miſc. & cum Rot. Diarrhod. fiat Bolus pro unâ doſi.

Alius.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ.*
Conſ. Violar. vitriolat. ℥j.
Diacodii crocat. ℥ß.
Spec. Diambræ ſcr. ß.
Ext. Flor. Elenii gr. iij.

Miſc. & cum Rot. Diamarg. frig. fiat Bolus pro una doſi.

Laudanum minerale.

℞. *Sulphuris anodyni Vitrioli correcti & fixi ℥ß.*
Mag. Perlar. or. ℥ ß.
Ext. Lig. Aloes
Croci or. an. ſcr. j.
Lap. Bezoart. or.
Vnicorn. animal. an. gr. xv.
Ol. Caryophyllorum
Cinamomi an. ſcr. ß.

Miſc. & cum Syr. è ſuc. flor. Papav. errat. fl. a. maſſa molliuſcula.

Vires, Vſus, Doſis.

Anodynum eſt præſtantiſſimum & ad ſomnum conciliandum accommodatiſſimum, nec non ad catarrhum ſiſtendum, Coryzam, Tuſim, aliosque his ſuccedentes affectus valet: cohibet enim deſtillationes ſive in Thoracem & Pulmones, ſive in dentes & aliò procumbant. Doſis à gran. vj. ad gran. viij. & Scr. ſ. cum conſerva aliqua aut liquore conveniente, vel in forma pilulari.

Laudanum liquidum Sal. ex comm. D. D. Scheferi.

℞. *Opii Thebaici ſuper laminam ferream modò Quercetani exiccati & præp. ℥ß.*
Croci Angelic.
Spec. Diambr.
Arom. roſ. an. ſcr. iv.
Ambr. gr. ℥ ß.
Spir. vini opt. rectif. ℥ vj.
Vitriol. opt. unc. ß.

Infund. hæc omnia in matracio vitreo optimè clauſo, ne quid exſpirare poſſit, & digerantur ad calorem lentum per 15. aut 20. dies continuos Col. per Chartam. Doſis à gran. iij. ad gutt. x.

FINIS LIBRI DECIMI TERTII.

LIBER

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 673 sur 955

LIBER DECIMVS QVARTVS. DE EXTRACTIS VARIIS.

De Extractis Quercet.

Loco menſtruorum ſive diſſolventium, ad has operationes neceſſariorum ſnon tantum utemur aquis vitæ vini & iuniperi, quamvis hæ in præcipuis & maxime neceſſariis diſſolventibus numerantur, de quibus multi quidem inepte ſatis garriunt, ſed etiam ad hoc inſtitutum nobis inſervient hydromel vinoſum, vinum Canariæ, ſerum lactis, aqua lactis, aquæ pomorum redolentium, ulmariæ, cardui benedicti, fumiterræ, agrimoniæ filicis & ſimilium: vel aqua ex ſimplicibus iiſdem, ex quibus extracta ſive eſſentias præparare animus eſt, deſtillatæ: vel aliæ qualitatibus & proprietatibus extracti conficiendi congruæ & appropriatæ. Quæ omnia iudicio periti & experiti Medici conſignantur.

Exordiemur itaque, à lignis, corticibus, & radicibus, ex his ſeligemus præſtabiliora & pluribus ac diverſis morbis accommodatiora: initium facientes à ligno guaiaco, quod non ſine cauſa à quibuſdam appellatur lignum ſanctum. Singulares enim & admirandas proprietates ac dotes poſſidet quæ tamen in intima eius cognitione & extra illius verſantur præparatione.

Extractum ſive gummi guaiaci ut appellant.

℞. *Ligni guaiaci, & eiusdem corticis*, quæ partes balſamica & oleaginoſa ſua ſubſtantia cæteras vincunt: *ligni, inquam, partes duas, & corticis partem unã: quorum quantitas non minor ſit 7. vel 8. librarum pondere. Omnia in raſuram redacta, indantur in plura alembica ſive vaſa vitrea magna, capacia & oblongi colli: affundendo aquam optimam vitæ vel vini, vel hydromelitis vinoſi. Clauſis vaſis, ne quid expiret, fiat digeſtio in Baln. vaporoſo calidiori per 12. vel 15. dies: quo tanto temporis ſpatio aqua vita melius rubeſcat & impregnetur ligni tincturã: omnẽ liquorem calentem adhuc cola: fæces autem prælo fortiſſimè exprime: tum egredietur liquor ſpiſſus, rubicundus & Oleaginoſus: quem cum priore coniunge:* Omnibus ſimul *in alembicum, vel cornutam cum ſuo recipiente inditis, fiat deſtillatio, donec materia in fundo maneat in conſiſtentia mellis, & bulliendo bullas emittat, non ſecus ac mel ipſum. Tunc calentem materiam effunde in patinam terram vitreatam, aquam frigidam continentem, & ſtatim coagulabitur inſtar aloes aut gummi rubei: quam manu exemptam abſterges & ſervabis tanquam remedium pretioſiſſimum*, utpote quod præcipuis guaiaci viribus tam ſulphureis, quam ſalinis abunde dotatum eſt. Ex eo fingas duas pilulas exiguas, & habebis præſtantiſſimum ſudativum & remedium bezoardicum, quod nullas corruptiones relinquat in corpore, ſudores & urinam mirifice provocat, ipſamque ſimul alvum deiicit.

Nota: *Præſtat in conficiendis huiuſmodi extractis, loco aquæ vitæ, accipere hydromel quoddam vinoſum: aut aquas ulmariæ cardui benedicti & fumiterræ, acidulas factas cum ſucco limonum aut aceto montano.* De hac aqua, quam poſt extractionem diſtillando ſeparabis, & ſtudioſe tanquam rem ingentis pretii ſervabis, exhibe duo vel tria cochlearia ſtatim poſt aſſumptam pilulam, & ſingulare remedium adverſus luem veneream, quantumvis inveteratam comperies: eius uſum, præmiſſis tamen remediis univerſalibus, & imperata ægroto victus ratione ſive diæta, qualem huiuſmodi affectus ſibi expoſcit, ad pluſculos dies continuabis.

Pro varia ægri natura & temperamento variari quoque poteſt diſſolvens in extracto guaiacino parando. Nam qui corpore ſunt macilento, & hepate fervidiore, elegant aquas fumiterræ, & agrimoniæ acidulas redditas, ut *ſupra*, quæ aquæ deſtillatæ poſt extractionem iam per ſe, ut *ſupra*, exhibitæ ad unciam unam aut duas plurimum conferunt ad ſudores potenter provocandos, cæterisque vulgaribus decoctionibus longe antecellunt.

Gummi è ligno ſaſſafras ad eundem modum contractum conducit quoque eidem malo: Elici poteſt vel ſeorſim per ſe, vel cum guaiaco ſimul iunctum.

Sic educes gummi ex ligno buxi: unde inſigne parabis ſudorificum & ſpecificum contra omnes epilepſias, vermes & putredines, de quo tantum exiguam pilulam, ut de guaiacino pro doſi præbebis.

Gummi tam ex ligno, quam cortice iuniperi, conſimili methodo ac via eductum, excellens quoque eſt ſudorificum & Bezoardicum adverſus eaſdem epilepſias, peſtes, & affectus contagioſos & venenatos.

Eadem via elicies gummi ex ligno aloes, ligno rhodio & ſantalo, quæ ſumme ſunt cardiaca & bezoardica. His menſtrua ſive diſſolventia adhibebis adeo commoda & convenientia, ut ſimplicia ea, quibus uti voles, ſcopo tuo accommodentur. Verbi cauſa, *gummi è ligno aloes* perculariter prodeſt vermibus & putredinibus

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 674 sur 955

arcendis illi⁹ extractioni congruæ erunt aquę ſtillatitiæ hyperici & centaureæ Sic gummi è ſantalo, quod hepaticum eſt, extrahi poteſt ex aqua agrimoniæ.

Eodem modo gummi è cortice fraxini, quod eſt diureticum, diſſolvens, & contra ipſius lienis durities ſpecificum ſingulare extrahes, vel cum ſua propria aqua deſtillata ex tenerioribus eiuſdem arboris foliis, aut ſimili quadam aqua ſplenetica, & idonea ad aperiendum, & ad tenacisſimum corporis noſtri tartarum gummique diſſolvendum.

Ita etiam parabis gummi è cortice tamariſci, & capparum contra eoſdem affectus cum aqua florum geniſtæ, ſcolopendriæ &c.

Gummi ex radicibus arboris pomi, fructus acidos guſtui & vehementer adſtringentes proferentis, extractum cum aqua ex iiſdem pomis acidis deſtillata, ſummum eſt medicamentum contra omnia ventris profluvia, dyſenteriam, lienteriã, diarrhœam, fluxum hepaticum, & ſimiles.

Quæ hactenus dicta ſunt, exemplaris loco impoſterum erunt, ad varia & infinita gummi extrahenda ex omnis generis arboribus, quas vel ex librorum lectione, vel propria experientia diverſorum morborum curationi convenire noveris. Si huiuſmodi extractorum, argumentum fuſius tractandum nobis proponeretur, nunquam daretur finis.

Notandum eſt, extracta, quæ magis gummoſa & ſulphurea exiſtunt, quæque ex ligno plus oleaginoſo, veluti è guaiacino, laurino iuniperno & ſimilibus educuntur, poſt menſtruorum ſuorum ſeparationem, ſeparantur autem vel deſtillatione, vel evaporatione) in aquam iniicienda eſſe, ubi ſtatim coagulabuntur, ut iam diximus de guaiacino. Sed plura alia extracta, quæ non adeo oleaginoſa ſunt, non coagulabuntur: unde hæc tantum coquenda ſunt ad ſæpæ conſiſtentiam, aut paulo amplius, ut inde, ſi velis, pilulas formare poſſis. Et quo perfectius & diutius coques extractum, humiditatem ſuam inde magis magiſque ſeparando (ab ipſis etiam, quæ ſine aqua vitæ præparaſti,) eo aptius diuturnæ conſervationi conficies.

In radicum extractionibus multa conſiderãda ſunt: num videlicet eædem recenter collectæ ſint, nec ne: num virides, an ſiccæ & marcidæ; num abunde ſucculentæ, nec ne? Videndum præterea, num ſuccus ſit liquidior, facilioriſq; expreſſionis, an vero viſcoſior, tenacior & difficilioris expreſſionis? Quibus probè conſideratis omnib⁹, extracta componenda ſunt, vel cum diſſolventibus, vel ſine eiſdem: in his ultimis parandis ſufficiet radices tantum coquere, & digerere cum ſuo proprio & ſimplici ſucco, ſi liquidior ſit, & ſic deinceps poſt perfectam huius præparationem, inde extractum efficere.

Hæc igitur omnia inprimis obſervanda ſunt. Dabimus autem horum quædam exempla, quib⁹ artificem operarium ad practicum opus quaſi manu deducemus, idque tam facili via, ut vel minimus tyro in eo errare non poſſit. Exordium autem ſumemus à radice angelicæ quæ præ cæteris cõmendatior, & magis bezoardica eſt: cuius recentis copiam non quovis tempore & loco habere licet. Fingamus igitur eam exſiccatam ad extracti compoſitionem ſumendam, ubi iuxta ſequentem methodum ſic progredietur.

℞. *Radicis angelicæ craſſo modo conquaſſatæ lib. j. effunde aquam vitæ iuniperinam, vel aquam vitæ vini, vel hydromel vinoſum, aut vinum ipſum, ut tres quatuorve digitos ſuperemineat: colloca vas tuum probe clauſum in Baln. Mar. calido per 4. aut 5. dies: dein materiam cola, & faces prælo quam fortiſſime exprime, & expreſſionem coniunge cum colatura: Faceſque iterum imice in vas vitreum, affundendo novam aquam vitæ, ut tres vel quatuor digitos ſupernatet, digere ut antea, cola & exprime, & ſuccum hunc expreſſum prioribus adde. Omnibus ſimul in alembicum indutis, liquor inde deſtillatur, quam ſervabis ſeorſim, quod autem in fundo inſtar ſapæ remanſerit, tuum erit extractum: cui ad virtutes ſuas augendas adiicias ſuum ſalem: calcinando videlicet faces poſt ſecundam expreſſionem in furno reverberii, ut artis eſt, indeque eliciendo ſalem cum aqua ulmariæ & petaſitidis: quæ aquæ addatur extracto, omniaque invicem probe miſceantur & digerantur in Baln. M. per unum atque alterum diem. Poſtea liquor inde deſtilletur per alembicum in Balneo vaporoſo, ad ſiccitatem uſque.*

Servabis hanc aquam, quæ bezoardica & incorporea, eſt, ſeorſim & in fundo reſidebit extractum talis conſiſtentiæ, ut facile in pilulas efformari poſſit: ex quo una formata in piſi magnitudine, aut xv. vel xx. granorum pondere, ſingulare & potentiſſimum erit ſudativum bezoardicum: ſuperbibendo ſtatim propriæ aquæ ultimo reſervatæ Vnc. unam vel duas: iliud remedium eſt adverſus peſtem potiſſimum, & contra omnis generis affectus contagioſos, cum maligna & venenata qualitate coniunctos. Si huic pilulæ addideris 7. vel 8. grana ſulphuris noſtri aurati diaphoretici, quod infra deſcribemus, ſudativum parabis prorſus admirabile, eiuſque virtutes longe efficaciores validioresque ad prædicta mala contagioſa & venenata facilius ſubigenda & extirpanda præſtabis.

Eodem modo conficies extracta ex radicib⁹ *imperialis, Zedoariæ, tormentillæ, gentianæ, ariſtologiæ, inulæ campanæ*, quæ iiſdem fere intentionibus medendi inſerviunt. Efficaciter autem omnes corporis corruptiones & putredines auferunt & corrigunt: vermeſque ſive lumbricos corpore naſcentes, varioſque morbos excitantes enecant & è medio tollunt.

Similiter quoque admirandum erit ſudativum ad febres quartanas & omnes morboſos craſſo & fæculento humoram tartaro progeſſos, extractum zingiberis, quod ſpiritu vini elicies, cuius doſis eſt pilula piſi magnitudine, & mirabiles animadvertes effectus. Sic etiam extrahent ex *radicibus pæoniæ viſco querno & viſco coryli* ad epilepſiam. Sed loco aquæ vitæ ſubſtituantur aquæ *pæoniæ, viſco querno & viſco coryli* ad epilepſiam. Sed loco aquæ vitæ ſubſtituatur aqua *pæoniæ, ſlorum tiliæ, aut liliiconvall.* ad extracta concipienda. Et ſic parabis varia extracta ex omnis generis radicib⁹, ꝑ diverſa nempe ac varia earundem natura & proprietate quà variis morbis expugnandis accommodantur. Si enim omnia ſigillatim deſcribere animus eſſet, opus excreſceret in infinitum, nullusque daretur finis. Vt igitur *ſupra*, ita & hic exemplaris vicem ſuſtinebunt, hæc quæ modo expoſui-

posuimus, iuxta quæ omnis generis extracta alia fabricare & componere concedetur.

Si radices, ex quibus extracta concinnatæ voles, fuerint succulentæ, plurimoque liquore abundaverint, solummodo ex iis optime mundatis & contusis prælo succus exprimendus erit: qui succus citra additionem alterius liquoris immittatur in vas vitreum cum collo oblongo, & quantitatis conficiendæ capax, omnia digerantur in Baln. Mar. calido per aliquot dies, donec succus tuus, quantumvis albus, in rubeum converatur colorem, instar vini rubicundissimi aut sanguinis, quod citra dubium per solam digestionem accidit, non secus, ac vinum album, & panis albus, aliaque poculenta & esculenta coloris albi, nec non lac amygdalarum, hordeatum mundum, & similia, è quibus alimenta haurimus, opera digestionis in Baln. Mar. caloris animalis factæ, convertuntur in succum rubicundum, nempe in sanguinem. Qui sic ut optime temperatus, dulcisque gustu est, ita omnia extracta artificio nostro ducta cũ rubedine sua, quæ illorum perfectionis signum est, coniunctam simul habent insignem dulcedinem, cuius ope ipsa diutissime sine saccharo & melle conservantur, cum videlicet perfecte depurata fuerint, sicut fusius & dilucidus *capite de syrupis* declaravimus. Materia igitur in rubedinem conversa, omnique hypostasi sive crassamento separato liquor separandus est, qui colore albo inde destillabitur: extractum autem in fundo remanebit in forma sapæ rubicundæ. Vt longissimo conservetur tempore, evaporatio fiat in Baln. vaporoso ad omnem siccitatem, donec materia in pilulas reduci possit.

Sic extractum compones ex *radice hyoscyami* cuius usus erit ad anodyni cuiusdam & laudani compositionem. Sic etiam extractum purgans è radicibus esulæ, ut mox dicemus, & ex infinitis aliis radicibus succulentis, diversis scopis curatius accommodatis elicies.

Alia quoque ratio extractum conficiendi ex radicibus multo succo abundantibus. Hoc extracti genus fæculæ nomine insignatum est, ac si exiguam sive minimam fæcem separandam & usui adaptandam pronunciares.

Vt igitur fiat fæcula bryoniæ, quæ ut ante diximus, singulare est mundativum matricis, & verum hystericum medicamentum contra quascunque uteri suffocationes, processus operationis in eum, qui sequitur, modum instituatur.

℞. *Rasuram raditis bryoniæ quam minutim concisam & contusam indas in saccum linteum, è quo sub prælo extractas ac exprimas quam fortissime succum, qui succus in vitro ad servandis destinato detineatur in loco frigido, non calido, & pauco dierum spatio videbis in fundo colligi fæces albissimas instar amyli, quibus supernatat aqua turbida, & alba instar seri lactis, quam separabis per inclinationem: amylum autem in fundo residens, in pluribus vasis parvis vitreis pones ut optime deficcetur in umbra, non in loco calido, & paucis horis materia exsiccabitur in forma amyli*, quod fæculam bryoniæ appellant, ex qua fingitur pilula 10. vel 12. granorum pondere, admiscendo paucum *castoreum*, vel *asam fœtidam*, summum & præcipuum remedium est contra omnes matricis suffocationes.

Sic fæcula ex radice Iridis præparatur, quę singulare remedium est adversus hydropisim.

Ita etiam fit fæcula ex radice Aronis, quæ efficax est ad humores corporis nostri tartareos, gũmosos ac tenacissimos dissolvendos, qui alias durities & obstructiones viscerum progiguunt, & seminaria, radices & fontes existunt plurimorum diturnorum & deploratorum morborum, quales sunt febres quartanæ, cachexiæ & similes: sed huic fæculæ iam exsiccatæ affunde *aquas filicis vel scolopendriæ*, q. suff. digerantur ad ignem Baln. Mar. per unum aut alterum diem, aqua dein per inclinationẽ separetur, & materia tandem denuo in umbra exsiccetur, ut fiat fæcula.

Notandum est autem, præter enarrata radicum extracta quædam esse, in quibus præparandi ratio à priori longe differt, hæque ipsa sunt, quæ vires naturales instaurant, & corroborant, aut insigniter consolidant, ubi vini panisque additione opus est, quæ duo naturam maxime nutriunt ac sustentant, & reliquis simplicibus, cum quibus miscentur, vehiculi instar sunt, ut eorum virtutes promptius in venas & profundissima quæque loca transferantur. Exempli causa, ad herniam quantumvis completam compendiosius citiusque curandam, extractum educes ex symphyto, sigillo Salomonis, quale mox describendum aggrediemur, & ad naturam debilem & eneruatam calefaciendam, suoque vigori restituendam, uterique fœcunditatem excitandam, parabis extractum Satyrionis.

Extractum sive sanguis Symphyti.

℞. *Radicum Symphyti maioris & minoris simul optime mundatar. hanc in mortario marmoreo probe contunde cum pistillo ligneo, donec formam pulpæ sortiatur. Ad iiij. libras huius pulpæ adjice medullæ panis secalini, & panis siliginei sive tritici ana lib. i. Omnia invicem probe mixta, & tantillo vini albi irrigata injiciantur in matracium vitreum cum Collo longo, subere vel cera Hispanica optime obturatum, ut nihil transpiret. Hoc matracium collocetur in fimo calido, quem chymici ventrem equinum vocant, sive in balneo vaporoso, donec materia in chyli sanguinei ac rubicundi colorem convertatur. Tunc illam fortiter prælo exprime, & expressionem hanc chylosam & sanguineam pone in balneo vaporoso, illud in hac secunda digestione maiorem acquiret rubedinem, & fæces aliquot in fundo relinquet, quas separabis, continuando hanc digestionem & depurationem, donec materia clarissima & rubicundissima apparuerit. Separa ab illa tunc liquorem clariorem per alembicum ad ignem Balnei vaporosi, & remanebit in fundo extractum rubicundissimum; quod nominant sanguinem symphyti*, ad hernias & omnia ulcera interna præstantissimum: Dosis est ℈. i. mane; dissoluendum est in sua propria aqua destillata, vel in vino albo, vel alio liquore congruo, continuando ad plusculos dies, & egregios mirosque effectus inde produci comperies.

Eodem modo extractum sive sanguinem ex satyrione extrahes, quod singulare matricis corroborans, & specificum est remedium ad conceptionem, prolisque generationem iuvandam, sterilissimisque quantumlibet mulieribus fœcunditatis donum impertit, virique

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 676 sur 955

potentiam ad priſtinum vigorem reducit, cuius imitatione alia plura effingere licebit. Sed verus philoſophus ulterius adhuc progredietur, & per eandem viam tum ex frumento, tum ex vino educet ſubſtantiam quandam ſangvineam, alendi ac vivificante facultate potentem: qua cauſam generationis carnis in corpore noſtro indagabit.

Sequuntur nunc extracta baccarum, granatorum & ſeminum.

De Baccis ſive granis iuniperi nigris & probe maturis fit extractum, quod vocant Theriacã Germanicam, de qua *ſupra* iam locuti ſumus, eiuſque præparationem tradidimus, ita ut de eadem plura verba facere ſit ſupervacaneum.

Ex iisdem baccis alia quædam methodo præparatur extractum cum ſua propria, ſcilicet aqua vitæ, de qua antea diximus, modumque eam præparandi declaravimus, vel in magna etiam quantitate, ſicut nihil ea communius e ſt in Germania. Accipiendæ igitur ſunt 4. vel 5. libræ baccarum iuniperi ſelectiſsimarum, & modice conquaſſatarũ: his imple ad medium uſque matracium vitreum capax, ſuperaffundendo ſuam proprium aquam vitæ, vel aquam earundem deſtillatam, (cum ſcilicet oleum ex iiſdem deſtillaveris per Alembicum magnum cupreum, in modum aliorum oleorum) ut una ex alterutra harum aquarum 4. aut 5. digitos ſupernatet licet aqua vitæ alteri præſtet, vaſe rite clauſo ſtent in digeſtione Baln. Mar. per 5. aut 6. dies, donec dicta aqua intenſe coloretur, & virtutibus baccarum illarum imprægnetur. Effunde aquam hanc tinctam per inclinationem, & fæces adhuc calentes fortiter exprime per torcular: hanc expreſsionem adde eidem aquæ coloratæ: omnibus in alembicum vitreum inditis, liquor inde ad ſiccitatem uſque deſtilletur in B. vaporoſo, in quo materia tua ab omni aduſtione immunis erit: quã inde deſtillatam ſerva ſeorſim, & extractum etiam ſeorſim quod inſtar ſapæ erit, longoque conſervabitur tempore. De hoc extracto exhibe Scr. j. vel duos, vel aquæ propriæ deſtillatæ cochlearia, & habebis ſummum ſudorificum bezoardicum contra omnes peſtes & venena.

Eadem via procedes in extractione baccarũ lauri cum ſua propria aqua vitæ aut aqua iisdem deſtillata, ubi ſemel illarum oleum paraveris per magnum Alembicum: quod fit miiciendo lib. j. baccarum conquaſſatarum in quinque aut ſex lib. aquæ communis, cuius ope oleum iſtud aſcendit, facileque ab aqua ſeparatur: Nam ipſi aquæ innatat. Aqua vero interim attrahit, & confervat adeo exacte & perfecte odorem, ſaporem, aliasq; virtutes prædictarum baccarum, ut longe ſit præſtantior & melior, ad compoſitionem ſui proprii extracti quam quivis alius liquor extraneus & peregrinus.

Eodem artificio, conficies extracta ex omnibus aliis baccis, granis & ſeminibus vel extractum purgans *ex hedera*, extractum antepilepticum ex *ſeminibus pæoniæ*: extractum carminativum & flatibus diſſipandis aptum, ex ſeminibus *fœniculi*, *aniſi*, *cumini*, *dauci* & ſimilibus. In eundem modum fieri poterunt infinita alia extracta diverſis iisdemque morbis appropriata, quibus ſimplicia, è quibus educuntur, conferunt.

Sunt ex granis quædam ſuccu'entiora & magis vinoſa, quorum extracta aliter componuntur: veluti eſt ſuccus uvarum, qui expreſſus educitur in ſapam: quæ una ratio eſt extracta concinnandi: eſtque ſapa hæc apta ad varia in tinctuum genera componenda.

Sic quoque ex granis maturis ſambuci & ebuli fit extracti genus, ſive ſapa quædam hydropiſi congrua & ſalutaris.

Ex iisdem granis ſambuci probe maturis, & ad umbram per aliquod temporis ſpacium exſiccatis, aliud extracti genus efformabis, quod eſt ſpecificum hyſtericum, idque chymici vocant extractum granorum actes, cuius præparatio ſequentibus verbis continetur.

Collige magnam copiam granorum ſambuci optime ad umbram exſiccatorum, ut diximus: cæteruque omnibus abiectis, ſola grana accipe, quibus ad mediam partem imple matracium magnum cum longo collo, ſuperaffundendo fortiſsimum ſpiritum vini, acidulum redditum cum liquore acido, vel vitrioli, vel ſulphuris, ut materiam tres quatuorve digitos ſupernatet. Vaſe clauſo, ut nihil exprimi poſſit digeſtio in Baln. Mar. per 5. aut 6. dies: donec ſpiritus vini in colorem rubini tinctus apparuerit, quem ſeparabis per inclinationem, cavendo, ne quid ex facibus aut turbulenta materia ſimul tranſeat. De qua tinctura tam, non etiam ſeparato prius menſtruo, hoc eſt, aqua vitæ, quæ ſine corruptione aut alteratione ulla diutiſsime adſervabitur (& cui, ſi voles, addes parum ſacchari, gratioris guſtus cauſa) exhibebis ſemicochlear argenteum, aut cochlear plenum mulieribus, quæ ex veteri provocatione miſeris modis excruciantur, & ſubito effectus ſequetur exoptatiſsimus. Ex improviſo enim, & quaſi miraculoſe expergefient priſtinæque valetudinis integritati reſtituentur.

Rurſus ſi velis, ſepara inde aquam vitæ per Alembicum in balneo vaporoſo, donec in fundo remaneat extractum rubicundiſsimum, de quo exhibebis Scr. j. pro doſi, idque diſſolves in ſua propria aqua deſtillata, aut in quibuſdam aliis convenientibus, aut vino albo, quod inde rubeſcere incipiet.

Ad eundum modum parabis electuarium ex granis ebuli maturis, & ad umbram exſiccatis, hocque extractum ſpecificum eſt remedium contra hydropem & cachexiam.

Sic quoque extracta conficientur ex pluribus aliis fructibus, veluti ex ceraſis nigris agreſtibus, & exſiccatis contra epilepſiam, in cuius extracti compoſitione poteſt loco aquæ vitæ ſubſtitui quædam aqua antepileptica, *depæonia*, &c.

Ex floribus pœoniæ rubeis & exſiccatis eodem modo elicies tincturam cum ſua propria aqua quæ aciditate vitrioli acidula reddetur.

Cum aqua alkekengi acidula quoque facta, ut *ſupra*, extractum è fructibus eius rubicundis, & modice exſiccatis contra calculum comparabis.

Cum aqua ſenelorum quoque acidula, elicies ex ſenelorum eorundem fructibus exſiccatis extractum accommodatiſsimũ, ad præſervationem & curationem calculi.

Sic & ex floribus papaveris rubei exſiccatis, cũ ſua propria aqua, eodem modo acidula reddita, cum

cum liquore acido ſulphuris educes extractum præſtantiſsimum & ſpecificum ad omnes pleuriſes, quod unius ſcrupuli pondere diſſolutum exhibebis in uncia una ſuæ propriæ aquæ deſtillatæ poſt tincturæ imprægnationem. Aut ſi voles omiſſa ſeparatione eaſdem aquas tinctas ſervabis, & de iis præbebis Vnc. ſem. vel Vnc. j. veſperi circa horã ſomni, & miros producet effectus.

Ad hanc normam extractorum, diverſorum lignorum, corticum, radicum, baccarum, granorũ, ſeminum, fructuum & florum, verus & peritus Medicus infinita alia ad diverſos & plurimos affectus effinget remedia.

Reſtat, ut breviter exponamus extracta herbarum, quæ fiunt tribus modis, ut ſequitur.

Primus modus eſt, ut contundatur herba, & prælo eius exprimatur ſuccus, dum adhuc viridis eſt & ſucculenta: poſtea ſuccus hic depuretur in Baln. Mar. calido, tam diu ſeparando purum ab impuro, donec nullę amplius fæces in fundo deſideant. Ab hoc ſucco perfecte ita depurato abſtrahe aqueum liquorem per Balneum vaporoſum, donec in conſiſtentiam ſapæ, aut paulo ſicciorem, ſi diu conſervari debeat, redigatur.

Secundus eſt, ut incidatur herba, cum floreſcit, qua impleatur Alembicum magnum terreum vel cupreum, ſtanno interius obductum, quale eſt illud, quo plerunque olea deſtillari ſolent, depreſſa optime materia hydromelite vinoſo imbuatur: clauſo poſtea vaſe cum quodam operculo, omnia macerentur in calore Solis, ſi æſtas ſit, aut in quodam hypocauſto per 4. aut quinq; dies: poſt exprimantur omnia prælo, & fæcibus affunde novum hydromel, vel aquam vitæ, digerendo & exprimendo omnia, ac denuo idem repetendo, donec fæces omni virtute ſpoliatæ videantur. Omnes hæ expreſsiones ſimul collectæ indantur in Alembicum, ut liquor inde deſtilletur, & in fundo remaneat extractum in forma melli vel ſapæ.

Tertius & ultimus modus educendi extracta ex prædictis herbis eſt, ut earum magna copia ſimul colligatur, quæ minutim incidantur aut contundantur: his impleatur magnum aliquod, aut plura minora Alembica terrea aut vitrea, per quæ aqua illarum ad ſiccitatem deſtilletur, idque in balneo vaporoſo, fæcibus omnino ſuccis, nihil tamen aduſtionis redolentibus, & in pulverem craſſo modo redactis, affũdẽ aquam ſuam propriam deſtillatam, & dum fit omnium in balneo digeſtio, aqua alliciet omnem herbarum tincturam, illarumque qualitatibus eſſentialibꝰ ſub antiſicis imprægnabitur: continenter affundendo novam aquam, & omnia digerendo, ſeparandoque aquam tinctam per inclinationem, ac ſingula denuo repetendo, donec aqua amplius non tingatur, dein omnes hæ aquæ tinctæ, ſimul mixtæ ac in unum aut plura alembica apta inditæ, deſtillentur uſque ad conſiſtentiam ſapæ ſive extracti. Aquas deſtillatas ſeorſim ſervabis, ut in eius unc. j. vel ij. diſſolvatur Drach. ſem. vel dr. j. Et ſic hoc extractum præbebitur in iisdem affectibus, quibus ipſa ſimplicia, unde compoſitum eſt, conveniunt. Sic ex fæcibꝰ illarum calcinatis extraxeris ſalem, cum earundẽ proprio liquore, & hunc liquorem cum ſuo ſale addideris tuis extractis, & adhuc omnia ſimul & ſemel deſtillaveris, ut ſal enumeratus cum extractionibus iſtis exquiſitius miſceatur, multo efficaciorem reddes facultatem extractorũ multiplicẽ, quam habent, nempe purgatoriam, ſudorificam, diureticam, aperitivam & deoppilativam.

Expræſcriptis itaque his tribus modis elige quemcunque volueris, & fac ex herba, radice, & tota reliqua ſubſtantia *chelidoniæ* extractum, quod præſtantiſsimum & ſpecificum eſt medicamentum contra febres tertianas, icterum, cachexias, colores pallidos, & obſtructiones viſcerum, eſtque præterea remedium univerſale, pluribusque expugnandis affectibus prodeſt: item diureticum & ſudorificum ſimul exiſtit, ſi eius ſcrupulum unum in propriæ aquæ cochleari uno, aut duobus infuſum exhibueris.

Sic extractum è meliſſa paratum eſt ſummum cardiacum.

Extractum cardui benedicti, & extractum ulmariæ ſunt ſudorifica, & ſingularia remedia adverſus peſtem.

Ex omnibus præterea herbis iuxta hanc methodum ſimplicia efformabis extracta, ita ut mihi ſatis ſit, in quinque aut ſex ſimplicibus ſelectioribus aut præſtantioribus dotibus, tantum præparationis normam & rationem oſtendiſſe.

Ad eandem normam compones etiam extracta compoſita, Cephalica, Thoracica, Cordialia, & alia, tam maiora quam minora, de quibus *ſupra capite de Antidotis* mentionem fecimus. Et quamvis iam utrumque cephalicum exempli cauſa à nobis deſcriptum ſit, non tamen abſurdum videri debet, ſi illud huc, tanquam ſuo proprio loco rurſus inſeramus.

Extractum cephalicum maius.

℞. *Rad. Acori*
Pæoniæ
Viſci querni
Ligni aloes
Seru. Pæoniæ
Cinnamomi
Caryophyllorum
Macis
Nuc. Moſchat.
Fructuum anacardorum.
Flor. Anthos
Salviæ
Primulæ veris
Pæoniæ
Calendulæ
Betonicæ
Lauendul.
Stœchados Arabic.
Lil. conuall.
Euphrag.
Tiliæ arboris.

Incidenda incidantur, contundenda contundantur, & indantur in matracium vitreum, ſuperaffundendo *aquarum vitæ, ſalviæ, & granorum iuniperi* q. ſuff. ut aqua quatuor digitos ſupernatet materiam. Digerantur omnia ad ignem Baln. Mar. per xj. octove dies, fiat colatura & expreſsio per torcular, indeque ſeparetur liquor aqueus per evaporationem, donec materia in ſapæ ſive extracti forma reſtet in fundo. Doſis Vnc. ſem. in omnibus frigidis affectibus cerebri.

Extra-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 678 sur 955

Extractum cephalicum minus.

℞. *Herb. & Flor. melissæ*
Betonicæ
Pæoniæ
Salviæ
Rosmarini

Omnibus recenter collectis, (quod facile suo tempore fieri potest) & rite contusis, invicemque mixtis, liquor inde separetur, per balneum vaporosum, tursusque idem liquor fæcibus affundatur, ut tinctura inde eliciatur, fiatque omnium multoties reiteratio, procedaturque ulterius, ut in cæteris extractis.

Extractum thoracicum maius.

℞. *Rad. Enulæ campanæ*
Iridis
Tussilaginis
Polypodii
Liquiritiæ in taleolas sectarum aa. ℥ iij.
Iuiubarum
Sebesten.
Vvarum Corinthiac. an. ℥ iv.
Herb. Scabiosæ
Prasii
Hyssopi
Capillor. veneris siccarum & crasso modo contusarum
Sem. Cardui benedicti
Bombacis
Vrticæ
Anisi
Fœniculi
Papaveris albi an. ℥ iij.
Cinnamomi ℥ j.
Flor. sicc. Borraginis
Buglossæ
Tussilaginis
Papaveris rubei an. p. iv.

Omnia contusa & probe invicem mixta, in vas aptum indantur, affundendo aceti scyllitici lib. i. ß.

Aquar. Scabiosæ
Cardui benedicti
Hyssopi
Tussilaginis an. ℔ j.

Digerantur omnia ad lentum ignem per dies aliquot, postea fit expressio & evaporatio substantiæ aqueæ: donec materia in sapæ consistentiam reducatur, sicut de cæteris docuimus, habebis extractum thoracicum maius, quod ad duas drachmas exhibitum, vel solum in forma pilulæ, vel dissolutum in aqua propria, conducit omni asthmati, orthopnœæ, difficili respirationi & similibus thoracis affectibus.

Extractum thoracicum minus.

℞. *Herb. Tussilaginis*
Scabiosæ cum toto
Prasii
Calamenti
Hyssopi recenter collectarum
4. sem. frigidorum
Sem. Vrticæ
& Cardui benedicti.

Omnia subtilissime contusa destillentur in balneo vaporoso usque ad siccitatem, cum propria aqua destillata & siccis fæcibus iterum affusa extrahe tincturam, in cæteris eandem observa methodum, ut hactenus abunde declaravimus, & habebis extractum pectorale minus.

Extractum maius Cardiacum sive Cordiale.

℞. *Rasuræ ligni Aloes*
Ligni rhodii aa. ℥ ij. ß.
Rad. Angelicæ
Scorzoneræ
Zedoariæ aa. ℥ iij.
Cort. Citrii sicca ℥ ij.
Dictamni
Been utriusque
Doronici
Sem. Ocymi
Citrii
Melissæ
Acetosæ
Granorum alkermes an. ℥ i. ß.
Caryophyllorum
Cinnamomi
Croci an. ℥ ß.
Ros. rubrarum p. iij.

Omnibus conquassatis superfundantur

Succi limonum ℔ i. ß.
Aquar. Scordii
Melissæ
Flor. rosmarini an. ℔ j.

Vel quantum sufficit ad materiam bene irrigidam. Omnia digerantur ad ignem lentum, exprimantur, fiantq; reliquæ operationes, ut in supradictis extractis capitalibus & pectoralibus iam explicatum fuit.

Extractum minus cordiale.

℞. *Herb. Scordii*
Tormentillæ
Melissæ cum toto
Scorzoneræ, recenter collect. an. M. iv.
Citriorum in orbiculos dissectorum cum cortice N. v. aut vj.

Omnibus, tam herbis, quam citriis, rite contusis in mortario marmoreo, & probe simul mixtis adiice

Cinnamomi ℥ j.
Croci ℥ ß.
Gallæ moschatæ
Elect. de gemmis. an. ℥ ij.
Camphoræ ℥ j.

Ex his omnibus liquor abstrahatur ad siccitatem per balneum vaporosum, eumque fæcibus residuis rursus affundas ad tincturam eliciendam, pergendo in cæteris, ut in extracto minori pectorali methodus iam præscripta commonstrat. Et sic habebis extractum minus Cordiale.

Extractum maius stomachicum.

℞. *Rad. Calami aromatici sive galangæ*
Cyperi
Ligni aloes an. ℥ iij.
Cort. Arantiorum.
& Cytoniorum exsiccat. an. ℥ j.
Cinnamomi
Macis
Nucis Moschatæ an. ℥ ij.
Menthæ siccæ

Ambræ

Ambrosianæ siccæ an. M. j.
Sem. Anisi
Fœniculi
Ligustici
Granorum myrti an. ℥ j.
Omnium mirobalanorum an. ℥ ß.
Ros. rub. p. iij.

Contundenda contundantur, & incidenda incidantur, misceantur, & indantur in magnum matracium capax, superaffundendo

Succi Granatorum acidorum ℔. *i. ß.*
Aquæ Cinnamomi ℔. *ß.*
Aquæ Menthæ &
Absynthii an. ℔. *j.*

Vel quantum sufficit ad materiam irrigandam: cum his enumeratis liquoribus fiat tandem digestio in B. Et in reliquis imitare progressum superiorum extractorum maiorum.

Extractum stomachicum minus.

℣. Mentæ
Ambrosianæ an. M. iv. vel v.
Cytoniorum decorticatorum & in orbiculos tenues dissectorum N. iv.

Herbæ & Cytonia simul contundantur, & in pulpæ formam redigantur: huic pulpæ adde

Macis
Nucis Moschatæ an. ℥ i. ß.
Spec. Aromatici rosati ℥ j.

Mixtis invicem omnibus, & in alembicum iniectis, fiat destillatio per balneum vaporosum ad siccitatem: Aquam inde elicitam iterum affunde fœcibus, & in cæteris ad proliciendum extractum sequere rationem reliquorum ex tractorum minorum, iam *supra* a nobis traditorum.

Extractum hepaticum majus.

℣. *Ligni Cassiæ*
& omnium santalorum an. ℥ ij.
Rad. Rubiæ tinctorum
Filicis utriusque
Acetosæ
Oxylapathi
Rhabarbari an. ℥ j.
Eupatorii Mes.
Comarum absynthii pontici
Hepatic. an. m. ij.
Sem. Apii
Petroselini
Schœnantos an. ℥ ß.
Spicæ nardi
Flor. Cichorii
Centaurii minoris
Chelidoniæ
Ros. rub. an. p. iij.

Contundantur & macerantur in vas vitreum: his adde

Aceti passulati ℔. *i. ß.*
Aquar. Agrimoniæ
Acetosæ
Cichorii an. ℔. *j.*

Macerentur, destillentur & aqua rursum affundatur materiæ, & sic educatur extractum iuxta methodum aliorum extractorum maiorum.

Extractum hepaticum minus.

℣. *Rad. Oxylapathi*
Vincetoxici
Acetosæ
Filicis
Cichoreæ sylvestris cum toto an. ℥ iij.
Herbar. Agrimoniæ
Hepaticæ
Centaurii minoris
Chelidoniæ an. m. iiij. vel amplius
Fructuum berberorum maturorum ℔. *ß.*

Omnia contundantur optime seorsim, & probe simul misceantur, quibus dein adiiciantur

Spec. Diarrhodon.
Diatriasantali an. ℥ ß.

Omnibus rite invicem mixtis & in Alembicum inditis, liquor inde ad siccitatem destilletur, qui iterum affundatur fœcibus ad extractum eliciendum, veluti in aliis hactenus factitatum est.

Extractum spleneticum maius.

℣. *Rad. Serpentariæ maioris*
Filicis
Valerianæ an. ℥ ij.
Cort. Fraxini
Capparum
Tamaricis an. ℥ iij.
Fol. Ceterach. m. ij.
Sem. Carduibenedicti
Cumini
Costi an. ℥ j.
Piperis
Cubebarum an. ℥ vj.
Flor. Genistæ
Hyperici
Buglossæ an. p. ij.
Rasuræ eboris
Cinamomi an. unc. ß.
Limaturæ chalybis cum
Sulphure calcinatæ unc. x.

Indantur in matracium vitreum, superaffundēdo

Aceti scyllitici ℔. *j.*
Aceti buglossati
& Sambucini an. ℔. *ß.*
Aquar. Florum ebuli
& scolopendriæ an. q. suff.

Ad materiam rite macerandam: in reliquis sequere modum aliorum extractorum maiorum.

Extractum spleneticum minus.

℣. *Fol. Scolopendriæ*
Fumariæ
Pimpinellæ
Summitatum fraxini an. m. iv.
Florum Genistæ recentium p. vj. vel amplius.

Contundantur in mortario marmoreo: his adde

Spec. Latificantis Gal.
Mirobalanorum omnium
Zingiberis an. unc. ß.
Succi Pomorum redolentium ℔. *j.*

Indantur in Alembicum, & destillentur: deinceps fiat processus, ut in aliis extractis minoribus.

Extractum nephriticum maius.

℣. *Radic. Bardanæ*
Restæ bovis
Eryngiorum an. unc. iij.
Herniariæ siccæ m. ij.
Sem. Cepæ

Vrti-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 680 sur 955

Vrticæ
Raphani
Saxifragiæ
Fœniculi
Anisi
Petroselini an. ℥ ij.
Bacc. Iuniperi
Milii Solis
Nucleorum mespilorum an. ℥ i. ß.
Lapillorum (quos oculos cancri vocant)
Calcis testarum ovorum an. ℥ j.

Contusis & mixtis omnibus adde

Succi limonum ℔ *i. ß.*
Aquar. Stillatitiarum raphani,
Argentariæ
& Alkekengi an. q. suff.

Vt omnia rite macerari possint, ac tandem exprimi, & in extractum admodum cæterorum concinnari.

Extractum nephriticum minus.

℞. *Fol. Argentariæ*
Saxifragiæ an. m. iv.
Fructum alkekengi maturorum & Senelorum an. ℔ *i. ß.*
Granor. Iuniperi maturorum ℥ iv.
Limoniorum in orbiculos dissectorum n. iij.

Contundantur omnia & indantur in matracium: his affunde

Vini alb. ℔ *j.*

Destillentur omnia in Baln. vaporoso ad siccitatem: deinde eadem aqua extrahes tincturam ex dicta materia, quam tandem exprimes, & reduces in extracta, ut reliqua.

Extractum hystericum maius.

℞. *Rad. Bryoniæ ℥ iij.*
Asari ℥ i. ß.
Fol. matricariæ
Arthemisiæ
Nepethæ siccorum an. m. iß
Bacc. Iuniperi
Sem. Seseleos
Ameos
Rutæ
Cari
Anethi an. ℥ ij.
Nucis moschatæ
Cardamomi an. ℥ sem.
Karabes ℥ j.
Castorei ℥ vj.

Contundantur & misceantur, addendo

Hydromelitis vinosi ℔ *i.*
Aquar. matricariæ
Rutæ an. q. suff.

Vt macerari possint: dein fiat expressio & extractum, ut arris est. Singulare est mundificativum matricis, eiusque omnibus affectionibus, à causa præsertim frigida subortis, opitulatur.

Extractum hystericum minus.

℞. *Matricariæ*
Arthemisiæ
Melissæ
Rutæ an. m. iv. vel amplius
Sabinæ m. j.

His herbis adhuc recentibus rite contusis adde

Castorei
Myrrhæ
Croci an. ℥ j.
Cardamomi unc. i. ß.

His porro pro omnibus affunde

Aquæ cinnamomi ℔ *ß.*

Et inde destilla omnem liquorem ad siccitatem per Alembicum in B. vaporoso: quæ destillãdi ratio cæteris omnib. præstantia & securitate præcellit, quod sæpius inculcare non desistimus. Dein cum hoc eodem liquore fæcibus siccis iterum affuso, omnes tincturas elicies: quo effuso per inclinationem fæces exprimes, hancq; expressionem iunges cum liquore sive aqua tincta. Omnib⁹ denuo iniectis in alembicũ, inde destillabi. omnem liquorẽ, quem studiose servabis seorsim, & extractum residebit in fundo in formasapæ aut paulo sicciori: quod ad Scr. j. offeres vel in forma pilulæ, vel dissolutum in sua propria aqua. Admirabile erit in provocandis mensibus & roborando utero: Cuius descriptionem paulo fusius declaravimus, quam reliquorum, ut sit tanquam exemplar & norma, ad quam reliqua efformentur: quorum dosis non excedit scrupulum unum; quequæque præbebis vel in forma pilularum, vel dissoluta in suis propriis aquis quas ad hos usus semper adservabis. Hac itaque methodo confici poterunt, infinita alia extracta, quæ pharmacopœus in tempore parabit ad varios effectus, semperque parata habebit huiusmodi remedia, eaque ex Medici præscripto in usum transferet, cum necessitas exiget: sicq; non opus habebit, ut toties recentia colligat simplicia, aut ad decoctiones, expressionesq; toties cum tanto tædio reiterandas confugiat. Nam in promptu sibi erit extractum, quod statim in congruenti quodam liquore dissolvat, indeque effingat vel bolum, vel pilulas, vel potiuncularm, vel clysterem. *Nos hic adiicimus extractum carminativum, cuius imitatione facillimum erit præparare etiam dysentericum, diureticum vulnerarium, & huius generis alia.

Extractum carminativum.

℞. *Baccar. lauri* ℔ *i.*
Baccarum Iuniperi ℔ *ß. sem.*
Sem. Dauci
Cumini
Fœniculi
Anisi an. unc. iv.
Herb. sic. Calamenti
Origani
Pulegii
Summitatum anethi an. m. iij.
Flor. Camomillæ veræ
Flor. Nucum
Et sambuci an. p. iv.
Cinnamomi
Nucis Moschatæ
Piperis
Cardamomi an. unc. i.

Omnia crasso modo contusa, & simul mixta indantur in alembicum sive vitreum, sive terreum aut cupreum capax superaffundendo hydromel vinosum, aut vinum album generosum, donec materia bene irrigetur. Vase obturato suo operculo fiat digestio in Baln. mediocriter calido per 4. aut 5. dies: quib. elapsis exprimes materiam, vel per torcular tandem, omnemq; liquorem inde expres-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 681 sur 955

expreſſum reſervabis. Fæcibus affunde novum vinum album generoſum, vel aquam vitæ, vel denuo fiat digeſtio & expreſſio, ut hoc modo omnis virtus ſubſtantifica prædictæ materiæ exquiſitius extrahatur. Omnibus expreſſionibus invicem mixtis, & in Alembicum inditis, inde totus ſeparetur liquor, quem accurate ſervabis ſeorſim: ſicut & extractum Carminativum, quod in fundo remanebit in conſiſtentia inter durum & molle media: quod; ad 20. uſque grana exhibebis iis, qui colicis torquentur cruciatibus, vel vitium habent in ventriculo, aut inteſtinis, vel in forma pilularum, vel diſſolutum cum ſua propria aqua, ut Clyſterem componas, de eo accipere oportet ʒ j. ß. vel duas, idq; pro nocte diſſolutæ vel in quodam juſculo vel in lacte, vel in vino, & ſic dicto citius parat im habebis enema carminativum, cum quo extracto ſi voles, addere poteris extracta laxativa ad deturbandam & evacuandam ſentinam.

Hactenus tractatum à nobis eſt de extractis ſimplicibus & compoſitis, quæ alterationi, corroborationi, aliiſq; pluribus medendi indicationibus inſerviunt: nunc nobis dicendum reſtat de extractionibus ſimplicibus & compoſitis purgantibus. Quamvis autem ante annos pluſquam triginta in tractatu noſtro de ſpagirica præparatione, de huius generis extractis egerimus, ita ut VVeckerus maximam illorum partem in Antidotarium ſuum generale tranſtulerit, mihiq; hic occaſio eſſet in noſtram hanc Pharmacopœam eadem introducere: nos tamen in iiſdem deſcribendis nunc alia plane utemur methodo ac via, facili nimirum & perſpicua: publicoque perfruendos alios elargiemur fructus, quos favente Minerva ex Vulcani interim officina exhauſimus, prætermiſſis iis, quæ vel in noſtris, vel aliorum voluminibus deſcripta jam reperiuntur.

Iam *ſupra* fuſe & dilucide ſatis docuimus rationem eliciendi eſſentiam Aloes; eſſentiam dicimus, quia ab extracto, quale aloes iam eſt, præparata fuit. Quo pacto elicere quoque licet eſſentiam *elaterii* aliorumq; ſuccorum expreſſorum, concretorum, & craſſo modo in extracta reductorum.

Extractum ſive eſſentia rhabarbari fit hoc modo:

℞. *Rhabarbari electi* ℔. ß. *vel quantum voles: huic craſſo modo conquaſſato affunde aquam endiviæ, ſucco limoniorum vel citriorum acidulam redditam, ut rhabarbaro ſupernatet ad* ℔. ß. *His correctivi loco adiice*

Cinnamomi ʒ. ß.
Santali rubri ʒ. j.

Omnia ſtent in digeſtione Baln. Mar. *donec aqua cichoreæ in rubini tingatur colorem. Hanc aquam tinctam ſepara per inclinationem: ſæpius affundendo novam aquam, continuando hanc operationem, donec aquæ amplius non coloretur: tandem expreſſis fortiter omnibus, & cum priori aqua tincta permixtis, inde ſeparabis aqueum liquorem per baln. vaporoſum: & extractum ſubſidebit in fundo in forma gummi vel ſapæ perfecte coctæ & rubicundiſſimæ.*

Eodem modo extractum parabis ex omnibus radicibus modica purgandi facultate proditis, quales ſunt *gentiana, mechoaca, ſanicula Dodonæi*, &c.

Sic quoque extractum *ſenæ* fiet: ſed loco aquæ *cichoreæ* accipienda erit aqua *pomorum redolentium*, quæ acidula ſit facta, (loco ſuccі limoniorum) liquoribus acidulis, vel ſalis petræ, vel ſulphuris, vel vitrioli, qui tincturis foliorum & florum quantumvis iam emarcidorũ, exſiccatorum, diuq; in arculis reſervatorum, extrahendis aptiſſime conveniunt: Correctivi vicem ſubibit *aniſum aut caryophylli* in pauca quantitate addita.

Sic eadem methodo extracta conficies ex omnibus floribus purgantibus, ex *roſis pallidis, violis, floribus Perſicæ arboris, floribus prunorum, tam ſylveſtrium, quam hortenſium, floribus centaurii, fumiterræ, & hyperici.*

Sic ex *agarico*, ex *ſeminibus ebuli, ſileris montani*, & ſimilibus, præclara quoque extracta educes purgantia.

Proponamus modum extracta parandi ex ſimplicibus violentioribus, initium ſumentes ab illorum radicibus ex quibus alio modo, quam in præcedentibus, extracta concinnantur. Exordiemur autem ab extracto eſulæ omni hydropiſi, aliisque morbis, in quibus ſeroſorum humorum expurgatione opus eſt, apto & congruo.

℞. *Radices & folia, hoc eſt, totam ſubſtantiam eſulæ minoris, ex his exquiſitiſſime contuſis exprimatur ſuccus per torcular: hoc ſucco in matracium vitreum cum collo longo indito fiat digeſtio in Baln. Mar. Fæcibus, in quibus adhuc plurimum virtutis purgantis ineſt, affunde ſerum lactis clarum, aut aquam lactis deſtillatam, ad fæces rite & exquiſite irrigandas, quæ in aliud vas iniectæ digerantur per idem Bal. M. tribus quatuorve diebus: dein omnia prælo fortiter exprime: hæc ultima expreſſio addatur alteri priori omnia digerendo in eodem B. Mag. ſeparando fæces à claro, ſive purũ ab impuro, donec materia tua nihil amplius craſſamenti deponat, ſed clariſſima, colore rubicundiſſima, guſtuque dulciſſima in fundo ſubſideat,* quæ veræ perfectæque digeſtionis ſigna ſunt, ſicut iam alibi diximus.

Hæc materia transfundatur in aliud Alembicum, ut liquor omnis inde deſtilletur ad ſiccitatem per B. M. vaporoſum, & in fundo remanebit extractum eſulæ in forma ſapæ rubicundiſſimæ, & guſtu dulciſſimæ: de quo extracto exhibe ʒ ß. idq; vel in forma pilularum, vel diſſolutum in ſua propria aqua, quam reſervaſti. Summum & excellens purgans eſt, & omnibus hydropiſibus, cachexiis & vermibus aptiſſimum remedium.

Idem extractum parabis etiam alia methodo; contundendo ut *ſupra* eſulam, & deſtillando aquã ſuam uſque ad ſiccitatem, rurſumque affundendo aquam ſuam propriis ſuis fæcibus ſiccis, ſed nequaquam tamen exuſtis. Nam *balneum vaporoſum impedit omnem uſtionem.* Hæc aqua alliciet & extrahet tincturam eſulæ, & impenſe colorabitur: quam deſtillabis & extractum ſive ſapa remanebit in fundo Alembici: Et eandem aquam deſtillatam affundes denuo fæcibus prioribus, ex quibus paraſti extractum, idq; toties reiterando, donec aqua non amplius tingatur, & ultimo poſt macerationem exprimendo dictas fæces per torcular, & addendo enarratam expreſſionem tincturis reliquis, ut ex omnibus fiat unum extractum. Si ex fæcibus utriuſque præparationis combuſtis, ſalem cum ſua propria aqua, eamque extracto proprio addideris, eius purgandi vim & efficaciam validiorem reddes. Sunt multi, qui in præparandis huiuſmodi extractis, tum eſulæ, tum aliorum quorumvis purgantium ſola aqua vitæ utuntur, quod nobis non adeo diſplicet: eſt enim ignis naturæ ille, qui digerit & concoquit horum ſimplicium cruditates, in quo plurimum ſitum eſt. Præterea eadem tam

tenuium & aerearum exiſtit partium, ut hoc nomine promptius, quam cætera quævis diſſoluentia alliciat rerum eſſentias, quibus extractis facile inde ſeparatur. Sed plus mihi arridet ratio illa, quam modo declaravimus; de quibus tamen omnibus liberum cuivis relinquo judicium.

Ad hunc igitur *ſupra* commemoratum modum extracta præparabis ex *thymelea, mezereo*, & reliquis omnibus tithymali ſpeciebus, & ex ipſo quoque *helleboro nigro*, ſi in loco eo habitaveris, ubi recens colligi poteſt.

Sed cum non omnes montibus ſimus vicini, quibus hæc verba copioſe creſcere ſolet, neque eius copia, niſi cum jam exſiccata ſit, facile detur, eiuſdem extractum in hunc ſequentem modum præparandum docebimus.

℞. *Radicum & fibrarum hellebori veri*, (cave ne adulterinum accipias) *lib. ſ. omnem ſordiem priùs aqua ablue: dein ea macera per integrum diem in aceto roſato*: hoc enim tollet nimiam illorum acrimoniam & venenatam qualitatem; *effunde acetum: radices autem mediocriter ad ignem lentum exſiccata & craſſo modo contuſa, indantur in matracium capax, ſuper affundendo ſuccilimoniorum partem unam, & ſuccipomorum redolentium partes duas (ſuccis his priùs optimè depuratis & clarificatis) ut materiam duos treſve digitos ſupernatent: omnia ſtent in digeſtione B. M. donec ſucci in colorem rubicundum tingantur, & exactè impregnentur tota hellebori ſubſtantia. Cola poſtea omnia, & faces prælo exprime, ultimam hanc expreſſionem commiſce cum primacolatura: & iterum affunde facibus novam ſuccum roſarum pallidarum optimè clarificatum, indeque denuo extrahe omnem ſubſtantificam virtutem in B. M. colando & exprimendo iterum omnia, & miſce hanc colaturam & expreſſionem cum prioribus illis: omnibus in matracium capax iniectis, fiat digeſtio in Balneo, purumque ab impuro ſeparetur. Tandem ſepara, ad calorem lentum humiditatem, donec in fundo maneat extractum in ſpiſſiori paulo forma, quam ſapa eſt: de quo miſcebis ℈ ſ. cum ℈ ß. extracti confect. Hamech*, cuius deſcriptio habetur in Diætetico noſtro: *ex qua mixtione formabis duas pilulas*, & habebis excellentiſſimum remedium purgans, contra omnes manias, epilepſias, melancholias, febres quartanas, & alios morbos, qui altiores radices agunt, & occulta habent ſeminaria: effectus præterea demonſtrabit exiguos, citra ullam tamen moleſtiam aut perturbationem.

NOTA.

Poſtquam enumeratæ *helleboro* addideris, *extractum confect. Hamech* purgans, iis inſuper adde *extractum trochiſcorum alhandal vel diagridii* rite præparatum, aut nimi e aliquod purgans, quod purgationem per inferna promoveat, & vomitivam *hellebori* vim cohibeat: quod inprimis notandum eſt in cæteris omnibus violentis purgantibus, & vomitoria facultate ſimul pollentibus: hæc enim vomitoria vis *per additionem remedii purgantis, quod facultatem habet per inferiora trahendi, ac educendi*, omni retunditur & inhibetur.

Hactenus haud dubie animadvertiſti in variis eiuſmodi purgantibus extractis, varia quoque menſtrua & diſſoluentia, apta tamen & congrua à nobis uſurpari: & quorum magni & egregii effectus abunde ſatis patebunt. Sed verus & peritus chymicus, qui ingenioſa quadam arte & induſtria ſciverit præparare aquam vitæ tartariſatam, huiuſque perfectam cognitionem adeptus fuerit, is poterit inde eruere diſſoluens quoddam ſive menſtruum generale, quo extrahet eſſentias omnium rerum purgantium, radicum, foliorum, herbarum, ſeminum, fructuum & florum: is, inquam, vere gloriari poterit de ſummo & elegantiſſimo Naturæ myſterio: de quo non licet plura addere, ne iuſtam Doctorum iram & reprehenſionem incurram: hi enim vitio mihi verterent, ſi tam pretioſas margaritas nimis aperta & clara verborum oratione proſtituerem, eaſque porcis proiicerem, hoc eſt, in commune & rude vulgus tam rara & præclara arcana ſpargerem ac diſſeminarem: quod tantis arcanis indignum, cæteris tamen, quæ in ſcriptis noſtris liberali impertivimus manu, merito acquieſcet.

Iuxtà has deſcriptas ſimplicium extractorum formulas conficiet expertus & induſtrius Medicus tot, quot voluerit, extracta: quibus ea addet correctiva, quæ ſcopo ſuo ſatisfacient.

Supereſt, ut in pharmacopœæ noſtræ decorationem adiungamus extracta quædam compoſita, tam Catholica ſive univerſalia, quam cholagoga, phlegmagoga & melanagoga: iuxta eam videlicet methodum, quam in purgantium vulgarium tractatione *ſupra* ſecuti ſumus.

Extractum Catholicum.

℞. *Fibrarum hellebori nigri cum aceto præparatarum (hæc enim eſt primi hellebori præparatio, ut eam ſupra diximus)* ℥ ſ. ß.
Turbith albi & gummoſi
Hermodactylorum an. ℥ ij.
Aſari
Gratiolæ ana ℥ ſ.
Trochiſcorum Albandal ℥ vj.

Omnia conquaſſata indantur in matracium, addendo

Spec. latificantis Gal.
Diarrhodon ana ℥ ij.

Super affundendo

Aquar. Fumiterræ
Pomorum redolentium an. lb ſ.
Succi Limoniorum optimè depurati
Succi Granatorum acidorum ſive barberorum ana lb. ß.

Vt liquores materiam duos digitos ſupernatent: ſtent omnia in digeſtione Balnei calidi per 6 aut 7. dies: Poſtea colentur & exprimantur omnia per torcular fortiſſimè, & ſervetur hæc expreſſio.

Seorſim autem fac hoc ſequens extractum.

℞. *Rhabarbari* ℥ ij.
Agarici trochiſcati ℥ x.
Folicul. ſenæ ℥ iij.

His correctivi loco adde

Cinnamomi ℥ ij.
Caryophyllorum
Aniſi ana ℥ ſ.

Super affundendo

Aquar. Agrimoniæ
Cichorii.
Acidularum redditarum ſucco limoniorum quantum ſufficit vel potius liquoribus acidulis ſulphuris aut vitrioli imbuantur

tur, qui promptißime allicient tincturas & virtutes purgativas: fiat extractum digerendos curando & exprimendo omnia, ut ſupra. Hæc expreſsio addatur priori, liquor omnis inde eliciatur ad ſiccitatem per Baln. vaporoſum, & in fundo reſidebit extractum Catholicum, de quo exhibebis ʒß. vel ad ſummum ʒ *j.* illumque in ſuo proprio liquore diſſolues, quem ad hos uſus ſervabis, vel in forma pilularum exhibitum purgans univerſale habebis præſtantiſſimum.

Extractum cholagogum ſolutivum.

℞. *Rhabarbari* ʒ *vj.*
Folicul. Senæ ʒ *iiij.*
Scammoneæ præparatæ ʒ *j.*
Spicæ nardi
Santali citrini
Cinnamomi ana ʒ ß.
Trochiſcorum berberæ ʒ *ij.*

His affunde ſucci roſ. pallidarum optime depurati q. ſuff. digere, cola, & exprime omnia calide per torcular, & fac extractum in conſiſtentia ſapæ: cui addes æquali pondere extractum ſive eſſentiam aloes ſeorſim paratam, ut iam docuimus ſupra capite de pilulis; miſce & decoque omnia ad ignem lentum uſque ad eam conſiſtentiam, ut pilulam unam magnam vel duas minores inde formare poſsis. Purgant benigne & ſufficienter omnes humores ſeroſos, calidos & bilioſos. Doſis eſt ϑ j. ß. Vel ſi voles, addes huic extracto (loco aloes) *extracti, caſſiæ tamarindorum & prunorum dulcium ana æquale pondus extracti ponderi reſpondens, coquantur omnia in formam opiatæ.* Sufficiet de eo exhibere pro doſi ʒ ij. vel ii. ad ſummum, in forma boli, quem præbebis cum ſyrupo violato violaceo. Et excellens & benignum parabis remedium ad febres tertianas ſimplices & duplicatas: ad febres item continuas ardentes & bilioſas, & ad quævis mala, à cauſa calida in capite, ſive in aliis partibus, ſuborta.

Extractum ex Caſſia docuimus in noſtro Diætetico.

Phlegmagogon.

℞. *Agarici trochiſcati* ʒ *iiij.*
Hermodactylorum.
Turbith.
Senæ
Medullæ carthamiana ʒ *iij.*
Rad. Eſulæ præparatæ ʒ *j.*
Trochiſcorum alhandal ʒ ß.
Salis gemmæ.
Macis ana ʒ *j.* ß.
Spec. Aromatici roſati ʒ *ij.*
Cum aquæ cinnamomi fiat extractum.

Sufficit de eo offerre ϑ j. ß. in forma pilulæ, Morbis omnibus pituitoſis, & ex cauſa frigida ſubortis mirifice confert, morbo præſertim articulari. Humores enim pituitoſos & ſeroſos in articulos decumbentes mirum in modum educit.

Radicis eſulæ præparatio una eademque eſt cum hellebori præparatione: macerando nempe eam per 24. horas in aceto roſato optimo, & dein exſiccando.

Melanagogon.

℞. *Rad. folicul. ſenæ* ʒ *vj.*
ſeu Fibrarum hellebori præparatarum ʒ *ij.*
Turbith.
Myrobalanorum omnium ana ʒ *j.* ß.
Trochiſcorum alhandal. ʒ *vj.*
Flor. Violarum.
Roſarum rubrarum.
Epithymi ana p. ij.
Spec. Latificantis Gal. ʒ *ij.*
Succ. Optime depuratorum fumi terræ.
Pomorum redolentium.
Et ſeri lactis ana q. ſuff.

Fiat enumeratorum ſimplicium omnium, craſſo modo conquaſſatorum, maceratio & digeſtio in balneo per 8. dies: Poſtea colentur, exprimantur & depurentur & reducantur in extractum, ſicut cætera.

Eodem modo extractum conficies ex ſpeciebus *hieræ Picræ Galeni, hieræ colocynthidos, diaturbith, diacarthami, diaphœnici* ac fere ex omnibus pilulis aliiſque purgantibus, cum menſtruis congruis: nimirum cum *aquis fumiterræ, filicis, agrimoniæ, pomorum redolentium, ſero lactis*, & ſimilibus, aciduris reddicis cum ſucco limoniorum, aut cum quodam aceto ſcilliticо, vel alio in cæteris procedendo, ut *ſupra*.

Sed proprium diſſoluens omnium purgantium in genere, radicum nempe, herbarum, ſeminum, & florum eſt aqua vitæ tartariſata, omnibus veris philoſophis ad unguem cognita & perſpecta: Sed præſtat tantum arcanum ſilentio involuere, quam promiſcue omnibus patefacere, & temere effutire.

Præter omnia enarrata extracta ſimplicia & compoſita, alterantia, corroborantia, & purgantia, quæque omnia è vegetabilium ordine deſumpta ſunt: quædam adhuc ſuperſunt tractanda, quæ ex animalium partibus educuntur. Huiuſmodi igitur, quorum etiam *ſupra* mentionem fecimus, nunc deſcribenda aggrediemur.

Exordiemur autem ab iis, quæ ab homine ſumuntur. Sed non eſt inſtituti noſtri, cuncta illa magiſteria & arcana, quæ ab eodem erui poſſunt, hic enumerare aut introducere, veluti ſunt admirandæ illæ præparationes mumiæ tam recentis corporeæ, quam liquidæ ſpiritualis: variæ item & elegantiſſimæ illæ præparationes cranii tam recentis, quam è ſepulchro extracti: hæc omnia, inquam, ſi hic inferenda eſſent, finis nunquam daretur: peti igitur poſſunt aliunde ex aliis ſcriptis noſtris. Sufficit mihi nunc unicam tantum deſcriptionem extracti cranii humani in medium proferre.

℣. Igitur duo vel tria crania recentia, hæc in mortario marmoreo craſſo modo terantur, materia hoc modo trita indatur in matracium capax cum collo longo, ſuperaffundendo aquam vitæ iuniperi, ſive ſalviæ, ut 4. vel 5. digitos ſupernatet, vaſe accuratiſſime clauſo, ne quid tranſpiret, fiat digeſtio in Baln. vaporoſo per 12. dies ad minimum, poſt coletur & exprimatur materia per torcular perquam fortiſſime, ex qua liquor exibit rubicundus inſtar ſanguinis, qui oleoſus & reſinoſus erit: iterum affundatur fæcibus novum menſtruum, digerendo per 4. vel 5. dies, colando & exprimendo adhuc omnia per torcular, ita ut omnis eſſentia ſubſtantifica exactiſſime extrahatur. Omnes hæ expreſſiones & liquores invicem commixti & in Alembicum inditi, deſtillentur per B. vaporoſum, donec remaneat extractum in forma ſapæ, impræ-gnatum tum ſulphure, tum ſale, quo potiſſimum cranium abundat, imo *totum fere ſalinum exiſtit*, hoc extractum digeſtum & perfecte depuratum tanquam theſaurum pretioſiſſimum adverſus epile-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 684 sur 955

pſiam diligenter adſerua, dolis eſt ℈ ß. vel ℈ j. cum ſua propria aqua deſtillata, quæ per ſe præſtans epileptica eſt.

Deſcripſimus *ſupra ſub finem capitis de Decoctis*, extractum ſplenis bouis, efficax & utile ad prouocandos menſes: ad cuius imitationem quoque parabitur extractum hepatis vituli: quod omnibus hepatis affectibus, ipſiuſque imbecillitatibus conducet, in fluxu præſertim hepatico, & hydropiſi. Sed hepati iſti vitulino addenda erunt,

Santali rubri.
Cinnamomi ana ℥ ß.
Spicæ nardi.
Roſarum rubrarum ana p. j.
Conſerv. flor. cichorii ℥ j.
Trochiſcorum Rhabarbari.
Et Eupatorii ana ℥ vj.

Tandemque omnia coquenda in magna phiala capaci, & bene occluſa, in Baln. feruenti per 7. vel 8 horas: donec hepar fere totum in liquorem redactum fuerit: quem ad perfectionem decoques, addendo, ſi velis ſaccharum: ægro ex hepatis imbecillitate laboranti exhibebis huiuſmodi extractum veſperi & mane, & eximios percipies effectus.

Extractum pulmonum non ſolum vulpis, ſed & vituli, & agni, fit conſimili plane methodo, addendo pectoralia affectibus pulmonum congrua.

Eodem modo ex teneris cervorum cornibus, vel ex eorundem etiam cornibus induratis, ſed adhuc recentibus, admirabile conficies extractum, contra peſtem, venena, vermes, corruptiones & diuerſa alia mala & ſymptomata, quæ inde ſuboriri ſolent: ſed loco aquæ vitæ iuniperinæ diſſoluentis perfungetur officio ſua propria aqua, ſi fieri poſſit, vel quædam aqua bezoardica aut theriacalis, cuius varias deſcriptiones *ſupra* tradidimus, quæ aquæ prius acidulæ reddantur cum liquore ſulphuris aciduli.

Extractum caſtorei fit eadem ratione, in cuius præparatione diſſolventis vicem adminiſtrabunt *aquæ meliſſæ, calendulæ, pœoniæ*, aut ſimilium antepilepticarum aut cephalicarum: Et ſufficiet hæc omnia macerare in B. per 4. aut 5. dies, & poſtea colare, exprimere, & liquorem evaporatione inde ſeparare, ut omnia reducantur in extractum, quod conferet omnibus epilepſiis, paraliſibus, apoplexiis, & ſimilibus cerebri affectibus.

Extracta ſiue magiſteria oculorum cancrorum, ut appellant, teſtarum ouorum, limacum & ſimilium, quæ omnia ſalis naturam participant, fiant cum menſtruo acido, cum aceto nempe vini, vel hydromelitis vinoſi, vel cum ſucco limonum, berberorum & ſimilibus. Si igitur ab eiuſmodi teſtis & membranulis ſiue pelliculis ouorum gallinaceorum, & ſimilium rerum diſſolutis, ſtatim eorundem diſſoluens inde ſeparare velis, (quod elegans & magnum utique myſterium haud contemnendum eſt) aliquot guttulæ liquoris ſiue ſalis tartari diſſoluti ſuperiniiciendæ ſunt, & ſic magiſterium parabis excellentiſſimum ad calculos diſſolvendos, ſtrangurias, dyſurias, iſchurias, difficultates & ſuppreſſiones urinæ, pro doſi offerantur paucula tantum grana: tantum enim efficacia & energia pollent eiuſmodi remedia in his affectibus medendis.

Vt extractum fiat è matrice leporina, & ſecundina mulieris fœcundæ, oportet has partes probe prius lauare & abluere vino albo, poſtea deſiccare, & in puluerem reducere, & diſſoluente uti aqua quadam vitæ alkaliſata, quæ ipſas ſubito diſſoluet & in eſſentiam reducet, quæ eſſentia, ſeparato ſuo diſſoluente, efficaciſſima & præſtantiſſima eſt ad matrices ſteriles fœcundandas, & conceptioni idoneas reddendas.

ADDITIO. P.V.

Extractiones ſecretæ officinarum Auguſtanarum.

Rhabarbari.

℞. *rhab. ſelectiſſ. fruſtatim inciſ. ℔ ß.*
ſucc. vel aq. cichor. endiv. an ℔ j.
vini maluat. ℥ j.
infunde horis 24. deinde coque igne lento in duplici vaſe, figulino vitreato, fortiter ſub prælo exprimatur & cum ſacch. ℥ ß. expreſſum percoquatur ad mellis conſiſtentiam.

Extractum aloes earundem.

℞. *aloes ſuccotrin. ℥ v. vel quantumvis, cui infunde aq. beton. ut duobus digitis ſuperemineat, & cum colorem nacta fuerit purpureum, effundatur, & alia recens affundatur ad colorem, idque toties repetendo, donec aqua nullum colorem amplius acquirat, & pura aqua remaneat: tum liquor effuſus in Baln. Mar. extrahatur, & remanentiis infunde æquale pondus ſyr. roſ. ſol. ſimplicis, permiſce & in vaſe vitreo reſerua pro aloes extractione.*

Extractum calami aromatici earumdem.

℞. *calami aromatici quantumvis, incidatur & infundatur per aliquot dies in vini rhenani vel ſalerni quantum ſuffi cit. Deinde ebulliat una & altera ebullitione & fortiter exprimatur. Expreſſum decoque lentiſſimo igne ad conſiſtentiam, quam volueris.*

Extractum D. Bechtholdi Rivii.

℞. *vini generoſi ſæpius deſtillati, vini malvatici generoſiſſimi an. ℔ ij ß.*
cinnam. integri ℥ iij.
caryophyllor.
macis,
nuciſtæ,
rad. garyophyllatæ debito tempore collectæ an. ℥ ß.
zinzib. alb.
zedoar.
galang. an. ℥ j. ß.
cubebar.
granor. paradyſi an. ℥ ß.
rad. irid. florentin. ℥ j.
fol. hyſſopi,
ſalviæ an. ℥ ß.
ſatureiæ ℥ j.
meliſſ.
card. ben.
menthæ an. M j.
fl. calendul.
anthos. an. ℥ ß.

roſ.

Rof. rub.
Albar. an. ℥ j.
Pulverisentur pulverisanda, reliqua incidantur & conquassentur, conjectisque in vitrum idoneum adde
Sacchar. albiss. ℥ vj.
Candi ℥ iij.
Passul. mundatar. ℔. ß.
Maior. ab acinis mundatarum
Caricar pingv. an. q. j.
Camphor. ℥ ij.
Aq. rosac.
Endiv.
fl. sambuc. an. ℔. j.
Meliss. ℔. ß.
Insolentur per mensem orificio vitri accurate clauso: postea rejectis faecibus extractum reservetur in vitro idoneo, manent circiter ℥ lxvij.

Extractum D. Theodori Zvvingeri.

℞. Cort. ligni guaiaci ℥ ij. purgetur aqua fontana à sordibus, macretur in phiala vitrea in iuris gallinacei ℔. ij. vel iij. per noctem, coquatur ad consumptionem tertiae partis vel ad mediocritatem, colatur, loco frigido servetur, ubi refrixerit, ℥ iij. vel iv. infundantur fol. sen. ℥ ß. mane colatur & exprimatur; deinde addatur.
Syr. ros. sol. ℥ ß.
Aq. Beton.
Iuae arthetic.
Salviae vel similis ℥ ß. vel ℥ j.
Cinnamomi.

Vel ℞. Cortic. lign. guaiac. ℥ ij.
Sarsp. parill.
Rad. liquirit. an. unc. ß.
Pulverisentur minutissime. ℞. huius pulveris unc. i. ß. macerentur primo, deinde bulliat in iuris pulli vel aquae communis, vel (si morbus sit chronic⁹ malignus aut gallicus) vini mensura ad dimidium, servetur.

Hinc ℞. Fol. sen. unc. ij.
Mellis vel fl. rosar.
Pallidar. vel cinnam. ℥ ij.
Sacchar. unc. ß. redigantur quoque in pulverē, singulis noctibus in unc. v. decocti superioris frigidi, macerentur pulveris posterioris ℥ vj.
mane per pannum laneum tectum colato & syrupi rosati quid addito.

Vt vero integra servetur vis decocti, maneat super faeces.

Vsus eius est in podagra, catarrhis, arthritide, ischiade, lue venerea, in scorbuto vere & autumno per 20. 30. vel 40. dies mane continuetur, praemissa purgatione universali & venae sectione: vesperi vero tribus ante coenam horis solius decocti unc. iij. absque sena cum unc. sem. *syrupi de pomis, aut fumaria, aut de succo borraginis & aquae fumar. vel agrimon. unc. j.* exhibe. Frigidum vero decoctum gratius erit, quam calidum.

Extractum Panchymagogum.

℞. Pulp. colocynth. vel troc. alband. unc. vj.
Turbeth. unc. j.
Agar. troc. ℥ ij.
Elleb. nigr. prap. ℥ iij.
Fol. sen. unc. j.
Diagrid.
Elaterii an. ℥ ß.

Omnibus extracte tritis spiritu vini essentiam diu eliciatur, donec spiritus amplius non tingatur, vel aquae vitae infusa macerentur balnei calore vel in cineribus cribellatis cum igne mediocri per dies 18. frequenter agitando quotidie, diligenterque occlusa ampulla. Hinc exempta omnia exprimantur per pannum lineum grossum sub prelo stanneo. In expresso solve aloes optimae lotae ℥ x. (praestat balsamus aloes) post in alembico abiecto igne humiditas aquae abstrahatur, donec quod in fundo cucurbitae remanet, mellis instar sit spissum. Si in eo quadam adhuc sit humiditas, ponatur super carbones ardentes in vase aliquo, quamdiu videbitur, ut ea à calore evaporet. Sin perceperimus gustu vel odoratu reliquias nidorosas spiritus vini; massae affuso liquore borraginis vel betonicae, facile illas evocabimus. Dosis Scr. j. vel Drach. sem. cum guttula unica olei cinnamomi.

Extractum Catholicum officinarum Mœnofrancofurtensium.

℞. Aloes succotrin. el. unc. j.
Turbeth. unc. ß.
Colocynth. ℥ vj.
Agaric. albiss.
Diagrid.
Rad. elleb. nigr. veri styr. an unc. ß.
Spec. diarrhod. abbat.
Mac.
Stoechad. arab.
Galang.
Schoenanth.
Cardamomi
Zedoar.
Caryophyllor.
Cinnamom.
Flor. anth.
Lign. aloes
Visc. querc. an. ℥ ß.
Ambra grisea ℈ j.

Infunde omnia in spiritu vini per 8. dies, exceptis speciebus diarrhodon & ambra. species infunde seorsim per 4. dies & f. extractum secundum artem.

Extractio Margaritarum.

Margaritae cum aequali pondere nitri in furno antitypo calcinantur; salsugine abstracta extrahitur subtilior pars cum aceto destillato, quo evaporante subsidet calx purissima, aqua rosacea crebris affusionibus abluenda.

Aliter. In aceto destillato & spiritu vini generosissimo an. in simo contusa dissolvantur. De fusione facta novum menstruum affundatur, donec penitus sint dissolutae. In fundo absidet essentia, abstracto phlegmate. Et hoc rectius atque cautius.

Extractum Rhabarbari compositum.

℞. Pulpae colocynthid. unc. j ß.
Turpeth. opt.
Flor. stoechad. arab. an. ℥ x.
Diagrid. opt. ℥ v.
Rhab. opt.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 686 sur 955

Rad. elleb. nigr.
Fol. sen. elect.
Agar. albiss.
Cinnam. acutiss. an. ʒ ß.
Styrac. liquid.
Rad. asari
Spic. nard.
Flor. rosar. rubr.
Mastic. an. ʒ j.
Vini sublimat. quant. suffic. Mi.
f. extractum sec. art.

Extractum Holagogon.

℞. Colocynth. ʒ i. ß.
Turbeth. opt. ʒ xiiij.
Agaric. fim ʒ j.
Veratri nigri ʒ vj.
Gratiolæ
Fol. sen. an. ʒ iij. ʒ ÿ.
Scammon. ʒ x.
Aloes optimæ ʒ ÿ. ß.
Vini sublimati quantum sufficit.
f. sec. art. extractum.

Extractum catholicum Theophrasti.

℞. Aloes optimæ ʒ iij.
Agaric. fim
Scammon. an. ʒ x.
Colocynth. ʒ ÿ. ʒ ÿ.
Veratri nigri ʒ ÿ.
spec. diarrh. abbat.
Diambr. an. ʒ j. Mi.
Et cum vino sublimato f. extractum.

Extractum tabellarum.

℞. Conserv. bugloss.
Borrag.
Violar.
Cortic. citri condit. an. ʒ ß.
Spec. diatrag. frig. ʒ ß.
Zinzib. ʒ ij.
Turbeth ʒ ij.
Fol. sen. ʒ ÿ. ß.
Diagrid. unc. j. ß. Misce cum vino sublimato f. extractum sec. art.

Extractum Pistorii ad promovendos menses.

℞. Myrrhæ elect. unc. j.
Croci ʒ iij.
Caryophyllor. ʒ j.
Piper. longi
Galang. an. an. ß.
Baccar. laur.
Rad. asari ʒ j.

Omnia pulverisata excipiantur vino sublimato, relinquantur aliquandiu, donec vinum coloretur, commuta vinum sublimatum idque tam diu, quousque non amplius coloretur, sicut fieri solet, cum extracta parantur; tandem commisce omnia vina sublimata, quæ collegisti, destilla in balneo Mariæ usque ad siccitatem, & hoc quod transit, serva peculiariter in vitro, deinde extractum in fundo collige, & in pyxide reserva.

Extractum Agarici Augusti.

℞. *Agarici albi & levis quantum volueris. Huic affunde spiritus vini tantam quantitatem, ut is, duos vel tres digitos emineat. Stent sic simul in vase vitreo artissimè clauso, junctur is probè obturatis, ac circumlitis in loco calido vel saltem tepido, dies tres. Postea colentur & leviter exprimantur: expressum & colatum in balneo Mariæ abstractor ursus lentâ destillatione vini spiritu incrassamentum cogatur & quod in fundo cucurbitæ Mellis spissitudine residebit, id ad commodos usus servetur.*

Pituitam lentam & crassam ex ventriculo maximè & mesenterio, nec non jecore, liene, pulmonib⁹, ac utero expurgat; à cerebro quoque, nervis & artubus eandem, licet debiliùs, prolicit: vermes insuper enecat, & expellit.

Alii loco spiritus vini aquam Anisi, cum oleum ademptum sit, usurpant; correctivi loco id forsan adhibentes. Verùm corrigitur eius extractio pro re & conditione ægri, aut morbi addendo in singulas Doses guttulam unam Olei macis, Nucis Moschatæ, Fœniculi, Caryophyllorum, aut alterius similis.

Extractum Catholicon. Augusti.

℞. Colocynthidos ʒ vj.
Agarici optimi
Diagrydii
Hellebori nigri an. unc. ß.
Aloes electæ unc. j.
Spec. Diarrhod. Abb. unc. ß.

Species Diarrhodon in sufficiente quantitate spiritu vini per dies aliquot macerentur, ac is deinde relictis fæculis supra prædicta Medicamenta purgantia fusus in loco calido, vase probè clauso, vires eorum imbibat: postea leviter omnibus expressis liquor translatus levi balnei vapore evocetur, ut extracti spissamentum in fundo cucurbitæ resideat.

Medicamentum est Catholicum seu universale, omnes in universum humores exturbans. Datur à granis quinquè ad scrupulum dimidium. Aliud Catholicum, magis tamen operosum, describitur à Quercetano in Pharmacop. Dogmat. restituta.

Extractum Diacarrami, seu Cnicopharmacum Andernaci Aug.

℞. Medullæ sem. Cartami unc. iv.
Turbith albi
Folior. sennæ an. unc. ß.
Diagrydii ʒ v.
Rhabarbari optimi unc. j.
Agarici Trochiscati ʒ vj.
Mannæ granat unc. ij. ß.
Myrobalanorum Chebulorum unc. iij.
Polipodii unc. ij.
Zingiberis albi ʒ ij.

Minutim incidantur, vel crassiùs conterantur, & in vini spiritum (ex quo pulveris confectionis Diambræ uncia per dies octo macerata fuerit) ponantur; stentq; simul in loco calidiore diebus quatuordecim: deinde sæculo indantur, & sub prælo valide exprimantur: postea id quod expressum est, ampullæ infundatur, ac operculo impositum extilletur, donec ad mellis spissitudinem pervenerit.

Plerosq; humores serosos tamen præ ceteris expurgat: caput, ventriculum, & reliqua viscera mundificat, & noxios succos blandè ac sine molestiâ educit. Datur vel per se in Pilulas efformatum, vel boli specie: nonnullis etiam cum Syrupi Rosati aut violacei solutivi portione alliqua diluitur, potuiq; datur. Dosis eius est à drachma dimidia ad scrupulos quatuor.

Extra-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 687 sur 955

Extractum Holagogum Andernaci Auguſt.

℞. *Specier. Diambr. unc. i. ß.*
Spir. vini ℔ *ij. ß.*
Aq. Cinamomi ℔. *j.*
Macerentur ſimul per dies aliquot in vaſe probè oblito, ne quid expiret. indè verò facibus in fundo relictis liquor omnis ſequentibus Speciebus affundatur.
℞. *Colocynthidis* ℥ *vj.*
Turbith albi ℥ *vij.*
Agarici albi & optimi ℥ *iv.*
Veratri nigri ℥ *iij.*
Eupatorii Meſuæ
Fol. Senæ an. ℥ *v. ß.*
Diagrydii ℥ *v.*
Rhabarbari electiſſimi ℥ *vij.*

Omnia inciſa macerentur in humore ſupradicto diebus quatuordecim, deindè ſaccolo lineo iniecta ſub prælo exprimantur. Liquor excolatus in ampullam imponitur ac in Balneo humiditas extillatur, donec id quod in fundo ſubeſt, Syrupi acquirat ſpiſſitudinem. Tunc in hoc aloes præparata, rurſus q; in pulverem redacta drachmæ decem reſolvantur, ſimul q; agitando uniantur, quoad craſſamentum Mellis inſtar appareat.

Generale eſt Medicamentum, cunctos in univerſum humores valentèr à temotis partibus evocans ac expurgans; febribus tamen continuis, ac morbis acutis haud quaquam ſecurum. Datur à ſcrupulo ſemis ad ſcrupulum unum.

Aloes ſic præparatur. Accipe Aloes optimæ libram unam, Aceti Roſacei partes duas, Aquæ Roſarum odoratiſſimæ partem unam. Amborũ horum liquorum hac proportione iunctorum ſumatur quantum ſatis eſt: bulliant ſimul bis, vel ter, colenturq; ac exprimantur, & id quod percolatũ eſt, lento igne rudiculâ ſemper agitando, coquatur ad priſtinam Aloes ſpiſſitudinem, ac uſui reſervetur.

Extractum Melampodii ſeu Hellebori nigri Aug.

℞ *Radicum Hellebori nigri mundatarum quantum volueris.*

Macerentur in aquâ pluviali calente vaſe tecto, hæc ubi per horas aliquot in infuſione ſteterit, ac vires radicum prolectaverit, tranſcolata ſeorſim aſſervetur, & prioribus radicibus alia rurſus aqua pluvia fervens affundatur, idque ſic ter iteretur. Tandem omnis aqua vim radicum Helleborihabens, iuncta ac diligentèr colata ampullæ vitreæ indatur, extilleturque indè omnis humiditas, donec extracti ſpiſſitudo Mellis inſtar in fundo cucurbitæ relideat.

Melancholicum ſuccum, & alios humores aduſtos ſoluto contumaces potentèr evacuat. Elephantiaſi, Lepræ, Scabiei, Arquato, aquæ intercuti, Epilepſiæ, ac aliis id genus affectibus opem fert, &c.

Extractum Bezoarticum Solare.

℞. *Theriac.*
Mithrid. an. unc. viij.
Rad. angel.
Enul. an. unc. iij.
Tormentill.
Dictamn. alb.
Valerian.
Vincetox
Serpent.
Oſtrutii
Scorzoner.
Petaſ.
Zedoar. an. unc. j.
Bacc. iunip. unc. iv.
Croci or.
Zinzib. albi
Maſtich. elect.
Myrrh. an. ℥ *ix.*
Ligni ſancti
Saſſafr. an. unc. vj.

Pulveriſata & mixta opt. Sp. V. ſecundum artem ſpagyricam extrahantur, ac Spiritum ab eſſentia extractâ in lento balnei calore abſtrahe, donec craſſamentum inſtar mellis in fundo relinquatur; poſteà adde:

Confect. Alkermes unc. j.
Bezoart. Iovial.
Diaphoret. mineral.
Lap. Bezoar. or. an. unc. ß.
Corn. Alcis & Cervi ſpagyricè calcinat. or.
Cinnabaris nat. præp.
Terræ Sigillatæ
Flor. Nitri an. ℥ *iij.*
Vnicorn. Mineralis
Solaris
Animalis
Sol. Margarit. or.
Corallor. rub.
Flor. Bentzoin.
Lact. Sulphuris an. ℥ *j.*
Sal. Veronicæ
Scabioſæ
Scordii an. ℈ *iv.*
Lap. ſ. pretioſor. præp.
Oſſ. de Corde cervi
Serpentum an. ℥ *ß.*
Ambræ griſeæ
Moſchi laudat. an. ℈ *j.*

Omnia diligẽter incorporentur & demùm immiſce.

Ol. Stil. Roſarum veri
Sem. Angelicæ
Aurantiorum
Succini albi
Caryophyllorum
Nuc. Moſchat.
Cinnamomi
Camphoræ
Rutæ hort.
Citri rect. an. ℥ *j.*

Denuo miſc. & redigantur in formam juſtæ conſiſtentiæ, & ſalem è fecibus calcinatis arte extractum maioris efficaciæ ergò admiſcere poteris.

Vires, Vſus, Doſis.

In variis & ferè omnibus morbis ſummum arcanum, immò efficaciſſimum medicamentũ eſt, contra omnia metallica, animalia, & vegetabilia venena; utpote: Mercurium ſublimatum Arſenicum, Napellum, Cerebrum felis, Toxica, Philtra, Virus araneatum, Viperarum, Serpentum, Scorpionum & Bufonum, &c. quæ à corde & ceteris membris principalibus per ſudorem virtuoſiſſimè expellit, totumque corpus penetrat & conſervat. Valet quoque poſt debitum purgans

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 688 sur 955

in omnibus putrefactionibus & superfluis humiditatibus corporis undecunque proveniunt: Cachexiâ, Hydrope, &c. In Erysipelate (ita tamen in robustioribus venæ sectio præcedat) sudore Angelico, Puncturis laterum, variolis, Morbillis, Asthmate, Melancholia, Lue venereâ, Obstructionibus & dolor bus Hepatis & Lienis, Leprâ, Contracturis, l ngis & obformatis morbis, &c. Item in Arthritide, Podagrâ, Gonagra, Ischiasi, Febribus, Mensibus retentis, Ictericia: nec non in Iliaca & Colica passione, &c. singulare & incomparabile est experimentum. In Peste, morbo Vngarico, & in omnibus morbis Epidemicis secretum magnum est, quod ad miraculum, ægrotantium testimonio, operari solet: Est enim veneni totius corporis, ut summatim dicam, universalis evacuatio. In Apostemate, Anthrace, carbunculo, Pleuritide vera, dosis una administretur; deinde exactis quinque horis alteram exhibe, & qui illam horam attingit, ut tertiam dosin accipiat, de felici restitutione neq; aquam dubitet. Si autem æger medicamentum vomitu reiiciat, mox illud repetendum, immò etsi illud retineat, semel exhibere non sufficit; sed ut venenum pestilens planè è corpore eiiciatur, omninò necessarium est, Alexipharmaca & sudorifera intra biduum quinquies vel sexies repetere: quod cum sæpè negligatur, quamplurimi, qui servari possent, moriuntur, & nobilissima etiam remedia infamantur. Inter sudandum æger reficiatur Conf. Rosar. vitriolat. Acetos. Rob. Ribium Succo & Syrup. Citri, Granator. aq. cordialib^9 & similib^9, &c. & à somno æger abstineat, donec bis sudaverit. Finito sudore linteis mundis & moderatè calentibus totum corpus exsiccetur, diligenterque videndum ne aëre frigido occurrente venenum expulsum intrò recedat; linteamina quoque & tegumenta lectorum mutentur: Si autem æger sudore defatigatus fuerit, utatur cibis confortantibus & reficientibus, ut ovis recentibus, jusculis carnium, Ptisana, & aliis, qui sût molles & in parva quantitate multùm nutriunt. Dosis à Scr. sem. ad Scr. j. Verùm correptus Peste, sive extremè desperatus, statim ab initio Drach. s. v. l Scr. ij. ex aq. Corn. Cervi nost. vel Theriacali, aut card. Benedicti, aut alio appropriato vehiculo assumat & sudet; potentissimè venenum è centro foràs vi sua diaphoretica pellit: videbitis enim totum corpus sudore diffluere. Pro quo divino auxilio nomen Domini sit benedictum.

Aurea Hadrianea.

℞. *Extractorum sequentium cum aceto destillato factorum:*
Theriac. Venet.
Mithridatii
Conf. Alkermes an. unc. j.
Rad. Anthor.
Enul. camp.
Angelicæ an. unc. ß.
Scordii veri
Croc. orient.
Vvar. Lupinor. an. ʒ iij.
Corn. Cervi & Alcis ſpagyricè calc.
Bol. rub. cum Suc. Citri prap.
Terræ ſigillatæ
Lap. Bezoar. or.
Diaphoretici min.
Bezoart. Iovial. an. ʒ ij.
Hyacinth. præp.
Sal. Abſinthii pont.
Card. Bened.
Centaur. min. an. ʒ i. ſ.
Mag. Perlar. or.
Corall. or. rub.
Oc. Cancri an. ʒ j.
Oſſ. de Corde Cervi
Serpentum
Vnicorn. Animal.
Ext. Lig. Aloes an. ʒ ß.
Ol. Stil. Succini alb. rect.
Camphoræ
Zedoar.
Roſar. veri an. ϑ ß.
Caryophyllorum
Cinamomi
Citri rectif.
Angelicæ
Rutæ an. ϑ. ß.

Extracta misce diligenter, ut invicem bene uniantur, & postquam probè mixta fuerint adde olea reliquosque pulveres tenuissimè tritos, quos paulatim inſperge, tepidè miscendo in formam extracti.

Vires, Vſus, Doſis.

Antidotus hæc à pretio & virium præstantia Aurea dicitur & in virtute & operatiõe Bezoartico nostro Solari quam proximè accedit & paratu etiam est facilior. Imprimis contra Pestem morbos Epidemicos, & adversus omnia venenorum genera, præstantissimum est remedium. Quicunque enim in peste hanc medicinam usupaverit, eamq; retinuerit, & desuper sudaverit, post Dei providentiam, evadet. Infectus autem utatur à Drach. s. ad Drach. i. in summa necessitate, & in lecto operatio expectetur; & somnus, dum sudant, inhibendus, quem Medici quam plurimi ante 24. horarum spacium, præsertim Anthrace & Bubone apparentibus non concedunt; qui tamen, cum vires restauret, & in somno ad exteriora potiùs quam interiora calore feratur, non ultrà modum inhiberi debet: Neque ægri per vim ad sudores, nisi sponte erumpant, impellendi; cum & sine eo, ex huius Alexiterii usu, per insensilem transpirationẽ, fiat evacuatio & pestifera illa vis retundatur, quod in omnibus Diaphoreticis exhibitis observandum. Insuper Epilepticis, Apoplecticis, Hæmicranicis, Cephalicis, Vertiginosis, spasmaticis, Paralyticis & Melancholicis benefacit. Asthmaticis, Cardiacis, Lienosis, Hepaticis, Hydropicis, Hæmoptoicis, Dysentericis, Cæliacis, Colicis, Ischiaticis, Podagricis; nec non Febribus Quotidianis, Tertianis & Quartanis præsenti est auxilio. Dosis à Scr. s. ad Scr. j. & Drach. s. in vehiculis appropriatis & specificis.

Ext. Panchymagogon. Mynſ.

℞. *Fol. Sen. elect. unc. viij.*
Pulp. Colocynthid.
Rad. Turbith. alb.
Hellebori nigri an. unc. iv.
Mechaocannæ
Mermodact. alb.

El-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 689 sur 955

Elaterij veri,
Ialappæ resinos. ana Vnc. iij.
Aloës rosatæ,
Rhabarb. elect.
Bac. Ebuli, ana Vnc. ij.

F. secundum artem spagyricam extractum justæ consistentiæ, cui adde:

Scammonij rosat.
Acidi Tartari, ana Vnc. j.
Ol. Caryophillor.
Cinamomi,
Fæniculi,
Mastichis
Chamomillæ,
Aurantiorum,
Macis, ana Scr. j.

Misc. & in formâ pilulari ad usum repone.

Vires, Vsus, Dosis.

Catharicum est universale omnique ætati utile: Quia tam in genere quam in specie omnes superabundantes & molestantes humores, quibuscunq; corporis partibus & anfractibus delitescentes, suaviter & citra ullam nauseam expurgat. Dosis à Scr. j. ad Scr. ij. & Drach. j. præsertim in robustioribus.

Extractum Polychrestum. Mynſ.

℞. *Aloes rosatæ,*
Fol. Sennæ elect. ana unc. iiij.
Hermodact. alb.
Turbith. alb. & gum.
Ialappæ, ana unc. iij.
Helleb. nigri,
Mechaocannæ,
Troch. Alhandel, ana unc. ij.
Gum. Peruviani,
Myrrhæ rub.
Mastichis elect.
Ammoniaci,
Sagapeni,
Opopanacis,
Sarcocollæ, ana unc. j. ß.
Agarici trochisc.
Bac. Ebuli exsic.
Rhabarb. elect. ana unc. j.
Myrob. Citrinor. & Indor.
Polypodij quercin.
Epithymi opt.
Sem. Cymini,
Flor. Stœchad. Arab. ana unc. ß.
Castorei veri,
Spicæ Indicæ,
Caryophillor. ana Drach. ij.

Mixta extrahantur l. a. op. Sp. V. & fiat justæ consistentiæ Extractum pro pilulis nostris polychrestis.

Vires, Vsus, Dosis.

Vocatur polychrestum, quod ad multos affectus corporis præter naturam sit utile & omnes humores purget. Dosis à Drach. s. ad Drach. j. per se vel cum aliis Catapotiis mixtis. Acuitur cum Scammonio nostro rosato.

Extractum Specificum Hydropicum. Mynſ.

℞. *Suc. in spiss. rad. Ireos nost.*
Elaterii veri, ana unc. viij.
Misc. & Sp. Vini in quo Spec. Diarrhod. Abbat. maduerint, s. a. extrahe, & extractionem seorsim custodi; deinde:

℞. *Pulp. Colocynthid.*
Rad. Turbith. alb. alb. & Gum.
Hellebori nigri, ana unc. iiij.
Rhabarbari elect.
Ialappæ gummos.
Mechaocannæ ana unc. ij.
Cort. int. rad. Sambuci,
Iuglandis,
Frangulæ ana unc. j.
Herb. Gratiolæ,
Fumariæ,
Gran. Cocognidii,
Bac. Ebuli, ana Drach. vj.

Misc. & similiter cum Sp. V. rectif. in quo prius Spec. Diacubebæ maduerint, extrahantur: Posteà omnes extractiones mixtæ in lento B. calore abstrahantur, quoad crassamentum instar pultis in fundo relinquatur; & tunc demum adde:

Mag. Ghittajemoü,
Scammonij rosati, ana unc. j.
Tartari vitriolati,
Hyacinth præp. ana unc. ß.
Croci Metallor. Absynthiæ.
Mercurii vitæ ana Drach. ij.
Spirit. Vitrioli rect. Drach. j.

Hæc omnia subtilissimè & seorsim pulverisata incorporentur fideliter, & circa finem immisce: oleor. Cynamomi, Caryophyllor Macis, Chamomillæ, Arantior. Mentæ crisp. ana Drach. s. Et fiat s. a. Extractum seu massa justæ consistentiæ.

Vires, Vsus, Dosis.

Specificum est Hydropicum; principaliter enim ad serosum Hydropicorum excrementum purgandum, omnes superfluas humiditates expellendum, aquam flavam emittendam, & materiam tumoris discutiendam inventum & accommodatum est. Morbos etiam omnes ab humore salso & usto natos; Elephantiasin, Psoram, Lepram, Cancrum, Impetiginem, Serpiginem, Vlcera maligna & fistulosa præcavet & curat. Exhibetur in aurorâ matutinali, & cum cautelâ, quoniam est Catharticum forte, phlegma, pituitam, seu aquositatem omnem à toto corpore validissimè purgans.

Extractum Diasenæ. Mynſ.

℞. *Fol. Sennæ elect. unc. iiij.*
Rad. Ialappæ,
Polypodij, ana unc. ij.
Agarici alb.
Hellebori nigri præp.
Rhabarb. elect. ana unc. j.
Sem. Fæniculi, unc. ß.
Cinamomi
Schænanth. ana Drach. ij.
Zingib. alb.
Zedoariæ, ana Drach. j.

Macerentur in s. q. aq. ad tepidum calorem, extrahatur aqua & affundatur nova, donec tota virtus sit educta: Evaporentur secundum artem ad mellis crassitiem, cui misce. Ol. Anisi & Caryophyllor. ana Scr. j. Et f. Extractum.

Virtj.

Vires, Vſus, Doſis.

Eſt purgans utiliſſimum in omnib. conſti u ic-nibus, præſertim Melancholicis, &c. Doſis à Drach. j. ad Scr. iiij.

Extract. Specificum Emeticum. Mynſ.

℞. *Spec. Diarrhod. Alb. Vnc. ſs.*
Rad. Aſari recent. exſic.
Bryoniæ
Cyclamin. an. Vnc. j.
Cort. int. rad. Frangulæ.
Rhabarbar. opt.
Succ. Glycyrrhiz.
Maſtichis elect. ana Vnc. ſs.

Ex his cum Sp. V. tincturam in digeſtione, ut decet, aliquoties in die movendo extrahe & ſeor-ſim cuſtodi; deinde:

℞ *Rad. Eſulæ min. præp.*
Helleb. alb. præd. ana Vnc. viij.

Inciſis & mediocriter tritis Spiritus ſuperior tinctus ſuperaffundatur, atque in lento balnei calore per 14. dies macerentur; poſteà Spiritum per inclinationem auferes, & recentem affunde, tam diu, donec omnis eſſentia extracta ſit. Vltimò Sp. Vini, verè tinctum ſimulque mixtum ſ. a. ſpagyricam abſtrahe, uſque dum in fundo inſtar mellis appareat; & tunc adde:

Sal. Vitrioli alb. ſs.
Gum. Ghittæ jemou.
Tartari vitriolati ana Drach. ij.
Ol. Caryophyllorum
Cinamomi.
Nuc. Moſcat. ana Scr. j.

Miſce denuò & f. l. a. Extractum.

Vires, Vſus, Doſis.

Eſt ſpecificum Emeticum, & operatur variè per vomitum & ſeceſſum in omnibus Febribus, dolore Capitis, Arthride, Podagrâ, Icteritiâ, Hydrope, Epatis & Lienis obſtructionibus; nec non in appetitu corrupto & debilitato ventriculo, &c. valdè efficax eſt: Nihil enim pravi in illo relinquit, ſed omnes impuros & peccantes humores rad citùs evellit, nec quicquam infert nocumenti. Doſis habitâ ratione complexionis & ſexus à Scr. j. ad Drach. ſ. in liquore convenienti vel in formâ pilulari non longè à paſtu; tunc enim minori moleſtiâ vomitum movet.

Extract. Specificum Colicum. Mynſ.

℞. *Flaved. Cort. Aurantior. Vnc. vj.*
Spec. Diacymini.
Gran. Iuniperi. ana Vnc. iij.
Rad. Enulæ camp.
Pimpinellæ.
Caryophyllatæ.
Zedoariæ. ana Vnc. ſs.
Sem. Cæreſolij.
Bac. Lauri exc.
Herb. Serpilli.
Majoran.
Suc. Glycyrrhiz. ana Vnc. j.
Cardamomi min.
Croci orient. ana Drach. vj.

Miſc. & extrahantur Sp. Vini, quem poſteà in B. M. ad ſpiſſitudinem mellis abſtrahe & adde:

Nitri vitriolati, Drach. iij.
Corn. Cervi ſpagyricè calc.
Tali Leporini & ſuilli calc. ana Drach. ij.
Succini alb. præp.
Mag. Corallorum.
Lapis Carpionis. ana Drach. ſs.
Diaphoretici mineral.
Bezoart. Iovialis.
Lap. Bezoar. or.
Lact. Sulphuris. ana Drach. ſ.
Sp. Salis rectif. Drach. ſs.

Miſc. & fiat ſecundum artem Chymicam Extractum; cui denuò immiſce:

Ol. Carminativi noſt. Drach. ij.
Angelicæ.
Caryophyllor.
Succini alb.
Maſtichis.
Macis.
Cinamomi.
Citri. ana Scr. j.

Omnia bene incorporentur & tandem Extractum ad uſum reponatur.

Vires, Vſus, Doſis.

Hoc ſpecificum Colicum, valet propriè ad Colicam & Iliacam paſſionem ex causa frigida, humida & flatuoſa ortam; quoniam depoſitis prius alvi excrementis, in vehementiſſimis & graviſſimis inteſtinorum doloribus ſedandis, ſecretum eſt. Craſſos enim & lentos humores tenuat & flatus diſſipat. Hypochondriorum & ventriculi diſtentionem & inflationem placat. Pectoris refrigerationi & viſcerum imbecillitati opitulatur, Senibus & quartanariis confert. Stomachi concoctionem juvat & tartarum in inteſtinis reſolutum virtuoſiſſimè expellit. Doſis à Scr. j. ad Drach. ſ. in aq. noſtra contra Colicam vel in alia appropriata.

Extract. ſpecificum Vterinum. Mynſ.

℞. *Bac. Sambuci exſic.*
Chamæactes. ana Vnc. iiij.
Rad. Paoniæ debitè collect.
Artemiſiæ rub.
Dictam. alb.
Bryoniæ. ana Vnc. ij.
Viſci quercini.
Sem. Ameos.
Herb. Pulegij.
Meliſſæ rec. exſic.
Caſſiæ lignea. ana Vnc. j.
Croci orient.
Caſtorei veri. ana Vnc. ß.

Miſce, & extrahe cum Sp. Vini tincturam & ſepara ſpiritum ad remanentiam extractorum; poſteà adde:

Sang. Porcæ in clibano exſiccata & cum aq. Hyſteric. præp. Vnc. ß.
Bezoart. Iovialis. Drach. ij.
Mag. Iovis Anglic.
Matris Perlar.
Corallorum. ana Drach. j. ß.
Ol. Antophyllorum.
Angelicæ.
Succini albi.
Arantiorum. ana Drach. j.

Denuò miſce & fiat Extractum, quod ad uſum reſerva.

FINIS LIBRI DECIMI QUARTI. LIBER

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 691 sur 955

LIBER DECIMVS QVINTVS.

DE TROCHISCIS ET SIMILIBVS.

Trochiſci de Agarico, Meſuæ. Aug.

℞. *Agarici electi uncias tres.*
Salis Gemmæ unciam unam.
Syrupi Acetoſi ſimplicis quantum ſufficit.

Formentur Trochiſci, qui repo antur in loco calidó & ſicco.

Hi ſunt cõmunes illi Trochi ci de Agarico, ſolennior tamen & magis correcta eorum c mponendorum ratiõ pluribus videtur ea quæ ſequitur.

℞. *Agarici albi & levis uncias tres.*
Salis Gemmæ unciam ſemis.
Zingiberis drachmas tres.
Oxymellis Simplicis quantum ſufficit.
Formentur Trochiſci.

Antiquorum mos in corrigendo Agarico hic erat, ut ei Salem Gemmeum tres potiſſimum ob cauſas adderent, quarum prima eſt, ut is iam dictum Agaricum ob levitatem ſuam os ventriculi alioquin petiturum, ac vomitum vel ſtomachi ſubverſionem citaturum, ad ventriculi fundum deprimeret. Deinde verò, ut cum Agaricus tardè ac ſegnitèr purget, Sal Gemmeus magis irritet, mordicet, ſtimulet, ac excretionem promoveat. Tandem quoq; ut abſtergat & mundificet, undè priſcos omnibus ferè Medicamentis purgantibus Salem indidiſſe notavimus. Oxymel porrò adiciebant, ne Agaricus inteſtinis adhæreret ſed protinùs abſtergeretur, cum aliàs vitium hoc ei peculiare exiſtat, undè Avicenna eundem Colicis non exhibendum eſſe docet, ne levitate ſuâ inteſtinis adhærens novos dolores procreet. Inſuper etiam Oxymel craſſos ac lentos humores incidit, pro it & Zingiber quod tenacem pituitam liquat atte uatq; & Agarici infirmam vim in altum & ad longinquiores partes deducit, cum interim calore ſuo & aromaticitate eaſdem confortet.

Confert Agaricus ſic præparatus antiquis capitis doloribus, viſcerum obſtructioni us à craſſa, tenaci ac pituitoſa materia creatis vel obor is. Stomachum, renes, lienem ac hepar m ndificat, præſertim verò mulierum matrices repurgat. Epilepſiã & Vertiginem abolet, vermes enecat & expel it, prodeſtq; ut plurimum morbis partium naturali facultati dicatarum, undè forſan eum Democritus *Medicinam familiæ* dixit. Venenis quoque reſiſtit, Aſthmati conducit, & ſpiritum facilitat.

Agaricus Trochiſcatus, Meſuæ.

℞. *Agarici electi uncias quatuor.*
Vini Cretici aut Malvatici infuſionis Zingiberis quantum ſufficit.
Formentur Trochiſci.

Pituitã craſſã bile pmixtã, & craſſos viſcidoſq; humores expurgat, ac viſcerum obſtructiones tollit.

Trochiſci de Abſinthio Meſuæ, Aug.

℞. *Roſarum*
Abſinthii Pontici.
Aniſi an. drach duas.
Rhabarbari.
Succi eupatorij. (i. agerati.)
Aſari
Seminis apii.
Amygdalarum amararum.
Spicæ Indicæ.
Maſtiches.
Folij ſeu ſpicæ Romanæ an. drach.
Succi Endiviæ quantum ſufficit, fiant trochiſci.

Longis & diuturnis febribus ſunt ſaluberrimi. Obſtructiones ventriculi, hepatis, & dolores eorundem levant, partesq; naturales omnes roborant, dejectamq; appetentiam ſuſcitant.

Trochiſci Alkakengi. Auguſtan.

℞. *Fructum Halicacabi drach. tres.*
Sem. Citruli
Albatechæ. i. anguriæ aut Melonis magni.
Cucurbitæ an. drach. tres ſemis.
Boli armeni.
Gummi arabici.
Thuris maſculi.
Sanguinis Draconis.
Sem. papaveris albi.
Amygd. amararum.
Succi Glycyrrhizæ
Tragacanthæ.
Amyli.
Pinearum mundatarum ana drach ſex.
Sem. apii.
Carabe Succini.
Terræ ſigillatæ aut boli armeni.
Sem. Hyoſcyami ana drach. duas.

Cũ ſucco Halicacabi, vel cũ aqua Roſacea in quæ eiuſdẽ fructus ſicci fuerit macerati aut lule. Roſato vel Violato fiãt Trochiſci.

Dicunt retiam diaphyſſalidon & de Vencaria. Ad urinæ ardorem, exulceratã fiſtula urinaria, veſica, renibus, & ureteribus, ulcera detergent, glutinant, & cicatrice reguint, lotii acrimoniam mitigãt, eiusq; ſtrigmenta mucoſa, aſpera, & dolorifica complanant & leniunt, indeque urinæ tarditatem, & dyſuriam natam tollunt.

Trochiſci Alhandal Meſuæ. Aug.

℞. *Pulpæ colocynthidos albæ & levis à ſeminibus purgatæ uncias decem.*

Incidãtur minutiſſime, & fricẽtur p ſpaciũ triũ dierũ, ex intermiſſione tamẽ, cũ parte aliqua ũc. unius olei Roſati, deinde

℞. *Tragacanthi.*
Gummi arabici
Bdellii ana drach. duas. Norimb. 6.

Mace-

Macerentur in aqua rosacea, donec liquescant & dissolvantur, & cum parte istius muccaginis formentur trochisci, qui in umbra siccentur, siccati iterum minutissime conterantur, & cum reliqua mucagine rursus formentur trochisci, qui iniici possunt in omnes compositiones, quæ colocynthidem recipiunt.

Colocynthis est præparata, cuius usus in accuendis catapociis. Pituitam & humores alios crassos, glutinosos, ex profundis partibus, longeq; distantibus ut Cerebro, neruis, musculis, iuncturis, pulmone, thorace extrahit, quo nomine in Cephalalgia, Hemicrania, capitis dolore inveterato, Apoplexia, Epilepsia, vertigine, Asthmate, tussi diuturna, dyspnoea, thoracis angustia, Ischiade, morbis articularijs frigidis, aliisq; affectibus huiusmodi usurpavimus. Præcipuus horum usus est in dolore Colico & flatulento, vitream & viscidam pituitam ex intestinis deturbat. Colocynthidis pulpa forficibus incisa tenuissime multumque teri debet, ne asperæ eius partes interaneis adhærentes ea exulcerent. Huius drachmas decem reposui ex Fuchsio & Fœsio, priore editione, interea cum viris doctis pharmacopæis & Medicis contuli, qui uncias decem reponendis omnes censebant, & reliquorum ingredientium ana drachmas duas, quare sententiam priorem mutare coactus uncias reposui, sicuti erant in prima quoque huius libri editione ante tres & triginta annos excusa. Præsertim cum in omnibus compositionibus quæ Colocynthidem recipiunt illi Trochisci pro Colocynthide substituantur, quos ad hunc modum præparamus & rectissime se habere in medicanentorum compositionibus hactenus observavimus. Vide annotationes Norimbergensium, fol. 197.

Trochisci de Anisо, Mesuæ.

℞. *Anisi,*
Succi Eupatorii. ana drachmas duas.
Sem. Anethi,
Spicæ Indicæ,
Mastiches,
Folii, aut Cassiæ lignea, vel Macis,
Foliorum Absinthii,
Asari,
Apii,
Amygdalarum amararum an. drachmam semis.
Aloës drachmas duas.
Succi Absinthii quantum sufficit.

Fiant Trochisci.

Obstructiones hepatis reserant, flatus discutiunt, stomacho auxiliantur, ac prolixo frigidos morbos, febresq; diuturnas sanant.

Trochisci Benzoi Aug.

℞. *Benzoi, ℥ vj.*
Ligni aloës ℥ viij.
Styr. calam. ℥ iij.
Moschi ʒ ß.
Ireos ℥ ij.
Sacchari cand. ℔. iij.
F. Troch.

Caput & pectus confirmant & siccant.

Trochisci Becchici albi Aug.

℞. *Sacchari albissimi lib. unam Candi optimi*
Penidii ana uncias quatuor.
Ireos unc. unam, drach. septem.
Amyli uncias duas semis.

Mucilaginis tragacanthæ albissimæ ex aqua rosacea factæ quantum satis, formentur trochisci parvi.

Albis utitur ad faucium asperitatem leniendam, russiculosos & suspiriosos: Rubeis ubi astrictione & exiccatione opus est, & catarrho intercipiendo. Nigris ad tussim siccam in materia acri & calida, & vocis raucedinem, dissilesque pectoris excreationes.

Trochisci Becchici rubri Aug.

℞. *Specierum prædictarum quantum voles.*
Boli Armeni præp. q. s.

Cum infusione tragacanthæ facta in aqua rosarum fiant trochisci.

Trochisci Becchici nigri Aug.

℞. *Succi Glycyrrhizæ insp issati uncias quatuor.*
Styracis calam. unicam unam semis.
Specierum Diaireos Solom.
Lochsani ana unciam semis.
Sacchari penidii lib. semis.
Sacchari albiß. libras duas, uncias tres.

Mucilaginis tragacanthæ cum aqua hyssopi factæ, quantum satis fiant trochisci. Hodie paulo aliter præparantur.

Ablatæ vocis jacturam resarciunt.

Trochisci contra linguam nigricantem ex Carbunculo, aut alio affecto Venenato vel Calido B. Horstii.

℞. *Sem. Psillij ℥ ij.*
Cydon. ℥ j. ß.
Gum. Tragacanthi ℈ iv.
Sacc. Cand. ℥ j. ß.

Misce F. Trochisci ore tenendi.

Trochisci sublinguales B. Horstij.

℞. *Conf. Alkermes in s. liquida ʒ ß.*
Extr. Angel. ℥ iij.
Bezoar Occ. ℥ ij. ℈ ij.
Bol. Arm. præp.
Terræ Sigill. ana. ℥ vj.
Sacc. Canari ℔ iij. ß.

F. cum Inf. Trag. Ex. Ang. s. Trochisci.

Trochisci de Corallio Nicolai.

℞. *Corallii rubri,*
Cinamomi,
Myrrhæ,
Amomi,
Sem. Papaveris. ana unciam semis,
Schœnanthus,
Croci. ana. drachmas duas.
Calami Aromatici,
Xylobalsami,
Cassiæ lignea,
Folij, aut Macis,
Mastiches,
Rhu,
Polij montani,
Asari,
Pedis columbini. ana. drachmam unam.
Vini quantum sufficit.
Formentur Trochisci.

Sanguinolenta excreantibus, Dysentericis, Cœliacis, & cibum fastidientibus mirè subveniunt.

Pe:

Pes Columbinus est altera Geranii Species habens Maluæ folia, vide Fœsium fol. 210.

Trochisci Diacoralliu, Galeni.

℞. *Terræ Samiæ aut Boli Armeni,*
Corallii rubri. an. unciam unam.
Balaustiorum,
Amyli,
Terræ Lemniæ. an. unciam semis.
Hypocistidu,
Sem. Hyoscyami,
Opii. an. drachmas duas.
Succi Plantaginis quantum sufficit.
Formentur Trochisci.

Iisdem affectibus probè tolerandis, quibus præcedentes succurrunt.

Diacorallion ad Confect. Alcherme Nostradami experitum in scholiis eiusdem Electuarii reperies, quod nobis auctum correctumque restituit, non sine digna honoris præfatione nominandus Vir D. D. Casparus Guttmannus Collega noster, prout senio venerandus ita etiam doctrina & multa experientia conspicuus, qui suum quoque laborem huic Pharmacopœiæ deesse noluit.

Trochisci de Croco. Nicolai.

℞. *Croci drachmas tres.*
Rosarum rubearum,
Ammeos,
Myrrhæ. an. drach. unam semis.
Ligni Aloës scrupulos duos,
Cum aqua Rosacea fiant Trochisci.

Lienis & hepatis obstructiones aperiunt, flatus dissipant, humorum putredinem arcent, ac cordi vires addunt.

Crocomagma Damocratis ex Galeno.

℞. *Croci drach. viginti quinque Myrrhæ,*
Rosarum. an. drachmas duodecim semis.
Amyli,
Gummi Arabici. an. drachmas septem semis.
Vini Chij quantum sufficit.
Fiant Trochisci.

Trochisci de Eupatorio Mesuæ.

℞. *Mannæ,*
Succi Eupatorii. an. unciam unam.
Rosarum unciam semis.
Spodii ex Ebore drachmas tres semis.
Spicæ Indicæ drachmas tres.
Rhabarbari,
Asari,
Anisi. an. drach. duas semis.

Cum aquâ Cuscutæ fiant Trochisci, qui in umbrâ ficcati reponantur.

Efficaces sunt ad omnem lienis & hepatis obstructionem, tumoremq; præter naturam. Febres antiquas, earumque rigorem sanant, morbo regio & Hydropi incipienti succurrunt, stomachicos juvant, & corporis flatus discutiunt.

Trochisci de Myrrha, Rhasis. Aug.

℞. *Myrrhæ drachmas tres.*
Lupinorum drachmas quinque.
Foliorum Rutæ,
Mentastri,
Pulegij ceruini, id est, Dictamni Cretici,
Cumini,
Rubiæ,
Asæ fœtidæ,
Sagapeni,
Opopanacis. an. drach. duas.

Dissolvantur Gummi in aceto Scillitico, & cum succo Artemisiæ fingantur Trochisci.

Describuntur à Rhase 9. ad Almansorem in menstruæ purgationis retentione. Tarditatem enim menstruam sollicitant, quæ ex crassorum & frigidorum copia aut sanguine concreto ortum duxit: attenuant, incidunt, & infarctos meatus aperiunt. Fœtum mortuum, sed præcipuè Secundinam tardantem præsenti remedio expellunt. Exhibentur è decocto granorum Iuniperi.

Pro Pulegio ceruino quidam vulgare capiunt, eius enim maxima vis est in ciendis menstruis.

Sief viride Antæi.

℞. *Cadmiæ,*
Croci, an. drach. tres.
Gummi,
Myrrhæ,
Opii, an. drach. unam semis.
Plumbi usti & loti scrup. unū, grana quin decim
Squamæ æris,
Nardi Indicæ,
Accaciæ an. ℈. j. gr. x.
Cum aq. pluv. f. Sief.

Candelæ pro suffitu. Aug.

℞. *Asæ dulcis, id est, Benzoi,*
Styracis Calamitæ. ana. uncias quatuor.
Thymiamatis,
Olibani. ana. uncias duodecim.
Labdani uncias decem & octo.
Caryophyllorum unciam unam semis.
Sem. Nigellæ unciam unam.
Coriandrorum præparatorum.
Granorum Iuniperi. ana. unciam semis.
Styracis liquidæ uncias sex.
Terebinthinæ unciam semis.
Carbonum Tiliæ vel Salicis uncias triginta.

Cum infusione Tragacanthæ facta in aqua Rosarum fiant Candelæ.

Aliter sic parantur.

℞. *Styracis Calamitæ,*
Carbonum Salicis. ana. uncias duas.
Benzoini unciam unam.
Caryophyllorum unciam semis.
Laudani drachmas sex.

Terebinthinæ Cypriæ & mucilaginis Tragacanthæ cum aqua Rosarum factæ q. s. fiant Candelæ, Tedæ, vel Aviculæ, quibus pro delicatioribus Galliam Moschatam, aut Ambram addere licebit.

Sapo Moschatus.

℞. *Saponis Veneti libras quatuor. Incidantur minutissimè; adde pulueris*
Caryophyllorum,
Santali albi. ana. uncias duas.
Benzoi unciam unam.
Moschi scrupulum unum.

Distemperentur in aqua Rosacea.

Aliqui addunt Olei de Spica guttas aliquot, sed melius fuerit Oleum Caryophyllorum, aut Macis, vel Rosarum. Quidam radices Iridis Illyricæ addunt; cuilibet suum hac de re esto judicium.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 694 sur 955

Sapo Odoratus Mynſ.

℞. *Sapon. Venet. aq. narcuſ. diſſ. ℔. j.*
Rad. Ireos ſl. ℥ j.
Styrac. calam.
Benzoi an. ℥ ß.
Ligni aloës ponderoſ.
Santali citrini a a. ℥ ij.
Ambr. griſ.
Zibet. an. ℥ j.
Moſchi aa.
Balſ. Perav. an. ℥ ß.
Ol. ligni rod.
Lavend.
Cinam.
Caryoph. an. ℥ j.
M. *cum ol.* ♀ *f. l. a. globuli.*

Trochiſci odorif. de Roſis uſual. Pharm. Sualbac. B. Horſtii.

℞. *Fl. Roſ. ℔. j.*
Benzoi ℔. i. ß.
Liquid. ambr. ℥ ß.
Moſchi opt. ſcr. ß.
Ol. Lign. Rhod. ſcr. j.
Aq. Roſar. q. ſ. f. Maſſa, includ. trochiſci formati flor. roſar. pallid. & lamina ignitæ imponantur.

Trochiſci de Lacca, Meſuæ. Aug.

℞. *Laccæ mundatæ*
Succi Glycyrrhizæ
Eupatorii
Abſinthii
Berberorum
Rhabarbari
Ariſtolochiæ longæ
Coſti
Aſari
Amygdalarum amararum
Rubiæ
Aniſi
Apii

Schœnanthus ana drach. unam Cum decocto Ariſtolochiæ & Schœnanthus, vel ſucco Eupatorii, aut Abſinthii fiant Trochiſci.

Iecinoroſos, Lienoſos, & Hydropicos adiuvant, febresq; ex viſcerum obſtructione natas cient, Aſcitem removent.

Trochiſci de Rhabarbaro Meſuæ. Aug.

℞. *Rhabarbari optimi ℥ x.*
Succi Eupatorii
Amygdal. amararum an. ℥ iv.
Roſarum ℥ iij.
Spicæ Indicæ
Aniſi
Rubeæ radicum
Abſinthii
Aſari radicum
Sem. apii an. ℥ j.
Aquæ Cuſcutæ quantum ſufficit, fiant Trochiſci.

Horum uſus in febrium declinatione, impendente malo corporis habitu, ex intemperie hepatis frigida, plurimum proſunt Ictericis, hydropicis, hepaticis, & cachecticis ex depravata hepaticis, &c.

Trochiſci Ramich, Meſuæ. Aug.

℞. *Succi Acetoſæ ℥ xvj.*
Roſarum ℥ j.
Baccarum Myrti ℥ ij.

Semel ferveſiant & colentur addendo colaturæ Gallarum recentium accuratè tritarum uncias tres.

Coquantur iterum aliquantulum, cui ide inſpergatur ſequentium Specierum minutiſſimus & optimè commixtus puluis,

℞. *Roſarum ℥ j.*
Santali citrini ℥ x.
Gummi Arabici ℥ i. ß.
Sumach, id eſt, carnium Rhoës,
Spodii an. ℥ j.
Omphacii, ſeu Agreſtæ ℥ vij.
Granorum Myrti ℥ iv.
Ligni Aloës
Caryophyllorum
Macis
Nucis Moſchatæ an. ℥ iv.

Miſce omnia ſimul, & extende in ſcutella lapidea donec ſiccentur. Exiccata rurſus in tenuiſſimum pulverem terantur, & formentur Trochiſci parui cum Camphora auri ſeu denario uno, hoc eſt, drachma una & ſeptima eiuſdem parte, & ſufficienti aqua Roſarum, ac in umbra libera exiccati reponantur.

Hos Trochiſcos aliquot compoſitiones recipiunt, eoſdem tamen uſurpamus in inteſtinorum & alui totius levitate, acriumque humorum per ſedem profluvio. Infuſo enim acrimoniam obtundunt, & impetum refrænant eoq; nomine Choleræ morbo ſuccurrunt. Hæmorhagiam omnem ſiſtunt naribus immiſi, aut medicamentis admoti. Viſcerum langvores, ventriculi, hepatis, & cordis imbecillitates firmant.

Sunt qui Succi Oxalidis loco ſuccum Cydoniorum ſumant immaturum, Trochiſcoſque aromatiſent Moſchi drachmæ unius quarta parte, ſeu granis octodecim. Præterea pro Myrti granis ſuccum baccarum Myrti Fuchſius legit, qui in compoſitione hac maximè probandus eſſet, ſi modò apud nos extaret, aut commodè haberi poſſet.

Trochiſci Diaſpermaton Galeni.

℞. *Sem. Apii*
Ammios an. ℥ ß.
Aniſi
Fœniculi an. ℥ ij.
Opii
Caſiæ an. ℥ j.
Cum aqua pluvia formentur Trochiſci.

Dantur ex paſſo, aut aqua, ad omnes internos affectus, pleuriticis & ſangvinem reiectantibus conferunt, dolorem ſedant.

Trochiſci de Terra ſigillata, Meſuæ.

℞. *Sangvinis Draconis*
Gummi Arabici aſſati
Trochiſcorum Ramich
Roſarum rubearum
Sem. Roſarum, ſeu Antherarum Officinarum
Amyli exiccati
Acaciæ
Lapidis Hæmatitis
Hypociſtidis
Balauſtiorum
Bolt Armeni
Terræ Sigillatæ
Corallii rubri

Chara-

Charabe an. ʒ j.
Spodii de Ebore
Margaritarum præparatarum
Tragacanthæ
Sem papaveris nigri an. ʒ i. ß.
Sem. Portulacæ
Cornu cervi usti
Thuris masculi
Conorum Cupressi
Croci an. ʒ ij.
Aquæ Plantaginis quantum sufficit.
Fiant Trochisci.

Sanguinem undecunque manantem & sputa cruenta cohibent, ac varii generis hæmorrhagias sistunt. Fœminarum menstruam purgationem immoderatiùs fluentem morantur, intus vel cum succo Polygoni aut plantaginis ac ovi albumine coxis & pubi illiti, aut cum conveniente liquore utero immissi. Cruento item lotio medentur, ac Dysenterias, Diarrhœas & alui profluvia compescunt. Potentiùs id præstant si eis addatur Opium; quod aliqui compositioni huic drachmarum duarum pondere in universum adiiciunt.

Trochisci de santalis Mesuæ. Aug.

℞ *Trium santalorum an. ʒ ß.*
Rosarum ʒ iij. ß.
Berberorum aut succi eius ʒ iij.
Boli armeni
Sem. Cucumeris
Cucurbitæ
Citruli
Portulacæ
Spodii an. ʒ ij.
Camphoræ ʒ ß.
Cum aqua portulacæ fiant Trochisci.

Trochisci de Violis solutivi, *Mesuæ.*

℞ *Violarum nigrarum mediocriter exiccatarum ʒ vj.*
Turbith. ʒ iv.
Succi Glycyrrhizæ
Scammonii præparati
Mannæ an. ʒ ij.
Cum Syrupo Violato fiant Trochisci.

Vsurpantur in expurganda pituita lenta & viscida, quæ thoracis vias intercipit & suspiriosos facit, bilemq; vitellina permixta deturbanda.

Trochisci Diaion seu de violis, Nicolai Alexandrini. Aug.

℞ *Flor. Violarum purpurearum viridium ʒ v.*
Amyli ʒ iij.
Sem. Papaveris albi ʒ ij. ß.
Rhabarbari ϑ v.
Sem. Plantaginis ʒ j.
Balsami, seu Olei Caryophyllorum ϑ j.
Trita subigantur, & cum aqua Rosarum formentur Trochisci.

Thoracis angustias levant, guttur leniunt, ac alvum emolliunt; raro tamen sunt usui.

Trochisci de vipera.

℞ *Carnis viperarum cum anetho, sale & aqua cocta ʒ viij.*
Medullæ panis tritici albissimi exsiccati, & tenuissime pulverati ʒ ij.
Tere omnia simul & manibus opobalsamo aut ejus succedaneo inunctis, fac pastillos ʒ j. pondere, in umbra siccandos.

Vocantur hi pastilli *viperini, theriaci*, de thyro seu de vipera, ad quorum Confectionem captandæ sunt viperæ circa finem Veris aut principium ætatis, quo tempore consueto cibo & aere aliquandiu fuerunt recreatæ: atque deligendæ potius fœminæ, quam mares, non prægnantes, admodum agiles collum gracile multum porrigentes, aspectu ferino, oculis aliquantum rubentibus, ac rutilis, capite latiore ac compresso, & rostro nonnihil ad superiora reflexo, ventre amplo, cauda non involuta, affatim gracilescente, carnis experte, gressu circa eam firmato, eoque tardo. Maris vero sensim in tenuitatem abit, nec carne destituitur, corporis truncus tenuior est, collum crassius, angustius caput, duos tantum dentes caninos habet, fœmina quatuor. Quæ loca maritima & salsa incolunt, relinquendæ. Recens captæ meliores, quam asservatæ. Vt autem rite præparentur, primum virgis cæduntur, sic namque ita percitæ virus evomunt, vapularis cauda & caput abscinduntur, utrobique ad quatuor digitorum mensuram; quod etiam in viperis maioribus satis erit. Quæ post harum partium amputationem, irrequieto motu non agitantur, aut sanguinem non effundunt, sed statim immotæ iacent, atque exangves, reiiciendæ ut inutiles. Vtiles ac modo dicto mutilatæ excoriantur, eviscerantur, pingvedine mundantur, probe in aqua limpida ter, quaterque mutata abluuntur, dein in olla idonea ac nitida coquuntur cum aqua sufficienti, pauco sale, & anethi viridis quantitate paulo maiore aut minore pro numero viperarum, ut prudens pharmacopœus facile poterit diiudicare, puta ad m. j sem. aut m. ij. anethi, pro quatuor aut quinque viperis: qui numerus satisfacere poterit parandis tribus unciis trochiscorum, ad Theriacæ confectionem requisitis. Sic vero igne luculento, non tamen violento, & fumi experte coquuntur, ut à carnibus facillime spina detrahatur. Tum caro separata in pila lapidea, cum pistillo ligneo exacte terenda, cui inter terendum, panis albi ficci & pulverati tertia aut quarta pars adiicienda, ut pro carnis viperæ unc. quatuor, panis drachmæ sex, aut uncia integra. Qui maiorem panis quantitatem commiscebunt, pastillorum vires efficient imbecilliores, qui minorem, efficaciores.

Sic per tritura carne pani commixta & subacta fiet pasta, ex qua pastilli seu orbiculi formabuntur. Perperam faciunt, qui dum caro viperina & panis simul teruntur, patum iusculi, in quo viperæ fuerint incoctæ, adiiciunt: sic enim humidior est, & trochisci ex ea confecti rancescunt, situm contrahunt, & difficilius exsiccantur. Parvuli autem conficiendi atque manibus *opobalsamo* aut *oleo è caryophyllis*, vel *nuce moschata* educto inunctis, & quotidie in loco sicco, sed non Soli exposito versandi, exsiccandi, & postea servandi.

Pastillis viperinis summa virtus inest ad morsus animalium venenatorum, ab eisque Theriaca talem vim mutuatur; prosuntque mirifice, si quid aliud Elephanticis, & à cane rabioso demorsis.

Trochiſci Hedychroi D. Andromachi ex Galeno.

℞. *Aſpalthi*
Aſari
Mari
Amaraci an. drach. ij.
Calami aromatici
Schœnanthi
Coſti
Phu Pontici
Opobalſami
Xylobalſami an. drach iij.
Folii Indici
Spicæ nardi
Caſiæ lignea
Myrrhæ
Croci an. drach. vj.
Amomi drach. xij.
Maſtiches drach. j.
Cum vino quodam generoſo fiat paſta, ex qua formentur paſtilli.

Prudenter egit Andromachus, qui horum paſtillorum deſcriptionem verſibus deſcripſit: niſi enim id fecisſet, nihil aut parum illa priſtinæ integritatis retinuiſſet, cum etiam Galenus in illis deſcribendis, præſertim in ſingulorum ſimplicium definienda doſi, comperiatur. Rhaſes & Avicenna non ſunt excuſandi, qui potius novitatis aut vanitatis ſtudio, quam ſimplicium optimorum inopia hos trochiſcos immutarunt. Europæi Medici non tam pervertunt, quam ſubſtituunt, in his potiſſimum compoſitionibus, quæ certa lege, optima ratione & debita methodo deſcribuntur. Facilius eſt autem remediorum formas ſeu à Græcis ſeu Arabibus deſcriptas, quam medicamenta ſimplicia, ex quibus conſtant, habere. Valde tamen rarum eſt, quod noſtri pharmacopœi Pariſienſes non conſequuntur. Qui opportune omnia non habuerit, pro *Aſpalatho* reponet *ſantalium citrinum*, pro *maro maioranam veram* aut *dictamnum*, pro *Amaraco matricariam*, pro *coſto Angelicam*, pro *Xylobalſamo lignum Aloes*, ut *lentiſci*, pro *caſia cinnamomum*, pro *amomo Acorum*.

A Rhaſi & Avic. additur cortex radicis *Darſiſahan*, ſed quænam ſit illa planta, nec nomine, nec vultu, nec viribus dignoſcitur. Ab iſtem vocantur hi Trochiſci *Andaracari*, ab Andromacho & Galeno *Hedychroi*, à quibuſdam, ut *Gilib. de Angl. cap. de cura arthrit. & Iacob Maulins, Idiocry*, ab authore, qui primus compoſuit *Idiocrius & Idiocrytus* dicti. Ad confectionem teruntur primum radices & ligna, dein aromata, poſtea reliqua. Sed ſeorſim *crocus, maſtiche, myrrha*, quæ poſtremi, primo loco miſcenda ſunt cum vino, tum alii pulveres, tandem *oleum Balſami*, aut eius inopia, *caryophyllorum*. Ex hiſque omnibus tritis & ſimul ſubactis fiet maſſa, de qua formabuntur trochiſci, in umbra ſiccandi.

Non ſolent vero parari, niſi *Theriaces* conficiendæ cauſa, propterea cauſa, propterea parva tantum quantitate ſolent diſpenſari, multis tamen, quod ſimplicibus conſtent medicamentis efficaciſſimis, per ſe dari potuerunt ad malorum multorum curationem; & in divite quodam, qui odoratum pharmacum expetebat, ad Ozænæ curationem, his paſtillis uſus eſt Aetius *cap. 92. tetr. 2. ſer.* 2. quos ſubegit cum vino veteri odorato, & mirum eſt, inquit, quam brevi affectio curata fuerit.

Trochiſci Scillitici, D. Andromachi.

℞. *Scillæ aſſatæ* ℔. j.
Farinæ orobi albi & non ruſſi drach. viij.
Tere in mortario, & fiat paſta, ex qua formentur Trochiſci, in umbra ſiccandi.

Theriaces adhuc gratia paſtilli fiunt *Scillini*, ſic dicti à *Scilla*, quæ ipſorum baſis eſt. Ad hunc vero conſilio Galeni debet parari modum. Scillæ mediæ magnitudinis Iulio menſe colligenda, cortice exteriore ſpolianda, pars inferior & carnior, cui fibroſæ radiculæ adhærent, ſecanda, ſeparanda, abiicienda que; paſta triticea probe ſubacta, non luto, ut perperam nonnulli faciunt, involvenda; dein ſub cineribus calidis, vel potius in furno coquenda, donec paſta induruerit, & ſcilla mollis ac tenera evaſerit, tum exteriore cruſta & interiore meditullio ablatis in mortario terenda: tum demum tertia pars erui albi farinæ tenuiſſimæ & cribratæ commiſcenda, ut octo unciæ erui ſingulis ſcillæ libris. Atque ex omnibus probe ſubactis fiat maſſa, ex qua formentur trochiſci in umbra ſiccandi.

Eſt autem deligenda Scilla vera & optima, ut *Hiſpanica*, non pancratium, atque evellenda Iulio aut meſis tempore, vel paulo ſerius, aut celerius, modo iam folia penitus & ſcapus aruerint.

Eruum quoque candidum, non ruſſum, ſeligendum, quod minus amarum eſt, & magis alexiterium. Sunt, qui loco erui candidi *radicem dictamni albi* ſumunt; quia tamen eruum non valde rarum eſt, præſtat cum Andromacho & Galeno genuinam deſcriptionem admittere, quam ſine neceſſitate aliquid ſubſtituere, & mentem authoris defraudare.

Trochiſci ſcillitici craſſos & lentos humores incidunt, infarctus tollunt, putredinem impediunt, epilepſiæ conferunt, & morbis venenatis.

Trochiſci Cypheos D. Andromachi.

℞. *Carnis uvæ paſſæ pingviſſimæ, probe ab acinis & cortice mundatæ,*
Terebinthinæ puræ an. drach, xxiv.
Myrrhæ
Schœnanthi an. drach. xij.
Cinnamomi drach. iv.
Bdellii lacrymæ
Spicæ nardi
Caſiæ lignea
Cyperi
Baccarum iuniperi grandium & pingvium an. drach. iij.
Calami aromatici drach. ix.
Aſpalathi drach. ii. ß.
Croci drach. i.
Vini parum
Mellis optimi quantum ſufficit, formentur paſtilli.

Cyphi antiquum eſt vocabulum genus, quo ſuffimenta, odoramentaque olim ſignificabantur, *ſic Galen. cap. 75. de ſimp. med.* Ab eo Mithridates hos trochiſcos cognominavit, quos poſtea Democrates carmine deſcripſit. Conſtant vero multis odoratis, quæ mixturam nomini convenientem, & ad multa commendabilem efficiunt. Quo odo-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 697 sur 955

ptim e novit Ponti rex, dum eosdem antidoto permiscuit, quam suo nomine voluit donari.

Præparatio multum nec difficilis, nec laboriosa *Myrrha & bdellium* in vino generoso primum diducenda, quibus addenda *terebinthina*, dein *pulpa passularum* mundatarum, tum pulveres. Omnia tandem *melle* despumato, & probe cocto excipienda, & in massam cogenda, ex qua formentur trochisci, in umbra siccandi in olla vitrea, aut fictili reponendi & servandi.

Hunc usum non modo præstant, quod *Mithridatio* inserviant perficiendo, sed & dantur per se ad ulcera, & internos affectus multos iecoris & pulmonum.

Trochisci Gallæ moschatæ D. *Mes.*

℞. *Ligni aloes crudi & electi* ℥ ij ß.
Ambræ ℥ j.
Moschi boni ℥ ß.
Gummi tragacanthi in qua rosarum soluti quãtum sufficit ad ea comprehendenda & cogenda, fiant pastilli.

Nonnulli *ambram* in vase vitreo dissolvunt *oleo Balanino* pauco, eoque cetera comprehenduntur.

Vox *Gallia* non parum Iac. Manlii exercuit ingenium, ut qui rationem eius nominis ad pastillos descriptos accommodati quærens, nunc ex Placentino ad Galliam herbam odoriferam, nunc ex aliorum opinione ad quandam Galliæ provinciam refert, herbam tamen illam fictitiam, & Galliam neque quidem per somnium vidit Mesue, nec Galliæ nomine compositionem istam, ni fallor, designavit. Convectiones enim aromaticæ, Arabibus *Alephanginæ*, ut quæ calidioribus aromatis constãt dicuntur, aliquando *ut apud Rhasin Ramich*, & specialius *Such*, quando *moscho, ambra, zibetho*, & similibus suave n odorem spirantibus componuntur. Rectius autem trochisci de *xyloaloe moschata*, quam de *Gallia moschata* vocari possent, minime tamen mutandum nomen censeo, quod integrum fere seculum recepit & probavit, in cuius investigatione non laborandum, modo res ipsa satis innotescat.

Porro ad præparationem seruntur singula seorsim, ac primum quidem *lignum aloes*, dein *ambra*, postremo *moschus*, tum omnia excipiuntur glutine *tragacanthi aqua rosacea* diluto & fiunt trochisci, ad delitias maxime suo halitu accommodati, potius tamen ad sanitatem, quam voluptatem in pharmacopoliis servati. Horum mentio frequenter occurrit in compositionibus multis, quas hinc inde ingrediuntur.

Cerebrum, cor & spiritus recreant, corporis totius odorem commendant, ventriculum puerorum imbecillium & vomiturientem roborant, & vires longo morbo fractas reparant.

Trochisci Aliptæ moschatæ D. N. Sal.

℞. *Ladani* ℥ iij.
Styracis calamitæ ℥ i. ß.
Styracis rubræ ℥ j.
Ligni aloes ℥ ij.
Ambræ ℥ j.
Caphuræ ℈ ß.
Moschi ℈ j.
Cum aqua rosarum formentur pastilli

Minus frequenter parantur hi pastilli, quam præcedentes, licet affines sint halitu, suavitate, odore. Laborioſe conficiuntur iuxta modum à Nic. Salernitano descriptum, facile vero sic: *Ladanum* in mortario cupreo & pistillo ferreo, utroque calente, cum pauca *aqua rosarum* diu terendum, ducendum & agitandum, donec unguenti undique lævis, nec asperi aut grumosi consistentiam nanciscatur. Addatur postea utraque *styrax* pistillo rursus multum diducenda dein *xyloaloe*, tum *caphura, moschus & ambra*, cum pauca *rosacea* seorsim in alio vase diluta. Ex omnibus confuse mixtis tritis, subactis trochisci fient parvuli, in umbra siccandi, in olla reponendi, in officina servandi

Celebrantur ut efficacissimi ad cerebrum cor, hepar, ventriculum & cæteras partes nutritorias corroborandas, & reficiendos spiritus.

Pastilli Neræ D. N.

℞. *Ambræ optimæ* ℥ j.
Ligni aloes ℥ iij.
Moschi boni ℈ ß.
Caphuræ gr. ij.

Subigantur omnia simul, & fiat massa, ex qua formentur Trochisci.

Trochisci Neræ sic ab inventore multorum iudicio nuncupati pretiosissimi sunt, rarissimeq; conficiuntur, nisi pro regibus & principibus. Nec magna quantitate parandos censeo, & in Officinis diu asservandos, cum usus tempore statim quantitate requisita possint confici. A *Gallia moschata* tantum dissident simplicium dosibus & superaddita *caphura*. Vt ritè parentur, emollienda *ambra* in mortario calente cum pistillo quoque calido, cui deinde *lignum aloes* tenuissime pulveratum cõmisceatur: tum *moschus* seorsim tritus, postremo *camphora*. Omnia vero probe ducantur, subigantur, malaxentur, superaddito pauco oleo *liquidambar*, aut *opobalsamo*, ut in massam cogantur conveniente, ex qua rotulæ aut pastilli formabuntur.

Iisdẽ viribꝰ pollent, quib. *Gallia moschata*, sed efficaciorib⁹, & à magnat. frequenter usurpãtur ad suffitꝰ.

Trochisci de Caphura D. Myrep.

℞. *Caphuræ* ℥ ß.
Croci ℥ i j.
Amyli ℥ ij.
Rosarum rub.
Gummi Arabici
Tragacanthi
Scobis eboris an. ℥ ß.
Sem. cucumeris mundati
Sem. portulacæ, Glycyrrhizæ rasæ an. ℥ j.
Cum mucagine semin. psyllii, in aqua rosacea extracta; fiant pastilli.

Ex variis Trochiscorum de *Camphora* descriptionibus à veteribus traditis, sola fere paratur, quam Mesue *Sect. sui Antidot.* describit ad febres ardentes, ad bilis & sangvinis æstum, hepatis & vẽtriculi calidam intemperiem & sitim inexpletam. Multis tamen quod constet calidis, ut *nardo, xyloaloe, croco, cardamomo*, quomodo id præstare valeat, non facile coniecto. Alios eiusdem nominis multo præstantiores, & ad id munus obeundum efficaciores, ac paratu faciliores, ex Myrepso exhibeo, in cuius descriptione nihil est immutatum, præter simplicium ordinem. Pro *spodio* autem, (si quod aliud sit, præter *pompholiga*, seu *spodium* Græcorum)

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 698 sur 955

malo assumere *ebur crudum*, quam *ustum*, ob rationes multas *superius* adductas. Præparatio nec molesta, nec laboriosa multum est. *Scobs eboris* seorsim tenuissime lævigandæ, ut & reliqua simplicia, *crocus, caphura, amylum, rosæ & glycyrrhizæ*. *Gummi* in mortario calido terenda: *semen cucumeris* decorticandum, dein minutim secandum, & lævigandū, tum demum omnia *cremore psyllii* comprehendēda, & in pastam ad trochiscos formandos cogenda.

Valent ad iecoris & aliorum viscerum ardores mitigandos, ad acrimoniam bilis temperandā, & ad humorum, qui ad thoracem delabuntur fluorem compescendum.

Trochisci Diarrhodon D. *Mes.*

℞. *Rosarum rub.* ℥ *j.*
Glycyrrhizæ ℥ *ß.*
Ligni aloes
Spicæ aromaticæ an. ℥ *jj.* & ℈ *ij.*
Mastiches ℥ *ij.*
Antispodii ℈ *iv.*
Croci ℈ *ij.*

Tritis omnibus fiant trochisci ex vino albo.

Variæ sunt pastillorum huius nominis apud authores varios descriptiones: quisq; enim ad animi votum addit, detrahit, pervertit, immutat, & plerumque unum & idem medicamentum diversis nominibus designat, sæpe & duo, triave eadem vocum acceptione nuncupat. Patet hoc ex trochiscis *Diarrhodon*, & de *Rosis* à Mesue traditis, quorum alii aliorum significato includuntur. Futiles sunt rationes, quæ huius nomenclaturæ in voce & significatione diversitatem quærunt. Si tamen cum viro probato sic loqui liceat, pastillos descriptos vocabimus *Diarrhodon*, non de rosis, quorum præparationem pluribus demonstrare superfluum videtur, cum ipsa per se facilis sit nec quicquam difficultatis secum ferat. Pro *Spodio, Antispodium* Officinarum & vulgare diximus quod *ebur ustum* est, nor *spodium*.

Valent ad febres pituitosas, inveteratas & aliis implexas. Ad ventriculi quoque dolorem leniendum, & humores ipsi adhærentes detergendos, commiscentur in multis compositionib⁹ magnis à Mesue descriptis.

Alii sunt Trochisci Diarrhodon N. Myrepsi, quos ipse suis confectionibus miscet. Parantur *ex rosar. rubr. recen.* ℥ *ij. spodii* ℥ *ij. santal. rubr.* ℥ *j.* ß. *gr. vij. santal. alb.* ℥ *j. gr. xij. croci* ℈ *ij.* ß. *caphuræ* ℈ ß. ex omnibus *aqua rosacea* coactis hunt pastilli.

Trochisci de Carabe D. Mes.

℞. *Karabes* ℥ *j.*
Cornu cervi usti
Gummi Arabici usti
Tragacanthi
Coralli usti
Acaciæ
Hypocistidis
Balaustiorum
Mastiches
Laccæ
Sem. papaveris nigri, aesi an. ℥ *ij.* & ℈ *ij.*
Thuris
Croc.
Opii an. ℥ *ij.*
Cum mucagine seminis psyllii fo ma Trochiscos, & repon. usui.

Hos Mesue pastillos, ut insigniter efficaces, inter quindecim eiusdem nominis, à tot authorib⁹ descriptos selegi, quorū magna pars illis solū nomine tenus, similis, vel certe multum dissimilis, *Succino seu Karabe* Arabibus, & *Electro* Græcis dicto, nuncupātur, quod mirifice comendantur ad viscerar oboranda, sangvinis fluorem cohibendum, & rheumatismum uteri sistendum: augetur illius vis incrassans. *gunimi & opii* interiectu, astrictoria, superaddita *hypocistide & acacia*. *Opium croco* castigatur, ventriculus *mastiche* roboratur, *psyllio* omnia comprehenduntur, & partium asperitas leniur. Ad præparationem iubet Mesue multa aduri, quæ tamen si cruda ponantur, medicamen nihilo deterius imo forsan præstantius erit: si quid enim eximiæ virtutis habet *cornu cervi* aut *corallium*, hæc ipsa potius habere cruda, quam usta credibile est. Quid ustio medicamētis cōferat, quid abhis auferat, minime sum nescius, sed multa vix hunc patiuntur apparatum sine magno virium dispendio. Vrat tamen, qui voluerit, modo expetitas cum cineribus retineat vires. *Acacia & hypocistis* debebunt minutim primum incidi, dein cum *balaustiis* pulverati, tum & reliqua. Ex omnibus arte & ordine tritis, & pauca *psyllii mucagine* formabuntur trochisci.

Vim habent roborantem & astrictoriam. Omnem hæmorrhagiam, præsertim à thorace, pulmone, hepate, renibus, utero, hæmorrhoidibus ℥ j. pondere cum *aqua plantaginis aut rosacea* vel simili sistunt. In dysenteria prosunt, & per os sumpti, & per enemata iniecti.

Trochisci de spodio cum semine acetosæ, *Mesuæ Auguſt.*

℞. *Rosarum rubearum* ℥ *i.* ß.
Spodii ℥ *x.*
Sem. Acetosæ ℥ *vj.*
Portulacæ
Coriandrorum præparatorum,
Sumach an. drach ii. ß.
Amyli usti
Balaustiorum
Berberorum an. drach. ii.
Gummi Arabici assati drach. i. ß.
Omphacii, seu Agrestæ quantum satis.
Fiant Trochisci.

In febribus biliosis cum alui fluore præstantes sunt. Inflammationem ventriculi & hepatis ac sitim continuam sedant.

Trochisci de Antispodio D. *Mes.*

℞. *Rosarum drach. vii.*
Antispodii drach. iv.
Sem. portulacæ
Succi glycyrrhizæ an drach. ii.
Cum mucagine seminis psyllii, fiant Trochisci.

Si aliquando fas sit balbutire cum balbutientibus, hos pastillos ad electuarii de *psyllio* continuam accommodatos, de *spodio* vocabimus; sed inviti quidem, quod illorum basis *spodium* non sit, sed potius *antispodium*, vel verius, *ebur ustum*, quod hucusque pharmacopœorum familia pro *cauna* seu pœo *Tabaxir* radicibus ustis usurpavit. Valeat tamen istud pseudospodium, vel imaginarium. Arabicæ gentis spodium, quod valere poterit, ex eo *antispodio* à nobis vocato, parandi & nominandi sunt.

diſunt trochiſci deſcripti, additus *roſis ſemine portulacæ, & ſucco glycyrrhizæ, pſyllii* glutine comprehẽſis.

Sic autem parati non modo in electuarii dicti veniunt compoſitionem, ſed &per ſe dantur ad febres acutas, ventriculi & hepatis inflammationem, & ſitim vehementiorem.

Alii dantur adhuc a Meſue magis compoſiti, cum ſemine videlicet *acetoſæ, pulpa ſumach, amylo, coriandro, balauſtiis, berberis, & gummi Arabico, omphacii ſucco* excepto. Minus tamen uſuales ſunt, nec probe congruunt electuario nominato.

Trochiſci de Berberis.

℞ *Baccarum berberis aut ſucci earum*
Succi glycyrrhizæ
Sem. portulacæ
Antiſpodii an. drach. iii.
Roſ. rubrarum drach. vi.
Spicæ
Croci
Amyli
Tragacanthi an. drach. i.
Sem. citrulli drach. iij. ß.
Caphuræ drach. ß.
Cum mãna ſucco berberis diluta, fiant Trochiſci.

Extat huius nominis apud Meſuem alia deſcriptio, ſed exoleta. Extant & aliæ multæ apud Serapionem, Avicennam, & alios, qui antidotaria conſcripſerunt: ſed hæc una vice omnium ſit, & ſola tanquam cæteris præſtantior uſurpanda & celebranda. Hac autem arte optime parabitur: Incidantur primum *nardus, ſuccus glycyrrhizæ & ſemen citrulli, dein terantur ſimul cum roſis, Seorſim vero ſpodium, amylum, caphura, crocus & tragacanthum. Trita omnia excipientur manna in ſucco berberorum liquata, & fiet maſſa*, ex qua formabuntur Trochiſci.

Commendantur ad febres præcalidas, ad intemperiem iecoris & ventriculi fervidam, ad ſitim inexhauſtam, & alvi fluorem. Expetuntur quoq; ad electuarii de *pſyllio* compoſitionem, deſcriptione Meſuei, apud quem vocãtur iuxta interpretum traductionem, *paſtilli de oxyacantha*; non autem ingreditur electuarium roſarum ab eodem principe traditum, ut putat Foeſius: Parva quantitate erunt parandi, quod fere ſolum uſurpentur ad aliorum medicamentorum compoſitionem.

Trochiſci Gordonii.

℞ *Sem. quatuor frigid. maiorum mundator.*
Sem. papaveris albi
Malvarum
Bombacis
Portulacæ
Cotoneorum
Myrtillorum
Gummi Arabici
Tragacanthi
Strobilorum
Piſtachiorum
Sachari candi
Penidiodum
Glycyrrhizæ raſæ
Hordei mundati
Mucaginis ſem. pſyllii
Amygdalar. dulcium mundatar. an. drach. ii.
Boli armenæ
Sanguinis draconis
Antiſpodii
Roſarum
Myrrhæ an. ℥ß.

Excipiantur hydromelitæ, & fiant paſtilli pondere ℈ *ij. aut ℥j.*

A Bauderonio artis pharmacariæ ſtudioſiſſimo fideliter, a Iouberto depravate hi paſtilli deſcribuntur: hic enim non tantum ſimplicium pondus immutavit, ſed alia adiunxit, & nimis pretioſa & parum neceſſaria. Eſt a. multiplex illorum compoſitio: Conſtant n. refrigerantibus, detergentibus, aſtringentib. & roborantibus, lenientib. & quibuſdam aperientib. Ad præparationem quædam tritura vulgari, piſtilli nempe ſolo percuſſu pulverantur, ut radices, ligna, ſemina duriora gummi, *bolus armena & myrrha*. Hæc tamen duo non confuſe, ſed ſeorſim debent lævigari. Nonnulla minutim prius ſecantur, dein teruntur & aliis admixta tenuiſſime comminuuntur. Ex omnib. optime tritis, & confuſe mucagini *pſyllii* mixtis, atque *hydromelite* cõprehenſis & coactis fingũtur trochiſci.

Porro pro *ſanguine draconis* nec *cinnabaris* cum Dioſcoride ſumenda, nec *ſerpentis*, aut alius animalis *ſanguis* cum Plinio quæritandus, nec aliud quicquam factitium ex *terra ſynopica bolo armena, ſorbis & lateribus triſtis* ſimul ſubactis admittendum, ſed lacryma cuiuſdam arboris peregrinæ ab indigenis, *Draco* nominatæ, ut fuſius docuimus *libro de ſimplicibus*.

Imperantur à Gordonio ad ulcera renum. Vtiliter quoque uſurpantur ad alia partium internarum ulcera: leniunt enim, detergent, acrimoniam contemperant & roborant.

Ad internas ulceraciones Drach. j. cum lacte exhibita plurimum prodeſt: & ſi fuerit ulceratio in veſica, diſtemperetur cum lacte, inquit Gordonius, & proiiciatur per ſyringam.

Trochiſci de capparibus D. *Meſ.*

℞ *Corticum radicis capparis*
Sem. viticis an. drach. vi.
Gummi ammoniaci ℥ß.
Nigellæ
Calamitæ
Acori
Amygdal. amararum
Sem. naſturtii
Folior. rutæ
Ariſtoloch. rotund.
Succi eupator. inſpiſſati an. drach. ii.
Cyperi
Scolopendrii an. drach. i.

Omnia trita *ammoniaco* diſſoluto comprehendantur, & fiant Trochiſci.

Veterem Meſues deſcriptionem integram, nec aliqua in re immutatam admiſimus ut quæ optime ea præſtet, quæ pollicetur. Trochiſcorum enim omnium incidentium & obſtructiones referantium hi ſunt efficaciſſimi: quandoquidem multis conſtant, quæ craſſos, melancholicos ac terreſtres ſuccos tenuant & incidunt, infarctus tollunt, & duritiem emolliunt. Quibus ſi præterea addere quis voluerit *gummi lacca & rubiæ tinctorum ana Drach. j.* efficaciores reddetur, nec *trochiſcis de lacca* erit opus, quod hi, è *capparibus* ſatis ſint, inquit Plantius, ad lienis obſtructionem & veteres affectus. Eorum ac ſuperiorum

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 700 sur 955

eadem est parandi ratio, ac methodus facilis. *Ammoniacum* dissolvetur *aceto*, coquetur ad consistentiam mellis, eoque pulveres subigentur, & formabuntur Trochisci.

Commendantur plurimum ad omnem lienis & hepatis obstructionem, duritiem, inflationem, & tumorem præter naturam. Morbo regio & hydropi incipienti succurrunt, infarctus tollunt, & flatus discutiunt. Dosis est Drach. j. cum vino tenui, vel aqua decoctionis *radicis capparis, corticum fraxini aut tamarisci.* Sunt, qui valentiores efficiunt, inquit Mesue, duplicato *Ammoniaco.*

Trochisci de Myrrha D. Rhas.

℞. *Myrrhæ* ʒ iij.
Lupinorum ʒ v.
Foliorum rutæ
Mentastri
Pulegii
Cumini
Rubiæ tinctorum
Assæ fœtidæ
Sagapeni
Opoponacis an ʒ ij.
Cum succo artemisiæ, fiant pastilli pondere ʒ ij.

Nusquam omittendi sunt hi trochisci à Rhasi descripti; à *Myrrha* quæ illorum basis est, nuncupati ab omnibus Medicis usurpati: ad quorum cōpositionem accedunt multa, quæ mesenterium obstructione liberant, meatus diducunt, infarctus tollunt, & potenter humores, qui vel copia gravant, vel qualitate lædunt, deturbant. Vt rite componantur, gummi sunt liquanda in decocto, vel succo *artemisiæ* calido, dein linteo forti traiicienda ad aquæ humiditatis dissipationem & consistentiam mellis.

His postea addenda reliqua simplicia tenuissime, ut artis est, pulverata. *Nam quæ ad infarctus expediendos, occlusionem viarum reserandam, & materiam quandam foras prótrudendam imperantur, debent tenuissime lævigari.* Sic enim *asarum* & alia multa simplicia in pollinem subtilissimum trita urinas movent copiosas, crassiuscule pulverata diutius immorantur, & segniter suas vires exerunt.

Frequens est horum pastillorum usus in nimia cunctatione menstruorum, in partu remorāte, secundis retentis & lochiis suppressis. Dantur à drach. j. ad drach. ij. sem. & aliquando ad drach. iij. cum aqua, aut decocto idoneo.

Trochisci Alexiterii, seu contra pestem.

℞. *Radicum zedoariæ*
Gentianæ
Tormentillæ
Ireos Florentiæ an. ʒ ij.
Cinnamomi
Caryophyllorum
Macis an. ʒ ß.
Zinziberis ʒ j.
Radicis angelicæ ʒ iij.
Coriandri præparati
Rosarum an. ʒ j.
Corticis citrii sicci ʒ ij.

Fiat omnium pulvis subtilissimus, & cum *succi glycyrrhizæ* ʒ vj. fiat pasta mollis, de qua formētur trochisci, vel potius bacilli oblongi.

Pesti præcavendæ multum conveniunt hi trochisci: Eorum enim tantillum in ore detentum saporem quendam non ingratum relinquit, & odorem, qui aeris inquinati qualitatem malignam arcet & emendat atque impedit, ne is intro subiens spiritus inficiat. Quæ enim insipida sunt & inodora, ut *cornu monocerotis, lapis Bezoar, margaritæ, lapilli pretiosi*, & alia multa venenis obstantia, suas tantum vires exerunt in corpus ingesta, vel saltem eorum in usu: in ore enim contenta fere inefficacia sunt, ut quæ vix saporem ullum emittant, aut halitum efflent, à quibus aeris feritas queat domari.

Hi autem trochisci seu in ore tantum detenti, seu inferius ad ventriculum delapsi vires habent eximias, & ad virus pestilens evincendum efficacissimas. Vt rite parentur, *succo glycyrrhizæ*, quo pulveres excipiendi sunt, in balneo Mar. seu diplomate emolliendus erit, donec facile duci possit, & cum eo quantitas pulveris tota concorporari: quod artifici perito difficile non erit. Inexperto si videatur nimis oporosum, liceat illi parum hypocratici vini, aut alius liquoris convenientis super addere, ut ad libitum pastam habeat mollem, ex qua formabit bacillos in umbra siccandos, & usui reponendos. Quid a. sit *vinum hypocraticum*, satis notum est. Parari solet ex *vini nigricantis* ℔ ij. *sacchari* ℔ ß. *cinnamomi* ʒ ß. quidam addunt ad stimulum maiorem *Zinziberis* ʒ ß. & *Caryophyllorum* ℈ j.

Trochisci hysterici.

℞. *Assæfœtidæ*
Galbani an. ʒ ij. ß.
Myrrhæ ʒ ij.
Castorii ʒ j. ß.
Asari
Sabinæ
Aristolochiæ
Nepetæ
Matricariæ an. ʒ j.
Dictamni ʒ ß.

Cum succo aut decocto rutæ fiant Trochisci.

Hos nostros pastillos *hystericos* nuncupamus, quod aberrationi uteri & aliis affectib. hystericis mirifice prosint. Assumpti enim uterum vel ex eo vapores ad partes supernas ascendentes cogunt, sistunt & gravissima simptomata, hinc nasci solita impediunt. Nam cum uterus reb. odoratis delectetur, licet non sub specie odoris, trochisci a descripti, admodum fœtidi sint, illius ascensum ad præcordia, dum per os sumuntur, sistunt. Et præterea colluviem quandam parvam, si quæ in locis muliebribus contineatur, meatus aperiendo, obstructiones solvendo, foras protrudunt.

Facillime autem parabuntur, si pulverandæ tenuissime terantur, & gummis decocto, aut *succo rutæ* maceratis, colatis, & ad mellis crassitudinē elixatis comprehendantur.

Medētur fœdis virginum & viduarū coloribꝰ & his omnibꝰ symptomatis, quæ à tetris vaporibꝰ è semine, vel mēstruo sangvine corrupto, & ab utero sursum ad præcordia perreptāte prodeūt, auxiliantur.

Trochisci ad Gonorrhæam.

℞. *Seminis viticis, seu agnicasti*
Lactucæ
Rosarum
Balaustiorum an. ʒ j.

Stabi-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 701 sur 955

Scobis eboris
Electri an. drach. i. ß.
Boli armenæ in aqua centinodiæ lotæ drach. ii.
Seminis plantaginis ℈ iv.
Saſſafras ℈ ii.

Cum mucagine ſeminis citoniorum in aqua nenupharis extracta, fiant Trochiſci.

Gonorrhœa vel eſt voluntaria, ut cum ſemen per coitum & cum voluptate excernitur; vel invita, ut cum citra Venerem effluit; atque ea vel ſimplex eſt, & nullius qualitatis malignæ particeps, quæ aut à ſeminis plenitudine, aut qualitate, aut labore, curſu, equitatione, & piperatorum uſu nimio oritur: vel fœda & virulenta, quæ ex impuro concubitu, cum lue Indica affectis contrahitur, in qua virus albicans, aut ex virore flaveſcens è vaſis ſeminalibus ſive ſenſu excidit vigilanti pariter atque dormienti. Frequens quidem malum eſt, mulieribus perinde atque viris commune, quod tempore nonnunquam tantas vires acquirit, ut per totum corpus ſerpat, & partes ſingulas afficiat.

Ad utramque vero ſimiliter noſtri paſtilli uſurpantur. Ad ſimplicem quidem ſolius ſanguinis eductione præmiſſa; ad virulentam, incipientem, vel nondum inveteratam, corpore ſemel atque iterum repurgato & ſanguine imminuto, dantur cum decoctione *ſeminum papaveris & melonum*, vel cum *aqua roſarum*. Doſis eſt à drach. j. ad drach. ij. ſem. aut drach iij. ad ſummum. Horum ut præcedentium eadem eſt, ac facilis præparatio.

Trochiſci narcotici D. Fernel.

℞ *Gummi Arabici*
Tragacanthi
Amyli an. unc. ß.
Ceruſæ lotæ aqua roſarum drach. vi.
Styracis calamitæ
Myrrhæ
Caſtorii
Opii ſapa ſolut. an. ℈ iv.
Croci drach. ß.

Trita omnia excipiantur mucagine *ſeminum pſyllii in aqua roſarum* deprompta, & fiant Trochiſci.

Superſunt duo paſtilli uſuales tantum exterius adhibendi, quos eadem ſerie deſcribere, nec ad poſteriorem officinæ partem, quæ de medicamentis tantum externis agit differre non libuit, quorum priores vocantur à Fernelio *narcotici*, quod parti cuipiam admoti ſenſum ſtupefaciendo dolorem illius conſopiunt. Horum compoſitio, & uſus perneceſſarius, neque ulli ante extant ad ſimiles affectus accommodati. Ad præparationem ſingula primum ſeorſim terenda, dein cõfuſe mixta, mucagine ſeminis pſyllii excipienda & in maſſam cogenda.

Trochiſci narcotici debite admoti capitis dentiumque dolorem conſopiunt, in febrium ardoribus ſomnum accerſunt, eryſipelata, inflammationes extinguunt, partium omnium externarum dolores aliis medicamentis ſoluti compeſcunt.

Trochiſci *Albi* D. Rhaſis.

℞ *Ceruſæ aqua roſar. lotæ drach. x.*
Sarcocollæ craſſioris drach. iii.
Amyli drach. ii.
Gummi Arabici
Tragacanthi an. drach. i.
Caphuræ drach. ß.

Lacte muliebri excipiantur ſingula per ſe trita, & fiant parvi Trochiſci.

Inter *Sief*, ſeu *collyria* numerantur ab Arabib. hi trochiſci, à Rhaſi deſcripti *lib. 9. ad Almanſorem cap. 15.* Verum eius deſcriptionem recentiores valde immutarunt: Alii n. *gummi Arabicum* addiderunt, alii *amylum*, alii *opium* reiiciunt, & *caphuram* ſubſtituunt: ſic enim paſtilli fiunt cãdidiores, nec minus oculorum affectibus efficaces, imo in multis utiliores. In dolore tamen illorum acerbiſſimo poterit *opium* addi, velut cenſet Ioubertus, duobus modis parandi ſunt; *cum & ſine opio*, ut pro rei exigentia, vel hi, vel illi felicius uſurpentur, niſi quis maluerit, ut fere fit, utendi tempore, opii pauxillum permiſcere. Præparatio facilior eſt, quam ut longiore indigeat explicatione.

Valde conducunt oculorum affectibus multis. Eorum enim dolores mitigant, inflammationes temperant, fluxiones ſiſtunt, materiam detergunt, exſiccant, digerunt, & partem roborant.

Sic videor præcipuos & uſitatiores paſtillos in pharmacopoliis omnibus præparandos & aſſervandos recenſuiſſe. Alii enim, qui paſſim in vulgatis Antidotariis occurrunt, vel nullius, vel improbati ſunt uſus, vel facile ſub illis comprehenduntur.

Trochiſci ad phthiſin. Mylii.

℞ *Thuris*
Lupinorum } an. ℈ ß.
Cupreſſi
Gummi Arabici
Tragacanthi
Succi liquiritiæ } an. ʒ ß.
Sem. Cydon.
Boli Armeni

Cum Syrupo menthæ fiant.

Trochiſci ad Vlcera pulmonum. Myl.

℞ *Balauſtiorum* } an. ʒ ß.
Roſar. ſiccar.
Sang. Draconis
Medullæ tritici } an. ʒ ß.
Olibani
Gumm. Arabici
Tragacanthi } an. ʒ iij.
Maſticis
Acaciæ } an. ʒ ß.
Croci
Carabe } an. ʒ j.
Myrrhæ
Anacardin ʒ v.
Mixtæ cydoniorum q. ſ. Fiant.

Trochiſci liberantes Lubeccenſium.

℞ *Succ. glyzyrrh. ʒ ij.*
Pulver. liberant. ʒ ß.
Spec. Diamoſch. dulc.
Diambr. an. ℈ ij.

Cum mucilag. tragac. ex aq. roſ. facta ſ. trochiſci, qui ſiguntur & cum moſcho aromatiſentur.

Trochiſci pro lotione capitis odoriferi.

℞ *Smegmat. Veneti quart. j.*
Ireos alb. ſubtiliſſime pulveris ʒ j.

Moſch.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 702 sur 955

Mosch. ℈ ß. cum infusione tragac. & aq. ros. f. glebæ rotundæ.

Trochisci pro fumo.

℞. Santal. citrini
Ros. rubr.
Caryophyllor.
Cinnam. an. ʒ vj.
Benzoin ʒ i. ß.
Styrac. calamit. ʒ j.
Sachar. pulveris ʒ xij. Mi.
f. sec. art. trochisc.

Trochisci pro fumo cum moscho.

℞. Benzoin ℔. j.
Styrac. calamit. ʒ vij.
Ros. rubr. ʒ j.
Lign. aloes unc. ß.
Caryophyllor.
Santal. citrini an. ʒ ij.
Sach. albi unc. viij.
Mosch.
Zibeth. an. ʒ. ß. Mi. & cum infusione tragac. in aq. rosar. formentur trochisci.

Trochisci pectorales pro illustrissimo principe Ioanne Friderico II. Duce Saxoniæ.

℞. Sach. cand. alb. ʒ ij.
Styracis calamit.
Bol. oriental. an. ʒ j.
Spec. diatr. salam.
Looch. sani & expert. an ʒ ß.
Liquirit. rasæ unc. ß.
Sacch. penid.
Sacch. alb. an. unc. iij.
Mucilag. tragac. cum aq. hyssop. q. s. f. trochisci.

Trochisci D. Ioannis Langii Mirabiles in Epilepsia omnibus medicamentis præferendi.

℞. Sem. pæon. ex cortic. unc. ß.
Margar. prap. ʒ x.
Mac. ℈ j.
Fol. auri nr. vj.
In pulverem redacta misceantur & cum unc. ix. sachari albiss. in unc. v. aq. sequentis soluti & decocti ad perfectionem f. trochisci.
Aqua autem sic fit.
℞. Fl. lil. conval. Manip. viij. superfundatur mensura vini cretici, aut muscatellini, aut alterius generosi, in eoque per dies quinque stent infusi, mox in Baln. Mar. destillentur in vase vitreo deinde
℞. Cinnam. electiss. ʒ vj.
Nucist. unc. ß.
Piper. long. ʒ ij.
Flor. lavendul. unc. j.
Caryophyllor.
Sem. fœnic. an. ʒ ij.
Fl. rorismar.
Stœchad. an. unc. ß.
Cubebar. ʒ ij.
Visci quercin.
Rad. pæon.
Dictam. nostrat. an. unc. ß.
Omnia crassiuscule contrita rursus in superiore vino per dies octo macerentur in loco aprico & pistea destillentur, ut antea.

Vsus est: dissolvitur trochiscus unus in cochleari huius aquæ & datur ad præcavendum mane: in paroxysmo vero ipso ad curandum vi diducto ore infunditur.

Notandum.

His tamen trochiscis præmittatur purgatio bis vel ter ex pilulis de hiera compositis, quarum hic magna vis est: deinde victus ratio conveniens.

Trochisci de stella D. Flockii.

℞. Myrrh.
Castor.
Spic. celtic.
Casia lign.
Terr. sigill.
Cortic. mandrag. an. ʒ ij.
Opii
Croci
Cost. an. ʒ ij. ß.
Sem. papav. alb. ʒ iij.
Styrac. liquid. unc. ß.
Sem. dauc.
Papav. alb. ʒ iij.
Seseleos
Hyoscyam. alb.
Apii an. unc. ß.
Infundantur gumm. cum vino odorifero, & omnibus commistis. f. trocisci pondere ʒ ß. exiccentur in umbra.

Valescus de Taranta ponit ex Avicenna trociscos Andromachi dictos stellæ; quia fiunt extra stellæ, cui⁹ loco sumitterram sigillatam. Valent adsistendum sanguinem. Vide caput de hæmoptoisi.

Trochisci prophylactici cum mithridatio. D. Bechtholdi Rivii Med. Francof.

℞. Bol. armen. puriss. in succ. citri
Infusi & exiccat. unc. j.
Corall. rubr. prap. drach. ij.
Rasur. corn. cerv. drach. j.
Succin. alb. ℈ ij.
Rad. tormentill.
Pimpinell.
Imperator.
Angelic. an. drach. j.
Zedoar. opt. drach. ij.
Cinnam. unc. ß.
Caryophyllor. drach. ij.
Croc. ℈ j. Mi. f. pulvis subtilissimus
℞. Huius pulver. drach. ij.
Mithrid. opt. drach. j.
Ol. cinnam.
Angelic. an. gutt. j.
Sach. albiss. drach. iij.
Cum infusione gumm. tragac.
in aq. angelic. facta f. trochisci.

Sunt valde experti & Mæno Francof frquēt. usū.

Trochisci tempore pestis sub lingva tenendi D. Ioan. Ringlerii Argentinensis.

℞. Cortic. citr. sicc. drach. ß.

Zedoar.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 703 sur 955

Zedoar.
Angelic. an. ʒß.
Lign. aloes ℈ ij.
Rad. irid. florentin. ʒß.
Caryophyllor.
Cinnam. elect.
Nucist. an. ʒ j.
Sach alb. ʒ iij. cum mucilagine tragac. f. trociſci inſtar bechiarum parvi.

Trochiſci pro fumo Piſtorii.

℞. Styrac. calamit.
Thymiamat.
Benzoin
Laudani an. ʒß.
Thuris ʒ iij.
Caryophyllor.
Cinnam.
Nucistæ an. ʒ ſ.
Sachar. candi ʒ j. Mi.
& cum aq. roſ. mucilag.
tragac. f. trociſci.

Trochiſci pro fumo Fiervoant.

℞. Arſen. criſt.
Cinnab.
Carabe
Myrrh.
Thuris an. ʒ iij.
Sarcocoll.
Picis gr.
Benzoi an. ʒ j.
F. Trochiſci cum aceto deſtill.

Parvæ candelæ pro fumo contra Peſtem. Salæ.

℞. Carbonum ſalicis vel coryli ʒ ij.
Fl. ♀ ʒ j.
Benzoi opt.
Myrrhæ el. an. ʒß.
Caryophyll. ſcr. ß.

Similiter exhiſce fiat pulvis ſubtiliſſimus, & cum glutine Ichthyocollis fiat maſſa, pro formandis candelis parvis, more earum, quæ ad odores bonos excitandos alio tempore formantur.

1. Trochiſci peſtilentiales. Mylii.

℞. Ligni aloes
Cardam. maio.
Amyli
Camphoræ } an. ſcr. ij.
Flor. roſar. rubr. ʒß.
Spodii ʒ ij.
Santal. citrini ʒ ij. ß.
Croci ʒ j.
Glyzyrrhizæ ʒ ij.
Sem. Citrulli
Melonis
Cucumeris
Cucurbitæ
Tragacanthæ } an. ʒ j.
Gummi Arab.
Nardi Indicæ
Sachari albi
Mannæ an. ʒ iij.
Mucilaginis ſem. Pſyllii cum aqua Roſ. extr. q. ſ.
Fiant Trochiſci.

2. Trochiſci Peſtilentiales.

℞. Roſarum ʒ vj.
Camphoræ ʒ ß.
Santali albi
Santali flavi } an. ʒ. ſ.
Santali rubei
Boli armeni
Spodii
Sem. cucumeris
Cucurbitæ } an ʒ ß.
Citrulli
Portulacæ
Aquæ portulacæ q. ſ.
Fiant Trochiſci.

3. Trochiſci contra aërem peſtilentialem.

℞. Mithridatii opt. ʒ ſ.
Rad. Angelicæ
Zedoariæ
Spec. Diamargar. frig. } an. ʒß.
Cinnamomi electi
Santali citrini
Myrrhæ electæ
Boli armeni præpar. an. ſcr. ſ.
Moſchi gr. iij.
Sacchari canarii unc. vj.
Cum mucilagine gummi Tragacanthæ infuſæ in aqua ſcabioſa & pauco ſucci limonum vel citri; Fiant Trochiſci.

4. Trochiſci ad peſtilentem aërem in æſtate.

℞. Flor. Violarum
Nymphæa } an. ʒ ſ.
Roſarum
Cort. Citri
Sem. Citri an. ʒß.
Coriandri
Santali rubri } an. ſcr. iij.
Sp. Diarrhod.
Boli armeni ʒ ſ.
Mucilaginis Tragacanthæ cum aqua Roſac. extractæ q. ſufficit.
Formentur Trochiſci.

5. Trochiſci in frigido peſtilentiæ tempore idonei.

℞. Spec. Aromat. Roſati
Diamargariti calidi an. ʒ ij.
Boli armeni ʒ i. ß.
Mucilaginis Tragacanthæ cum aqua Roſ. extractæ q. ſuff. F. Trochiſci.

6. Trochiſci alii nobiliores.

℞. Solut. Camphoræ cum ſpiritu vini ſcr. ß.
Eſſentiæ Croci ʒ j.
Santali albi
Santali rubei an. ʒ iij.
Spodii ʒß. Roſarum recentium ʒ j. ʒ ß.
Aquæ Roſ. q. ſuff. Fiant Trochiſci.

7. Trochiſci alii tales.

℞. Trochiſcor. de viperis
Diarrhodon Meſue
Trochiſcor. de camph. } an. ʒ ß.
de Scylla
de Ter. ſigillata

Magiſte-

Magisterii Perlarum ℥j.
Tincturæ Cinnamomi ℥j.
Salis absynthii
Salis prunellæ an. ℥ß.
Croci
Spodii an. ℥ß.
Rosar. rub. ℥vj.
Cum vino Tinct. Angelicæ Rad. impregnato, F. Trochisci.

8. Vel sic: contra pestem.

℞ Spec. Diarrhodon, Santali rubei, Coriandri } an ℈iv.
Boli armeni ℥i. ß.
Rosar. rubearum, Violarum, Flor. Nymphææ } ana ℥i. ß.
Sem. Citri, Cort. Citri, Mag. gemma. } an. ℈ ß.
Magisterii Corallorum ℥j.
Tincturæ succini ℥ß.
Mucilag. Tragacanthæ q. s.
Spiritus Rosacei q. s.
Fiant Trochisci.

9. Vel etiam sic tales sunt.

℞ Theriaces opt., Mithridatii, Elect. de ovo, Trochis. de vip. } an. ℥i. ß.
Rad. Angelicæ
Zedoariæ an. ℥j.
Spec. Diamargariti frig., Diacinnamomi, Santali citrini } an. ℥ß.
Myrrhæ electæ
Boli armeni præp. an. ℈ij.
Moschi gr. vj.
Mucilag. Gummi Tragacanthi q. suff.
Fiant Trochisci, cum succo citri & spiritu Rosarum.

10. Trochisci pro Fumo tempore pestis in æstate.

℞ Ladani puri ℥j.
Styracis calamitæ ℥ß.
Rosar. rub. siccarum, Flor. Violarum, Flor. Nenuphatis } an. ℥j.
Cortic. citri ℈ iij.
Mirrhæ
Thuris an. ℥ij.
Santali utriusque an. ℈i. ß.
Camphoræ ℈ij.
Styracis liquidæ ℈j.
Succini ℈ ß.
Benzoi ℈ij.
Terantur ut fiant Trochisci cum aqua Camphoratâ, & serventur ad usum.

11. Trochisci pro fumo tempore hiemis.

℞ Ladani
Vernicis an. ℈ ij.
Therebinthinæ, Mastiches, Styracis calam. } an. ℥ß.
Caryophyllor., Macis, Croci, Xyloaloes } an. ℈j.
Gallæ Moschatæ, Aliptæ Mosch., Nucis Mosch., Benzoi albi, Benzoi rubei, Calami aromat., Cort. Citri, Maioranæ, Cinnamomi } an. ℈ ij.
Myrrhæ
Thuris an. ℈ß.
Musci
Ambræ an. ℥ß.
Terenda terantur, & incorporentur omnia in mortario cum pistillo calido, & Fiant Trochisci.

12. Trochisci pro fumo alii.

℞ Styracis calamitæ, Benzoini an. ℥ij. ß.
Thuris, Sant. Citrini, Santali albi, Ligni aloes, Ladani } an. ℥j.
Caryophyllorum ℈ß.
Moschi gr. vij.
Sacchari ℥j.
Cum mucilagine Gummi Tragacanthi & Arabici ex aqua rosarum Fiant trochisci.

Trochisci vitæ. *Mynſ.*

℞ Man. Christi simpl. ℥viij.
Conf. Alkermes ℥ß.
Margarit. trochisc. nost.
Ambræ grisea an. ℥j.
Moschi laudatiss.
Lap. ℈. pretiosor. præp. an. ℈j.
Eleosach. Cinamomi, Caryphyllor. an. ℈ß.
Misce & cum Tragacanth in aq. fragrantiss. Rosar. diss. f. Trochisci parvi pro usu.

Vires, Vsus, Dosis.

Omnes vires delapsas mirificè atque cœlesti quasi vi reficiunt. Spiritus animi recreant. Humidum radicale confirmant, augent atque renovant. Caput, Cor, Ventriculum, Iecur, &c. supra modum corroborant, & Stomachi vitiosos humores discutiunt. Obstructiones venarum aperiunt. Omnibus morbis frigidis conveniunt. Senes debiles restituunt. Concoctionem juvant. Omnem putredinem impediunt. Vertiginem avertunt. Vitam acuunt. Ab Epilepsiâ & Apoplexiâ præservant. Partum accelerant, Animique deliquio parturientis præsentissimum sunt remedium. Dosis unus aut alter pro unâ vice. Præparatur etiam sine Moscho.

Trochisci de Radice Rhodia. Mynſ.

℞ Rad. Rhodiæ ℥j.
Cort. Rad. Mandrag.
Nucl. Persicorum
Opii Spagyricè præp. Myr-

Myrrhæ rub. an. ʒ vj.
Flor. Papaveris errat.
Croci orientalis
Rosar. rub. an. ʒ ß.
Sem. Hyoscyami alb.
Anethi
Apii an. ʒ iij.
Nuc. Moschatæ
Cubebarum
Camphoræ an. ʒ ij.

Misc. & cum mucilag. Sem. Psyllii & Cydoneor. cum aq. Lactuc. extract. f. l. a. Trochisci.

Vires & Vsus.

Ego expertus sum in Melancholiâ, Maniâ, Phrenesi, vigiliis immodicis, nec non in omni dolore & discrasiâ caput respiciente, trochiscos illos esse probatos, si instar linimenti adhibeantur, vel dissolvantur in aq. Lactuc. & Rosar. vel Hypnotic. nost. vel in lacte mulicbri & fronti & temporibus tepidè applicentur.

Trochisci Ophthalmici. Mynſ.

℞. *Cerussæ lotæ ʒ j.*
Con. Cervi ſ. igne calc.
Sarcocollæ nutrit.
Tutiæ præp. an. ʒ ß.
Gum. Arabici
Tragacanth. alb.
Amyli an. ʒ ij.
Matris Perlar. præp.
Nihili albi
Olibani an. ʒ j.
Opii Spagiricè præp.
Camphoræ an. ʒ ß.

Misc. & cum albumine ov. f. Trochisci oculares pro collyriis variis cum aq. appropriatis parandis.

Vires & Vsus.

Valent ad omnis generis passiones oculorũ; Imprimis autem ad rheumatismos, lippitudines subacres, fluxum tenuem, pustulas, inustiones, prolapsus, confusiones, rupturas, concavitates, scabriciem, pruriginem & ophthalmicos dolores leniendos prosunt; nec non oculorum vulnera replent & consolidant.

Trochisci de Papavere. Mynſ.

℞. *Sachari Penidii ʒ ij.*
Sem. Papav. alb. ʒ ß.
Melonum excort.
Cucurbitæ an. ʒ ij.
Suc. Glycyrrhiz. ext.
Bol Armen. rub. præp.
Florum Sulphuris comp. an. ʒ i. ß.
Tragacanth. alb.
Amyli an. ʒ j.
Ext. Flor. Papav. errat. ʒ ß.

Misc. & cum mucil. Sem. Cydoneor. cum aq. Papav. errat. ext. f. Trochisci parvi sublingvales.

Vires, Vsus, Dosis.

Vtimur hisce feliciter contra omnes catharrhos acutos à capite ad pectus descendentes; quos egregiè sistunt, & caput pristinæ functioni restituunt, pectorisque dolores potenter leniunt. Pro dosi, singulis vel alternis saltem horis, duos vel tres pedetentim per se lingvæ & palato affricandos ægrotantibus ordinamus.

Trochisci de Glycyrrhiza. Mynſ.

℞. *Sachari candi alb. & Penidii an. ʒ iv.*
Suc. Glycyrrhizæ ext. ʒ x.
Spec Diatreos simplic.
Diarrhodon Abb.
Diamarg. frig. an. ʒ j.
Sem. 4. frig. major.
Aliptæ Moschatæ
Lact. Sulphuris an. ʒ ß.

Misc. & cum mucilag. rad. Altheæ cum aq. violar. ext. f. Trochisci sublingvales.

Vires, Vsus, Dosis.

Tussi calidæ & siccæ imperando, vocem absciſſam resarciendo, thoracem expurgando, Sputum facilitando ceteris remediis dignitate excellunt. Pueris etiam asthmate & constrictione pectoris laborantibus singulariter prosunt. Dantur quotidie multoties duo tresvè pro unâ vice, certis tamen intervallis, pro indicatione morbi & virium ægri.

Trochisci Cordiales. Mynſ.

Sachari candi alb. ʒ viij.
Conf. Alkermes ʒ j.
Lap. quinq. pretios. præp. an. ℈ j.
Ol. Caryophyllor.
Cinamomi an. ℈ ß.

Misc. & cum mucilag. Tragacant. alb. cum aq. Rosar. fragrantis. facta fiant Trochisci parvi.

Vires, Vsus, Dosis.

Cor singulariter confortant, eiusque exolutioni succurrunt. Animi deliquio medentur. Longo morbo dejectos & imbecillitate langventes refocillant, & ad pristinum recuperandum robur conducunt. Ventriculi quoque fastidia tollunt, eiusque concoctionem iuvant. Dosis tres, quinque ad sex, pro unâ vice.

Trochisci Ioviales. Mynſ.

℞ *Mag. Iovis Anglici*
Martis Perlar.
Cor allor. rub. an. ʒ j.
Ol. Succini alb. rect. ſer. j.

Misc. & cum Gum. Tragacanth. alb. in aq. Hysterica nostrâ dissolut. f. l. a. Trochisci parvi Scrupulum semis ponderantes:

Vires, Vsus, Dosis.

Admirandæ potentiæ & operationis sunt: suffocata enim, quæ de his unum vel duos horis trium dierum matutinis, ex aquâ nostrâ Hysterica, vel alio appropriato vehiculo assumpserit, post Dei providentiam, Libera censenda & nuncupanda sit: pro quo divino experim. solus Deus sit benedictus.

Trochisci de Alumine. Mynſ.

℞. *Aluminis crudi*
Rad. Pyrethri an. ʒ ß.
Piperis long.
Sem. Hyoscyami an. ʒ ij.
Farinæ siliginis
Cretæ albæ
Nitri præp. an. ʒ i. ß.
Zingiberis alb.
Caryophyllorum
Opii præp. an. ʒ j.

Misc. & cum succo Vrticæ min. f. Trochisci.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 706 sur 955

Vires & Vſus.

Super dentes & gingivas poſiti (factis tamen prius debitis purgantibus per phlebotomiam, ſi expediat vel per ventris ſolutionem) dolorē ſedant.

Trochiſci de Satureia. pro Lixivio. Mynſ.

℞. *Satureiæ exſic.* ℥ ß.
Maioranæ
Origani an. drach. ij.
Flor. Lavendulæ
Roſarum. rub.
Anthos an. drach. i. ß.
Lign. Aloes pond.
Gum. Arabici
Tragacanth. alb.
Rad. Caryophyllat.
Ireos florent. an. drach. j.
Caryophyllorum
Nuc. Moſchat.
Cardamom. min.
Cubebarum opt. an. ℥ ß.
Ambræ griſeæ
Moſchi opt. an. ſcr. ß.

Miſc. & cum albumine ovorum formentur trochiſci. Drach. j. ponderantes.

Vires & Vſus.

Horum Trochiſcorum duo, tres, vel plures bulliant in lixivii ſ. q. eoque Caput manè ante cibum, corpore excrementis vacuo, abluatur, ſic tamen, ut ſtatim linteis calidis abſtergatur & exſiccetur: Sudores enim & ſordes Capitis detergit, illudque roborat, & cutis meatus reſerat. Catharrhos exſiccat. Memoriam confotta & ſenſus acuit.

Trochiſci de Nitro. Mynſ.

℞. *Rot. de ſucco Berber.*
de Suc. Ribium an. ℥ *viij.*
Spec. Diarrhod. Abb. Sp.
Vitrioli irrorat.
Nitri præparat. an. ℥ *j.*
Pul. Roſar. rubr. vitriolat. ℥ *ij.*
Ol. Cinamomi gutt. iv.

Miſc. & cum Tragacanth. in Suc. Citri diſſ. f. l. a. Trochiſci.

Vires, Vſus, Doſis.

In Angina, Inflammatione oris & lingvæ, ebullitione ſangvinis (quam mulierculæ hodiè **die fliegende Hitze** vocant) ardore urinæ, Febribus ardentibus & præſertim Hemitritæo putrido, vulgò **die Häupt-Kranckheit**, valdè commendabiles ſunt. Doſis à Drach. j. ad Drach. ij. in vehiculis ſpecificis.

Styli Dentifricii. Mynſ.

℞. *Farin. Silicum fluviat. calcinat.* ℥ *ij.*
Lap. Pumicis præp.
Aluminis uſti an. ℥ ß.
Rad. Ireos florent.
Cineris Tabaci Ind. albiſſ. an. ℥ *ij.*
Galliæ Moſchat. veræ
Ol. Lig. Rhodini an. ℈ j.

Miſc. & cum Gum. Trag canth. alb. in aq. Roſar. diſſolut. f. l. a. Styli dentifricii.

Vires & Vſus.

Ad dentium ſordes tollendas & colorem vitioſum emendandum, nobis uſitatiſſimi ſunt: Dentes enim à naturali ſuo candore vel ad flavum vel lividum aut nigrum colorem deflectentes, mirè nitidos & politos iterum reddunt; ſi his ſæpius fricentur & mundificentur.

Pomum Ambræ. Mynſ.

℞. *Rad. Ireos florentin.*
Caryophyllorum
Macis elect.
Cinamomi an. ℥ ß.
Lig. Aloes veri
Santali citrini
Styracis calamit.
Aſæ dulcis an. ℥ *ij.*
Ambræ griſeæ ℥ j.
Moſchi Alexand. ℥ ß.
Balſ. Peruviani odorif.
Ol. Lig. Rhodini an. ℈ j.
Omnibus diligenter Mixtu & tritis adde:
Zibettæ non falſat. ℥ *ij.*

Et cum Gum. Arab. & Tragacanth. s. q. in aq. Maioranæ, Narciſſi, Roſarum, Lavendulæ & Epilic. diſſolut. f. Maſſa; ex qua poſtea formentur vel Trochiſci, vel Poma, ſeu ſcuta aut pentacula, quæ in vitro confeſtim ſine digeſtione indurētur.

Pomum odoriferum ſpecificum, contra infectionem aëris, cuiq; conveniens.

℞. *Rad. Angelic. reſinoſæ, Valerian. Carlin. Contrayerv. citri in umbra ſicc. Zedoar. Myrrh. el. & Succin. albi an.* ℥ *j.*

Omnia pulveriſentur ſubtiliſſimè, poſtea cum ſ. q. *Gummi Ammoniaci in aceto roſar.* ſoluti, colati, & ad conſiſtētiam viſcoſam decocti fiat *maſſa* in mortario, pro *pomis* formandis, ſicuti antea dictum, quæ quamvis non ita ſuaves ſint, non tamen minorem aliis efficaciam poſſident.

Pomum Ambræ.

℞. *Styracis calamitæ liquidæ*
Benzoi
Galliæ moſchatæ
Aliptæ moſchatæ
Labdani an. ℥ j.
Cinamomi electi
Caryophyllorum
Santali albi an. ℥ ß.
Roſ. rubearum
Nuc. moſchatæ
Macis
Ligni aloes
Cardamomi
Maioranæ
Gummi Elemi
Sem. nigellæ.
Zedoariæ an. ℥ j. ß.
Terebinthinæ quantum ſufficit cum modica infuſione Tragacanthæ factā in aqua roſarum, fiat maſſa.

Aliud.

℞. *Santali citrini* ℥ *vj. ſcr. ij.*
Ligni aloes ℥ ß.
Roſar. rub.
Baſiliconis
Lavendulæ
Anthos
Maioranæ an. ℥ *iij. ſcr. ß.*
Corticum citri ℥ *vij.*
Cinamomi
Nucis moſchatæ
Macis

Cet

Caryophyllorum
Coriandrorum' præp.
Cardamomi an. ℥ iij. ℈ j.
Labdani puri ℥ viij.
Styracis calamitæ ℥ vj. ℈ ij.
Liquidæ ℥ iij.
Assæ dulcis ℥ x.
Ceræ citrinæ ℥ j. ß.
Terebinthinæ ℥ iv.
Aquæ rosarum unc. ij. ß.
Moschi Alexandrini
Ambræ cin. an. ℈ ij. ß.
Fiat massa.

Sief album cum, & sine Opio. Aug.

℞. *Gummi Arabici*
Tragacanthæ
Amyli an. ℥ iv.
Cerussæ lotæ ℥ vj.
Sarcocollæ nutritæ ℥ iij.
Opii an. ℥ j.
Cum albumine ovi fiat Sief.

Parantur etiam sine Opio, ut utrumque tempore necessitatis in promptu sit.

Ad oculorum rheumatismos, lippitudines subacres, & ophthalmicos dolores lenientes efficax, & ferè idem cum collyrio albo Rhasis 3. ad Almansorem, quod Cerussæ pondus auctius habet nimirum ad drachmas decem, cui & Thus addit Mesuæ, unde in statu magis prodest, ut sine hoc initio vehementis doloris à causa calida.

Sief album, Galeni.

℞. *Cadmiæ lotæ, id est, Tutiæ præparatæ* ℥ xvj.
Cerussæ lotæ
Amyli
Gummi Arabici
Tragacanthæ an. ℥ iv.
Opii ℥ ij.

Excipiatur cum aqua pluvia vel Rosacea, & fiat Collyrium siccum, quod etiam sine Opio parari potest.

Collyrium hoc à Galeno τελφερὸν dictum, describitur ab eodem 4. de Compos. med. secundùm loca cap. 7. idem ferè præstat quod Cygnus Galeni, qui paulò aliter describitur, & succum Acaciæ recipit: præcipuè verò facit ad oculorum ustiones, postulas, & chimoses maximè in his, qui nullam acrimoniam aut mordacitatē ferre queunt.

Sief Citrinum, Mesuæ.

℞. *Cadmiæ ustæ & in lacte mulieris extinctæ ac lotæ unc. j.*
Cerussæ lotæ unc. ij.
Croci unc. ß.
Opii ℥ j.
Tragacanthæ drach ij.
Aquæ pluviæ quantum sufficit.

Describitur hoc collyrium à Mesuæ in capite Ophthalmia, vehementissimis enim oculorum doloribus ulceribusq; plurimum commodat.

Si lac muliebre defuerit, substituatur in eius locum lac asininum, caprillum, vel ovinum.

Sief de Plumbo, Mesuæ.

℞. *Plumbi usti & loti*
Æris usti
Antimonii
Tutiæ lotæ
Gummi Arabici
Tragacanthæ an. dr. viij.
Opii drach. ß.
Aquæ pluviæ quantum sufficit.
Fiat Sief.

Vulnera & ulcera oculorū replet, & consolidat.

Sief de Rosis, eiusdem.

℞. *Folior. Rosarum drach. xv.*
Gummi Arabici
Croci an. drach. viij.
Opii
Nardi Indicæ an. drach ij.

Ad doloris molestias, fluxum uberem ac tenuē, pustulas & prolapsus oculorum efficax.

Sief de Thure Rhasis.

℞. *Cadmiæ*
Pompholygis
Thuris an. ℥ x.
Cerus. drach. xl.
Opii
Gummi an. drach. vj.
Aquæ pluviæ q. s. f. Sief.

FINIS LIBRI DECIMI QVINTI.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 708 sur 955

LIBER DECIMVS SEXTVS.

DE PILVLIS.

De Pilulis. Quercet.

Cum inter præcipua Pilularum ingredientia *aloe* primas teneat, & rei cardo in eo potissimum versetur, ut ex arte recte repurgetur, ab eius præparationis descriptione hic initium faciemus, quæ ita habet.

Vera aloes præparatio.

℞. *Aloes succotrinæ optimæ & laudatissimæ ex vesica* ℥ vj. *aut* ℔. ß. vel tantum, quantum lubet: quam redactam in pulverem immittas in matracium seu cucurbitam vitream; affunde aquæ endiviæ aut acetosæ, ut quatuor vel quinque digitos supereminеat: pone in Balneo Mar. calido ac fere bulliente, vase optime clauso cum subere ac cera Hispanica. Stet ita per duos vel tres dies integros, & conflabis aquam ab *aloes* essentia tinctam & rubicundissimam rubini instar, quam lente per inclinationem à fæcibus separabis, ne quod crassum est, exeat simul, liquorem effusum seorsim asserva in alembico probe clauso. Materiæ relictæ aliam affunde aquam endiviæ, sed non tantum, quantum prius. Denuo digere, ut ante, colaturam separa, prioriq; adiice, ac rursus aliam affunde, donec aqua nullum amplius eliciat colorem, & videbis residuum, quod est in fundo arenæ instar, aut cineris, in magna satis copia. Ex media libra duæ vel tres unciæ restabunt: est autem fæx aloes inutilis, nec in aqua dissolvitur. Aquam omnem tinctam destilla per alembicum, aut fac exhalare in patina argentea, carbonibus ac cineribus calidis imposita, donec materia restet crassitudine mellis, quæ erit lucidissima rubini instar & maiori artificio atque iudicio præparata, quam solet vulgo simplici illa ablutione, si vel centies abluatur.

Hæc aloe sic præparata & depurata, basis vicem obibit ad plures effingendas pilulas: quæque ipsam per se ad uni⁹ scrupuli dosin exhibita excellens medicina est.

In pluribus etiam pilulis formandis recipiuntur *gummi ammoniacũ, bdellium, opoponax, myrrha, scammonium*, quæ ipsa quoque imprimis præparatione opus habent, utpote quæ multis adhuc fæcib⁹ crassis & inutilibus scateant.

Antequam igitur *gummi ammoniacum, bdellium, opoponax*, & similia in usum veniant, ea in aceto rosato aut vino albo dissolvenda sunt, & per setaceum traiicienda.

Myrrha quoque in vino ad ignem Bal. Mar. dissoluta, adhuc calens per linteũ transcolanda est.

Vera *scammoneæ* præparatio fit cum *succo limonum depurato*, idque in eodem Baln. Mar. calido, in quo dissolvatur, & fervens etiam adhuc per linteum transmittatur, & hoc pacto crassa eius & impura substantia, quæ non nisi noxam parit, ab ea secernatur.

Chymici, qui certa quadam & infallibili experientia edocti, elegantes illas & singulares vitrioli proprietates occulte in eo delitescentes eruere norunt, haud verebuntur *scammoneam, myrrham*, & ipsa etiam gummi præparare & dissolvere cum phlegmate vitrioli, toto suo spiritu impregnato. In hoc solo enim spiritu latet vera illorum simplicium præparatio, quæ cum exuperante calefaciendi qualitate insignita sint, hac via exquisite & perfecte corrigantur: hic etiam spiritus verum *euphorbii* correctivum existit, quod alias tanquam venenum, tum in *pilulis euphorbii*, tum in aliis inde concinnandis remediis (nisi prius vera, ut diximus, & legitima eius accedat præparatio) penitus abdicandum puto. Quercetan.

Pilulæ de Aloe lota. August.

℞. *Aloes cum succ. ros. lot.* ℥ j.
agarici troch. ʒ iij.
Mastiches ʒ ii.
Specierum Diamoschi dulcis ʒ ß.
Cum Vino Chio, vulgò Malvatico ex Candia, fingatur Massa.

Ventriculum, cerebrum, uterum, & alia viscera à putridis humoribus expurgant, concoctionem augent, ac pituitam stomacho infarctam siccando tergendoque elidunt.

Pilulæ de Aloe rosata. Aug.

℞. *Aloes Rosatæ optimæ & pellucidæ* ℥ j.
Cum vino formentur Pilulæ pro drachma, quot volet.

Minus quidem purgant, magis tamen roborant. Cruditates absumunt, adstrictam alvum solvunt, ac humorum putredinem arcent.

Pilulæ de Aloe & Mastiche, Nicolai Myrepsi. Aug.

℞. *Aloes* ℥ j.
Mastiches ℥ ß.
Caryophyllorum
Rosarum rubrarum an. ʒ j.
Croci
Diagrydii an. ℈ ij. *Cum succo Fœniculi aut absinthii formetur Massa.*

Ventriculum sine molestia repurgant, ex eoque bilem & pituitam eliciunt, ac nutritionis partibus robur præstant.

Pilulæ Arabicæ, Nicolai. Aug.

℞. *Aloes optimæ* ℥ ij.
Radicis Bryoniæ
Myrobal. Chebulorum Indorum Belliricorum, Emblicorum, Citrinorum.
Mastiches.
Diagrydi.
Asari
Rosarum an. ℥ ß.

Casto-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 709 sur 955

Caſtorei ʒ j. ß.
Croci ʒß.
Succi Fœniculi quantum ſatis eſt.
Formetur Maſſa.

Omnes humores mirificè purgant: lætitiam generant, triſtitiamq; depellunt, mentis vigorem conſervant, viſum acuunt, amiſſum reparant, memoriam firmant: vertigini, hemicraniæ: ac dolori capitis ſuccurrunt.

Pilulæ Panchimagogæ. Quercet.

℞. *Aloes præparatæ ut ſupra* lb. ß.

(vel amplius, prout tibi videbitur) hanc inde in vitrum amplisſimum capax (quali plerumque conſervæ ſolent aſervari) & ſimul affunde *Succum violarum*, variis coctionibus & ſeparationibus puri ab impuro, per ſolam digeſtionem in Baln. Mar. mediocriter calido, adeo depurati & cocti, ut tandem ad ſyrupi conſiſtẽtiam reduci poſſit circa mellis ſaccharive additionem: de qua præparationis methodo abunde ſatis dictum eſt *ſupra in capite de ſyrupis*: ſic quoque in præparandis cæteris ſuccis procedendum erit. Hic ſuccus ita præparatus cum prædicta aloe miſceatur, & vitrum, in quo continetur materia radiis ſolaribus æſtivo tempore aut ſimili calori, ut hypocauſti, exponatur, & prædictus ſuccus inſpiſſabitur atq; paucis diebus, adeo cum *aloe* permiſcebitur, ut omnia in unum corpus & in unam conſiſtentiam reducta eſſe videãtur. *Nota. Materia ſingulis diebus, tudicula lignea optime agitetur, ut omnia probe invicem miſceantur, cui mixtioni ſuo tempore adde*

Succor. Florum primulæ veris
Perſicæ arboris
Roſarum pallidarum
Cichorii
Bugloſſæ
& hyperici ſingulorum admodum ſucc. Violarum præparatorum unc. iiij.

Et ſic intra quatuor vel quinq; menſes, quod temporis ſpatium, huius operis perfectio requirit, propter flores, qui diverſo tempore naſcentes, ſimul colligi nequeunt, ſemilibram *aloes* tuæ ad libram unam & ſemis perfecte cum illa incorporati ſunt: huius materiæ ſequilibræ, inſuper adde

Eſſentiæ ſive extracti
Sennæ unc. ij.
Extracti Agarici
Rhabarbari an. unc. ii.
Cinnamomi
Pulveris fœniculi dulcis
Aniſi an. ʒ j.
Spec. diatriaſantali ϑ *iv.*

Omnia reducantur ad bonam pilularum cõſiſtentiam, quæ ad ϑ j. ß. exhibitæ in univerſum omnes purgãt humores, & ipſum etiam ſangvinem: unde hoc remedium panchymagogum appellandũ duxi. Hæ pilulæ citra extractorum purgantium additionem per ſe ſunt præſtantiſsimæ ad corporis ſanitatem conſervandam, ex virtute ſua balſamica: unde etiam vermium generationem prohibent: in genere omnes humores corruptos noxios & ſuperfluos evacuant, totam ſangvinis maſſam purificant, & ad alios diverſos affectus curandos conducunt. Baſis præterea vicem ſubeunt ad diverſa & ſpecifica remedia concinnanda adverſus febrem quartanam, & omnes lienis obſtructiones,

addendo ſuff. quantitatem *gummi ammoniaci*, eum, quem ſcripſimus, modum præparatorum: vim earum reddes, adiiciendo *ſcammonium ut ſupra*, pparat.

Quilibet pharmacopœus deberet ad modum præſcriptum, magnam eiuſdem eſſentiæ *aloes*, quæ in plures annos adſervari poteſt, quantitatem ſimul præparare: per ſe ſola enim exhibita purgat ventriculum à mucilaginoſis impuritatibus, in ipſius tunicis impactis: roborat etiam eundem, coctionemq; iuvat. Frequens præterea unici huius balſamici remedii uſus, modo id recte præparatum fuerit, vitam diuturnam & ſanam tuetur à plurib⁹ morbis. Celſus eiuſdem *aloes* laudes mire prædicat; nec immerito, propter eius virtutes ſummas, quæ multo efficaciores adhuc, enumerata illa digeſtione & depuratione evadunt.

Si quis voluerit ex ea parare remedium ſimplex purgans bilem, quatuor unciis *aloes, ut ſupra*, præpara æ, addat unciam unam *eſſentiæ ſive extracti rhabarbari*, vel unciam unam *extracti agarici*, aut *turbith*, ſi pituitam purgare velit: vel eandem doſin extracti *helleb. nigri & ſenæ*, ſi ſolam melanch. educere animus ſit: non hic opus habes correctivis (quæ potius molem corpoream in pleriſq; medicamentis augent, quam nimiam illorum vim purgatoriam minuant) ea tamen addi videbis *in capite de extractis*, ubi de eorundem ſimplicium vera præparatione & correctione agetur.

Si generale quoddam remedium ad omnes humores ſimul, ut par eſt, purgandos conficere velis: miſce ſimul omnia illa extracta, augendo doſim *aloes* ad eorundem proportionem.

Si quis de labore & longiori tempore conqueratur, & craſſiori quadam horum remediorum præparatione contentus eſſe velit: is *quatuor his unciis aloes præparatæ admiſceat rhabarbari ſubtiliſſime pulverizati unc. j. cinnamomi* ϑ *i. croci ſcr. j. ſpec. diatriaſantali* ʒß. ex his omnibus formentur Pilulæ ad purgãdam bilem.

Ad pituitam deturbandam eidem *aloes* Ponderi adiice *agarici trochiſcati, & in pulverem redacti* ʒ j. *maſticis* ʒ j. *ſalis gemmæ* ʒß. *vel agarici trochiſcati loco adde ſpec. diacarth.* ʒ x.

Vt fiat melanogogum ſimplex, adde *ſennæ ſubtiliſſime pulverizatæ unc. ſ. aniſi, fœniculi, epithymi an.* ʒß.

Temporis ratio poſtulat, ut formulas noſtrorum cholagogorũ, phlegmagogorũ, melanagogorum, prout *ſupra* promiſimus, nunc proferamus.

Pilulæ cholagogæ de centaurio. Quercet.

℞. *Succorum optime depuratorum centaur. minoris*
Roſarum pallidarum
Eupatorii Meſuæ & rad. oxylapathi an. unc. iv.
Quibus adde aloes præparatæ ut ſupra unc. vi.

Digerantur ad ignem Baln. M. per 12. horas, ut fiat perfecta diſſolutio & mixtio, dein omnia coagulentur ad mellis conſiſtentiam: cui adde

Pulveris rhabarbari unc. i.
Xyloaloes
Myrrhæ ana ʒ ii.
Croci, Cinnamomi an. ʒß.
Spec. Diatriaſantali
Trochiſc. Diarrhodon an. ʒ i.

Miſce, fiat pilularum maſſa: doſis ſcr. j. ß. vel ſcr. ij.

Proſunt in omnibus febribus bilioſis, arquato morbo & cachexiæ. Iecoris item ceterarumque partium, nutritioni dicatarum, obſtructionib⁹ mirifice auxiliantur.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 710 sur 955

Pilulæ phlegmagogæ de Absynthio. Quercetani.

℞. *Spec. Hieræ simplicis Gal.* ℥ i. ß.
Trochisc. Alhandal. ℥ ij.
Agarici recenter trochisc ati ℥ ij.
Sem. Chartami
Hermodactylorum
Asari
Turbith gummosi an. ℥ j.
Myrrhæ electæ ℥ vj.
Cinnamomi
Macis
Piperis
Sem. Fœniculi an. ℥ ij.

Macerentur in ℔. i. ß. *succi absynthii optime depurati, & ℔. i. vini albi optimi, idque in vase vitreo optime clauso ad ignem Baln. Mar. satis luculentum per triduum, dein materia adhuc fervida per setaceum traiiciatur, his adde aloes ut supra præp. unc. iij. tandem omnia ad ignem cinerum coagulentur, donec acquirant bonam pilularum consistentiã.* De his pilulis in extracti modum præparatis, sufficiet exhibere pro dosi scr. j. vel scr. i. sem. ad summum. Pituitam à cerebro, pectore, ventriculo, cæterisque partibus nutritioni dicatis, & serosa excrementa à partibus etiam profundioribus & nervosis blande educunt: atque idcirco morbis omnibus à causa frigida genitis cõferunt, ut cephalagię, apoplexiæ, paralysi, cruditatibus ventriculi, doloribus item arthritici, tum ad præservationem, tum ad curationem non parvas afferunt suppetitas.

Pilulæ tartareæ melanagogæ Quercetani.

℞. *Crystallorum vel cremoris tartari unc. iii.*
Polypodii querni unc. ij.
Passul. Corinthiacarum unc. i. ß.
Myrobalanorum omnium an. unc. ß.
Flor. Bugloſſæ
Borraginis
Nymphææ an. p. j.

Cõquantur in suff. quantitate aquarum fumariæ & scolopendriæ ad medietatis consumptionem. De hoc decocto acidulo & gusti grato, optime depurato & clarificato capе ℔. ii. succi optime depurati pomorum redolentium ℔. j. quibus adde

Foliculorum sennæ mundatorum unc. iii.
Turbith
Rad. helleb. nigri veri an. unc. i. ß.
Myrrhæ elect. unc. i.
Macis
Caryophyllorum
Cinnamomi
Epithymi an. unc. ß.

Macerentur ac digerantur ad ignem Baln. Mar. per quatriduum, idque in vase vitreo optime clauso: dein dum materia adhuc fervet, fiat expressio, vel per setaceum traiectio, cui adde aloes, ut supra præparatæ unc. iv. omnia sufficienter coagulentur ad ignem lentum: addendo sub finem, dum fere refrigerata erit materia

Spec. Latificantis Gal.
Diarrhod. abb.
Trochisc. dialaccæ an. ℥ i.
Salis Absinthii & Fraxini an. ℥ ii.
Essentiæ croci ℈ ii.
Olei anisi aliquot guttulas

Reducantur in bonam pilularum consistentiam.

Dosis harum pilularum est quoq; scr. i. vel scr. i. sem. ad summum. Admiranda illarum virtus nunquam satis laudari potest, purgant utramq; bilem, omnes humores crassos, tartareos, salsos & mucilaginosos radicitus eliciunt, vel è partibus etiam profundissimis: succurrunt diversis maniacis & melancholicis affectibus, febribus quartanis: opitulantur & conducunt adversus psoram, cancrum, lepram, & luem veneream, eo quod purificent totam massam sangvinis à variis corruptionibus diversorum affectuũ effectricib⁹ causis. Idcirco & bini iisdem singulis mensibus, semel purgentur ad multorum morborum præcautionem. Sumi possunt mane vel vesperi post cœnam parciorem, & ante somnium: & mirum in modum evacuari animadvertes fæces atras, vel humorem atrabilarium, qui omnium totius corporis contumacissimus, ægerrime evincitur aut subigitur. Iisdem pilulis interdum adiiciantur *essentiæ aloes & scammonii, essentia rhabarbari an. unc. i. ß. essentiæ sennæ unc. i. & essentiæ trochiscorum alhandal. unc. ß.* vel amplius. His essentiis, vel seorsim vel omnibus simul præparatis, pilularum harum vim purgatoriam lunge efficaciorem reddo, quas tunc appello polychrestas à summa illarum utilitate in curandis pluribus affectibus, & à singulari earundem proprietate, qua omnes humores simul educunt. De quibus licet vel unum solummodo scrupulum, aut minus etiam exhibueris, operationem excellentem & omnino admirandam percipies: sed dum sic à nobis præparantur, & tam exigua dosi exhibentur, quidam censores in eliciendis purgativis rerum essentiis parũ versari & balsamicæ virtutis penetrativæ, operativæ & activæ prorsus ignari, inde occasionem arripiunt eas mercuriales & antimoniales vocitandi, quibus duobus lethalibus & pestiferis vocabulis, pilulas meas statim infectas, & suspecta venenositatis macula inustas iri opinantur, quasi vero ipsæ ex veneno paratæ essent, & idcirco dignæ iudicandæ, ut in perpetuum exilium ad Anticyras usque & Garamantes relegarentur.

Sed frivolæ huius & effictę suspicionis nebulam facile discutiet veritatis lumen, & ipsa experientia, qua sola fretus de pilulis meis polychrestis accipio partem unam, & totidem Mercurii meivitæ, ex quibus probe invicem mixtis, cum quodam syrupo conficio pilulas meas benedictas, quas ſic appellandas puto, ab excellentissimis & plane stupendis effectibus, quos exerunt in cura luis venereæ, quantumvis inveteratæ & quam cancer, pestulæ, nodi, dolores, & similia pernicioſa & gravissima symptomata comitantur: hæ porro pilulæ blandæ perficiunt operationes suas citra vomitus provocationem, aut ullam corporis conturbationem, adeo, ut à pueris & gravidis mulieribus tuto deglutiri queant: continuãdo illarum usum quindecim vel etiam viginti dieb⁹ alternis, donec eiusmodi affectus radicitus evellantur & perdomentur: nulla prorsus salivatione per os concitata, sed tantum per urinam interdum, quæ vera in his affectibus crisis esse solet. Testes hic producere possem infinitos Medicos chirurgos, & plures alios, qui verborum meorum veritatem confirmarent, sed res ipsa per se satis loquitur, ita ut non opus sit verbis, ubi rerum adsunt testimonia. Omnes præterea veri & sapientes Medici, quibus æque, ac mihi de

hi de ſummis & admirandis mercurii virtutibus, quas in occulto continet, conſtat, his fidem attribuere minime dubitabunt.

Huc me nolentem volentem compulerunt meæ pilulæ benedictæ, ut in quædam verba de mercurio vitæ, me tanquam obiter & extra inſtitutum vagantem effunderem: alias enim hunc locum ſolis pharmacopœę dogmaticæ, variis remediis ditandæ & ornandæ dicatum volumus. Cætera vero longe mirabiliora (loquor de medicamentorum præparatione) ad amplificandam & decorandam Spagyricam noſtram pharmacopœam, quam ante annos fere 30. publico iuri donavimus, reſervam⁹.

Sed repetamus curſum noſtrum, & priuſquam huic capiti de pilulis finem imponamus, iis tanquã generalibus quibuſdam pilulis *ſupra* deſcriptis, huc quaſdam alias adiiciamus non minus præſtantes, quam utiles, certaque experientia comprobatas, & certis quibuſdam morbis peculiares: ſic febri quartanæ conferunt *pilulæ de ammoniaco*, quarum deſcriptio mox ſequitur.

Pilulæ de Ammoniaco. Quercet.

℞ *Aloes ut ſupra præpar. unc. iv.*
Gummi ammoniaci in aceto ſcyllitico diſſoluti per ſetaceum traiecti
Myrrhæ præpar. an. unc. ß.
Maſtiches, Spec. diatriaſantali an. ʒ i. ß.
Croci ℈ ii.
Salis fraxini, vel Abſynthii ℈ iv.
Cum ſyrupo de ſtœchade, vel de ſucco roſarum, fiat pilularum maſſa.

Excellentes harum pilularum vires atque virtutes pro merito ſatis prædicari nequeunt, adeo copioſe & utiliter purgant tartarum, omnemq; fæculentam corporis materiam, idq; citra ullum dolorem, moleſtiam & perturbationem; magnopere etiam conferunt adverſ⁹ omnes defluxiones & doloresventriculi, adverſus cachexias, oppilationes lienis, eiuſdemque duritiem & ſcirrhum, febres quartanas tollunt & quotidianas inveteratas. Præſtantiſſimæ præterea ſunt ad homines corpulentos & plethoricos evacuandos: & ſufficiet exhibere unicam aut alteram ſaltem pilulam iis, qui difficulter vel bolos, vel potiones, vel hui⁹ generis alia medicamenta, ob ingratũ ſaporem & nimiam quantitatem nauſeabunda, ſumere poſſunt. Poterunt quoq; eædem fine *extracto ſcammonii, & trochiſcis alhandal.* præparari: ſufficienter enim per ſe purgant, ac ita iis præparatis quilibet citra incommodum aut moleſtiam ullam feliciter uti poterit.

Hoc utique unum erat ex numero præcipuorum purgantium D. Rivierii, non ita pridem Regis noſtri invictiſſimi primarii Medici. Scio tamen, quoſdam hic demirari ſatis non poſſe, gummi ammoniacum à nobis additum, quod illorum iudicio immoderato & excedente calore præditum ſit, & idcirco huiuſmodi remedia inter deleteria referri debere, plane ſibi perſuadent. Ob hanc ipſam cauſam ad me venerunt quidam, ſummæ authoritatis viri, ſciſcitantes, num & ego tales pilulas approbarem: quas illi tãquam noxias & exitioſas à quibuſdam, nec infimæ notæ Medicis improbari & plane damnari audiviſſent. Quibus reſponſum fuit, quod eadem pariter ſententia condemnanda eſſet tota propemodum reliquarum pilularum familia, quæcunque in diſpenſatoriis ad communem uſum hodie deſcriptæ haberentur: ſiquidem & illarum pleriſq; eadem gummi vel ſine ulla præparatione adderentur: addita ſimul oculari demonſtratione, & oblatis diſpenſatoriis ipſimet viderunt, quam magnus ſit pilularum earum numerus, quæ ab iiſdem gummoſis remediis & nomina & appellationem ſuam adhuc retinuerunt, ut ſunt *pilulæ de ſagapeno, opopanace, bdellio, ſarcocolla*, & quod eadem gummi in aliarum plurium compoſitionem recipiũtur, ut ſunt *pilulæ de agarico Meſ. de colocynthide* Ioan. Damaſceni, *fœtidæ, de hermodactylis, de nitro* Alex. Trallhiani, quibus etiam additur ipſum *euphorbium* omnium calidiſſimum, inque venenorum claſſem relatum. Quibus omnibus evidenter ſatis demonſtratis, ſic illuſi facile colligebant, quod critici iſti has pilulas, quæ ſolummodo *gummi ammoniacum* optime inſ[illegible] per præparatum excipiunt, vel ex invidia, vel ex cęca ignorantia oppugnaſſent, ut qui parum acuto oculorum lumine ſua inſpexiſſent, diſpenſatoria.

Ob has virtutes præſtantiſſimas & efficaciſſimas, quib⁹ huiuſmodi gummi eximie dotata ſunt, non intermittam & hic in publicum proferre *pilulas de Sagapeno* nuncupatas, quarum participem me fecit in ultima mea peregrinatione Italica D. Camillus à Camillis nobilis patricius, & Medicus celeberrimus Genuenſis, quas inter alia ſua ſecreta plurimi faciebat, præſertim autem illas ad febrem quartan. propulſandam maximopere cõmendabat.

Pilulæ de ſagapeno Camilli. Q.

℞ *Sagapeni gummoſi præp. ʒ vi.*
Ammoniaci identidem optime præp. ʒ iii.
Extracti trochiſci alhandal. unc. j.
Scammonii præparati unc. ß.
Salis gemmæ ʒ i ß.
Cum ſyrupo violato acidulo, & tincto fiat maſſa, ex qua conficiantur pilulæ in piſi vel ciceris formam.

Vnica tantum Pilula initio paroxyſmi exhibenda eſt, continuando ad aliquot dies. Sed harũ uſum præcedat humorum præparatio cum *decoctis noſtris præparantibus melanagogis, & ſyrupis de pomis redolentibus, & de ſumaria.*

Paulo ante, vel poſt harum pilularũ deglutitionẽ, inungi debet cervix, collum & tota ſpina dorſi linimento cõpoſito ex *theriaca, aqua vitæ, ſalvia vel iuniperi, aut vulgari, & pauco oleo laurino vel de ſpica.*

Hac methodo ad imitationem Camilli inſtituta per Dei gratiam multas febres quartanas ſubſtuli: quæ à fæcibus gummoſis viſcidis, & tenaciter corpori noſtro adhærentibus ſubortæ, non alia ratione, quam per eadem gummi diſſolvuntur & liquefiunt, *Res enim oleaginoſas & ſulphureas diſſolvit ſulphur*, quod ne ſumma quidem aquæ fortis vehementia & vis efficiet unquam, *In omni enim actione opus eſt mixtione, quæ fit per ſimilia*, veluti id alibi fuſius & clarius demonſtravimus. Et rationi conſentaneum eſt, quod gummi à ſui ſimilibus gummi attenuentur, diſſolvantur & liquentur, & per conſequens ad expulſionem & evacuationem idonea & apta fiant. Id quod à cæteris medicamentis ſive præparantibus, eccoproticis vel laxativis nunquam præſtabitur, unde fit, quod tam infiniti morbi relinquantur incurabiles.

Huius febris magnitudo, longitudo & frequentia, quæ eſt tanquam Medicorum opprobrium & tormentũ perpetuum, quo ſe expedire haud poſſunt, occaſionem mihi dedit in hanc pilularum

de ſagapeno deſcriptionem digrediendi, quarum effectus ſunt admirandi in cura febrium quartanarum, procedendo ut *ſupra*. Quarum uſus ſimiliter continuandus eſt ad aliquod tempus, ægerq; duabus vel tribus horis poſt illarum devorationē ſumat quoddam iuſculum, hu mectandi viribus inſignitum, in quo ex herbis incocta ſi: *borrago, buglo ſſa, thymus & radices aperitivæ, cum pomo ſimul curtipendulo in rotulas diſſecto.*

℞. *Succorum quam optime depuratorum*
Sunmitatum fraxini lib. i.
Valerianæ
Centaurii minoris an. lb. ß.
In quibus macera & digere ad ignem Baln. Mar.
Fœnicul. Senæ orient al. unc. iii.
Hermodactylorum
Turbith
Aſari an. unc. ii.
Cinnamomi
Santali citrini
Spicæ nardi an. unc. ß.
Dein fortiter exprimantur & concoquantur ad mellitam conſiſtentiam, cui adde
Aloes præp. unc. iii.
Fœculæ bryoniæ
Fœcul. Iridis an. unc. i.
Scammon. præp.
Extract. troch. alhandal. an. ℥ iii.
Elaterii præp. ut docebitur ℥ i.
Salis ceterach
Salis prunell. an. ℥ i. ß.
Trochiſc. de eupatorio ℥ i.
Cum ſyrupo roſ. ſol. fiat pilularum maſſa: Doſis *Scrup. i. ß.*

Ad pellendam viſcerum obſtructionem, educendas aquas: denique ad cachexiam & omnē hydropis ſpeciem præſtantiſſimum illud eſt remedium.

Præparationem elaterii vide *in cap. de extractis purgantibus, & in cap. de Salib.* quid per ſalem prunellæ (qui ex foſſilium familia elicitur) intelligamus.

Pilulæ de euphorbio, quæ non niſi in chronicis & extremis morbis, ubi attenuandum, liquefaciendum & evacuandum eſt, exhibentur: idq; ob materiam quandam adeo tenacem, ut reliquorum auxiliorum vim tanquam irritam, & non ſatis validam reſpuat: hæ, inquam pilulæ, quibus *euphorbium* adhuc crudum & ſine præparatione additum eſt, mihi ſemper fuere ſuſpectæ: & ſi res meo ſtaret arbitrio, illorum uſum vix ac ne vix quidem approbarem: tale enim remedium, quod non artificioſa quadam præparatione pri⁹ emendatum fuerit, in corpus ingeri non poteſt, quin evidentiſſimam & nimiam eius ſimul inducat calefactionem, ſeditionemque moveat. Ac utinam ii, qui adeo moroſe damnant & proclamant antimonium, paulo accuratius diſcrimen maximum inter hæc duo remedia perpenderent, adverterentque, euphorbium in venenorum numero, tum à Dioſcoride, tum ab aliis, non vero antimonium, ſicut iam alibi fuſius oſtendimus, recenſeri.

Interim vero ex eodem Euphorbio, artis induſtria correcto & præparato, tam excellentiſſima parantur remedia, tum purgantia, tum ſudorifica adverſus febres quartanas, & ſimiles indomitos & contumaces affect⁹, & contra ipſam etiam peſtem, ut multi hinc Medici, viri gravissimi & doctiſſimi, poſtquam eius vires certa experientia comprobaſſent, idem ad uſum Medicum vocandum iudicaverint, & proprietates eiuſdē in ſcripta retulerint. Sic quoq; arrepta occaſione, idem euphorbium in pharmacopœam meam introducere volui, addita ſi mul vera & genuina illius correctione & præparatione, qua vim eius deleteriam & pernitioſam rollo; ac inde medicinam produco ad multos gravisſimos affectus utiliſſimam & ſaluberrimam.

Pilulæ de Soldanella Fieni.

℞. *Maſſ. pil. aggreg. ℥ i.*
Troch. alhandali ſcr. ß.
Summit. Soldanell.
Gratiolæ
Cinnam. an. ſcr. i.
Cum ſucco rad. Iridis f. pilulæ ex ℥ i. numero 30. Doſis pilul. 30. ſub med. noctem in Tympanit.

Pilulæ Hydroticæ. Auguſt.

℞ *Aloes electæ*
Diagrydii
Caryophyllorum an. ſcr. ii. ß.
Colocynthidis
Foliorum ſenæ
Gummi Arabici an. ſcr. i. gran. v.
Euphorbii præparati
Nucis Moſchat. an. gran. xv.
Succi cort. mediani Sambuci & Abſinthii an. quantum ſatis eſt.
Fiat Maſſa.

Hydropicorum aquas, ac tenue ſerum evacuant. Earum deſcriptio à clariſſimo D.D. Tobia Cneulino Collega quondam noſtro communicata, nobis hucusq; inſerviit, modernis quoq; Medicis eius veſtigia ſectantibus pluſquàm familiaris.

Pilulæ de Euphorbio mirabiles contra omnis generis febres chronicas intermittentes atque quartanas, nec non contra omnes cachexias, hydropiſim, paralyſim & colicos dolores. Quercet.

℞. *Euphorbii præparati, ut mox docebitur unc. i.*
Spic. nardi
Maſtiches an. ℥ vi.
Opoponacis
Sagapeni præp.
Bdellii an. ℥ ß.
Agarici trochiſcati & Trochiſc. alhandal. an. dr. iij.
Syrupi violoti aciduli & tincti colore purpureo, quantum ſuff. & Fiat pilularum maſſa: doſis à ſcrup. i. ad ſcrup. ij.

Præparatio Euphorbii.

Primo omnium optime mundetur ab omni fæce: poſtea in exigua redigatur fruſtula, ex quibus cum limonibus ſive citrinis, in orbiculos ſive rotulas diſſectis, una cum ſuis corticibus fiat S.S.S. adeo, ut primum & ultimum ſtratum conſtet ex limonum orbiculis, & totum hoc paſtæ involucro includatur in panis formam, qui in furno medio-

mediocriter calefacto coquatur, idque in modum biscocti, hoc est, panis ille semel coctus remittatur in furnum, & coquatur secunda vice.

Quo facto, aperi panem, & euphorbium inde perquam acuratissime separa, simul cum orbiculis limonum, quibus illud adhærebit, & albissimum simul apparebit, separata & abolita omni eius vi venenata.

Huic euphorbii præparationi, quam aliunde acceptam fero, nondum acquiesco, sed illud ita præparatum in matracium aut vitrum aptum & capax injicio, superaffundendo succi limonum vel granatorum acidorum optime depurati tantum, ut supernatet trib⁹ vel quatuor digitis: dein omnia colloco in Baln. Mar. ferventissimum ad digerendum, donec euphorbium dissolvatur, à dictis succis, quibus omnibus per linteum traiectis, succi postea per evaporationem separent ur, & euphorbium remanebit in fundo depuratissimum, utpote à quo omnis calor exuperans & qualitas venenata penitus sit separata. Sed ut ad chymicos sermonē nostrum convertamus, cum phlegmate vitrioli totali & integro suo spiritu imprægnato, vel cum citoniorum aut pomorū v. curtipendulorum aquis, acido sulphuris vel ipsius vitrioli spiritu tinctis & acidulis redditis, multo adhuc præstantior fiet ejusdem euphorbii præparatio, quod licet alibi iam dixerimus, non tamen hic piget idem adhuc semel obiter tantum repetere.

Vt igitur ex euphorbio concinnentur pilulæ, adversus pestem efficacissimæ, ho: sequenti modo procedendum erit.

Pilulæ de Euphorbio contra Pestem. Quercet.

℞. *Euphorbii, ut supra præparati* ʒ j.
Extracti nucis vomicæ
Extracti croci orientalis an. ʒ ij.
Extracti rad. angelicæ
& tormentillæ an. ʒ i. ß.
Extracti theriaces unc. ij.
Confect. alkermes
& de hyacyntho an. unc. j.
Essentiæ corallorum ʒ j. ß.
Terræ sigillatæ veræ q. s. ut

reducantur in pilularum consistentiam dosis ℈ i. ß. Qui peste correpti sunt, utentur iis mane in dosi præscripta, confestim superbibendo aquæ benedictæ unc. ij. & stragulis recti multum sudabunt: quo modo venenum à centro ad circumferentiam provocabitur, & admirandū percipietur remediū.

Pilulæ de Euphorbio, Mes.

℞ *Euphorbii*
Colocynthidos
Agarici
Bdellii
Sagapeni an. ʒ ij.
Aloes ʒ v.
Cum succo Porri fiat Massa.

Pituitam crassam è partibus remotissimis potentissimè educunt: nervorum item resolutioni, sideration, Paralysi, articulorum malis à nimia humiditate profectis, ac Hydropicis conferunt, lumborum quoq; doloribus, Ischiadi, & Podagræ à frigidis ac pituitosis humoribus ortę opitulantur; sed in morbis tantùm contumacibus usurpandæ, nec nisi robustis exhibendæ.

Modus componendi hic est: ut Euphorbium accuratè tritum cum Agarico trochiscato & Trochiscis Alhandali in pulverem redactis, Gummis vino prius dissolutis jungatur, cum quibus in mortario tepefacto pistillo calido tamdiu subigatur, donec in Massam coëant: cui Aloës unà cum sufficienti quantitate succi Porri addita permisceatur, ac probè sic cuncta simul unita Pilularis pastæ formam lege artis adipiscantur.

Pilulæ mirabiles ad tremorem & spasmum. Quercet.

℞ *Castorei*
Pyrethri
Cassiæ lignea an. ʒ iij.
Sagapeni præparati, ut docuimus,
Extracti trochisc. Alhandal.
& hieræ picræ Gal. an. unc. ß.
Misc. fiat pilularum massa. Dosis ℈ i. *vel* ℈ ij.

Pilulæ pestilentiales Alberti Ducis Bavariæ.

℞. *Croci*
Myrrhæ
Camphoræ
Ossis de corde cervi
Spodii an. ʒ j.
Ligni aloes
Beon albi an. ʒ ß.
Terræ sigillatæ veræ ʒ ij.
Flor. sulphuris ʒ j.
Cort. & sem. citrii
Caryophyllorum
Zingiberis albi an. ℈ ij.
Ambræ ℈ j.
Fragmentorum hyacynthi
Smaragdorum
Granatorum an. ℈ i. ß.
Agarici electi
Rhabarbari optim. an. unc. ß.
Aloes ex vesica ad pondus omnium
Misc. fiat pilularum massa: dosis ʒ ß.

Si loco horum ingredientium crasso tantum modo præparatorum recipiātur illorum extracta, remedium evadet multo præstantius & utilius. Has pilulas instar secreti alicuius magni acceptas fero D. Birckmanno, viro doctissimo & Medico Colonienſi celeberrimo, quem tum hac præsenti memoria, tum alias semper honorifice & peramanter colo.

Pilulæ Angelicæ. Salæ.

℞. *Fol. sennæ orient. mund. unc. iv.*
Rhabarbar. electiss.
Agarici albi troch. ut mox docebitur an. unc. ij.
Succi borrag. depurati ℔. ij. ß.
Infundantur per h. xxx. in expressione addantur Aloes lucidæ unc. ij. Coq. lentiss. igne in vase terreo vitreato ad consistentiam picis: deinde addantur.
Resinæ rad. Angel. Myr. Troglod. Croci Anglici
Salis Card. ben. an. ʒ ij.
Sp. Salis comm. g. 30. F. Massa s. artem.

Per Agaricum trochiscatū intelligo sumēdum esse agaricū albissimū & pulchrū, qui minutim incis⁹ humectetur cū decocto absynthii pro conficienda massa, benè terēdo in mortar. donec trochisci minores

nores confici queant, quiſiccentur & ad uſum reſerventur.

Per reſinam Angelicæ hoc volo, nimirum ſumantur radices angelicæ recentes, non carioſæ nec à vermibus corruptæ, quæ minutim inciſæ ſpiritu vini vel aquâ vitæ infundantur ad ſupereminentiam duorum vel trium digitorum: reponantur ad digeſtionem in loco calido per horas 40. deinde coletur, poſtea fiat exhalatio per deſtillationem vel alia ratione, donec in fundo materia remaneat, quæ ſubſiſtentiæ ratione ſit inſtar gummi vel reſinæ, & conſiſtentiam talem nanciſcatur, ut inde pilulæ formari queant, lavetur aqua roſarum ſemel atque iterum, & ad uſum prædictum ſervetur.

Spiritus Salis intelligitur de liquore, qui igneo fortiori, ex ſale communi extrahitur, eſt tamen clarus, ut aquam repræſentet, & acidus inſtar ſp. ſulphuris qui invenitur apud eos, qui in chymia laborant, ſi laborem deſtillationis ſubterfugere placuerit. Doſis iſtarum pilularum eſt ℈ j. uſq; ad ʒ ſ. una vice: purgant benignè craſſos & tartareos humores ventriculi, vicinarumque partium, obſtructiones aperiunt, flatus incluſos diſſipant, ſtomachum roborant, & corruptioni reſiſtunt. Si quis actionem eorum acuere cupit, quando purgandi ſunt robuſtiores, & qui difficulter moventur, cuilibet doſi tria vel quatuor grana Diagrydii addantur, quemadmodum etiam in uſu pilularum Ruffi fieri poteſt, quando cum iis agendum, qui benigni oribus non laxantur.

Pilulæ Angelicæ. Gruling.

Pilularum Angelicarum, quas **Franckfurter Pillen** vocant, per Europam jam tantoperè catatarum authorem Germani Franckfurtenſium Poliatrum Hartmannum Beierum; Itali verò nobiliſſimum Patavinum Medicum, Hieronymum Fabricium ab Aqua pendente conſtituunt.

Vbivis certè locorum uſus frequentiâ cuncta reliqua pilularum genera ſuperare videntur. Vera autem illarum deſcriptio tanto pro ſecreto habita fuit, ut eam nec pretio, nec precibus impetrare multi potuerint hactenus.

℞. *Aloes ſuccotrin.* ℔ *j.*
Succi borrag. bugloſſ. violar.
Fumar. roſar. pallidar. an. q. ſ.

Omnia probè misceantur & relinquantur infuſa per 24. horas in loco calido, poſtea exprimantur & inſpiſſentur, ut fiat maſſa, ex qua fiat Extractum pro pilulis Angelicis.

Aliis hæc Deſcriptio placet.

℞. *Aloes ſucc.* ℔ *j.*
Succi borrag. bugloſſ. viol. an. drach. ii. ß.
Roſar. lib. ß.
Infundantur per horas x. deinde exprimantur & coquantur ad conſumtionem ſuccorum addendo
Succ. card. bened.
Veron.
Chamomill.
Chamæd. an. drach. j.
Fiat l. a. maſſa, & ſi lubeat, poſtea Extractum.

Vel:

℞. *Aloes elect.* ℔ *j. diſſ. in aqu. viol. cola & exſicca, fiatq; maſſa, quam iterum diſſolve in ſucci Violar. lib. j. vel j. ß. Itera & lege artis exſicca: Ex maſſa exſiccata fiat Extractum cum Spiritu vini. Hanc deſcriptionem mihi in Thermis Visbadenſibus anno 1635. celeberrimus quid m Medicus Franckfurtenſis communicavit, qui ſanctè affirmabat, hanc veram ac genuinam eſſe deſcriptionem Beyeri, & Ducem illum famigeratiſſimum Tillium pro deſcriptione Pharmacopœo Franckfurtenſi ſolviſſe 300. thaleros.*

Vt ita non adeo incongruè forſan Schröderus pronuntiet eſſe Extractum propriè dictum, extracto impropriè dicto commixtum.

Vno verbo, *Aloe eſt purificata.* Deſcriptiones multis ingredientibus turgidæ non ſunt germanæ aut genuinæ. Anſam his pilulis dedit teſte, Arculario, (qui rum contubernalis fuit Beieri. (ſenior quidam Medicus Romanus, qui **Beiero** f. f. podagricis doloribus miſerè excarnificato author fuit, ut bis ſinguli ſeptimanis pilulas Aloeticas ab eſſatu Angelicas poſt dictas ſumeret.

Pilulæ de Succino. D. G. H.

℞. *Succini alb. præp.*
Maſtichis an. drach. ij.
Aloes drach. v.
Agarici alb. Troch. drach. i. ß.
Rad. Ariſt. Sol. drach. ß.
Nucis Moſcat. ℈ *ß.*
♀ *Vitriolati drach. ij.*
Aleum fœniculi gran. v.
M. *f. l. a. Maſſa.*
Vid. de T. *Sanit.*

Pilulæ Aloephanginæ Mynſ.

℞. *Fol. Sena elect. ſ. ſtip. unc. iv.*
Rad. Polypodii unc. j.
Hellebori nig.
Troch. Alhandel.
Cort. Arantiorum
Sem. Cymini an. unc. ß.
Herb. Abſinthii Pont.
Card. benedict.
Chamæpityos
Veronicæ an. m. j.
Flor. cordialium
Stæchad. Arab.
Centaur. min.
Chamomillæ an. P. iij.

Craſſiuſculè contuſa infundantur in vini Malvat. ſ. q. coquantur igne lento a remanentiam tertiæ partis, deinde exprimantur fortiter & colentur; in Colaturæ Lib. ij. ſolve:

Aloes ſuccotrinæ optimæ & perlucidæ unc. xvj.

Agitentur continuè in loco calido, uſque dum inſpiſſentur; poſtea adde:

Spec. Diamoſch. dulc.
Diambræ unc. ß.
Mag. Myrrhærub.
Maſtichis
Croci oriental. an. dr. iij.
Ol. Chamomill. Rom.
Succini alb. rect.
Rooriſmarini
Cymini & Carui an. drach. ß.

Miſc. & incorporentur, ut fiat juſtæ conſiſtentiæ Maſſa pilularum.

Vires, Vſus, Doſis.

Ad omnia Capitis vitia & dolorem, Vertiginem, Hæmicraniam, Epilepſiam, Apoplexiam, &c. propriè conferunt. Viſum roborant. Mentis vigorem

gorem conſervant, Auditum amiſſum reparant. In Melancholia Hypochondriaca cæteriſque Melancholicis affectibus, Cancro, Elephantia, Quartana, Ictero nigro, &c. Omnes tam Iecoris quam Lienis obſtructiones reſerando, ſangvinemque mundificando, quam maximè valent. Stomachum quoque à crasſis flatibus vitioſisque humoribus concoctionem juvando ſuaviter leniterque purgant, & omnia membra interna à putredine præſervant. Doſis à Scr. j. ad Drach. j.

Pilulæ Catholicæ. Mynſ.

℞. *Maſſ. pil. ſine quibus*
Aurearum
Cochiæ an. ℥ ß.
Ext. Hellebori nigri
Colocynthid. an. ℥ iij.
Tartari vitriolati
Scammonii roſat. an. ℥ ij.
Sp. Vitrioli ℈ j.

Miſc. & cum Ol. Sem. Fæniculi f. l. a. Maſſa pilularum: Et ſi adhuc eſſentia extractorum nimis liquida, fac ut Spiritus vini ſufficienter lento calore ab illis evaporet; hoc etiam in reliquis compoſitionibus æquè obſervandum eſt.

Vires, Vſus, Doſis.

Magnificè & citra moleſtiam alvum dejiciunt. Caput, Cerebrum, Ventriculum & Senſoria crasſis, putridis, pituitoſis, bilioſis & tartareis humoribus & ventoſitatibus repleta, magna efficacia expurgant. Valent quoque ad Febres diuturnas, ad Podagram aliosque articulorum dolores, ad cataractam, tinnitum aurium, &c. Viſum clarificant & cuſtodiant, aciem oculorum exacuunt, eorumque obſcuritati mire conferunt. Doſis à Gran. xij. ad Scr. j.

Pilulæ Benedictæ. Mynſ.

℞. *Trach. Alhandel. cum Sp. Sulphuris prius irrorat. & iterum exſiccat.*
Ext. Pil. Aloephang. noſt.
Scammonii roſati an. ℥ j.
Sp. Vitrioli ℈ ß.

Miſc. & in mortario lapideo & cum piſtillo lapideo & cum Aq. Benedict. Serpilli noſt. fiat Maſſa; Ex qua poſtea cum Ol. Camomillæ Rom. ex quolibet Scrupulo formentur pilulæ Nr. v.

Vires, Vſus, Doſis.

Omnes humores implicatos à Capite, Ventriculo, Hepate, Splene, Viſceribus & nervis, ſufficienter evacuant. Doſis pil. Drach. ad 4. 5. vel 6. præſertim in robuſtioribus.

Pil. Benedict. & D. Ioh. Benderi.

℞. *Aloes ſuccat.*
Troch. Alhandi an. ℥ ß.
Diagr. præpar. ℥ iij.
Salis Gem. gr. iv.
Myrrh. el. ℥ ii. ß.
Maſtichis ℥ i. ß.

M. c. *Vino opt.* ℥ j. *In Mortario cal. & f. l. a. Maſſa. Doſ. gr. xiij. c. ſalis Gem. gr. iij. vel Maſſ. pil. gr. xv. gr. iv.*

Alia Deſcriptio.

℞. *Sagapen.* ℥ ij.
Ammon. ℥ j.
Extr. Coloc. ℥ ß. ℈ ß.
Pulv. Syr. ℈ iiij.
Sal. gemm. ℥ ß.
Syr. viol. q. ſ.
F. Maſſ. pil. Doſis ℈ ß.

Pilulæ Familiares.

℞. *Maſſ. Pil. Aloephang. noſt.* ℥ iij.
Rad. Ialappæ reſinoſ. ℥ j.
Acidi Tartari ℥ ß.
Mag. Scammonii
Ext. Rhabarbar. an. ℥ ij.
Sp. Salis rect. ℥ j.

Miſc. & cum vino Malvatico f. Maſſa Pilularum; ex qua poſtea cum Ol. Aniſi vel alio conveniente formentur Pilulæ parviſimæ in modum Aloephang. quæ deaurentur fortiter.

Vires, Vſus, Doſis.

In Catarrhis exſiccandis, & obſtructionibus reſerandis, valdè illuſtres, nec non ad varios Capitis, Stomachi, Lienis &c. affectus, efficaces ſunt. Cerebrum, Ventriculum, Senſoria omnia, viſcera, pedetentim, leniterque purgant, & ab humoribus crasſis, putribus, pituitoſis, bilioſis, & tartareis liberant. Inſuper Sangvinem & Spiritus purificant. Concoctionem juvant, appetentiam excitant. Doſis à Scr. j. ad Drach. s. quotidiè cõtinuando, donec operationes deſideratæ feliciter ſequantur.

Pilulæ Proprietatis. Mynſ.

℞. *Maſſ. Pil. Aloephang. noſt.* ℥ iv.
Tartari vitriolati ℥ j.
Lact. Sulphuris ℥ ß.
Ext. Lig. Aloes ℥ j.

Miſc. & cum vino Malvatico f. Maſſa; ex quâ cum Ol. Sem. Fæniculi conficiantur pilulæ in modum Aloëphangin. videlicet, quantitate maiores vel minores & ſic quoque numero plures & pauciores, pro ut occaſio eſt; poſteà fortiter deaurentur & ad uſum ſerventur.

Vires, Vſus, Doſis.

Caput, Pectus, Hypochondria & Stomachũ humoribus crasſis, pituitoſis, & putridis repleta, pedetentim quidem, ſed radicitùs expurgant: Immò humores tartareos & corruptos in ventriculo immerſos evacuant, & omnia membra principalia confortant & à putredine præſervant. Præterea omnes fluxos ſeu catharrhos à cerebro ad ſubiectas partes delabentes exſiccant & conſumunt. Concoctionem juvant. Appetentiam excitant. Virtutes naturales muniunt. Sangvinem & Spiritum clarificant. Mirificè adverſus peſtiferæ luis contagia populatim graſſantia pollent; nec non Lumbricos tam in pueris quam adultis necant, ſuffocãt atq; deturbãt. In Epilepſia, Apoplexia, Tuſſi, Aſthmate, Phthiſi, Hectica, Lue Venerea, Convulſione nervorum, Arthritide, podagra, Schiatica, Venarũ, viſcerumq; obſtructionibus ſummoperè conducunt & à me ordinatæ ſunt, potius ut confortent, quàm ut alvum ducant: poſſunt tamen pro lubricitate alvi ad libitum ſive manè, ſive ſerò ſive quavis hora dici, poſt cibum, ante cibum, in omnibus ferè morbis præcipuè autem phlegmaticis & corroſivis uſurpari. Tum quoque in omnibus Febribus continuis & intermittentibus ægris felicisſimo ſucceſſu offeruntur: Non ſolum enim alvum aliquo modo ſolvunt; ſed etiam corporis vires reſtaurãt atque refocillant. Doſis eadem obſervatur, quæ in pilulis Aloëphanginis noſtris.

Pilulæ

Pilulæ *Anodinæ*. *Mynſ.*

℞. *Ext. pil. Aloephang. noſt. ʒ iij.*
Tartari vitriolat.
Laudani opiat. noſt. an. ʒ j.

Miſc. & cum Conf. Alkermes in aq. Hypnotic. noſt. diſſ. f. maſſa pilularum.

Vires, Vſus, Doſis.

Ad dolores acutos mitigandum & ſedandum, torſiones placandum, ſomnum conciliandum, in Colicâ, Nephritide, Arthritide, Pleuriſi, ceterisque morbis omnibus ſolùm excellunt; Et ipſo Laudano opiato longè tutiores ſunt: Quia ratione Ext. pil. Aloëphang. & Tartari vitriolat. additorum, non admittunt conſtipationes, quibus poſt uſum Laudani opiati per ſe exhibiti, ægrotantes communiter afficiuntur. Doſis à Gran. xij. ad xv. Scr. j. & à Gr. xxv. ad Drach. ſ. Harum enim pilularum Gr. xv. Laudani opiati Gr. 3. Scr. j. Laudani Gran. 4. Gr. xxv. Laudani Gr. 5. Drach. ſ. Laudani Gr. 6. in ſe continent. Et ſumuntur veſperi eundo cubitum.

Pilulæ Narcotic. *Mynſ.*

℞. *Opii Theb. Spagyricæ præp. atq; extract. ʒ iij.*
Spec. Diambræ ʒ j.
Sal. Margarit. or.
Corall. rub. an. ʒ ß.
Ext. Flor. Papav. errat.
Croci orient. ϑ j.
Lap. Bezoar. orient.
Oſſ. de Corde Cervi an. ϑ ß.
Moſchi laudatiſſ. gran. v.
Ol. Caryophyllorum
Cinnamomi
Maioranæ
Succi alb.
Cerui an. gutt. iv.

Miſc. & cum Conf. Alkermes in aq. Narcot. noſt. diſſ. fiat maſſa pilularum.

Vires, Vſus, Doſis.

In defectu Laudani opiati, pilulis hiſce feliciſſimè utimur; quibus etiam honorem frequentisſimè conſecuti ſumus. Doſis à Gran. iij. ad iv. v. vel vj. horâ dormitionis.

Pilulæ Cephalicæ *Mynſ.*

℞. *Scammonii roſat. ʒ iij.*
Ext. Pil. Cochiarum
Hellebori nigri an. ʒ i. ß.
Tartari vitriolat.
Spec. Diambræ an. ʒ ß.
Ol. Succin. alb.
Maioranæ an. ϑ ß.

Miſc. & fiat l. a. Maſſa pilularum; Ex qua poſteà cum Ol. Fæniculi formentur pilulæ.

Vires, Vſus, Doſis.

Caput Cerebrum, ſenſuſque omnes, Ventriculum, Viſcera & alia viſcera à frigidis, craſſis, ſeropis, Pituitoſis & putridis humoribus mirificè expurgant, & in articulorum & Colicis doloribus &c. valdè celebres ſunt. Doſis à Scr. j. ad Drach. ſ.

Pilulæ Cephal. *Euſt. Rhudii.*

℞. *Coloc. ʒ vj.*
Agar. opt.
Diagrid.
Ellebor. nigr.
Turbit. an. ʒ iij.
Aloës ʒ j.
Spec. Diarrh. abb. ʒ ß.
Inf. in aq. vit. per octid. ad emin. 8. digitor. Col. Deſtill. ad conſiſt. mellis ex qua f. pilul. Doſis ϑ j.

Pilul. Lucis maiores ſeu ôpticæ. *Meſuæ.*

℞ *Roſarum*
Violarum
Abſinthii
Colocynthidos
Turbith
Cubebarum
Calami Aromatici
Nucis Moſchatæ
Spicæ Indicæ
Epithymi
Carpobalſami
Xylobalſami
Sem. Seſeleos, id eſt Sileris Montani
Rutæ
Aniſi
Fæniculi
Apii
Schœnanthus
Maſtiches
Rad. Aſari
Caryophyllorum
Cinamomi
Caſſiæ lignea veræ
Croci
Macis an. ſcr. j.
Myrobal. Chebulorum
Citrinorum
Indorum
Belliricorum
Emblicorum
Rhabarbari an. ſcrup. ij.
Agarici
Sennæ an. ſcrup. ii. ß.
Euphragiæ ʒ j.
Aloes Soccotrinæ ad pondus omnium, id eſt, unciam ſemis, drachmas tres.
Excipe ſucco aut aquâ Fœniculi, & formetur Maſſa.

Excrementa pituitoſa è cerebro & oculis evacuant: viſum conſervant & firmant, nervos opticos abſtructione viſcidi humoris liberant, ac ob id oculorum aciem intendunt.

Pro Carpobalſamo cum alioquin Cubebæ ſubſtituantur, hæ autem per ſe compoſitionem hanc ingrediantur, oportunè hic Cardamomum minus accipi poterit: Xylobalſami verò locum Lignum Aloes, aut Cyperus ſupplebit.

Pilulæ Senectutis. *Mynſ.*

℞. *Ext. Meliſſæ ʒ iij.*
Spec. Diamoſch. dulc. ʒ i. ß.
Succini alb. præp. ʒ j.
Margarit. trochiſcat. noſt.
Ambræ griſeæ ana ſcr. j.

Miſc. & cum conf. Alkermes in aq. Lil. Convall. diſſ. f. Maſſa pilularum; ex qua poſtea cum Ol. Caryophyllorum & Majoranæ ana ſ. q. formétur pilulæ ad quantitatem Cicerum, quæ deaurentur.

Vires.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 717 sur 955

Vires, Vſus, Doſis.

Vigiliis ſenum & illorum qui in ſummis curis verſantur, medentur: Animi tranquillitatem ac hilaritatem præſtant; nec non ad pellendas curas valdè utiles ſunt. Doſis à pil. 3. ad 4. vel 5. ſub noctem.

Pilulæ Smaragdinæ. Mynſ.

℞ *Smaragd. præp.* ʒi. ß.
Sulph. Lunæficci ℈ ij.
Hyacinth. præp. ʒ ß.
Mag. Perlar. orient.
Corall. rub. an. ℈ j.

Miſc. & cum Syr. Cort. Citri Moſchat. f. Maſſa pilularum; ex quâ poſteà cum Ol. Aniſi formentur pilulæ parvæ, quæ argento puro obducantur.

Vires, Vſus, Doſis.

Somnia gravia & terribilia, (quæ aliàs valdè debilitant) arcent & ſomnum inducunt; Venenis reſiſtunt, & in confortandis ſpiritibus vitalib⁹ totiuſquecorporis plurimum va ent. Doſis horâ ſomni Scr. j.

Pilulæ Odontalgicæ. Mynſ.

℞ *Opii Thebaici* ʒj.
Camphor.
Sem. Staphid. agriæ
Zingiberis alb.
Piperis longi
Gallar. Turc.
Cretæ albiſſ.
Aluminis uſti an. ʒ ß.
Rad. Peucedani
Hyoſcyami
Vrticæ min. an. ℈ j.
Sp. Salis Nitri q. ſ. ad perfectam acetoſitatem.

Miſc. diligenter & cum Balſamo Odontalg. noſtro f. l. a. Maſſa pilularum; Ex qua poſteà cum dicto etiam balſamo formentur pilulę oblongæ alterutrâ ſui parte in acumen deſinentes.

Vires & Vſus.

In uſu quotidiano pro ſecreto habemus: perforatis enim & concavis dentibus impoſitæ, acutiſſimum dolorem confeſtim & ex tempore ſolvũt.

Pilulæ de calce viva. Mynſ.

℞ *Calcis vivæ* ʒj.
Farin. Siliginis
Piperis long.
Cort. Granator.
Gallar. Turc. an. ʒ ß.
Sem. Hyoſcyami
Caryophyllorum
Opii Thebaici
Aluminis uſte an. ℈ j.

Miſc. & cum ſuc. inſpiſſ. rad. Pyreth. fiat Maſſa pilularum; Ex quâ poſtea cum Ol. Origani cret. & Camphoræ ana ſ. q. fingãtur pilulæ oblongæ.

Vires & Vſus.

Dentibus dolentibus impoſitæ ſubitò medẽtur, ſi miores eos reddunt: Vermiculos in eorum cavernis delitescentes enecant, nec non fluxiones omnes ad gingivas lapſas extrahunt.

Pilulæ odoriferæ. Mynſ.

℞ *Styracis calamit.* ʒ ij.
Aſæ dulcis ʒj.

Rad. Ireos ʒ ß.
Gallię Moſcat.
Santali citrini an. ℈ j.
Ol. Stil. Roſar. veri ℈ ß.

Miſc. & cum modico infuſionis tragacanth. cum aq. Cinnamomi fact. fiat Maſſa, de quâ formentur pilulę dentibus excavatis imponendæ.

Vires, Vſus, Doſis.

Fœtorem dentium excavatorum relegant; nec non immiſſæ & retentæ, ſuaviſſimum & dulciſſimum faciunt anhelitum.

Pilulæ de Origano Cretico. Mynſ.

℞ *Origani Cretici* ʒj.
Gall. Moſchat. veræ
Caſſ. lignęæ
Lig. Aloes
Santali citrin.
Ireos flor. an ʒ ß.
Styracis calamit.
Aſæ dulcis
Caryophyllorum
Galang. min.
Nuc. Moſchat.
Cubebarum
Macis an. ℈ j.

Miſc. & cum Conf. Alkermes aq. Maioranę diſſ. f. Maſſa pilularum; Ex qua poſteà cum Ol. Stil. Roſar. & Cinamomi ana ſ. q. formentur pilulæ ad quantitatem cicerum.

Vires, Vſus, Doſis.

Factâ purgatione, & præmiſſis univerſalib⁹, de his pilulis 3. vel 4. aſſumptæ, mirabiliter fœtorem oris & naſi, ſive per conſenſum à Cerebro, ſive à Stomacho ortum, emendant, corrigunt, & anhelitum gratiorem & jucundiorem reddunt. Inſuper Ventriculũ confortant & concoctionẽ juvant.

Pilulæ Roſatæ Mynſ.

℞ *Scammonii roſat.* ʒ ß.
Mag. Ialappæ
Turbethi an. ʒ ij.
Tartari vitriolat. ʒ j.
Ol. ſtil. Roſar. veri ſcr. ß.

Miſc. & cum Sp. Roſar. f. pilulæ ex quolibet Scrupulo Nr. 9.

Vires, Vſus, Doſis.

Valentiſſimè bilem dejiciunt, quam à ſanguine exhauriunt; nec non craſſam lentamque pituitam vacuant atque hanc à Ventriculo, Thorace, nervis ac remotioribus artubus educunt. Doſis à Scr. j. ad Drach. s. & Scr. ij.

Pilulæ Polychreſtæ. Mynſ.

℞ *Ext. Polychreſt. noſt.*
Scammonii roſat. an ʒ ß.
Tartari vitriolat. ʒ j.

Miſc. & cum Sp. Aniſi f. l. a. Maſſa pilularum; Ex quâ poſteà cum Ol. Majoranæ fingantur pilulæ.

Vires, Vſus, Doſis.

Quod ad quam plurimos totius corporis affectus maximè ſint utiles, omnes ferè purgent humores, polychreſtæ appellantur: Quapropter ad complicatas & diuturnas Febres, Quartanam, Melancholiam, Apoplexiam, Epilepſiam, variosque Capitis, Oculorum, Ventriculi, Splenis, Iecinorisque morbos valdè probantur: Ex iis

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 718 sur 955

enim pituitam & utramque bilem efficaciter expurgant. Adversus Podagram & Arthritin etiam insigniter prosunt. Dosis à Scr. j. ad Drach. s. & Scr. ij. præsertim in robustioribus.

Pilulæ Melanagogæ.

℞ *Mass. Pil. Indarum* ʒ ß.
Lap. Lazuli prap.
Scammonii rosat. an. ʒ ij.
Ext. Troch. Alhandel.
Hellebori nigri
Ialappæ an. ʒ i. ß.
Ess. Fl. Sennæ Alexand.
Hyperici an. ʒ j.
Croci orient. prap.
Epithymi an. ʒ ß.
Spic. Indicæ
Caryophyllor. an. ∋ ß.

Misc. & cum Conf. Alkermes in aq. Rosarũ dissolut. fiat Massa pilularum; Ex quâ postea cum Ol. Citri formentur pilulæ.

Vires, Vsus, Dosis.

Vt per has pilulas humanus intellectus quasi deperditus restauretur, secretissimè teneatur: Propriè enim valent ad mentis alienationem, Maniam, Melancholiam, & inde ortum timorem. Item, ad omnia vitia ex humore Melancholico nata; Cancrum nimirum, Lepram, Elephantiasin, Quartanam, Icterum nigrum, ex vitio Lienis procreatum, conferunt. Sanguinem insigniter defecant, & serosa excrementa ita largiter evacuant, ut omnes hisce utentes, semper tamen mentis quã corporis sanitatem recipiant. Dosis à ∋ j. *ad* ʒ ß.

Pilulæ Hydragogæ. *Mynsi.*

℞ *Turbith. mineral. veri* ʒ ß.
Ext. Hellebori nigri
Colocynthid. an. ʒ iiß.
Rhabarbar.
Elaterii an. ʒ ij.
Mag. Corallor. rosat.
Hyacynth. prap. an. ʒ i. ß.
Croc. Metallor. Absinthiac.
Gum. de Peru rosat. an. ʒ j.
Sp. Vitrioli dulc. ʒ ß.

Misc. & cum Ol. Macis, Caryophyllorum, Cymini & Cinamomi an. s. q. f. l. a. Massa pilularũ; ex quâ postea cum Ol. Chamom. formentur pilul.

Vires, Vsus, Dosis.

In Cachexiâ, Hydrope, Scabie, Serpigine, Impetigine, Pruritu &c. Catharticum est stupendum, immò specificum: Crassos enim & serosos humores expurgat, & viscera nutritionis corroborat. Præterea in Podagrâ, Icteritiâ, Lue Venereâ cuiuscunque etiam speciei, gradus atque ætatis; nec non in omnis generis inveteratis & pessimis ulceribus, Lupo, Cancro, Fistulis, & huius ordinis aliis: Item in omnibus Febribus continuis & intermittentibus remedium est appropriatum. Dosis à Scr. s. ad Scr. j. plus minusve, Exhibeatur autem bis in hebdomade, si vires ferant. Confer superius positas.

Pilulæ Splenecticæ. *Mynsi.*

℞ *Gum. Ammoniaci in aceto squillitico dissolut. & ad justam consistentiam coct.* ʒ j.
Chalybis cum aceto Tamarind. prap.
Ext. Rad. Filicis an. ʒ ß.
Tartari Vitriolat.
Aloes non lotæ an. ʒ ij.
Mag. Myrrharub.
Mastichis an. ʒ j.
Sal. Absinthii
Scolopendr.
Centaur. min. an. ʒ ß.
Sem. Fraxini
Croc. orient. an ∋ j.

Misc. & cum Suc. Fumariæ inspiss. f. l. a. Massa pilularum; quæ conservetur in alutâ madefacta Ol. Benzoin. Postea tempore usus cum Ol. Rosm. marini formentur pilulæ.

Vires, Vsus, Dosis.

In omnibus deploratis Lienis & Iecinoris obstructionibus & doloribus miranda præstant: Splenem enim modestè aperiunt & confortant; nec non (præmissis tamen universalibus, videlicet, Medicinis attenuantibus & alvum subducentibus) eius duriciem, tumorem, & diuturnum fœtidum pedetentim & sine molestia tollunt. Debent etiam antè & post harum usum, clysteres & super loci affectum fomentationes adhiberi. Dosis à Scr. j. ad Drach s. manè seu vesperi ratione morbi & complexionis.

Pilulæ Hypochondriacæ. D.

℞ *Mass. pilularum*
Hieræ picræ cum
Agarico ʒ iij.
Agarici trochiscati ʒ j.
Pulveris Sennæ Montag. ʒ i. ß.
Extract. Rhabarb.
Rad. Mechoacan. an. ∋ j.
Carduibenedict.
Centaurii maior.
Enulæ
Zedoariæ
Calami aromat.
Cochleariæ an. gr. iv.
Olei corticum citri
Cochleariæ
Cinnamomi
Fœniculi an. gut. ij.
M. & formentur cum s. q. syrupi pantagogi l. a. Massa pilularum.

Blandè atq; sine omni exagitatione, humorũ illuviem ex ventriculo, intestinis, mesenterio, Rete, & Liene expurgant; ac proindè nauseam, colicam passionem, hydropem, melancholiam hypochondriacam, febres chronicas, imprimis vero Scorbutum præservant, & curant, si nimirum dentur Drach. j. pondere certis intervallis proindicatione causæ morbificæ, & virium ægri.

Electuarium Cephalicum.

℞ *Pulveris Epileptici* ʒ ii. ß.
Irroretur cum aq. Epilepticæ aur. ʒ. j.
Misceantur exquisitissimè deinde adde
Olei Nucis muscat. per expressionem ʒ iß.
Macis per expressionem ∋ iv.
Macis stillatitii
Rorismarini stillatitii an. gutt. xvj.
Misceantur iterum, postea
℞ *Aq. Epilepticæ aureæ*
Sacchari fini an. ʒ iij.

Cinna-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 719 sur 955

Coquantur in duplici vase ad syrupi consistentiam, qui misceantur cum reliquis, & fiat l. a. Electuarium.

Miram habet efficaciam tum in curando, quàm in præservando ab Epilepsia, apoplexia, paralysi, Caro, & ab aliis affectibus cerebri & nervorum frigidis. Datur præservationis gratiâ singulis quadris Lunæ, in omni humida, & minus constanti aëris tempestate dimidiæ avellanæ magnitudine: curationis verò gratiâ à Drach. sem. ad Drach. j. vel per se lingvæ & palato affricamus, vel cum aq. florum tiliæ unc. ij. dissolutum ægro propinamus, & si necessarium fuerit, potiunculam istam dimidia hora elapsa reiteramus.

Pilulæ Antiscorbuticæ Timæi.

℞. *M. pilul. Melanag. Q. ʒ i. ß.*
Ext. fol. sen. ʒ ß.
Retim. Ialapp. ʒ i. gr. vi.
Tart. vitriol. gr. xiii.
Sal. succini volat. ℈ j.
Sem. nasturt.
Cochlear
Sinap. an. ʒ ß.
M. *Dosis ℈ j. ad ʒ ß.*

Pilulæ Dulces. Mynſ.

℞. *Suc. Glycyrrhiz. in aq. Pectoral. nost. dissolut. colati & ad justam consistentiam iterum coct.* Vnc. j.
Spec. Diasaturni nost.
Diasulphuris nost. an. ʒ ß.
Ext. Rad. Myrrhidis
Sachari candi alb. an. ʒ ij.
Flor. Benzoin.
Sem. Cydoneor. an. ʒ j.

Misce, & cum Diacodio crocat. nost. fiat l. a. Massa pilularum; Ex quâ posteà cum Ol. Anisi & Fœniculi formentur pilulæ.

Vires, Vsus, Dosis.

In Catarrhis & morbis pectoralibus; utpote Tussi, Asthmate, Dispnœa, Orthopnœa, Phthisi, Hectica, Pleuritide, &c. commendare voluimus. Dosis à Scr. j. ad Drach. j. manè & vesperi.

Pilulæ Peruvianæ. Mynſ.

℞. *Mag. Gum. Peruviani opt.*
Ext. Panchymag. nost. an. ʒ vj.
Acidi Tartari ʒ i. ß.
Sp. Vitrioli rect. ℈ j.

Misce, & fiat l. a. Massa, Ex qua posteà cum Ol. Chamomillæ Rom. formentur pilulæ, ex quolibet Scrupulo No. V.

Vires, Vsus, Dosis.

Ad humores serosos & crassos evacuandum in cachexia, Hydrope, Arthritide, Scabie, Ictericia, obstructionibus Hepatis & Lienis, &c. Item in Febribus quotidianis & tertianis, hisce quotidiè tanquam experta medicina utimur felicissimè. Dosis à Scr. j. ad Drach. s. & Scr. ij. præsertim in robustioribus.

Pilulæ de Therebinthina. Mynſ.

℞. *Terebinthinæ Cypriæ in succo Limonum lotæ ʒ i. ß.*
Suc. Portulac. inspiss. ʒ vj.
Ext. Rad. Glycyrrhiz.
Rhabarbari
Tartari vitriolati an. ʒ iij.
Spong. in arbusto Ros. sylvest. natæ
Oss. Mespilor. an drach. i. ß.
Sal. Succini alb.
Nitri prap. an. drach. i.
Mag. Lap. Percar. pis.
Oc. Cancri an. drach. ß.

Misc. & f. l. a. Massa pilularum; Ex qua posteà cum Ol. Citri rect. formentur pilulæ.

Vires, Vsus, Dosis.

Mirum in modum ad frangendum Renum calculum & ciendas urinas conveniunt, præcipuèque calidioribus naturis conferunt; Tartarum enim & arenulam ad miraculum usque expellunt. Gonorrhœam & id genus alia curant; nec non Hepatis Lienisque obstructiones liberant. Dosis longè à cibo à Drach. s. ad Drach. j.

Pilulæ de Therebinth. G. Horſt.

℞. *Ther. Cypr. unc. i. ß.*
Coq. in aq. chamapytios dum albescat, huic addè
Rhab. opt. pulv. drach. vj.
Ivæ arthetica drach. iii.
Succini albi drach. ii.
Ext. Glycyrrhizæ drach. i.
M. & F. *Massa.*

Pilulæ Stipticæ. Mynſ.

℞. *Suc. Glycyrrhiz. ext. unc. ß.*
Spec. Diaplantaginis
Diamartis an. drach. iii.
Laudani opiati Drach. ii.
Fung. Betulini
Coag. Leporis
Camphoræ an. Drach. ß.
Vng. Equi usta
Sandaracæ
Olibani an. Scr. i.

Solvatur succus Glycyrrhiz in vino granatorum & f. l. a. Massa pilularum; Ex qua postea cum Ol. Nuc. Moschat. & Caryophyllorum formentur pilulæ in modum cicerum quæ deaurentur.

Vires, Vsus, Dosis.

Omne alvi profluvium à quacunque causâ ortum cohibent, & sangvinem à quacunque parte emanentem coërcent; nec non uterinos fluores omnes sistunt placideque compescunt, dolores mitigant & somnum inducunt. Dosis à Scr. j. ad Drach. s. vesperi eundo cubitum.

Cicera Tartari. Mynſ.

℞. *Tereb. Cypriæ in aq. Violarum lotæ & in eadem ad justam consistentiam coct. unc. ii.*
Acidi Tartari unc. i.
Spec. Diatreos simpl. drach. ii.
Nitri prap. drach. i.

Misc. & manus immittendo in aquam violarum frigidam, formetur pilulæ ad quantitatē Cicerum.

Vires, Vsus, Dosis.

Felicissimè utimur in omnibus ægritudinibus tartareis à crassiore materia genitis; Hinc per experientiam cognovisse licuit, quosdam harum pilularum usu instantes dolores podagricos adeò præcavisse, ut iidem aliquot annos non vel tardius redierint, aut in quibusdā mitiùs saltem afflixerint & citiùs desierint. Commendabiles quoque sunt in omnium viscerum & venarum obstructionibus;

Hemicraniâ, Ictèritia, Contracturis, Hydrope, Febribus, Mentium retentione, &c. Calculos Renum, & Vesicæ (ipsum Ventriculum & proximè vicina membra non solùm levando; sed & iisdem singulare robur suggerendo) communiunt atque expellunt. In Asthmate, Tussi, Phthisi, &c. aliisq; morbis pectoralibus harum pilularum usus etiam valdè celebris est. Interdum per sudores & urinas operātur, pro ut natura ægri in hanc vel illam pronior fuerit aut propensior. In præservatione Dosis singulis Lunæ quadris à Drach. s. ad Drach. j. In curatione autē quotidiè manè in aurorâ à Drach. j. ad Drach. j. s.

Pilulæ de Sandaraca. *Mynſ.*

℞. *Sandaracæ elect.*
Ext. Polypodii
Tartari albi an. Drach. ij.
Succini alb præp.
Piperis nigri
Aluminis rochæ
Sarcocoll. rub. an. dr. ß.
Laccæ ablutæ
Nitri præp.
Ariſtoloch. rot.
Sem. Rutæ ſylveſt.
Petroſelin. an. Scr. j.

Miſc. & cum ſuc. inſpiſſat. Centaur. min. f. maſſa pilularum; Et ex quolibet ſcrupulo formentur pilulæ duæ, quæ deaurentur.

Vires, Vſus, Doſis.

Pingves extenuant; nec non omnem carnoſitatē præter naturā corpori humano additā attenuāt. Detur autē omni die pilul. j. quando ſurgit à lecto.

Pilulæ de Sabina. *Mynſ.*

℞. *Sal. Herb. Sabinæ p. ij.*
Ol. Stil. eiuſdem p. j.

Mixta Hermeticè ſigilla, & igne philoſophico coque, donec lapidis duriciem acquirant: poſteà

℞. *Maſſ. Pil. Aloephang. noſt. unc. i. ß.*
Lapidis hutus præparat. unc. j.
Borrac. Venet. Drach. iij.
Ext. Spec. Dialaur. noſt.
Flor. Centaur. min.
Herb. Sabinæ an. Drach. ß.
Crocior. ℈ j.
M. cum ol. iunip. f. maſſ. pilul. form. cum ol. cin. & macis. Doſis m. & v. ℈ j. ad ʒ ß. in affectibus hyſtericis.

Pilulæ Vterinæ. *Mynſ.*

℞. *Maſſ. pilul. aloeph. ʒ j.*
Fœcul. bryon ʒ j.
Salis Iovis Angl.
Mat. perl.
Corall. rubr. an. ʒ ß.
Ext. Caſtor.
Call. equor. an. ℈ j.
Ol. angel. ℈ ß. m. f. maſſ. pilul. cum ol. ſuccin. form. Doſi ℈ j. ad ʒ ß. inſuffocat. Matricis aliquot auroris.

Pilulæ Hyſtericæ ad Vterum Roberti Keichenii Veſalienſis.

℞. *Agarici Electi* } *an. ʒ i. ß.*
Aloes Hepaticæ }
Rutæ ſiccæ ʒ j.
Myrrhæ Elect. } *an. ʒ ß.*
Zedoariæ }
Sabinæ ℈ ij.
Euphorbii ʒ j.
Syr. è ſucco marrubii cum melle
Fiant Pilulæ è qualibet ʒ j. Num. x. Doſis Num. v.

Pilulæ ad Vteri ſuffocationem. Penotti.

℞. *Ext. Croci ʒ j.*
Caſtor. ℈ ij.
Ol. Angel ʒ vj.
M. *Doſis. gr. xv. ingruente paroxiſmo. Præſervativè ſum. ſingulis menſibus appetentibus menſtruis.*

Pilulæ de Caſtoreo Avicennæ. Auguſt.

℞. *Caſtorei*
Doronici
Zedoariæ
Nucis Moſchat. an. drach. j.
Sem. Apii
Anethi
Margaritarum an. ſcrup. iv.
Hyoſcyami gr. iij.
Formetur Maſſa cum cum aquâ Artemiſiæ.

Vterinis doloribus hæ Pilulæ conferunt, craſſos flatus diſſipant, ac impeditas menſtruas purgationes eliciunt.

Pro Doronico Galangam cum Corticum Citri parte nonnulli ſubſtituunt, eò quod auctorum quorundam diverſa opinio veneni ſuſpicione id apud plerosque infame reddiderit: idenim ab aliquibus inter Aconita repoſitum ac toxicis annumeratum, proprieq; deleterio paſſim habitum & proclamatum a Medicamentorum compoſitionib' aliquantiſpèr exulare coactum fuit. Veruntamē doctiſſimorum, & in re Medica verſatiſſimorum Virorum gravia teſtimonia, quin imò & uſus ipſe Doronici noſtri vulgaris Germanico idiomate **Gemſenwurtz** dicti innocentiam detexit: quo argumento Collegium noſtrum permotum, quod eo Zedoariam quondam ſubſtituebat. Doronicum hoc tanquam poſtliminio revocatum, in Medicum uſum reaſſumpſit ac cooptavit. Nobis autē hoc loco nec de Arabum Doronico, quoniam eo caremus, nec de Aconito Pardalianches ſermo eſt, ſed de Germanico illo ac vulgari Doronico noſtratibus hoc nomine cognito. Radicula eſt prædulcis, acrimonia tamen carens, rotundiuſcula, interdum quoque oblonga, geniculatis propaginibus ſibi cohærens, folio ferè cucumeris, verum minori ac molliori, florem gerens Citrinum, Chryſanthemi flori haud abſimilem. Adfertur ad nos ex vicinis alpibus, in iis enim copioſè provenit: radices ipſæ Scorpii figurā nonnunquam repræſentant.

Pilulæ Stomachicæ vulgo ante cibum Renod. ex Meſ.

℞. *Aloes opt. ʒ vi.*
Maſtich.
Roſar. an. ʒ ii.
Cum ſyr. roſ. f. pilul. Maſſ.

Omnes pilulæ humores è tantum prima regione trahentes ſtomacho proſunt; *Stomachicæ* vocantur, vel *pilulæ ante cibum*, quod quavis die paulo ante paſtus, tuto ſumi poſſint: cuiuſmodi ſunt pilulæ *de aloe roſata*, quæ fiunt ex eadem in ſucco roſarum nutrita, & cum vino in maſſam redacta. Vtetiam *pilulæ Scaligeri, Ruffi & de hiera.* Vtilitatiſſimæ tamen cum ſint, quas dedimus, & quovis tem-

vis tempore paratu facillimæ, hæ tanquam regula omnium ſtomachicarum debent in omnibus pharmacopoliis aſſervari. Verum parva quantitate tantum parandæ ſunt, ut recentes ſemper habeantur. Diutius enim aſſervatæ nimium exſiccantur, earumque virtus hebeſcit. Debet vero Maſſa alata quadam, oleo pauco delibuta, involui; deinde in vaſe ſtanneo optime clauſo reponi.

Pilulæ omnes, & reliquæ purgantia, dari minime debent, niſi ventre exinanito: præſertim vero, quæ ex partibus remotioribus humores noxios trahere debent. Quæ longe ante, & poſt paſtum, ut poſt primum ſomnum commodius & utilius ſumuntur. Stomachicæ non ité; ſat enim eſt, ſi ſumantur hora una ante ientaculum, vel alium paſtum, ut blande ſubducatur alvus, & pituita quædam, aut alia parva colluvies in ventriculo & vicinis partibus contenta expurgetur; quã quidem omnes ſtomachicæ blande educunt, ſtomachum roborant, & appetitum reſarciunt, vel ſopitum excitant.

Pilulæ Stomachicæ. Myl.

℞ *Myrobalan. citrin.* } an. ʒ i. ß.
Chebulorum }
Maſticis ʒ j.
Cubebarum }
Nuc. Moſch. } an. ʒ ij.
Ligni aloes }
Rhabarbari }
Myrob. Indorum }
Cardamomi }
Roſarum } an. ʒ j.
Santali citrini }
Caryophyllor. }
Schœnanthi }
Turbith ʒ iij.
Aloes ad pondus omnium
Miſce, & fiat Maſſa pilularum. Doſis ʒ i. *ad* ʒ ij.

Vel: ℞ *Scammonii* } an. ʒ j.
Agarici }
Myrobal. cheb. }
Indorum } an. ʒ i. ß.
Citrinorum }
Hieræ picræ ʒ iij. ß.
Abſynthii ʒ i. ß
Succi cichorii q. ſuff.
Fiat Maſſa pilularum.

Pilulæ Ruffi, vulgo peſtilentiales, ſeu communes.

℞ *Aloes opt.* ʒ ij.
Myrrhæ ʒ j.
Croci ʒ ß.
Cum oinomelite optimo, fiat maſſa mollis.

Vix quoddam datur medicamentum à quodam præter authoris primi mentem non mutatum. Hæ pilulæ ex paucis componuntur, à multis variè mutantur. Sunt, qui *myrrhæ* tertiam partem adiiciunt, alii tantum quartam; quidam octavam, nõnulli *crocum & myrrham* æquali pondere cõmiſcent; alii mediam tantum partem *croci ad myrrham* adiiciunt, ut *myrrhæ ad aloem*, ut nos in hac deſcriptione, Medicorum celebriorum ſententiã ſecuti, fecimꝰ.

Horum autem catapotiorum inventionem Rondeletius Ruffo denegat, quod potionem, inquit, quam pilulas potius tradiderit, ut ex Paulo Ægin. *cap. 36. lib. 2. de morb. pop.* liquet. Hic ſane medicamentum quoddam ex *aloe, myrrha & ammoniaco thymiamate in vino odorato triti*, deſcrib, poſtque nominat, fabæ tamen magnitudine exhibet, quæ rerum potulentarum menſuræ repugnat, ſolidarum convenit: ideoque Ruffum poſterior ætas illarum eſſe primum authorem non ſine ratione credit. Pro *vino aromatico oinomel* generoſum ſubſtituimus, pulveribus excipiendis maxime idoneũ. Si enim ſolo vino recipiantur, maſſa hinc ſubacta, brevi duritiem pene lapideam nanciſcetur. Syrupus quoque de *abſynthio* illis admittendis multum aptus erit.

Pilulæ Ruffi peſtilentiales dicuntur, quod peſti conveniant, ſed potius arcendæ & præcavendæ, quam curandæ. Rationem enim *aloes* corpus ab excrementis liberatur, per *myrrham* à putredine vindicatur, à *croco* cor & facultates vitales recreantur. Peſti tamen factæ parum proſunt, ut quæ medicamenta magis cardiaca, valentiora, & alexipharmaca ad ſui curationem poſtulet. Confer peſtil. Qu.

Pilulæ Rufficum rhabarbaro D. Vlrici Chelii Medici Argentinenſis.

℞ *Aloes roſat.* ʒ ij.
Agarici troc.
Myrrh. elect.
Rhabarb. elect. ʒ ß. ∋ iv.
Zedoar.
Croc. an. ʒ ij. ∋ ij.
Macera ∋ iv. *Mi. & cum ſyr. card. ben. f. Maſſa.*

Pilulæ Maſtichinæ.

℞ *Maſtiches* ʒ ß.
Aloes ʒ x.
Agarici ʒ iii.
Confice cum hydromelite vinoſo, fiat maſſa mollis.

Pilulas omnes, quæ maſtichem excipiunt, Meſue ſtomachicas appellat, quarum non ipſe ſolũ varias deſcriptiones exhibet, ſed etiam qui poſt illum ea de re ſcripſerunt, & Antidotaria promulgarunt modo *aloes*, modo *agarici*, modo *maſtiches* pondꝰ augentes, vel minuentes, aut alia adiicientes.

Vſitatior & tutior eſt deſcriptio, quam hic damus, cui *diamoſchi* parum addatur, erunt pilulæ *de aloe lota* iuxta vulgarem editionem. Parandi modus facilis eſt. Debet vero *agaricus trochiſcatus* ſumi, poſtea teri, ut & reliqua, nempe *aloe & maſtiche*, atque cum *hydromelite* aptius, quam cum vino ſubigit, tum ad efficaciam, tum ad conſervationem.

Petrus de Abano perhibetur earum author, quibus ab exuperante medicamento, nempe *aloe* nomen non dedit, ne ſimul eiuſdem nominis catapotia multa ac diverſa deſcriberentur.

Pilulæ maſtichinæ ſtomachum blande purgant, optime roborant, totius abdominis excrementitios humores ſine moleſtia detrahunt & expellunt, doloribus capitis proſunt, & uteri affectibus multis.

Pilulæ de tribus ſolutivis.

℞ *Rhabarbari*
Aloes
Agarici an. ʒ iii.
Trita excipiantur ſyrupo roſarum pallidarum, & cogantur in maſſam.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 722 sur 955

Vocantur hæc catapotia *de tribus ſolutiuis*, quod tria tantum ſimplicia purgantia admittant: syrup⁹ roſarum pallidarum, quod illa excipiuntur, purgatorius quidem eſt, ſed ſimplex medicamentum nō dicitur. Stomachicæ quoque ſunt hæ pilulæ, licet paulo validiores ſuperioribus, propter *agaricum*: qui ſi trochiſcatus ponatur, ut certe debet, vim incidendi & attenuandi maiorem habebunt, & minus vomitoriam. Parandi modus facilior eſt, quā ut nos moretur.

Humores biliosos & pituitoſos, craſſos & lentos à ventriculo, cavis hepatis & lienis, & à meſenterio perbelle purgant, ſtomachum roborant, & appetitum revocant. Sic paucis, quæ de his dicenda, complector.

Pilulæ Imperiales D. Fernellii, ſeu Catholicæ.

℞ *Aloes optimæ* ℥ ij.
Rhabarb. electi ℥ j.
Agarici trochiſcati
Fol. ſenæ mundator. an. ℥ ß.
Cinnamomi ℥ iij.
Zinziberis ℥ ij.
Nucis moſchatæ
Caryophillorum
Spicæ nardi
Maſtiches an. ℥ j.
Cum ſyrupo violato ſubactæ cogātur in maſſam.

Egregiam his catapotiis non iniuſte denominationem dedit author, ut quæ ageadi benignitate & multiplici dote, præ cęteris egregium titulum mereantur. Poſſunt quoque dici pilulæ *Catholicæ*, ut quæ & univerſos humores, & ab univerſis partibus expurgent, ab hepate, liene, ventriculo, cerebro, & cum doſi paulo uberiore, à partibus quo que longius diſſitis.

Quædam eiuſdem nominis deſcribuuntur à Nic. præpoſito, quæ quod pluribus conſtent, & efficaciæ ſint minoris, raro parantur.

Pilulæ Imperiales Fernelii omnia viſcera infarctu liberant, purgant, roborant, & humores quoſuis noxios & obvios educunt, omniumque partium nutritiārum œconomiam iuvant.

Pilulæ de eupatorio maiores, D. Meſ.

℞ *Myrobalanorum citrinorum*
Succor. eupatorii
Abſynthii an. ℥ iij.
Rhabarbari ℥ iij. ß.
Maſtiches ℥ j.
Croci ℥ ß.
Aloes ℥ v.
Succi, vel potius ſyrupi endiviæ quantum ſufficit, ex arte fiat maſſa.

Catapotiorum ex *eupatorio* duas Meſue formulas deſcribit; priora, *maiora* nominat, quę hic inſeruimus; alia *minora*, quæ raro, imo rariſſime ambo parari ſolent. Illam tamen cum valde commendentur ad icterum, & omnem iecoris obſtructionem, ægrorum felicius res ibunt, ſi in pharmacopoliis habeantur. Deberent autem à *rhabarbaro* potius denominari, quod in compoſitione cæteris præpolleat. Verum ſolent authores medicamentis à ſe compoſitis nonnunquam imponere nomina ad placitum magis, quam rationem validiſſimam.

Porro ad harum pilularum præparationem ſucci *eupatorii veri*, vel eius loco *agrimonii*, & *abſynthii* per evaporationem inſpiſſandi, excolendi, & poſtea pulverandi, deinde aliis ſimplicibus ſeorſim tritis commiſcendi, tum omnia *ſyrupo de endivia*, vel *cichorio* comprehendenda in maſſam idoneam. Perperam faciunt, qui Meſuei conſilium ſecuti pulveres excipiunt *aqua endivia*, & cogunt maſſam.

Pilulæ de eupatorio minores non ſolum ictero conducunt curando, ſed etiam febribus periodicis ac circuitu repentib.

Pilulæ ſine quibus eſſe nolo D. N. Præpoſ.

℞ *Aloes optimæ* ℥ xiv.
Quinque generum myrobalanorum
Rhabarbari
Sennæ,
Agarici trochiſcati
Maſtiches
Abſyntii
Cuſcutæ
Roſarum
Violarum an. ℥ j.
Diagridii ℥ vj. ß.
Melli ſucco fœniculi exſpumati q. ſ. fiat maſſa, ut artis eſt.

Vniverſales ſunt hæ pilulæ, ut Imperiales, ſed magis cholagogæ, & valentiores propter *diagridium*. Earum nomenclatio quadam circumlocutione deſignata efficaciam & uſus neceſſitatem notat, ut quibus vel paterfamilias, vel alius, qui optime ſuæ ſanitati proſpectum voluerit, minime carere debeat, quandoquidem ad earum compoſitionem accedunt, quæ à cunctis partibus præcipuis humores deducunt, & eaſdem roborant. *Rheubarbarum* baſis erit, ſi à parte earum præſtantiore ſumi debeat, ut *ſcammonium*, ſi à valentiore & magis exuperante, vel *myrobalani*, ſi à fructuum pondere.

Vt recte parentur, *ſcammonium*, *aloe*, *agaricus* & *maſtiche* ſeorſim pulveranda. Reliqua partim ſeorſim, partim ſimul. Non ſunt vero ſubigenda cum aqua, aut ſucco *fœniculi*, ut placuit authori, ſed cum *melle* eodem ſucco depurato, ad ſyrupi conſiſtentiam, aut paulo infra cocto, nec citius ſiccęſcant, aut marceſcant.

Pilulæ, ſine quibus pituitam & bilem utramque undique trahunt, ſed præcipue ex capite, oculis, & ſenſibus. Proinde oculorum ſuffuſiones minuunt, viſum conſervant, aurium dolores tinnituſque ſolvunt.

Pilulæ Marocoſtinæ *Mindereri*.

℞ *Mari veri*
Croci Orientalis an. ℥ j.
Agarici troch.
Coſti Indici acrię
Myrrhæ ſelectæ an. ℥ j. ß.
Ammōiaci thymiamatis in ungves concretiſ.
Rhabarbari exquiſitiſſimi ℥ vj.
Ligni Aloes ℈ i. ß.
Aloes Soccotrinæ unc. iij.

Modus parandi hic ſit.

Omnium primè Ammoniacum thymiama in ſufficienti quantitate aceti Scillitici tenuiter diſſolvatur, cui mox iungatur Myrrha aceto Rutaceo diluta.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 723 sur 955

dulta. His ambobus admiſce Aloën in unciis ſex Muchari Roſarum perfecti, ſitu defæcati, colati, & translucidi, ac unciis quatuor ſucci Limoniorum aut Citri diſtemperatam. Vbi hæc ſimul probè unita fuerint, in oxypicra hac ſolvito Agaricum & Rhabarbarum, utrumque priùs aqua Cinamomi irroratum, ex quibus Agaricus in ſucco Apii, Fæniculi & abſinthii, Rhabarbarum verò in ſucco Cichorii, Pimpinellæ, ac Fumariæ priùs in formam tenerioris pulticulæ diſſolutum ſit. Tum verò Crocum, Coſtum, Lignum Aloës, ac Marum in æquis partibus aquæ Roſarum odoratiſſimæ, ac ſucci Citri recentis diluta medicamini adhibeto, & omnibus ſimul probè mixtis affunde in cucurbitã vitream.

Aq. Lupuli, Borraginis, Betonicæ
Cardui Benedicti, an. ℥ iv.
Agrimoniæ, Iuæ Arthetica
Centaurii minoris,
Roriſmarini
Ceraſorum nigrorum an. unc. iv.

Stent in infuſione probè tecta, loco calente, vel in Balneo B. Mariæ torido per triduum: poſtea quod clarum ſupernatat, per inclinationem ſeparatum filtro diligenter tranſmittatur, ac cucurbitæ indatur, abſtrahaturque ab eo in Balneo omnis humiditas, donec extracti ſpiſſitudo in fundo craſſioris mellis inſtar reſideat, quæ levitèr poſtmodùm exili calore penitùs exiccetur, ut in pilulas effingi queat. Fæcib⁹ relictis abſtractus humor rurſus affundatur, ut reſiduũ tincturæ extrahat, ubi factũ fuerit, maſſa omnis, leviter exprimatur, ac per ratum linteum tranſcoletur; pareturque exindè lege artis extractum ſecundùm, ut priùs in uſus pilulares aſſervandum. Artificis nunc indefeſſi negotium ut aſſurgat neceſſe eſt, dextrum enim & affabrem compoſitionis formatorem medicamentum hoc deſiderat, à cuius comparatione plures aut artificii induſtriã, aut laboris ſedulitate perterriti formidavêre, relicto interim medicamine, nihil hominibus ſolatii præbẽte, ni doctus id & peritus Pharmacopæus aſtruat. Eſt autem ita Pilularum harum ſtructura delineata, ut ne minimus quidem error in Aloëdarii huius præparatione committi facilè poſſit. Etenim Ammoniacum omnium primò aceto Scillitico diſſolvi poſtulat, ut protinus diluatur, ac tenerrimè diſtractũ cæteris iungi poſſit. Confunditur huic Myrrha aceto Rotaceo diluta, ut Gummata & lacrymæ propaginis quadam ſorte ſibi familiares ac propinquæ citiùs coaleſcãt. His Aloë in Roſaceo Muchаro diſſoluta, ut ſuccus Reſinis vicinis iungatur, cui ſuccus Limonum ad calorem eius temperandum miſcetur, cum Ammoniacum Bdellii locum ſuppleat, & vitia hæmorrhoidas exacerbantia temperet. Nunc verò Agaricus & Rhabarbarum (hoc quidem iecori illud pulmonibus ac pectori profuturum) ſuis ſuccis perfuſa, de quibus poſteriora Capita rationem ſunt reddituri, compoſitioni iunguntur, ac tandem Aromata quaſi ſales aut condimenta quædam, Crocus nimirum, Coſtus, Xyloaloë ac Marum ſuis quoq; liquoribus madefacta compoſitionem perfectura ingrediuntur.

Liquores affuſi, qui vim omnẽ medicaminis aut præcipuã ſaltẽ prolexêre, non ſunt prima vice aliter niſi ſola inclinatione tranſcolandi: ubi autẽ extillatione facta pharmaci cremor in fundo reſederit, tranſtillatus humor prioribus fæcibus redditus reſiduum virtutis extrahat, cui poſt colaturam factam levis quoq; expreſſio concedenda, & abſtracto liquore chyliſima lede artis in cucurbitæ area cogendum, cuius quidem doſis dupla eſſe poterit; eſt enim prioris extillationis poſterior pediſſequa licet non minus in effectu valeat, dũmodò id quod in ſubtili virtute prioris extractionis ſecundæ deeſt, duplicatione ponderis in ſecunda reſarciatur.

Aloedarium autem iſtud cùm non commodius quàm pilulari forma efficium ventrẽ intrare queat, idcircò eadem effigie id ipſum præſtamus integrum, nullis alioquin tam acerba & amara ſi aliter ageretur voraturis.

Pilulæ aureæ D. N. Myr.

℞ *Aloes optimæ, Diagridii an. ℥ v. Roſar. rubr. Sem. apii ani ℥ ii. ß. Sem. aniſi, Fœniculi an. ℥ i. ß. Pulpæ colocynthid. Croci, Maſtiches an. dr. j. Cum gummi tragacanthæ in aqua roſarum ſoluta, vel potius cum melle roſato concinnetur paſta, conſiſtentiæ legitimæ.*

Nos absentem inſultat Nicol. præpoſitus in Nic. Myrepſum harum pilularum authorem, quod *diagridium* quantitate maiore poſuerit, nec locum mendacio eſuſpicatur, dum ait, *& credo, quod debuit dicere diagridii ℈ v. non dr. v. quod ſane colligi poteſt ex eiuſdem Myrepſi verbis qui in fine c. 107. doſim harum pilularum definiens ſic habet: Informentur ad modum ciceris cum aqua infuſionis tragacanthæ, & dentur de eis veſperi novem aut undecim cum mulſa aut vino.* Hæc enim quantitas ſaltem *dr. i. ß.* eſt, aut *dr. ij.* quæ fere diagridii *dr. ß.* admittit. Vtut ſit, nunc is invaluit uſus, ut iuxta modum deſcriptum parentur; ea tamen lege, ut iuſto ac idoneo pondere exhibeantur, pro Medici prudentia & ægrotantis viribus; cui purgando, ſi *diagridii* gr. iiij. aut v, ſufficiant, ea tantum mole catapotia dentur, quæ iſtam ſolum diagridii doſim receperit.

Optimè vero *maſtichem* adiecit Nicol. Præpoſitus ad ventriculi robur, ne tam violentorum purgantium attactu lædatur. Recte quoque *tragacanthum* permiſcebitur ad *ſcammonii* feritatem mitigãdam. Tutius vero *Trochiſci alhandal* ponentur, *colocynthis* ipſa non caſtigata: omnia tenuiſſimè pulverata cum melle roſato cogentur in paſtam conſiſtẽtiæ legitimæ; ſic enim diutius molliuſcula remanebit, quam *gummi tragacanthæ* diſſoluto ſubacta & comprehenſa.

Dicuntur autem pilulæ aureæ magis ab aureo colore, ratione *croci*, quam ab effectu aureo, hoc eſt, præſtanti, ac inſigni: *Non enim omnia medicamenta, quæ alvum potentiſſime ducunt, & affatim humores purgant, aurea ſeu præſtantiſſima ſunt, ſed quæ ſine moleſtia tãtum noxios, & cum facilitate extrahunt.*

Pilulæ aureæ plurimum cholagogæ ſunt: Bilem enim valenter attrahunt, pariterque pituitam, non modo ex ventre inferiore, ſed etiam ſuperiore, videlicet capite: propterea ſenſus oculoſque expurgant, iiſque aciem reſtituunt.

Pilulæ de agarico D. Avic.

℞ *Agarici dr. iij. Rad. ireos, Praſii an. dr. j. turbith dr. v. Hieræ picræ dr. iv. Colocynthidos, Sarcocollæ an. dr. ij. myrrhæ dr. j. Miſc. cum ſapa & fiat maſſa, ut artis eſt.*

His catapotiis Nicol. Præpoſitus *maſtichem* addit, damnant reverendi patres cenſores Meſuei;

probat Fernelius, quod ſimiliter ex Præpoſito trãſſcripſerit; improbat Ioubertus, ſuæ tamen opinionis rationem ſubticens. Ego nec nocituram, nec valde profuturam puto; ſi enim defuerit, non deerunt ventriculo, quæ ipſum roborare queunt, nẽpe *hytra*, *myrrha*, *ſapa*, *iris*, ſi adfuerit, neque aliorũ vim obtundet, neq; multo meliorem reddet.

Harum author primus eſt Avicenna, qui eas deſcripſit cum *myrrha*, quam Meſue non addit, ut putat Bauderonius ut ex illius *lib. 3. c. 40. tract. 1. ſen. 10.* liquet, ubi *agaricum & colocynthida* ſine ulla præparatione expreſſa deſcribit. Melius eſt tamen utrumque trochiſcatum ſumere, terere, & permiſcere. Præterea puluis *hierapicræ* Galeni tantum *melle* non ſolutus ſumendus eſt; *praſium album* ſeligendum, & *radix ireos* noſtratis floré cæruleo, quã Avicenna *lilium cœleſte* vocat. Purgantia ſeorſim pulveranda; reliqua partim ſic, partim ſimul; tum omnia miſcenda cum ſapa.

Pilulæ de agarico cum pituitam undiq; potẽter educant, conferunt plurimum capiti & thoraci: proinde comati, catarrho, vertigini, & ſimilibus affectibus ab humore frigido ortis, maximeq; aſthmati, ad cuius ſanationem ab Avicenna fuerunt inventæ & deſcriptæ *cap. 40. lib. 3.*

Pilulæ cochiæ, D. Rhaſis.

℞. Pul. *hieræ ſimplicis* ʒ ℈.
Colocynthidos ʒ iii. *& ſcr. i.*
Diagridii ʒ ii. ß.
Turpethi
Stœchados an. ʒ v.
Cum ſyrupo de ſtœchade fiat maſſa.

Pilulæ cochiæ non ſimpliciter à grano, quod κόκκος dicitur Græcis, nuncupantur, ſed quod rotundæ ſint & parvæ, veluti granum quoddam ciceris aut erui, cuiuſmodi fieri ſolebant olim omnes pilulæ. Etſi licet nunc fere maiores concinnentur, ut propriam tamen ab authore datam deſcriptionẽ, ſic appellationem retinemus, qui *c. 1. lib. 9. ad Almanſor.* iuxta formulam præſcriptam tradidit. Nõnulli ſupra modum purgantes iudicarunt; ratione *diagridii* maiore pondere commixti: Optimum tamen ſit, in pharmacopoliis haberi blanda medicamenta pro delicatulis, validiora pro robuſtis & agreſtibus viris, iuxta Rhaſis placitum parandas cenſeo. Adde, quod tamen exigua quantitate dari poſſunt, quib. conveniunt, ut citra hypercatharſim alvum ſubducere & humores noxios educere valeãt.

De admiſcendis autem in compoſitione nonnulli dubitant, an *hierapicra* Galeni ſumenda ſit, an alia paranda, ut voluit Cordus: Nos ob multas rationes, quas brevitatis cauſa relinquo, nullam validiorem, convenientiorem, aut meliorem hierâ dictâ puto. *Trochiſcos* vero *Alhandal* melius erit permiſcere, quam *colocynthida* non præparatam. Quod ſi *ſyrupus de ſtœchade* defuerit, ut re vera paucis in officinis habetur nec haberi multum eſt neceſſe, pulveres ſubigi recte poterunt *melle* cum decocto *ſtœchados* deſpumato, & ad conſumptionem aquæ humiditatis cocto. Parandi modus idem atque præcedentium.

Pilulæ cochiæ humores partim bilioſos, partim pituitoſos expurgant, non ſolum à capite propter *ſtœchadem*, quæ minus cephalica, quam hepatica eſt, ſed etiam ab aliis paribus, in quibus dicti ſucci continentur: Eos enim à quacunque parte potenter educunt.

Pilulæ de hermodactylis majores, D. Meſ.

℞. *Hermodactylorum*
Aloes
Myrobalan. citrinor.
Turbith
Colocynthidos
Bdellii
Sagapeni an. drach vi.
Caſtorei
Sarcocollæ
Euphorbii
Opoponacis
Sem. rut. agreſtis, vel hortenſis,
Sem. apii an. drach iii.
Croci drach. i. ß.
Cum ſucco caulium fiat maſſa.

Multum ſunt uſuales iſtæ pilulæ, quæ ab *hermodactylis* nomen habent; ſolæque ſufficiunt in cruciatis articulorum doloribus, ad idque ſunt efficaciores his, quæ artheticæ vocantur, & ſecurius, quam quæ de *ſagapeno* aut *opoponace*, aut *ſarcocolla* nuncupantur, ut ideo harum deſcriptionibus non ſit opus.

Ad præparationem in caulium ſucco *ſagapeni & opoponax* liquanda, idoneo linteo tranſmittenda, deinde parum coquenda. Tum pulveres reliquorum ſimplicium ſucco cum *melle* cocto permiſcendi: atq; omnia ſimul in mortario terenda, ſubigẽda & manibus oleo delibutis contrectanda, ut cõſiſtentiam nanciſcantur idoneam. Poſſent & eclegmate de caulibus recte ſubigi.

Pilulæ de hermodactylis craſſos humores, ſimulque ſeroſos potenter ab extremis partibus, præſertim ab articulis evellunt, conducuntq; morbis frigidis capitis, nervorum & iuncturarum.

Pilulæ Aggregativæ, ſeu polychreſtæ, D. Meſ.

℞. *Aloes, Turbith an. drach. vi.*
Diagridii drach. v.
Rhabarbari
Myrobalanor. flavarum an drach. iv.
Agarici albiſſimi
Trochiſcor. alhandal.
Polypodii
Myrobalanor. Chebularum
Myrob. Indarum an. drach. ii.
Maſtiches
Roſarum
Epithymi
Sem. aniſi
Zinziberis
Salis gemmei an. drach. i.
Succ. cupat. Abſynthii an. drach ii.
Cum ſyr. roſ. pallidarum fiat maſſa; ad uſus ſervanda.

Veterem Meſuei deſcriptionem retinemus, ordinemque ſimplicium tantum mutavimus, & pro electuario roſato ſyrupum roſarum ſubſtituimus ad pulverum comprehenſionem.

Sunt autem tres apud Meſuem pilularum huiuſce nominis deſcriptiones, quarum prior ſolum eſt uſualis, & in pharmacopoliis fere cunctis parata reperitur, relictis aliis duabus, *aggregativis maioribus & minus*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 725 sur 955

& minoribus nuncupatis. Dicuntur vero *Agregativæ*, propter aggregationem dotum multarum, ut etiã *Polychrestæ*, & à multis *Catholicæ*, quod sint usus multi, & universos expurgen humores.

Compositionis ratio manifesta est, ut & mixtionis modus. Radices primum terendæ, dein fructus, ac semina: seorsim vero *rheum & agaricus*, qui trochiscatus simplici præferendus. His addendi succi *eupatorii & absynthii* prius exsiccati, & postea triti. Tum omnia, ut decet, pulverata, syrupo rosarum pallidarum excipienda, ut fiat massa, quæ involvenda corio *olio amygdalino* delibuto. Non verosine ratione pulveres syrupo *rosarum pallidarum* excipiendos arbitror, partim ut magis accedant ad mentem authoris, nam rosis minus similius, quam ipsæ rosæ, partim quod *electuarium rosatum* Mesuei, quo ipse vult pulveres comprehendi, paratum non reperitur, nec parandum censeo, cum eius ut inepta est compositio, sic fere nullus usus.

Catapotia agregativa ad multos affectus non modo capitis utiles sunt, sed etiam ventriculi & hepatis. Ex his enim partibus & sensoriis pituitam, bilem, & melancholicum succum detrahunt, purgantque: propterea febribus complexis, inveteratis, & morbis complicatis conducunt.

Pilulis de octo rebus, & de quinq; myrobalanorũ generib⁹ carere poterit, qui aggregativas habet.

Pilulæ de Fumaria D. Avic.

℞. *Myrobalanor. citrearum*
Chebularum
Indarum
Diagridii an. ʒ v.
Aloes Socotorinæ ʒ vij.
Cum succo fumariæ fiat massa, quæ exsiccata teratur, & rursus eodem succo subigatur: tertio cum syrupo de fumaria fiat massa, usui reponenda.

Hæc catapotia denominationem à *fumaria* sumunt, cui⁹ succo pulveres teri, aut saltem bis imbuuntur, & toties siccantur, ut iussit illorum author Avicen. *cap. 7. tr. 3. fen. 7. lib. 4.* Tandem excipiuntur, non eodem succo, ut multi ignoranter faciunt, sed *melle*, cui succus hic longiore coctione dissipatus fuerit, vel potius *syrupo de fumaria*, ut præstantiore & authoris menti conveniẽtiore. Nisi enim alterutro subigantur, aut simili liquore pulveres, massa hinc subacta & asservata rancescet, & in soliditatem fere lapideam indurescet. Parandi modus facilis est, atq; ex describendi formulâ satis notus.

Pilulæ de fumaria biliosos humores acres pituitam salsam, & alios succos adustos & melancholicos, à quibus vitia cutis plurima suboriuntur, ut scabies, pruritus, lichen, impetigo, purgant.

Pilulæ de lapide lazuli. D. Mes.

℞. *Lap. lazuli præparati* ʒ vj.
Polypodii
Epithymi
Agarici an. ʒ viij.
Hellebori nigri
Scammonii
Caryophyll. sem. anisi an. ʒ iv.
Hieræ picræ ʒ xv.
Cum syrupo regio Saboris fiat massa.

Vt cuique humori noxio suum tribuatur peculiare catharticum, has pilulas ex Mesue descriptas ad melancholicum humorem ducendum exhibemus. Nomen autem à lapide lazuli, qui pro basi ponitur, assumunt, sed quia inimicæ ac vomitoriæ eiusdam qualitatis est particeps, præparatione quadam eget, ut *cap. 11. sect. 1. huius libri* monuim⁹. Non vero uritur, ut in confectione Alkermes, ne pereat illi⁹ purgatoria qualitas, sed tenuissime tantum pulveratur, & decies, aut duodecies, vel etiã pluries lavatur, in aqua primum communi, dein alia medicamenta, ut *bugloss.*, aut simili: semel lotus, exsiccatur; dein abluitur, ut ante, & rursus siccatur, idque adhuc iteratur, ut dictum est. Sic enim qualitas vomitoria deperditur, remanente deiectoria ac roborante, qua opus est.

Parandi modus idem cum superioribus. *Salem gemmeum* pro *Indo*, quo caremus, substituimus, *& syrupum regis Saboris* pro *aqua intybi*. Sic namque pulveres commodius & excipientur, & subigentur; atq; massa hinc concinnata tutius servabitur, consistentiamque meliorem habebit, & vires præstantiores, ac humori melancholico, cui ducendo destinantur, aptiores.

Catapotia de lapide lazuli Elephantiasi, Cancro, quartanæ febri, & omnibus morbis ex melancholico humore, & bile usta conferunt, easdemque vires habent, sed præstantiores, atque *pilulæ Indæ*, quibus carere poterit, qui illas habebit.

Pilulæ Asaieret D. Avic.

℞. *Mastiches*
Myrobalanor. citrearum an. ʒ ß.
Hieræ picræ unc. i.
Aloes optimæ unc. ij.
Cum syrupo ex stœchade fiat massa.

Desumptæ sunt & hæ pilulæ ex Avicenn. *cap. 29. tr. 1. fen. 1. lib. 3.* qui aliquando *Asahaiaret*, aliquando *Seiar* vocat, easque describit partim ad caput, partim ad ventriculum: parum tamen ex partibus longe dissitis detrahunt, cum nihil excipiant ex his, quæ potenter humores frigidos deducunt.

Ad earum confectionem *pulvis hieræ picræ* Galeni sumendus, non Hiera forma electuario composita. *Myrobalani* à nucleis purgandæ, & seorsim terendæ. Tum *mastiche Chia*, ut præstantior, dein *aloe*. Omnia autem *syrupo de stœchade* excipienda, & in massam unienda.

Pilulæ Seiar, seu Asaiaret cholagogæ quidem sunt, plurimumque ventriculo prosunt impuro & langvido, & confectione quadam capiti quoque benefeciunt, atq; eius sanandis affectibus, qui per sympatheiam à stomacho & imo ventre proficiscuntur, congruunt.

Pilulæ d. *Hieræ* cũ similes fere habeãt facultates, & facile ex *Hieræ* pulvere, qui omnib. in pharmacopoliis asservatur, queãt parari, addito *m. lib. rosat.* aut alius sufficiẽti pondere particularem descriptionẽ non exigunt: Vt neq; quæ à Bened. nomen & materiam habent *Benedictæ*, propterea pil. dictæ, quarũ nullus aut rar⁹ est usus: Sunt enim nomine tenus tantũ insignes; cuiusmodi ap. Chymicos multæ cõfectiones, ut *Aq. bened.* Rulãdi. *Sp. aureus, & Elix. vitæ, &c.*

Pilulæ de aromatibus, seu Alephanginæ.

℞. *Cinnamomi, Caryophyllorum*
Cardamomi, Nucis moschatæ

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 726 sur 955

Macis
Calami aromatici
Galangæ
Santali citrini
Schœnanti
Roſarum an. unc. ß.

Hæc craſſiuſcule trita macerentur per duodecim horas in aquæ libr. iv. Deinde igne lento bulliant ad tertiæ partis abſumptionem: In colatura nutriatur *aloes* lb. j. Tum abſumpta aquea humiditate, ſuper cineres calidos, aut in ſole vel hypocauſto, adde

Myrrhæ
Maſtiches an. una. ß.
Croci Drach. ii.
Syrupi de abſynthio quod ſufficit. fiat maſſa.

Magnam materialium partem pilularum Aleaphanginarum Meſuei in his à nobis deſcriptis retinuimus, ſed *galangam* adiunximus, ut conuenientiſſimam; Rariſſima, & cariſſima detraximus, ut *carpo-balſamum*, *xyloaloen*, *cubebas*, & inutilia, ut *aſarum*. *Aloes* in aqua pluvia lotionem, quod vim illius reddat imbecilliorem, damnamus; & aromatum, & quæ, in qua ipſa decoquenda ſunt, quãtitatem à Meſue definitam non probamus. Nam cum aromata ſine virium iactura coctionem longam ſuſtinere non valeant, quid opus eſt ea cum aquæ lib. xij. incoquere ad duarum partium, hoc eſt, ad lib. viij. conſumptionem? Hic enim labor non modo non utilis, ſed detrimentoſus & noxius. Quod ſi parum coquenda, quorſum aquæ tantũ pondus? Si præterea triplum aquæ tantum ſufficit, aromatum quoque triplum, vel etiam minus ſat eſſe poteſt.

Hac autem noſtra deſcriptione, & parandi modo, vires aromatum habemus præſtantiores ex tertia tantum eorum parte, quam ex tota à Meſue definita, & conficiendi ritu ab eodem inſtituto, qui una cum aquæ reſolutione vires aromatum reſolvit. *Abſynthium* omiſimus, cuius loco ſyrupum ex eo paratum ſubiunximus, ad coalitum maſſæ ſubactæ, ne ſiccitate nimis ſolideſcat, vel interhiet, aut marcorem contrahat, ſed intus probe concluſa fermentetur.

Sic Meſuei pilulas Alephanginas caſtigavim⁹, vel potius noſtras exhibemus minore ſumptu, & paratu faciliores, præſtantioreſque; Quibus ſi parum *Opobalſami*, ſeu *liquoris Balſami* quis voluerit permiſcere, nunquam pilulas roborando ſtomacho inveniet pares.

Catapotia de aromatibus omnium maxime euſtomachica ſunt, & partium nervoſarum roborativa. Nam ſimul & humores craſſos, putres, pituitoſos, bilioſosque è ventriculo & partibus vicinis purgant, & eaſdem recreant, calorem nativum tuentur, coctionem iuvat, flatus diſcutiunt, cruditates tollunt, appetitum reſarciunt, acido ructui & colico dolori conferunt. Senibus autem & frigidis omni tempore conveniunt, iuvenibus & bilioſis raro, atque tantum hyeme.

Pilulæ Mechoacanæ.

℞ *Mechoacanæ unc. ß.*
Turbith. drach. iii.
Foliorum thymeleæ aceto materatorum & ſiccatorum
Seminis ebuli
Agarici trochiſcat. an. drach. ii.
Rad. eſulæ præpar.
Maſtiches an. drach. i. ß.
Macis
Cinnamomi
Salis gemmei an. ſcr. ii.

Fiat omnium pulvis, qui cum vino albo ſubigatur in maſſam, exſiccata teratur, & cum *ſucco jureos cœleſtis* denuo coagmentetur. Arida rurſus teratur, & cum *ſyrupo roſarum pallidarum* fiat paſta, uſui reponenda.

Ex ſingulis Antidotariis (vulgus diſpenſatoria vocat) tanquam ex horto fœcundiſſimo remediorum omne genus, ad morbos quoſvis delendos practici Medici quæritant: maxima tamen illorum pars medicamenta ſunt nulla arte, & ratione deſcripta, quæ paucis morbis conveniunt; Et ſæpe decem medicamenta iiſdem viribus prædita, & diverſis nominibus deſignata traduntur. Nos vero pro morborum & humorum diverſitate diverſa medicamenta damus, non modo ex diſpenſatoriis vulgaribus, ſed exprobatiſſimorum virorum lectione deſumpta: præter quæ & alia exhibemus nonnulla, quæ & optima compoſitionis ratio, experientia, & felix eventus ſalutaria eſſe confirmarunt. Cuiuſmodi ſunt pilulæ deſcriptæ ad hydropem, quæ à *Mechoacana* illorum baſi cognominantur. Hæc n. ſingulis aliis ſimplicib. præpollet, & efficaciter aquas per ſeceſſum educit. Huic additæ ſunt alia quinque hydragoga, quæ ſimul unita cum aliquot cardiacis & ſtomachicis, ſine ventriculi læſione potenter ſeroſos, & aqueos humores non modo ex alvo, ſed toto corpore ducunt. *Semen Kervæ*, ſeu *ricini*, nec *Soldanellæ* non libuit permiſcere, cum illa ſufficiant, nec parandi modum ſubiungere, cum hic ſit perfacilis.

Pilulæ de Mechoacana quod aqueos & ſeroſos humores efficaciter educant, hydropi, & omnibus his affectibus ſanandis conveniunt, quia à pituitate tenui originem ſortiuntur.

Pilulæ Fœtidæ D. Meſ.

℞ *Sagapeni*
Ammoniaci
Oppoponacis
Bdellii
Colocynthidis
Sem. rut. agreſtis
Aloes
Epithymi an. drach. v.
Turpethi drach iv.
Scammonii drach. iii.
Eſulæ præparatæ, Hermodactyl. an dr. iii.
Zinziberis drach. i. ß.
Cinnamomi, Spic. Indic. Croci, Caſtor. an. dr. i
Euphorbii ſcr. ii.
Dilue gummi ſucco porri, & finge maſſam.

Fœtidæ pilulæ dicũtur, non quo fœtidos humores educant, ut quidã opinantur, ſed quod medicamẽtis ſimplicib⁹ fœtidis conſtent, ut *caſtoreo, ruta ſylveſtri, ſagapeno, opoponace*, & aliis multis. Earum partes deſcriptiones traduntur à Rhaſi, & aliis Arabib⁹, hanc tamẽ ſolã, ut præſtantiorẽ retinemus, quam Meſ. maiorẽ nominat, ad differentiã alterius minoris deſcriptionis, quam ut in efficaciorem prætermiſimus.

Nullos autẽ dubitaſſe credo, ut innuere videtur Ronde-

Rondeletius, an potius *semen rutæ sylvestris*, quam *cicutæ*, aut contra, pilularum fœtidarum confectionem ingrediatur: Absurdum enim est *semen cicutæ* venenatum admittere, & improbatur Constantinus quidam, qui pro *harmeli*, *aut harmela semen cicutæ* vertit, cum his vocibus omnes Arabici sermonis interpretes, *pyganum*, seu *rutam sylvestrem* semper intellexerint: quæ si defuerit, in eius locum optime *ruta vulgaris* substitui potest.

Debet vero sumi *hermodactylus* Officinarum & exoticus, cui radices ruberosæ sunt, crassæ, nec rugosæ, & quæ levi contusione in farinaceum pulverem reducuntur.

Perperam faciunt, qui *Ephemerum*, seu *Colchicum*, seu nostras sumunt: hoc enim gerit radices vitas & flaccidas, nec qualitates ullas habet cõmendabiles, imo noxias: Illud, quod brevi suffocatu interimat, unde strangulatorium nominatur, ut *lib. 1. de mat. Med.* notavimus. Optimus autem *hermodactylus* è Syria advehitur, unde *Syriacus* nominatur.

Alsebram, seu Esula præparari debet, antequam admittatur in usum, eo quo dictum est ante, modo. Gummi in succo porri liquanda, colanda, coquenda. His pulveres adiiciendi, commiscendi, subigendi. Omnia tandem in massam cogenda, quæ manibus oleo delibatis amygdalino contrectetur, corio involvatur, in vase stanneo reponatur, & usui servetur.

Pilulæ fœtidæ ad multa sunt utiles: vacuant enim humorem frigidum, ac pituitosum & crudũ, nec non bilosum: Obid affectib. conveniunt sanandis, qui ab illis originem sortiuntur, ut iuncturarum morbis, podagræ, gonagræ, vertebrarum doloris, elephantiasi, alphis, psoræ, cutis infectionibus, & affectionibus cholicis.

Pilulæ de argento vivo. Horatii Augenii.

℞. *Argent. vivi ʒ ß. cum medulla panis adhuc calentis manibus diu subige, ut in eam plumbaginem deponat, purgatum deinde hydrargyrum in succi limonum momento & olei è myrrha destillati unc. ß. exacte misceto, adiecta terebinthinæ Venetæ aq. rosat, lotæ ʒ i. tum adde auri purissimi arte chymica in tenuissimum pollinem redacti, vel si desit, folior.*

auri unc. j.
ambaris ∋ j.
spec. diamarg. frig.
diatron. santal. an. ʒ ij. fingito massam, cui sequentis magmatis unc. i. ß. admisceto

℞. *Fol. sem. el. ℔. j.*
Rhab. in frustula dissecti unc. iv.
Rad. elleb. nigr. arefactar. unc. j.

Diem unum in œnostagmate macera, deinde exime ac sepone, & aliud affunde, idque rursum transactis 12. horis expressum cum priore misceto & vitreo vase exceptum in diplomate exhalare sinito atque relictum magma ad usum servato.

Huius compositionis drach. sem. dabitur quindecim alternis diluculis tribus horis ante cibum, idq; alternis mensibus interiecto balneorum & aliorũ præsidiorũ usu. Inserviunt contra Elephant.

Pilulæ Mercuriales Herculis Saxoniæ.

℞. *Pulv. rhab. select. unc. ii. ß.*
Scammon. ∋ ij. ß. pulverisentur & cum succo limon. Misceantur, deinde adde argent. vivi per pannum transmissi & per eundem succum mortificati unc. ß.
Moschi gr. x.
Farinæ parum Misce, fiat massa pilularum, quarũ datur dr. j. per spacium triginta dierum.

Pilulæ de Hydrargyro.

℞ *Hydrarg. in succo limonum primum extincti, & postea in succo salviæ nutriti ʒ v.*
Aloes optimæ ʒ v.
Rhabarbari ʒ iij.
Diagridii ʒ ij.
Agarici ʒ j.
Storacis calamitæ
Cinnamomi
Macis
Santali citrini
Sarsaparillæ
Saffafras
Moschi an. ʒ ß.

Mellis in decocto guaiaci despumati, & ad aqueæ humiditatis exolutionem cocti, quan. suff. fiat massa digitis pauco oleo terebinth. delibutis contrectanda, ac ducenda: Tum usui reponenda.

Antidotario nostro quicquam deesse nolumus, & medicamenta non solum ex veterum monumẽtis omnia depromimus, sed etiam ex neotericorũ tabernis nonnulla ratione inventa, & eventu felici probata probamus & admittimus: Cuiusmodi sunt *pilulæ de hydrargyro*, quas recentiores ad recentis morbi expugnationem usurpãt. Æquũ enim est, novo morbo nova dare remedia, ex ratione invẽta, & debita arte parata, cum inutilia ea esse multa eventus indicet, quæ ab antiquis in lucẽ edita sunt.

Novum autem morbum luem veneream esse, it inficias nullas: Ante siquidem annum 1494. in Europa nunquam visa est; sed primum à Christophoro Columbo, eiusque sociis, vel servis Italis ex India redeuntib. advecta, & Italis communicata mulieribus; Quæ cum in obsidione Neopolitana militibus Gallis copiam sui fecissent, sua simul & pudenda, & pudendum morbum communicarunt; Quem postea ipsi Gallii ex exercitu urbe scilicet capta, redeuntes, aliis mulieribus Italis, quas subierant innumeras, dedere: Ad quas postea mariti accedentes, ac debitum matrimonii persolventes, à propriis uxoribus acceperunt, quæ ipsæ à Gallis, ut Galli ab aliis mulieribus Italis, & hæ à commilitonibus Christophori Columbi.

Hinc Itali in Gallos turgidi, & irati suum morbum, in vindictam, Gallicum vocant; Atque ridiculam eorum libri præ se ferunt ultionem, cum maritos ignorantiæ, & uxores meretricii notent: Illos, quod venereæ luis originem nescierint: has, quod à Gallis iniri cupierint.

Forsan huius iniuriæ in parentes illatæ memor Brasavolus, libellum quendã de suo morbo, quem Gallicum vocat, conscripsit, in quo eiusdẽ 234. differẽtias assignavit. Certe si eo loco ineptire nõ vis, est bon⁹ vir, credo tot eius affines aut vicinas, primo Italici morbi advẽtu à militib. Gallis compressas: Atq; ut harum nuptiarum signum aliquod in æternam memoriam relinqueret, eiusmodi hieroglyphica posteritati reliquit. Sed hæc obiter dicta sunto, & citra nationis, quæ viros percelebres alit, iniuriam. Nunc ad propositum redeo, & dico, viriasesse pilularum de hydrargyro præparationes.

Singuli

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 728 sur 955

Singuli n. fere Aromatarii, & Chirurgi peculiares habent descriptiones, quas velut arcana non revelanda apud se servant: Quarum nonnullæ bis tantum iteratæ salivationem movent. Aliæ tantum alvum subducunt, quæ frequentius usurpātur: Cuiusmodi sunt vulgares de *Barbarossa* vocatæ. Omnes tamen sepius iteratæ sputationem creduntur movere, nervos lædere, & strangulationem interdum adferre. Propterea non tutus est illarum frequens usus, nisi hydrargyrus optime præparetur, & aliorum medicamentorum admixtione castigetur, ut oleo terebinthinæ vel his, quæ in hac nostra descriptione continentur. Cuius parandi modus ex formula satis patet. Aliæ vero sunt hydrargyri præparationes, de quibus postea.

Pilulę de hydrargyro seu Mercurio Panchymagogæ sunt, seu Catholicæ, & simul alexiteriæ: universos siquidem humores unà purgant, & qualitatem luis: Indicæ malignam evincunt, illiusq; vestigium partibus impressum radicitus evellunt.

Pilulæ Benedictæ Io. Hartmanni Beyeri. Vffenb.

℞. *Aloes rosatæ* ℔. ß.
Ammoniac. in guttis seu purissimi ℥ ij.
Succ. card. ben. ad duritiem inspissati ℥ j.
Mi. & cum vino albo vel aq. card. ben. bis destillata fiat massa.

Aloe succotrina purissima subtilissime teritur; succus rosarum incarnatarum ad pultis consistentiam permiscetur, siccatur, terriatur. Ad partes sex duæ ammoniaci in guttis unaque succi cardui benedicti inspissati, adiiciuntur. Vsus ante & post pastum imo eius initio, medio, fine. Dosis drachmæ quadrans, triens, horumque duplum, quarto, quinto septimove die.

Pilulæ purgantes per superna & inferna.

℞. *Cortic. rad. esulæ* ℥ ß.
Aloes succotin. ℥ j.
Mastic. scr. j.
quodlibet seorsim pulverisetur postea invicem Misceantur & cum aqua fœniculi fiat massa, quæ postquam per duas noctes ita steterit, iterū contundantur, misceantur & fiat massa: Cuius dosis pro imbecilloribus Drach. sem. pro robustioribus. Drach. j.

Pilulæ Laudani Paracelsi.

℞. *Gummi laudani* ℥ j.
Spec. diaturb.
Rad. bryon. an. ℥ j.
Ol. Caryophyllor.
Theriac. opt. an. ℥ ß.
Diaphœnicon. drach. i. ß.
Diagrid. scr. i. M. & cum aq. bugloss. f. pilul. instar. pisorum.
In alia descriptionr habetur. *diaturb. & diaphœnic. an. drach. ij. Theriac. drach. j. rad. bryon. drach. ii. croci scr. ii.*

Pilulæ Prechtelii, quas in freq. usu habuit.

℞. *Ellebor. nigri* ℥ ß.
Turbeth. alb. & gummosi drach. iv. ß.
Theriac. Elect. unc. i.
Rad. gentian.
Tormentill.
Dictamn. alb.
Bistort. an. scr. j.
Pulverisanda pulverisentur & cum prædicta theriaca incorporentur: deinde adde diagrid. ℥ ß.
Massæ pilul. assaiareth.
Cochiar.
de agaric. an. drach ß.
Ex his omnibus cum melle rosato quant. suffic. fiant pilulæ ad quantitatem nucis avellanæ.

Pilulæ solutivæ de elleboro.

℞. *Spec. hier. picr. simpl. drach. vj.*
Ellebor. nigr.
Rad. polypod an. drach. ii. ß.
Epithym.
Stœchad. arab. drach. iii. ß.
Agaric.
Lapid. lazuli abluti
Salis indi
Colocynthid. an. drach. i. ß.
Diagrid. ℥ iij. ß. *Mi. & cum syr. de epithymo f. massa*

Pilulæ de Bryonia.

℞. *Rad. bryon. in umbra siccatæ*
Pulpæ cydonior.
Asari
Ros. rubr.
Troc. de agaric.
Rhabarbar. opt.
Mastic. an. dr. i.
Diagrid. drach. ß.
Aloes epatic. drach. iii. incorporentur cum succo absynth. & fiat massa unde formentur pilulæ cum melle rosato vel aqua endivia. Dosis a Drach. j. ad drach. j. sem. vesperi.

Pilulæ pestilentiales. D. Pontani.

℞. *Aloes opt. drach. vi.*
Myrrhæ drach. iii.
Rhab. selectiss.
Agar. troc.
Croc. oriental.
Cort. citrii an. dr. i.
Rad. tormentill. dr. sem.
Santal. odoriferi dr. i. sem.
Bol. armeni syncer dr. iii.
Caryophyllor.
Spicæ an. drach. sem.
Camphor. gr. ij. M. & cum syr. acetos. tenuis fiat massa.

Pilulæ Imperatoris Maximiliani.

℞. *Aloes lotæ drach. i.*
Agar. troc.
Rhab. sel. pulverisat. & aqua cinnam. aquæ scrup. iv.
Pulver. mastic. scrup. sem.
Agaricus dissolvatur cum oxymelite & omni ut melle rosato & syrupo conservationis zinziberis quant. suffic. commisceantur & f. massa.

Pilulæ de sagapeno validiores.

℞. *Sagapeni in aceto dissoluti, deinde colati & iterum igne iterum inspissati drach. sem.*
Trochisc. alhand. drach. i. sem.
Diagrid. drach. sem.
Sal. gemm. scrup. i. Mi. f. massa, quæ ungatur cum oleo cinnamomi.

Validæ

Validæ sint & cum judicio adhibendæ : Cæteris tamen frustra usurpatis in cachexia & hydrope non contemnendę.

Pilulæ de pseudo elleboro Helidæi.

℞. *Folior. elleb. nigr. vel helleborinæ mense septembri collector. Exiccata pulverisentur.*
℞. *Hujus pulveris* ℥j.
aloes pulverisatæ ℥.ß.
syr. ros. solut. ℥ iij. *quo irrorentur & nutriantur pulveres Mi.*
f. pilulæ pondere ℈j. *sumatur una summo mane aut sub lecti introitu.*
Quidam folia præparant in pane cocto in furno.

Pilulæ Paracelsi ad conservandam sanitatem.

℞. *Aloes succotr. opt.* ℥ij.
myrrh.
Ther. Andr. sen. vet. opt.
croci an. ℥j. *Mi. & cum vino fiant pilulæ instar pisorum* : si addantur
ol. caryophyllor. & juniperi an. gutt. j.
Valent contra luem veneream. Sumantur duæ pilulæ diebus tribus vel quatuor continuatis.

Pilulæ Ducis Brunsvicensis contra dolores capitis veteres & recentes, purgantes cerebrum, clarificantes oculos, augentes memoriam, &c.

℞. *Aloes purgatæ sive lotæ* ℥j.
rad. cucum. sylvestr. id est, colocyntid. (præstat è succo aut pulpa colocnyth. accipere.)
myrobalanor. omn.
diagrid.
mastic.
baccar. lauri.
ros. rubr. quæ prius ad ignem sunt siccatæ.
ana ℥j.
croci ad ignem siccati ℈j.
myrrh ℈.ß.
Contunde omnia optime simul vel seorsim & confice pilulas cum jure carnis & earum tres vel quatuor sumantur in decubitu lecti, idque per tres vel quatuor dies.

Pilulæ secretæ ad memoriam.

℞. *Cubebar.*
calamenth.
nucistæ an. ℥j.
ambr. orient. al. ℥.ß.
mosch. gr vj. Mi.
f. pilulæ cum succo majoranæ ex qualibet drachma No. vij.

Pilulæ ad destillationes capitis.

℞. *Aloes ros. at.* ℥ij.ß.
mastic. el.
succin. alb ana ℥j.
agaric. troc. ℈ij.
rad. aristol. rotund. ver. ℈j.
Omnia subtilissime pulverisentur & cum syr. de bet. f. pilulæ, addendo, dum miscentur ambræ griseæ.
mosch. ana gr. iv. formentur pilulæ ex qualibet Dr. xxx.

Pilulæ D. Bernardi Rorbachij ad dyscrasiam frigidam & humidam cerebri ac ventriculi.

℞. *Myrrhæ elect.*
croc.
oss. de corde cervi.
sem. basilici.
spody.
camphor. ana ℥.ß.
lign. aloes gr. xxv.
bol. armen. cum aq. ros. præpar. gr. iij.
been alb. ℈.ß.
flor. buglos. ℥j.
caryoph.
cort. citri,
sem. citri.
Zinzib. el. an. ℈j.
ambræ griseæ gr. v.
hyacynth.
granator. ana ℈.ß.
agar. leviss. & albiss.
rhab. select. ana ℥j.
spic. nard. ℈ ß.
Aloes optimæ in aq. rosar. lotæ ad pondus omnium Mi. f massa. quæ in umbra exiccetur & in pyxide reservetur. Hæc est descriptio pilularum secretarum.
quarum ℞. ℥j. *diagrid. gr. v. Mi.*
Et cum aq. menthæ f. pil. xij. sumantur una vice : & sunt sine cura & discrimine.

Pilulæ de Cynoglosso.

℞. *Myrrhæ optimæ* ℥vj.
thuris masculi ℥v.
radic. Cynoglos.
sem. hyoscyami.
opii ana ℥iv.
croci.
castorii, ana ℥j.ß.
cum syrupo de stœchade fiat massa, usui reponenda.

Recentiores harum pilularum descriptionem, sed non nomen retinuerunt; Nam Mesue illarum author ab effectu pilulas ad omnes morbos catarrhi vocat. Illi vero *de Cynoglosso*, quod tamen nec qualitate, nec quantitate in ipsarum confectione prepollet, nominant. Forsan pro *Cynoglosso Arnoglossum* melius poneretur, ab eoq; nomen sumerent magis proprium. Nam cum ad sistendas fluxiones Mesue descripserit, *Arnoglossum* ob qualitatem astringentem huic scopo magis convenit. Verum cum Fernelio novum nomen admittimus, & *castorium* addimus ad *opii* castigationem ; Sed *rhodostagma*, seu *aquam rosaceam* pulveribus excipiendis minime convenire putamus, si massam consistentiæ legitimæ, & diu servare cupimus. *Syrupum de Stœchade* substituimus, cujus & qualitate caput adversus *opii* nocumenta roborabitur, & lentore pulveres simul uniti in pastam cogentur idoneam: Ad cujus confectionem *radix Cynoglossi* sicca primum terenda, una cum *semine hyoscyami*, tum reliqua simplicia seorsim. *Opium* tritum primo subigatur cum syrupo ; Postea pulveres alij commisceantur, & cogantur in massam.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 730 sur 955

Pilulæ de Cynogloſſo valent ad ſomnum conciliandum, ad catarrhum ſiſtendum, coryzam, tuſſim alioſque his ſuccedentes affectus : Cohibent enim omnes deſtillationes, ſive in thoracem & pulmones, ſive in dentes, aut alio procumbant.

Pilulæ Epilepticæ Horatij Augenij.

℞. *Sem. pæon. maris rite collect.* ℥ij.
cranii human. pro ſexu patientis viſci quercin.
ana ℥ſ.
ſpin. piſcis.
rad. tormentill.
dictamn. ana ℥ß. *Mi.*
& cum Oxymel ſcyllitic. f. pilulæ ponderis ℈ſ. dentur duæ aut tres.

Pilulæ contra tuſſim Herculis Saxoniæ.

℞. *Styrac. calam.*
myrrh.
oliban. ana ℥ſ.
ſem. cymini.
ſeſeleos.
aniſi ana ℥ ß.
Contundantur omnia & cum ſyrupo de abſynth. vel de praſio f. pilulæ, quarum dentur ℈ij. *aut* ℥ſ. poſt cœnam, & ſummo mane 4. horis ante cibum.

Pilulæ ad immodicum fluorem menſtruorum. Ejuſdem.

℞. *Maſtic.*
thuris ana ℥ſ.
trociſc. de rhabarb. ℥ij.
ſucci polygon. quant. ſuffic. Mi. f. pil. xij. quarum exhibeantur duæ ſingulo mane cum ℥iij.
aquæ myrth. aut portulacæ.

Pilulæ contra obſtructionem menſtruorum. Ejuſdem.

℞. *Troc. de myrrha* ℥ij.
ſagapeni.
opoponac. ana ℥j. *Mi.*
Et cum ſyr. de capillis vener. aut de artemiſ. f. pil. xii. deaurentur.

Pilulæ ad peſtem. Leonardi Fierovanti.

℞. *Bol. armen.*
terr. ſigillat.
rad. zedoar.
diptamn. alb.
aloes epatic.
camphor. ana ℥ß.
diagrid.
croci ana ℈j. *Mi.*
Subtiliſſime pulveriſentur & cum melle cocto & deſpumato f. maſſa.

Aliæ Ejuſdem ad idem.

℞. *Thuris.*
myrrhæ.
ſal. commun. uſti.
zinzib. ana ℥j.
vl. ſulphur.
vitriol.
balſam. noſtri artificiat.
an. gr. x. Mi.
Et cum ſacchari modico f. pilulæ
quarum Doſis ℥j.

Pilulæ de octo Rebus ſeu Octomeræ, Nicolai Præpoſiti.

℞. *Aloes.*
Diagrydii ana drach. duas.
Epithymi.
Colocynthidos.
Agarici.
Maſtiches.
Dauci Cretici.
Myrobalanorum Chebulorum Abſynthii. ana Dr. unam.
Cum ſucco Solani formetur Maſſa.
Craſſos humores à capite purgant, viſum acuunt, & ſuffuſiones oculorum arcent.
Aloë in formandis Pilulis numerum non tenet, ut neq; Mel neq; Saccharum in Electuariis ; alias ex novem conſtarent rebus, prout Fœſius & Fuchſius notarunt.

Pilulæ de Opopanace, Meſuæ. Aug.

℞. *Opopanacis.*
Hermodactylorum.
Sagapeni.
Bdellii mollis.
Ammoniaci.
Colocynthidos. ana drachm. quinque.
Croci.
Caſtorii.
Myrrhæ.
Zingiberis.
Piperis nigri.
Longi.
Caſſiæ lignææ.
Myrobal. Citrinorum.
Emblicorum.
Belliricorum ana drachm. unam.
Scammonij drachm. duas.
Turbith drachm quatuor.
Aloes drachm. duodecim.
Infunde Lacrymas in aqua Caulium, & formam Maſſam.
Pituitam craſſam, bilem, & Melancholiam à cerebro nervoſiſque partibus vacuant. Efficaces ſuntin articulorum doloribus à pituita creatis : reſolutionem nervorum, & incontinentiam, Spaſmum Cynicum, Gonagram, Podagram, articulorum dolores, morboſque partium nervoſarum frigidos levant. Sunt tamen raro apud nos uſui, cum alijs æquipollentibus gaudeamus.

Pilulæ de Rhabarbaro, Meſuæ.

℞. *Rhabarbari Dr. tres.*
Succi Glycyrrhizæ.
Abſynthii.
Maſtiches ana Dr. unam.
Myrobalanorum Citrinorum Drachmas tres ſemis.
Sem. Apii.
Fœniculi ana Dr. ſemis.
Trochiſc. Diarrhodon Rhaſis Drachmas tres ſemis.

Spatu-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 731 sur 955

Specierum Hieræ Picræ Dr. decem.
Succi Fœniculi, & Mellis. ana quantum satis est.
Fiat Massa.

Humores educunt crassos, lentos, multum putres & indè ortas febres diuturnas, ac ex alijs quoque humoribus natas tollunt: jecoris item dolorem, obstructionem, duritiem ac Hydropem incipientem sanant. Manardus ijs utebatur in Tertianarum exitu; Musa in febribus pituitosis.

Vide Fœsium.

Succum Fœniculi cum Melle ad fingendam Massam hic accipi jubemus, nam si ex aqua (ut priora exemplaria habebant) formetur, facile indurescit.

Pilulæ de Sagapeno, Mesuæ.

℞. *Sagapeni.*
Ammoniaci.
Opopanacis.
Bdellij. ana Dr. duas semis.
Sem. Apii.
Ammeos.
Anisi.
Ruta agrestis. ana Drachmam unam.
Acori, seu Calami Aromatici.
Lepidii, seu Iberidis.
Calaminthæ.
Folii, vel ejus loco Spicæ Indicæ.
Centaurii minoris.
Polii.
Costi, vel ejus loco zedoariæ aut Angelicæ.
Salis Gemmæ. ana Drachmam semis.
Colocynthidos Dr. quinque.
Aloes Dr. sex.
Excipiantur succo Porri, Marrubii, aut Matricariæ.
Fiat Massa.

Ad Podagram, Ischiadem, & reliquorum Articulorum, quin imò & uteri dolorem faciunt. Menses euocant, viscera emolliunt, eorundemq; obstructiones reserant, ac inveteratas splenis oppilationes tollunt. Confer Camilli supr. allatas.

Lepidium nostrum, Piperitis est pro quo aliqui Cassiam ligneam substituunt.

Pilulæ de Sarcocolla, Mesuæ.

℞. *Sarcocollæ Dr. tres.*
Turbith Dr. quatuor.
Colocynthidos.
Zingiberis. ana Drachmam unam semis.
Salis Gemmæ Dr. unam.
Aquæ Rosarum quantum satis.
Fiat Massa.

Pituitam lentam evacuant, atque ob id pituitosis affectibus plurimum commodant: earum tamen usus ferè eviluit, cum aliæ usitatiores eundem effectum prostent.

Pilulæ purgantes vasa spermatica in Lue Venerea.

℔. *Aloes Rosat. ℥iij.*
Rhabarb. Extract. ℥ij.
Agarici Extracti ℈ij.
Extracti Alkali ℥j. ß.
Therebint. Venet. ℈viij.
Succini albi ℥j. ß.
Glyzyrrhizæ ℈ij.
Turpeti mineral. ℈viij.
Ambræ grisea ℈j.
Aquæ cinnamomi q. suff.
Fiat Massa pilularum.
Dosis gran. x. ad xvj.

Pilulæ ad Luem Veneream probatiss.

Sennæ ℥j.
Cremoris Tartari ℥j.
Rhabarbari. } *ana ℈ij.*
Agarici. }
Aloes hepat.
Diagridii ℈ij.
Polypod. quercin. } *ana ℥. ß.*
Epithymi. }
Hellebori nigri. }
Turbith. } *ana ℥ij.*
Myrobal. lut. }
Emblicor. }
Theriacæ ℥. ß.
Gentianæ ℈ij.
Diptamni ana ℈ij.
Spec. Pilular. Mastichin. ℥iij.
Syr. Stœchados q. s.
Fiat Massa Pilularum.
Dosis ℥. ß. ad ℥j.

Pilulæ ad Luem Veneream.

℔. *Turbith mineral prap. ℥. ß.*
Santali citrini.
Santali albi ana ℈j.
Rhabarbari ℥j.
Mithridatii.
Conf. Bugloss. } *ana ℈. ß.*
Conserv. Rosar. rub.
Mastich. }
Mucilag. tragacanthicum aqua Rosarum extract.
Fiat Massa.
Dosis ℈j. ad ℥. ß.

Pilulæ contra Gonorrhæam ad ulcera dolorosa & aspera, vel in collo Vesicæ, vel in Renibus ex Luc Venerea.

℔. *Succini albi.*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 732 sur 955

Masticis ana ʒiij.
Glycyrrh. ʒj.
Rhabarbari ℥. ß.
Pulveris Aurei ʒvj.
Olei Nuc. Moschat. gut. viij.
Extract. Alkekengi q. s.
Fiat Massa Pilularum.
Dosis ℈j. ad ʒ. ß.

Pilulæ de Colocynthide, seu Ioan. Damasceni.

℞. *Pulpæ Colocynthidos Drachmas sex.*
Myrobalan. Indorum.
Citrinorum.
Sagapeni.
Bdellii.
Sarcocollæ. ana Drachmas quinque.
Aloes drachmas septem.
Nigellæ.
Cumini Carmeni Orientalis.
Origani Cretici.
Nasturtii albi sativi.
Salis Gemmæ.
Absinthij Romani. ana Drachmam unam.
Succi Porri quantum satis est.
Fiat Massa.

Articulorum doloribus prosunt, pituitosos quoque & Melancholicos affectus profligant, undè etiam Alphos curatu difficiles ad sanitatem perducunt: cautè tamen ijs utendum, magna enim Colocynthidis quantitas compositionem hanc ingreditur, unde ad alias solum Pilulas acuendas quandoque adhibentur.

Pro Colocynthide (prout, antehac monuimus) quotiescunq; hæc in Compositionibus occurrit, sumendi sunt semper Trochisci Albandali.

Lacrymę, seu Gummata ad constitutionem harum Pilularum requisita in succo Porri seorsim dissolvantur, ac tum demum reliquis Speciebus addantur, & cum additione sufficientis quantitatis succi Porri jam dicti lege artis in Massam cogantur.

Pilulæ de bdellio Majores, Mesuæ. Aug.

℞. *Bdellii drachmas duodecim.*
Myrobal. Chebulorum.
Indorum.
Bellirucorum.
Emblicorum.
Concharum Venerearum ustarum.
Charabe. ana Drachmas duas semis.
Ammeos parum tosti Drachmas tres.
Maceretur Bdellium in succo foliorum Porri, & formetur Massa.

Ad fluxum Hæmorrhoidum, & ulcera ex eis provenientia, nec non Menses immodicos utiliter exhibentur.

Concha Venerea describitur & depingitur à Gesnero de crustatis ordine xv. fol. 254. Tota intus candida est, foris varietate colorum & macularum inspersarum insignis, auribus adhibita resonantis aquæ speciem aliquam præsefert: cortex ei levis, adeò ut mulieres ornamenta quædam sua linea in amylo aqua multa diluto tincta, deinde exiccata poliant, adeò ut splendeant. Vnde Germanis Gltermuschlen *dicitur. Italis & Gallis Porcellana nomine generis. Vide Gesnerum.*

FINIS LIB. XVI.

LIB. XVII.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 733 sur 955

LIBER DECIMUS SEPTIMUS.

DE VARIIS SALIBUS, MAGISTERIIS, PRÆP. ET SIMILIBUS.

DE SALIBUS Querc.

Sal Prunellæ.

Mitigat dolores quantum vis à causa calida quadam exciatos, paratur cum nitro optimo, quod funditur in crusibulo, paulatim superinjiciendo flores sulphuris, qui ejus pinguedinem tollunt, idq; adeo pellucidum purumque reddunt, ut si super lapidem marmoreum cum effundas, omnino clarum & diaphanum appareat instar vitri, quod deinde sal sive lapis prunellæ dicitur. Salutare est remedium ad ardentissimam illam febrim, Hungaris familiarem, extinguendam & edomandam, cujus ferocia tanta est, ut ægrotantium linguas prorsus nigras, & prunis ardentibus similes efficiat: cum autem tanti symptomatis sævitia ex salis hujus usu leniatur & opprimatur, inde Sal prunellæ appellatus est. Est præterea idem remedium magnum diureticum & diaphoreticum, sicut *supra* videre licet, quando nos in eo præscribendo ejusmodi curandi indicationes nunquam non perstrinximus.

Cremor sive sal tartari etiam sub salibus comprehenditur, qui conficitur ex tartaro albo, crasso modo pulverizato, & multiplici aquarum ablutione repurgato, donec clarissimus evadat: hujusmodi tartari in patinam terream vitreatam inditi lib. 5. vel 6. digitos supernatet, bulliant omnia per horam unam atq; alteram: posito dein vase in loco frigido, in superficie concrescet cremor crystallinus, quem separabis cum cochleari perforato, reiterata sæpius eadem ebullitione post materiæ refrigerationem, semper cremor adnatur, qui in frigido coagulabitur, & fac, ut exsiccetur in aere, de eo jusculis admisce ʒß. & acidula ea reddes, gustuique gratissima, & utilissima etiam ad dissecandos & incidendos humores crassos & tartareos in visceribus nutritioni dicatis: Eadem jusculapozematum loco offerri possunt in pluribus affectibus, quę ægrotantes cum voluptate assument, nec ullam ipsis nauseam, ut reliqua solent, excitabunt, ijsdem jusculis addere potes radices & herbas congruentes, qualescunque volueris. Hi crystalli ad ʒj. exhibiti purgant clementer, licet per se & sine jusculo sumantur.

Sales *cranii humani, radicis restæ bovis, corticum fabarum, & absynthii, fraxini, ceterach*, & similes uno eodemque artificio præparantur, per calcinationem enim omnia, sive singula seorsim in cineres redigantur, ex quibus postea sal juxta communem ritum cum liquoribus vel aquis congruis extrahitur: sic *salis cranii humani* educitur cum *aquis pæoniæ, florum tiliæ, lilii convall.* & simili antepileptica, hic enim salfere epilepticæ curæ peculiariter destinatur.

Sal *corticum fabarum* elicitur cum sua propria aqua, ab ipsis adhuc viridibus destillata. Exsiccati enim cortices calcinantur, & fit inde salis extractio cum sua aqua, ut diximus. Et sic idem præparationis judicium esto de cæteris. Postquam sales præparati fuerint, hoc est, varijs dissolutionibus, filtrationibus & coagulationibus ad perfectam usq; puritatem adducti, adhuc ultima hæc ipsis accedit operatio, ut in crusibulum injecti ad rubedinem usque calcinentur, ad ignem, ea tamen cautione, ne fundantur aut fluant, & sic perfecte de albantur: Hæc solummodo de salibus nobis tractanda restabant in pharmacopœa nostra, Quomodo enim ijdem sales in olea transmutentur, & è fixis volatiles per solam propriæ aquæ mercurialis additionem reddantur, quomodo item ex ijsdem ad varios usus potentissima educantur remedia, hęc omnia, inquam, non sunt hujus loci, sed sublimiorem requirunt considerationem, & propterea in pharmacopœam nostram spagyricam reservanda, quo etiam reijcimus tractatum de admirandis viribus salium metallicorum, è quibus aquæ vitę ardentes eliciuntur, nec non tractatum de sulphuribus & oleis præstantissimis, quæ æque in mineralibus, ac in vegetalibus delitescunt, ubi simul demonstrabimus spiritum vegetantem in mineralium corporum interiori potentissime vigere, eaque nusquam vegetativa tanta virtute, prout quidam exteriori illarum aspectu decepti falso opinantur, orbari aut destitui.

Sal Sacerdotale.

℞. *Sal. commun.* ℥xvj.
cranam.
cumin. an. ℥iij.
zanzib.
amomi.
filer.
piperis.
saturciæ.
hyssop.
origani.
puleg. an. ℥j.

Hæc omnia tere, in pulverem redige, eoque in cibo omni utere.

Hoc utebantur Sacerdotes tempore Elię ad dolorem capitis & caliginem oculorum. Mundificat etiam

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 734 sur 955

etiam dentes, aufert eorundem dolorem, ſedat tuſſim, anhelitum commendat, os odoriferum reddit, corpuſque hominis incolume conſervat.

Sal ſive ſacharum Saturni.

℞. *Aq. fortis Lib. ij.*
ſal. ammoniac. contrit. p. ij. vel iij.

Huic aquæ iniice tenuiſſimas laminas Saturni: horæ ſpatio fiet ſal albiſſimum, dulciſſimum. Effunde aquam è cucurbita, ſal reſolve in aqua calida, evapora, reitera, donec exijt acredo. Hoc ſal tritum in mortario vitreo vel porphyreo cucurbitæ immiſſum ſolve in fimo vel Baln. Mar.

Ad ulcera cacoethea, cancros, carcinomata, & fiſtulas ſummum eſt arcanum. Quod ſi è lue venerea provenerint, nil præſtat, imò obeſt plurimum. Experto crede.

Bezoarticum vitriolatum.

Cum oleum vitrioli tantę ſit efficaciæ contra peſtem, maximeque conveniens pro ijs, quibus res anguſta domi, quique non multum pro medicamentis expendere poſſunt, qui tamen nihilominus curioſi diligenteſq; ſunt in conſervanda ſanitate, quantum fieri poteſt, conſiderando, quod ſit liquor talis, cujus translatio, propter cauſas dictas, formidabilis eſſe poſſit, præſertim inter milites, tabellarios & peregrinantes, quibus ejuſmodi commoditas non eſt, qualis requiritur, medium inveni, quo iſdem corpus aridum, ſiccum, ſine alteratione vel perditione virtutis ſuæ donare queant, quod quis ſecum portare queat abſq; vitro in pura pixide, vel charta inſtar terræ ſigillatæ, vel boli armeni, quod fit hoc modo.

Recipe Cornu C. uſti calcinati albi, quantum placet, pulveriſetur, & in catino vitreo, vel porcellana miſceatur cum oleo vitrioli rectificato pedetentim humectando, & cum piſtillo vitreo parvo, vel ſpatula argentea deaurata benè miſcendo, donec fiat paſta, ex qua protinus Rotulę formentur, vel tabulę ſicut in terra ſigillata: poſtea ſiccentur à ſe ipſis, quod fit in brevi tempore, ob ariditatem cornu cervi calcinati, quod in continenti liquorem vitrioli attrahit, ut ſiccentur, quo pulveriſari queant. Quo facto tabulæ iſtæ in pixide quadam ſerventur, & ita compoſitionem ſiccam habebitis, non ſolum commodiſſimam, ut eandem ſecum quis portet, ſed etiam maximè bezoarticam & corruptioni reſiſtentem. Si quis uſurpare conabitur pro Antidoto, pauxillum radatur cum cultello, piſi inſtar ad 5. vel 6. grana pro doſi, plus minus, juxta robur perſonarum, & quatenus eædem magis minuſve ſenſibiles ſunt (ſemper n. doſis minor eſſe debet reſpectu eorum, qui debiliores & exquiſitioris ſenſus ſunt, quàm in alijs) idque ſumatur mane, ſtomacho jejuno cum cochleari vini, cereviſiæ, vel aquæ clarę tempore æſtatis, aut in caſu neceſſitatis, in defectu aliorum, continueturq; remedium hoc, ſicut de alijs dictum fuit, toto iſto tempore, quo peſtis & alij morbi Epidemici graſſantur, contra quos medicamentum hoc ſingulare & utile eſt, quamvis non ſit tam magnæ exiſtimationis ut aliæ compoſitiones.

Sal peregrinorum *Mülleri.*

℞. *Salis nitri.*
fuſilis.
gemmæ ana ʒj.
Galang.
Maſtich.
Cubeb. ana ʒj.

Miſce. Doſis gr. iv.

Diahyacinthum Aureum. Sala.

Eſt pulvis pretioſus pro cordis confortatione contra contagioſam infectionem.

℞. *Lap. Hyacinthi orient.*
Boli Orizei, ſive auri præparati, ut ſequitur ana ʒvj.
Gem. Rubini Saphyri cærulei Chryſolithi Topazii Smaragdi.
Margarit. Orientat. Splendid. Corallii rub. nitidiſſimi ana ʒiv.
Spir. Salis rectiß. ʒvj.

Margaritæ, Corallia & lapides pretioſi pulveriſentur in mortario ferreo puriſſimo; vel ſi commoditas id ipſum permittit, in mortario vitreo ſatis ſpiſſo, cemento quodam in lignea capſula ad id accommodata comprehenſo, blandè tundantur, donec in pulverem abeant, poſtea cum auro præparato ſuper amplam tabulam è marmore, vel alio lapide duriſſimo ponatur, deinde ſumatur ſucci citri benè depurati cum ſpiritu ſalis permixti, quantum ſcilicet videtur, & cum eo pulvis prædictus humectetur, qui propter ſpiritus acidos protinus ebullit, propterea in ſubſtantiam Coralliorum & Margaritarum agat, ubi neceſſarium eſt, ut ſpatula argentea benè deaurata, vel eburnea moveatur eouſque, donec ebullitio ceſſet. Conſequenter teratur ab homine robuſto, plus minus, per ſpatium quatuor horarum, pedetentim humectando, quantum idipſum ad tritionem requiritur, cum aqua roſarum fragrantiſſima. Benè trita verò maſſa, ut digitis apprehenſa ſit impalpabilis, & linimenti inſtar lenis, quod deprehenditur, ubi parum dentibus abſque alia durioris ſubſtantiæ reſiſtentia maſticatur, formentur tabellæ parvæ, ſicuti conſuetum eſt pharmacopœis in Coralliorum, Margaritarum & alijs durioribus præparandis, & in loco ſicco ſiccentur ſuper charta pura, cuſtodiendo, ne quid impuritatis accedat, denique in vitro ad uſum ſerventur. Iſte pulvis hoc modo compoſitus maximè cordialis & magnæ efficaciæ eſt, contra infectionem contagioſam, maximeque convenit Principibus, Magnatibus, & omnibus ijs, qui ſunt delicatæ naturæ, quibus ſanguis maximè ſubtilis, ventriculus exquiſitioris ſenſus, quique non odorem, multò minus ſaporem medicamentorum admodum aromaticorum, calidorum, & odorabilium, ut ſunt alexiterica vegetabilia, perferre queunt; item pro prægnantibus atq; infantibus. De hoc pulvere matutino tempore, jejuno ſtomacho in cochleari ſyrupi de citro, berberorum, vel juniperino, vel quoad perſonas frigidioris conſtitutionis, in pauxillo Malvatici vel vini Hiſpanici. Doſis eſt à tribus granis ad duodecim, plus vel minus, pro data occaſione, &c. Cum additione de pulvere prædicto fieri poteſt ſequenti modo.

Sal confortans Aureum *Myl.*

℞. *Salis compoſiti Bezoartici de Serpentibus ʒj.*
Magiſter. perlarum.
Magiſterii Gemmarum. } *ana ʒij.*
Bezoartici ſolis ʒj. ß.
Bezoartici Lunæ ʒij.
Vnicornu
Ambra. } *ana ʒij.*

Lapi

Lapidis Bezoart. prap. ℥.ß.
Misce. Dosis ℈. ß.

Sal Serpentum conta Venena.

Recipe quatuor Serpentes præparatos & exenteratos, sine capite, sanguine, intestinis, cauda & felle, solummodo corda, Hepata, carnemq; cum Spinis, his parum seu artificiosè exciatis adde

Rad. Angelicæ.
Valerianæ.
Tormentillæ. } *ana* ℥j.
Gentianæ.
Aristolochiæ.
Sem. Rutæ ℥iij.
Absynthii ℥iij.
Cornu Cervi }
Corall. rubeor. } *ana* ℥j.

Misceantur & calcinentur : calcinatis cum Vino simplici extrahe salem, quem semel ac bis rectificatum pro magno habeto secreto. Dosis ℈ß. ad ℈j.

Sal Apoplecticum. M.

℞. *Sem. Erucæ. Lib. ij.*
Rad. Lilior. conv.
Pyrethri.
Caryophyllatæ. ana Lib. j.
Ceraforum nigror. sylv. st. exsic.
Lib. ß.
Bac. Iuniperi.
Lauri. ana unc. iv.
Herb. Ivæ arthetic.
Maiorana.
Rorismarini.
Origani.
Hyssopi.
Salviæ acut. ana unc. iij.
Flor. Calendulæ.
Lavendulæ.
Primulæ veris.
Betonicæ ana unc. ij.

Mixta in reverberio, indeq; non modo vulgari, sed secundum artem spagyricam, salem candidissimum & crystallinum elicias, quod etiam in cæteris observandum, & hic semel admonuisse sufficit.

Vires, Vsus, Dosis.

In Apoplexia & Paralysi &c. præsentaneum est remedium : Humores enim discutiendo, & attenuando, hominem excitat, totiusque corporis sensum ac motum restituit. Dosis à Scr. ß. ad Scr. j. & Drach. ß. in vehiculis specificis.

Sal Epilepticum. M.

℞. *Rad. Palmæ Christi.* ℔.ij.
Angelicæ.
Pæoniæ.
Pyrethri ana ℔.j.
Sem. Pæoniæ.
Scob. Lig. Cupress.
Visci quercin. ana ℔. ß.
Herb. Pentaph.
Millefolii.
Rutæ hort.
Verbasci.
Lavendulæ.
Rorismarin.
Mors. Gallin. ana unc. iv.
Flor. Primulæ veris.
Stachad. Arab.
Tiliæ.
Pæoniæ.
Sambuci ana unc. ij.

Mista calcinentur in reverberio ; postea adde :

Ciner. Picarum junior.
Hirundinum.
Sterc. Pavonis ana Vnc. j.

Et cum liquore appropriato f. l. a. Sal albissimum & crystallinum.

Vires, Vsus, Dosis.

Epilepticis, Vertiginosis, Lethargicis, Congelatis, Subethicis, & omnibus, periculosos Capitis morbos, timentibus, singulari proprietate conducit. Dosis à Scr. ß. ad Scr. j. & Drach. ß. in aq. flor. Tiliæ, vel in Epileptica nostra.

Sal Cordiale. M.

℞. *Rad. Caryophyllatæ.*
Buglossæ ana ℔.ij.
Herb. Rorismarini.
Salviæ.
Melissæ ana ℔.j.
Sem. Ocymi Caryophyll.
Cort. Citri ana ℔.ß.
Flor. Quinq; Cordial.
Tunicæ ana unc. iv.

Misce & calcina in exactum cinerem, vase undiq; firmiter clauso ; postea adde :

Ciner. Cinnamomi unc. ij.
Caryophyllor.
Cardamom. ana unc j. ß.
Croci orient.
Macis ana Dr. iij.

Et ex cineribus mixtis cum aq. Cordialibus extrahe sal pulcherrimum.

In Lypothymia, Syncope, cæterisque Cordis affectibus, Spiritus omnes recreando & fovendo, quam maximè valet. Dosis à Scr. ß. ad Scr. j. plus minusvè in aq. cordialibus.

Sal Pectorale. M.

℞. *Rad. Glycyrrh.* ℔.ij.
Irees flor. *Enulæ camp.*
Althææ ana ℔.j.
Symphyt. maj.
Malvæ ana unc. viij.
Herb. Pulmonar. utriusque.
Marrubii. *Hyssopi.*
Tussilaginis. *Veronicæ.*
Hederæ ter. *Capil. Veneris.*
Scabiosæ ana unc. iv.
Sem. Fœniculi.
Anisi ana unc. iij.
Flor. Chamomillæ.
Farfaræ.
Laceæ ana unc. ij.

Ex mixtis & optimè calcinatis cum aq. pectoralibus sal splendidissimum extrahatur.

Vires, Vsus, Dosis.

In morbis pectoralibus valdè prodest : pituitam enim crassam, lentam, & viscosam in pulmonibus collectam attenuat, incidit, pectusque dilatat atque abstergit. Insuper urinam provocat ; nec non Renes & Ventriculi lacunas purgat.

Dosis à Scr. ß. ad Scr. j. & Drach. ß. in aq. pectoralibus vel alijs appropriatis vehiculis.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 736 sur 955

Sal Stomachicum. M.

℞. Rad. Pimpinellæ Lib. ij.
Calami aromat.
Zingib. alb. ana Lib. j.
Herb. Absynthii Pont.
Mentæ crisp.
Salviæ acut.
Rorismarin. ana Lib. ß.
Cydoneor. exsic.
Zedoariæ ana unc. iv.

Calcina in cineres vase clauso; postea adde:

Ciner. Galang. min.
Cinamomi ana unc. iij.
Caryophyllor.
Cardamom. utriusque.
Nucis Moscat.
Piper. rot. ana unc. j.

Misce & cum aq. Nentæ vel alia specifica fiat l. a. Sal spagyricum.

Vires, Vsus, Dosis.

Ventriculum frigidum calefaciendo mirè roborat. Concoctionem juvat. Nauseam sedat. Præterea ægritudinibus nervorum egregiè confert. Omnes sensus & ingenium acuit. Dolores capitis sedat. Senes catarrhosos sustentat atq; Hydropicos juvat. Exhibetur Scrupuli pondere pro una vice, plus minusvè in vehiculis specificis, morbum propriè respicientibus.

Sal Epaticum. M.

℞. Rad. Lib. ij.
Cichorei.
Scorzoneræ ana Lib. j.
Costi amari.
Eryngii.
Curcumæ ana Lib. ß.
Calami aromat.
Rhapontic. ana unc. iv.
Herb. Absynthii Pont.
Abrotani.
Eupatorii.
Scolopendr.
Veronicæ.
Epaticæ nob.
Fumariæ.
Cusc. ana unc. iij.

Mixta calcinentur in reverberio; postea adde:

Cinc. Rhabarbari.
Cassiæ lignea ana unc. jß.

Et cum aq. flor. Epatic. alb. vel alia convenienti f. l. a. Sal albissimum.

Vires, Vsus, Dosis.

Hepatis obstructiones, inflationes, & duricies tollit. Scirrhum dissolvit. Cachexiam depellit. Aquæ subter cutem medetur. Ictericiam curat. Colorem corporis fœdum emendat. Menses ciet; nec non urinam, dissipando calculum, promovet. Dosis à Scr. j. ad duos in vehiculis appropriatis.

Sal Spleneticum. M.

℞. Herb. Absynthii Pont. Lib. ij.
Card. benedict. Lib. j.
Rorismarin.
Scolopendr.
Rorismarin.
Veronicæ.
Ceterach ana Lib. ß.
Rad. Filicis utriusq;
Calami aromat. ana unc. iv.
Cort. Capparum.
Tamarisci.
Fraxini ana unc. iij.
Flor. Chamomillæ.
Centaur. min.
Genistæ ana unc. ij.

Fiat omnium cinis, ex quo postea cum supradictarum herbarum aquis stillaticijs, extrahatur Sal, ut est artis.

Vires, Vsus, Dosis.

Omnes Lienis obstructiones, dolores, tumores & duricies, aperit, sistit, emollit, atque resolvit. Senibus quoque & quartanarijs mire confert. Dosis omni mane à Scr. j. ad Dr. ß. in aq. scolopendr. vel alio convenienti liquore.

Sal Nephriticum. M.

℞. Rad. Petroselini.
Ononidis ana Lib. ij.
Filipendulæ.
Verbenæ an. Lib. j.
Eryngii.
Pimpinellæ ana Lib. ß.
Fabarum exsic.
Oss. Mespilorum ana unc. vj.
Bac. Iuniperi.
Lauri.
Gran. Alkekeng.
Milii Solis ana unc. iv.
Herb. Hederæ ter.
Veronicæ.
Equiseti.
Fumariæ.
Fragariæ ana unc. iij.
Flor. Malvæ arbor.
Sambuci.
Genistæ ana unc. ij.
Sem. melior. alb.
Saxifrag. alb.
Lappæ major.
Berberis ana unc. jß.

Calcinentur omnia debito modo & f. l. a. cinis albus; cui adde:

Ciner. Lig. Nephritici.
Nucl. Persicorum.
Amygd. amar.
Piperis rot.
Galang min.
Zingib. alb. ana unc. j.
Nitri præp. Dr. vj.

Misc. & cum aq. pluviali fiat Sal albissimũ, ut est artis.

Vires, Vsus, Dosis.

Calculos atterit, arenulas promovet, & ijs, qui difficulter mingunt, succurrit. Inde etiam Vrinæ tarditatem & Dysuriam natam tollit, cæterisq; Renum & Vesicæ offensis misè opitulatur. Dosis à Scr. j. ad Dr. ß. in aq. Ononidis, Petroselini, Pimpinellæ, Hederę ter. vel alia specifica.

Sal Hydropicum. M.

℞. Iuniperi totius substantia concisa Lib. ij.

Rad. Ireos noſt.
Sambuci.
Artemiſ. rub.
Ebuli. ana Lib. ſ.
Vincetoxic.
Acori veri.
Curcumæ. ana Lib. ß.
Herb. Abſynthii Pont.
Centaur. min.
Agrimoniæ.
Card. bened.
Soldanellæ ana unc. vj.
Flor. Epaticæ alb.
Sambuci.
Geniſtæ ana unc. iv.
Sem. Fraxini.
Erucæ.
Cymini ana unc. iij.

Mixta calcinentur in reverberio, quoad ſatis eſt; poſtea adde:

Cinr. Sarſaparill. unc. iij.
Cubebarum.
Rhabarbar.
Nuc. Moſchat.
Macis ana unc. ſ.

Miſce & cum aq. Sambuci f. Sal cryſtallinum ut eſt artis.

Vires, Vſus, Doſis.

Hydropico cujuscunque ſpeciei, omni aqua exonerat. Flatus diſcutit. Terram microcoſmicam nimio madore tumentem potenter exſiccat. Cachexiam corrigit, & omnes pravos humores exterminat. Doſis à Scr. ſ. ad Dr. ſ. in vehiculis appropriatis.

Sal Vterinum. M.

℞. *Rad. Bryoniæ Lib. ij.*
Diptamni alb.
Pæoniæ. ana Lib. ſ.
Viſci quercini.
Gran. Chamæactes.
Sambuci ana Lib. ß.
Herb. Roriſmarin.
Meliſſæ.
Matricariæ.
Nepetæ.
Pulegii ana unc. iv.

Ex omnibus mixtis ſ. calcinando cinis; ex quo poſtea cum aq. Meliſſę, vel alia appropriata extrahatur Sal candidiſſimum.

Vires, Vſus, Doſis.

Omnes Vteri obſtructiones referat. Convulſiones liberat. Suffocationes & aſcenſum præcipitat. Menſes movet. Sterilitatem aufert & multa alia incommoda tollit. Doſis à Scr. ſ. ad Dr. ß. in vehiculis appropriatis & ſpecificis.

Sal Carminativum. M.

℞. *Herb. Chamomillæ Lib. ij.*
Pulegii.
Serpilli.
Mentæ criſp.
Anethi ana Lib. ſ.

Calcinentur ut eſt artis, & ſ. l. a. cinis albus; cui adde:

Cinr. Sem. Aniſi.
Cymini.
Cari.
Faniculi ana unc. ij.
Galang. min.
Zingib. alb.
Zedoariæ ana unc. ſ.

Miſc. & cum aq. Cerefolij ſ. l. a. Sal ſplendidiſſimum.

Vires, Vſus, Doſis.

Flatus egregiè diſcutit. Tormina ſanat. Inflationes ſedat. Propterea in Iliaca & Colica paſſione mira præſtat. Doſis à Scr. ſ. ad Dr. ß. in aq. Carminativa noſtra.

Sal Febrile. M.

℞. *Sal. Armoniac. aliquoties ſublimati.*
Nitri præp.
Card. benedict.
Abſinthii.
Centaur. min. ana unc. ſ.

Solvantur in aq. Cichorei & ſ. l. a. Sal cryſtallinum.

Vires, Vſus, Doſis.

Febribus omnis generis, Quotidianæ, Tertianæ, Quartanæ, Hemſtritęo &c. ſine diſcrimine, ſummum eſt Alexipyreticon offertur à Dr. ß. ad Dr. ſ. tribus vel duabus horis ante acceſſionem, in aq. Centaur. min. vel alia ſpecifica, exſpectato ſudore ſub declinatione paroxyſmi. Eadem doſis iteranda, ſi prima, vel ſecunda vice non ſatis fecerit.

Annotatio.

Si quis ex prædictis compoſitionibus ſpecificis cum ſanioribus & ſecretioribus. Spagyris ſalia, ut vocant, Eſſentialia parare deſiderat; ingeniosè ſic præcedat:

℞. Herbas ſimplices vel cum alijs ingredientibus mixtas, & temperatè calidas ſummeq; arefactas, coque in aqua communi ſ. a. donec vis omnis, & interna falſedo probè fuerit excocta; (alias in vanum laboras.) Poſtea decoctum auferper inclinationem, & denuo recoquendo ad juſtam conſiſtentiam mellis, vel Syrupi craſſi conforma; in loco valdè frigido colloca, uſque dum cryſtallos concreſcendo referat: quos tunc eximę, & aliquoties ſolvendo, filtrando & coagulando decenter purifica, donec ad uſum medicum ſint aptiſſimi. Extrahitur etiam ex ſuccis herbarum inſpiſſatis Sal elegans criſtallinum, de quo vide Begu. num l. 2. c. 17.

Vnicornu Minerale. Mynſ.

Recipe Vitriolum nativum viride & Solis Philoſophis notũ, vel in hujus defectu, Vitrioli Veneris Cryſtallos optimè purgatos, ſublimè mundificatos, & omnis teſtreitatis immunes; immitte validę & bene munitęl etortæ, & ſecundũ gradus fortiter opus urge, quoad ſubrubri particeps fiat olei ♀ bene adſerva, cujus uſum poſtea declarabo. Recipe deinde caput mortuum in fundo Cornutæ relictum, menſtruum appropriatum ſuffunde, & in frigido loco repone, tunc concreſcent, de vitrioli natura & ſapore, cryſtalli. Calcina caput mortuum ſecunda vice, &, ut ſupra notatum eſt, procede, mox iterum ejuſdem ferè generis adhuc prodibunt cryſtalli; ſed huic myſterio minimè utiles. Laborem hujuſmodi toties & tam diu itera, uſq; dum nulla appareat vitrioli olentia; atq; tum demum caput mortuum, quam fortiſſimè, ſed philoſophicè calcina, & extrahe ſal pulchrũ & guſtu amabile, quod itidem ſpe ſubſecuturæ doctrinæ retine, dictiq; iſtius interim recordare.

Viſitetis

Visitetis interiora terræ rectificando, & invenietis occultum lapidem, veram Medicinam.

Recipe postmodum antè dictum oleum, & affundendo aquam, in illo solve Martis limaturam, & vitriolum ipsius prępara, illudq; in pluviali distillata aqua solve, ut inde crystalli prodeant, quem laborem toties resume, donec purum ab impuro, & fine caliginis peplo crystalli appareant clari & pellucidi. Ex his crystallis Martis denuo priore modo, igne fortissimo, rubicundissimum oleum distilla, & optime rectifica, ne ullum illi adhęreat phlegma: Tunc habebis rubri Leonis sanguinem, videlicet Mineralem, & una Martis atq; Veneris Sulphur, totalis vigoris, & à Vulcano captum, juxta illud:

Mulciberis capti Marsque Venusque dolis.

Extrahe porrò ex capite mortuo sal omni Martiali olentia vacuum, ad eundem modum supra in extractione salis vitrioli Veneris tibi ostensum. Ambo hęc salia in æquali pondere misce, vitreę tabulæ immitte, in hypogeo seu frigido loco repone, seque in aquam Mercurialem resolvere sine: Solutionem postea recipe, unde iterum prodibunt crystalli; Et tunc habebis duplicatum Mercurium, sal sapientiæ & naturæ, sal Philosophorum, sub quo Mundi centum latet absconditum. Et hunc duplicatum Mercurium peplo obscuritatis involutum, ante me nemo Philosophorum tam apertè, quam ego manifestavit, quamvis obscurioribus quibusdam verbis, quæ tamen vel minimo Philosophi intellectu facillima sunt: Scrutinio igitur subtilium cogitationum rem ulterius inquire & Mercurium hunc, à Philosophis Rebis nuncupatum, tanquam terrestem Thesaurum & secundum Deum, summæ & maxime scientiæ experimentũ, ad usum sequentem repone:

Recipe Mercurium jam dictum, & Sulphur illud rubicundissimum; duo ista pro Philosophici ponderis vigore, & magni intellectus acumine conjunge, ita tamen, ut Spagirici vasis tres partes maneant vacuæ, quarta verò videatur adimpleta esse; sigilla Hermeticè, & rege igne Philosophico secundum gradus in continuo calore, quoad coaguletur in unam massam, & induat Lapidis formam: Quem lapidem confectum postea pro voluntatis tuæ lubentia in priorem fontinam poteris redigere, eumq; brevi tempore nobiliorem & illustriorem reddere; Et ita magnum perfeciśti mysterium: Videbis etiam ante coagulationem rerum multarum admirabilem apparentiam, & multivarium colorem, quæ omnia bene considera, Deum honora, & proximo tuo commoda.

Vires, Vsus, Dosis.

Est Medicina universalis & Thesaurus talis, qui poterit omnes ferè morbos curare, quocunq; veniunt nomine in creaturis omnibus & singulis. Vnum, duo, vel plura hujus Arcani grana, pro qualitate sive cõstitutione Patientis usurpata, totum corpus instar fumi penetrant, malignam vitiositatem relegant, & meliorem naturæ conformitatem subordinant, creaturam totam renovant, & quasi de novo regenerant, & ita servant sartam tectam, citra accidentium morborum gravedinem ullam, usq; ad senectam, & vitæ metam, ab altissimo Deo constituram, &c. Nam:

Contra vim mortis non est medicamentum hortis.

Hæc etiam illustrissima medicina, cum purissimo Philosophorum auro debitè fermentata, immunda Metalla innata Lepra depurgat, bonaq; puri & fixi auri virtute fingit. Pro quo immenso & ineffabili beneficio omnisque doni & sapientię communicato acervo, sit laus & gloria Creatori summo, qui est in excelsis Deo.

Vnicornu Solare. Mynsicht.

Recipe mineram auri frustatim instar nucis avellanæ, contunde: ab eo ad libræ pondus vel aliquanto minus mitte in Cornutam, vel in aliud vas Spagyricum, & sub lenta ignis flamma distilla, utrobiq; ramen clausis, pro more, vitrorum junctura, ne materia in fundo lique fiat, sed sudore absque adustione aquam suavem & cæleśtem emittat, quam magni pende. Quia verò, & quidem Spagyrici artificij beneficio, libra mineræ vix tantum aquę sudore emittit, quantum cochleare capit, toties laborem hunc cum nova minera iterabis, quoad sufficere putubis. Hanc aquam rectifica vice octava vel nona, ut purum ab impuro separetur, & nunc ad usum conservetur instar veri Arcani & Hermetici Thesauri: Qui enim Chymico artificio hunc aquę humorem in viscosum & vividum liquorem transmutare noverit, ille revera habet secretissimam, rarissimam, pauciśimisque cognitam illam clavem, perquam facillime castrum illud aureum triplici muro circumdatum recluditur, filijsque sapientię legitimè aditus conceditur ad reconditos in auro thesauros: Sed hoc opus, hic labor est, &c. Recipe postmodum Aurum Arabicum optimum, per Antimonium lege artis in sublimi gradu purificatum, sine illud per aurifabrum in tenuissimam laminam extendi, quæ absque additamento omni in subtilissimum pulverem possit redigi; vel si noveris absq; corrisivo subtilissimam Solis calcem Spagyricè præparare, feceris meliore cum utilitate, &c. Inde hujus pulveris secretissimi in Vitrum Philosophicum, quantum volueris, & affunde aliquantum Solaris menstrui ad eminentiam digitij minoris digiti, sigillaque illud Hermeticè: digerantur calore tanto, quanto fovetur Embryo in matris utero, quoad aqua absumatur, vel ab auri pulvere absorbeatur; & tunc vitrum reclude, tantumq; Solaris menstrui suffunde, quantum prima vice: Exiccetur iterum eadem lege, totieśq; repete, donec transmutetur aurum in pulverem subrubeum. Et sic Vnicornu Solare præparatum est, quod multis vel saltem morbis desperatissimis est comprobatum, ut accommodatissimum & suaviśimum remedium: Et est verè illud vellus aureum, quod post multiplicem & toties repetitam Philosophicam coctionem, ignis vincit calorem, nec ab illo vinci potest. Revocabis igitur ad limam maturioris consilii qualitatem hujusmodi mysterij.

Vires, Vsus, Dosis.

Hoc Arcano sapientiores Medici hactenus non solum corporis sanitatem & valentiam, secundum Dei valentiam, quam diutissimè, conservarunt, vitęque metam in multos annos prolongarunt: Sed etiam Epilepsiam, Apoplexiam, Elephantiasin, Morphæam, Melancholiam, Insaniã, Quartanam, Ischiasin, Podogram, Arthritin, Hypropem, Ictericiam, Luem Venereã, Asthma, Phthisin, Pleurisin, Lupũ, Cancrum, Noli me tangere, & hujus generis similes mor-

morbos hominum periculosos & aliàs insanabiles curarunt : Nam usque adeò fortis latet in illo ignis, qui non duntaxat humores lethales absumit ; verum etiam ipsissimam ossium medullam , quasi renovatam reficit, totumque corpus humanum semi-mortuum erigit. Est etiam notatu dignum, quod hoc Arcanum in se contineat vim fortissimam & diaphoreticam. Quicunq; igitur hoc uti volet, si præsertim antè dictis morbis laboret, lecto se ad unam vel duas horas destinet, & sudorem expectet, quem suavissimè & copiosissimè absq; ullo languore emittit, nihilq; impuri vel superflui in corpore humano relinquet. Juvenibus vitam longævam expetentibus, singulis mensibus semel offertur ; sed usq; ad vesperam istius diei, cibo & potu abstineant , sic illa materia in humoris radicalem paritatem congerminescet; unde corporis robur majorem in modum invalescet! quæ instar picturæ , inaccessâ venustate conspicuæ, intuenti adlubescet! nec cũ ætate illorum decrescet! His autem, qui antè numeratis morbis laborant, decem continuè propinatur invehiculis appropriatis morbum respicientibus.

Arcanum Duplicatum

Mynſ.

Extrahe ex cap. mort. Aq. fortis ex vitriolo & nitr. destill. cum aqua tepida Sal candidissimum. Tritum in cucurbita per 12. horas calcin. ut infundo candescat. Hic labor si omnia refixerunt reiteretur sæpius. Nobilius est si addatur ad partis 7. hujus salis, Calcis salis pars 1. & uniantur.

Vires.

In melancholia, insania, mentis alienatione, peste, febribus, variolis secretum est.

Dosis ℈j. ad ʒ. ß.

Aulæ Gottorpianę dicitur sal Ellenbrot.

Bezoarticum Ioviale.

Mynſ.

Hoc Secretum veri & periti Chymici mecum talem in modum faciunt & præparant: Recipe Reguli Antimonij Vncias ij. Jovis Anglic. purificati Vncias ij. Liquefiant invicem & redigantur in pulverem subtilem , addanturque Mercurij sublimati Vnc. x. Quæ omnia inter se mixta & Retortæ immissa destilla, tunc apparebit materia alba , quam butyrum Antimonij Artistæ vocant. Hunc album & crassum humorem inde cucurbitę , & destillando omnem humiditatem abstrahe, & tantum adde Spir. salis Nitri, quantum pondus exempti pulveris requirit, & ex arena usque ad aridum destilla. Iterum exime, in pulverem redige , & abstractum liquorem una cum Vncijs duabus Spir. sal. Nitri recentis suffunde, & secunda vice, ut prius , ad siccitatem usque abstrahe. Album pulverem denuò exime, quam minutissimè tere, & liquorem destillatum cum alijs duabus Sp. sal. Nitri Vncias affunde, & tertia vice distilla. Tum demum exemptum & tritum pulverem tigillo immitte & ad ignem duas vel tres horas sine excandescere, & postea ad usum repone. Ego ad hunc modum illud præparavi Anno 1610. prima vice, validumque & efficax in operatione deprehendi.

Vires, Vsus, Dosis.

Diaphoreticum est stupendum & efficacissimum secretum in omnibus & singulis matricis ęgritudinibus, alijsque mulierum morbis quam plurimis. In Febribus, Peste, Scorbuto, morbis Epidemijs, & omnis generis imbibito lethali veneno, ut etiam in omnibus casibus , in quibus Bezoarticis & sudoriferis est locus. Dosis à gran. 3. ad 5. & 6. in aq. Theriacali vel de Corn. Cervi nost. aut alia conveniente.

Crocus Metallorum Absynthiacus.

Mynſ.

℞. Antimonij crudi optimi & perlucidi, sal. Absinthij ana unc. iv. Misceantur, igniantur & calcinentur singulari diligentia & debito modo , ut est artis, & Antimonium calcinatum, subrubeum, fixum, & Arsenicali suo sulphure penitus spoliatũ invenies; quod aquæ dulci toties ablue , donec nulla acrimonia percipiatur, postea pulv. edulc. exicc. Dosis gr. iij. iiij. v. infus. per noct. in vin. ʒij. Aq. cin. ʒij. col.

Catharticum Argenteum.

Mynſ.

Recipe Argenti puri Vnc j. Aq. fortis ex sale Nitri & Vitrioli exticcati ana partibus æqualibus destillatæ & per Retortam in arenâ lentissimo igne prius rectificatæ Vnc. vj. Solve Lunam in hâc aquâ, & solutis adde recentis aq. fortis Vnc. iv. Nitri purificati Vnc. ß. & invicem bene mixta, per alembicum in B.M. vel arena vaporosa ad tertium cohobium destilla, liquorem scilicet destillatum fæcibus semper reaffundendo secundum artem. Postea in arenam siccam pone cucurbitam inferius luto munitam & apertam, ut reliquus humor aq. fortis usq. ad siccitatem inde penitus eliciatur. Tunc fracto vitro materiam coagulatam, exterius nigricantem, intus verò albicantem & crassiusculè prius contusam dissolve in aq. fortis superius cohobatæ Vnc. iv. vel circiter , donec pulvis niger, qui vera luna est, fundum petat; tunc liquorem clarum aufer per inclinationem, & in loco frigido, ut crystalli concrescant repone. Hos crystallos exime, ad ignem sicca, non verò ad Solem, aliàs nigrescunt. & sunt inutiles. Cumque satis desiccati sunt , ad usum ita, absque edulcoratione, tibi serva.

Vires, Vsus, Dosis.

Catharticum est forte , quo peritiores Chymiatri in Cachexia, Hydrope, &c. omnes serosas sive aquosas humiditates corporis, & externorum membrorũ tumores in complexionibus fortioribus purgant; retentas etiam & occultas aquositates, in angulis laterũ, vel alibi collectas , & varia symptomata causantes, expellunt , & degravantes corporis partes relevant. Dosis à 4. ad 5. grana manè in vini calidi bono haustu : Vsus verò decrescente Luna, & falcata seu corniculata (nisi affectus ratio temporis hanc moram diversarit) maximè est conducibilis.

Turbith Minerale Verum.

Verum & genuinum minerale. Turbith à veris & peritis Chymiatris non ex Mercurio vivo cum aq. forti , sed ex sublimato, sequenti modo, præparatur. Recipe Mercurij sublimati q. v. resolve illum in aq. cœlesti calida, solutionem aliquoties filtra, filtratam vitro immitte , & guttatim infunde tantum ol. Salis Tartari, quantũ putabis requiri; quoad infundo appareat & subsistat pulvis rubens: Aquositatem profunde; & pulverem rubeũ retine, aqua communi edulcora, usquedũ destituãtur omnia acredine & salsedine, Cohoba deinde cũ aq. mellis opt. rectific. 6. vel 7. vice, cohibiis tot repetitis tandẽ pulvis eximatur, Alkohol vini suffundatur , ut bene humectetur, incendatur & ferreâ spatulâ continuo motu circumferatur,

donec

donec Sp. Vini ardore comburij absumatur : Et ita Turbith minerale verè præparatum est, cujus virtutem nobilissimam omnib. ferè notissimam non censeo hoc commemorandam. Dosis à gran. 4. 5. ad 6, & 7. in vehiculis appropriatis.

Mercurius Dulcis.
Mynsicht.

Mercurius dulcis à veris & sanioribus spagyris ita præparatur: Recipe Mercurij sublimati Vnc. vj. Argenti vivi & bene purgati Vnc. iv. Misce exactè, ut Mercurius vivus amplius non videatur, sublima, ut est moris; sublimatio hæc quinquies vel sexies reiteretur, donec dulcem seu insipidum saporem Mercurius acquirat. Pulvis rubeus in fundo, & albus in vitri collum sublimatus, semper reijciatur, mediũ verò teneatur, quo ad nihil inveniatur : Et ita verè præparatus est Mercurius dulcis, quem postea exime, tere, & ad usum repone.

Vires, Vsus, Dosis.

In Hydrope, Peste, Pleurisi, Podagrâ, Ictericâ, &c. mirabilia præstat; sanguinem enim purificando, & mellam in ossibus rectificando, simul omnia noxia è corpore humano radicaliter pellit : propterea Catharticum est insigne, quod jure optime meretur nuncupari panacæa. In morbis deploratis ex humorum putredine causatis, singulare est experimentum: Quia omnes venenosos & vitiosos humores educit, & non movet vomitum, sed saltem per secessum leniter purgat, & absq; molestiâ suas operationes exequitur. Insuper vermes necat, & omnia ulcera Venerea, immò ipsam Luem Veneream, cerebriq́ue defluxiones potenter exsiccat & radicitus tollit. Dosis à Scr. j. ad Dr. s. & Scr. ij. præsertim in robustioribus.

Mercurius vitæ Correctus.
Mynsicht.

Mercurius vitæ beneficio Borracis vulg. vitrificatus subtiliter teratur, aliquoties affundendo acetum destillatum à Sp. Salis Nitri prius fortiter imprægnatum, & iterum exsiccando in cineribus : Sic habebis post debitam edulcorationem, pulverem, cujus tutior est usus, & qui minori molestiâ operationes desideratas exsequitur.

Vires, Vsus, Dosis.

In Quartanâ aliisque Febribus intermittentibus; nec non in morbis Capitis quam plurimis, Peste, Hydrope, Lepra, Lue Venereâ, Vlceribus malignis & similibus gravioribus affectibus, &c. mirabiliter operatur. Dosis in debilioribus à granis ij. ad iij. in robustioribus verò à gran. iv. ad v. aut per se, vel in Conf. Rosar. vel Violarum vel tot grana in vino aut alio conveniente liquore per noctem infusa & per linteum colata, manè exhibentur.

Laxativum Mineral. simplex.
Horst.

℞ *Vitri* ♁ ℥j. *pulr. iff.*
Spir. Vitriol. ℥j.
Diger. & exicc. reit.
affusio septies.

Postea ter cum Spir. Vini humect. exicc. Dosis gr. 4. ad 10.

Compositum.

Fit ex axungia illa minerali, quæ primo prodit in prepar. Be Zoartici mineralis per aq. affus. præcipitata.

Post

℞ ⊖ ℥iv. *solvatur igne rota vel ementi in tigillo addefluent. pulv. præcip.* ℥j. *& tege operculo tigillum (cave à fumo) cum fumare desinit, mitte novam* ℥j. *donec admiscatur* ℥ij. *ignem semper augendo ut in fundo maneat materia. Pulverem hunc postea aqua dulci elue, & cum sale communi in marmore tere, eluc & serva.*

Magisterium Martis Aperitivum.
Mynsicht.

Recipe Succi Oxalidis expressi & depurati Lib. iij. & adfunde Tamarindor. opt. Vnc. viij. Conficetur manibus vel pistillo ligneo in patinâ terreâ non stanneâ, ut fiat in modum pulmenti. Posteà exemptis nucleis & stipitibus coquatur parum & clarificetur cum albuminibus ovorum duorum. Deinde colentur per laneum pannum ; clarificatum detur in cucurbita vitrea, cui adde limaturæ Ch. lybis à fordibus benè purgatæ Vnc. iv. Digerantur in arena loco calido tribus diebus & noctibus. Cucurbitę super ponatur alembicus cæcus, ut semper agitari possit cum spatulâ ligneâ. Post digestionem coletur per chartam in patinam vitream vel terream & inspissetur per arenam ad consistentiam extract. liquidi : Et habes Magisterium Martis aperitivum. Remanentia Chalybis in subtilissimum pulverem conversa exsiccetur & ad usum servetur: Et habes Chalybem cum aceto Tamarindorum præparatum pro vino Chalybeato, cujus descriptionem & usum quære in sectione propria.

Vires, Vsus, Dosis.

Virtutem habet singularem aperiendi, dissolvendi, & exsiccandi ; quo nomine non solam præstanti cum fructu & emolumento, in Epatis, Lienis, & venarum meseraicarum oppilationibus inveteratis, sed etiam ad tumores duros sciri hosos resolvendos ac consumendos, ad exsiccanda etiam & roborandà loca superfluis humiditatibus gravata ac debilitata, felicitèr ordinatur. Præterea singularem habet proprietatem attenuandi, solvendi & præparandi atram bilem : Ideoq́; experimentum est curatione Melancholiæ, Ictericię nigrę, Quartanæ, aliorumq; affectuum ex superfluitate, obturatione, putrefactione, similibusq́ue humiditatibus subortorum. Aperit etiam modo singulari obstructas Matricis venas, & impedita hinc menstrua provocat ac promovet. Experimentum quoq; est in febri alba, sive morbo virgineo, Cachexiâ, tumoribus corporum & principis Hydropis. Partes item generales in viris & mulieribus, superfluis humiditatibus relaxatas & debilitatas, corroborat. Deniq́; utilissimum etiam est tam contra Gonorrhæam inveteratam, quam diuturnum Vteri fluxum album & fœtentem. Magisterium potò hoc liquidũ, si vino Rhenano misceatur justa quantitate, atro illud colore tingit. Si verò per chartam vinum filtretur, fit rursus clarum & dilucidũ; nec minus tamen vi Martiali fortem retinet gustum, estq́ue virtutis & efficaciæ parilis, atque adeò in omnibus illis affectibus, ubi aquæ Spadanæ, acidulæ ferreæ vel aliæ similes, mineram Martis continentes aquæ naturales, à Medicis practicis summe laudantur,

ægro-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 741 sur 955

ægrotantibus propinari poteſt. Vbi enim primo corpus per appropriatum purgans decenter evacuatum, vena etiam aliqua ſi opus, adaperta, tum deinde per aliquot dies de vino illo Martiali pluſculum potatum, & bona ſimul diæta obſervata fuerit, ibi tum eadem omnino effecta, quæ ab illis è terra promanantibus aquis prætari unquam poſſint æque operatur. Doſis Magiſterij hujus aperitivi à dimidia ad totam Drachmam, plus minuſve, in vehiculis appropriatis; vel cum electuarijs, conſervis, morſulis, rotulis, alijſque medicamentorum ſpeciebus, pro Medici arbitratu commiſcetur. Doſis verò vini Martialis eſt ab Vnc. ij. ad tres per ſe, vel cum alijs mixti liquoribus.

Magiſterium Iovis.

Mynſ.

Recipe cinerem ſtanni puri, operto igne præparatum, & cum aceto diſtillato forti extrahe ſalem, ut eſt artis. Poſtea ſume ſpiritum Vitrioli optimè rectificatum, illumque guttatim ſuper extractionem hanc prius debitè filtratam inſtilla, ſic ſtatim albeſcet inſtar lactis, & præcipitabitur pulvis albus ad fundum vaſis, quem exime, & toties aq. pluviali diſtillata edulcora, donec omnis acrimonia ſeparetur: tandem pulvis exſiccatur & ad uſum ſervatur.

Vires, Vſus, Doſis.

In aberratione Vteri & alijs affectibus hyſtericis miranda præſtat: Aſſumptum enim Vterum vel ex eo tetros vapores ad ſupernas partes aſcendentes cogit, ſiſtit, & graviſſima ſymptomata hinc naſci ſolita impedit. Doſis à gran. iv. ad vj. in vehiculis appropriatis.

Magiſterium Saturni. M.

Recipe Salis Saturni cryſtallini & pulcherrimi q. v. ſolve in aq. Roſarum; poſtea affunde Spiritum Vitrioli (ſunt qui oleo Tartari utuntur, ſed Spiritus Vitrioli præſtat) lente & celeri tamen lapſu, tamdiu, uſquedum calorem ſpiſſi lactis acquirat. Deinde filtra per chartam emporeticam, & Magiſterium albiſſimum in charta remanens, ſecundum artem ſpagyricam, aquis cordialibus edulcora, exſicca, & ad uſum reſerva.

Vires, Vſus, Doſis.

Magiſterium hoc Saturni ab omni nauſeosâ & noxiâ dulcedine liberum eſt: Propterea feliciſſimè eo utimur in Phthiſi, Hectică, Febribus ardentibus, aliiſque inflammationibus internis. Item, in Quartana, Lienis affectibus, Colica, & Libidine Venerea. Secretum eſt; his enim omnibus contrariatur. Doſis à gran. iv. ad gran. vj. in vehiculis congruis & ſpecificis. Præterea uſus ejus præſtantiſſimus eſt in putredine oris, ulceribus malignis, Cancroſis, Saturninis, Lupo, Fiſtula, igne Perſico, Ambuſtis, puſtulis faciei rubeis, Rubedine oculorum, &c. Poteſt varie vel Emplaſtris, vel Linimentis miſceri, vel in alijs appropriatis ſolvi & externè applicari.

Anima Vitrioli. *Mynſ.*

Recipe aliquot magna & capacia fictilia, quo majora & capaciora eò meliora; imple illa aq. pluviali, & in unum quodq; fictile duos, tres, vel plures manipulos communis vitrioli immitte; vitriolum autem metire, adauge vel imminue, pro fictilium quantitate, vitriolum in aqua colliqueſcat, & aliquoties circumfuſum in ſole vel aere immotum conſiſtat, ita tamen ne pluvia vel res immunda in fictilia incidat: Tunc videbis animam vitrioli inſtar Iridis vel caudæ pavonis in aquæ ſuperficie natare, vario calore, quem colorem quam ſubtiliſſime cochleari ab aqua aliquoties in die exime, aquam circumfunde, & mox in illa quieſcente vicisſim apparebit anima, quam recipe, & tantum illius pedetentim collige, quantum putabis ſufficere: Et nota quando colores non magis apparent in aqua quod exempta ſit anima, quæ immiſſo recenti vitriolo eſt reſtauranda. Abſtracta anima ſub initio eſt limo terræ ſimillima, quam tigillo immitte, & in fortiſſimo igne ſine exandeſcere, tunc illa ſanguinis colore tincta, erit fixa, & perdurabit in flamma, nec illi minimum decreſcet granum, licet plures dies ignis ſentiat comburium.

Vires, Vſus, Doſis.

Hæc Vitrioli anima (philoſophicè prius extracta & ſpagyricè præparata) in morbis quam plurimis, & præſertim in omnibus capitis & ventris fluxibus, menſtruorum & ſanguinis profluvijs, &c. Epilepſia, Hydrope, Gonorrhœa, punctura laterum, Arthritide, Febribus, phrenetis, &c. myſterium eſt. Doſis à granis ſ. ad 6. & 8. in vehiculis appropriatis & morbum propriè reſpicientibus.

Arcanum Vitrioli.

Mynſ.

Diſtilla ex vitriolo nativo calcinato oleum rubicundum. Recipe caput mortuum & inde extrahe ultimum ſalem à vitrioli ſapore omnino liberum: Deinde miſce tres partes hujus ſalis extracti & duas partes olei diſtillati, ſine in igne areſieri. Hunc laborem toties repete, quoad ſal dupletur pondere, pro conſtitutione priore: Tunc ſalem in vitream cucurbitulam mitte, tantundem ol. vitrioli ſuffunde, ſigilla Hermeticè, pone in putrefactionem; poſtea in arenam calentem; ſic intra paucos dies reperitur coagulatum: Et ita præparatum eſt.

Vires, Vſus, Doſis.

Hoc Arcanum non duntaxat eſt ſpecificum ſtomachicum; verumetiam efficaciſſimum contra omnimodos morbos remedium: Quo ego, pro conſervanda ſanitate corporis, in genere feliciſſime utor. Doſis à gran. 3. 5. ad 6. & 8. in vehiculis appropriatis.

Nitrum Vitriolatum. Mynſ.

Recipe Nitri præparati part. j. Sp. Vitrioli rectificati part. ij. Miſce & diſtilla per Retortam ſecundum gradus primum lem, deinde fortiori igne, donec tandem Retorta candeſcat, & cum nil ſpiritus aſcendit amplius, refrigeſcat paulatim, & ſic in fundo cornutæ pulvis remanet niveus, qui aeredinem ſuam corrolivam & nitroſam fere amiſit. Huic ſpiritus vitrioli recentis tantum affunde, quantum ad ſolutionem ejus perfectam ſufficiens; deinde per chartam emporeticam filtra, & ad medietatem uſque evaporare ſine: Et tunc demum loco frigido infer ad cryſtallandum. Hos cryſtallos exime, ſicca, & ad uſum reſerva. Et ſic verum habes Nitrum vitriolatum, quod etiam à Chymiatris quibuſdam ſpiritus vitrioli coagulatus appellatur.

Vires, Vſus, Doſis.

Eandem virtutem & operationem, quam ſpiritus Vitrioli, exempto, quod magis refrigerat, vimque

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 742 sur 955

diureticam majorem habet, in tingendo etiam idem quod ille præstat. Operatio ejus præcipua consistit in incidendo, dissipando, mundificando, siccando, contrahendo putredini resistendo, & mediante acetositate sua sitim restinguendo. Hinc in omnib. Febrib. malignis, pestilentialibus, putridis, Hungaricis, Epidemicis, quæ ex sulphurea, astrali, & venenosa influentia in hominib. accenduntur & moventur, præstantissima est Medicina, Bezoarticam continens proprietatem, qua sudorem sæpè & urinâ promovet, simulq; omnes fervidos & noxios intus vapores consumit; purgat & confortat etiam stomachum fervescentem, & concoctionem ejus juvat, appetitum excitat, putredinem, halitus fœtentis causam aufert, nec non vermes, ex cruditate & putredine natos, enecat. Hepaticis etiam, quorum facies scatent pustulis rubentibus, uti & illis, qui Diarrhææ sæpè sunt obnoxij, remedium est utilissimum.

In Angina, Pleuritide pestilentiali, tumore Splenis, Gonorrhœa putrida, & fluxu albo mulierũ, Scorbuto, & similibus, æquè proficuũ est medicamentum. Dos. à granis 4. 6. ad 8. & 10. in conservis, electuarijs, Syrupis, Julapijs vel alijs convenientib. liquoribus. In affectibus frigidis vino mixtum exhibetur; In Febribus autẽ ardentib. fõtana pura vel hordei aqua. Alias contra Diarrhœam & pro Hepatis confortatione, uti etiam in Gonorrhœa & fluxu Matricis cum conserva Rosarum rub. est miscendũ, ut acescat, & rubedinem sanguineam induat, de quo manè & vesperi ad quantitatem Castaneę sumatur. Omnes vero illi qui contracturæ & nervorum convulsioni obnoxij sunt, quique capitis valdè sicci, corporis admodũ macilenti & aridi sunt, adeoq; illi etiam, qui Stomachum valde tenerum & debilẽ habẽt, & orificũ ventriculi subtile; Mulieres item & virgines pressione menstrui laborantes, hi omnes à medicamenti hujus usu abstineãt.

Flores Nitri. Mynſ.

Solve Nitrum præparatum in aq Rosarum; Postea inde ollæ novæ non vitreatæ, & pone in loco frigido per aliquot dies; donec Flores Nitri pertranseant, & parietibus ollæ externis adhærcant: qui deinde pede leporino diligenter abstergantur, & ad usum, sine ulteriore præparatione serventur.

Vires, Vſus, Doſis.

Febribus Hungaricis, & alijs malignis & ardentibus singulariter conducunt. Omnes inflammationes compescunt. Faucium scabritiem, confiniumq; partium æstum, præsertim quando nigrescere incipiunt, citissimè tollunt. Insuper ad Cordis, Ventriculi, Pulmonis, Hepatis, Lienis, Renum, & Vesicæ, intemperiem calidam alterandam, insigniter valent. Calculum expellunt, & Vrinam remoratam pellunt. Dosis à Dr. ß. ad Dr. j. in vehiculis appropriatis.

Spiritus Salis Coagulatus. Mynſ.

Recipe Sal. Absinthij crystallinum vel summe rectificatum, huic superadde de Sp. Salis tantum, ut cũ eo secundum artem Spagyricam coaguletur & uniatur, ita tamen ut sapore & vi prævaleat & exsuperet Spiritus Salis. Hoc ita coagulatum & justè jam consistens, in vase vitreo serva ad usum: Est enim tum circumgestatio ejus, tum tractatio multo commodior, quam ipsius Spiritus Salis.

Vires, Vſus, Doſis.

Excellentissimum est medicamentum, proprietatem habens balsamicam: Totum hominem renovat. Sanguinem purificat. Caput, Cor, & Ventriculum confortat. Obstructiones Hepatis & Lienis reserat. Incidit, discutit, mundificat, & putredinẽ fugat. Præterea q; diureticũ est efficacissimum, adeoq; specificum Hydropicum, omnes quippe aquosas humiditates & flatus, omnemq; tartaream & viscosam materiam, unde calculus Vesicæ ac Renum procreatur, per urinã potenter expellens. In Iliaca & Colica passione, Ictericia, Febrib. diuturnis & ardentibus, Dysenteria, Paralysi, Apoplexi, a Podagra, Lepra, Lumbricis, Hernia, sudore Anglico, Peste, Venenis, &c. præsentaneum est auxilium. Dosis à granis 6. 7. ad 10. & 15. in vehiculis specificis & appropriatis. In Hydrope offertur (præmissis tamen universalib.) in aq. Absynt. & Sp. Fl. sambuci ana, mixtis, quotidiè continuando, donec Hydrops & Tympanitis paucis diebus evanescant.

Spiritus Vitrioli Coagulatus. Mynſ.

Eodem modo Spiritus Vitrioli cum Sale Acetosę coagulatur, medicamentum certè divinum & in usu medico maximæ efficaciæ, ut experientia omnium rerum Magistra testatur.

Vires, Vſus, Doſis.

In corroborando languente ventriculo, cujus digestionem promovet, nec non in Febribus Stomachi, inflammationibus & Siti, &c. secretum est. Vtimur etiam in omnibus morbis Capitis, Suffocatione Matricis, Calculo, Ictero, Peste, morbis Epidemicis, &c. fortiter enim impressioni resistit & à putredine conservat. Dosis, corpore prius evacuato, est saporis in acidum mutatio, ita tamen, ut dentes stupidi non reddantur; Exhibetur in jure carnis calido, vel in alio vehiculo appropriato: Cholerici tamen & Picrocholi, &c. ab ejus usu planè abstineant. Coagulatur etiam à quibusdam Spiritus Vitrioli, cum Sal. Absinthij, & æquè efficax est in sua operatione.

Gemma Vitæ. Mynſ.

Recipe Salis Gemmæ, prius ingeniosè fusi; Postea aliquot vicibus, secundum artem Chymicam, in vino Rhenano dissoluti, filtrati & cogulati ℔. ij. Indantur cucurbitę argilla benè munitæ, & imponatur alembicus duplex, ut sciunt artifices, cum recipiente satis capaci, & servatis gradibus, igne fortissimo sublimetur, donec omnes albi & corrosivi Sp. exierint, & recipiens nubibus repletus, iterum factus sit clarus. Deinde Sal in alembicum elevatum, eximè, & cum Sp. V. extrahe: Impræ gnatum vero spiritum aufer per inclinationem & seorsim custodi. Sal in fundo relictum, iterum in priori vino Rhenano abstracto dissolve, filtra, & per alembicum aquositatem evoca: Exsiccatum secunda vice sublima, & sublimatum denuo cum Sp. Vini, ut prius, extrahe, laboremq; hunc quater vel toties reiterando, usq; dum nihil amplius extrahi possit. Vltimo omnem Spir. Vini seorsim servatum, à sale impregnatum, simulq; mixtum, in lento balnei calore, ad siccitatem Salis evacuato: Sic habebis Sal spirituale, amabile, pulchrum & crystallinum, magnæ profecto virtutis & operationis.

Salem hunc vasi argenteo aurato tandem inde, funde, & in fluxu, sub regula probatoria pedetentim tot folia auri puri, fermentando, impone; donec tingatur colore rubicundissimo, & tunc post quadrantem horę eximè, refrigescere sine, in subtilissimum puly. redige, & velut incomparabilem Thesaurum ad usum repone. Dosis gr. iij. ad ℈ß.

Alu.

Alumen Tinctum. Mynſ.

℞. *Alum. crudi* ℥j.
Mag. Sang. Dracon. ℥. ß.
Salve in aq. Card. ben. & coagula.

Doſis ℈. ß. ad ℈j. in quart. hęmorrh. dyſent. febribus quoq; ante paroxyſmum ſumpt. in aq. appropr.

Magiſterium Lapidis Bezoar. Mynſ.

De lapide Bezoar orientali pretioſiſſimum etiam ac præſtantiſſimum Magiſterium ſiccum, virtutis & efficaciæ ſubtilis ac penetrantis ſic paratur: Bezoar debito modo & artificio ſolve in menſtruo, cujus præparatio jam ante fuit indigitata; ſolutum filtra per chartam: poſt ad manum habe acetum diſtillatum, vel ſuccum Citri clarificatum, hunc guttatim ſolutioni ſuperinfunde, celeri tamen & alto lapſu; ſic ſtatim tenellus ſubtiliſque pulviſculus præcipitabitur in fundum, ferè ſine omni acrimonia, qui deinde, evacuato prius menſtruo, aquis cordialibus edulcorandus, ſiccandus, & ad uſum, utpote verum & ſincerum lapidis Bezoartici Magiſterium, adſervandus eſt.

Vires, Vſus, Doſis.

Nobiliſſimum hoc Magiſterium ita præparatum, in omnibus affectibus & ſymptomatibus malignis, contraq; omnia venefica cordi infeſta, præſertim ubi qualitas calida, & putredo deprehenditur, adeoq; in alijs omnibus, ubi uſus lapidis Bezoar dilaudatur, adhiberi & uſurpari poteſt, apud illos imprimis, qui naturę ſunt tenellæ, nauſeantes medicamenta; nec minus apud gravidas & infantes, cum nec odorem, nec ſaporem ferè ullum habeat. Doſis ejus in infantibus eſt, à 2. 3. uſq; ab 4. grana. In Adultioribus verò pro diſcrimine ætatis & neceſſitatis à 10. 12. ad 15. gr. Datur in aq. deſtillatis & convenientibus, prout Medico perito commodiſſimum videbitur.

Magiſterium Corallorum Roſatum. Mynſ.

℞. *Acti vini deſtillat. Lib. iv.*
Roſar. rub. exſic.

Miſce & ſtent in infuſione, donec Tincturam rubicundiſſimam accipias, quę filtrari debet; Atq; in hac diſſolve Coralliа rubra, ut eſt artis: Poſtea in hanc ſolutionem Spir. Vitrioli fac inſtillare, & mox pulvis ſubrubeus ſeſe præcipitat, quam in umbra, & non in ignis calore exicca, & ſine omni edulcoratione, ne per illam acetoſitas Spirit. Vitrioli tollatur, & Tinctura Roſarum abluatur, ad uſum reſerva.

Vires, Vſus, Doſis.

Magiſterium hoc in illis adhiberur & uſurpatur, ubi alias Corallorum rubeorum uſus communis in pretio habetur. Cor & Spiritus vitales confortat, & ab omni veneno præſervat. Sanguinem purificat, putredini, alijſque morbis omnibus è ſanguine corrupto exiſtentibus reſiſtit. Modicè refrigerat, ſiccat, & contrahit: Vnde membra omnia interna, è calida intemperie debilitata, rurſus corroborat, & in bono valetudinis ſtatu conſervat. In ſubverſione Stomachi, vomitu, Hęmorrhagia narium, fluxu Epatico, Suffocatione Matricis, Menſtruis ſuperfluis, fluxu albo Vteri, Abortu, Gonorrhæa, Calculo Renum, Dyſenteria, cæteriſq; alvi profluvijs experimentum eſt, maximè utile. Doſis à gran. iij. ad iv. in vehiculis appropriatis & affectum proprię reſpicientibus.

ANNOTATIO.

Simili modo, Magiſterium Corallorum Pœoniatum, ex floribus Pœoniæ, parare ſolemus, in Epilepſia & alijs periculoſis affectibus, medicamentum valdè commendabile. Et hoc etiam de alijs quibuſdam floribus intelligendum eſt.

Scammonium Roſatum. Mynſ.

Recipe Sp. Vitrioli cum Sp. Vini prius rectificati unc. iij. Roſar. rub. exſic. Dr. j. ß. Infundantur donec Spiritus rubicundus evadat; quem per chartam filtra, & habes Spir. Vitrioli roſatum. Poſteà cum hoc Sp. diſſolve Scammonium crudum inſtar pultis, iterumque exſicca, & hunc laborem vice ſecunda & tertia repete. Tandem adde pauxillum Sp. Roſarum & (piſtillo prius ol. amygdal. dulc. illinito) tere fortiter ut fiat maſſa; ex qua deinde cum ol. Stil. Roſatum & Cinnamomi formentur Trochiſci fragrantiſſimi & ſuaviſſimi odoris, qui per plurimos annos inviolati ſervari poſſunt.

Vires, Vſus, Doſis.

Diverſos humores, imprimis autem flavam bilem citra moleſtiam evocat, & à vaſis & ſanguine exhaurit; Hinc in multis morbis evacuatione egentibus magno cum fructu exhibetur: leniter enim & ſine omnibus torminibus alvum ſubducit. Doſis à granis xiij. vel xvj. ad xx. uſque. Formentur inde pilulæ, vel in pulverem poſt exiccationem teritur, & in vehiculis appropriatis offertur.

ANNOTATIO.

In tota Republica Spagyrica, nobilius Scamonij correctorium invenire hactenus haud potui. Teſtor ipſam experientiam. Hoc enim cætera omnia, immò ipſam Scammonij reſinam ſuperat. Quia lentam, tenacem, viſcoſam & venenoſam ipſius malignitatem diſſipat, atq; corrigit, & certas dejectiones promittit; quæ ſemper ex reſina aſſumpta non ſequuntur.

Magiſterium Scammonij. Mynſ.

Spagyrica & vera Scammonij præparatio & correctio qua ſecretiores Medici utuntur, hæc eſt: Recipe Scammonij ſelecti ſufficientem quantitatem, quam ſolve in S. V. ſophorum; poſt debitam filtrationem iterum in B. per alembicum ad medietatem ſaltem abſtrahe, & aq. Roſaceæ, quantum ad præcipitationem requiri videbitur, affunde, & præcipitabitur reſina Scammonij puriſſima, abſque omni venenoſa acredine, nauſeoſo ſapore & odore omninò libera, quâ remoto phlegmate ſicca, & ad uſũ reſerva.

Vires, Vſus, Doſis.

Ex corpore humano utramq; bilem, alioſq; humores diverſos, ſine omni leſione & nauſea deducit: propterea vix mitius, ſuavius & nobilius catharticum in rerum natura inveniri poterit. Doſis à ℈. ß. ad ℈. j. in converſis vel alijs vehiculis appropriatis.

Magiſterium cum Ghittajemou. M.

Eadem lege ex Gum. Peruviano Magiſterium ſeu flores præparantur ad expurgandos ſeroſos & craſſos humores, catharticum incomparabile, quod magnifaciendum & ad uſum reſervandum. Doſ. à 10. 12. ad 15. grana & Scr. j. præſertim in robuſtioribus.

Gummi de Peru Roſarum. Mynſ.

Recipe Gum. de Peru, ſeu Ghittajemou optimè pulve-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 744 sur 955

pulverisat.unc.j.aq.Cichorei unc.ß.Sp.V. rectificat. Dr.j.Hæc benè comixta,tabulę vitreæ vel vasi indico superilline,loco calido (sed non nimium tamen,aliàs nigrescit ac deperit)evaporare sine ; donec materia terreum colorem induat. Hanc postea pulverisa & adde pulv.flor.Rosar ruber.unc j.Sant.rub.Dr.ij.S. Vini sufficientem quantitatem affunde , per horas 24.circula,tum quando refrixit,per chartam filtra,& paulatim usq; dum siccetur evaporare sine. Et sic extractum habes rubicundum, validæ ac præstantissimæ efficaciæ, ipso etiam aspectu pulchrum & amabile,cum Gummi per se vel ejusdem magisterium ob colorem suum injucundè flavescentem,nauseam facilè pariat. Quo fine etiam inventum,nulliq; hactenus,nisi dignis,à me revelatum & communicatum.

Vires,Vsus,Dosis.

A serosis humiditatibus totum corpus humanum sine omni periculo & difficultate purgat. Vnde ingenti cum fructu & commodo in Cachexia,Hydrope,Arthritide,Podagra,similibusq; affectibus ; uti etiam in Scorbuto,& morbo virgineo, instar singularis experimenti,usurpatur. Dosis à granis 15.ad 21. præsertim in robustioribus.

Ambra Moschata.Mynſ.

℞. *Ambræ grisęæ & puræ unc.j.*
Mosch.hiodoratiſſ Dr.j.
Elæosach.Citri Dr ß.

Misce&f.pulvis subtilissimus,qui irroretur Sp.Ros. ardēte,&iterū exsiccetur; hic labor aliquoties repetatur;postea denuo subtiliter teratur,& usui reponatur.

Vires,Vsus,Dosis.

Calefacit & siccat. Cerebrum confortat,Corroborat,& omnibus ipsius affectibus succurrit. Dolorem Capitis diuturnum mulcet. Albugines oculorum tenues detegit. Humidas oculorum defluxiones consumit. Senibus & natura frigidis mirificè opem præstat. Vino infusa temulentos efficit. Dosis à Gran.iv.ad vj.& viij.ad summum,in vino generoso,vel in alio vehiculo appropriato.

Diacinnamomum Regium. Mynſ.

℞. *Succulatæ Indæ unc.iv.*
Nuc.Mosch.Indic.cond.N.ij.
Syr. Cinnam.noſt. q.ſ.

Misce in formam Electuarij,& adde:

Conf.Alkermes unc j.
Ol.Cinnamomi unc.ß.
Ambræ Moſchatæ.
Margarit.trochiſcat.ana Dr.j.
Fol.Auri Vngar.N.xxxj.

Denuò misce & tanquam Regium & magnificentissimum medicamentum ad usum repone.

Vires,Vsus,Dosis.

Calidæ est facultatis. Cerebrum & cor supra modum confortat. Stomachi vitiosos humores discutit & concoctionem juvat. Syncopen & cordis palpitationem tumoremq; Ventriculi prohibet. Flatus dissipat. Colicos dolores à causa frigida sedat.Oris halitum commendat. Omnem putredinem impedit. Senibus frigidis & debilibus,& quib. humor nativus, & calor naturalis iminuuntur,convenit. Vires mirificè reficit. Sperma auget. Vim procreandi promovet ; nec non ad Venerem moderatè stimulandam, libidinem suaviter excitandam , Coitū tuto augmentandum,experimentum Regium est.Dos. mane ante

[illegible]

vellanę,plus minusve , pro ratione complexionis & sexus.

Margaritæ Trochiscatæ. Mynſ.

℞. Sal.Perlarum orientalium candidissimi , atq; ab omni acerositate liberi,q.v.solve in aq. Roris majalis supra triticum collectæ,vel in alia cordiali: solutioni guttatim immitte Spir.Vitr.rectif. quantum ad præcipitationem requiri videbitur,& præcipitabitur pulvis albissimus ad fundum , quem remoto phlegmate edulcora & exsicca, ut est artis , verum enim Margaritarum magisterium habes.

℞. *Hujus Magiſterii unc.j.*
Ol.Roſar. veri.
Cinnamomi ana Scr.j.

Misce & cum tragacanth.in aq.Rosar. & Cinnamomi ana dissolut. f.l. a. Trochisci parvi,quos thesauri instar custodi & ad usum repone.

Vires,Vsus,Dosis.

Ad cordis affectus,utpote,dolorem,angustiam, tremorem,pulsationem,palpitationem,& animi deliquia,&c. Item,in dolore capitis, Vertigine,Epilepsia, Apoplexia,Paralyti,Contracturis,Resolutione nervorum,Convulsione,Phrenitide , Melancholia, Mania,Arthritide,Podagra, Tabe, Aridura,Marcore senili,Calculo,Hydrope,Scorbuto,morbo Gallico,Febribus,&c.sumum est confortativum. Sanguinem enim purificant. Omnes sensus,Cerebrum,Memoriam,& cor confortant , totumq; corpus sanum conservant. Naturam internam & fœtum in Vtero fortificant , Sp.corroborant, Vires reparant,Semen humanum augent. Lac muliebre emendant. Oculorum nebulas detergunt. Catarrhos absumunt,&c. Et Margaritæ hæ trochiscatæ , à multis Magnatibus, ex ordinatione nostra , hactenus satis sunt comprobatæ,instar secreti æstimatæ , auroq; potabili in effectu æquiparatę. Dosis pro natura infirmi & judicio prælentis Medici à gramis vj.ad viij. in vehiculis appropriatis & specificis.

Elæosacharum Citri. Mynſ.

℞. *Aq.Roſarum* ℔. *xvj.*
Cort.Citri ext.℔.*j.*

Destilla per vesicam,separa oleum ab aqua,rectifica & ad usum reserva;postea:

℞. *Sacchari cand..alb unc.iij.*
Ol.Citri rectiſ.unc.ß.

Misce & habebis Elæosacharum Citri odoratissimum. Est alius secretior,Elæosacharum Citri & Aurantiorum,parandi modus,videlicet ex eorum corticibus exter. & recentibus succus oleosus expressus, & cum sachari candi albi s.q. mixtus , & bene incorporatus,quod Elæosacharum odore & sapore longè suavius,præstantius,& paratu etiam facilius est.

Vires , Vsus , Dosis.

Ad Cordis & Ventriculi imbecillitatem juvandam, concoctionem promovendam,Flatus discutiendum, salubre est. Insuper Venenis adversatur. Oris halitum commendat & suavitatem accersit. Vino etiam permixtum,illud suavissimo suo odore & sapore magnificè illustrat. Dosis à Scr.ß. ad Scr.j. in vehiculis convenientibus.

ANNOTATIO.

Hac via ferè ex omnib.aromatibus,Gummis,Corticibus,Herbis,Florib.& Seminibus,&c.Caryophyllis scilicet,Cinnamomo,Cassia lig.Nuc.Mosc.Macis Pipere,Succino albo,Mastiche, Majorana , Salvia, Ruta,Lavēdula,Fl.Chamom.Rosis,Aniso,Fœnicul.

Ange-

Angelicâ, Caruo, Cymino, Anetho, &c. & ſimilibus, Elæoſachara talia; naturæ humanæ amiciſſima parari poſſunt.

Magiſterium Lap. Lazuli.

℞. *Lap. Lazuli* ℥iij.
Aq. fort. ℥iij.
Aq. Comm. ℥ij.

Stent in infuſ. per trid. præcip. cum ol. ℈. edulc. & exicc.

Magiſt. ex Vegeb.

Fiat lixivium ex calc. viv. infund. v. g. Rhab. vel abſynth. per trid. præcipitetur cum aq. font. ℥v. *Alum.* ℥iij. *impregnatæ, edulc. exicc.*

Cornu cervi alcis, Cranei, &c. Spagyrica vel ſine igne calcinatio & præparatio.

Mynſ.

Calcinatio hæc commodè in veſica perficitur coctione continua, mediante aqua dulci, per cujus vaporem cornu in collo veſicæ, qua parte maximè attingi & penetrari queat, ſuſpenſum, jucundo & miro modo ad perfectam albedinem abſque flammis violentis, vires alias exurentibus (ut in vulgari calcinatione fieri ſolet) calcinatur: Veſicæ autem quarta pars ſit vacua, & ſi inter bulliendum aqua evaneſcit, affundatur, alia fervida, uſque dum fumigatoria hæc calcinatio (quicquid enim hac methodo calcinatur, non immerito per fumigationem calcinatum dici poteſt) penitus abſoluta fuerit.

Vires, Vſus, Doſis.

Cornu Cervi ita præparatum, vi ſua diaphoretica Vnicornu æqui parandum; omnibus enim cordis affectibus confert, & contra omnia venena mirificè præſtat. Inſuper, morbo Regio, Dyſentericis, Cæliacis, ſanguinem exſcreantibus. Veſicæ doloribus vulvæ fluxione laborantibus, &c. prodeſt. Cornu vero Alcis ejuſdem ferè efficaciæ eſt, cordiale nobiliſſimum, in febribus malignis, aliiſq; morbis quam plurimis ſecretum & ſicut Cranium Epilepſiæ, Apoplexiæ, Vertigini, &c. ſingulariter medetur. Doſis à Scr. ℈. ad Scr. j. & Drach. ß. in vehiculo morbum propriè reſpiciente.

OPII THEBAICI.

Spagyrica & vera præparatio.

Mynſ.

Opium Thebaicum verum minutim conciſum Laminæ ferreæ impone, & ſuper ardentibus prunis tamdiu agitando per ſe eoque, donec omnes venenoſi & corroſivi halitus ſurſum evaporando diſpareant. Vbi circumſpectè cavendum, ne quem exhalando inficiant. His autem omnibus evaporatis, opium ſuper laminas relictum, odorem violarum referens invenies, id, quod verum ſignum omnis jam depulſæ venenoſitatis: Poſtea Opium hoc ita præparatum vel aceto Vini diſtillato, vel ſucco Citri, extrahe, menſtruoq; rurſus evocato, ad uſũ repone.

Nitri præparatio. Mynſ.

Recipe Nitri per flor. Sulphuris purificat. Lib. ß. ſolve in Sp. V. & Vitrioli ana ß. q. deinde abſtrahe Spiritus, donec cruſtam nanciſcatur, pone in loco frigido, tunc in fundo Nitrum in ſtirias deſidet: auferhumiditatem & ſicca cryſtallos concretos, & ad uſum reſerva.

Millepedum ſive aſſorum præparatio. M.

Recipe Millepedum q. v. abluantur Vino Malvatico, & in vitro bene clauſo, maſſa panis circumducta, in clibano exſiccentur; exemptis denuò affundatur tantum Vini Malvatici, quantum poterit imbibere, rurſuſq; exſiccentur, tertiò repetatur; quarto aq. Nephritica noſtra vitriolata imbibantur & macerentur per biduum vel triduum: poſtea exſicca; pulveriſa, & ad uſum reſerva.

Helleberi albi præparatio. Mynſ.

Recipe Helleborum Album ſubtiliter pulveriſatum, affunde aliquoties acetum à ſolutione Corallorum rub. rurſus abſtractum & vitriolatum, in quo tamen prius flor. cordial. & grana chermes maduerint, iterumq; exſicca. Sic habebis Helleborum album optimè & Spagyricè præparatum, quod ſine ulla formidine, in plurimis morbis intra corpus certa doſi & mixtura tuto exhiberi poteſt.

Cochlearum teſtarum præparatio. M.

Recipe cochl. oblongas teſtas, quæ propè piſcinas & lacus reperiuntur, affunde acetum diſtillatũ, ſtent in infuſione per noctem, ad extrahendum mucorẽ, quem diligenter abrades; poſtea pulveriſa & cum aq. Card. Ben. in marmore præpara: volatilis enim illarum cinis per calcinationem alias factus, nullius eſt pretij nec operationis in uſu medico.

Silicum Fluviatilium calcinatio & præparatio. M.

Silices fluviatiles, albicantes & nitentes, adeoq; optimos tibi ſume, in igne forti fac candeſcere, eoſdemq; ſemper aqua, in qua Sal Armoniacum diſſolutum, reſtingue, & hos candefactionis & reſtinctionis actus aliquoties repete; ſic niveo tandem colore Silices apparebunt, & in pulverem facilè redigentur. Pulverem hunc deinde aq. Roſacea edulcora; & farinam, hanc albiſſimam ad uſum reſerva.

Vires, Vſus, Doſis.

Pulvis hic, non ſolum per ſe, dentifricium eſt efficax, quod ab omni tartaro corroſivo, aliiſq; ſordibus dentes de repente purgat, & candidos reddit; Verũ etiam à ferro, chalybe, & hinc fabrefactis armis omnem rubiginem extempore tollit, eademq; pulchra & nitentia facit; ſi nempe rubigo antea collinatur & emolliatur oleo Lemplini, & tum demum hoc pulvere defricetur. Hoc modo expolita & ſuſpenſa arma, plurimos annos à rubiginis inteſtũ & roſione pura & integra manent. Et hoc ſanè tum pro magnorum principum tum urbium etiam celebriorum armamentarijs medium eſt non contemnendum.

Lapidis pumicis præparatio. M.

Pumex ignitus exſtinguatur in lacte vaccino dulciter, & quarta vice relinquatur, quouſq; infrigidatur abſq; alia exſtinctione; poſtea pulveriſetur & pro farina virginea noſtra præparatus eſt.

Terræ Vitrioli dulcis præparatio. M.

Recipe vitrioli virid. ad perfectam rubedinem calcinati q. v. pulveriſa & aliquoties aq. pluviali deſtillata edulcora, uſq; quedum terra rubra ab omni ſalſedine & acrimonia ſit libera: poſtea terram illam dulcem ſeu inſipidam exſicca & ad uſum reſerva.

Aluminis Plumoſi calc. & præp. *M.*

℞. *Salis communis fuſi partes* ij.
Aluminis plumoſi opt. partem j.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 746 sur 955

Misce & ponantur in tigillo, & reverberentur l. a. per 12. horas: postea reverberatam materiam exime, & aliquoties aq. calida ad salis admixti resolutionem edulcora, donec pulverem absq; omni falsedine liberum habes. Cui ad eminentiam 3. vel 4. digitorum Sp. V. Junip, affunde & ad suos usus repone.

Psilothrum probatum D. D. Scheferi.

℞. *Tart. q. v. Imbib. aceto acerrimo & calcina in fornace figulino ad albedinem. Extrahe salcum aceto, quod iterum calcina superiori modo sale rursus extracto per acetum, quinquies hunc laborem repete & paratum est psilothrum.*

In usu solvatur aqua fontana & inungatur locus, laveturque rursus & operabitur sine noxa.

Lapis septicus, seu cauterium potentiale.

℞. *Cineris Clavellati.*
Calcis vivæ ana partes æquales.
Macerentur per dies aliquot in aqua communi: postea colentur, & clarum coquatur ut artis est.

Eo Chirurgi in parandis emissarijs seu fonticulis ac abscessibus extrorsum vergentibus communiter utuntur.

Lapis Philosophorum.

℞. *Aluminis Rochi seu communis Vitrioli Hungarici ana libram unam.*
Misceantur in olla non vitreata, affundendo aquæ fontanæ libras quatuor: hæc perpetuò agitando ad ignem lentum spumam semper auferendo liquescant,

Post adde

Boli arm. ℥j ß.
Cerus. alb. ℥j.
Camph. ℥ij.
Minutissimè pulverisata misceantur, rudicula semper agitando, ac sub finem addendo
Aceti Vini albi libram semis.
Coque ad justam Lapidis consistentiam.

Mirabilis ejus usus in ulceribus fluidis ac putrida humiditate fœdis, sinus & fistulas exergit ac consolidat: ulceribus insuper malignis (quę Cacoëthe vocant) cicatricem inducit.

Aurum fulminans.

℞. *Solis lamin. solv. in Aq. Reg. adde ol. ♀. ut fiat solutio clara, & calx auri præcipitetur, calcem exicca & habebis Aurum fulminans.*
Dosis gr. iij. & iv.

Cave à ferro.

Ferrum Fulminans I. S. Böcleri.

℞. *Aq. fort. ex nitro, alum. vitriol. præp. ℔j. adde*
Salis armon. ℥j. ß. adde
chalyb. lamin. instar holipp. convolut. q. v. ut fiat solut. cum Sale Tart. pulveris. præcipit. calx exicc. eodem tepore quo calx Solis.

Tartar. Fulminans.

℞. *Salis ♀. ℥j. ß.*
Sulph. ℥j.
Nitri ℥ij.
M. cav. ab aëre.

Tartarus Vitriolatus fixus. Grul.

Tartarus vitriolatus inde nomen adeptus, quia è Spiritu Vitrioli, & Oleo Tartari, cui instillatur, Spiritus conficitur, hunc in modum.

℞. *Olei ♀ri rectificati ℥ij. supra hoc instilla guttatim & successive Spir. ♁li rectificati ℥j.*
Et fiet coagulum album subacidum quod est ♀rus fixus Vitriolatus, hunc edulcorabis aqua rosarum, & evocabis humiditatem supernatantem lento calore ad siccitatem Salis.

OBSERVATIONES.

Servetur modus in affundendo Spiritu Vitrioli, ne sapor Salis repercussi nimium fiat acidus, sed quasi nauseabundus: Si enim nimium affundatur de Spir. ♁li, tunc non purgat, alioquin per quatuor emunctoria, Vomitum, fœcessum (si purgantibus immisceatur) item per urinam & sudorem operatur.

Si possit fieri per infundibulum angustissimi orificij, ita, ut certò artificio olei ♁li guttæ paulatim saltem, & successivè stillent in oleum ♀ri, consultius erit; Nam sic bonus Spiritus, qui ex mutua subitæ mixtionis effervescentia evaporando elevantur & evanescunt, retinebuntur.

In hac mutua effervescentia observetur Epilepsiæ generatio, quando videlicet Spiritus vitæ in Microcosmo à Heterogeneis concitatus, simili modo ebullit.

Qui ad duas partes Ol. Tart. part. 1. Salis vel Liquoris corallorum velit addere, antequam Ol. ♁li affundat, ei integrum esto. Præparationem Spiritus Vitrioli invenies in Stomachicorum descriptione, oleum vero ♀ri paulò pòst sequetur.

Vires & Usus.

Hic ♀ ♁latus, vel Acidum ♀ri, est Resolvens & deoppilans: Ergò quoq; optimum Digestivum, quod 1. exigente necessitate, purgantibus medicamentis prętermittendum.

2. In Hemicrania, morbo Regio, & omnium viscerum obstructionibus, in liquore idoneo, seu vino albo exhibetur ęgrotantibus per aliquot dies in aurora, & si opus fuerit, sæpius iteretur usus.

3. In Calculo (resolvit enim efficacissimè ♀rum ubicunq; sit in corpore humano) exhibetur in aqua petroselini seu Parietariæ.

4. Efficacissimum remedium deoppilativum & detersivum, si scrupulus semis vel integer cum Julepi Rosacei unciis duabus, & aquæ Cinnamomi uncia semis misceatur, & exhibeatur.

5. In contracturis, & venarum obstructionibus, è ♀ro ortum habentibus, utere per vices sex, vel octo granis in aqua decoctionis uvarum passularum & Cinamomi.

6. Sudorem provocat in Aq. Carduibenedicti vel vino albo.

7. In Hydrope, ut crassi & serosi humores expurgentur, datur ℈j. cum uncia semis mellis rosacei solutivi, & uncijs duabus vini Enulati.

8. In mensium suppressionibus ex Aq. Artemisiæ. Item in Melancholia & splenis duritie in aqua cuscutæ, Scolopendriæque.

9. Vtiliter etiam in Febribus exhibetur.

10. Purgat per inferiora, & omnes obstructiones tollit, si misceatur cathartico, vel offeratur in Syrupo Rosarum solutivo.

Dosi

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 747 sur 955

DOSIS.

Datur à ℈.ß. ad ℈j. manè antè prandium & vesperi, quando itur cubitum ad plures dies in jusculo, aqua Cinnamomi, vel syrupo violarum. Vid. Croll. pag. 115.

Alia Compositio.

℞. *Salis Tartari q.v. dissolve in aqua calida: Postea præcipita spiritu Vitrioli guttatim instillando.*

Vsus & Dosis.

Vsus ac Dosis conveniunt cum Tartaro Vitriolato.

Nota.

Quo melius lævigatur ♀ ♁latus, eò citius operatur.

Hic ♀ ♁latus, si acuatur granis Extracti Diagridii, vel Resinæ, vel facularum Diagridii, vel Gummi Guttæ jemu. Vel: De Perũ sit nobile Catharticum, *quod leniter, & sine omni molestia operatur; Exempli gratia:*

℞. *♀ri ♁lati ℈iv.ß.*
Extracti Diagridii.
vel Resinæ Diagridii.
vel Gummi de Peru ℈j.
Spec. ier. Diamarg. frig. ℈j.
Olei Citri.
Anisi ana gutt. iij.
F. Pulvis subtilissimus.

Hunc pulverem in tres æquales partes divide, & da singulis auroris unam partem, in brodio pulli, vel carnis bubulæ, vel alio vehiculo.

Vel sic:

℞. *♀ri ♁ ℥.ß.*
Resin. Scammoneæ.
Crem. ♀. ana gr. viij.
Spec. Diamosch. d. ℈ ß.
Olei Cinnamomi.
Fœniculi ana gutt. ij.

Fiat pulvis, quem jejuno stomacho in brodio pulli, carnis, vel conservæ Rosarum vel violarum, tribus horis ante pastum capias.

Vel talem compositionem instituere licet.

℞. *♀ri ♁'ati optimè pulveris. ℥.ß.*
Crystall. Tartari ℈j.
Gummi Guttæ jemu gr. v.
Pulveris Cinnamomi.
Galangæ.
Mastichis ana gr. iij.
Caryoph. ana gut. ij.

Fiat mixtura una vice manè in conveniente liquore capienda.

Dosis Extracti Diagridii, vel Gummi de Peru, vel Resinæ Scammoneæ potest aliquando augeri, minuive prout robur, vel infirmitas ægrotantis requirit.

Notandum hic obiter, quod hęc, & ejus generis Cathartica ijs tantum, qui laxioris alvi sunt, conveniant; qui verò adstrictioris alvi, ipsis alia potentiora propinanda erunt: Nam duro nodo durus quærendus cuneus.

℞. *Pulu. fol. sennæ elect. ℥.*
Radic. Chalapiæ ℥vj.
♀ri ♁lati ℥.ß.
Sem. anisi ℥ij.
Macis ℈j.
Zingib. gr. xv.
M. fiat pulvis pro officinâ.
Dosis à ℥.ß. ad ℈ij.ß.

Tartari vitriolati singularis præparatio.

Recip. *Tartarum albed. calcinatum, soluatur in aceto destill. & fiat sal purissimum, quod iterum solvatur, in Spir. Vini, abstrahendo illum in B. ad siccitatem satis. Huic admisce oleum vitrioli optimum, æquali ferè proportione, guttatim infundendo, ut & tumulti varius stridor non fiat cum nimio impetu, & exurgens vaporum exhalatio, quantum fieri poterit prohibeatur. Continua affusionem olei vitrioli, donec strepitus & ebullitio cesset, tum abstrahe superfluam humiditatem igne cinerum, tandem calcina sal residens fortiter, spatio diei unius, & habebis sal fusibile & fixum cujus dosis est à ℈.ß. ad gr. XV. in morbis ab obstructione ortis, cum syr. viol. vel rosato.*

Acidum Tartari. Grul.

℞. *♀ri albissimi optimi pulverisat. libr. 4. Pone in olla nova libr. 16. ad minimum capiente. Accipe jam cinerum Clavellat. Lib. I. & affunde Aquæ Libr. 4. Stent simul aliquantisper, ut fiat lixivium, quod pulverisato ♀ro affunde, ad horæ quadrantem infundendo, & aliquoties cum bacillo movendo. Postea lixivium decanta, & ♀ calida aqua edulcora, donec nihil lixivii ulterius sentiatur. Porro* ℞. *hoc ♀ & cum s. q. aquæ, ut olla impleatur, ad ignem lentum tribus horæ quadrantibus ebulliant, & ita calidè filtris puris clarifica: & si non satis inclaresçat, denuò filtra, donec ejus claritas tibi arrideat.*

Neque absit erit dimidium aquæ tantum filtrare, & reliquum in olla relinquere, ut cum nova aqua ebulliat. Hoc tantisper repetendum, donec omne ♀ sit solutum, & arenosam materiam in fundo relinquas; ♀ etiam in filtris remanens semper ollæ reddendum. Aquæ filtratæ conjungantur, & evaporatione facta coagulentur, acetosumque in fundo relictum ♀ in pulverem redigatur ad usum.

Vires & Vsus.

Est universale Digestivum, ut ♀ ♁latus, quod in omnibus ferme morbis medicamentis Catharticis præmittendum est.

Offertur autem calidè, nisi intensa Febris, aut stomachi intemperies calida adsit. In Febribus detur in aurora, si paroxysmus manè invadit, vesperi propinetur. In morbis diuturnis, per 5. dies continuetur, & bis per diem, manè scilicet & à prandio; in morbis verò capitis circa introitum lecti exhibeatur. Sed alvus sit semper libera; si enim alvo constipata offertur, dolor inde accidere solet: quia materia absterſa, cum non possit excerni, in flatus, qui dolores excitant, convertitur.

Dosis per aliquot dies, ubi opus est, manè, meridie, & vesperi sit ℈. ß. vel ℈j aut ℥.ß.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 748 sur 955

Cremor Tartari.

Hęc præparatio ♀ non ineleganter Cremor Tartari inſcribitur : Nam quemadmodum Latini cruſtam illam, quæ in lacte, poſtquam in loco calido ſteterit aliquot diebus apparet & materia prima butyri eſt, Cremorem lactis appellitare ſolent: ita quoque procul dubio Chimici Latinos ęmulando, id, quod in decoctione Tartari ſupernatat, & cruſtæ non abſimilis, Cremorem Tartari vocare voluere, cujus compoſitio, lege artis ſic perficitur.

℞. *Tartarum contuſum & aqua aliquoties ablutum, hunc coque in aqua fontana, primò apparebit cruſta, nigra, faculenta, hac ſeparata & rejecta ſequetur cremor ſubtiliſſimus, quem ablatum, ſiccatum, & optimè lavigatum ſerva pro uſu.*

Eligatur ad hanc operationem ♀rus, qui frangendo niteſcit.

Vires & Vſus.

Vſus hujus Cremoris Tartari eſt, ut præmittatur Catharticis pro Digeſtivo, ut Tartarus Vitriolatus: Nam quicquid ex tartaro paratur, ut ſuprà dixi, eſt digerens, Reſolvens & Deoppilans : Ergò non incommode

1. In humoribus craſſis, viſcoſis & tenacibus concoquendis, digerendis, & reſolvendis ex Syrupo Cichorei, Oxymell. ſimpl. exhibetur.

Item 2. in febribus ex aqua fellis terræ.

3. In Ictero ex aqua Geniſtæ.

4. In Anaſarca, Hypoſarca & Aſcite ex aqua Abſynthij.

5. In ſuppreſſione fluxus menſtrui in aqua Pulegij.

6. In Podagra, Gonagra, Chiragra, Iſchiade, in aqua Ivæ Artheticæ.

7. In morbo Scorbutico, in Aqua Cochlearię.

8. In Splenis & Epatis duritie, in aqua Scolopendriæ, vel nobilis Epaticæ.

9. Id adſtricta alvo, in aqua florum Perſicorum. Hunc Cremorem Tartari ſi velis acuere Extracto Diagridij. Gummi de Peru, ut præcedente pagina de præparatione Tartari Vitriolati dixi, habebis elegans Catharticum, quod ſine moleſtia & nauſea (cum nullum ingratum ſaporem, ut pilulæ, aliaq; purgantia ex colocynthide, præ ſe ferat) purgabit.

Cryſtallus Tartari.

Titulus & inſcriptio hujus Medicamenti Chimici, Lector amice, facit, ut antequam ejus præparationem aggrediamur; quemadmodum in priori capite in explicatione vocabuli Cremoris fecimus, intactum relinquere, ſilentioque prętereũ, non poſſimus, quòd Cryſtalli apud Chimicos nihil aliud ſint, quàm ſal optimè depuratus, & in Cryſtallinam formam redactus : Eſt enim plerumque Salium natura ea, ut in cryſtallinam formam, quamvis alijs modis, concreſcant & coagulentur.

Nunc ſequitur præparatio.

℞. *♀ri albi craßiuſculè contuſi q. v. ablue aquâ frigidâ, & poſtea inde cucurbitæ vitreæ, & affuſa aqua in arena aliquot horis, quinque nimirum, vel ſex ebulliat. Poſtea aquam adhuc ſatis calentem per chartam bibulam cola in aliud vitrum, ſatu craſſum & nonnihil calidum, ne frangatur, colaturam in cellam per noctem pone, & Cryſtalli ſatis copioſi lateribus vitri accreſcent & adhærebunt, quos effuſa aqua collige & ſicca. Reliquum in cucurbita Tartarum iterum aqua affuſa coque eodem modo, coctum cola, ac in cellam, ut antea colloca, idq; toties repete, donec Tartarus totus in cryſtallos abierit.*

Vires & Vſus.

Cryſtalli ♀ri ſatis gratum in juſculo carnis, vel alio liquore ſunt medicamentum. Nam non ſunt ingrati ſaporis, ſed tantum brodium vel juſculum acidiuſculum præbent.

Dantur hi cryſtalli ad humores tenaces, craſſos & Tartareos, hærentes in venis Meſaraicis, vel alia parte corporis reſolvendos & abſtergendos; Exhibentur quoque inſuper non ſine fructu ad laxandam & aperiendam alvum, antè catharticorum uſum.

DOSIS

Horum Cryſtallorum à ℈j. ad ℈ij. vel ℥j. in brodio gallinæ, vel alio vehiculo conveniente : Verùm ſi expectantur ad expurgandam alvum adduntur quædam cathartica hunc in modum: Vid. Tyr. Beguin. p. 362.

Tartarus Nitratus. *Mynſ.*

E Tartari Sale & Nitro conficitur Tartarus nitratus ad ſequentem formam.

℞. *Salis ♀ri.*

Nitri præpar. ana ℥ß.

Solvantur in aquâ calida roſarum : Poſtea filtrentur, & ſuper igne mediocriter coquantur, donec quaſi cruſtam acquirat, quæ removeatur, & reliquum in frigido concreſcere ſinas. Sic habebis Cryſtallos albos, quos ad uſum reſerva.

Vires, Vſus, Doſis.

Præſtantiſſimum eſt medicamentum; ſingularem enim incidendi & digerendi humores craſſos & tartareos, nec non meatus obſtructos aperiendi vim habet. Inſuper in Febribus putridis, Vngaricis ac malignis experimentum eſt. Putredini reſiſtit. In inflammatione gutturis, quam Brunellam vocant, præſentiſſimè juvat. Calculum Renum & veſicæ impuritates expellit, urinamq; movet.

Doſis à ℈j. ad ℥ß. in vehiculis appropriatis.

Sal Tartari.

Sal ♀ri ita paratur:

℞. ♀rum in furno figulino, vel in quo tegulæ conficiuntur, ad albedinem calcinatum, hunc reſolutum aqua affuſa coque, donec nulla ſuperſit humiditas, & in lapidem concreſcat, hunc laborem repete, nimirum reſolvendo & coquendo uſque dum Sal candidum extrahatur. Vide Tyr. Chym. Beguin. p. 368. Notas in Croll. p. 281.

Vires & Vſus.

Quemadmodum Cremor. vel Cryſtalli ♀ri, vel quicquid ex ipſo paratur in tollendis omnibus obſtructionibus inter cętera deoppilativa, facilè excellit : Ita in digerenda illa materia, quæ per Catharticum educi debet, præ reliquis Sal Tartari primas tenet ; quando alijs Digeſtivis & Maturativis admiſcetur.

Nam

Nam attenuat crassos humores, incidit viscosos, duros emollit, potentes penetrat, oppilationes aperit, provocat urinam, &c.

DOSIS.

Dosis à gr. 5. 8. ad 15. vel ℈j.

Tartarus Emeticus.

Mynſ.

Recipe Acidi Tartari subtilissimè pulverisati, Croci Metallorum Absinthiaci ana unc. ij. Bene permisce, in phiolam immitte, & aq. Benedict. nostræ Serpilli duas libras affunde, oprime tectum & obligatum tribus aut quatuor diebus in arena calida positum, sæpius move, ut acidum Tartari perfectè solvatur: Postea ita calidum per manicam filtra juxta artem, ut Crocus metallorum, à solutione bene separatus, in illa remaneat. Solutionem verò, quę clarificata pertransit in locum frigidum ad crystallandum transfer. Tum crystallos hosce Tartari impręgnatos exime, siccatosque & pulverisatos ad usum repone.

Vires, Vsus, Dosis.

Emeticum est prestantissimum in omnibus diuturnis, & obstinatis morbis, corporumque affectibus, præsertim in illis hominibus, qui constitutione vitium mediocri & natura sunt tenella, cum in operatione sua multo lenius & tutius sit croco metallorum aliisque vomitorijs mineralibus. Prodest autem imprimis contra Melancholiam, Maniam. Insaniam, Delirium, diutinos Capitis dolores, qui ex alijs corporis partibus per consensum oriuntur, Vertiginem, Epilepsiam, Apoplexiam, Fascinationes, difficultatem Auditus, tinnitum Aurium, & difficilem Memoriam. Item, contra Nauseam & inflationem Stomachi & laterum, Icteritiam flavam, Hydropem, tertianas, quartanas & alias diuturnas, continuas, putridas & acutas Febres, Philtra, Venena hausta, pleuritidem biliosam, & morbos in universum omnes, quos utraque bilis excitat. Prodest porrò contra Dysenteriam illam venenosam tempore Pestis vulgo grassantem. Contra morbum etiam Vngaricum divinum & per quam salutare est remedium. Si quis vel ex usu pravi & venenati cibi aut potus, vel à muscarum virulentarum, aranearum, & similium improvisâ ingluvie, vel à piscium ossiculis, alijsq; in fauce hæsitantibus, vel ab alijs etiam per incantationes immissis rebus, utpote pilis, clavis, aciculis, panniculis, alijsve id genus prodigiosis, in vitę periculo versaretur: hic Vomitorium isthuc miros effectus prestat. Dosis est à 4. ad 5. & 6. grana, presertim in robustioribus, cum vehiculis appropriatis, duabus vel tribus horis ante & post pastum, vel tempore necessitatis.

Attendendum autem, ne vel hæc, vel alia vomitiva quibusvis sine discrimine ordinentur & offerantur; sed illis duntaxat, qui ad vomitum sunt proclives, stomachum fortem, thoracem amplum & latum habent, quiq; vomere sunt consueti, & quibus humorum materia sursum fertur. Picrochili verò, & qui per naturam à vomitu abhorrent, præterea & cerebri sunt debilis, aut ullis affecti capitis imbecillitatibus, quæ ibidem propriè residunt, nec per consensum ex alijs partibus corporis suboriuntur. Omnes itè Phthisici, Asthmatici, Tussiculosi, Colici Hęmoptoici, Inflammati, & qui Apostemata intrinseca, vel obstructiones inveteratas & obstirmatas Mesenterij, Epatis, & Lienis, vel alias in ijsdem partibus scirrhosos tumores, vel membra principalia læsa habent. Quin & illi, qui ardentibus, venenosis & pestilentialibus Febribus valde debilitati & viribus exhausti sunt, nausea etiam perpetua laborant, ut neq; cibum neq; potum continere queant, (quod ipsum non à materia quadam ventriculo inhærente, quam natura ipsa per vomitum ejicere conetur, sed accidentaliter ex affectibus partium adjacentium oritur) Emetico hoc abstineant. Denique tam gravidis, quam alijs etiam mulieribus & virginibus, menstrui retentione laborantibus, quæ non ex viscerum impuritate, sed ex sola venarum matricem ingredientium obstructione existit, vomitiva hęc omninò vitanda. Notandum etiam, cum quis vomere incipit, dari solitum ipsi vel pisorum vel carnis jusculum minus pingue, vel haustum cerevisię calidę; idq; si opus, reiterandum, ut eò facilius vomitus provocetur & actio medicamenti acceleretur.

FINIS LIB. XVII.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 750 sur 955

LIBER DECIMUS OCTAVVS.

DE PVLVERIBVS VARIIS VSVALIBVS.

Diamargaritum frigidum D. Platearii.

℞. *Margaritarum ſplendidarum* ℥ij.
quatuor ſem. frigid. maiorum mundatorum.
ſeminum portulacæ &
papaveris albi.
ſantali albi.
ſantali citrini.
ligni aloes.
zinziberis.
roſarum rub.
florum borraginis.
nymphæa.
myrtillorum ana ℥j.
Coralli albi.
coralli rubri ana ℥. ß. *Mi.*

Fiat omnium pulvis, in vaſe anguſtiore reponendus, & ſervandus.

Pulveres aromatici, ſeu cordiales, vel per ſe ſervantur in vaſe idoneo rite operculato, ne eorum vis expiret, vel cum *melle* ſoluuntur in Electuarium liquidum, aut cum *ſacharo* perfecte cocto in Electuarium ſolidum, ſeu tabulatum coguntur. Per ſe vero ſolent in Officinis ſervari, ut eorum portio vel epithematis diſſolvatur adhibendis, vel alijs medicamentis permiſceatur intro ſumendis.

Hujus autem pulveris, qui à *margaritis* nomen ſumit, tam varia eſt deſcriptio, ut vix de ipſius authore conſtet. Quiſque enim ad animi votum eam varie immutat: hanc tamen, quam exhibemus ex Plateario, genuinam eſſe, doctorum ſcripta teſtantur.

Dicitur vero *Diamargaritum frigidum* ad differentiam alterius calidi, quod à paucis, paratur. Dicitur & compoſitum ad Manus Chriſti perlatæ diſcrimẽ, quæ *Diamargaritum* quoq; eſt, ex *ſacharo* tantum *roſato* & *margaritis* conſtans. Verum aliud adhuc vulgari compoſitius eſt, quod pretioſos lapides multos, *ambram & moſchum* recipit: Sed cum parum diſtet ab Electuario de gemmis, niſi quod magis refrigeret, vix paratum reperitur.

Præparatio Diamargariti penes ſolam trituration-em eſt, de qua, & ejus differentijs egimus *ſupra in noſtris Inſtitut.* Margaritæ ſeligendę ſunt Orientales & pellucidæ, quæ probantur candore, rotunditate, lęvore, pondere & magnitudine; Verum quæ ponderoſę ac craſſę ſunt, *Vniones* dictæ, raro propter raritatem & valorem medicas compoſitiones ingrediũtur. Debent autem, ut & *corallia*, ſuper lapidem porphiritium duci & lævigari. Semina quatuor frigida minutim incidenda, & tenuiſſime pulveranda. Deinde reliqua ſolito more. Tandem omnia confuſe miſcenda.

Diamargaritum efficaciſſimum eſt ad virium robur reſarciendum, ſyncopem tollendam, aſthmaticos juvandos, tuſſim coquendam, tabidos reficiendos, imbecillitate languentes recreandos, & ad ſtatum priorem recuperandum.

Diamargariton calidum, Avicennæ, Auguſt.

℞. *Margaritarum non perforatarum.*
Pyrethri ana Dr. unam.
Zingiberis.
Maſtiches ana Dr. quatuor.
Doronici.
Zedoariæ.
Petroſelini, aut Apii.
Capſici, id eſt, utriuſq; Cardamomi.
Nucis Moſchatæ.
Macis.
Ben utriuſq;
Piperis nigri.
Langi ana Dr. tres.
Cinnamomi drachm. quinq;

Ad univerſi corporis refrigerationem perutile. Cardiacos, animo deficientes, mulieres uterum ferentes, pręfocationes uteri, cordiſq; Syncopen juvat, omnium virium imbecillitatem firmat; his qui animo deficiunt, & ſupra modum triſtibus mirificè auxiliatur, ac omniũ vitalium partiũ noxam diſcutit. Aſthmaticis, tuſſientibus, tabidiſq; ſubvenit, ventriculi faſtidia tollit ejuſq; coctionem juvat; longo morbo dejectos & debilitate languentes recreat, & adpriſtinum robur reducit. Privatim verò imbecillitati ſtomachi & cruditati ejuſdem, corporis ac cordis exolutioni medetur.

Aliam deſcriptionem ponit Fœſius Lutetiæ uſitatam, aliam item Lugdunenſes quæ Actuario adſcribitur, aliam denig; Melichius ex Nicolao petitam, quarum quamcunq; ſuis intentionibus curativis idoneam futuram quilibet eligere poterit.

Electuarium de gemmis D. Meſue.

℞. *Margaritar. pellucidarum* ℥ij.
fragmentorum ſmaragdi.
ſaphiri. hyacinthi.
Sardini. granat. an. ℥j. ß.

zidoariæ.

zedoariæ.
doronici.
corticis citri.
macis.
ſem. Ozymi ana ℥ij.
coralli rubri.
Electri.
limaturæ eboris an. ℈ij.
Been albi.
Been rubri.
caryophyllorum.
zinziberis.
piperis longi.
ſpicæ nardi.
folii.
croci.
cardamomi an. ℈ſ.
trochiſcorum diarrhodon.
ligni aloes an. ℥v.
cinnamomi.
galangæ.
zurumbet an. ℥ſ.ß.
foliorum auri &
argenti an. ℈ij.
moſchi ʒ.ß.

Fiat omnium pulvis confuſe miſcendus.

Hęc compoſitio vel forma pulveris ſervatur, vel Electuarij, ſeu mollis, exceptis nempe pulveribus æquis partibus *mellis roſati & emblicati*, vel ijſdem commiſtis *ſaccharo roſato*, ſi Electuarium ſolidum magis expetatur. Commodius tamen pulvis ejus vaſe idoneo concluſus ad uſus futuros in Officinis cuſtoditur.

A gemmis autem ſeu lapillis pretioſis, quos admittit multos, nomen aſſumit, quibus accedunt & alia multa cardiaca vulgaria & quędam adeo rara & incognita, ut ex veterum & recentiorum lectione vix conſtet, quæ nam ea ipſa ſint, & quibus facultatibus polleant, ut ex *Been* examine patet, in cujus locum aptiſſime *Elenium*, quaſi *bennium* ſubſtitui poteſt, cum utriuſque radix *paſtinacæ* ſit æmula, cardiaca, & calidior, quam *bugloſſum & borrago*, quæ à nonnullis pro utroque *been* ſubrogantur, *cap.* 8. *ſect.* 3. *lib.* 1. *de mat. med.* Recte quoq; radix *tormentillæ* in utriuſq; *been* locum ſuccenturiari valebit; nec eos recte facturos puto, qui ad ſolemnis hujus Electuarii compoſitionem radices illas exoticas *been* nomine notatas uſurpant, meliuſq; aut *tormentilla* ſola, aut *Elenium* ſolum, aut potius utriuſque par pondus pro utroq; *been* aſſumi poteſt. Et ſi quis malit *Angelicæ* radicem pro *Eleni* radice ſumere, non refragabor.

Præparatio pulveris hujus in tritura idonea conſiſtit. *Gemmæ & Corallia* ſuper porphiritium lapidem mola verſatili lævigantur; radices, ligna, fructus in mortario metallico teruntur. Poſtremo ſimul omnia commiſcentur.

Electuarium de Gemmis ad frigidos affectus cerebri, cordis, ventriculi, hepatis & uteri efficaciſſimum, inquit Meſue, nam melancholicos, triſtes, ſolitarios, & timidos juvat, cordis palmo medetur, lipothymiæ ſuccurrit, ventriculum languidum roborat, & interanea omnia recreat. Sed rariſſime parant illud pharmacopœi, tũ propter caritatẽ, tum raritatem ſimplicium, quæ compoſitionem ingrediuntur.

Diambra D. Meſ.

℞. *Cinnamomi.*
doronici.
caryophyllorum.
Macis.
Nucis moſchatæ.
galangæ an. ʒiij.
piperis longi. *ſantali citr.*
ligni aloes an. ʒij.
zinziberis ʒſ.ß.
cardamomi utriuſque.
ſpicæ nardi. *folii.*
Ambræ an. ʒſ.
moſchi ʒ.ß.

Fiat omnium pulvis, uſu repoſuendus.

Hæc compoſitio multum aromatica eſt & ſuavis, tum ratione *ambræ*, à qua denominatur, tum *moſchi* & cęterorum aromatum. Servatur ſub triplici forma vel pulveris, vel electuarij ſolidi, vel mellis. Si ejus conſiſtentia requiritur dura, qualis eſt tabellarum, pulveres excipiuntur *ſaccharo roſato* perfecte cocto, ſi molliuſcula, qualis opiatarum ijdem admittuntur *julepo roſato*, ſeu *ſyrupo Alexandrino.*

Præparatio pulveratio tantum eſt, quæ ea arte ſuſcipienda efficiendaque, quam *c.* 9. *&* 10. *l.* 1. *Inſt.* demonſtravimus.

Diambra viſcerib. omnib. roborandis efficaciſſima eſt, præſertim ſi à cauſa frigida ſint imbecilla, nam calefaciendo ſpiritus reficit, nativum calorem fovet, affectibus uteri prodeſt, & valde ſenibus & mulieribus convenit.

Pulvis Diamoſchi.

℞. *Moſchi* ʒ.ß.
Oſſis de corde cervi.
margarit. pellucidar.
Scobis eboris.
coralli albi. *coralli rubei.*
ſantali citrini. *ſantali albi.*
ligni aloes.
cinnamomi.
macis.
caryoph. an. ʒſ.
roſarum.
nenupharis an. ʒſ.ß.
corticis citri.
florum bugloſſi.
ſpicæ Indicæ an. ʒ.ß.
caphuræ gr. ij.

Fiat omnium pulvis ex arte.

Vulgata pharmacopœorum Diſpenſaria quam plurimis pulveribus cardiacis ſcatent, ijſq; impenſe calefacientibus, paucis vero refrigerantibus, ut qui ex omnib. aromatũ calidorum generib. promiſcue confuſis, ac fere nullo congeſtis delectu conſtent; Cujuſmodi ſunt, tum duæ poſtremæ confectiones juxta deſcriptionem à veteribus traditam, tum & aliæ multæ, quæ paſſim occurrũt in Antidotariis ſingulis. Nam *Diacyminum*, *Dianiſum*, *Diazinziber*, *Diatrium pipereon*, *Diamargaritum calidum*, *Diamoſchum dulce & amarum* non niſi eoſdem effectus proferunt, cum eaſdem facultates habeant, omnia nempe cum ſint ex calidis compoſita: Quocirca veterem *Diamoſchi* deſcriptionem non tantum caſtigavi, ſed neglexi, & aliam ſubſtitui, quæ & nominis rationem apprime refert, & compoſitionis rationem profert, & virium imbecillitati à cauſa calida confert.

Superfluum enim videtur antiquam *Diamoſchi* præ-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 752 sur 955

præscriptionem retinere, cum *Diambra*, & *Electuarium de gemmis* pares sortiantur vires. Proinde aliud Diamoschum exhibemus & fragrantissimum, & viribus effœtis à causa calida securissimum & paratu facillimum.

Diamoschum dulce, multis quod constet cardiacis, partes nobiles exhilarat; maxime vero cor & vitales facultates à causa qualibet, sed præsertim calida languentes & imbecillas. Confert quoq; multis uteri affectionibus.

Pulvis Electuarij triasantali.

℞. *Trium santalorum.*
rosarum.
sem. psyllii an. ℥ij.
Rhabarbari.
Scobis eboris.
succi glycyrrh.
sem portulacæ an. ℥j. ß.
amyli.
gummi Arabici.
tragacanthi.
sem. quatuor frigidor. maiorum.
sem. scariolæ ana ℥j.
camphoræ ℈ ß.
fiat ex arte omnium pulvis.

Inter viginti compositionis hujus descriptiones; vix duas similes comperi: Alij enim prozuccaria *semen cicutæ* ponunt, ut Ioubertus; alij *semen psyllij*, ut Fœsius; alij utrumque omittunt, ut Val. Cordus; alij *saccharum candum* volunt, ut Rondeletius; alij violas, ut Fuchsius.

Eadem est varietas in *Rheo*, *amylo* & *camphora*, quorum singula à singulis modo auferuntur, modo adduntur. Ego formulam *supra* descriptam, doctorum consensu meliorem inchoavi, & psyllium apponendum duxi, scopo convenientissimum: *Amylum* vero expunxi, ut minus aptum; suo enim lentore obstruit. *Camphoram* quidem reliqui ad crassa medicamenta sua tenuitate intro deducenda, sed de ejus quantitate detraxi, ne suo odore gravi aliorum aromatum, quæ pauca sunt, suavitatem, aut obtunderet, aut prorsus deleret.

Tragacanthum & *ammoniacum* relicta sunt; quæ si ante commixtionem paululum assentur, vel lentorem deponant, authoris intentioni magis conveniunt, qui qualiscunque fuerit, sive N. Alexand. sive alius, (de eo enim non satis constat,) medicamentum hoc partim ad roborandum, partim ad obstructa solvenda imperavit.

Præparatio ejus ut præcedentium fit, & à tritura debita pendet.

Diatrion santalon mirifice confert jecoris obstructionibus liberandis, Ictericis, tabidis & immoderato viscerum calori: ventriculi quoque æstum contemperat, primam corporis regionem infarctu expedit, & humores à putredine vindicat.

Aromaticum Caryophyllatum, Mesuæ. Aug.

℞. *Caryophyllorum Dr. septem.*
Macis.
Zedoariæ.
Galangæ.
Santali Citrini.
Trochiscorum Diarrhodon.
Cinnamomi.
Ligni Aloes.
Spicæ Nardi Indicæ.
Piperis longi.
Cardamomi ana Dr. unam.
Rosarum rubearum Dr. quatuor.
Gallæ Moschatæ veræ.
Glycyrrh. ana Dr. duas.
Folii, aut Calami Aromatici.
Cubebarum ana scr. ij.
Ambræ Dr. unam.
Moschi scrupulum semis.

Corventriculum, & reliqua nutritionis membra roborat: nauseam & vomitum reprimit, flatus dissipat, putredinem humorum in ventriculo arcet, ac infirmę concoctioni opitulatur.

Notandum, Confectiones has Aromaticas Ambram, & Moschum ac Galliam, vel etiam Camphoram recipientes etiam sine his odoratis in usum mulierum quæ uterinis suffocationibus obnoxiæ sunt, ac fragrantiam vel odorem horum Medicamentorum non ferunt, commodè parari posse, sicq; in Officinis nostris dupliciter, completas nimirum & incompletas, extare debere. Quod si quis ex his confectionem in forma solida parare voluerit, ad singulas drachmas Specierum pro earundem conditione (cum aliæ plus, aliæ minus Sacchari exigant) Sacchari optimi unciam unam, vel Drachmas decem adiciat, paretq; ut artis est: quam regulam pro Speciebus in universum notandam subiecimus.

Aromaticum rosatum. D. Gabrielis.

℞. *Rosarum ℥xv.*
glycyrrh. rasæ ℥vij.
cinnamomi electi ℥v.
ligni aloes.
santali macha Zari, id est, citrini ana ℥iij.
gummi Arabici.
tragacanthi ana ℥ij. & ℈ ij.
caryophyllorum.
macis ana ℥ij ß.
spicæ Indicæ ℥ij.
nucis moschatæ.
cardamomi maioris.
galangæ minoris ana ℥j.
Ambræ ℈ij.
moschi ℈j.
Fiat ex arte omnium pulvis.

Aromaticum dicitur ab aromatum, quibus constat, fragrantia, *Rosatum* à Rosis quantitate & qualitate præpollentibus. Cognominatur vero à Gabriele, nescio quo; forsan illius authore, aut Mesues amico, utut sit, optima est ejus descriptio, & ejus salutaris usus.

Servatur vel forma pulveris, qui facile parari potest; vel consistentia Electuarij mollis, ut vult Mesuæ, si partibus æquis *syrupi rosati* & *corticis citri* excipiatur. Frequentior tamen est ejus usus ab electuarij tabulati forma, pulveribus nempe *saccharo* solutis & ex arte coctis.

Aromaticum rosatum ad multa efficacissimum est, nam cerebrum, cor, ventriculum, atque adeo totum ventrem inferiorem roborat, & earum partium excrementitiam humiditatem dissipat, putredinem omnem corrigit, appetitum excitat, coctionem juvat, nauseam & vomitum sedat, proinde imbecillis & ex morbo convalescentibus subvenit.

Diarrho-

Diarrhodon Abbatis D.N. Saler.

℞. *Roſarum.*
ſacchari candi ana ℥iij.
ſantali albi.
ſantali rubri ana ℥ij. ß.
gummi tragacanthi.
gummi Arabici.
Scobis eboris ana ℈ij.
nucis.
ſpicæ.
maſtiches.
cardamomi.
croci.
ligni aloes.
caryoph.
gallæ moſchatæ.
cinnamomi.
rhabarbari.
ſucci glycyrrhizæ.
ſem. aniſi.
fœniculi.
Ozymi.
berberis.
ſcariolæ.
portulacæ.
papaveris albi.
Seminum iij. frigidor, major. mund. an. ℈ß.
Oßis de corde cervi.
margaritarum pellucidarum ana ℈ß.
moſchi gr. iv.
caphuræ gr. ij.

Fiat omnium ex arte pulvis.

Nec ſuis caruit iſta ſolemnis compoſitio caſtigatoribus: A prima ſiquidem deſcriptione à Nicol. Myrepſo tradita Nicol. Salernitanus corallium, *ſemen lactucæ* & *mandragoræ* detraxit. Nicol. Præpoſitus caſtigationem Salernitani ſecutus, nec correctoris, nec authoris mentionem fecit. Candidus ejus inventionem collegij alicujus præſidi, quem Abbatem vocat, Nicol. Myrepſius tribuit. Et quia vix ullum datur medicamentum, diverſis in locis celebratum, in quo nonnihil non mutetur; Obid non mirum, ſi apud omnes *Diarrhodum Abbatis* prorſus idem non ſit, ad cujus compoſitionem, nec Sylvius *moſchum* probat, nec Rondeletius *rhabarbarum*, nec ego *aſarum*, quia vomitorium & ſtomacho inimicũ, cujus loco *macim* poſui. Item nonnulli granula tantum *ſeminis Berberis* admittunt, alij ſemen integrum, & melius. Semina quatuor frigida, quod brevi tempore rancescant, aptius utendi tempore commiſcebuntur. Si forma Electuarij ſolidi ſervare conſilium eſt, excipiendi pulveres erunt *ſaccharo roſato* perfecte cocto.

Diarrhodon ventriculum & hepar roborat, coctionem juvat, appetitum excitat, flatus diſcutit, ructus compeſcit, halitum oris ſuavem reddit, calorem viſcerum contemperat, & omnem corporis noxam à calore proficiſcentem emendat.

Pulvis lætificans authoris incerti.

℞. *Sem. ozymi.*
croci.
zedoariæ.
ſantali citrini.
caryophyllorum.
corticis citri.
galangæ.
macis.
nucis moſchatæ.
Styracis calamitæ ana ℥ß. ß.
raſuræ eboris.
ſem. aniſi.
Epithymi.
thymi ana ℥j.
ambræ. moſchi.
margaritarum.
oßis de corde cervi ana ℥. ß.
foliorum auri.
foliorum argenti an ℈. ß.

Fiat omnium pulvis, ut artis eſt.

Duæ ſunt hujus nominis Confectiones, una Rhaſis, quæ raro paratur, altera incerti authoris, quam ex Nicol. Propoſito damus, ut præſtantiorem. Falluntur, qui Galeno ejus inventionem tribuunt, cum in ejus operibus nec contineatur, nec multa norit ipſe, ut *moſchum, caphuram, ambarum* & *margaritas*, quæ in illius deſcriptione continentur.

Ab inſigni effectu dicitur *Lætificans*, ſeu *pulvis lætitiæ*, quia ſpiritus & cor lętificat. *Lignum* autem *balſami*, quod rariſſimum ſit, & pretioſiſſimum, expunximus, in cujus locũ optime *ſantalum citrinum* ſubſtituimus. Nec male quoque ſubſtituetur *lentiſcus* & *xyloaloe*, ut etiam pro oſſe *cordis cervi, cornu ejus*. Cętera, ut quotidie ſunt ad manus, ſic antiballomenis non egent. Præparatio ut præcedentium.

Pulvis Dianthos D.N. Myr.

℞. *Florum roriſmarini* ℥j.
roſarum.
violarum.
glycyrrh. an ℥. vj.
caryoph.
ſpicæ.
nucis moſchatæ.
galangæ.
cinnamomi.
zinziberis.
Zedoariæ.
macis.
xyloaloes.
cardamomi.
aniſi.
anethi ana ℈iv.

Fiat pulvis ſecundum artem.

Deſumpta eſt pulveris hujus deſcriptio ex Nicolai Myrepſi c. 64. *ſect.* 1. *Antidot.* apud quem tamen ſingula ſimplicia præter *rorem marinum* minore quantitate ponuntur, quæ non modo ab Actuario aucta eſt, ſed inſuper *zedoaria* addita. Nomen vero ſumit à ſua baſi, nempe à *roriſmarini coronarii* flore, qui per antonomaſiam *anthos* dicitur: unde *Electuarium Dianthos*; in quo parando nihil eſt difficultatis, ſoletque forma pulveris in pharmacopolijs ſervari. Si quis voluerit forma Electuarij mollis habere, pulveres melle comprehendat; ſi ſolidi, eodem *ſaccharo roſato* perfecte cocto excipiat, & in tabellas reducat.

Electuarium Dianthos cardiacis succurrit, epilepticis, animi defectionibus; atque in universum omni imbecillitati corporis auxiliatur: Maxime vero capitis affectibus prodest.

Pulvis Dianisi D. Mes.

℞. Sem. anisi ʒx.
glycyrrh. rasæ.
mastiches ana ʒ.ß.
sem. carui.
fœniculi.
macis.
galangæ.
zinziberis.
cinnamomi ana ʒij.ß.
trium piperum.
cassiæ lignea.
sem. libistici.
calaminthes montanæ ana ʒj.
cardamomi majoris.
caryoph.
cubebarum.
spicæ Indicæ.
croci ana ℈ij. & gr. v.
sacchari candi ʒij.
Fiat ex omnibus pulvis, ut artis est.

Hic pulvis maximè usualis est & ad multa utilis, cujus descriptionem à Mesue traditam retinemus, *pyrethro* tantum delecto, in cujus locum *semen libistici* substituimus, & pro *sacch.* communi *candū* admisimus: *Pyrethrū* siquidem, ꝙ acrius sit, nec aromaticū, omittere visū est, & *sacch. candum* asservando pulveri magis idoneū vulgari præferre. Est a. *cubebe fructus parvus, rotundus, longis pediculis adhærescens & racematim congestus*, quem nonnulli *carpesium* Galeni, alij *myrtum sylvestrem* Dioscoridis, quidam *viticis granum* putarunt: Nihil tamen istorum est, eiq; minime convenit singulorum prædictorum descriptio.

In *Iaoa* fructus hic *Cumic* dicitur, ibique tanta est in existimatione, ut decoquatur ab incolis, antequam devehatur, ne forsan alibi satus germinet, & stirpis perfectam magnitudinem assequatur, ut *cap. 14. sect. 3. lib. 1. de Mat. Med.* ostendimus.

Dianison intemperiem ventriculi frigidam à pituita cruda, vel etiam à flatibus sanat, tussi diuturnæ ab humoribus frigidis natę auxiliatur, & obstructione viscеribus expediendis.

Diacinnamomum D. Mes.

℞. Cinnamomi tenuis ʒxv.
cassiæ lignea, seu canellæ crassioris.
rad. enulæ campanæ ana ʒiv.
galangæ ʒvj.
caryoph.
piperis longi.
cardamomi utriusque.
zinziberis.
macis.
nucis moschatæ.
ligni aloes ana ʒij.
croci ʒj.
sacchari ʒv.
moschi ℈ij.
Ex omnibus fiat pulvis secundum artem.

Inter aromata, quę multa recipit hic pulvis, *cinnamomum*, à quo denominatur, valde præpollet, quod duplici agnoscitur discrimine, unum tenuius est & plurimum fragrans, quod Arabes *Darcheni* nominant: alterum crassius, quasi ligneum & minus odoratum, quod *Cassiam ligneam*, seu vulgarem officinæ vocitant. Utriusque historiam *cap. 9 sect. 3. lib. 1. de Mat. Med.* depinximus. Recentiores ad suavitatem majorem & virium efficaciam, raro *Diacinnamomum* parant absque *moscho*, quod & tempore Mesuci fieri solitum ipse testatur. Præparatio sola pulveratio est, & pulverum confusa unio.

Diacinnamomum quod calidis, aromaticisque omnibus constet, viribus reficiendis, spiritibus exhilarandis, & affectibus omnibus, qui à causa frigida proficiscuntur, optime confert.

Lithontripticon.

℞. Sanguinis hirci præparati ʒj.
Sanguinis leporis usti ʒ.ß.
radic. irեos Florentinæ.
ænones.
cyclaminis.
eryngii.
rubiæ tinctorum.
cyperi.
sem. milii solis.
saxifragæ.
alkekengi ana ʒij.
lapidis spongiæ.
putaminis ovi usti.
tunicæ interioris ventriculi gallinæ.
baccarum juniperi.
cardamomi.
cinnamomi.
macis ana ʒj.ß.
sem. apii.
petroselini.
ammeos.
asparagi.
carui.
dauci.
seseleos.
coriandri.
citrii.
malvæ sylvestris.
melonum.
peponum.
pimpinellæ ana ʒj.
gummi cerasi ʒij.
Omnia terantur ex arte, & fiat pulvis.

Veterem pulveris hujus, quem pharmacopœorum vulgus lithontribon nominat, descriptionem negleximus, quod multa tum astringentia recipiat, atque nonnulla, quæ atterendo calculo & arenulis extrahendis obsunt, tum & alia quædam, quę vel nimis rara sunt, & pretiosiora, vel nusquam syncera possunt haberi. Illius loco aliud vere lithontripticon damus, aptissime compositum ad confringendos calculos, saburram pellendam, atque ad cæteros renum & vesicæ affectus accommodatum, qui titulo designantur.

Antequam vero sanguis hirci compositionem illius ingrediatur, debet sic præparari. Hircus primū quadrimus, aut paulo senior, vel junior eligendus & ju-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 755 sur 955

& jugulandus ; ſanguis medius effluens olla fictili excipiendus, nam qui primus fluit, tenuior, qui ultimus, craſſior eſſe ſolet : Tum linteo raro tectus Soli exponendus, ut coaguletur, & quod ichoroſum eſt, abijciatur. Sic craſſior ſanguis concretus ſiccatur, teritur, in vaſe vitreo ſervatur. Nimis eſt ſuperſtitioſa illorum conſuetudo, qui non niſi Sole Cancrum ingrediente, hircum longo ante tempore *ſaxifragis, pimpinella, apio*, & ſimilibus alitum mactant, & ſolum ſanguinem atterioſum colligunt. Hæc enim præparatio licet non inutilis, non tamen neceſſaria eſt, vixque dari poteſt dictarum ſtirpium ubertas, hirco, quæ longum tempus alendo ſatisfaciat ; & præterea ſanguis ejus, qui conſueto pabulo nutritur, vires habet ad atterendum & expellendum calculum nihilo inefficaciores.

Sanguis vero leporis recens jugulati & concreti ita aſſandus, ut non in cinerem prorſus, ſed pulverem abeat. Quæ ad reliquam pulveris hujus præparationem ſpectant, nihil habent difficilis, nec multum operoſi.

Pulvis hic cum pauco vino albo, aut *aquâ parietariæ*, vel *raphani*, aut alia conveniente ſumptus calculos & arenulas à renibus, ureteribus & veſica expellit, & urinam potenter movet.

Pulvis diacalaminthes D.N. Myr.

℞. *Calaminthes montanæ.*
pulegii.
piperis nigri.
ſem. ſeſeleos maſſilienſis.
petroſelini ana ʒiij. & ℈ij.
libiſtici ʒij. & ℈ſ.
ameos.
anethi.
ſummitatum thymi.
cinnamomi.
zinziberis ana ℈ij.
ſeminis apii ſcr. ſ.
Ex omnibus fiat pulvis ſecundum artem.

Diacalamenti variæ ſunt à varijs authoribus traditæ deſcriptiones, ſed, quam ex Myrepſo damus, ut meliorem & gratiorem omnes practici magis probant. Similem fere deſcriptionem tradit Galenus, ſed calidiorem & acriorem, ob *zinziberis & piperis* majus pondus. *Anethum* pro *aniſo* poſuimus, ea tamen conditione, ut cuique faſ ſit alterum pro altero ſine diſcrimine & compoſitionis jactura ſubſtituere : hujus ut præcedentium idem eſt parandi modus.

Diacalaminthe craſſos humores & lentos extenuat, flatus diſcutit, urinam & menſes movet, tuſſi à frigidis humoribus natæ confert, alimentia ſi hepar diſtributionem juvat, ventriculum roborat, & appetitum auget. Datur ſub forma Electuarij mollis, ſi cum melle, vel ſolidi, ſi cum ſacharo coaleſcat.

Pulvis contra peſtem, ſeu Bezoardicus. Renod.

℞. *Radicum tormentillæ.*
angelicæ.
enulæ campanæ.
gentianæ.
pæoniæ ana ʒij.
ligni aloes.
ſantali citrini.
cornu cervi.
eboris.
oſſis de corde cervi.
granorum juniperi.
cardamomi.
ſeminum aceroſæ.
cardui benedicti.
caryoph.
macis.
cinnamomi ana ʒj. ß.
corticis citri.
arantiorum.
dictamni.
ſcordii.
ſchœnanthi.
calami aromatici.
roſarum.
croci ana ʒj.
bolis Armenæ in aquâ roſarum lotæ, terræ Lemniæ ana ʒij.
caphuræ griſeæ.
foliorum auri ana ſcr. ſ.
Fiat omnium pulvis in vaſe idoneo reponendus.

Medicamenta, quæ peſtem oppugnant, venena expugnant, ab ijſdem noxam tollunt, & vitam tuentur, *Antidota* Græcis, *Bezoardica* Arabibus nominantur, cujuſmodi ſunt quædam ſimplicia, ut *lapis Bezoar, Zeriumbet, Zedoaria, lapilli pretioſi*, & compoſitiones quædam cardiacæ & Theriacales, quę ſcilicet multis conſtant, cor, ſpiritus & partes vitales roborantibus, & vivificis, ſeu qualitatem venenatam extinguentibus : Mediam propterea dicuntur ſortiri conditionem inter venena & noſtram naturam, ut *Theriaca*, & *Mithridatium* ; quorum tamen non tutus eſt uſus frequens, ubi nulla venenatæ qualitatis ſuſpicio eſt. Si namq; objectum non inveniant, in quod agant, inimicæ qualitatis impreſſum in partibus reliquũt veſtigium, humores accendunt, & calori nativo ac ſpiritibus vim inferunt.

Quæ vero compoſita medicamenta ſolis cordiacis, roborantibus, & ſpeciali dote venenis adverſantibus conſtant, omnibus temperaturis, & morbis, ac omni tempore conveniunt, ut pulvis à nobis deſcriptus, cujus vires ſunt inſignes ad peſtis & malignorum affectuum expugnationem & partium nobilium tutelam.

Datur vero vel cum aqua, vel cum decocti cordiali, aut conſerva idonea : vel eſt excipiendus *ſyrupo Kermes*, vel *limonum*, ut in formam Opiatæ concinnentur. Poterit & cum *melle* in aquis cardiacis deſpumato, in Electuarij liquidi formam coagmentari, & in Officinis reliquarum confectionum more ſervari. Vires habebit excellentiores, ſi lapides pretio, *cornu monocerotis*, & *lapis Bezoar* addantur. Facile pulvis hic parari poteſt, & ſimplicia, quibus conſtat, haberi.

Mirum in modum confert morbis venenatis contagioſis, & peſtilentibus expugnandis, & principibus partibus recreandis, & tuendis.

Pulvis antilyſſos, ſeu contra rabiem Deſ. Iul. Palmarij.

℞. *Fol. rutæ. Verbenæ.*
ſalviæ minoris.
plantaginis. polypodii.
anſynthii vulgaris. menthæ.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 756 sur 955

artemiſiæ.
meliſſophylli.
betonicæ.
hyperici.
centaurii minoris.ana m.j.

Omnia ex arte ſiccentur,& in tenuiſſimum pulverem reducantur.

Alexiterium hunc pulverem deſumpſi ex clariſſimi viri Jul.Palmarij Med.Pariſ.*cap.3.lib. de morſ. canis rab.*qui ſeptem libros de morbis contagioſis edidit, cujus eximias dotes,& mirandos effectus non modo ipſe feliciter, ac multoties in multis expertus eſt,ſed etiam Dominus de Pyron,à quo priorem illius fatetur habuiſſe deſcriptionem. Quotquot enim à rabidis canibus demorſi hoc pulvere uſi ſunt,ab hydrophobia imminenti, vel jam incepta fuerunt immunes & omnino liberati,modo nulla capitis pars dentibus ſuperior,ut nec alia frigida abluta; Tunc enim in remedijs exigua ſalutis expectatio.

Antilyſſum autem pulverem hunc nominavimus, quod inſigni virtute & nulli ſecunda rabiem arceat, vulnera à cane rabioſo inflicta ſanet , & terrificum illud ſymptoma,quo miſelli reformidant aquas,impediat.

Præparatio tam celebris antidoti perfacilis eſt,in qua hęc tria maxime obſervanda , ut ſimplicia colligantur,quo tempore viribus pollent maximis , *medio* ſcilicet *aut ſine veris*,ut nec in ſole æſtuante,nec in uno loco ſiccauda reponantur, ut ſiccata ſerventur, ſed ea lege,ut quotannis renoventur.

Porro minime datur opus magnam hujus eximij pulveris quantitatem in pharmacopolijs ſervare:Sat enim eſt in rem præſentem , ſi libra dimidia in vaſis idoneis recondatur : Materialia vero ſeu ſimplicia, quibus conſtat,copioſa eſſe debent : Et artificioſe ſiccata,chartaceis ſacculis excipienda , ac loco idoneo reponenda,ne à muſcis & ſordibus conſpurcentur,vel à muribus erodantur. Vtendi autem tempore atq; exigente neceſſitate, ſingulorum æquum pondus in tenuiſſimum pulverem lęvigabitur,cujus ℥.ß. aut ʒj.quotidie mane tribus horis ante cibum dabitur ex cochleari cum duplo ſacharo , vel ex juſculo, aut alio liquore idoneo,ut vino,pomacco,vel etiam ex *melle* in formam Opiatæ.

Et licet ℥. integra aut ij.ſatis ſint pro doſi etiam homini robuſto,poterunt tamen aliquando tres,vel etiam major quantitas exhiberi,ei maxime, qui jam diu fuit à cane demorſus,vel jam hydrophobia corruptus.

Eximius quidem eſt hic pulvis,ſed efficaciorem multo ducerem,ſi *pimpinellæ & cancrorum fluuiatilium uſtorum* pulvis commiſceatur. Alyſſum quoq; cæteris omnibus præferri illius nomenclatio portendit : Sic enim à Dioſcoride & Gal.vocatur, quod rabiei medeatur , ipſiuſque venenum deleat & extinguat.

Verum hęc planta non multum vulgaris eſt , & à paucis cognita,præſertim quæ hoc nomine à Galeno donatur,aſpectu *Marrubio* valde ſimilis,ſed in ſingulis geniculis,è quibus folia emergunt , bina admodum criſpa,incana & fere inodora , calices ſpinoſi caulicos verticillatim ambiunt. Hanc ſæpe vidi in horto ſcholę Pariſienſis.

Aliud quoddam Germanicum *Echioides* dicitur facie Molluginis, *Apparine* Plinio putatum,cui Galenicum prætulerim. Qui altero caret,alterum ſolet ſubſtituere.

Species cordiales albæ ſive cum uvarum, contra Epilepſiam.

℞. *Corall.rubr.præpar.*
corn.cerv.uſti.
ſem.acetos.
terr.ſigill.albæ ana ℥.ß.
raſur. Ebor. ʒvj.
quinque lapid.precios.præpar.ana ʒj.ß.
margar.præpar.ʒij.
oſſis de cord.cervi ʒj.
raſur.ungul.alcis.
viſci querc.
rad.pæon.ana ℈ij.
fol.auri.
argenti ana N.x.
ſacch.albiſſ.ad pondus omnium Mi.f.
pulvis.

Species diachamædryos.

℞. *Chamædr.*
chamapyth ana ʒiv.ß.
centaur.minor. ℥.ß.
hyperic.ʒij.ß.
rad.ariſtol.rotund.ʒiij.ß.
rhapontic.
gentian.ana ʒiij.
petroſelini.
meiana ʒj.ß.
phupontic.
agar.troc.ana ʒiij.
Mi.f.pulvis.

Species diacytonij.

℞. *Roſ.rubr.*
ſantal.omn.ana ʒij.
ſem.acetos.
portulac.
berber.
ſumach.
cortic.granator.
gumm.arabic.
tragac.ana ℥.ß.
ſangu.dracon.
carab.alb.
maſtic.
ſpodii ana gr.xv.
ſem coriandr.prep.ʒj.
camph gr.v. Mi.f.pulvis.

Pulvis purgans cerebrum Trithemij notabilis,ad varios morbos,imprimis vero cerebri.

℞. *Calam.aromat.*
rad.gentian.
ſem. cymin.
filer.montan.
anis.
carui.
ameos.
petroſel.
ſpic.nard.ana ℥.ß.
corall.rubr.
margarit. non perforatar.
zinzib.alb.
chamæpith.

ſal.

fol.sen.elect.
tartar.adusti ana ℥v.
cubebar.
macis ana ℥ij.
caryophyllor. ℥vij.
Mi f. omnium pulvis sec. art.

Dosis est ℥j. quę sumatur mane & vesperi in brodio vel vino per mensem integrum : secundo mense mane tantum ; tertio mense ter in hebdomade : quarto bis in hebdomade, & sic deinceps continuetur ad vitam.

Hic pulvis est valde efficax, confortat stomachum, purgatq; cerebrum, oculos & visum conservat, memoriam acuit, humores malos totius corporis consumit, lenit & aperit obstructiones in pectore, nimiam pinguedinem prohibet, ab apoplexia & epilepsia præservat, materiam calculi sine dolore dissolvit & in lapidem durescere non permittit, cheiragram & podagram sciaticamq; prævalere non sinit. Multi hoc pulvere ad centum annos solidam ætatem perduxerunt. Estque pro secreto maximo habendus.

Tragea ad dolores capitis.

℞. *Sem.coriand.præpar.*
nucistæ ana ℥.ß.
xylobalsami ℥vij.
caryoph.
cubebar.
zinzib.
piper.long.
salviæ.
beton ana ℥j.ß.
galang.
tormentill.
thuris alb.
calami aromat.
zedoar. ana ℥j.
corall rubr.
ros.rubr.
seric.crudi tosti ana ℈ij.
gallię moschat.nobilioris ℈ij.
fl.anth. ℥.ß.

Tritis commistisq; omnibus addito sacchar. ad pondus omnium fiatque tragea.

Cujus usus inter prandium vel à prandio.

Pulvis contra venena, dolores colicos & ad promovendum sudorem.

℞. *Rad.gentian.*
nuc.vomic. ana ℥.ß.
rad pimpinell.
chamædr. an. ℥j.
rad.bistort. ℥.ß.
tormentill.
diptamn. alb. ana ℥ij.
rhab sel. ℥ ß.

F. pulvis, cui addi potest camphoræ ℥.ß.

Pulvis cujusdam rustici contra venena celeberrimus.

℞. *Rad. valerian ℥ ß.*
hirundinariæ ℥j.
polypod.querc. ℥j.ß.
alth.
cort.rad. Elleb.nigr. ana ℥ij. ß.
rad.angelic. rec. ℥iv.
cortic.rad. coccognidii ℥j.ß.
urtic.major. ℥j.

Hæc omnia iniiciantur in ollam novam vitreatam, affusaq; aceti acerrimi mensura tanta, ut dictæ species sufficienter contegantur, olla optime obturetur, ne quid expiret, postea per horæ dimidiæ spacium ebullire tandemq; ab igne semota & ita occlusa refrigerari permittantur, quibus peractis, acetum omneque effundatur, quæ in illo cocta sunt, in hypocausto vel loco alio extra solem exiccentur, pulverisentur & cribrentur.

Dosis est ℥j.

Pulvis bezoarticus sine prætiosis D. Ioann. Hartmanni Beyeri.

℞. *Bol.armen.veri præp. cum aq. scabios.*
terr.sigill. Silesiac.
rad. diptamn. alb.
tormentill. ana ℥vj.
gentian.
angelic. ana ℥vj.
petasites.
zedoar.
corn. ceru. præp.
succin. alb. præp.
hyacinth. præp. an. ℥ij.
rasur. ebor.
oss. de cord.
corall. rubr.
cortic. citri ana ℥.ß.

Mi f. pulvis subtilissimus.

Pulvis bezoarticus cum prætiosis. Ejusdem.

℞. *Pulv. modo præscripti ℥j.*
marg. præp. gr. xvj.
smaragd.
hyacinth.
saphyr.
rubin.
granat.
bezoar. orientat. veri omnium selectissimor. & præparator. ana gr. viij.
unicorn. veri gr. iv.
fol. argenti.
auri ana dimidium Mi. F. pulvis subtilissimus.

Quia vero nimis caro venditur *unicornu*. Et *smaragdus* ac *saphyrus* in pharmacopolijs adulterini plerumque inveniuntur, hanc mixturam ita mutavi, (inquit Beyerus) ut illa tria plane omittantur, & pro his pondus hyacynthi ad ℥.ß. augeatur.

Pulvis ferri præparati Constantini Imperatoris, quo etiam est usus Fridericus, Elector Saxonicus.

Rubigo ferri novi in mortario ita calida teratur, lavetur vino quam optime, siccetur, pulverisetur, cribretur, sacculo denso, ut fiat instar alcohol.

℞. *Ferri ita præparati ℥j.ß.*
sacchari fini ℔.ß.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 758 sur 955

pæon. ℥.ß.
fol.hyſſop.℈ij.
ſpic.nard.
viſci querc.ana ℥.ß.
ſem.aniſ.℈ij.
fœnic.℈ſ.
carui ℈vj.
pæon.decortic.℥.ß.
petroſel.
heder.arbor.
baſilicon.ana ℈ij
cinnam.
nuciſt.
cardamomi.
zinzib.ana ℥ſ.
cubebar.
croci ana ℥. ß.
caryoph.
lign.aloes ana ℈ij.
zedoar.
marg.præpar.ana ℥.ß.
corall.rubr.præp. ℈ſ.
myrrhæ.
caſtor.ana ℈ij.
raſur.ebor.
oculor.lucii.ana ℥ſ.
lapid.carpion.
ſpodii lepor.an. ℥.ß. Mi.f.pulvis ſubtiliſſimus.

Doſis quantitas caltaneę, quæ per ſe lambendo aſſumatur quotidie initio prandii, quam diu pulvis durat.

Calefacit ventriculum, inteſtina, matricem, roborat calorem nativum, flatus diſcutit, ſanguinem purificat, corpus reddit coloratum, provocat urinã, viſcerum obſtructiones ſolvit, hydropemque & melancholiam ſanat.

Pulvis è Serpentibus.

Serpens ſupine vel in tergum in tabula ſecundum longitudinem extendatur, per caput & quinque digitis ſupra caudam clavis affigatur, humiditas omnis externa à capite uſque ad caudam manu vel baculo abſtergatur, cutis circa collum & prope clavum ſuper cauda circum circa diſſecetur, & à cute per totũ corpus abſtrahatur, quo facto venter aperiatur, cor, pulmo & hepar eximantur, caput & cauda abſcindantur, caro tota reliqua in fruſta ad longitudinem unius digiti dividatur; cor, pulmo & epar ut & fruſta carnis filis ex orichalco infigantur, in ollam adhinc inde perforatum operculum ita appendantur, ut ubique ſint libera, ne ollam aut ſeipſa ullo modo attingant: his ita præparatis olla cum operculo optime perlutetur, furno calido, ex quo panes exempti ſunt imponatur, ut quæ incluſa ſunt, exiccari & pulveriſari poſſint: olla poſtea extracta, quæ ſufficienter exiccata fuerint, ſubtiliſſime pulveriſentur, reliqua filo iterum infixa ollæque immiſſa ulterius & ad perfectionem uſq; exiccentur, poſtea ut & priora ſubtiliſſime pulveriſentur.

℞. *Hujus pulveris* ℈ij.
bezoar.oriental. ℈ſ.
pellicul.interior ſtomach.Cicon.
corn.cerv.junior.ana ℈ij. *Mi.*
F.*pulvis ſubtiliſſ.*

Hujus doſis eſt ℈j. ſumiturq; ante novilunium ſole in Leone perſiſtente cum cochlearib. iv. aq. Scorzoneræ contra omnia venena, morſuſq; ſerpentum.

Pulvis viperarum Prævotij.

℞. *Cor, epar & 3. priores vertebras viper. vel colubr. exicc. f. pulvis, cui adde*
rad.imper.ana. vel
℞. *Carnis vip.q.v. condiatur ſale per octiduum, in cribro undiq; munito ponatur & ſubtus quotidiè fumus fiat ex myrrh.bac.lauri, ſunip.caryophill. poſt in olla calcin. & f. pulvis.*
℞. *Carnis vip.q.ſ. lava ex vino & lento igne exicca, f. pulvis.* Vel

Pulvis contra dolorem dentium.

℔. *Sandarac.*
maſtic.
ſarcocoll.
hypocyſt.
bol.armen.
acacia.
thuris ana ℥ſ.
thutiæ præpar. ℥ſ.ß.
vitriol.alb. ℈ij.ß.
cinnam.
ſpec.diambr.ana ℥ſ.
ambr.gr.ij.
Mi.f.pulu.ſubtilis.

Pulvis pro fumo. Piſtorij.

℔. *Maſtic.℈ij.*
thuris maſculi ℥ſ.
ſtyrac.calamit. ℥ſ.ß.
ſuccin.alb.Dr.ij.
caryoph.Dr.ß.
xyloaloes ℈ij.
galliæ moſch.Dr.ſ.ß.
Mi.f.puluis groſſus.

Alius effic.

℞. *Maſtich.el.Dr.ij.*
Thuris Dr.j.
Tacamach.Dr.j.ß.
Gummi Amm.Dr.ij.ß.
ligni aloes ℈j.
Succini Dr.ij.ß.
Fl.roſ.rubr.℈iſ.
M.

Pulvis contra calculum.

℔. *Sem. violar.*
fruct.lapp.maior.ana Dr.j.
ſaxifrag.℥.ß.
baccar.lauri.
fol.querc.an. ℈j.
ciner.lepor.℈ij.
Mi f.Puluis.

Alius ad idem.

℔. *Spodii leporini Dr.ij.*
lapid.iudaici calcinati.
ſpongiæ ana Dr.j.
ſacch.albiſſ.℥iij.
Mi.f. puluis.

Pulvis D. Ioan. Hartmanni Beyeri ad Epilepſiam.

℔. *Cranii human.præpar. Dr.ij.*
ſem.pæon.decortic.
limaturam auri ſi ungarici unius.
rad.liquir.raſ.℥ſ.

rad.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 759 sur 955

rad.pæon.
ungul.alcis ana ℥j.
Mi.f.pulvis ſubtiliſſ.
detur cum aq.cephalic.

Pulvis pro botio. D. VVolffgangi Gabelchoveri.

℞. Spongiar. uſtar.
lapid.calaminar.ana ℥ij.
pumicis.
ſpongiæ ana ℥iv.
ſacch.fini ℥iij.
Mi.f.pulvis.

Pulvis ſemen augens Prævotij.

℞. Genitalis Tauri.
Borracis offic.ana ℥iij.
rad.craſſ.Satyr. ℥ij.
zinzib.
Cinnam.ana ℈j.
Croci ℈.ß.
M. Doſis ℥i.m.&v.

Pulvis D. Vlrici Chelii pro ſuffitu, tempore peſtis.

℞. Rad.veter.junip.exiccat.& in tenuiſſimas partes inciſar. ℔.ß.
baccar.juniper.℥iij.
thymiamat.
thuris alb.ana ℥j.ß.
coriandr.in acet.macerati & denuo exiccati.
ſem.nigell.
rad.irid.florent.
laudani.
cer.alb.in tenues partes.
conciſæ.
ſandarac.ana ℥j.
cortic.citri.
pomor.aurant.ana ℥vj.
maſtic. ℥.ß.
caryoph.conciſor. ℥ij.
fl.lavendul.
ſummit abſynth.cum ſem.
M.j.ß.fol.ſpic.nard.
ſalviæ.
meliſſ.ana Mi.
roriſmar.
majoran.
origan.ana p.ij.
Herbæ omnes concidantur: coriandrum vero & ſemen ingeſtæ integræ ſumantur & miſceantur.

Pulvis Leonardi Fioravanti ad idem.

℞. Colophon.pellucid.
picis græc.ſicc.
thuris maſcul ana ℥vj.
granor.ſtyrac.
myrrh.
benzoin.ana ℥ij.
lign.aloes ℥ij. Mi.optime & f.pulvis.

Pulvis bezoarticus ſine pretioſis Medicor. Francof. de ann. 1597.

℞. Bol.arm.ver.cum aq.ſcabioſ.præp. terr.ſigillat. Sileſiac.
rad.diptamn.alb.
tormentill.ana ℥vj.
angelic.
gentian.
petaſit.
zedoar.
corn.cerv.præp.
ſuccin.alb.præp.ana ℥ij.
oſſ.de cord.cerv.
raſur.Ebor.
cortic.citr.
corall.præp.ana ℥ß. Mi.f.pulv.ſubtiliſſimus.

Pulvis bezoarticus cum pretioſis. Eorundem.

℞. Pulv.modo præſcripti ℥j.
marg.præp.gr.xvj.
hyacynth.℥.ß.
rubin.
granat.
bezoar.orient.veri omniũ ſelectißimor.& præp. an.gr.viij.fol.argent.auri an.fol.dimidium.
Mi.f.pulvis ſubtiliſſimus.

Pulvis pro veſtimentis.

℞. Rad.ireos ℥.ß.
cyperi longi ℥ij.
fl.lavendul.
roſ.ana p.ij.
caryoph.
ſantal.citrini.
calam.aromat.
ſem.coriandr.an.℥ij.
Styrac.calam.
aſſæ dulc.an. ℥.ß.
majoran. ocymi an. Mi.
cortic.aurantior.℥ij. Mi.f.pulvis groſſus.

Pulvis Epilepticus Horatij Augenij.

℞. Oſſ.cap.hum.maſcul.anterioris partis combuſti.
ſem.pæon.maſcul.excortic.ana ℥.ß.
rad.tormentill.
viſci quercin.an.℥ij.
raſur.ungul.alc.℈j.
pulveriſentur omnia per ſe deinde miſceantur.

Doſis ℥j.ß. horis duab. ante cœnam atque addito ſacharo fiat tragea, de qua ſumat cochl. 1. magnum cubitum iturus.

Alius ejuſdem ad idem præſtantiſſimus.

℞. Teſticulor.apri aut ſaltem verris, id eſt, ſuis domeſticæ venere utentis ℥ij. teſticul.galli ſimul in furno exiccator. ℥j. Mi.f.pulvis ſubtiliſſimus, cui adde ſacchari fini duplum. De hoc pulvere ſumat puer epilepticus continuo in omnibus ferculis. Experieris pharmacum abſolutiſſimum.

Pulvis Puerum. D.

℞. Rad.Pæoniæ maſcul.decreſcente Luna & ſole in piſcibus collectæ ℥j.
Ireos Florentinæ ℥ij.
Sem.Pæoniæ maſc.decreſc.Luna coll.& excortic. ℥j.
Margarit.præp. ℈iv.
Corall.rub.præp.
Corn.C.uſti præp.ana ℈ij.
Fol.Auri fini N.iij. Manus Chr.perlat. ℥ij.
Pulverizanda pulverizentur ſubtiliſſimè miſceantur & Fiat Pulvis.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 760 sur 955

Datur infantibus in metu Epilepſiæ, in tuſſi & in omni ſubito morbo, qui cor petit.

Confortat enim cerebrum, munit cor ab irruente materia, ab eoque omnem noxam longè propellit. Indendus eſt ℈j. vel ʒ.ß. pondere ſucceſſivè ori infantium, ut in lingua diſſolutum deglutiant: vel diluendus eſt cum lacte materno, aut nutricis, & paulatim ori inſtillandus.

Pulvis Epilepticus. D.

℞. *Rad. Pæoniæ maſc. de creſc. Luna & Sole in piſcib. collect.* ʒiij.
Tormentill. ʒij.
Diptamn. alb. ʒj.
Viſci quercin. recent. ʒij. ß.
Sem. Pæoniæ maſc. excort. & Lunæ decreſc. coll. ʒiij.
Galli trichi ʒj.ß.
Cubebarum ʒ.ß.
Smaragd. præp.
Corall. rubr. præp. ana ʒ.ß.
Corn. cerv. uſti præp.
Vngulæ Alcis pedis poſter. ana ʒj.
Cranii hominis partis anterioris vi interempti præp. ʒij.
Patellar. ſeu talorum Leporis pedum poſterior. No. xij.
Corallinæ ʒ.ß.
Succin. alb. præp. ℈ij.
Fol. Auri fini. N. ij.
Pulverizentur ſubtiliſſime, & fiat Pulvis, cui adde
Ol. ſtillat. Nucis moſchat.
Macis.
Roriſmar. ana g.vj.
Miſce & fiat Pulvis pro Vſu.

Valet pulvis iſte à tota ſubſtantia contra Epilepſiam. Datur in ipſo paroxyſmo ʒj. cum aquę flor. Tiliæ & Ceraſorum nigrorum ana ʒj. & Epilepticæ aureæ ʒ.ß.

In præſervatione datur in omnibus quadris Lunę, etiam in humida aëris conſtitutione ʒ.ß. cum ijſdem aquis, aut ſaltem cum ſola aqua Flor. Tiliæ. Pueris ſufficit dimidia, aut minor doſis pro ætatis ratione.

Pulvis dentifricius Piſtorij.

℔. *Ciner. roriſmar.*
byſſop.
menth. ana ʒj.
tartar. ʒj.
corall. rubr. præp.
corn. cerv. uſt.
maſtic. ana ʒj.
teſtar. ovi combuſtar.
criſtall. præpar.
Nuciſtæ.
cinnam. ana ʒ.ß.
cazyoph. ℈j.
Mi.
F. pulv. ſubtiliſſimus, cui addatur
Ol. vitrioli guttulæ xij.

Pulvis ad gingivas. Ejuſdem.

℔. *Nuciſtæ* ʒj.
ſandarac.
hypocyſt.
maſtic.
acaciæ ana ℈j.
thutiæ præpar. ʒj.
vitriol. alb. ℈iij.
Mi.
F. pulvis ſubtiliſſimus.

Dentifric. Fabr.

℔. *Corallor. præpar.*
Roſarum rubear. ana ʒj.
thuris, cornu cervi uſti & præp.
Cancrorum præp. ana ℈ij.
Sanguinis draconis.
Balauſtiorum ana ℈j.
Margaritar. præp.
Oßa ſepiæ ana ℈.ß.
Aluminis uſti ℈j.
Miſceantur, fiatq; omnium pulvis ſubtiliſſimus.

Alius pulv. effic.

℞. *Alum uſti ſucco citri decies trit.* ℈j.
Vitrioli albi ℈.ß.
Corall. rubr. præp. ʒj.
ſilicum fluv. calc. præp. ʒiij.
Punicis præp. ʒ.ß.
Rad. Ireos ʒj.
Gall. moſch. ℈ ß.
Cornu cervi uſti præp. ℈iv.
Ol. ligni Rhod. gutt. iij.
M.

Pulvis pro ſuffimigio ad deſtillationes capitis.

℔. *Maſtic.* ʒv.
gumm. junip.
ſuccin. flav.
xyloaloes.
thuris ana ʒ.ß.
ſtyrac calamit. ʒj.ß.
Mi.
F. pulvis groſſus.

Pulvis Tribuli ad calculum Horatij Augenij.

℔. *Fol. tribuli.*
piper.
ſem. petroſel. macedon. ana ʒij.

Foliis fertulam vel coronam ſive ſpharam unam: Hac omnia ſeparatim tuſa & in tenuiſſimum pulverem redacta cũ ſanguine hircino miſceantur & detur infirmo cochl. j. in meri aut cujuſcunq; liquoris dulci potione.

Pulvis mirabilis ad calculum, Ejuſdem.

℔. *Fol. tribul.*
piper nigr.
thymi an. ʒij.
ſpic. nard. Italic. ʒ.ß.
ſangu. hirci optime præpar. ʒiij.

ſingula pulveriſentur per ſe, mox miſceantur, atq; vitreo vaſe in loco ſicco aſſerventur: ſic autem tribulus terreſtris. Doſis hujus pulveris ℈iv.

Experimentum ejuſdem contra calculum veſicæ.

℔. *Pulv. milliped. præpar.* ʒj. *ad ſummum* ℈iv.
aq. vitæ ʒ.ß.
juris cicerum rubeor. ʒjx. *vel* ʒx.

Sumatur calidum horis quinque ante prandium.

Aſello-

Aſellorum ſeu millipedum præparatio ex Augenio.

℞. *Aſellorum quantum vis, abluo diligenter vino albo generoſo, mox in ollam novam vitro obductam iniicito, luto aliquopiam incruſtato, poſtea in furno exicca ita, ut poſſint ſubtiliſſime pulveriſari, tum vero affunde vini generoſi, quantum poterunt imbibere, rurſus exicca, tertio imbibitio & exiccato ut ſupra; quarto vero pulverem aquæ fragarum & al. ex halcanth. ana ℥j. irrorato, vicißim Miſce iuvicem, rurſus exicca, in tenuißimum pulverem redige & in vaſe vitreo, aureo vel argenteo reſerva.*

Pulvis ad Calculum. Auguſt.

℞. *Sem. Mylij Solis.*
Saxifragiæ ana dr. unam.
Lactucæ.
Hyoſcyami.
Papaveris albi ana ſcrupulos duos ſemis.
Quatuor Sem. frigid. majorum ana Scrupulos duos.
Glyzyrrh. ſcrupulos quatuor.
Trochiſc. de Halicabo Drachmam unam ſemis.
Rad. Pimpinellæ.
Sem. Geniſtæ ana Dr. ſem.
Sacchari ℥ij.
M.

Pulvis ad Calculum ex cineribus Avicennæ.

℞. *Cinerum vitri.*
Cinerum Scorpionum.
Cinerum Rad. Braßicæ.
Cinerum Leporis.
Cinerum putam. ovor.
Lapidis ſpongiæ.
Sanguinis Hirci præparat.
Lapidis Iudaici.
Gummi juglandis.
Acori optimi.
} ana ℥j.

Petroſelini.
Dauci.
Pulegii.
Gummi Arabici.
Sem. Altheæ.
Piperis nigri.
} ana ℥j. ß.

Trita Miſce fiat Pulvis.

Pulvis nephriticus Herculis Saxoniæ.

℞. *Pulv. cortic. avellanar.* ℥j.
lapid. ſpong.
judaici.
milii ſolis ana ℥j.
baccar. heder. ℥. ß.
mandibular. lucij ℥j. ß.
Mi. f. pulvis ſubtiliſſimus.

Alius Eiuſdem ad idem.

℞. *Cinnam.*
mandibul. lucii.
cardamomi.
cortic. avellan. ana Dr. j. ß.
cortic. ovorum, ex quibus pulli nuper ſunt egreſſi. ℥j.

Mi. f. pulvis hujus detur ℥j. ſtatim poſt hauſtam aquam meam nephriticam.

Pulvis contra vermes. Ejuſdem.

℞. *Aloes in aq. gramin. lot. & exiccat.*
ſem. ſanti.
corallin.
rad. Rhab.
biſtort.
zedoar.
medull. oßis perſicor.
fol. ſcord. cretici.
agar. troc. an.
ſacch. fini ad pondus omnium Mi. f. pulvis. pro augmento ætatis dantur ℥iij.

Pulvis ad quaſcunque fluxiones.

℞. *Salis uſti.*
granor. juniper.
baccar. lauri.
ſem. cumin.
aquileiæ.
anis.
cinnam. ana ℥ij.
tartari aquæ diſſoluti & coagulati ℥. ß.
zedoar.
zinzib.
ſuccini.
macis ana ℥j.
croci ℈j.
rad. tormentill. ℥j.
ſacchari ad pondus omnium Mi. f. pulvis, uſurpandus in cibo ad quantitatem avellanę quotidie. Cohibet fluxiones totius corporis abſumit, valetudinem conſervat, morboſque omnes arcet.

Pulvis ad ardorem ſtomachi à me multoties probatus.

℞. *Criſtall. calcinat. & præpar.* ℥j. ß.
margar præpar. ℈j.
corallor. albor. præpar.
cretæ ana ℥j.
ſacch. cand. alb. ℥ij.
Mi. f. pulvis ſubtiliſſimus, cum vino aut quomodolibet ſumendus.

Pulvis contra vermes.

℞. *Sem. ſanct. ſeu ſementinæ præp.* ℥. ß.
margar. præpar. Dr. j.
rhab. opt. Dr. ij.
corn. cerv. uſti Dr. j.
Mi. f. puluis ſubtiliſſimus : cum aqua ſcordij.

Alius ad idem.

℞. *Fol. ſcord.*
ſementinæ ana unc. j.
corallin. præpar. Dr. v.
rad. rhapontic.
rhabarb ana Dr. j.
corn. cervv. uſti.
marg præpar. ana Dr. j.
Mi. f. pulv. ſubtil.

Diacu-

Diacuminu Nicolai. Aug.

℞. *Cumini prius per diem naturalem in aceto infusi, & rursus exsiccati unciam unam scrupulum unum.*
Cinnamomi.
Caryophyllorum ana Drachmas tres, scrupulos duos.
Galangæ.
Thymbræ, seu Satureiæ.
Calaminthæ.
Zingiberis.
Piperis nigri ana Drachmam unam, scrupulos duos.
Ammeos.
Libystici, seu Ligustici ana Drachmam unam scrup. unum, grana sex.
Piperis longi Dr. unam.
Spicæ.
Nucis Moschatæ.
Cardamomi ana scrupulos duos semis.

Thoracis, præcordiorum, ventriculi & viscerum imbecillitati à frigida causa natæ, ac Oxyregmiæ opitulatur. Stomachicis convenit, intestinorum flatus dissipat, hypochondriorum distensionem à nimia cruditate & flatibus profectam aufert, viscera calefacit, & concoctionem mire juvat. Arteriacis itidem, difficultati spirandi, & tussi ex frigidis crassisque humoribus ortæ auxilio est, nec non inflatis, Colicis, & Quartanarijs plurimum prodest.

Diacurcuma Mesuæ, seu Diacrocu. August.

℞. *Croci.*
Asari.
Sem. Petroselini Macedonici.
Dauci.
Anisi.
Apii ana unc. ß.
Rhabarbari.
Meu.
Phu, seu Valerianæ majoris.
Spicæ Indicæ ana Dr. sex.
Costi, seu Zedoariæ.
Myrrhæ.
Cassiæ lignæ.
Schœnanthus.
Carpobalsami, seu Cardamomi minoris.
Rubiæ.
Succ. Absynthii.
Eupatorii Mesuæ, seu Agerati.
Opobalsami, seu Olei Caryophyllorum ana Dr. duas.
Calami Aromatici.
Cinnamomi ana Drachmam unam semis.
Scordii veri.
Scolopendrii seu Ceterach.
Succi Glycyrrhizæ ana Drachmas duas semis.
Tragacanthi Dr. unam.

Medicamentum hoc, quod nonnullis διὰ κρόκου, alijs διὰ ἐρυθροδάνου inscribitur, viscerum internorum, ventriculi nempè, hepatis, & lienis morbis frigidis ac diuturnis subvenit. Vsurpatur ad Cachexiam & Hydropem, obstructiones enim internas reserat, colorem corporis fœdum & totum ejus habitum frigidiorem corrigit. Frigidam item ventriculi intemperiem corrigit, flatus discipat, &c.

Pulvis Diaireos simplex. Renod.

℞. *Ireos florentinæ ℥. ß.*
sacchari candi.
pulver. diatragacanthi frigid. ana ℥ij.
Fiat omnium pulvis confuse miscendus & servandus.

Author hujus pulveris incertissimus est, usitatissimus tamen usus. Solet autem convenientissime excipi *sacchar*o, *albumine ovi in aqua tussilaginis*, aut *rosarum*, vel *scabiosæ*, aut alius similis clarificato, ut decet, cocto, & ad tabellarum seu lozengiarum, ut vocant, formam concinnato. Libra vero *sacchari* pro quaq; uncia pulveris ponenda est: Aliquando tamen unciæ duæ sacchari singulis pulveris drachmis ponuntur: Sicq; paratum Electuarium gratius quidem est, sed inefficacius, ut contra dum pro singulis pulveris dragmis sachari tantum unciam recipit.

Modus parandi ita facilis est, ut etiam ipsis tyronibus satis innotescat, nec opus est pluribus describere.

Diairis plurimum valet ad faucium destillationem, ad humorum crassorum attenuationem, coctionem, & expectorationem.

Est alia compositio *Diaireos Salomonis* nomine insignita, quæ quod paratu sit difficilior, insuavior, nec efficacior, rarissime paratur.

Pulvis Diatragacanthi frigidi D.N. Myrepsi.

℞. *Penidiorum ℥ij*
gummi tragacanthi ℥ij.
gummi Arabici ℥x.
amyli ℥. ß.
sem. papaver albi ℥ij.
quatuor sem. frig. major. mund.
glycyrrhizæ raſ. ana ℥ij.
camphuræ scr. ß.
Fiat omnium pulvis.

Pulvis hic à *tragacantho* nomen & basim habet, quod cæteris præpollet in compositione. Multa autem recipit bechica, lenta, refrigerantia & lenientia, quibus N. Myrepsus primus illius author, *semen urticæ* attenuandis & expurgandis humoribus crassis valde accommodatum adjecit, quia tamen compositionem, & colore, & sapore multum efficit ingratam, à recentioribus recte omittitur, hanc ipsam alia multa reddunt satis commendabilem.

Servatur sub forma vel pulveris reliquorum more, vel Electuarij tabulati, addita ad singulas pulveris uncias sachari libra.

Omnibus pulmonum & thoracis affectibus calidis confert maxime tabe confectis ac macilentis, pleuriticis, linguæ & faucium asperitati, tussi, & sputo coquendo & expectorando.

Pulvis Diapenidij sine spec. D.N. Myrep.

℞. *Penidiorum ℥ij.*
nucleorum pineorum.
amygd. dulc. mund.
sem. papaver. alb. ana ℥ij.
succi glycyrrh.

gummi

gummi tragacanthi.
gum. Arabici.
ſem. iv. frigid. major. mund.
amyli ana ℥j. ß.
caphuræ gr. viij.

Fiat omnium pulvis.

Diapenidion vel paratur ſine ſpeciebus, ut formula deſcripta, vel cum ſpeciebus additis *cinnamomo, caryophyllis & zinzibere*, quo modo deſcribitur à Myrepſo primo ejus authore. Sicq; paratum *Diapenidion cum ſpeciebus* nominatur. Æquali vero pondere dictę ſpecies, *amygdalæ, ſemen papaveris, & glyzyrrhizæ ſuccus* ponuntur.

Servatur vel forma pulveris, vel Electuarij ſolidi, quod authoris decreto ſic conficietur. *In aquæ libra, violarum* unciæ tres macerandę & coquendæ, donec violaceum aqua colorem nanciſcatur In colatura coquenda *ſacchari* libra una ad conſiſtentiam Electuarij ſolidi, cui adhuc calenti, *penidia* & reliqua ſimplicia lævigata, ita permiſcenda & ſubigenda, ut formam ſolidam ac idoneam acquirant, ex qua teſſeræ, ſeu tabellæ quadratæ, vel rhomboides concinnentur, & uſui reponantur. Sic omnes uno fere conſenſu *Diapenidion* conficiunt, pauci tamen in ſimplicium proportione conveniunt : Singuli enim ſingulorum pondus immutant, uſitatiſſima tamen hæc eſt formula quam exhibemus.

Valet tuſſiculoſis, pleuriticis, peripneumonicis, aſperitati faucium, & aſperæ arteriæ, raucedini, & vitijs pulmonum multis. Si cum ſpeciebus paretur, præter enumeratos effectus, incidit, attenuat, & humores lentos, craſſos, frigidos coquit, & ad expectorationem apparat.

Pulvis Anonymus. Aug.

℞. *Sem. Papaveris albi dr. duas.*
Portulacæ,
Cydoniorum.
Malvæ.
Bombacis ana dr. unam ſemis.
Quatuor ſem. frig. maior. excort. ana drachm. unam.
Gummi Arabici.
Tragacanthæ.
Amyli ana Dr. duas.
Hypociſtidis.
Boli Armeni Orientalis præparati.
Cornu cervi uſti.
Raſuræ Eboris.
Cicerum rubrorum ana dr. ſemis.
Cinnamomi dr. duas.
Penidiorum unciam unam ſemis.
Sacchari Canariæ uncias ſex.

Miſce, Fiat Pulvis.

Tabidis Phthiſicisque prodeſt ; ulcera enim pulmonum lenit, abſtergit, & glutinat : tenues ac ſalſos catarrhos ſiſtit & incraſſat, faucium aſperitatem mitigat, ac defluxiones acres ad pulmones devolvi prohibet.

Nonnulli huic Liquiritiam, Roſas, ſemen Altheæ, Coralios, Species Diatragacanthi frigidi, aut pulmonis vulpis præparati nonnihil addunt ; verum hæc pro varia Medici prudentis intentione quocunq; tempore adiici poſſunt.

Similis ferè Pulvis extat deſcriptus apud Valeſcum, Pulvis Haly dictus, eaſdem vires cum priore obtinens ; cujus deſcriptio hæc eſt.

Sem. Papaveris albi drachm. quinque.
Gummi Arabici.
Amyli.
Tragac. an. Dr. unam ß.
Sem. Portulacæ.
Goſſypii.
Altheæ.
Malvæ. ana Dr. duas ſemis.
Quatuor Sem. frig. major. excorticatorum,
Cydoniorum mundatorum ana drachmas tres ſemis.
Spodii præparati.
Succi Liquiritiæ, vel potius pulveris ejus. ana drachmam unam ſemis.
Penidiorum ad pondus omnium,

Miſce, Fiat Pulvis.

Notandum, Pulverum horum ſemina frigida continentium non nimiam una vice quantitatem præparari debere, ne Pulvis diuturniore ſitu evadat rancidus.

Pulvis Scaligeri in cruenta expuitione.

Mylij.

℞. *Boli Armeni.* *Terræ ſigillatæ.* *Spodii.* *Hæmatitis.* *Roſar. rub.* — ana ℥v.
Coral. rub. *Carabe.* *Margaritar.* — ana ℥ß.
Gummi Arabici. *Tragacant.*
Sem. papav. albi. *Portulacæ.* *Malvæ.* *Plantaginis.* *C. cervi uſti.* *Acaciæ.* — ana ℥ß.
Succi Liquiritiæ

Diaireos Salomonis ex Nicolao Myrepſo. Aug.

℞. *Iridis unciam unam.*
Pulegii.
Hyſſopi.
Glyzyrrhizæ ana Dr. ſex.
Tragacanthæ.
Amyli.
Cinnamomi.
Zingiberis.
Piperis.
Amygdalarum amararum.
Nucum Pinearum ana Dr. tres.
Caricarum.
Paſſularum enucleatarum, id eſt, Cybebarum,
Carnium Dactylorum ana Drachmas tres ſemis.
Styracis Calamitæ rubeæ drachmas duas, ſcrupulum unum.

Faucibus exaſperatis, & columellæ fluxione tentatæ prodeſt. Diſpnoicis item, Arteriacis, & tuſſiculoſis auxilio eſt, nec non frigidæ capitis intemperiei & deſtillationi in fauces irruenti conducit, ac vocis jacturam frigore contractam reſarcit.

Hæc

Hęc compoſitio quia valdè ingrata eſt, parum frequens eſſe ſolet, cum ſequentes magis in uſu ſint.

Diaireos Vſitata. Aug.

℞. *Specierum Diatragacanthi frigidi unciam unam.*
Radicum Ireos uncias duas.
Gummi Arabici.
Tragacanthæ ana unciam ſemis.

Hujus in deſtillationibus ad fauces ac aſperam arteriam ruentibus præ cæteris crebrior uſus eſſe ſolet, cum quod gratior ſit reliquis, tum quod guttur probè leniat, expectoratum facilitet, nec non acres deſtillationes contemperet.

Confectio de Hyacintho. Auguſt.

℞. *Hyacinthi præparati.*
Coralli rubri.
Boli Armeni Orientalis.
Terræ Sigillatæ ana Drachmam unam ſemis.
Granorum Chermes.
Rad. Tormentillæ.
Diptamni albi.
Sem. Citri mundati.
Acetoſæ.
Portulacæ.
Croci.
Myrrhæ.
Roſarum rubearum.
Santalorum omnium.
Oſſis de corde cervi.
Cornu cervi uſti.
Raſuræ Eboris ana ſcrupulos quatuor.
Saphyri.
Smaragdi.
Topazij.
Margaritarum.
Serici crudi toſti.
Foliorum Auri.
Argenti ana ſcrupulos duos.
Ambræ veræ.
Moſchi ana ſcrupulum unum.
Camphoræ grana quinque.

Opitulatur Cardiacis & Lypothymias patientibus: viribus exolutos ſibiipſis reſtituit, ſyncopas arcet, animi defectiones ſanat, peſtiferos morbos præcavet, eoſdemq; jam factos expellit, putredinem humorum corrigit, ac in malignis febribus cor à tetrarum fuliginum & pravorum vaporum inſultu tuetur.

Compoſitio hæc longè alia eſt quàm quæ in Luminari majore ex Avicenna deſumpta proſtat. Nos hanc communi alioquin voce celebratam ex Iouberti Animadverſionibus fic, reſtituimus, apud quem alia quoq; deſcriptio legitur in Pharmacop. Sect. tertia de conf. Alcher. moll. item q; alia in Tract. eiuſdem de Peſte cap. ultimo.

Notandum in defectu Topazij Smaragdi aut Saphyri ſubſtitui commodiſſimè hic poſſe Hyacinthos præparatos ex mente ejuſdem Iouberti. Præterea nobis folia Auri numero viginti, Argenti verò decem ſufficere videntur.

Diahyſſopu Nicolai. Aug.

℞. *Hyſſopi.*
Ireos.
Thymi.
Piperis ana Dr. quindecim.
Pulegii.
Thymbræ, ſeu Satureiæ.
Rutæ.
Cumini ana drach. decem.
Carnium Dactylorum.
Tragacanthæ.
Glyzyrrhizæ.
Caricarum.
Paſſularum majorum enucleatarum.
Fœniculi ana Dr. quinque.
Zingiberis.
Sem. Aniſi.
Carui.
Liguſtici ana Dr. duas ſemis.

Capitis vitijs frigidis conducit; columellam à frigidi humoris procubitu elongatam vel prætumefactam exiccat, arteriam aſperam expurgat, omnia frigida thoracis & ſtomachi vitia emendat, & coctionem promovet: rariſſimè tamen in uſum venit.

Tragacanthum per ſe terendum, ſi enim cæteru mixtum teratur inæqualitatem mixturæ facies, id in reliquis etiam compoſitionibus obſervandum.

Confectio de Rebecha.

℞. *Pulver. Diaireos.*
diatragacanth. frigid. an. ℥ij.
pul liquiritiæ ℥ß.
ſacchari candi ℥iij.
ſacchari albiſſ. ℔ß.

Cum gummi tragacantho in aqua roſarum ſolato fiat paſta, ex qua formentur bacilli uſui reponendi.

Hæc licet confectio ſit authoris incerti, uſitatiſſima tamen eſt, ſapore gratiſſima, & effectu commendatiſſima. Pulveres, quibus conſtat, ſeorſim quidem ſervantur, ſed ubi miſcentur ſimul, vel *tragacantho aqua roſarum*, vel alia conveniente ſoluto, vel *ſacharo* humore quodam idoneo liquato & cocto coguntur in maſſam, ex qua vel teſſeræ, vel paſtilli, vel bacilli formantur. Inter autem pulveres bechicos annumeravimus, quod ex ijſdem conſtet, & ad eadem uſurpetur. Quidam putant, hanc Confectionem dici *Rebecham*, quaſi *bechicam*; Eſt enim Bechicum inſigne, q; cum olim imperarent Medici, ſicque præſcriberent: ℞. *bechi*: Ignari conjunctim dixerunt *Rebechi*, dein *Rebecha*, unde Confectionis hujus nomen.

Optime medetur tuſſientibus, aſthmaticis, Empyicis, pleuriticis, linguæ & faucium aſperitati, raucedini, & difficulter ſpirantibus.

De Penidiis.

Inter Bechica & Atteriaca multum commendantur *Penidia*, quæ medicamentum ſunt ex paucioribus compoſitum. Conſtat enim tantum *ſacchari*, & *aqua hordei* ea proportione & arte coctis, ut maſſa quędam exurgat admodum ſolida, & ita tractabilis, ut digitis non adhæreat, & facile in fila ducatur tenuiora, craſſiora, breviora, aut longiora: Quod utprobeſiat, adhuc calens maſſa unco ferreo trabeculæ affixo adducitur, reducitur, trahiturque denuo, quouſque dealbetur, & ex filis dictis variæ figuræ ducantur.

Bulcaſis ejus compoſitionis author ex *aqua par. & ſaccha-*

ſaccharo & melle parabat, cum tantillo *olei amygdalarum amararum* commiſto. Nunc vero *aquæ hordei* ſumitur, *mel* relinquitur, & marmor tantum, ſuper quod medicamentum adhuc calens proijcitur, & manus, quæ id ipſum contrectant ac ſubigunt, oleo liniuntur, ut minus adhæreſcat.

Ab albedine, quam medicamentum hoc inter ſubigendum, & ducendum, acquirit, *Alphenicum* in Officinis nominatur.

Plurimum confert tuſſi, raucedini, arteriæ aſperitati, ſputo movendo, coquendo, excludendo, & omnibus affectibus pulmonum & thoracis.

Diagalanga Meſuæ. Auguſt.

℞. *Galangæ.*
Ligni aloes ana dr. ſex.
Caryoph.
Macis.
Liguſtici ana dr. duas.
Zingiberis.
Piperis longi.
Albi.
Cinnamomi.
Calami Aromatici ana Drachmam unam ſemis.
Calaminthæ ſiccæ.
Menthæ ſiccæ,
Cardamomi majoris.
Spicæ Indicæ.
Sem. Apij.
Aniſi.
Fœniculi,
Carui ana Dr. unam.

Ventriculi & jecoris intemperiem frigidam ſanat, ob id coctionem juvat, ructus acidos compeſcit, flatus craſſos atq; ab eis natas inflationes diſſipat. Oris halitum commendat, ac ejuſdem fœtorem gigni vetat.

Pro Liguſtico Cardamomum minus odoris gratia hic ſubſtituitur.

Pulvis cholagogus. Querc.

℞. *Rhabarbari electi ʒ. iij.*
Flor. Violarum ʒij.
Roſ. pallidarum.
Hyperici ana ʒj.
Spec. Diatriaſantali.
Maſtiches.
Cinnamomi ana ℈. ß.
Scammoniæ præp. ʒj.
Sacchari violati ʒ. ß.

Miſce, fiat pulvis: Doſis Drachm. j. ſumatur ex juſculo.

Pulvis phlegmagogus.

℞. *Spec. Diacarthami ʒij.*
Agarici trochiſcati ʒ. ß.
Turbith.
Hermodactyl. ana ʒj.

Mi. Doſis ℈ij. cum juſculo vel vino.

Pulvis melanagogus. Quere.

℞. *Senæ ʒj.*
Aniſi.
Fœniculi dulcis ana ʒj.

Cinnamomi ℈ij.
Cryſtallorum tartari ʒvj.
Sacchari ʒj. ß.

Mi. Doſis ʒij.

Hic pulvis non injucundi ſaporis eſt: optime inſuper purgat humores acres, ſalſos, retorridos & melancholicos: ventriculum à viſcida & mucilaginoſa materia detergit, & ſic quoq; eundem roborat. Si huic pulveri, Aquilę noſtræ cœleſtis (quæ licet plane inſipida ſit, nihilominus tamen 17. granorum pondere, cum vino infuſa & exhibita omnes corruptos & putridos humores è corpore clementer educit) drachmam unam atq; alteram adjeceris, excellens remedium habebis: vel contra ipſam luem veneream, addendo nimirum commemoratæ doſi gummi guaiacini ʒ. iij. omniaq; ſic reducendo in pulverem, de quo ſatis erit pro doſi exhibere ℈. iv. ſtatim ſuperſorbendo juſculum, & admirandos ſortietur effectus. Vſus ejuſdem continuandus eſt 12. vel 15. diebus conſequentibus. Prima venereæ luis ſpecies hac methodo ſine negotio expugnatur: Sed ſi fuerit inveterata, cancroſa, nodoſa, doloribus & alijs infeſtis ſymptomatis complicatæ, ſumpto pulvere enarrato, æger inſuper de decoctione quadam hydrotica noſtræ deſcriptionis, ut *ſupra* ʒiv. vel v. ſuperbibat, & in lecto ultra horam ſudet: probeq; linteis abſtergatur, idque tam matutinis horis, quam à prandio: & potentes mirificoſq; effectus percipiet, quos pulvis hic exeret, per inferiora vacuando omnes maleficos venenatoſq; humores, qui alias cæteris remedijs nunquam edomarentur.

Præparatio noſtrorum cryſtallorum tartari docebitur *cap. de ſalibus*: ſic Aquilę noſtrę cœleſtis deſcriptio habetur in *Tetrarde noſtra cap. de mercurio.*

Pulvis panchymagogus.

℞. *Cryſtallorum tartari ʒj.*
Senæ ʒx.
Turbith. ana ʒ. ß.
Rhabarb.
Agarici trochiſcati ana ʒij.
Scammoneæ præp. ʒij.
Macis.
Cinnamomi.
Galangæ ana ʒj. ß.
Saccharo violati ad pondus omnium.

Doſis ʒj. cum juſculo.

Alius.

℞. *Fol. Senæ ʒj. ß.*
Epithymi.
Rhabarbari ana ʒij.
Ligni aloes.
Macis.
Zingiberis ana ℈ij.
Salis abſinthii ʒj. ß.
Spec. Diatriaſantali ℈j. ß.
Turbith.
Hermod. ana ʒ. ß.
Saccharo ad pondus omnium.

Miſce, fiat pulvis: Doſis ſemicochleare argenteum ſuperbibendo juſculum.

Pulvis purgatorius conducens ad omnes morbos frigidos cerebri. Querc.

℞. *Cryſtallorum tartari.*

Folliculorum ſena ana ℥j.
Hermodactylorum.
Turbith. ana ℥.ß.
Pulveris foliorum peti ℥iij.
Calami aromatici.
Zedoariæ ana ℥j.
Sem. Pæoniæ.
Siler montani.
Fœniculi.
Aniſi.
Ameos.
Nardi Indici ana ℈iv.
Coralli præp.
Margaritarum præp. ana ℥j.
Cubebarum.
Macis.
Caryophyllorum ana ℥.ß.
Salis euphragiæ.
Salis Betonicæ ana ℥j.ß.
Sacchari anthoſati ad pondus omn.

Miſce, fiat pulvis : Doſis ℥j. ſuperbibendo ſtatim juſculum.

Pulvis hic mane ſumptus, bis terve aluum dejicit, caput nebuloſis & craſſis humoribus, cerebrum turbantibus liberat: acuendo & roborando viſui mirifice confert, memoriam juvat, & ſpecificum eſt remedium epilepſijs, apoplexijs & paralyſibus, quo diebus alternis ad horum affectuum & ſymptomatum præſervationem & curationem diu utendum erit.

Pulvis purgans hydropicorum aquas. Q.

℞. *Rad. Aſari.*
Mechoacæ ana ℥.ß.
Eſulæ præparatæ.
Soldanellæ ana ℥j.
Spec. Diacarthami ℥j ß.
Diatrion ſantal. ℈j.
Scammoneæ præparatæ.
Fœculæ bryoniæ & ireos ana ℈iv.
Trochiſcorum de eupatorio.
De rhabarbaro ana ℈ij.
Cinnamomi.
Macis ana ℈j.
Croci martis ℥.ß.
Sacchari roſati ad pondus omnium.

Miſce, fiat pulvis : Doſis ℥j. cum juſculo aut vino juniperino.

Hic pulvis accommodatiſſimum & peculiare eſt remedium ad omnis generis hydropiſes, & mirifice purgat aquas, & una eademque opera jecur corroborat.

Pulvis ad expellendos lumbricos, & ad deturbandum eorum ſeminarium. Q.

℞. *Pulv. flor. Hyperici.*
Centaurii minoris ana ℥ij.
Cornu cervi præparati.
Coralli.
Sem. Portulacæ.
Citrii ana ℥.ß.
Corallinæ.
Gentianæ.
Diptamni ana ℈j. *Rhabarbari.*
Aſari ana ℈iv. *Myrrhæ.* *Croci.*
Scammoneæ præp.
Trochiſcorum alhandal. ana ℈j.
Cinnamomi. *Coriandri ana ℥ij.*
Sacchari parum ad gratiam guſtus.

Doſis ℈j.

Hic pulvis guſtui quodammodo ingratus eſt, ſed ejus vis tanta eſt vermes & lumbricos expellendi, ut ne unum quidem in corpore relinquat: ſimili modo etiam corruptos & putrefactos humores, generationis illorum auctores & artifices extuſbat. Ex eo quoq; formabitur cum ſyrupo quodam pilula parva, ſcrupuli unius pondere, addito pauco ſacharo, quæ facillimo negotio deglutietur tam á viris, quam á fœminis provecta jam ætate hujuſmodi affectibus infeſtatis, addendo loco trochiſcorum alhandal, ſcammoneæ præparatæ ℥j. pulveris Aquilæ noſtræ cœleſtis tantundem. Et ſic verum erit ſpecificum, quod vel ipſis infantibus exhiberi poterit, miſcendo pulverem iſtum cum pomo. Præcipuum & omnium facillimum adverſus hujuſmodi affectus remedium paratur ex vermibus, quos infantes per anum dejecerunt, vel etiam ex lumbricis terreſtribus, qui vino albo prius ſunt lavandi, dein in ollam vitreatam indendi, & olla optime lutata, in furno, in quo modo panificia cocta fuerant, adeo exſiccandi, ut ad pulverem redigi queant. De hoc pulvere ſic parato exhibe ℥j. aut aurei unius pondere ad ſummum, vel per ſe, vel cum juſculo, vel vino, & mira inde colligentur.

Pulvis alius paratu facilis ad eos undemmet verminum infantum expulſionem. Q.

℞. *Pulveris lumbricorum, ut ſupra præp. ℥iij.*
Rhabarbari.
Cornu cervi præparati.
Spodii.
Corall. rubr.
Sem. Acetoſæ ana ℈j.
Coriandri præparati ℈ij.

Miſce : Doſis ℥j. vel ʒj.ß.

Pulvis cachecticus Querc.

℞. *Limaturæ chalybis in tenuiſſimum alkool per ſimplicem aquam redactæ, vel cum ſulphure calcinatæ, ut artis eſt ℥j.*
Faculæ rad. Aronis ℥j.ß.
Ambræ griſeæ ℥j.ß.
Eſſentiæ corallorum, marg. ana ℥ij.
Succini præparati.
Cinnamomi ana ℈iv.
Sacchari q.ſ. ut fiat pulvis guſtui gratus.

Doſis ſemicochleare ter quotidie ſumendum manane.

Hic pulvis eſt ſummum remedium ad omnes pallidos & colore depravatos, ut cachexias tam virginũ, mulierũ, quam virorum, juvenum & ſenũ, quicunq; tandem his affectib. obnoxij fiant: quod maligenus utplurimum eſt ſecundum Avicennam & Aurelianum, hydropis cauſa antecedens. Sed ad ejus uſum non accedo, quin prius corpus præparaverim & repurgaverim cryſtallis meis tartari, & pilulis meis polychreſtis, tum deinceps continue ad 15. dies usque hunc pulverem exhibeo: & poſt tertiam vel quartam doſim purgantem noctu per aluũ, materiamq; quandam craſſam ac nigram inſtar picis ejiciunt, qui atrabilarius humor tanquam ſeminarium horum malorum vacuabitur cõtinue uſq; ad perfectæ ſanationis terminum. In curandis omnibus cachexijs, admiranda vidi hujus pulveris experimenta, nec ejus uſus

ſpem

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 767 sur 955

ſpem meam de optimo curationis progreſſu conceptam unquam fefellit. Hoc idem inter ſecreta mea medicinalia non ultimum tenet locum, quod tamen publico jure donare non intermitto. Omnem vero præcipuamque curam pone in limatura tua chalybis rite præparanda. In hac enim conſiſtit remedij baſis & totum fundamentum.

Fæculæ rad. Aronis præparationem alibi docebimus.

Pulvis ſenæ Laxativus Rulandi.

℞. *Fol. Sen.*
Tartar. alb. ana ℥j.
Sem. aniſ.
Caryoph.
Cinnam. el.
Galang. an. ℥i.
Diagrid. ℥ii.
Pulveriſentur omnia ſubtiliſſime. Doſis eſt ℥j. vel ℈iv.

Pulvis ſenæ præparat. cum ſcammonio. Apollinis Franciſci Alexandrini.

℞. *Fol. ſen.* ℥iii.
Tartar.
Salis indi an. ℥ß.
Macis ℥iii.
Cinnam. ℥i. ß.
Scammon. præp. ℥. ß.
Mi. f. pulvis ſubtiliſſ. Doſis eſt ℥j. ad ℥j. ß.

Pulvis alius Laxativus.

℞. *Fol ſen.* ℥ii.
Turbith. alb. & gumm.
Glyzyrrh. mund. an. ℥i.
Zinzib. ℥ii.
Mi. f pulvis ſubtiliſſ. Cujus Doſis ℈iv. purgat. abſque moleſtia.

Pulvis purgans. D. D. Scheteri.

℞. *Reſin. Ialap.* ℈v.
Diagrid. roſ.
♀ ♃ *lat. an.* ℥. ß.
Crem. ♀ ℥j.
Lign. Aloes ℈ ß.
Sacch. roſ. tab. ℈v.
M. f. Pulv.
Blandè pituitoſos, ſeroſos & biliоſos expurgat humores, ſed datur convenientius cum pomo toſto, prunis, aut Eſſentia paſſularum.
Doſis infantibus à gr. iv. ad x. vel xij. Adultis à ℈j. ad gr. xxvj.

Pulvis fœliciter purgans Petri Severini Dani Regis Medici quo utitur in magnatibus.

℞. *Piper. longi.*
Cinnamom.
zinzib.
Macis an. ℥i.
Rad. irid. ℥. ß.
Fol ſen. elect. ℥vi.
Tartar. alb. ℥. ß.

Pulveriſentur omnia ſubtiliſſime & cribrentur.
Doſis eſt ℥j. aut ℥ij. ſuaviter purgat.

Pulvis purgans D. Ioan. Baptiſtæ Mayheri.

℞. *Turbith. alb. elect.* ℥. ß.
Zinzib. ℥ii.
Galang.
Maſtich.
Caryoph.
Cardamom. an. ℥. ß.
Hermodact.
fol. ſen. an. ℥. ß.
Diagrid. ℥v.
Sacch. alb. ℥iv.
Mi. f. pulvis ſubtiliſſimus. Cujus doſis ℥j.
Tota compoſitio eſt etiam ℥v. ℥v. in ſingulis doſibus inſunt *Turpeth, & fol. ſen.* an. gr. v ½. & *diagridii* gr. v ½.

Pulvis ſolutivus D. Ioan. Harmanni Beyeri.

℞. *Fol. ſen. diligentiſſime à ſtipitibus mund.* ℥. x.
Cryſtallor. Tartar. ℥. ß.
Salis abſinth. ℥. j.
Cinnam. acutiſſ. ℥. ß.
Galang. ℈. j.
Caryoph. ℈. ß.
Pulveriſentur ſingula ſubtiliſſime, tritaque commiſceantur, aſpergendo paulatim inter terendum ol. aniſ. deſtill. ℈j. *ſervetur in vitro acurate clauſo.* In ℥j. hujus pulveris inſunt *ſenæ* gr. 37 ½. *tartari* gr. *xv. ſal. abſinth.* gr. 3 ¾. *cinnam.* gr. 1 ⅞. *galangæ* gr. 1 ¼. *caryoph.* gr. ⅝.

Pulvis purgans Prævotij.

℞. *Crem.* ♀ ℥i. ß.
fol. ſen. ℈i.
ſem. aniſi ℥. ß.
Sacchari ℥. ß. Mi. f. pulv. pro Doſi.

Pulvis purgans robuſtiſſimus in morbo gallico. Herculis Saxoniæ.

℞. *Hermodact.* ℈j.
Turbeth. alb. & gumm. ℈ij.
Fol. ſen. ℥. ß.
Sarſaparill. ℈j.
Zinzib. gr. vi.
Mi. f. pulv. detur in jure vel vino per 20. 30. vel plures dies.

Puluis contra vermes. Ejuſdem.

℞. *Aloes in aq. gramin. lot. exiccat. & pulveriſatæ*
Rhabarb. el.
Sem. ſanct.
Corallin.
Rad. biſtort.
zedoar.
Medull. oſſ perficor.
Scord. creſci.
Agar. troc. an. part. æqual.
Sacch. fini ad pondus omnium Mi. f. pulvis ſubt.
Pro augmento ætatis dantur ʒiij.

Pulvis contra Vermes. D.

℞. *Rad. Diptam. alb.*
Zedoariæ ana ℥j.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 768 sur 955

Tormentill.
Zingib.ana ʒ.ß.
Corallinæ ʒvÿ.
Sem.Cinæ ʒvj.
Abrotan.ʒ.ß.
Portulacæ ℈ij.
Coriand præp. ʒj.
Corn.C.uſti præp.ʒv.
Rhabarb.elect. ʒ.ß.
Agarici troch. ℈j.
Pulv.Senn.Montagn. ℈ij.
Troch.de Rhabarb.ʒ.ß.
Roſis ℈j.
Salis Abſinth.gr.jx.
Sacch. fini ʒiij.
Pulveri ſentur ſubtiliſſimè & Fiat Pulvis.

Exhibemus hunc pulverem pueris vermibus ſcatentibus â ʒ. ß.ad ʒij. pro ætatis ratione , cum ſ.q. aquæ abrotani,vel abſynthij , vel centaurii minor. Vel cum Syr.Acetoſitatis Limon.vel cum Oxymelle Scyllitico , vel cum lacte amygdalarum,cum aquis modo dictis emolſo,vel cum lacte materno , vel in alia quavis materia,qua pueri magis delectantur.

Nam licet lac per ſe materiam vermibus præbeat; tamen cum pulvere ſumptum , vermibus non nutrimentum,ſed peſtis erit.

Pulvis contra Vermes, D. Ioan. Illies Phyſ. Stralesund.

℞. Sem. Sanctonici ʒ.ß.
Coriandri præp.℈ij.
C.Cervi C.& præpar.ʒij.
Corallinæ ʒj.
Sem.caulium ʒiij.
Senæ mundæ Rhab.ana ʒj.
Sacchari ʒiij. M.f.p.

Pulvis ad Lumbricos. Aug.

℞. Sem. ſancti uncias quatuor
Fol.ſenæ. unciam unam.
Coriandrorum præp.
Cornucervi ana Dr.ſemiſ.
Fiat pulvis.

Is eſt officinis noſtris uſitatus,alijs alij ſunt in uſu, Venetorum , Ferrarienſium , Nurſini & aliorum qui requirit , conſulat Fœſij pharmat. Sect. 9. de pulver.

Pulvis contra fluxum ventris.

℞. Rad.tormentill. ʒj.ß.
Bol.armen.
Santal.rubr.
Nuciſtæ.
Zedoar.
Macis ana ʒ.ß.
Moſch.gr.ÿ.
Mi.f.pulv.ſubtiliſſ.

Pulvis exiccans aluum, ſudoremque movens. Bechtholdi Rivij.

℞. Rad.ſarſ.parill.ſel.& mundat.ʒj.
Cortic.guaiaci.
Rhab.ſel.an.ʒÿ.
Rad.meth.ſel.ʒj.
Cortic.citri,
Galang.
Cinnam.an.ʒ.ß.
Tabell.man.Chriſti ʒx.
Mi.f. pulvis ſubtiliſſimus.

Cujus ʒj.ß.ſumantur cum juſculo aliquo vel vino, ſtomacho jejuno,tertio vel quarto quoque die.

Tragea Laxativa.

℞. Turbeth.ʒj.ß.
Diagrid.ʒj.
Zinzib.ʒvj.
Maſtic.
Galang.
Sem.aniſ.an.ʒij.
Cinnam.ʒ.ß.
Caryoph.
Piper.long.
Cardam.an.℈ij.
Liquirit.℈iv.
Fol.ſen.ſelector.ʒj.
Rhab.ſelect.ʒ.ß.
Spicæ ℈j.
Squinanth.℈ÿ.
Sacchar.albiſſ.ʒiv.
Mi.f. tragea ſubtil.

Species ſtomachicæ laxativæ.

℞. Diagrid.ʒj.
Flor.roſ.rubr.
Cinnam.acut.
Santal.alb.
Rubri.
Citrini.
Rad.Liquir.
Maſtic.puriſſ.an.ʒ.ß.
Mi.f. pulv.

Species diacolocynthidos D. Ulrici Chelij.

℞. Flor. Stœchad.
Comar.marrub.
Camædr.
Colocynth.
Agaric.ana ʒv.
Piper.alb.
Sem petroſel.
Rad.ariſt.rotund.
Sagapeni.
Opopanac.an.ʒÿ.ß.
Cinnam.elect.
Spic indic.
Myrrh.
Polii ana ʒÿ.
Miſce fiat pulvis.

Poteſt etiam cum mellis deſpumati ℔.ij. redigi in electuarium.

Species diaſenæ cum diagridio D. Bechtholdi Rivij.

℞. Fol.ſen.alex mundat.ʒj.
Tartar.vini albi ʒ.ß.
Epithymi ʒÿ.
Cinnamomi.
Caryoph.
Galang.
Sem.anis ana ʒj.
Diagrid.ʒj.
Mi.f.pulv.ſubtiliſſ.
Dosis ʒj.vel ʒj.ß.

Pulvis

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 769 sur 955

Pulvis purgans ſine omni moleſtia, dictus pulvis Eſulæ laxativus.

℞. *Caryoph.*
Cinnamom.
Lign. aloes.
Galang.
Rad. polypod.
Nuc. moſch.
Violar.
Zinzib. alb.
Sem. cumin. ana ʒj.
Sacchar. alb. ʒ. ß.
Rad. eſul. mundat. & præp. ʒvj.
Mi. f. pulvis ſubtiliſſ.

Sumitur de hoc mane ſtomacho jejuno cum brodio piſorum.

Pulvis Senæ præparatæ, Montagnanæ.

℞. *Foliorum Senæ unciam unam ſemis.*
Zingiberis.
Macis ana drachmas tres.
Cinnamomi.
Tartari ana Dr. unam ſemis.
Fiat Pulvis.

Aduſtos & retorridos humores Melancholicumque ſuccum hoc Pulvere purgamus, ſeroſam aquarum colluviem exhaurimus, pituitam ſalſam & putrilaginem jam conceptam deturbamus, eoque nomine cutis fæditatem, ſcabiem, Lepram, cæteraſque ejus generis ſordes eluimus. Sumpta eſt formula ex remediorum penu Montagnanæ, cui etiam capitis purgandi vires attribuit.

Quidam Aniſum addunt drachmæ pondere, alii Tartarum augent: prudenti cuique ſuum ſit hac de re judicium. Nos huic formulæ aſſueti felix ſic Medicamentum experti ſumus.

Conſimile ferè Medicamentum in ore Medicorum circumfertur ſub nomine Pulveris Tartari præparati, qui ab aliquis ſic conſtituitur.

℞. *Tartari albi.*
Senæ ſelectiſſimæ ana unciam unam.
Diagrydii drachmas duas.
Seminis Aniſi.
Cinnamomi electi.
Galangæ ana drachmam unam.
Caryophyllorum drachmam ſemis.
Miſce, fiat Pulvis.

Priore longè valentior: pituitam & bilem, ſuccumque Melancholicum, & aduſtos ac retorridos humores purgat. Ejus deſcriptionem Clariſſimus Vir D. D. Philippus Höchſtetterus Collega noſter perquam honorandus ab autore ſibi traditam nobis communicavit.

Pulvis Solutivus de Tribus.

℞. *Foliorum Senæ drachmas ſex.*
Turbith dr. quatuor.
Rhabarbari dr. duas.
Glycyrrh.
Sem. Aniſi.
Fœniculi ana drachmam unam.
Spicæ Indicæ ſcrupulum ſemis.
Fiat Pulvis.

Inſcribitur hic Pulvis de Tribus, ob tria Simplicia purgantia quæ ejus compoſitionem ingrediuntur, Rhabarbarum nempè, Turbith, & folia Senæ. Confert autem hepatis & venarum meſaraicarum obſtructionibus, Hydropi incipienti, ac ventris inflationibus: crudorum quoq; humorum frigidorum maximè collectionem è ventriculo & meſenterio ejicit; & Diaphœnici vires æmulatur.

Pulvis ſolutivus Magiſtralis, Stokſtaldi.

℞. *Turbith electi unciam ſemis.*
Cinnamomi.
Zingiberis ana dr. duas.
Caryoph.
Cardamomi.
Galangæ.
Maſtiches ana dr. ſemis.
Sem. Aniſi dr. unam.
Hermodactylorum.
Diagrydii.
Foliorum Senæ ana Drachmas quatuor.
Sacchari uncias tres.
Fiat Pulvis.

Hydropicis ac veteri Ictero fœdatis opitulatur; pituitam namque & bilem purgat, eſtque Medicis noſtris frequenti uſu familiaris. Datur à ſcrupulis duobus ad quatuor in robuſtioribus. Deſcriptionem ejus vide in Valeſco.

Pulvis ad ſuppoſitoria communia.

℞. *Aloes Drachmas duas.*
Cumini.
Salis Gemmæ.
Rutæ ana drachmam unam.
Fiat Pulvis, qui ſubigatur cum ſufficienti quantitate Mellis, & redigatur in glandes.

Alius Acutior.

℞. *Aloes unciam ſemis.*
Hellebori albi.
Granorum Colocynthidos.
Centaurii.
Cumini.
Rutæ ana dr. unam.
Fiat Pulvis, qui Melle ſubactus effingatur in glandes, ſeu ſuppoſitoria.

Pulvis ad Suppoſitoria ſicca.

℞. *Specierum Hieræ Picræ unciam unam ſemis.*
Colocynthidos pulv. dr. ſex.
Hellebori albi pulv. unciam unam.
Salis communis uncias tres.
Farinæ frumenti uncias decem & octo.
Cum vitello ovorum, & Melle deſpumato quantum ſufficit fiant ſuppoſitoria.

Pulvis pro Epithemate Cordis.

℞. *Florum Bugloſſæ.*
Borraginis.
Meliſſæ ana manipulum ſemis.
Santalorum omnium.
Roſarum rubear. ana dr. duas.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 770 sur 955

Corticum Citri.
Sem. Acetoſæ.
Ligni Aloes.
Caryophyllorum ana Drachmam unam ſemis.
Fragmentorum Lapidum pretioſorum omnium ana drachmam unam.
Doronici.
Benutriuſque.
Succini ſeu Charabe.
Oſſiu de corde cervi ana ſcrupulos quatuor.
Margaritarum præparatarum.
Corallii utriuſque.
Spodii ana Drachmam ſemis.
Croci ſcrupulum ſemis.
Camphoræ grana ſex.
Moſchi grana tria.
Trita omnia probè uſui reſerventur.

Mira eſt ejus efficacia in affectibus cordis ejuſq; palpitatione, Syncope, & dejectis propemodum vitalibus facultatibus: nobiliſſimum enim viſcus ſopitum, & veluti tenebris aut caligine occæcatum excitat. Melancholicis, Splenicis, triſtibus & deſperantibus ſuccurrit, in peſtilitate cordis ſpiritus refocillat.

Pulvis pro Epithemate Hepatis.

℞. Santali rubri.
Albi.
Citrini ana unciam ſemis.
Roſarum.
Coralli.
Spod. ℈. ana Dr. unam.
Camphoræ ſcrupulum unum.

Hepatis inflammationi confert, ejuſq; exæſtuationem temperat. Adhibetur cum aqua Endiviæ, Roſarum, Acetoſæ, & aceti parte aliqua.

Pulvis Griſeus Cæſaris contrà Peſtem.

℞. Rad. Pimpinellæ.
Gentianæ.
Tormentillæ.
Serpentariæ.
Foliorum Rutæ.
Abſinthii.
Nucum Iuglandium ſeu Regiarum.
Granorum Iuniperi.
Aceti Roſati.
Theriacæ electæ ana unciam unam.
Miſceantur omnia ſimul.

In præſervatione, & curatione Peſtis plurimum valet. Datur à ſcrupulis duobus ad quatuor.

Quidam addunt Caſtorei unciam ſemis.

Pulvis Hyſtericus.

℞. Rad. Dictamni albi dr. tres.
Zedoariæ drachm. unam.
Cort. Citri ſicci.
Sem. ejuſdem ana ſcrup. duos.
Fragmentorum Lapidum pretioſorum omnium ana grana duodecim.
Specier. Diamargariti calid. Drachmas duas.
Sacchari albi unciam unam.
Fiat Pulvis.

Vterinos dolores placat, ejuſque expurgat illuviem. Menſes quoque retardantes & Secundas moram trahentes propellit, animi defectiones ob vapores ab utero ſublatos ortas arcet, ac matricis ſuffocationem abigit.

Pulverem hunc multæ utilitatis & experti in muliebribus morbis præditi juvamenti, Clariſſ. Vir. D. D. Ioan. Vdalricus Rumlerus Collega noſter obſervandus, ex prædeceſſorum noſtrorum Pragmaticorum celebri uſu fideliſſimè nobis tradidit.

Pulvis Hyſtericus ſeu Matronalis D. Zach. Neucrantz. Phyſ. Stralesund.

℞. Cinnamom. opt. Sem. ameos. Seſeleos ana ℥ij ß
Sem. Cymin. ℥iij. Fœnicul. Apii, Carui, Nuc. moſchat. Calam. aromat. Galangæ ana ℥ß.
ZZberis. Macis. Garyoph. ana ℈j. Croci orientalis. ℥iij. ß.

Fiat lege artis Pulvis ſubtiliſſimus.

Vires.

Pulvis Hyſtericus Vteri expurgat illuviem, menſes ſecundinas partum propellit, flatus diſcutit; animi defectiones ob vapores ab utero ſublatos arcet, ac matricis ſuffocationem abigit, Vterum caleficit, nec non dolores ejus, ut & Colicos placat: Huic pulveri fere ſimilis eſt, *Pulvis Dominarum*, Foreſti, qui deſcribitur, lib. 18. obſ. 2.

Pulvis in dolore matricis ſedando & ſtrangulatione.

℔. Sem. Dauci ℥.ß.
Paſtinac. Sylveſt. ℥ij.
Rad. Pæoniæ. } ana ℥j.ß.
Gran. Pæoniæ. }
Liguſtici. } ana ℥j.ß.
Sem. Cymini. }
Anteriorîs oſſiu cranei humani ex futura coronali uſti.
Cinnamomi Electi ana ℈j.ß.
Baccarum Lauri. } ana ℈iv.
Zedoariæ. }
Fol. Betonicæ. } ana ℥j.
Rad. Biſtortæ. }
Succini albi. }
Amcos. } ana ℥.ß.
Amomi. }
Seſeleos. }

Rediganturin pulverem tenuiſſimum. Doſis manè ac ſero ℥.ß. cum aquis matricariæ, Betonicæ & modico vini albi.

Pulvis Marchionis ſeu Epilepticus.

℞. Radicum Pæoniæ maris decreſcente luna effoſi unciam ſemis.
Viſci quercini.
Raſuræ Eboris.
Vngulæ Alcis.
Spodii.
Vnicornu; vel ejus loco cornu cervi apicibus deſumpti.
Corall. rubeorum.
Alborum.
Margaritarum prepar. Ana drachmam unam.
Folio. Auri puri numero viginti.

Fiat Pulvis.

Pro

Prodeſt hic Pulvis Apoplecticis, Epilepticis, ac Incubo laborantibus. Intemperiem cerebri humidam corrigit, & nocturnos terrores fugat.

Pulvis ad Naſalia.

℞. *Calaminthæ.*
Majoranæ.
Rad. Ireos.
Caſtorei.
Sem. Nigellæ.
Staphiſagriæ ana ſcrupulum unum.
Helleb. albi.
Pyrethri.
Nucu Moſchati.
Myrrhæ rubeæ.
Euphorbii ana ſcrupulos duos.
Conterantur ſingula, deinde cum Labdani Dr. ſex & Melle modico formentur Naſalia.

Sternutationem potentiſſimè cient, ac craſſa per nares phlegmata evocant. Lethargo ac Epilepſiæ proſunt. Catalepticos & attonitos juvant, ſed cautè ijs utendum præſertim in corporibus nondum purgatis, ne ſubita humorum per irritationem tam fortem, præcipitatio, ſuffocationis repentinæ periculum inferat.

Pulvis partum Provocans. Auguſt.

℞. *Cinnamomi dr. unam.*
Croci dr. ſemi.
Caſſiæ lignea veræ ſcrup. duos.
Succini albiſſimi ſcrup. unum.

Fiat Pulvis.

Ad partus labores facilitandos utiliter exhibetur, eoſdem namque accelerat, & fœtus exclusionem promovet. Datur ex aqua Liliorum alborum, Conſolidæ regalis, aut alterius conſimilis.

Alius Helidei de Paduanis. Auguſt.

℞. *Cinnamomi.*
Croci ana ſcrupulum unum.
Boracis ſcrupulos quatuor.
Detur ex aqua Artemiſiæ.

Vſitatiſſimus ac expertiſſimus quondam erat hic Pulvis Helideo de Paduanis Medico Bononienſi eximio, qui eundem ſecretum ſibi adeo habebat, ut non niſi fidiſſimis amicis aut prædilectis diſcipulis eum communicaret.

Augetur horum pulverum efficacia, ſi eis teſticulorum equinorum aridorum aut Iulorum, Nucum Iuglandium pulvis admiſceatur, quod pro prudentia Medici arbitrio & exigentis neceſſitatis occaſione fieri poterit.

Pulvis contra Difficultatem Partus. D.

℞. *Caſſiæ lignea ver.*
Succini albi prap. ana ʒ. ß.
Boracis ʒii.
Croci oriental. ℈iv.
Herb. Savinæ ʒii. ß.

Pulverizentur ſubt. & Fiat Pulvis.

Fœminis, quę in partu multum diuque laborantes, in diſcrimine vitæ verſantur, datur ʒj. pondere, cum aq. Artemiſiæ compoſitæ, vel ſimplicis, liliorum alborum ana ʒj. & aq. Cinnam. ʒ. ß. vel etiam cum hauſtu vini vel cereviſiæ defecatæ. Multiplicat quidem & auget partus agones ſeu nixus; fętum tamen cito & maxima facilitate tutiſsimè, Dei auxilio, excludit. Experimentum certiſsimum.

Pulvis ad fœtum mort. Prævot.

℞. *Chryſocoll. mineral. vel borac. ʒ. ß.*
Dictamni ℈j.
Succi ſabin. ʒß.

Cum vini q. ſ. ſumatur hic pulvis.

Vel:

℞. *Chryſoc. m. vel borac. ʒ. ß.*
Cinnamomi.
Croci ana ℈j.
M.

Pulvis ad ſecundin. Prævot.

℞. *Rad. Ariſt. rot.*
Myrrh. ana ʒ. ß.
Pul. piperis ℈ſs.

Sumatur in decoct. capill. ven. & polytr.

Pulvis Rubeus Cæſaris contra peſtem.

℞. *Myrrhæ electæ.*
Croci ana Dr. unam.
Oſſis de corde cervi ſcrupulos duos.
Cornu cervi dr. duas.
Dictamni Cretici.
Tormentillæ.
Pimpinellæ.
Gentianæ ana Drachmas duas, ſcrupulos duos.
Zedoariæ.
Zingiberis ana Dr. tres.
Sulphuris vivi.
Bolis Armeni veri ana Drachmas quatuor.
Camphoræ ſcrupulos quatuor.
Theriacæ Andromachi.
Mithridatii optimi ana Dr. ſex.

Fiat omnium Pulvis, aſpergendo aquæ vitæ modicum, ut eſt artis.

Is Anno Chriſti 1572. quo Peſtis invaluit, nobis fuit frequentiſsimus & D. Achilli noſtro p. m. familiaris. Sunt & aliæ Compoſitiones plurimæ Pulverum Alexipharmacorum, de quibus conſule Fœſium.

Pulvis Rubeus Pannonicus.

℞. *Bolis Armeni cum aqua Roſarum & Acetoſæ praparati uncias tres.*
Terræ Lemniæ veræ prap. uncias duas.
Coralliorum rubeorum præparatorum unciam dimidiam.
Coralliorum alborum prap. drachmas ſex.
Lapidum prætioſorum, ſcilicet.
Smaragdi.
Rubini.
Saphyri.
Hyacinthi ana Drachmas quatuor.
Margarit. præpar. Drachmas quinque.
Cinnamomi electi dr. duas.
Caryoph. dr. unam.
Seminis Acetoſæ dr. duas.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 772 sur 955

Corticum Citri.
Santali albi ana Drachmam unam semis.
Santali rubri drachmas duas.
Spodii præpar. dr. quinque.
Rasuræ Eboris drachmas tres.
Croci Orientalis dr. unam.
Vnicornu, aut ejus loco ossis de corde cervi drach. quatuor.
Foliorum auri purissimi numero quinquaginta.
Fiat omnium Pulvis.

Adversus pestilentium febrium noxas, & contagiosorum ac venenatorum morborum adorsiones maximè potens est. Datur pueruli & infantibus ubi Variolarum aut morbillorum suspicio adest, eos namque efficaciter expellit, ac cor à putridi vaporis aut humoris contaminatione tutum reddit. Medicamentum planè Regium, unicuique ætati ac sexui familiare & accommodum. Præbetur cum Syrupo de acredine Citri vel Limonum, & aqua Cardui, Acetosæ, vel Borraginis.

Pulvis Rubeus Pannonicus alter.

℞. Boli Armeni Orientalis præp. uncias duas.
Terræ Sigillatæ veræ uncias sex.
Lapidum pretiosorum, scilicet.
Hyacinthi.
Saphyri.
Rubini.
Smaragdi ana unciam unam.
Margaritarum præparatarum drachmas decem.
Spodii præparati.
Rasuræ Eboris ana dr. quinque.
Coralliorum rubeorum præparatorum Drachm. octo.
Coralliorum alborum præpar. unciam unam semis.
Rad. Tormentillæ.
Diptami, ana uncias quatuor.
Vnicornu, aut ejus loco cornu cervi Drachmas sex.
Santali albi drachmam unam.
Radicis Doronici dr. sex.
Seminis Acetosæ dr. duas.
Corticum Citri drachmam unam, & semis.
Camphoræ drachmas duas.

Pulveriseantur singula per se, & misceantur, addendo foliorum auri numero quinquaginta, & fiat Pulvis.

Si Electuarium velis in forma solida, ita parandum erit.

℞. Specierum supradictarum unciam unam cum dimidia.
Sacchari albissimi unc. duodecim.
Dissolvatur Saccharum cum aqua Rosarum, & conficiantur rotulæ.

Eadem quas prior jam dictus vires obtinet, imò valentiores, ob Tormentillæ, Diptami, Doronici radices, & Camphoram, quorum quidem occasione sumentibus minus gratus existit, sed plus magis efficax.

Pro Vnicornu, & osse de corde cervi, substituunt aliqui non inconsulto calvariam cervi intra festa Paschatis & Pentecostes capti.

Pulvis Electuarij de Bolo.

℞. Boli Armeni purissimi loti aqua rosarum unciam semis.
Rad. Tormentillæ.
Angelicæ ana dr. duas.
Corallii rubri.
Rasuræ Eboris.
Cornu cervi.
Rosarum rubrarum ana Drachmam unam & semis.
Sem. Melonis.
Acetosæ.
Citri mundati.
Iuniperi.
Bombacis mund. ana Drachmam unam.
Anisi.
Fœniculi.
Cinnamomi.
Xyloaloes (aut Santali Citrini.)
Macis ana Drachmam semis.
Fiat Pulvis.

Simplicior à nonnullis sic paratur.

℞. Boli Armeni unciam semis.
Rad. Tormentillæ drachmas duas.
Angelicæ dr. unam.
Sacchari ad pondus omnium Fiat Pulvis.

Vterq; febribus malignis, pestiferis, ac contagiosis potenter resistit, eorumq; insultus reprimit, spiritus extingui prohibet, eosdemq; evanidos reparat sudores evocat, ac pestilentis luis noxas disiicit.

Pulvis Bezoardicus D. Nicolai præpositi. August.

℞. Boli Armeni cum aceto præparati uncias tres.
Terræ Sigillatæ.
Coriandri præparati.
Specierum Diamarg. frig.
Rad. Tormentillæ.
Dictamni vulgaris.
Angelicæ.
Scabiosæ ana Dr. duas.
Sem. Acetosæ.
Citri mundati.
Rutæ.
Carduibened.
Cornu cervi usti.
Doronici Romani.
Charabe ana scrup. quatuor.
Rosarum rubearum.
Corallii utriusque.
Ligni Aloes.
Serici crudi.
Santalorum omnium.
Margaritarum perforatarum.
Ossis è corde cervi ana dr. unam.
Smaragdorum.
Ambræ ana scrupulos duos.
Moschi scrupulos quatuor.
Croci grana quindecim.
Camphoræ grana decem.

Fiat

Fiat Pulvis, vel cum Syrupo è Ribes fiat in modum Opiatæ.

Adversus pestiferæ luis insultus efficax, cordis vires eximiè tuetur, spiritus vitales fulcit, internas putredines abolet, & contagiosis quibuslibet morbis adversatur.

Pulvis Saxonicus.

℞. *Rad. Valerianæ unciam semis.*
Vincetoxici.
Vrticæ ana unciam unam.
(Alij urticariæ minoris.)
Polypodii quercini.
Rad. Altheæ.
Angelicæ sylvestris ana uncias duas,
Angelicæ sativæ recentis uncias quatuor.
Cort. rad. Laureolæ Germanicæ, quam kellerhals appellant, unciam unam semis.
Radices illæ omnes effodiantur eo tempore quod XV. Augusti & VIII. Septembris intercidit, illæ incisæ reponantur in ollam vitreatam affuso aceto acerrimo, quod duobus digitis radices excedat, tum olla operculo clausa rimæ omnes albo ovi cum farina subacto diligenter oblinantur, & sic in olla ad lentum ignem lenter omnia bulliant, postea olla operta abiecto quod redundat aceto radices exiccentur, quoad teri possint, denique contritis omnibus, addantur acini herbæ Paris dictæ numero 26. (24. Norimb.) & fiat pulvis, cuius drachma adultis & validis (alias minor dosis sufficit) propinatur è vino albo. Vide Moibani Parabilia Dioscoridis lib. ij. Cap. 143. ibidem varias descript. reperies & usum.

Pulvis Bezoarticus aureus, D. Schoneri Prof. Gryph.

℞. *C. Cerv. philosoph. præpar. ℥vj. Margarit. præpar. Corall. rub. ana ℥j. Fragment. 5. lap. pretios. ana ℈. ß. Ocul. ℞ præparat. Succin. alb. præparat. ana ℈ij. Matr. perlar. præparat. ℈j. Vnicorn. Veri Ossis de cord. Cerv. ana gr. v. lap. Bezoar. orient. ℈. ß. Fol. Auri Numer. vj.*
M. f. p. subt.

Pulvis contra Febrim. D.

℞. *Rad. Gentianæ ℥j. ß.*
Zinziberis ℥. ß.
Calam. arom. veri ℥j.
Aristolochiæ longæ veræ ℥ij.
Sem. Carduibened. ℥ij.
Camphoræ ℥j.
Salis Card. bened. ℈ij.
Sacch. Candi alb. ℥j. ß.
Pulverizentur subtilissimè, misceantur & Fiat Pulvis.

Datur evacuato corpore in febribus spurijs ac lentis paulo ante paroxysmum ℥. pondere, cum
Aq. Carduibened.
Scordii.
Centaurii min. ana ℥j.
Syr. acetositat. Limon. ℥. ß.

Pulvis Cordialis. D.

℞. *Cornu. C. usti præp. ℥. ß.*
Margarit. præp.
Corall. rubr. præp. ana ℥ij.
Succin. alb. præp. ℥. ß.
Vnicorn. gr. ij.
Lapid. Bezoartic. gr. iij.
Fol. Auri fini No. vj.
Argenti fini No. iij.
Misce & fiat Pulvis subtilis.

Datur ℥j. in principio Erysipelatis, ad sudoris provocationem cum ℥ij. *Aquæ Flor. Sambuci, in inflammatione mammarum, cum ℥iij vini Rhenani & in aliis pestilentialibus morbis cum Aq. Carduibenedicti, Acetosæ, & Rosarum ana ℥j. vel cum Carduibened. Scordii ana ℥. ß. Cordialis frigidæ nostræ ℥j. Syrupi Acetositatis citri ℥ß.*

Vtiliter ingrediatur compositionem Electuariorum, Morsulorum & Rotularum confortantium. Est enim medicamentum à tota Substantia cordiale, & cordis Robur fortissimè tuetur.

Confectio Cordialis, Alexandrini Benedicti. Aug.

℞. *Margaritarum.*
Granatorum Orientalium.
Spodii de Ebore.
Cinnamomi.
Tormentillæ.
Boli Armeni ana Dr. tres.
Terræ Lemniæ scrup. octo.
Santalorum omnium.
Rasuræ Eboris.
Vnicornu ana Dr. duas.
Hyacinthi.
Saphyri.
Coralliі utriusque.
Charabe seu Succini alb.
Valerianæ veræ.
Dictamni.
Zedoariæ.
Ligni Aloes an. Drachmam unam.
Serici cradi tosti scrup. duos.
Ossis de corde cervi drachm. semis.
Been utriusq; ana scr. duos.
Foliorū Auri num. quinq;.
Ambræ.
Moschi ana grana decem.

Febribus pestilentibus & malignis adversatur, humores putrescentes corrigit, aut eos corrumpi prohibet: spiritus vitales plurimum reficit, ac cordis vires tuetur, unde etiam nomen Confectionis Cordialis obtinuit, ut quæ omnem pænè noxam cordi adversam dissiciat & expellat.

Pro Vnicornu duplum hic pondus cornu cervini usti & præparati ex apicibus desumpti, pro Osse verò de corde cervi sicut in aliis quoq; ejusmodi compositionibus, Margaritas præparatas substituimus.

Species cordiales Temperatæ. Aug.

℞. *Ligni Aloes.*
Spodii ex Ebore ana dr. unam.
Cinnam. Caryoph.
Ossu de corde cervi.
Doronici.
Been utriusq; ana dr. unam semis.
Margaritarum præp. dr. sex.

Serici

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 774 sur 955

Serici crudi tosti.
Coralliorum rubeorum, Alborum ana Drachm. duas.
Hyacinthi.
Smaragdi.
Saphyri ana dr. semis.
Croci scrupulum unum.
Ambræ.
Moschi ana drachmam semis.
Foliorum Auri.
Argenti ana Numero decem.

Corroborant, animi deliquio medicantur, nec non in pestilente Lue commendantur.

Confectio liberantis, incerti Autoris. Augusti.

℞. *Radicum Tormentillæ.*
Sem. Acetosæ.
Endiviæ.
Coriandri præparati.
Citri ana Drach. unam semis. ʒ. ß. gr. xv.
Santalorum omnium.
Dictamni albi, seu Fraxinellæ. an. Dr. unam. ʒ. ß.
Boli Armeni præparati.
Terræ Lemniæ ana Dr. duas. ʒj.
Margaritarum.
Corallii utriusque.
Succini albi.
Rasuræ Eboris.
Spodii ex Ebore, seu Eboris usti.
Ossis de corde cervi.
Been utriusque.
Doronici.
Cardamomi.
Cinamomi.
Macis.
Ligni Aloes.
Cassiæ lignea.
Croci.
Zedoariæ ana Drachmam semis. gr. xv.
Penidii.
Sacchari Candi.
Serici crudi tosti pulverisati.
Smaragdi.
Hyacinthi.
Granati ana scrupulos duos ℈j.
Florum Nymphææ.
Buglossæ.
Rosarum ana scrupulum unum ℈. ß.
Camphoræ grana septem.
Moschi.
Ambræ ana grana tria.

Ejusus multiplex est in febribus malignis ipsaque Peste, cor namque à veneni labe tuetur, præterea sudores movet, & à pestilentis luis contagione præservat, atque etiam liberat. Cordiale planè Medicamentum, omni ferè naturæ, ætati ac sexui accommodatum.

Aliam Antidotum Cordialem ab hac non ita diversam describit Fuchsius 2. Comp. Medicam. Sectione quarta, quæ talis est.

℞. *Dictamni albi.*
Zedoariæ.
Herbæ Tunicæ.
Tormentillæ ana unciam semis.
Pimpinellæ drachmas tres.
Dictamni Cretensis.
Scordii.
Trifolii odorati.
Ligni Aloes ana Dr. duas.
Sigilli Lemnii.
Boli Armeni.
Corticum citri.
Croci.
Santalorum rubeorum.
Alborum.
Ramentorum Eboris ana Drachmam unam.
Corallii utriusque.
Charabe.
Vnicornu.
Phu.
Margaritarum.
Granatorum.
Hyacinthorum ana scrupulos duos.
Serici tosti.
Antheræ.
Mastiches ana Dr. semis.
Ossis de corde cervi scr. unum.
Moschi.
Ambræ ana scrupulum semis.

Fiat Pulvis.

1. Pulvis pestilentialis.

℞. *Rad. Pimpinellæ.*
Tormentillæ.
Dictamni albi.
Petasites.
Gentianæ.
Valerianæ. } *ana ʒ. ij.*
Scordii.
Dictamni cretici.
Sem. Basiliconis.
Carduiben. } *ana ʒj. ß.*
Boli armeni præpar.
Terræ sigillatæ ana ℈iv.
Cort. citri.
Ligni aloes.
Santali albi.
Santali rubei.
Santali citrini.
Croci.
Corallor. rub.
Corallor. alb.
Vnicornu.
Succini albiss.
Eboris.
Marg. prap.
Flor. Sulphuris. } *ana ʒi.*
Camphoræ.
Smaragdi.
Hyacinthi.
Saphyri.
Moschi. } *ana Scr. j.*
Ambræ ana scr. ß.

Fiat pulvis subtilissimus.
Dosis ʒ. ß. ad ʒj.

2. Pul.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 775 sur 955

2. Pulvis peſtilentialis.

℞. Radicis Tunicis.
Tormentillæ ana ℥iij.
Raſuræ Eboris.
Cornu cervi ana ℥.ß.
Nucis Moſch. num. j.
Maceris.
Cubebarum ana ℥j.
Aniſi. } ana gr. xv.
Marathri. }
Zingiberis. }
Sem. Acetoſæ. }
Citri. }
Iuniperi. } ana ℥.ß.
Cott. }
Caryoph. }
Boli armeni ℥ij.
Santalorum omnium. }
Galangæ. }
Ligni aloes. } ana ℥.ß.
Cinnamomi. }
Coralli rubei. }
Roſ. rubrarum. }
Sem. Melonum. }
Miſce, fiat pulvis.
Doſis ℥ij. cum appropriatis.

3. Pulvis peſtilentialis.

℞. Florum Sulphuris. }
Boli armeni. } ana ℥.ß.
Terræ ſigillatæ. }
Oſſis de Corde cervi ℥j.
Croci. }
Myrrhæ. } ana Dr. ij.
Corall. rub. præp. }
Cornu cervi præp. }
Camphoræ. }
Rad. Gentianæ. }
Angelicæ. }
Zedoariæ. }
Tormentillæ. }
Pimpinellæ. }
Valerianæ. }
Oſtrutii. }
Dictamni cret. }
Ariſtoloc. rot. } ana ℥iij.
Zingiberis. }
Herb. Carduiben. }
Scordii. }
Rutæ. }
Flor. calendulæ. }
Sem. acetoſæ. }
Citri. }
Theriacæ Andromachi ℥.ß.
Mithridatii ℥j.
Miſce, Fiat Pulvis Aquæ vitæ inſpergendus.

4. Pulvis peſtilentialis.

℞. Rad. Tormentillæ. }
Pimpinellæ. } ana ℥.ß.
Cinnamomi. }
Ligni aloes. }
Zingiberis. } ana ℥j.
Gran. Iunip. }
Angelicæ. }
Cærduib. an. ℥.ß.
Miſce, Fiat Pulvis.

5. Pulvis peſtilentialis.

℞. Tormentillæ.
Biſtortæ ana ℥ij.ß.
Scordii ℥iv.
Diptamni cretici ℥.ß.
Boli armeni præpar. ℥j.ß.
Terræ ſigill. præp. ℥j.
Cornu Cervi uſti ℥j.ß.
Margaritar. præp.
Corallorum præp. ana ℥j.
Cinnamomi Electi ℥j.
Maſtiches ℥ij.
Piperis longi. }
Galangæ. } ana ℥.ß.
Macis. }
Croci. }
Cubebarum ℈ij.
Gummi arabici.
Tragacanthi ana ℥j.
Miſce, Fiat pulvis.
Doſis ℥.ß.

6. Pulvis peſtilentialis Bezoarticus.

℞. Lap. Bezoartici ſcr. ij.
Solut. Margaritarum. }
Solut. Corallorum. }
Vnicornu veri, vel C. C. tali modo dicti præp. } ana ſcr. j.
Oſſis de Corde cervi. }
Smaragd. præp. }
Terræ lemniæ veræ. }
Boli Oriental. præp. } ana ℥.ß.
Tormentillæ. }
Ligni aloes. }
Cort. citri. } ana Scr. j.
Zedoariæ. }
Succin. albi. }
Santali citrini Scr.ß.
Ambræ griſeæ Scr.ß.
Moſchi gr. iv.
Camphoræ gr. ij.
Fol. auri N. iij.
Sacchari candi ℥ß.
Miſce, Fiat pulvis.
Doſis Scr.ß. ad Scr. ij.

7. Pulvis peſtilentialis.

℞. Bezoartici animalis ℥ij.
Magiſterii Perlarum. }
Magiſterii Gemmarum. } ana ℈j.
Lapidis Bezoartici. }
Vnicornu.
Ambræ ana Scr. ij.
Bezoartici ſolis ℥.ß.
Miſce, Fiat Pulvis.
Doſis Scr.ß.

Tragea ad frigidos omnes capitis affectus. Q.

℞. Pulv. Rad. acori ℥vj.
Coralli præparati ℥ij.
Pulv. flor. Calendulæ.
Betonicæ.
Stœchados.
Anthos ana ſcr. ij.
Coriandri præparati.

Nucis

Nucis moſchatæ.
Cinnamomi ana ℥.ß.
Sem. Aniſi.
Fœniculi dulcis.
Pœoniæ.
Sileris montani ana ʒiij.
Cardamomi.
Caryophyllorum ana ʒj.
Sacchar. anthoſati q. ſuff.

Vt fiat pulvis guſtui gratus: Doſis ſemicochleare argenteum, mane.

Qui ob cerebrum plus æquo humidum & nubiloſum plerumque exiſtunt torpidi, ſegnes & obliviosi : qui porro apoplexiæ, paralyſi & ſoporiferis alijs affectibus ſunt obnoxij , præmiſſa purgatione cum pilulis cephalicis & congruis, ſingulis matutinis utantur prædicto pulvere, idq; ad dies plures, & non exiguum mali levamen percipient.

Tragema capitale Langij contra vertiginem & apoplexiam.

℞. *Majoranæ.*
Betonicæ.
Salviæ.
Roſmarini.
Lavendulæ.
Meliſſæ.
Stœchados ana ℈j.
Nucis moſchatæ.
Cinnamomi.
Coriandri præp. ana ʒiij.
Cubebarum.
Cardamomi.
Galangæ.
Piperis longi.
Sem. Gallitrichi.
Gram. Pœoniæ ana ʒj.
Caryoph.
Macis.
Zedoariæ.
Zingiberis.
Fœniculi.
Carpobalſami.
Xyloaloes ana ʒ.ß.
Sacchari ℔.j.

Miſce fiat pulvis.

Tragema ad vertiginem expertum, Cratonis.

℞. *Cinabri non factitii, ſed mineralis veri* ʒ.ß.
Coralli rubri præparati.
Margaritarum præparatarum ana ℈ij.
Croci ℈j.
Fol. auri N. xv.

Omnia terantur ſubtiliſſime ſupra marmore, & miſceantur: Doſis gran. x. xij. vel xvj. cum aqua lilij conv. provocat ſudores. Excellens eſt & multo uſu comprobatum remedium contra vertiginem.

Ad eundem affectum remedium paratu facillimum occurrit , cujus uſu vir quidam magnæ auctoritatis, & de tota Gallia perquam optime meritus, à gravi quadam vertigine ſcotomatica feliciter reſtitutus fuit. Paratur autem *ex ſtercore pavonis maſculi, pro maribus, quod ſiccandum & pulverizandum, dein macceretur de eo drachma una per noctem integram in vino albo : omnia per linteum trajecta* exhibeantur vertiginoſo, idq; continenter à novilunio uſq; ad plenilunium, aut etiam amplius, ſi opus fuerit. Hujus remedij auctor eſt quidam ruſticus, qui ex hac cura ſingularem laudem & honorem præ multis alijs clariſſimis Medicis reportavit. Vnde colligere licet, *medicinæ perfectionem tam exquiſitam non eſſe , quin ne eam dies quid addiſcere, vel à minimo & abjectiſſimo quovis homine opus habeamus.*

Tragea antepileptica. Q.

℞. *Eſſentiæ Corallorum.*
Margaritarum ana ℈iij.
Vngulæ Alcis veræ.
Vnicornu ana ℥.ß.
Salis cranii humani ʒj.ß.
Pulv. Flor. liliorum conv.
Calendulæ.
Tiliæ arboris.
Anthos ana ℈j.ß.
Sem. Pœoniæ.
Rutæ.
Viſci querni ana ℈ij.
Lapidis bezoardici veri.
Ambræ griſeæ ana ℈j.
Cinnamomi.
Cardamomi.
Ligni aloes ana ʒj.
Camphoræ ℈.ß.
Sacchari anthoſati q. ſuff.

Epilepticus poſt generalem & congruentem vacuationem hujus tragęę capiat ſemicochlear, continuando per integrum menſem : qua ſumptâ ſtatim unam atq; alteram unciam noſtræ aquæ antepilepticæ *ſupra capite Decoctorum* deſcriptę, ſuperbibat: morque ſudet, & in cæteris bona victus ratione utatur.

Tragea ad omnes pectoris affectus Q.

℞. *Spec. Diaireos.*
Diatragacanthi frigidi ana ʒj.ß.
Pulv. Rad. ungulæ caballinæ. Summitatum hyſſopi.
Sem. Vrticæ ana ℈iv.
Pulmonis vulpis præparati ʒ.ß.
Flor. Sulphuris optime præparatorum ʒj.ß.
Eſſentiæ margaritarum.
Coralli ana ʒj.
Sacchari violati q. ſ. miſce. fiat pulvis, vel ſi velis, elect. vel tab. oncinnabis.

Excellentiſſimus eſt pulvis adverſus omnes pulmonum affectus, & ipſum etiam aſthma, & ſpirandi difficultatem: efficax eſt præterea ad tuſſim inveteratam, & ipſam etiam phthyſim ac ulcera pulmonum.

Tragea antipleuritica. Q.

℞. *Salis prunellæ* (*quem anodynum mineralem vocant veri Chymici*) ʒij.
Pulv. Flor. papaveris rheadis.
Coralli rubri ana ʒj.
Sacchari violati ʒ.ß.

Reducantur in pulverem : Doſis ʒij. ſuperbibendo parum aquæ papaveris rheadis vel cardui benedicti. Singulare remedium ad pleuriſin, cujus eximios effectus ipſis oculis multoties vidi.

Pulvis ad omnes ventriculi affectus mirabilis. Q.

℞. *Pulv. Rad. Aronis præparata, ut docebitur* ʒij.
Rad.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 777 sur 955

Rad. Acori vulgi
Pimpinellæ an. ℥ j.
Oculorum cancri uno. ß.
Cinnamomi ℥ iij.
Salis Absynthii &
Iuniperi an. ℥ j.
Sacchari rosati q. suff.
Conficiatur pulvis gestui gratus.

Tanta est ventriculi affinitas & conspiratio cum reliquis totius corporis partibus, ut ex eius vel minimo errore cæteræ particulæ statim in consensum trahantur, & ita infinita propemodum mala procreentur: hinc vitiorum ventriculi medela cõplectitur simul plurium aliorum affectuũ medicationem. Occasionem horum, quæ dico, mihi præbet admiranda huius pulveris efficacia, qui licet paratu sit facillimus, nec ex numerosa ingredientium aut aromatum multitudine præparetur; exhibetur tamen non tantum ad ventriculum corroborandum, cui proprie convenit, sed etiam ad capitis affectus, ad hemicranias acutissimas, vertiginem, melancholiam, hypochondriacam, cachexiam & similes. ad calculum quoque & febrem quartanam porrigitur: habet enim facultatem deoppilandi hepar, lienem & totum mesenterium, & dissolvendi ac liquefaciendi tartarũ glutinosum qui plurimorum morborũ causa existit, cui negotio peculiariter inservit sal pungens & piperinum, quem Aronis radix, quæ huius medicamenti basis est & fundamentum, acredine & mordacitate sua satis repræsentat. Id mihi communicatum fuit à D. Birkmanno Medico excellentissimo, cuius iam honorificam alibi mentionem fecimus. Is singulis annis parabat huius pulveris plus quam sexaginta aut octuaginta libras: tanti eum faciebat ad medicinæ usum, ut eidem locum daret inter secreta sua medica, quorum summa abundantia is tanquam unus primariorũ Medicorum sui seculi diffluebat.

Præparatio radicis Aronis.

Colligenda est hæc radix dum vix inter dumeta germinare incipit, ac antequam eius virtus in folia se dispergat, mundanda optime & lavanda: postea in orbiculos dissecta infundatur cum vino albo, & macereturin loco frigido per 24. horas, vino duobus digitis transversis supernatante: enumeratu horis elapsis, effundatur vinum & separetur per inclinationem: & rursus affundatur novum vinum album, repetita adhuc maceratione eadem per 12. horas ut nimia acrimonia & vis pungens eiusdem salis aronici mitigetur, quæ alias tangentis manibus bullas sive pustulas inducit easque exulcerat. Sed in eo tamen acri sale latet vis illa dissolvens, quæ vero artificio inde eruenda est, hoc est, adeo edulcanda est, ut amplius lingvam non pungat, acrius ac ipsum piper, citra ullam exulcerationem, idque ex gustu facile percipitur. *Radix itaque post maceratione reseccetur ad ignem lentum in furno videlicet, in quo panificia modo cocta fuerint, deinreducatur in pulverem ad eundem usum ut supra.*

Vt eximiæ huius radicis virtutes clarius patefiant obiter tantum hic addo, ex ea mundata, & in rotulas, citra cultrum tamen ferreum, dissecta, & in umbra resiccata, ne quid de sale eiusdem pereat, pulverem confici, qui verus domitor & expulsor est veneni arsenicalis cancri, si præsertim ipsi parum arsenici fixi admisceatur. De quo fusius dicetur in secunda sectione huius operis; ubi de externis remediis tractabimus.

Tragea ad effectus hepatis. Quercet.

℞. *Coralli rubri præp.*
Spodii
Spec. Diatragacanthi an. ℥ ij. ß.
Pulveris hepatici
Sem. Acetosæ
Portulacæ
Berberis an. ℥ j.
Croci martis optime præparati ℥ ß.
Croci ex oleo sulphuris parati, ut docebitur ☽ ij.
Conf. ros. è succis, vel sacchari rosati q. libuerit.
Misce fiat pulvis: dosis ℥ j.

Hic pulvis est admirabilis contra omnes obstructiones, imbecillitates & intemperies hepatis, cui pristinum robur reparat: singularis porro adversus omnes fluxus hepaticos & dysentericos, nec vix ullum præterea contra cachexias, hydropises, icteros, præstantius reperitur remedium: sumpto pulvere, post horam bibendum est iusculum.

Nos infra *capite de Extractis*, docebimus quoque chymicas aliquot pparationes, inter quas dabimus, tum croci olei acidi sulphuris, præparandis modum, nempe dictum oleum in pulverẽ & crocum convertendi, qui verum crocũ martis repræsentabit: at illius vires multo superabit intervallo.

Quemadmodum *supra* contra vertiginem facillimam pulvis ex stercore pavonis præparationẽ tradidimus: eodem modo quoque alios pulveres ex aliorum animalium excrementis præparandos hic in medium proferemus, qui pluribus diversis affectibus erunt idonei & aptissimi: Hæc quidẽ remedia quantumvis facili & simplici artificio, vel à quovis idiota parari queunt: multo tamen certioribus & præstantioribus effectis sese produnt, in pluribus curandis morbis, quam varii illi pulveres aromatici, qui iuxta longas & tædiosas receptarũ, ut vocant descriptiones, scrupulose nimis fabrefacti, in theculis deauratis ad pompam potius, quã ad verum aliquem usum adservantur.

Tragea ad icterum, ex stercore anserculi. Q.

Horum remediorum parantur ex anserculi, qui veris tempore herbis pascitur, stercore seu excremento: hoc collectum, & in sole vel alio loco moderate calido exsiccatum, pulverizandum est, de quo pulvere exhibeatur ℥ ß. *vel* ℥ j. si malum inveteratum fuerit, vel per se, vel cum vino albo. Non est morbus auriginosus, quin hoc medicamine perfecte eradicetur & evellatur, idque in tertia vel quarta eiusdem exhibitione: huic pulveri addere poteris *cinnamomi & sachari* ad libitum.

Ad idem.

Summum & certissimum ad eandem icteritiam medicamentum est pullorum gallinaceorum excrementum album, seorsim collectum, de cuius pulvere mane exhibe ℥ ß. & continuando 4. vel 5. matutinis mira percipies. Idem pulvis sumitur ad calculi contritionem & expulsionem, & urinæ suppressionem.

CAVTIO.

Nullus hic miretur summos nec incertos effectus,

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 778 sur 955

quos eiuſmodi avium aliorumque animalium excrementa in prædictis morbis edomandis oſtendant. Excrementa enim horum aëreorum animalium, quorum natura eſt calidiſſima, tota ſunt mixtoſulphurea, cuiuſmodi quoque eſt columbarum ſtercus, è quo copioſa nitri quantitas educitur, ſicuti alibi enotavimus. Vnde enarrata hæc excrementa mirificam habent incidendi, attenuandi & diſſolvendi facultatem, vireſque ſimplicium, quibus animalia illa nutriuntur, reſervant, quæ in quintas quaſi eſſentias, per digeſtionem & concoctionem, in horum aereorum animalium vẽtribus convertuntur, hinc tam efficaci operandi energia, ad plures & diverſos morbos exſcindendos excellunt. Camillus à Camillis, Medicus Genuenſis celeberrimus, cuius antea à nobis facta fuit mentio, aſſerebat coturnicum helleboro veſcentium, (quod ipſis, ut quidam ſcribunt, in alimentum cedit) excrementa ſingulari proprietate quadam conferre epilepſiis, quod tamen ipſe non expertus ſum, ſed hiſce in medium allatis, tantum aliis politiori & exquiſitiori ingenio præditis occaſionem præbere volo, ut natura & conditione ſingulorum alimentorum, quibus & Pavones, & Anſerculi, & Gallinæ paſcuntur & nutriuntur, philoſophica & acuta meditatione peniti⁹ examinatis & cognitis, tantorum effectuum ab his excrementis productorum cauſam & rationem facilius comprehendant.

Tragea ſplenitica. Q.

℞. *Pulveris rad. aronis, ut ſupra prep. unc. ß.*
Carpobalſami
Xylobalſami
Zedoariæ an. ʒ j.
Pulv. Florum geniſtæ,
Sem. Naſturtii
Eruca
Cardui benedicti
Fœniculi
Aniſi an. ʒ i. ß.
Caryophyllorum
Zingiberis
Cubebarum an. ʒ ß.
Cinnamomi
Salis Tamariſci
Fraxini
Ceterach an. ℈ iiij.
Sacchari anthoſati ad pondus omnium.
Miſce, fiat pulvis. Doſis duo cochlearia argentea, conducit ad obſtructiones, & ſcirrhoſas duricies lienis, & cæteros affectus inde promanantes.

Tragea antinephritica & ad colicam paſſionem. Q.

℞. *Tunicæ interioris ventriculi gallinæ, & ſtercoris albi eiuſdem an. unc. ß.*
Pulveris pellicula interioris, quæ in putaminibus ovorum reperitur drach. ii. ß.
Herniariæ
Cinnamomi an. ℈ iv.
Nucleorum meſpillorum ʒ ij.
Sem. Fœniculi, Aniſi an. ʒ j.
Reducantur in pulverem tenuiſſimum & miſceantur.
Doſis ʒ ß. *vel* ʒ j. ad ſummum cum vino albo.

Certiores & multo efficaciores huius pulveris effectus percipies, in atterendo & expellendo calculo iis, quos alii plures de milio ſolis ſimpl. ſpeciebus electuarii lithontribon Iuſtini, de cicadis, de lepore combuſto & ſimiles vulgares ad calculi comminuendum uſurpati prodere ſoleant. Nos deſcripſimus quidem alibi, in conſilio noſtro de calculo, varios pulveres antenephriticos, ſed præcedenti huic præ aliis tribuimus præſtantiæ palmam.

Tragea hiſterica. Q.

℞. *Caſiæ lignea*
Calami aromatici an. unc. ß.
Sem. Agni caſti
Paſtinacæ
Rutæ
Pæoniæ
Aniſi
Fœniculi an. ʒ ij.
Cardamomi
Macis
Cinnamomi
Caryophyllorum an. ʒ j.
Fœculæ bryoniæ ʒ i. ß.
Sacchari anthoſati ad pondus omnium.
Miſce, fiat pulvis. Doſis ʒ j. ß. prodeſt albo mulierum fluori & uteri ſuffocationi.

Solum *ſemen paſtinacæ domeſticæ* exſiccatum pulverizatum, ad ʒ ß, cum pauco vino, vel quadam aqua congrua hiſterica, exhibitum, peculiare quoque eſt & ſpecificum medicamentum ad eandem uteri ſuffocationem.

Tragea granorum actes ad dyſenteriam. Q.

Exprimatur ſuccus baccarum ſambuci maturarum, tempore videlicet autumni. Ex quo ſucco & farina ſecalina conficiatur paſta ſive maſſa optime elaborata, ex qua formẽtur exigui panes qui in furno ad biſcocti duritiem coquantur, adeo, ut in pulverem tenuiſſimum redigi queant: qui pulvis cum eodem ſucco iterum imbibatur, omniaque denuo reducantur in paſtam, quæ in biſcocti formam coquatur in furno: idque tertio repetatur. Poſtremo omnibus probe coctis & reſiccatis, fiat pulvis ſubtiliſſimus, qui longiſſimo tempore adſervabitur: Specificum eſt arcanum adverſus dyſenterias. De eo accipe ʒ j. & in cismoſchatæ tantundem, mixtis ſimul omnibus cum ovo parum cocto incorporentur: & ſic omnia ſorbenda exhibeantur, vel miſceantur cum aquæ noſtræ dyſentericæ *ſupra* deſcriptæ ſuffic. quantitate, & propinentur.

Hoc remedium appellamus *tragea am granorum actes*, quo nomine vocabatis, qui id nobis communicavit, nempe D. VVolffius vir doctiſſimus, inclytæ Academiæ Marpurgenſis profeſſor celeberrimus, & illuſtriſſimi principis Landgravii Haſſiæ Medicus ordinarius, cui, ſicut & aliis duobus eiuſdem collegis, D. nimirum Moſano, & D. Hartmanno, viris celeberrimis & Medicis quoque ordinariis eiuſdem illuſtriſſimi Principis, adhuc alia plura medica ſecreta, rata & præclara accepta ferimus: quorum auctoritate huic operi noſtro maiorem gratiam & ornamentum conciliare voluimus, idque ob ſummam illorum erga me benevolentiam, & ſingularem fraternumque vicisſim meum erga eoſdem affectum.

Tragea ad bronchocelem. Q.

℞ *Spongiarum vel excreſcentiarum ſpongioſarum, quales in cynoſbatis naſci ſolent unc. ij.*

Spon-

Spongiæ marinæ tantundem.
Hæ spongiæ simul reducantur in cineres, ut artis est.
℞. *Cinerum harum spongiarum unc. j.*
Cinerum chartæ leucopheæ combustæ drach. ij.
Cinnamomi drach. ß.
Coralli rubri pulverizati drach. i. ß.

Misce omnia invicem & fiat pulvis. Certissimũ & præstantissimum est remediũ ad bronchocelem Etsi licet hoc malum commune sit tantum certorum locorum incolis, ut Morianis in montibus Sabaudiæ inhabitantibus: nihilominus tamen & plures alibi reperiuntur, puellæ præsertim, quas molestus ille gutturis tumor plane deformes reddit: suibus hoc solo remedio, tanquam optime comprobato, indubie subveniri potest: unde illud nolui publicæ utilitatis ergo reticere.

Modus utendi est, ut enarratum pulverem ad ʒj.ß. *vel* ʒ ij. vel amplius, si velis, iniicias in lagenam, vino albo repletam, & ad dies duos vel tres maceres, antequam eo utaris. Eligat autem æger tempus pleniluunii, & quando luna decrescere incipit, de dicto vino bibat unc. ij. vel iij. singulis matutinis continuando, donec luna amplius non decrescat, sed crescere incipiat. Vbi desistendum, usque ad alterum pleniluunium, & luna decrescente, vini istius usus iterum per 15. dies repetendus est, si forte prima vice non integre curatus esset. Et sicut luna decrescit, ita tumor paulatim de die in diem imminuetur & absumetur.

Sed prius utendum erit aliquo purgante eidem affectui congruo, cui instituto medicamenta ex Mercurio parata omniũ sunt accommodatissima.

Pulvis ad omnes herniæ species, & ipsam enterocelem.

℞. *Pulv. rad. consolidæ maioris unc. ß.*
Herniariæ unc. j.
Spongiarum, cynosbatis adnascentium dr. iij.
Essentiæ coralli
Essentiæ perlarum an. dr. ij. ß.
Magisterii lapidis hamatitis ♃ *iv.*
Spodii
Terræ sigillatæ an. dr. ij.
Cinnamomi
Fœniculi dulcis an. dr. j.
Sacchari rosati ad lubitum, fiat pulvis

Dẽ quo utatur hernios⁹ mane ad plusculos dies: non neglectis interim perpetuis & commodis ligamentis, ac præsertim balsamo diakibric. nostro, summe igneo exsiccãte, ac partes membranosas præhumidas & relaxatas contrahente.

CAVTIO.

Hoc pulvere multis experimentis comprobato, graves admodum hernię sæpenumero sanatæ sunt. Communicatus est mihi à D. Genandio viro celebertimo & Medico Ducis Sabaudiæ primario. Herniaria, quæ præcipuis huius pulveris ingredientibus annumeratur, non citra rationem ita appellata fuit: eximios enim & singulares effectus in hisce abigendis malis prodit. Idem Genandius cum cibo quoq; offerebat eiusdem herniariæ pulverem, ipsisque pani admiscebat. Eadem herba conducit etiam ad calculum.

Spec. Diasolis. *Mynſ.*

℞. *Corn. Cervi & Alcis Spagiricè calcinator.*
Terræ sigillatæ an. drach. i. ß.
Lap. Bezoar. or. drach. j.
Diaphoret. mineral.
Bezoart. Iovial. an. ♃ ℈.
Mag. Perlarum or.
Corallor. rub.
Succini alb. præp. an. drach. ß.
Vnicorn. Solaris
Animalis
Oss. de Corde Cervi an. ♃ j.
Gallię Moschat. verę gr. xj.
Ol Cinamomi
Citri an. ♃ ß.

Misc. & f. omnium pulvis subtilissimus.

Vires, Vsus, Dosis.

In omnibus Epidemicis & pestilentialibus morbis, Erysipelate Venenis hausti⁹; nec non in Asthmate, vel periculosissimis Pectoris angustiis; arcanum est: Cor enim tuentur à labe veneni, & ab illo omnia noxia per sudorem expellunt, eiusq; vitiis mirè opitulantur. Dosis à Scr. s. ad Scr. j. in aq. Card. Benedict. Flor. Sambuci, Theriacali vel aliis appropriatis.

Pulvis Bezoarticus Imperialis. *Mynſ.*

℞. *Corn. Alcis & Cervi Spagyricè calcinatorum an. Drach. iij.*
Boli rub. or. præp.
Bezoart. Iovial. an. drach. ij.
Lap. Bezoar. or.
Terræ Sigillat. an. drach. i. ß.
Flor. Sulphuris comp.
Vnicorn. animal. an. drach. j.
Mag. Perlar. or.
Corallor. rub. an. drach. ß.
Cinnab. nativ. præp.
Oss. de corde Cervi
Succini alb. præp. an. ♃ j.

Misc. & fiat omnium pulvis subtilissimus.

Vires, Vsus, Dosis.

In omnibus morbis peracutis, Febribus ardẽtibus, malignis & Epidemiis, &c. Diaphoreticum insigne est: Omnes enim venenosos & vitiosos humores, à corde & cæteris membris principalibus, per sudorem egregiè pellit. Dosis à Scr. s. ad Scr. j. in aquis appropriatis sudoriferis, vel in aq. seu decocto rasuræ cornu Cervi.

Spec. Dialunæ. *Mynſ.*

℞. *Rad. & Sem. Paoniæ debito tempore collect.*
Corn. Alcis Spagyricè calcinat.
Corn. Alcis Spagyricè calcinat.
Mag. Cranei an. unc. ß.
Animæ Lunæ verę in form. pulv.
Bezoart. Lunaris an. drach. iij.
Cinnab. nativę prap.
Visci quercini
Squillæ præp. an. drach. ij.
Secundinæ exsic. mulieris primiparæ filiũ enixæ
Stercoris Pavonis præp. an. drach. i. ß.
Sal. Perlarum orient.
Corallorum rub. an. drach. j.
Castorei veri
Piperis longi
Cubebarum an. ♃ j.
Moschi laudatiss.
Ambrægris. an. ♃ ß.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 780 sur 955

Misc. & fiat omnium pulvis subtilissimus, cui adde:

Ol. Cornu Cervi rectif.
Succini albi
Nuc. Moschat.
Rutæ an Scr. ß.

Denuò misce & ad usum repone.

Vires, Vsus, Dosis.

Miraculosè Lunaticis, Epilepticis seu comitialibus, Vertiginosis, Lethargicis, Subethicis, Cõgelatis, malisque cerebri frigidis conferunt, & illis, quibus tumultuosa insomnia obversantur & incertis timoribus corripiuntur, succurrunt. Dosis in curatione à Scr. j. ad Drach. s. in aq. Epilepticâ seu Apoplecticâ nostra vel aliâ conveniente, in ipso paroxismo. In præservatione autem datur in omnibus lunæ quadris; & in omni humidâ & minus constanti aëris tempestate à Scr. s. ad Scr. j. in aquis supra dictis.

Pulvis Epilepticus mirabilis. Mynſ.

℞ *Cranei hominis Strangulati & sine igne calc.* ʒ j.
Visci quercini
Cinnabaris factit.
Vng. Alcis an. ʒ ß.

Misce & fiat Pulvis, cuius Scr. s. pueris statim post paroxismum datur, adultis verò Scr. j. iteretur, certissim liberat.

Pulvis Ophthalmicus. Mynſ.

℞ *Sacchari cand. alb.*
Tutiæ prep. an. ʒ ij.
Margaritæ prep.
Sarcocollæ an. ʒ ß.
Fabarum marin. prep. ϑ j.

Misc. & fiat Pulvis ocularis subtilissimus.

Vires & Vsus.

Hic pulvis in multis oculorum affectibus mihi valdè secretus est: Imprimis autem hebetib° oculis & eorum maculis medetur, & nubeculas detergit, nec non aquam eò defluentem absumit. Visum acuit. Claritatem facit. Sanitatem oculorũ conservat. Tempore autem usus, exigua pars hujus pulveris ex canaliculo pennæ in oculos manè & vesperi instilletur, vel collyriis admiscetur.

Spec. Diamartis. Mynſ.

℞ *Rad. Tormentillæ*
Nuc. Moschatæ
Gallar. Turc. an. ʒ ß.
Mag. Corallorum rub. berberisat. nost.
Croci Hæmatit.
Croci Martis per calcinat. fact. an. ʒ ij.
Zedoariæ electæ
Calami aromatici
Succini alb. prep.
Quinq; foliir adic.
Caryophyllorum an. ʒ ij.
Ciner. Spongiæ
Boli rub. or. prep.
Terræ sigillatæ
Acaciæ an. ʒ j. ß.
Sem. Plantaginis
Antheræ Rosarum an. ϑ iv.
Corn. Cervi & Oss. Microcosmi Hermeticè calcinator. an. ʒ j.
Aluminis plumosi calcinat.
Animæ vitrioli an. ʒ ß.

Misc. & fiat omnium pulvis subtilissimus.

Vires, Vsus, Dosis.

Stomachi mollitiem corrigunt, & Dysentericis, Cæliacis, purulenta & sanguinem excrẽtibus mirabiliter auxiliantur, Gonorhæę, Hæmorrhoidibus, urinæ incontinentiæ lotioque cruento medentur. Fœminarum menstruam purgationem perfectissimè morantur & inhibent. Hæmorrhagiam variam & sanguinem denique undecunque manantem, sistunt & supprimunt. Dosis à Scr. j. & Drach. s. ad Drach. j. in convenienti liquore.

Spec. Diamercurii. Mynſ.

℞ *Sem. Cinæ opt.* ʒ xiij.
Mercurii dulcis ʒ v.
Rhabarb. elect.
Rad. Turbith. gum.
Corallinæ an. ʒ ij.
Raſ. Cornu Cervi
Myrrhæ rub. an. ʒ j.
Sum. Centaurii min.
Tanaceti
Camphoræ veræ an. ϑ j.
Ol. Lig. Avellan. per descensum destillat.
Sp. Vitrioli opt. an ϑ ß.

Misc. & fiat omnium pulvis subtilissimus.

Vires, Vsus, Dosis.

Exhibentur vermibus seu lumbricis scatentibus lunâ decrescente à Scr. j. ad Drach. s. & Drach. j. pro ætatis ratione in lacte quod unà cum pulvere sumptum illis, non nutrimentum, sed venenum erit; Mercurius quoque dulcis eis maximè pestis est: Simul enim interficit lumbricos & fomitem eorum per secessum expellit. Propterea est Medicina experta, adversus omne genus Vermium. Offertur etiam in aq. Absinthii, Centaurii min. Tanaceti, Vrticæ. Item in oxymellæ Squillitico, Melle despumato, Syr. Aceţoſ. Citri, Hydromelle, aut in alia quâvis materia, qua pueri magis delectãtur.

Spec. Dialovis. Mynſ.

℞ *Facul. rad. Bryoniæ* ʒ ß.
Sal. Iovis Anglici
Martis Perlar.
Corallor. rub. an. ʒ iij.
Rad. Dictamni alb.
Pæoniæ an. ʒ ij.
Succini albi prep.
Croci orientalis
Visci quercini
Antophyllor. an. ʒ i.
Castorei veri scr. j.

Misc. & f. omnium pulvis subtilissimus.

Vires, Vsus, Dosis.

In vehementissima & desperatissima suffocatione & strangulatione Vteri, medicamentum est benedictum, & tanquam donum Mulieribus à Deo cœlitùs demissum: Non enim sine admiratione hunc atrocissimum affectum tollit. Pro quo divino auxilio nomen Domini sit benedictum. Dosis à Scr. j. ad Drach. s. tribus aut quatuor aurorũ continuis vel tempore necessitatis, in aq. Hysterica nost. vel aliis vehiculis appropriatis.

Spec. Diaveneris. Mynſ.

℞ *Sulph. Vitr. Veneris sublimati & Spag. prep.* ʒ ß.
Borracis ʒ iii.
Sem. Linguæ avis

Eruca

Erucæ an. ℥ij.
Pastinacæ, Verticæ
Porri an. ℥i.ß.
Rad. Pyrethri
Piperis albi
Boleti Cervini an. ℈iv.
Galangæ min.
Zingiberis alb.
Cinamomi an. ℥j.
Scinc. marin. præp.
Mag. Perlarum or.
Croci orient. an. ℥ß.
Cantharid abscissis gelu & aliis tenuioribus
Ambrægris. an. ℈.j.
Moschi optimi
Ol. Macis an. Scr. ß.

Misc. & f. omnium pulvis subtilissimus, cui Sachari candi albi unc. j. immisce, & ad usum repone.

Vires, Vsus, Dosis.

Contra actus venerei defectum efficacissimum, immò omnium validissimum & extremum experimentum est: Propterea qui Amicæ suæ placere cupit, & se virum strenuum vult probare, capiat, post cœnã, vel si statim effectũ quærit, eundo cubitũ, aut si successivè operari debet, manè à ℈.j. ad Scr. ij. & Drach. j. in lacte tepido vel vino generoso. Præparantur etiam sine cantharidibus.

Spec. Diasaturni. Mynſ.

℞. Mag. Saturni ℥j.
Succ. Glycyrrhiz. purgat.
Lact. Sulphuris comp.
Rad. Chinæ elect. ℥ij.
Sal. Margarit. orient.
Corallor. rubeorum
Panis tritici an. ℥ij.
Boli rub. orient. præp.
Benzoini sublimati
Olibani an. ℥j.
Croci orientalis
Cassiæ lignea ani ℥ß.

Misce & fiat omnium pulvis subtilissimus cui adde: Sachari candi albi unc. ij. & pulverem benè mixtum ad usum reserva.

Vires, Vsus, Dosis.

Nescio, quibus verbis hanc incomparabilem compositionem extollam! Phthisis enim, quæ aliàs humana manu curari non potest, curatur sæpè hac Medicina. Dosis manè, & vesperi à Drach. s. ad Drach. i. in aq. nostra specifica contra Phthisin, vel in aliis vehiculis appropriatis.

Spec. Diasulphuris. Mynſ.

℞. Lact. & flor. Sulphuris comp. an. ℥ i.ß.
Suc. Glycyrrhiz. purgat.
Cardamomi min.
Terræ Sigillat. an. ℥vj.
Sem. Verticæ Rom.
Cydoneorum
Cinamomi acuti
Zingiberis albi
Nuc. Moschat.
Croci orient.
Piperis longi
Macis an. ℥iij.
Tragacanth. alb.
Rad. Iridis florent.
Flor. Papav. errat.
Mastichis electi
Crem. Tartari an. ℥.i.ß.

Misc. & fiat pulvis, cui adde: Ol. Hyssopi, Fœniculi, Salviæ, Anisi, Chamomillæ Rom. an. ſc. i. & ad usum repone.

Vires, Vsus, Dosis.

Tussi diuturnæ, difficultati Spiritus & Asthmati chronico succurrunt. Humores in pectore diversos & crassos incidunt & extenuant. Præservant & curant absque omni alia Medicina, Phtisin, Ariduram, Pleuritidem, omnesque putrefactiones, & Apostemata, in affectib⁹ thoracis mirandæ præstant, vocisque iacturam semper reparant. Consumunt etiam & exsiccant fluxus capitis & pravos humores in corpore existentes, è quibus Podagra, Ischiada, & Arthritici dolores existere solent. Prophylacticon est in Epilepsia, Apoplexia, Lepra, Lue Venerea, Convulsione nervorum, Colica, Hydrope, &c. Dos. à Scr. j. & drach. s. ad dr. i. manè & vesperi in vehiculo convenienti. In Hydrope autem offeruntur cum ana Mag. Croci Martis, corpore prius evacuato & neminem fallunt. In affectibus thoracis utimur in forma Trageæ, addito Sacharo candi albo, vel cum Syrupis pectoralibus mixtis in forma Electuarii seu Lambitivi.

Pulvis Refectivus. Mynſ.

℞. Sachari candi in Syr. Violar. concreti ℥j.
Lact. Sulphuris unc. ß.
Flor. Sulphuris comp.
Conf. Alkermes an. ℥ij.
Mag. Perlar. orient.
Corallor. rub.
Saturni an. ℥j.

Misc. & fiat omnium pulvis subtilissimus.

Vires, Vsus, Dosis.

Vires reficit. Cor & totam naturam confortat. Multum nutrit & impinguat. Fluxus Capitis exsiccat. Cerebrum roborat. Tussim sedat. Asthma, Phtisin & Tabem curat. Dosis Scr. i. in aq. Pulmonis Vituli, vel Caponis, vel alia specifica. Vel misceatur tantum pulveris ut vehiculum quasi albicante colore tingatur, de quo liquore mixto. Dosis manè & vesperi Cochl. i. vel duo

Pulvis excellens contra tussim infantum. Mynſ.

℞. Sachari penicilli unc. ij.
Spec. Diatragacanth. frig.
Diatreos simpl. an. unc. ß.
Rad. Pæoniæ ℥ij.
Suc. Glycyrrhiz. ext. drach. j.
Lact. Sulphuris
Crocor. an. ℈ij.
Cranei humani ſ. igne calc.
Sem. Papav. alb. an. ℈j.

Spec. Diavitrioli. Mynſ.

℞. Galang. min. unc. j.
Mag. Vitrioli
Rad. Acori aquat. an. unc. ß.
Piperis longi
Sem. Ameos
Zedoariæ an. drach. ij.
Cinamomi acut.
Calami aromat.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 782 sur 955

Macis an. dr. i. ß.
Cardamomi min.
Zingiberis albi
Caryophyllorum an. dr. j.
Croci orient.
Spicæ Indic.
Lig. Aloes an. dr. ß.
Moschi laudatiss.
Ambræ grisi. an. scr. ß.

Misc. & fiat pulvis.

Vires, Vsus, Dosis.

Est Medicina salubris ad frigidam humorositatem ventriculi & putrefactionem in partibus eius: Ob id phlegma digerunt. Digestionem & concoctionem iuvant. Nauseam & vomitum sedant. Calorem naturalem conservant, & membra nutritionis calefaciunt. Flatus crassos dissipat, & acidos ructus compescunt. Exsolutis & lecinorosis auxiliantur. Convalescentibus ac è diuturno morbo emergentibus prosunt. Fætorem oris & nasi, qui per consensum à Stomacho oritur emendant & gigni prohibent. Dosis à Scr. s. ad Scr. i. & Drach. s. vel addito Sacharo fiat Tragea. Nota: Hæ & aliæ compositiones, Moschum in nimiâ quantitate recipientes, possunt etiam sine eodem parari.

Spec. Diacinnabaris. Mynsi.

℞. Cinnabaris nativ. præp. unc. ß.
Lap. Stellaris præp.
Corn. Alcis Spagyricè calc. an. drach. iij.
Rasi. Cranei parisi ant.
Visci quercini an. dr. ij.
Rad. & Sem. pæon. an. dr. i. ß.
Spec. Diamoschi dulc.
Diambræ an. Dr. j.
Mag. Perlarum orient.
Corallor. rub. an. dr. ß.
Croci orientalis
Ol. Succini albi an. scr. j.
Fol. Auri No. xiij.

Misc. & f. omnium pulvis.

Vires, Vsus, Dosis.

Miram vim & efficaciam habent in Epilepsiâ & omnibus aliis morborum capitis periculosorum generibus, suntque tam certissimum experimentum, quo Deo aspirante innumeros cæterorũ Medicinæ incurabiles hactenus, quantumvis eorum non paucos ad 9. 10. 12. Immò 18. plurescque annos tali abominabili affectu laborantes, pristinæ sanitati perfectè feciliter ij restituimus. Dosis in cucatione à Scr. i. ad Drach. s. & Scr. ii. plus minusvè pro ætatis & virium patientis discrimine in vehiculis appropriatis & specificis omnique manè reiterandis, usque dum integrã consequatur sanitatem.

Spec. Dianitri. Mynsi.

℞. Cryst. Nitri cum Sp. Vini & Vitr. præp. unc. j.
Sal. Lap. Petrarum pisc.
Oculor. Cancri
Succin. alb. an. drach. ij.
Rad. Filipendulæ
Glycyrrhizæ an. drach. i. ß.
Sem. Vrticæ min.
Lappæ maior.
Saxifragiæ
Milii Solis
Genistæ an. drach. j.
Bac. Lauri excort.
Iuniperi an. scr. iv.
Cinamomi acut.
Zingib. albi
Croci orient.
Piperis long.
Macis an. scr. ij.
Leporis combusti
Sang. Hircini præp.
Pulv. Ceterach
Santali rub. an. drach. ß.
Millepedum præp. scr. j.
Sachari albiss. unc. iiß.

Misc. & fiat omnium pulvis subtilissimus.

Vires, Vsus, Dosis.

In frangendo & expellendo calculum Renum & Vesicæ, experimentum valdè illustre est. Dos. à Scr. i. ad Dr. s. summo manè in vehiculis specificis.

Spec. Diatartari. Mynsi.

℞. Tartar. vitriolat.
Mag. Scammonii an. unc. ii.
Turbith. albi & gum.
Hermodact. albor. an. unc. ß.
Ol. Caryophyllorum
Cinamomi an. scr. ß.

Misc. & fiat pulvis quem ad usum reserva.

Vires, Vsus, Dosis.

In universo corpore tartarum coagulatum decenter resolvuntq, cum omnibus defluxionib⁹ podagricis, securè & leniter, in quocunque etiam sint membro, per secessum educunt. Flavam bilem & pituitam copiosè deturbant. Aqua intercute laborantibus mirificè conferunt. Cutis etiam foeditatem, Scabiem, Lepram, ceterasque eius generis sordes eluunt. Insuper Scorbutum curant, & iuncturarum dolores mitigant. Dosis à Dra. s. ad Drach. i. præsertim in robustioribus.

Spec. Diacrystalli. Mynsi.

℞. Carnis mamillarum vaccæ pinguis, russæ, iuvenculæ in vino coctæ & in furno exsic. unc. j.
Piperis longi drach. v.
Crystallor. præp. unc. ß.
Margaritar. præp. drach. ij.
Sem. Borraginis
Fœniculi
Lactucæ
Nigellæ an. drach. j.
Rad. Hirci barbulæ
Cardui lactei
Rapunculor. an. drach. ß.
Sachari albissimi unc. iii.

Misc. & fiat omnium pulvis subtilissimus.

Vires, Vsus, Dosis.

Matrum & nutricum lactantium, medicamentum est specificum: Lac enim in illis adeò augent ac emendant ut omnis inde assumptus cibus ferè lactescat. Propterea ad lactis ubertatem præstandam secretum est. Dosis à drach. s. ad Dr. i. manè meridie & vesperi, in cibo, iusculo, seu in aq. Card. Mariæ vel in aliis convenientibus vehiculis.

Spec. Diasuccini. Mynsi.

℞. Succini albi præp. unc. ß.

Mag.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 783 sur 955

Mag. Corallorum rub. roſat.
Nuc. Moſchat. toſt.
Boli rub. orient al.
Smaragd. an. ʒij.
Croci Martis per re verberationem fact.
Sang. Draconis an ʒi. ß.
Styracis calamitæ
Cornu Cervi uſt. præp.
Laudani opiat. an. ʒj.
Antheræ Roſarum
Sem. Plantaginis
Flor. Papav. errat. an. ʒß.
Caryophyllorum
Croci or.
Cinamomi
Macis an. ℈j.

Miſc. & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

Vires, Vſus, Doſis.

Viſcoſos & tartareos Sales inteſtina erodentes, & alvi fluorem ſollicitantes, compeſcunt & obtundunt. Hinc omnibus Dyſenteriis ſangvinisque profluviis maximè medentur. Doſis à Scr. j. ad Drach. j. in vehiculis appropriatis.

Spec. Diacretæ. Mynſ.

℞. *Cret. albæ cum aq. Roſar. præp. ʒiii.*
Nuc. Moſchat. ʒi. ß.
Rad. Glycyrrhiz.
Sem. Cydoneorum an. ʒj.
Boli rub. orient. præp.
Corallorum rub. præp. an. ʒß.
Lap. Carpionis cum aq. plantag. præp.
Macis parum toſti
Maſtichis electi
Croci orient. an. ℈j.
Sacchari albiß. ʒiij.

Miſc. & fiat pulvis ſubtiliſſimus.

Vires, Vſus, Doſis.

Catholicon eſt in orexi ſeu ardore ventriculi: Hæ enim ſpecies hanc dynamin habent, ut adverſentur ebullitioni flavæ bilis & ſublimato in orificium ventriculi tartaro, quem efficaciter reſolvũt & præcipitant. Doſis à Drach. ſ. ad Drach. j. in paroxiſmo: Medicamenta enim in hoc caſu ſunt adhibenda quandocunq; orexis uret, tamdiu donec ceſſet.

Spec. Diaborracis. Mynſ.

℞. *Borracis Venet. ʒß.*
Caſſiæ lignea
Croci orient. an. ʒj.
Raſ. Lig. Sabinæ
Succini alb. præp. an. ʒß.
Oſſ. de Corde Cervi
Viſci quercini
Flor. Cheiri an. ℈j.

Miſc. & f. pulvis ſubtiliſſimus.

Vires, Vſus, Doſis.

Mulieribus, quæ nequeunt parere, ſeu quæ in partu periculosè laborant, feliciſſimè offeruntur: Ad partum enim facilitandum, ſecundinas retentas & fœtum mortuum ejiciendum, præſentiſſimũ eſt remedium. Doſis à Scr. j. ad Scr. ij. & Drach. j. in aq. Cinnamomi, vel Flor. Cheiri, vel Artimiſiæ, ſeu in vino albo generoſo.

Spec. Terebinthinæ. Mynſ.

℞. *Terebinthinæ in aq. Citri bis lotæ ʒij.*
Mag. Scammonii ʒj.
Turbith. alb. & gum. ʒvj.
Tartari vitriolati
Hermodact. alb. an. ʒiij.
Spec. Lithontrib. ʒij.
Croci orient.
Macis an. ſcr. j.
Sachari violat. tabul at. ʒiv.

Miſc. & f. omnium pulvis cui adde: Ol. Aniſi, Aurantior. Caryophyllor. Cinamomi; Fœniculi, ana Scr. ſ. Denuo miſce & ad uſum repone.

Vires, Vſus, Doſis.

In Arthritide, Colica, Gonorrhæa. Dyſuria, Stranguria, Renum & Veſicæ calculo, aliisq; meatuum urinalium vitiis, &c. præſtantiſſimum eſt catharticum, & experimentum mirabile. Doſis à Drach. ſ. ad Drach. j. & Drach. j. ſ. in jure Caponis, vel gallin. vel cicerum, aut in cereviſia, vel in vino calido. Mulieribus offertur in aq. Meliſſę ſeu bac. Iuniperi.

Spec. Diamumiæ Mynſ.

℞ *Mumiæ tranſmarinæ*
Mag. Lap. Percar. an. ʒ. ij.
Sang. Hircini præp.
Caryophyllorum
Sperm. Ceti an. ʒi. ß.
Rad. Rubiæ tinct.
Hirundinariæ
Tormentillæ an. ʒj.
Succini albi præp.
Sal. Corallor. rub.
Boli rub. or. an. dr. ß.

Miſc. & f. omnium pulvis ſubtiliſſimus.

Vires, Vſus, Doſis.

Hæ ſpecies valdè mirabiles ſunt ad caſum: Sangvinem enim coagulatum diſſolvunt. Præcipitatos, ruptos, contuſos, & fractos iuvant, vulneraque interna glutinant, prohibent apoſtemata ex caſu ab alto. Doſis à Scr. ſ. ad Drach. i. in aq. Cærefolii, vino generoſo, vel in aceto vini.

Pulvis ſticticus eiudem ferè efficaciæ. Mynſ.

℞. *Rad. Hirundinariæ ʒj.*
Rhabarbari elect.
Mumiæ tranſm. an. ʒß.
Laccæ rub.
Sper. Ceti an. drach. ij.
Bol. armen. præp.
Terræ ſigillat. an. dr. j.

Miſc. & fiat pulvis. Doſis eadem.

Alius Pulvis ſticticus valde efficax. Mynſ.

℞. *Spec. Ceti ʒj.*
Terræ Sigillat. unc. ß.
Bol. Armen.
Sang. Dracon.
Lap. Hæmatit. an. drach. ij.
Oc. Cancri præp. drach. j.
Rad. Angelicæ odorat.
Rhapontic. Rhabarb. elect. an dr. ß.

Miſc. & f. pulv. Cuius Doſis eſt dr. ſ. in vino calido, exſpectãdo ſudorẽ, ſic per vulnera exit & operatur.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 784 sur 955

Spec. Diaolibani. Mynſ.

℞. *Rad. Pæoniæ debitè collect.*
Ireos florent. an. ℥ iij.
Olibani optimi ℥ i. ß.
Corn. Alcis ſ. igne calc.
Mag. Cranei microcoſmi
Croci orient.
Viſcin. quercin. an. ℥ j.
Sacchar ipenidii.

Miſc. & f. pulvis ſubtiliſſimus.

Vires, Vſus, Doſis.

In metu Epilepſiæ, Apoplexiæ, Catarrhi ſuffocativi; in Tuſſi, Cardiacâ & in omni ſubito morbo & periculoſo aliquo accidente infantibus & pueris offeruntur. Cerebrum enim & Cor confortant, abiisque omnem irruentem & peccantem materiam longè propellunt. Doſis à Scr. s. ad Sc. j. per ſe, vel in lacte materno, aut alio conveniente liquore.

Spec. Diatabaci. Mynſ.

℞. *Tabac. Ind. cum Ol. Aniſ. præpar. ℥ ß.*
Rad. Hellebori alb.
Lilior. conval.
Pyrethri an. ℥ ß.
Gran. Pæoniæ mar.
Flor. Lavendulæ
Roris marini
Maioranæ
Origani an. ℈ ſ.
Piperis longi
Gum. Peruviani
Agarici trochiſc.
Galliæ Moſchat. an. ſcr. ß.

Vires, Vſus, Doſis.

De his ſpeciebus parum per nares attrahitur, tunc ſtatim frequentiſſimis ſternutationibus cerebrum benignè expurgant, & in omnib⁹ capitis doloribus, Catharrhis, Vertigine, Epilepſia, narium exitura & obſtructionibus, quam maximè valent: Excrementa enim tam craſſa, quam putrida copioſè educunt, cerebroq; robur reddunt. Doſis manè Stomacho Ieiuno quantitas unius ciceris, quæ naribus attrahatur.

Spec. Diamaioranæ. Mynſ.

℞ *Flor. Liliorum conval. ℥ ß.*
Herb. Maior. cum proprio Ol. prius irrorat. ℥ ij.
Lig. Aloes ponderoſ. ℥ j.
Cubebarum opt. ſcr. j.
Ambræ griſeæ ſcr. ß.

Miſc. & fiat pulvis ſubtiliſſimus.

Vires, Vſus, Doſis.

In omnibus morbis & affectibus, ubi ſternutatione opus, ſpeciebus hiſce feliciſſimè utimur: Supra modum enim totum Caput à craſſis & pituitoſis humoribus liberant, cerebrumque ſimul & organa ſenſum mire confortant. Doſis manè in aurorâ Piſi magnitudo naribus attrahenda.

Spec. Diabalauſtiæ. Mynſ.

℞. *Balauſtiarum ℥ vj.*
Rad. Caryophillatæ
Cyperi rotund.
Maſtichis elect.
Terræ Sigillat.
Caryophyllorum
Sandaracæ
Cort. Citri
Roris marini an. ℥ ß.
Corallorum præp.
Succini albi
Flor. Pæoniæ
Roſarum ruber.
Olibani an. ℥ iij.
Nuc. Moſchatæ
Sem. Myrtillor.
Coriand. præp.
Santali citrin.
Lig. Saſſafras
Cubebarum an. ℥ ij.

Miſc. & f. pulvis, ſaturæ coronali inſpergendus.

Vires, Vſus, Doſis.

In Phthiſi, Hectica, Febribus aridis & dolore capitis, purgata alvo, ad ſiſtendum & exſiccandũ catarrhos, & confortandum cerebrum, tutò, capitis ſummo vertici, vel in loco ſuturæ coronalis noctu ante ſomnum inſperguntur. In cauſa autem frigida & humida caput prius inunge opt. Sp. Vini ſalviato, & poſtea inſperge pulverem, & mira videbis: Quia impediunt deſcenſum aquoſitatis à cerebro ad nares, oculos & ſubiectas partes.

Spec. Diabugloſſæ. Mynſ.

℞. *Cort. rod. Bugloſſæ ℥ j.*
Elæoſach. Citri ℥ ßi
Roſarum rub. exſic.
Santali citrin.
Lig. Aloes an. ℥ iij.
Mag. Perlar. or.
Corallorum rub. an. ℥ i.
Oſſ. de Corde Cervi
Croci præp. an. ℥ ß.
Galliæ Moſchat. vtræ
Auri potab. noſt.
Spicæ Indic. an. ℈ ij.
Ol. Roſarum veri
Cinamomi an. ℈ ß.
Man. Chriſti ſimpl. ℥ iij.

Miſc. & f. pulvis ſubtiliſsimus.

Vires, Vſus, Doſis.

Summa eſt medicina, ubi aliquis quaſi ad deſperationem ex nimia triſtitia venit: Propterea valdè efficax eſt contra affectus melancholicos, cardiacos, &c. Medicamentum enim eſt cordi amicisſimum. Omnia membra, ex quibus virtutes animales & naturales manant, confortant; nec non Cordis tremorem & ſyncopen emandant. Malas cogitationes compeſcunt. Solitarios juvant. Bonos mores gignunt. Falſas imaginationes abolent. Lætitiam afferunt. Doſis à Scr. j. ad Dr. s. & Dr. j.

Spec. Diaplantaginis. Mynſ.

℞ *Suc. Glycyrrhiz. ext.*
Terræ Sigillatæ
Rad. Plantaginis
Serpentariæ
Tormentill. an. ℥ vj.
Mag. Croci Martis per reverberationem fact.
Corn. Cervi uſti & præp.
Cort. Granator. an. ℥ ß.

Lap.

Lap. Hæmatitis
Nuc. Moſchatæ
Flav. cort. Aurant.
Caryophyllor. an. ℥ iij.
Fol. Salviæ acut.
Viſci quercini
Balauſtiar. an. ℥ ij.
Mag. Corall. Berberiſati noſt.
Sem. Plantaginis
Priapi Cervi an. ℥ i. ß.
Pellic. inter. ventriculor. Gallinar. præp.
Sang. Draconis
Hypociſtid. an. ℥ j.

Miſc. & f. omnium pulvis ſubtiliſſimus.

Vires, Vſus, Doſis.

Cibum faſtidientibus, ſanguinem mingentibus & exſpuentibus: nec non mulierculis uring incontinentia poſt partum correptis miraculosè auxiliantur. Dyſentericis, Cælicis Menſibus ſuperfluis; Inteſtinorum, Renum, Veſicæ, fiſtulæque urinariæ exulcerationibus mirè ſubveniunt, & inde omnia nata ſymptomata tollunt. Doſis à Drach. ſ. ad Drach. j. manè Stomacho Ieiuno, vel ante prandium & cœnam, cum Vnciis duabus vel tribus liq. Stil. plantaginis.

Pulvis Polychreſtus imperialis. *Mynſ.*

℞ *Sacchari candi alb.* ℥ vj.
Croci Martis cum acet. Tamarindor. præp. ℥ i. ß.
Sem. Fœniculi
Raſ. Eboris
Talk Leporin.
Oc. Luciorum
Cardamom. min.
Zingiber. alb.
Nuc. Moſchat.
Rad. Glycyrrhiz. an. ℥ j.
Cinamomi acut.
Cubebarum
Caſſiæ lignea
Spicæ nardi
Rad. & Sem. Pæon.
Viſci quercin.
Acidi Tartari an. ℥ ß.
Mag. Lap. Carpion.
Oc. Cancror.
Lap. Percar. piſc.
Croci oriental.
Sem. Petroſelini
Apii
Caſtorei veri
Caryophyllorum
Myrrhæ rub.
Lig. Aloes
Herb. Hyſſopi
Ol. Aniſi an. ℥ ij.
Mag. Perlar. or.
Corallor. rub.
Macis elect. an. ℥ j.
Fol. Auri Vng. Nro. xxxxiij.

Miſc. & f. omnium pulvis ſubtiliſſimus.

Vires, Vſus, Doſis.

Ex Stomacho & inteſtinis flatus, ventoſitates, omnesq; peccantes humores expellit, illumq; cõfortat. & à putredine præſervat. Cerebrum roborat. Memoriam auget. In Epilepſia, Tremore, & debilitate Cordis, difficultate Pectoris, Tuſſi, Aſthmate, & c. multum præſtat. Mœrores mulcet. Triſtes exhilarat. Timidos animat. Hepatis & Lienis obſtructiones reſerat. Tympanitem à cauſa frigida ortam, & multos alios morbos longos & obſtirmatos curat. Hæmorrhoides fluentes ſiſtit. Sangvinem purificat. Vividum colorem procreat. Matricem frigidam calefacit. Vteri intemperiẽ corruptam emendat. Renes & Veſicam purgat. Calculos, arenulas & ſaburram reiicit. Meatus aperit, & Stranguriæ auxiliatur. Doſis omni manè, Caſtaneæ quantitas per ſe, vel in liquore appropriato, morbum propriè reſpiciente.

Pulvis Dyſentericus. *Mynſ.*

℞ *Corn. Cervi Spagyricè calc.* ℥ i. ß.
Sem. Sangvinariæ
Plantaginis an. ℥ j.
Cretæ albæ præp.
Nuc. Moſchat.
Viſci quercin.
Nitri præp. an. ℥ ß.

Miſc. & f. pulvis ſubtiliſſimus, qui in omnibus fluxibus ventris etiam valdè efficax eſt. Doſis Drach. j. in vehiculis appropriatis & ſpecificis.

Spec. Dialauri. *Mynſ.*

℞ *Bac. Lauri, maſſâ panis circumducti & in clibano debitè excoct. exſiccat. & pulveriſat.* ℥ j.
Flor. Centaur. min. ℥ iij.
Rubiæ tinctor.
Myrrhæ rub.
Croci or. an. ℥ j.
Ariſtoloch. rot.
Cardamom. min.
Galang. min. an. ℈ ij.
Sal. Cinamomi
Sabinæ an. ℥ ß.

Miſc. & f. omnium pulvis ſubtiliſſimus.

Vires, Vſus, Doſis.

Obſtructiones in utero egregiè aperiunt; nec non ſuppreſſos menſes mirificè cient ac largiter movent. Doſis à Drach. ſem. ad Drach. j. In decoct. Sabinæ cum Croco or. aut vino vel cereviſia calida bis de die, manè Ieiuno ventriculo, vel veſperi ante ingreſſum lecti, hocque continuetur, donec menſes prorumpere incipiant.

Spec. Diajalappæ. *Mynſ.*

℞ *Rad. Ialappæ opt. & reſinoſæ* ℥ ij. ß.
Acidi Tartari ℈ xj.
Ol. Cinamomi ℈ j.

Miſc. & fiat pulvis ſubtiliſſimus.

Vires, Vſus, Doſis.

Per inferiora ſine moleſtia purgant & ſangvinem mundificant. Pituitam ipſam, utramque bilem, flatus ceteraſq; impuritates omnes è toto corpore educunt, & obſtructiones tollunt: Ob id doloribus articulorum & hypochondriorũ proſunt. Doſ. à ℥ ß. ad ℈ ij. & ℥ j. præſertim in robuſtioribus.

Spec. Diaeſulæ. *Mynſ.*

℞ *Ra. Eſulæ min. præp.*
Rot. Diarrhod. Abb. an. ℥ j.
Hellebori alb. præp. Sal. Vitrioli alb. an. ℥ iij.

Suc-

Succ. Glycyrrhiz. ext.
Santal. rub. an. drach. i.
Cinamomi acut.
Ireos florent.
Zingib. alb. an. scr. ii.
Mag. Perlarum orient.
Corallor. rub. an. scr. i.
Eleosach. Caryophyllorum
Nuc. Moschat.
Mastichis an. scr. ß.

Misc. & f. omnium pulvis subtilissimus.

Vires, Vsus, Dosis.

Valent in omnibus Febribus quotidianis, tertianis, ardentibus, omnisque generis infirmitatibus Ventriculi, defluxionibus salsis, Lumbricis, doloribꝰ dorsi, Synovia, peste, morbis Epidemiis, Venenorum haustorum symptomatibus; per alvum enim & superiora noxia quæque, sine molestiâ, expurgant. Dosis à Drach. s. ad Drach. j.

Spec. Stomachicæ. Mynſ.

℞. *Acidi Tartari unc. iii.*
Galang. min.
Zingiberis alb.
Piperis long. an. drach. i. ß.
Cardamom. min.
Nucis Moschat.
Caryophyllorum
Zedoariæ an. drach. i.
Rad. Glycyrrhiz. raſ.
Fol. Salviæ acut.
Sem. Rutæ
Carui
Olibani an. drach. ß.
Ol. cinamomi scr. i.
Mentæ crisp.
Aurantior.
Anisi an. scr. ß.
Sachari candi alb. unc. viii.

Misc. & f. omnium pulvis subtilissimus.

Vires, Vsus, Dosis.

Collapsam appetentiam excitant. Tormina, vomitiones, & singultus sedant. Asthmaticos juvant. Crapulam arcent. Flatuositates expellunt, ventriculum corroborant, & alimenti distributionem accelerant. Dosis manè & vesperi à Drach. s. ad Drach. j. ex vino malvatico vel alio generoso.

Pulvis Stomachicus nobilis. Mynſ.

℞. *Cremoris Tartari albiss. & Sp. Vitrioli aliquoties irrorati & iterum exsiccati* ℥ij.
Corn. Cervi Spagyricè calc. ℥ ß.
Sal. Lap. Percar. pisc.
Oculorum Cancri an. ℥ij.
Mag. Perlar. orient.
Corallor. rub. an. ℥j.
Ol. Caryophyllorum
Cinnamomi an. ℥ ß.
Sachari candi alb. ℥ viij.

Misc. & fiat omnium pulvis subtilissimus.

Vires, Vsus, Dosis.

Vti nobilis est, ita quoque Cor, ventriculum, & reliqua nutritionis membra nobiliter confortat. Stomachi cruditatem & mollitiem corrigit, pituitæq; putredinem prohibet. Nephriticis, Liêosis, cibumque vomentibus summoperè succurrit. Præterea illos, qui ex diuturno aliquo morbo, penitus extenuati sunt, plurimamque inde imbecillitatem contraxêrunt admodùm corroborat. Dosis à Drach. s. ad Drach. j. in vehiculo appropriato.

Spec. pleuriticæ. Mynſ.

℞. *Sulphuris sublimati* ℥ij.
Sem. Card. Mariæ
Bac. Lauri excortic.
Visci quercini
Rad. Zedoariæ
Olibani an. ℥j. ß.
Raſ. Dentis Verris aprugni
Dent. Lucii acut.
Flor. Papav. errat. an. ℥j.

Misc. & fiat omnium pulvis subtilissimus.

Vires, Vsus, Dosis.

Magnum secretum est, contra dolores pleuriticos, sive puncturas laterum, ubi præ vehementiâ ægrotantes ferè exanimantur. Dosis à Drach. s. ad Drach. j. in aq. Hyssopi & Fæniculi, vel in aq. flor. papav. errat. manè, meridiè & vesperi vel sint ad minimum quinque horæ inter quamlibet dosin. Offeruntur etiam in aq. Scabiosæ, &c. Deo favente, certissimè liberant.

Pulvis pleuriticus secretissimus. Mynſ.

℞. *Flor. Sulphuris comp.* ℥ ß.
Raſ. Dentis veris aprugni
Mand. Luciorum an. ℥ ij.
Flor. Papaveris rhead. ℥j.

Misc. & f. pulvis subtilissimus, qui usui reponendus.

Vires, Vsus, Dosis.

Curat, non sine adstantium stupore, pleuritidem, omnes putrefactiones, Apostemata, &c. Dosis à Drach. s. ad Drach. j. cum aq. è flor. Chamillæ & Papav. errat. ana s. q. Efficacius remedium non datur, & certè hic solus haustus sacharo cand. alb. parum edulcoratus, & aliquot vicibus exhibitus admirabile præsidium est; quo sæpissimè ipse sum usus, & semper, post Dei providentiam, integræ sanitati restitutus.

Spec. Febrifugæ. Mynſ.

℞ *Cochlear. long. testar. prap.*
Corn. Alcis s. ignè calc. an. ℥j.
Sal. Centaurii min.
Card. benedict.
Absinthii an. ℥ ß.
Tartari vitriolati
Mag. Vitrioli an. ℥ iij.
Calami aromat.
Nuc. Moschat. an. ℥j. ß.
Sem. Hyperici
Caryophyllorum
Piperis longi
Camphoræ an. ℥j.
Rad. Tormentillæ
Aristoloch. rot.
Zedoariæ
Ostrucii an. ℥ ß.

Misc. & fiat omnium pulvis subtilissimus.

Vires,

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 787 sur 955

Vires, Vſus, Doſis.

Abigunt ferè omnes Febres; præcipuè autem quotidianam, tertianam & ſæpè quartanam curãt. Dantur inſtante paroxyſmo vel paulò ante in aq. Card. benedict. & Centaur. min. vel in hauſtu cereviſiæ calidę: Sed patiens in lecto ſe contineat & ſudet. Doſis à Scr. j. ad Drach. j. habitâ ratione virium ſumentis.

Pulvis Febrilis probatus. *Mynſ.*

℞. *Calami aromat. unc. j.*
Rad. Gentianæ
Ariſtoloch. rot.
Zingib. alb. an. unc. ß.
Sal. Centaur. min.
Card. bened.
Abſinthii an. ʒ iij.
Corn. Cervi ſ. igne calc.
Sem. Calendulæ
Camphoræ an. ʒ j.
Sachari candi alb. unc. i. ß.

Miſc. & f. pulvis ſubtiliſſimus; Doſis à drach. ß. ad drach. j. in vehiculis appropriatis & ſpecificis.

Spec. Nephriticæ. *Mynſ.*

℞. *Cryſt. Tartari unc. j.*
Mag. Lap. Percar. piſc.
Ocul. Cancri an. unc. ß.
Sal. Succini albi ʒ j.
Ol. Aniſi ℈ j.
Sachari cand. alb. unc. iv.

Miſc. & f. omnium pulvis ſubtiliſſimus.

Vires, Vſus, Doſis.

Nephriticos ocullariter juvant: Tartarum enim & lapidem Renum & veſicæ, ceterorumque membrorum frangunt, atq; inde mirabiliter expellunt. Iſchuriam, Dyſuriam atque Stranguriam citrà moleſtiam ſolvunt: Propterea pro ſecreto magno, contra omnia calculorum genera habeantur & meritò exiſtimentur. Doſis in præſervatione Scr. j. ſingulis Lunæ quadris in aq. Nephriticâ noſt. vel alia convenienti. In curatione autem Doſis à Drach ß. ad Drach. j. in aq. jam dicta, vel in aq. Ononidis, Perroſelini, Hedræ ter. &c.

Spec. Cholagogæ. *Mynſ.*

℞. *Mag. Scammonii unc. j.*
Spec. Diarrhod. Abb. unc. ß.
Acidi Tartari ʒ ij.
Roſar. rub. vitriolat.
Flor. Centaur. min. an. ʒ j.

Miſc. & fiat pulvis ſubtiliſſimus.

Vires, Vſus, Doſis.

Flavam bilem citra moleſtiam educunt, ut ſimul obſtructiones liberent. Præterea calori & ſiccitati Stomachi, Cordis, Epatis, Pulmonum, articulorum & viſcerum conferunt, ipſorumq; robur augent & conſervant. Cardiacis, Tabidis, morboq; Regio correptis maximè ſubveniunt. Propinantur etiã felicisſimè ſenibus & debilib⁹ in febribus ardentib⁹ & tertianis, &c. Doſis à ʒ. ß. ad ℈ ij.

Pulvis carminativus. *Mynſ.*

℞. *Sem. Cymini cum aceto præp.*
Carui
Aniſi an. unc. iij.
Zingib. albi ʒ vj.
Macis ʒ iij.
Croci orient. ʒ j.

Miſc. & fiat pulvis &c.

Vires, Vſus, Doſis.

Flatus inteſtina diſtendentes, & acrimonia ſuâ tormina concitantes, egregiè diſcutit, quotidiè vel tempore neceſſitatis, per aliquot dies continuando, & in prima menſa, cum iure aliquo, vel cum aq. Fæniculi, aut Aniſi, ſeu carminativa noſtra calide ſumptus. Doſis à Drach j. ad Drach. j. ß. Iſt eingut Suppenpulver.

Farina virginea nobilis. *Mynſ.*

℞. *Silicum fluviat. calcinat. & pulveriſat. unc. vj.*
Lap. Pumicis præp. unc. j.
Rad. Ireos flor. unc. ß.
Gallæ Moſchat. verè ʒ j.
Ol. Stil. Roſarum ℈ j.

Miſc. & f. omnium pulvis inſtar farinæ, quem ad uſum repone.

Vires & Vſus.

Ad dentes in una quaſi hora dealbandos, & tartaro corroſivo purgãdos medicina nulla excellentior eſt, ſi quotidiè hoc pulvere ſæpè hinc inde cum lacinia lanea diligenter fricentur atque terantur: Propterea tam gynæceis, quam reliquis omnibus, hunc de ſilicibus ſuaviſſimum & venuſtiſſimum pulverem commendare volui.

Pulvis Hæmorrhoidalis.

℞. *Farin. volatilis unc. j.*
Croci Martis unc. ß.
Boli rub. or. præp.
Rad. Verbaſci an. drach. ij.
Hermodact. alb. per noctem in Sp. Vini inſuſi & iterum exſic.
Flor. Papav. errat.
Sachari cand. alb.
Sang. Draconis
Olibani an. Drach. i. ß.

Miſc. & f. omnium pulvis ſubtilis mus, qui tactum effugiat.

Vires & Vſus.

Sangvinem hęmorrhoidalem ſuperfluè emanantem citò reſtringit, vehementemque dolorem mirè ſedat: Tempore autem uſus, ex albumine ovi & ſtuppa canabina, vel ex lana tipharum & butyro veteris, ſale, f. cataplaſma, cui de hoc pulvere parum inſpergatur, & ita hęmorrhoidibus apertis & fluentibus apponatur.

Pulvis de Verbaſco. *Mynſ.*

℞. Herb. Verbaſci viridis q. v. infer crucibulo, quantum rapit, ad ſummum uſque infarciendo, deinde alio contege crucibulo, luto bene muni, igni impone, ut nigreſcat eô, non verò in cineres abeat, cumque videbitur ſatis eſſe, crucibulum fac refrigeſcere, atram illam materiam eximes & in ſubtilem pulverem redige. Poſtea

℞. *Huius pulveris nigri unc. j.*
Rhabarbari elect. Drach. ij.

Miſc. & f. pulpis ſubtiliſſimus.

Vires & Vſus.

Certum hic pulvis eſt exprimentum contra condylomata & hæmorrhoidas cæcas. Cuius uſus eſt ut ægro-

ut ægrotus de induſio viri trito ſumat particulam, eamq; in uno latere paulum propriâ ſuâ ſalivâ humectet, de pulvere hoc aſpergat, & ita ſuperimponat toties repetendo, quoties opus, donec condylomata & hæmorrhoides illæ cæcę diſpareāt, quod brevi tempore venit.

Pulvis probatus.

Ad

Exſiccandum, conſolidandum, & ſanandum variolas.

℞. *Farin. Lentium*
Fabarum
Orobi an. ℥ß.
Lithargyrii
Ceruſſæ lotæ
Tutiæ præp.
Nihil alb. an. ℥ ij.
Conch. marin. præp.
Rad. Arundinis
Croci Metallor. an. ℥j.

Miſc. & fiat pulvis ſubtiliſſimus.

Vires & Vſus.

Variolæ quando maturæ ſunt, poſt ſeptimum diem rumpantur cum acu aureâ ſeu argenteâ, auferatur humiditas, ne corrodat carnem, & faceat foveas, vel ſcindantur cum forcipe, ne iterū claudantur; deinde aſpergantur prædicto pulvere, qui etiam ſpargatur in lectum patientis.

Species odoriferæ ad veſtes reponendas.

℞. *Flor. Roſar. rubear. ℥ ij.*
Stœchados Arab. ℥ ij.
Lavendulæ ℥j.
Galliæ moſch. } *an. ℥ß.*
Aſæ dulcis }
Laudani ℥j.
Santali citrini }
Caryophyllorum } *an. ℥ iij.*
Cort. citri }
Cinnamomi }
Ligni aloes } *an. ℥ ij.*
Macis }
Moſchi ∋ ß.
Zibethæ gr. vj.

Miſta groſſoque modo inciſa, dentur in duobus ſaculis.

Pulvis Cyprius Violato-Roſatus. Mynſ.

℞. *Rad. Ireos florent. ℥ iv.*
Flor. Violarum recenter exſic. ℥j.
Rad. Cyperi rotund. ℥. ij.
Ol. Stil. Roſar. veri ℥i. ß.

Miſc. & f. omnium pulvis ſubtiliſſimus, qui tactum effugiat.

Vires & Vſus.

Ex hoc ſuaviſſimo & valdè delectabili pulvere replentur pulvilli, quibus variè utuntur in gynæceis. Per ſe etiam crinibus, veſtibus, pellibus, linteis, &c. inſperſus, longè lateque iucundiſſimum ſuum odorem, cerebrum & omnes Spiritus recreando, eructabit. Invenimus pro iis, qui à Moſcho, Ambrâ, Zibethâ, & aliis valentioribus odoriferis planè abhorrent.

Pulvis Cyprius Moſchatus. Mynſ.

℞. *Styrac. calamit. ℥v.*
Rad. Ireos florent. ℥v.
Roſarum rub. opt.
Anthos an. ℥ ij.
Bentzoini
Caſſ. Lignea an. ℥j.
Ladani puri
Calami aromat.
Caryophyllorum
Sem. Coriand. an. ℥vj.
Lig. aloes
Santal. citrin.
Rhodinian. ℥ß.
Cort. Aurantior. & Citri
Cyperi rotund. an. ℥ iij.
Origani Cret.
Maioranæ an. ℥ ij.
Fol. Lauri
Fol. Lavendulæ
Violarum an. ℥i. ß.
Moſchi laudat. ℥ß.
Ambræ griſ. ∋j.

Miſc. & f. pulvis veſtimentalis; cuius uſus jam dictus.

Pulvis Manualis odoratus. Mynſ.

℞. *Magnat. Exp. Amygdal. dulc. & amar. an. ℥iv.*
Farin. Fabarum ℥ ij.
Oryzæ albiſſ.
Lupinor. an. ℥i. ß.
Rad. Ireos florent. ℥j.
Roſarum alb. exſic.
Bentzoin an. ℥vj.
Sal. Tartari alb.
Cretæ alb. præp.
Spodii præp.
Sper. Ceti rac. an. ℥ß.
Ol. Lig. Rhodini ∋j.
Caryophyllorum
Lavendulæ an. ∋ ß.

Miſc. & f. omnium pulvis ſeu mixtura.

Vires & Vſus.

Hic pulvis manus albas ac nitidas, cutimq; mollem reddit, ſi frequenter eo laventur, & fricentur.

Pulvis Eryſipelatodes. Mynſ.

℞. *Farinæ volat ℥vj.*
Plumbi uſti
Boli rub. an. ℥ij.
Maſtichis elect.
Olibani
Ceruſſæ an. ℥j.

Miſc. & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

Vires & Vſus.

Hic pulvis charræ cæruleæ inſperſus, & in Eryſipelate, ſive igne ſacro, per ſe, loco affecto applicatus, ſummum remedium eſt.

FINIS LIBRI DECIMI. OCTAVI.

LIBER

LIBER DECIMUS NONVS.

DE SPECIEBVS ET CONFECTIONIBVS AROMATICIS, MORSVLIS ET ROTVLIS.

Confectio ad Vermes. Auguſt.

℞. *Seminis ſancti unciam unam ſemis.*
Farinæ Lupinorum unciam unam.
Diptami albi.
Cretici ana unciam ſemis.
Cornu cervi uſti & præparati.
Scordii veri ana Drachmam unam ſemis.
Croci Dr. ſemis. grana ſex.
Sacchari albi aquâ Abſynthij diluti quantum ſatis eſt.
Fiat Confectio, ut eſt artis.

Vermes & interaneorum animalia expellit & enecat, ac ea gigni prohibet, putredinemque humorum ex quibus hęc naſcuntur, arcet ac emendat.

Confectio Zingiberis Cocti. Auguſt.

℞. *Cinnamomi electi Dr. duas.*
Nucis Moſchatæ Dr. unam.
Caryophyllorum ſcrup. duos.
Macis ſcrupulum unum.
Incidantur omnia craſſe, adde
Zingiberis tenuiſſimè pulveriſati Drachmas ſex.
Sacchari aquâ Roſarum diluti untias ſedecim.
Fiat Confectio in Morſellis.

Frigidis ventriculi noxis ſuccurrit, ejuſq; concoctionem languidam reparat ac reſtaurat.

Manus Chriſti ſimplex, & cum Margaritis. Aug.

℞. *Sacchari clariſicati libram unam.*
Aquæ Roſarum libram ſemis.
Coquantur ut eſt artis, quod ſi Margaritas addere volueris, inice ſub finem.
Margaritarum ſubtiliſimè tritarum unc. ſemis.

Viribus dejectis, febribus ardentibus, & delirijs medetur, falſas etiam imaginationes abolet.

Paratur etiam Manus Chriſti Perlata adjectis ſub finem coctionis guttulis aliquot Olei Cinamomi, jucundiſſimum ſanè ad omnem virium lapſum medicamen, ſi modo febris aut calor aliquis præternaturalis non ſubſit.

Paſta Regia, ſeu Panis Marcius. Aug.

℞. *Amygdalarum dulcium contuſarum ℔. ß.*
Sacchari tenuiſſimè pulveriſati libram unam.
Cum aquâ Roſarum fiat Paſta.

Paſta Regia ſine coctione paranda Aug.

℞. *Pinearum mundatarum.*
Piſtachiorum præp. an. unc. quatuor.
Sacchari albiſſimi untias octo.
Quinque Lapidum pretioſorum ana ſcr. duos.
Corall. rub. præpar. Dr. unam ſemis.
Cinnamomi acuti Dr. unam.
Specierum de Gemmis frigidis Dr. duas.
Nucis Moſchatæ Dr. ſemis.
Macis grana quinque.
Corticum Citri conditorum.
Conſervæ Borraginis ana unc. unam ſemis.
Margaritarum præparatarum Dr. unam ſemis.
Cum aquâ Bugloſſæ inciſis craſſiuſculè incidendis, Aromatibus reliquis contuſis fiat Paſta Saccharo & Cinnamomo incruſtanda.

Plurimum nutrit ac roborat, eâ qui è diuturnis morbis emerſerunt, & macilenti commodè reficiuntur.

Confectio ſicca pro cordis & ſtomachi confortatione. Salæ.

℞. *Panis tritici bis cocti Sacch. albiſſ. ana ℔. j.*
Amygd. dulc exc. Cort. citri vir. cond. an. ℔. ß.
Gelatinæ cydon. ℥iv.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 790 sur 955

Zingib.china.
Myrobal.condit. } *ana ʒij.*
Nucis moſch.cond.
Cinnamomi el. ℥*j.ß.*
Croci opt.ʒ.ß.
Ambræ gryſeæ Moſchi Alex.ana ℈*j.*
Aquæ roſar.q.ß.

Bis coctum & Sacharum, ſeparatim quodlibet, pulveriſetur: amygdalę in mortario lapideo terantur, ſicuti fit in pane Martio: ſic etiam cortices citri, cum Zingibere & nuce moſchata, quę per ſetaceum extrahantur, ſicut fit in caſſia: cinamomum pariter pulveriſetur, & bis coctum in mortario ſatis amplo optime miſceatur, deinde adde Cinamomum, cui per trituration em moſchus & Ambra primum incorporentur. Pulveribus omnibus conjunctis addatur conditum expreſſum, gelatina cydoniorum, jus corticum citri, & pedetentim rebus ſiccis cum humidis permiſtis cum piſtillo ligneo convenienti benè terantur omnia, eouſque, donec omnia benè contemperata & unita eſſe videantur, pro maſſa, quæ ſi paulò durior fuerit, cum aqua roſarum fragrantiſſima parum irroretur, eouſque, quo commode vel morſuli, vel placentulæ formis conſuetis formari queant, quæ poſtea leniſſimo calore, tantum ad ſuperfluam humiditatem exiccandam, ſiccentur, & ad uſum ſerventur. Hæc confectio diligenter præparata non ſolum maximè cordialis eſt & corroborans, ſed etiam tam delicata & jucunda guſtui, vix ut ſimilis habeatur, viris principibus digna. Quibus Moſchus & Ambra non conveniunt, in illorum gratiam abſq; ijs confici poterit.

Confectio poſt Paſtum. Aug.

℞. *Sem. Aniſi.*
Fœniculi.
Carui.
Coriandri.
Zingiberis albi ana Dr. unam ſemis.
Calami Aromatici.
Nucis Moſchatæ ana Dr. unam.
Cinnamomi electi.
Liquiritiæ inciſæ ana Dr. duas.

Rad. Plantaginis.
Tormentillæ.
Acori aquat.
Biſtortæ ana unc. iv.
Cort. Rad. Acaciæ.
Granatorum.
Gallarum Turcic. ana unc. iv.
Flor. Roſ. rub. Balauſtiorum.
Herb. Sanguiſorbæ.
Burſæpaſtor.
Salviæ min.
Millefolii ana unc. j.

Coquantur beneficio ferri ſeu chalybis igniti in ſ.q. aquæ pro Balneo, ut eſt artis.

Vires & Vſus.

In hoc Balneo decenter calido, mulier ſemel in die, manè ſcilicet jejuno ventriculo, per horam unam atque alteram, uſque ad umbilicum, per aliquot dies continuando, ſedeat: Et poſt Dei providentiam certiſſimè liberabitur.

Balneum contra Menſtruorum Suppreſſionem probatum. Mynſ.

℞. *Rad. Artemiſiæ rub. cum toto unc. iv.*
Angelicæ hort.
Rubiæ tinct.
Aſparagi.
Apii ana unc. ij.
Sem. Petroſelini.
Bacc. Iuniperi.
Lauri excort.
Myrrhæ rubræ ana Dr. ß.
Herb. Centaur. min.
Sabinæ.
Pulegii ana unc. j.
Fœniculi.
Serpilli.
Meliſſæ ana Dr. vj.
Abſinthii.
Chamædr.
Marrubij.
Parietariæ. Nepetæ.
Mercurialis.
Roriſmarin. ana unc. ß.

Bulliant omnia in vaſe magno, in aq. fluviat. ſ.q. ad conſumptionem tertiæ partis, & ponantur in ſemicupio pro Balneo.

Vires & Vſus.

In hoc deſideat mulier, uſq; ad umbilicum; perduret autem in hoc Balneo per horæ dimidium, deinde ſe recipiat cubitum & exſiccetur: Non verò ſemel utendum, ſed ter vel quater ſingulis ſeptimanis repetendum.

Balneum in Icteritia ad Cutem detergendam expertum. Mynſ.

℞. *Tartari albi Lib. j.*
Rad. Ireos florent.
Hermodact. alb.
Sigilli Salomon. ana unc. iv.
Fabarum integr.
Lupinorum.
Hordei integr. ana Dr. ij.
Fol. Viſci quercin. unc. jß.
Herb. Abſinthii.
Malvæ min.
Parietariæ.
Chelidoniæ.
Saponar. ana unc. j.
Flor. Centaur. min.
Chamomillæ.
Nenuphar. ana ℥ *ß.*

Fiat l.a. decoctio pro Balneo.

Vires & Vſus.

In hoc Balneo natet patiens; egreſſus verò è Balneo confeſtim ſe in lectum recipiat, ac ſudet in eo, per ſpacium unius horæ, manè continuando per aliquot dies.

Balneum contra calculum Renum & Veſicæ. Mynſ.

℞. *Rad. Althææ.*
Malvæ ana unc. iv.
Petroſelini. Ononid. ana unc. ij.
Verbenæ. Eryngii.
Fœniculi. Rubi ana unc. jß.
Bacc. Lauri excort.
Sem. Lini ana unc. j.
Flor. Malvæ arbor. Dr. vj

Hoc

Herb. Chamomillæ.
Tanaceti.
Anethi.
Melilott.
Verbaſci.
Parietariæ.
Saxifragiæ.
Quing. folii.
Violariæ.
Fragariæ ana unc. ß.

Miſce & coquantur ad Balneum, uti moris.

Vires & Vſus.

In hoc Balneo ſedeat æger, tantiſper dum vehementibus doloribus torquetur. Quo uti poſt alias evacuationes eſt ſaluberrimum : Et eo ipſo tempore, quo æger in Balneo reſidet, potiones calculum frangentes exhiberi poſſunt.

Balneum Medicamentoſum, ſive Lotio Pedum. Mynſ.

℞. *Lap. medicament. unc. iv.*
Aluminis plumoſi. unc. iij.
Cort. int. virid. Sambuci unc. j. ß.
Herb. Ebuli unc. j.
Artemiſiæ.
Pentaphyll.
Hyperici.
Anethi.
Callitrich. ana Dr. vj.
Cener. Lig. Guajaci.
Sal. Communis ana unc. ß.

Coq. in Aq. fluviatili pro Balneo pedum.

Vires & Vſus.

Transfundatur in vias, in quo pedes conſiſtere poterunt. Hi autem tam altè lavacro inſiſtent, ut excedat; Sic tam in Scorbuto, quam aliis morbis, &c. tumores pedum depellit : Sed immorandum ad horas duas vel tres, & continuetur triduum vel quatriduum manè Stomacho Jejuno ; poſtea abſtergantur pedes linteo.

Balneum in atrophia Puerorum.

℞. *Herb. & fl. camom.*
melilot.
antyrrhin.
lunar. ana mj.
vinc. per vinc. pj.
Capita & pedes mundat. arietin.
Num. 4.

Coq. in aq. fluviat. poſt balneum inung. articuli & ſpina dorſi

℞. *Butyri recent.*
Ol. roſ.
viol.
amygd. dulc. ana Zij.
Axung porc. Ziij.
Ceræ parum.

F. Vng. refrig. adde
Lactis muliebr. Zij.
M.

Balneum Nitroſum pro Pedibus. Mynſ.

℞. *Nitri opt. Lib. ß.*
Salis marini unc. iv.
Flor. Chamomill.
Malvæ arb.
Roſar. rub. ana unc. j.
Herb. Betonicæ.
Origani.
Salviæ.
Rutæ ana unc. ß.

Miſce, coq. & f. Balneum pro pedibus.

Vires & Vſus.

Hoc utatur æger manè & veſperi : Extrahit enim humidam pituitę materiam in articulis hęrentem, nec non humores ex ſupernis partibus ad infernas elicit, quos deinde linteo puro abſterges.

Balneum Hypnoticum pro Pedibus. Mynſ.

℞. *Cort. Rad. Mandragoræ.*
Hyoſcyami.
Malvæ min. ana unc. j.
Herb. Violarum.
Melilot.
Lactucæ.
Solani.
Anethi ana unc. ß.
Cap. Papav. alb. cum ſem. N. xj.
Fl. Nymph.
verbaſci.
Cam.
roſ. ana Zij.
M.

Suffimentum Angelicum. Mynſ.

℞. *Gum. Styracis calamit.*
Bentzoini ana p. æ.

Solvantur in aq. Roſarum opt. & fortiter ſine mora exprimantur; poſtea exſiccentur, pulveriſentur & ad uſum ſerventur.

℞. *Huius Pulveris ita præp. unc. j.*
Lig. Aloes ponderoſ. Dr. ij.
Roſar. rub. exſic.
Ambræ griſeæ ana Dr. j.
Zibetæ non falſat.
Moſchi ana Dr. ß.
Balſ. Peruviani odorif.
Ol. Lig. Rhodini ana Scr. j.
Eboris ad nigredinem calc. q. ſ.

Miſce ritè cum aq. fragrantiſſ. Roſarum, & ex paſta ſubacta formentur paſtilli nigri, qui involvantur foliis Roſarum, ſiccenturq; in umbra, & vaſe vitreo reponantur.

Vires & Vſus.

Cæſares, Reges, Principes, alijque Magnates & divites hiſce ad ſuffimigandum magnificè utuntur, unus enim vel duo ſuper prunas ignitas poſiti, vel tempore hyemis fornaci calido admoti, aut etiam in aq. Roſarum infuſi & cocti, ſuaviſſimum, deſideratiſſimum & quaſi Angelicum & cæleſtem odorem halant, & non ſolum cerebrum & vitales Spiritus jucundiſſimè recreant ; verum etiam malignæ aëris contagia irrita reddunt.

Suffimentum Imperiale. Mynſ.

℞. *Styrac. calamit. depurat.*
Bentzoini ana unc. ß.
Lig. Aloes elect. Dr. ij.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 806 sur 955

Zibethanon falſat. Dr. j.
Gallia Moſchat. veræ Scr. j.
Ol. Caryophyllorum.
Roſar. veri ana Scr. ß.

Mixta l.a. cum aq. Roſacea paſtillicentur, & ad uſum conſerventur.

Vires & Vſus.

Carbonibus ignitis injecti, gratiſſimum odorem excitant, qui non duntaxat venenoſum, fœtidum, putridum & corroſivum aërem corrigit; verum etiam jucundè & ſuaviter internos Spiritus, animoſq; hominum inſigniter refocillat. Fumus etiam per infundibilum in orificium uteri immiſſus, mulieres ſuffocatas mirè revocat & omnes matricis motus inordinatos ſiſtit. Cavendum tamen hic tegumentis neceſſarijs, ne odor ille ſuavis ad nares ægræ pertingat.

Suffimentum Epilepticum. Mynſ.

℞. *Succini alb. Dr. xj.*
Myrrhæ rub.
Maſtichis elect.
Gum. Animæ.
Galbani.
Elemi anæ Dr. ij.
Viſci quercin.
Sem. Pæoniæ exc.
Bacc. Iuniperi.
Raſ. Corn. Alcis an. Dr. j.
Abſinthii.
Majoranæ.
Flor. Lavendulæ.
Lilior. conuall.
Roſar. rub. ana Dr. ß.

Miſce & cum infuſione tragacanth. facta in aq. Epileptica noſt. f.l.a. Trochiſci pro ſuffitu.

Vires & Vſus.

Fumus hic ſupra carbones naribus Epileptici admotus, paroxiſmum ipſi ſedat, & valdè prodeſt ijs, qui periculoſos capitis morbos, qualis eſt apoplexia & paralyſis, timent. Contra ſtrangulationes etiam & Vteri procidentiam recipitur.

Suffimentum de Sandaraca. Mynſ.

℞. *Sandaracæ opt. unc. iv.*
Succini albi unc. ij.
Maſtichis elect.
Sem. Nigell. Rom.
Coriandr. prap ana ℥ j.
Roſar. rub. exſicc.
Gum. Animæ.
Olibani ana unc. ß.
Styrac. calamit.
Benzoini ana Dr. ij.
Flor. Papav. errat.
Lig. Aloes ana Dr. j.

Miſce & fiat pulvis groſſus pro ſuffitu.

Vires & Vſus.

Carbonibus vivis inſpergatur & fumus ad nares, caput, totumq; corpus decenter ſuſcipiatur & attrahatur: Quia in ſiſtendis, & exſiccandis catarrhis omnibus, tam frigidis quã calidis, ſaluberrimus eſt.

Suffimentum de ſuccino Albo. Mynſ.

℞. *Succini albi unc. iv.*
Sandaracæ unc. ij.
Maſtichis elect.
Olibani ana unc. j.
Gum. Animæ.
Myrrhæ rub.
Roſar. rub. opt. ana unc. ß.
Tacamahacæ.
Styrac. calamit.
Laudani puri ana Dr. ij.
Origani Cret.
Thymi exſiccat.
Serpilli ana Dr. j.

Miſce & f. pulvis groſſus pro ſuffitu.

Vires & Vſus.

Eſt pulvis valdè illuſtris, quo ſupra carbones impoſito, ſuffumigentur tàm caput, quam operimenta ejus. Eſt enim in omnibus catarrhis & defluxionibus tum prohibendis & ſiſtendis, tùm caput ab ijſdem præſervandis præſtantiſſimus & famoſiſſimus.

Suffimentum de Tacamahaca. Mynſ.

℞. *Verrucar. equarum tibiis adnaſcentium unc. j.*
Gum. Tacamahacæ.
Galbani.
Cornuum Vng. Capræ.
Succini citrin. ana Dr. ij.
Blattæ Bizantiæ.
Caſtorei veri ana Dr. j.

Miſce & cum Terebinth. alb. formentur trochiſci pro ſuffitu.

Vires & Vſus.

Fumus hic per tritorium vel retortam detructatam, utero ſupra ſedem clauſam, inſtante paroxiſmo immiſſus, vel etiam naribus admotus, quaſi momento mulieres ſuffocatas reducit, & ſufficit ad tollendas omnes matricis ſtrangulationes. Sed mirum eſt Vterum hunc ſuſtinere fœtorem, cum alias ejus ſit impatientiſſimus.

Suffimentum de Sabina. Mynſ.

℞. *Herb. Sabinæ recent. exſicc. ℥ ß.*
Styrac. calamit.
Myrrhæ rub.
Opopanacis.
Sagapeni ana Dr. ij.
Cinnamomi acut.
Pulegii utriuſq; ſic.
Bacc. Lauri.
Sem. Cymini ana Dr. j.
Troch. Alhandel.
Ireos florent.
Aſari ana Dr. ß.
Gallia Moſchatæ veræ.
Alipta Moſch. ana ℈ j.

Miſce & cum terebinth alb. f. Trochiſci magni pro ſuffitu.

Vires & Vſus.

Ponatur unus ex his ſuper prunas vivas & recipiatur fumus per infundibulum; (niſi ſint puellæ non devirginatæ, quibus etiam nec ſuppoſitoria ſeu peſſaria poſſunt immitti. Eſt enim ad cienda muliebria probatiſſimus. Si mulier eſt pauperculi omittantur Ambra & Moſchus.

Suffi-

Suffimentum de Hypociſtide. Mynſ.

℞. *Hypociſtid. unc.j.*
Succini alb.
Cort. Thuris ana unc. ß.
Vſneæ quercin. exſicc.
Galbani opt.
Colophoniæ.
Aſphalti ana Dr. ij.
Cupul. Glandium.
Biſtortæ.
Balauſtior. ana Dr. j.
Roſar. rubeor.
Caryophyll.
Caſtorei ana Dr. ß.

Miſce & excipiantur terebinthina alb. & fiant Trochiſci magni pro fumo.

Vires & Vſus.

Experimentum eſt contra Vteri procidentiam, videlicet, quando matrix de loco ſuo naturali ad inferiora deſcendit, tunc mulier per infundibulum magnum manè & veſperi fumum hunc recipiat, & propter gravem odorem brevi liberabitur.

Suffimentum in uteri affectibus ad inferior.

℞. *Nuc. Moſch.*
fl. cheiri.
Roſmarini ana q.v.

Irroretur ol. nigellæ & carbon. injiciattur.

Suffimentum de Cornu Caprino. Mynſ.

℞. *Raſ. de Cornu Caprino unc. ij.*
Succini Citrini.
Myrrhæ rub. ana unc. j.
Lig. Iuniperi.
Flor. Sulphuris ana Dr. vj.
Raſ. Enulæ camp.
Angelicæ hort.
Caryophyllatæ ana unc. ß.
Olibani.
Benzoin.
Ladani.
Styrac. cal. ana Dr. iij.
Roſar. rubr.
Abſynthii.
Rutæ hort.
Scordii ana Dr. ij.
Fol. Lauri.
Caryophyll.
Camphoræ ana Dr. j.

Miſce & cum terebinth, cypria formentur Trochiſci pro fumo.

Vires & Vſus.

Facere ex his ſuffimigia tempore peſtis in cameris alijſq; partibus domus valde utile eſt: Quia hic fumus corruptum & peſtiferum aërem mirum in modum rectificat, & manſiones totas ab omnibus infectionibus mundificat, liberat atque præſervat. Non autem aër ille artificialis ſemper tota die neceſſariò teneatur occluſus; ſed tam in eſtate quam hyeme (vento tamen ſeptentrionali, & aëre claro & non turbido ſtante) feneſtræ interdum aperiantur & permittantur intrare radii ſolares, maximè manè per horam vel duas poſt Solis ortum: Quoniam hi venti ob ſingularem frigiditatem & ſiccitatem judicantur meliores reſiſtere putrefactionibus: Meridionales verò & occidentales deteriores.

Suffimentum de Vitriolo. Mynſ.

℞. *Vitriol. vir. ℥viij.*
Nitri purg.
Myrrh. rubr. ana ℥iv.
fl. Sulph.
Succini citrin. ana ℥ii.
bacc. Lauri.
Iuniperi.
Raſ. C. C.
Olibani ana ℥i.
fol. Scord.
rut.
roſ. rubr. ana ℥ß.

M. infund. in aceto q.ſ. & aſperg. lateribus ignitis tempore infectionis peſtiferæ.

Suffimentum ex Verbaſco. Mynſ.

℞. *Rad. & herb. Verbaſc. ana. ℥i.*

Cum terebinth. f. tro chiſc. carbonibus iniiciend. in teneſmo & alui profluvijs & conatibus.

Epithema Generale Mynſ. in Melanchphreneſi, & vigilijs.

℞. *Aq. Papav. errat.*
Lactucæ.
Roſarum ana unc. iv.
Troch. de rad. Rhodia noſt. unc. i.

Miſce pro Epithemate.

Aliud ejuſdem efficaciæ.

℞. *Aq. Hyoſcyami.*
Salviæ.
Verbenæ ana unc. iv.
Troch. de rad. Rhodia noſt. unc. j.

Miſce pro Epithemate; & quando neceſſe erit, petitam duplam lini infunde, & facta expreſſione, tepidam applica fronti & temporibus, quod etiam in ſequentibus obſervandum.

EPITHEMA.

In dolore capitis à cauſa frigida, cum, vel ſine catarrho.

℞. *Aq. Betonicæ.*
Roriſmarin.
Verbenæ ana unc. iv.
Nucl. Perſicorum unc. ß.
Cubebarum Dr. iii.
Nuc. Moſchat.
Sandaracæ ana Dr. j.
Rad. Mandragoræ Dr. ß.

Miſce & fiat Epithema tepidè applicandum.

ALIVD.

In eadem cauſa.

℞. *Aq. Chamomillæ.*
Salviæ.
Roſarum ana Vnc. iv.
Nucl. Perſic. unc. ß.
Olibani opt. Drach. ii.
Caryoph.
Macis.
Lig. Aloes ana Drachm. j.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 808 sur 955

Rad. Zedoaria Dr.ß.
Misce pro Epithemate.

EPITHEMA.

In dolore capitis à causa calida cum, vel sine catarrho.

℞. *Aq. Rosar. fragrantiss.*
Violarum.
Malvæ min. ana unc. iij.
Santalorum omnium ana Dr. jß.
Succini alb. prep. Dr. j.
Flor. Papav. errat.
Verbenæ ana Dr. ß.
Camphoræ Scr. j.
Misce pro Epithemate Capitis.

ALIVD.

In eâdem causâ.

℞. *Aq. Papav. errat.*
Rosar. opt. ana unc. iij.
Cranei human. signe calc. Dr. j.
Croci orient. Dr. ß.
Misce pro Epithemate Capitis : mirabiliter enim operatur.

Epithema Hypnoticum. Mynsi.

℞. *Aq. Rosar. fragrantiss.*
Lactucæ ana unc. iv.
Opii Spagyricè prep Dr. j.
Croci orient. Dr. ß.
Spong. in arbusto rosar. nat. Scr. j.
Misce dissolvendo fideliter ; postea mixtura imbuta lintea temporibus tepidè applicentur, nareſq; madefiant, unde protinus dormire incipiunt.

ALIVD.

Soporiferum.

℞. *Aq. Nuc. Moschat.*
Lactucæ.
Solatri ana unc. iv.
Sem. Papav. alb. unc. ß.
Hyoscyami.
Anethi ana Dr. ij.
Rad. Cynogloss. Dr. j ß.
Flor. Enulæ campanæ.
Nymph. Citrin.
Violarum ana Scr. j.
Pistentur semina in mortario lapideo & pistillo ligneo ; postea f. commixtio bona ac expressio pro Epithemate Capitis.

Contra dolorem capitis, cum æstu, delirio & pervigilia. Salæ.

℞. *Fl. Sambuci exicc. Nymphæa al. Rosar. rub.*
Hordei mundi ana ℥. ß.
Succini al. ℥ij.
Croci Anglici ℈j.
Camphoræ.
Opii Thebaici ana ℈. ß.
F. pulvis subtilissimus, deinde addantur Ol. Nymphæa.
Amygd. amar. ana ℥vj.
Aceti Sambucini aq. rosar. opt. ana q. s.
Coq. in formam Cataplasmatis, quod usurpetur modo prædicto.

EPITHEMA.

Cordiale calorificum & expertum.

℞. *Aq. Cinnamomi.*
Melissæ.
Bugloss. ana unc. iij.
Corn. Alcis Spagyricè calc. *Caryoph.*
Nuc. Mosch. *Cort. Citri ana ℥. jß.*
Lig. aloes Dr. j. *Marg. prep.*
Corallor. rub. prep. ana Dr. ß.
Sem. Majoranæ.
Basilici ana Scr. j.
Crocí orient. *Anthos ana Scr. ß.*
Misce pro Epithemate cordis.

ALIVD.

In eadem causa.

℞. *Aq. Rosar. fragrant.*
Basiliconis. *Fl. Tunicæ an. unc. iij.*
Spec. Diamoschi dulcis.
Diambræ ana Dr. jß. *Dianthos.*
De Gemmis cal. ana Dr. j.
Misce & f. Epithema, quod regioni cordis applicetur.

EPITHEMA.

Refrigerans in Syncope & alijs cordis affectibus, &c. Mynsi.

℞. *Aq. Rosarum rub.*
Acetosæ.
Nenuphar. ana unc. iv.
Aceti violati unc. j.
Corallor. rub. prep.
Santalor. omnium ana Dr. j.
Terræ Sigillat.
Bol. Armen. ana Scr. ij.
Lap. 5 pretios. prep. ana Scr. j.
Oss. de Corde Cervi.
Margarit. prep.
Macis.
Cinnamomi acut.
Camphoræ ana Scr. ß.
Misce pro Epithemate cordis.

EPITHEMA.

In Palpitatione cordis nobilissimum.

℞. *Aq. Majoranæ.*
Basiliconis.
Melissæ.
Rosarum ana unc. iij.
Vini Malvatici.
Aceti rosati ana unc. j.
Spec. de Gemmis calid.
Diambræ.
Diamoschi dulc. ana Dr. j.
Lig. Aloes.
Macis ana Scr. ij.
Cinnamomi.
Anthos ana Dr. ß.
Oss. de Cort. Cervi.
Margaritar. prep.
Corallor. rub. prep.
Cort. Citri ana Scr j.
Lap. 5. pretios. prep. ana Scr. j.
Misce pro Epithemate cordis.

ALIVD.

In Palpitatione Cordis. Mynsi.

℞. *Aq. Rosar. fragrant.*
Salviæ.

Extra-

Borraginis ana unc. iij.
Vini odoriferi unc. j.
Aceti Violati unc. ß.
Spec. Diathamaron.
Diamarg. frig. ana Dr. jß.
Corn. Cervi Spagyricè calc.
Caßiæ lignea opt. ana Dr. j.
Santali Citrin.
Cardamom. min. ana Dr. ß.
Croci orientat.
Flor. Tunicæ.
Anthos ana Scr. j.

Miſce pro Epithemate ſuper pectus.

EPITHEMA.

In debilitate & inflammatione Hepatis.

℞. Aq. Nenupharis.
Abſinthii.
Endiviæ.
Raſarum.
Cichorei ana ℥ij.
Aceti roſati unc. j.
Spec. Diatrion. ſantal. ℥ß.
Cryſt. Saturni Dr. ij.
Rhabarb. opt. Dr. jß.
Corallor. rub. præp. Scr. ij.
Sem. Portulacæ.
Acetoſæ ana Scr. j.
Camphoræ Macis.
Spicæ ana Scr. ß.

Miſce s. artem pro Epithemate.

ALIVD.

In eâdem cauſâ.

℞. Aq. Flor. Epatica alb.
Rubi Idæi.
Fragorum.
Cent. min. an. ℥iij.
Aceti Santalini ℥ß.
Spec. Diar. Abb. ℥ij.
Rad. Scorzoneræ.
Plant. ana ℥j.
Sal Endiviæ.
Cichorei an. ℥ß.
Sem. 4. frig. major.
minor.

Miſce pro Epithemate Hepatis.

Epithema Hepaticum in cauſâ frigida.

℞. Vini Malvatici unc. iv.
Aq. Agrimoniæ.
Veronicæ.
Serpilli ana unc. iij.
Spir. Iuniperi unc. j. ß.
Spec. Diacurcumæ.
Diacubebæ an. ℥ij.
Rhabarb. electi.
Calami aromat.
Caßiæ lignea ana ℥j.
Sal. Abſinthii Pont.
Abrotani ana ℈ij.
Croci orient.
Sem. Amcos.
Spicæ ana ℥ß.
Schœnanti.
Flor. Stœchad citrin. ana Scr. j.

Miſce pro Epithemate.

EPITHEMA.

In inflammatione Renum præſentiſſimum.

℞. Suc. depurat. Plantaginis & Solatri ana ℥iv.
Aq. Semper vivi domeſt.
Portulacæ ana ℥iij.
Vini odoriferi.
Aceti vini violat. ana ℥j. ß.
Nitri prap. ℥j.

Miſce & f. Epithema Renum regioni applicandum ut eſt moris. Notandum autem; ſi Epithemata refrigerantia nobili membro adminiſtrari debent, tum non actu frigida, ſed tepida imponantur: niſi intenſus admodum calor adſit; tunc enim actu frigida adhiberi poſſunt.

Cataplaſma de Fermento. Mynſ.

℞. Fermenti veter. unc. jß.
Succini citrin. Dr. iij.
Nuc. Moſch.
Cubebarum ana Dr. ß.
Mentæ criſp.
Caryoph. ana Scr. j.
Caſtorei veri.
Lig. Aloes ana Scr. ß.

Miſce & cum pauxillo Sp. Vini ſimpl. & acet. Vini ana, redigantur in formam Cataplaſmatis.

Vires & Vſus.

Capitis ſummo vertici totum & tepidè impoſitum aliquoties repetendo, & interdum recens ſubſtituendo, linguæ paraliticæ cauſam egregiè diſcutit, & materiam a ſuperioribus ita evacuat & conſumit, ut ſemper non ſine admiratione motus & ſermo redeant: propterea ad loquelam recuperandum, & catarrhos exſiccandum, ſecretum eſt.

Cataplaſma Antifebrile. Schröderi.

℞. Fol. urtic. maj.
Solani.
ſemper vir. ana mj.
Tel. aranear. ℥ij.
Sal. q. ſ.

F. catapl. cum aceto rutac. in febrib. ad pulſ.

Cataplaſma Febrile. Mynſ.

℞. Pulv. Pyrii pulveriſat.
Sal. Commun. fuſi ana unc. j.
Telæ aranear.
Nuc. Moſchat.
Olibani elect. ana Dr. ij.
Herb. Abſinthii.
Burſæ Paſtor.
Urticæ min.
Rutæ ana M. j.

Terebinth. alb. q. ſ. ut fiat Cataplaſma pro pulſibus.

Vires & Vſus.

Comprehenſum hoc duob. linteolis & ſuper pulſus utriuſq; manus duab. horis ante paroxiſmum poſitũ, Febres puerorum quã plurimas, præſertim autem Tertia-

Tertianam notham seu spuriam curat, & mirabiliter sæpè paroxysmum sedat.

Cataplasma Scorbuticum contra tumores Pedum. Mynſ.

℞. *Furfur. Siliginis bene triturat.*
Libr. ſemis.
Farin. Hordei.
Fabar. ana unc. iij.
Lupinorum.
Lentium ana unc. j. ß.
Saponis Venet. unc. ij.
Flor. Chamæmel.
Malvæ arbor. ana unc. j.
Lithargyr. Argent.
Bol. Armen. rub. ana unc ß.
Rad. China elect.
Rhabarb. ana Dr. iij.
Fung. Sambucin. Num. vij.

Coq. in ſuc. Ebuli expreſſ. ad ſpiſſitudinem ut f. Cataplaſma.

Vires & Vſus.

Hoc Cataplaſma in Scorbuto, veſperi calidum pedibus circumligetur, ut tumor totus eô tegatur; atque ita per totam noctem retineatur, altera nocte innovetur, rurſuſque imponatur, repetendo & continuando, uſque dum tumor ſubſideat; qui, ex hujus cataplaſmatis uſu, & Dei auxilio, ceſſabit, & membra corroborantur.

Cataplaſma de Cineribus. Mynſ.

℞. *Ciner. Hermodactilorum.*
Rad. Aſphodel.
Stip. Fabarum.
Lig. Sambuc.
Ficuum.
Sarmentor. vitis.
Ebuli ana q. v.

Miſce & cum vino albo f. Lixivium.

℞. *Huius Lixivii* ℔. *iv.*
Panis cibar. nigri q. ſ.

Coq. ad ſpiſſitudinem; poſteà adde:

Aceti vini acerrimi ℔. ß.
Lap. Medicamentos. unc. iij.
Pulv. Sem. Cymini.
Bacc. Lauri.
Caryoph. ana unc. j.

Et fiat, leniter coquendo, ut eſt artis, Cataplaſma.

Vires & Vſus.

In tumoribus hydropicis, facta evacuatione, extendatur ſuper pannum lineum, ſuper imponatur, relinquaturq; per aliquot horas, poſtquam deinflatur, ponatur verſus genua, ſemper deſcendendo uſque ad pedes.

Cataplaſma de Nido Hirundinis. M.

℞. *Nidi Hirundinis N. j.*
Albi græci unc. jß.
Rad. Althæa.
Lilior. alb. ana unc. j.
Caricar. pinq.
Dactylor. ana N. iij.

Coq. in aq. Com. ad remanentiam pultis; poſtea adde:

Ol. Violarum unc. iij.
Farin. Chamæmel.
Fænugræc.
Sem. Lini.
Tritici ana Dr. vj.
Cerebri Cati unc. ß.
Pulv. Noctuæ comb.
Hirund. comb. ana Dr. ij.
Vitell. Ovorum N. j.
Croci orient. Scr. j.

Miſce & f. l. a. Cataplaſma pro collo.

Vires & Vſus.

In Angina deſperata collo tepidè ſæpius applicetur: Quia ſecretum eſt. Stercus autem caninum colligatur à cane Sole exiſte in Leone, & canis recludatur & nutriatur oſſibus vituli caſtrati & aliorum, deturq; aqua fontis non multa, & in primis tribus diebus ſtercus abiiciatur & reliqua colligantur.

Cataplaſma contra Singultum. Mynſ.

℞. *Fermenti unc. iij.*
Bacc. Iuniperi.
Roſar. rub.
Mentæ criſp. ana Dr. j.
Caryoph.
Nuc. Moſchat.
Macis ana Dr. ß.
Aceti vini fortiſſ. q. ß.

F. Cataplaſma cui immiſce Ol. Cymini & Carui ana Scr. ß.

Vires & Vſus.

Hoc maximè in ſingultu calidè Stomacho duobus linteis comprehenſum; & ſæpius applicatum valet, & eſt ſingulare experimentum.

Pannus Lienis Crocatus. Mynſ.

Recipe crudum ex canabe linteum, ablue quinq; vel ſexies in Spermate Ranarum in Martio collecto & filtrato, ut grana illa ſive Oculi nigri inde ſeparentur, idemq; toties in umbra per ſe, non in calore, ſive luce ſolari areſcere ſine. Poſtea recipe Aceti flor. Sambuci & Croci or. ſufficientem q. & f. Tinctur, in qua illud ex canabe confectum linteũ coquatur, donec ſublimem à croco imbibat colorem, tumque una refrigeſcere ſine, poſtea eximè pannum illum crocatum, in umbra ſicca, & ad uſum reſerva.

Vires & Vſus.

In Podagra & Eryſipelate (præmiſſis tamen præmittendis) experimentum eſt: Loco enim affecto pannus ille impoſitus, prius tamen ſapone veneto inunctus, ſiſtit dolores, in cruciatibus arthriticis remedium planè divinum eſt.

Cataplaſma in Paraphim. Fabritij.

℞. *Farinæ hordei* ℥iv.
Pulveris roſarum.
Myrtillorum ana ℥ij.
Balauſtiorum.
Nucum cupreſſi ana ℥j.

Coq. in aqua roſacea & plantaginis, parumq; aceti roſacei, fiatq; Cataplaſma, addendo vitellum unius ovi. Applicetur tepidè & bis in die.

Cataplaſma contra Cruorem vulgo Derband.

℞. *Boli armen.* ℥iij. *Cretæ* ℥j.
Prun. ſylv. ſicc. ℥j.

Pulv.

Pulv. coq. cum aceto acerrimo, adde
Rad. Symph. pulver. parum.
Farinę aven. q.ſ. ad conſiſt. cataplaſm. inſtit.
parum. ol. myrtill.

Cataplaſma laxativum Schröderi.

℞. *Raſ. bryon. rad. recent.*
Mellis comm. liquid. ana ℔ *j.*
fellis taur. ℔ *ß.*

M.f. cataplaſma quo venter inferior veſperi ſub introitum lecti implaſtretur. In adultis adde

℞. *Succ. cucum. agr.*
panis porcin. ana ℥ *j.*
Lactis vicini.
tithym. ana ℥ *ß.*
pulv. hier. picr. ʒ *iij.*
coloc.
hell. utr. ana ℈ *ij.*
Caſſ. rec. extr. ʒ *ij.*

M.

Cataplaſma Reſolutivum Foreſti.

℞. *Fl. camom.*
Stœchad.
Sem. abſynth.
ruth.
caul.
ſalv.
ſabin. ana mj.

Coq. in lixiv. ex cin. querc. ſamb. aut vit. parat. adde

alum.
ſulph.
Gallar.
Cypreſſ.
ſal. comm. ana ℥ *ß.*
Aloes.
bacc. laur.
pyretr.
Sem. caul. ana ʒ *ij.*

In fine adde ſtercus recens columb. vel caprar.

Reſolvit craſſos humores ac tumores inde ortos, ut varices, elephantiam Arabum.

Cataplaſma Rondeletij in Inflammatione ventriculi.

℣. *Farinæ Hordei* ℥ *vj.*
Flor. camomillæ.
Meliloti. } *ana p. ß.*
Roſarum.
Sem. coriandri. } *ana* ʒ *ij.*
Santal. omnium.
Spicæ nardi ʒ *ß.*
Olei Roſati ʒ *ij.*
Olei camomillæ. } *ana* ℥ *j.*
Ceræ q. ſuffic.

Fiat Vnguentum vel cataplaſma ad Inflammationem ventriculi.

Amuleta Peſtilentialia.

℣. *Pulv. Buſonis exiccati* ℥ *j. ß.*
Arſenici Citrini.
Arſenici Criſtallini ana ℥ *vj.*
Pulv. Diptamni,
Tormentillæ ana ℥ *j. ß.*
Margaritar. præparat.
Santali Citrini ana ℈ *ij.*
Croci ʒ *ß.*
Hyacinthi.
Smaragdi præpar. ℈ *j.*

Pulveriſentur & cum mucilagine Gummi Arabici Fiat paſta pro Amuleto, ſuſpendo cum linteo rare ſuper regionem cordis.

Paſta pro Amuleto Peſtilentiali.

℣. *Arſenici Criſtall.* ʒ *ij.*
Diptamni.
Croci ana ʒ *ij.*
Camphoræ.
Euphorbii ana ℥ *j.*

Pulveriſentur & cum mucilagine Gummi Arabici Fiat paſta.

Amuleta alia.

℣. *Arſenici* ℥ *j.*
Diptamni Cretici.
Sinapi. } *ana gr. x.*
Cinnamomi.
Ambræ odoratæ.
Benzoini ana gr. v.

Miſce cum tragacantho & aqua roſ. redigantur in formam lapidis, operiantur Syndone.

Amuleta præſtantiſſima.

℣. *Arſenici Cryſtall.* ʒ *v.*
Auripigmenti ʒ *ß.*
Cornu Cervi uſti ʒ *iij.*
Rad. Ireos ʒ *ij.*
Oßa de Corde Cervi ℈ *ß.*
Cort. citri ʒ *ß.*
Saphyri.
Smaragdi.
Hyacinthi. } *ana* ℈ *ß.*
Rubini.
Corallorum utriuſque.
Margaritarum ℈ *j.*
Croci ℈ *ß.*
Ligni Aloes.
Cardamomi ana gr. v.
Flor. Lavendulæ ℈ *ß. gr. v.*
Roſmarini.
Zedoariæ ana ℈ *ß.*
Ambræ gr. ij.
Moſchi gr. iij.
Zibethi gr. ij.

Cum mucilagine tragacanthi Fiant Amuleta.

Vel talia optima.

℣. *Buſon. torrefact. & pulv.* ʒ *ij.*
Arſenici albi ʒ *ß.*
Arſenici rubei ʒ *ij.*
Rad. Dictamni albi.
Tormentillæ ana ʒ *ij.*
Margaritarum ʒ *j.*
Corallor. rub.
Smaragdorum. } *ana* ʒ *ß.*
Hyacinthorum.
Croci orientalis.
Ambræ griſeæ. } *ana gr. iij.*
Moſchi.

Pul-

Pulverisatis omnibus cum Muscilagine tragacanthi ex aqua rosacea, formentur placentulæ instar cordis, quæ syndone involvendæ.

Pentaculum Miraculosum.

Mercurius vivus occludatur in duo putamina, postea serico deducatur, addendo

Angelicæ.
Valerianæ. } *ana ℥.ß.*
Levistici.
Rutæ.
Melissæ ana ℥j.
Rosarum ℥.ß.
Baccar. Iuniperi.
Castorei ana ℥ij.
Camphoræ ℥j.

Incisa omnia, de his poteris addere putaminibus.

Vel: ℞. Arsenici albi.
Arsenici lutei. } *ana p. æq.*
Camphoræ.

Redige in pulv. tenuissimum cum mucilagine gummi tragacanthi: Fiat massa ex qua forma pentacula instar cordis, postea obduc syndone,.

FINIS LIB. XX.

LIBER VIGESIMUS PRIMVS.

DE CLYSTERIBVS, PESSIS ET SVPPOSITORIIS.

DE CLYSTERIBVS.

Querc.

CLysteris vocabulum generale est, & pro varijs remedijs exhibendis usurpandisque accipitur: pro alio enim atque alio partis affectæ, cui is, ut remedium adhibetur, & in usum aptatur, situ, aliam quoque nominis appellationem sortitur, unde clysteres alij sunt auriculares, *otenchitæ* antiquis dicti; alij sunt clysteres vesicæ, vocati *syphones*, sive *catheteres*, per quos, quicquid volumus, in vesicam inijcimus.

Alij uterini, *metrenchitæ* nuncupati.

Ejusmodi remedia diversis affectibus, quibus tres illæ nobiles enumeratę partes defatigantur, medendis inserviunt: hos tamen eosdem clysteres in alium locum tractandos reijcimus.

Sufficiet nobis hic de veris tantum clysteribus dicere, quales sunt, qui in genere ita appellantur, & qui in anum infunduntur, quorum usum juxta Plinium, avis Ibis appellata (quæ longo suo rostro sibi ipsi clysterem quasi per inferiora inijcit) nos primum edocuit.

Galenus *comment. in Aphoris. 36. sect. 2. lib. 9. Epidem.* plures tradit clysterum differentias & compositiones, quorum alij ventrem nimis siccum emolliunt, & facultatem expultricem consopitam excitant.

Alij emolliunt & purgant simul non tantum communia illa ventris recrementa, ad ipsius naturę imitationem (quę felle sive bile in intestinum jejunum regurgitante expultricem facultatem, ad naturalem excrementorum egestionem irritat & stimulat,) ut Gal. docet *libr. 5. de usu partium*: sed etiam evacuant & revellunt pituitosos biliosos, aliosque superfluos & noxios humores, tum in ipsis intestinis, tum in toto mesenterio, & circa hepatis sinum stabulantes, ut idē Gal. scribit *comment. aphoris. 17. 6. aphoris.* De his solummodo clysteribus, quorū ope naturalem tantum vacuationem expedimus, jam tractabimus, tanquam de re, quę ad purgationis scopum maxime spectat: simulq; ijs adjungimus decocta, modo carminativa, modo lenitiva, modo detergentia, & id genus alijs medendi finibus inservientia, ubi scilicet vel evacuatione, vel revulsione, vel derivatione humorum peccantium opus erit: sed instituti tamen memores non latius ęquo hinc divagabimur.

Clysmata emollientia, quæ aridas & induratas alui fęces humectant, componuntur ex radic. *& solius bismalvæ, malvæ, violarum, brancæ ursinæ, betæ*, quibus adduntur olea, butyrum, aut aliæ pinguedines; jura etiam intestinorum vel capitis vervecini sola eidem usui destinantur.

Vt vis anodyna augeatur, si forte humor acris, mordax, salsus, sive pituitosus, sive biliosus, intestina obsideat, doloremq; inducat, decoctioni adduntur *semina lini, fœnugræci, bismaluæ, psillii, floris chamomillæ, meliloti, sambuci* & similium.

Sin vero dolorem comitetur, vel eundem etiam excitet

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 813 sur 955

exciret flatus, & craſſus ac pituitoſus humor : ſemina carminativa adiiciuntur, nempe *cumini*, *aniſi*, *fœniculi*, *baccæ lauri*, *herbæ origani*, *calamenti*, *rutæ*, *ſummitatum anethi*.

Quoniam autem ejuſmodi dolores ut plurimum proveniunt vel ab humore tenui, acri & bilioſo, vel etiam à craſſo, mucilaginoſo & pituitoſo, falſo & vitreo: bilioſus quidem vacuandus eſt *looch ex caſſia*, *diapruno*, *catholico*, *lenitivo*, *elect. de pſyllio*, & ſimilibus levioribus cholagogis : pituitoſus vero deturbandus *hiera picra Galeni*, *diaphœnico*, *diacarthamo*, *benedicta laxativa* : & interdum ubi humore exiſtente tenaciore, frigidiore & glutinoſiore, validius trahendum purgandumque eſt, *hiera diacolocynthidos* aſſumitur : olea congrua ad utriuſque humoris acrimoniam obtundendam admiſcenda ſunt, minus quidem calida & lenientia humori bilioſo conferunt, ut *oleum violarum*, *oleum liliorum*, *lini & chamomillæ* : *laurinum vero*, *juniperinum*, *ſeſaminum*, *anethinum*, *ſambucinum*, *rutaceum*, *irinum* ad pituitoſum, & ubi maiori attenuatione, reſolutione & calefactione opus eſt.

Si vero dolores huiuſmodi, ſicut ſæpe accidit, oriantur ab inflammatione quadam inteſtinorum aut circumvicinarum partium, veſicæ nimirum, uteri, aut renum, Medicus parum verſatus curioſe & accurate quid faciendum ſit, conſideret : hæc enim mala ſemper cum febre conjuncta ſunt. Ejectis igitur cum emolliente aliquo clyſtere prius craſſioribus alui excrementis, lenitivis & refrigerantibus clyſmatis utendum erit ; paratis ex lacte, in quo incoxerint *ſemina lactucæ*, *pſyllii & biſmalvæ*, ut mucilaginoſum fiat, & magis anodynum. Aliquando paretur enema ex ſolo *oleo violarum*, in quo incoqui poſſunt aliquot capita *papaveris*. Sed de his juniores Medici conſulant Aetium *cap.* 4. 16. & 26. *ſerm.* 3. *lib.* 3. Videndum præterea, quid Galenus ſcribat de clyſteribus ex ſolo ſero lactis paratis, *lib.* 10. *ſimp. cap. de ſero lactis* : quos ad pus detergendum, dolorem ſedandum, & acrimoniam humorum obtundendam, ſummopere commendat.

Hæc obiter dicta ſint : ſcopus enim noſter eſt, uti jam proteſtati ſumus, hic de ſolis purgantibus enematis verba facere.

His enumeratis communibus & vulgaribus emollientibus, lenientibus & anodynis, quoſdam alios ejuſdem ordinis adiicere poſſem ad huius operis ornamentum, niſi conſtitutum eſſet, *cap de extractu*, annotare plura extracta purgantia ſimplicia & compoſita: plura item extracta lenitiva, anodyna, carminativa, & diverſa alia omnibus intentionibus curativis apta, quæ ad quoslibet clyſteres conficiendos abunde ſufficient.

Nam ſi exempli gratia componendus ſit clyſter ad diſſipandos ventos, extractum carminativum jam paratum in promptu adest, quod diuturno tempore reſervabitur, omnibus virtutibus & proprietatibus *baccarum lauri*, *iuniperi*, *ſem. fœniculi*, *aniſi*, *anethi*, *cumini*, *dauci*, *herbarum ſi. carum*, *rutæ*, *calamenti*, *pulegii*, *origani*, *florum ſambuci*, *chamomillæ*, & ſimilium dotatum, cuius varias compoſitionum formulas deſcribemus (ſicut & extractionum lenitivarum & anodynarum) & ſufficient commemorati extracti tantum drachmæ duæ vel tres, cum juſculo quodam aut aqua calida, aut vino, prout opus eſt, permixtæ, quæ methodo carminativam clyſteris decoctionem, ſine laborioſa operatione ſtatim parabit, in qua extractum purgans affectui, qui edomandus eſt, congruum diſſolvet, ſicut ex variis illis formulis, quas *cap. de extractis* deſcribemus, palam fiet. Ita ut adhuc magis ſupervacaneo labore pharmacopœos ſublevemus, varias quoque oleorum formulas dabimus, quæ facultate anodyna, lenitiva, carminativa & purgativa ſimul prædita erunt. Exempli loco hic oleum noſtrum diacolocynthidos carminativum in medium proferemus, quamvis plures ejuſdem formulas *in ſecunda ſectione noſtræ pharmacopœæ cap. de oleis* ſimus daturi.

Oleum diacolocynthidos carminativum purgativum Quercetani.

℞ *Herb. ſicc. rutæ*
Calamenti
Origani
Pulegii ana m. ſ.
Sem. Dauci
Cumini
Fœniculi
Baccar. Lauri ana ℥ j.
Ol. Olivarum ℔ *ij.*
Vini rubri ℔ *ſ.*

Coquantur ad vini conſumptionem, cum hoc oleo ſic præparato decoque pulpæ colocynthidos ℥ ij. digerantur ad ignem Bal. Mar. cal. per 12. *horas, dein bulliant per duas horas, donec oleum vim totam colocynthidos attraxerit, tandemque exprimantur & colentur.*

Hoc oleum in officinis parari, diuque adſervari poteſt : doſis ℥ j. vel ℥ ij prout maiori vel minori operandi efficacia opus fuerit, cum jure pingui permixtum medicamen ſummum erit ad omnes ſoporiferos affectus, apoplexiam, lethargum & ſimiles.

Ex commemorata colocynthide, cocta cum oleis lenitivis *lumbricorum*, *lini*, *liliorum*, *viſci*, *pomi & chamomillæ*, componere licet oleum compoſitum lenitivum purgativum, in modum olei carminativi purgativi, quod cum juſculo capitis vervecini mixtum ad omnes dolores ſingulare eſt præſidium. Oleum enim mirifice contemperat acrem & venenatam *colocynthidos* qualitatem, adeo ut ſic præparata, neutiquam noxia aut damnoſa ſit inteſtinis, quorum tunicis alias vel ſubtiliſſime etiam pulverizata & in trochiſcos redacta, ſemper aliquantum adhærere ſolet: quod incommodum hac præparatione, & oleorum cum ipſius eſſentia & proprietate permixtione intercipimus : ſicque auxilium evadit minus periculoſum ipſo diaphœnico, & benedicta laxativa, cuius uſus utilis erit in variis clyſmatis concinnandis, & effectus præſtantes felici cum ſucceſſu oſtentabit in ſedandis potiſſimum intolerabilibus doloribus & paſſionibus colicis, ut plurimum à pituita vitrea in inteſtinis ſubortis, in quibus purgantia lenitiva ſola exhibita inefficacia prorſus & invalida comperientur.

Coronidis loco hic annectam adhuc aliam olei purgatorii deſcriptionem, quod ad prohibendam vermium generationem, & ad corruptorum, putridorum, & depravatorum humorum, unde illi naſcuntur, expulſionem, præſtantiſſimum eſt: ex quibus alias infinita alia mala progrederentur: Siquidem plures hodie tam inter viros, quam fœminas, juvenes & adultos videmus his affectibus obnoxios, quibus hoc oleo tam interne in forma clyſteris, quam externe applicato auxilium gratum & indubitatum ſæpenumero tulimus.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 814 sur 955

℞. Rad. *Aristolochiæ rotundæ*
Gentianæ ana ℥ ß.
Tormentillæ ℥ j.
Herb. Centaurii minoris,
Summitatum oleæ,
Marrubij,
Absynthii pontici,
Persicariæ,
Lupulorum,
Diptamni ana m. j.
Sem. Polij montani
Portulacæ
Citrii
Cardui benedicti
Lupinorum
& sem. contra vermes an. ℥ ß.
Amygd. amararum ℥ iij.
Flor. Persicæ arboris
Hyperici
Stœchados ana p. ij.
Myrrhæ ℥ ß.
Turbith
Hermodactylorum ana ℥ j.
Pulpæ colocynthidos ℥ ij.

Contundenda contundantur & misceantur cum ℔ iiij. olei olivarum & ℔ j. ß. vini albi generosi, dein bulliant ad vini consumptionem: addendo sub finem duo vel tria bovis fella, prius ad B. M. optime depurata seu defæcata, & fiat oleum. Hoc oleum mixtum cum lacte, aut jure quodam congruo in suff. q. ad fingendum enema, summa erit medela adversus lumbricos quosvis infantibus 3. 4. aut quinque annorum sufficiet exhibere pro dosi ℥ ß. vel ℥ vj. cum lactis ℥ iiij. aut v. ut fiat clyster, ut *supra*: mediocriter robustis satis erit ℥ j. robustissimis vero ℥ j. ß. imo & ℥ ij.

Hoc etiam oleum excellentissimum est ad vermes, & ungendo aliquot ejus guttulis orificium stomachi & regionem umbilici. Admirandi horum duorum modo descriptorum oleorum effectus indies magis magisque per ipsam experientiam sese prodent & dispalabunt.

Sed ut paulo magis caput hoc amplificemus, unum atque alterum adhuc remedium ex mineralium classe peritum, eidem inseramus: cuius generis medicamenta cætera purgantia in clysterum compositionem venientia, longissimo intervallo post se relinquunt, sive ad demulcendos & leniendos dolores à causis frigidis, cruditatibus, flatibus ac humoribus mucilaginosis, tartareis & arenosis, sive calculosis suscitatos, sive ad expellendos vermes, educendam fœtidam humorum illuviem & putredinem, vel ad validius expurgandos omnes humores, citra tamen calefactionem nimiam, qualem inducere solent *Hierà Logadii*, *vel Pachii diacolocynthid. benedicta laxat*: & huius generis alia, quibus plerique ad ægros excitandos utuntur in comatosis & soporiferis symptomatis & affectibus, quorum tamen vim excedens istorum medicamentorum calor potius auget cerebrumque majori vaporum copia replet & fatigat, quam ut eosdem dissipando imminuat. Hoc non contingit in remediis aliis, quæ manifestis illis & noxiis qualitatibus prorsus ablatis, potius formales & spiritales produnt effectus, quam materiales. Illud medicamentum, de quo loquor, est *crocus metallorum*, cuius alibi mentionem fecimus, ejusq; admirandas operandi actiones, quas etiam per os sumptus perficit, ostendimus.

Si quis timidulus & inexpertus medicaster horum remediorum, quorum nullam habet notitiam, usum minus approbaverit, si per os assumantur, non tamen credo, illum tam stupido fore ingenio, ut eadem clysteribus excepta contemnere audiat, si præsertim eorundem summos effectus, quos benigne quidem, sed efficacissime præstant, agnoveris, qui nihil molestiarum, neque ab oleorum ingrato fœtore, neque à quavis alia re conciliant, sicut in vulgaribus plerunque accidere solet. Pretium quoque eorundem non excedet 3. asses, cum quilibet aliorum ad minimum vendatur sedecim vel etiam 20. assibus. Sufficit enim remedii illius enarrati, semidrachma vel drachma una ad summum, quod macerandum est in 4. vel 5. unciis aquæ cuiusdam congruentis, aut vini per noctem integram, aut amplius, & sic maceratio hæc misceatur cum quodam jure in suff. quantitate, ut fiat clyster. Eandem macerationem in aqua vel vino factam, potes, si velis, paratam adservare, eamque in magna copia aucta singulorum dosi parare, quam diutissime reservabis, & in usum, ut res postulaverit, adaptabis, servata semper supradicta dosi.

Loco *croci metallorum*, licet non tanto cum emolumento, uti poteris *Antimonio vitrificato*, quod tamen infusum, colatum & exhibitum in clysteribus minorē noxam adfert, q̄ diaphœnicon, hocq; ipso utiliores & efficaciores multo effectus demonstrat. Sed dum hæc remedia Dogmaticis propono, liberum judicium cuilibet relinquo, sive iis uti voluerit, sive non. Hoc solum affirmare possum, me in iis describendis solido certoque niti experientiæ fundamento, quod nullis argutiarum machinis à quodam forte Momo subtectis diruī & subverti poterit.

Utut sit, unusquisq; tandem fatebitur, modo non fuerit omnium ingratissimus, hisce Hermeticorum ornamentis & floribus, quibus vulgarem pharmaceuticē amplificavimus, sibi satisfactum: quos licet magnifaciamus, & inter fructus laborum vigiliarumque nostrarum charissimos habeamus, eos tamen omnibus propenso & liberali animo impartimur.

His multas alias diversorum clysterum calefacientium & refrigerantium, detergentium, consolidantiū, cicatrices inducentium, adstringentium, corroborantium & nutrientium, & pluribus aliis medendi scopis inservientium formulas addere possem, sed quia nimis vulgares sunt, inque antidotariis passim descriptæ, iis hic enodandis jam supersedebimus.

Adderem præterea ad amplificandū hoc opus varios particulares clysteres auriculares, qui ad auriū dolores, inflammationes, abscessus, ulcera, sonitus, tinnitus, & surditatem conferunt: clysteres quinetiam uterinos, qui ad uteri inflammationē, ulcera, tumores, suffocationem, mensium suppressionem, fluorem eorundem immoderatum & album, nimiam uteri humiditatem, siccitatem, fœtidorum humorum illuviem & sterilitatem faciunt. Clysmata tandem sive enemata particularia ad vesicæ affectus, ipsiusque ardorem, inflammationem, ulcera, carunculam, gonorrhœam, stranguriam & ischuriam, & ad ipsius calculi comminutionem & attritionem conducentia, non incommode hic adiungere possem. Sed omnes hos enumeratos clysteres peculiares & specificos, affectibus harū triū enarratarum partium, reservamus in tertiam & ultimā sectionem huius pharmacopœæ, ubi tractabimus de omnibus corporibus humani affectibus, tam internis, quam externis, ibique usum præcipuorum & præstantiorum remediorum, quæ in hoc opere continentur, simul docebimus. Hactenus Quercetanus.

ADDI-

ADDITIO P. V.

Oleum è colocynthide compositum. D. Io. Hartmanni Beyeri ad imitationem Rondeletii cap. de tinnitu aurium.

℞. Sem. nigell. rovan. ℥ ij.
baccar. lauri,
rad. ellebor. alb. an. ℥ j.
pulpæ colocynth ℥ j ß.
Incisa & tusa infunde horis decem loco calido in vini albi generosi & succi capæ rubræ ana ℥ j. ß. postea addantur
ol. amygd. amar.
rutac. an. ℥ j. ß.
irini
pingued. castorii an. ℥ ß.
Stent in loco calido horis 12. inde coquantur lento igne, in diplomate ad vini & succi consumptionem: refrigerata exprimantur & addatur ol. cumin. destillat. ℥ j. servetur ad usum.

Oleum ad vermes.

℞. extract. gentian.
balsamitæ aloe an ℥ ß.
dissolvantur in vini sublimati ℥ j & cum ol. absynth. ℥ j. diligenter misceantur.

Clyster Io. Pistorii.

℞. fol. tanacet.
pyrol.
sanicul.
hypogloss. an. M. j.
spermat. ceti. ℥ ß.
agaric. albiss. ℥ iij. ß.
rad. polypod. ℥ j. ß.
helenii ℥ vj.
succ. glyzyrrh ℥ iij.
ficuum nr. vj.
alb. græci M. ß.
Coq. in suffic. quant. aquæ ad consumpt. medietatis.
℞. colatur. ℥ jx.
fl. cass. extr. ℥ j. ß.
ol. terebinth. ℥ vj.
irini ℥ ij. ß.
popul. ℥ j.
extract. gentian. ℥ j.
ex aloe cum rhab. ℥ ij. Mi.

Clyster ad strangulationem uteri. Hieronymi Mercurialis.

℞. fol. artemis.
centaur. minor.
majoran.
pulegii an. M ß. fiat decoctio
sec. art.
℞. colatur. ℔ j. ß.
hier. Archigen. ℥ ß.
ol. rutac. ℥ iij.
mell. despumat. ℥ ij.
salis comm. ℥ j. ℥ Mi.

Clyster ad lumbricos Herculis Saxoniæ.

℞. centaur. utrinsque an. M ß.
abrotan.
diptam. albi,
cretici,
scordii.
bistort.
tormentill.
absynth. an. M. j.
sem. brassic.
Santon. an. ℥ j.
colocynthid. in pec. ligat. ℥ ij.
f. decoctio sec. art.
℞. dictæ decoction. colat. ℔ j.
hieræ diacolocynth. ℥ ij.
mell. ros. ℥ iij. Mi.

Clyster ad icteritiam. Eiusdem.

℞. fol. centaur. utriusque an. M ß.
sem. fœnic.
lini,
anis. an. ℥ j.
cartham. ℥ ij.
colocynth. in pecia ligati ℥ j. coquant. in aq. sec. art.
℞. colaturæ ℥ x.
el. de baccis laur.
bened. laxat. an. ℥ ß.
ol. rutac.
mell. ros. an. ℥ iii. M. i.

Enema nutriens. Mynsi.

℞. Iur. Carnis bubulæ
Caponis ana Vnc. viii.
Crem. Hordei
Lact. Vaccini ana Vnc. iiii.
Vini opt. Vnc. iii.
Saccharirosat. Vnc. i.
Panis tritic. ex sic. & pulv. Vnc. ß.
Vitell. Ovorum No. ii.
Misc. & f. l. a. Enema quod iniiciatur, ut est moris.

ANNOTATIO.

Maximo emolumento ad nutriendum & vires conservandum aliquando administrantur talia Enemata in Angina. Faucibus à tumore præclusis. Orificio ventriculi obturato, aut ejus ulceribus & tuberculis. Convulsione oris. Paralysi linguæ & similibus &c. Cum ægri alimenta per os assumere nequeunt, vel Ventriculus nihil retinere valet. Applicetur autem post rejecta excrementa, vel cum dormiturit: alioqui excrementa miscerentur, & inficeretur id, quod iniicitur. Optimè ægrotos nutrit.

Enema bilem evacuans. Mynsi.

℞. Passular. min. Vnc. iii.
Hordei excort.
Sem. Lini ana Vnc. ii.
Rhabarb Vnc. ß.
Coq. & ℞. Colaturæ Lib. i.
Ol. violacei Vnc. iii.
Manna Calab. Vnc. i.
El. de succo Rosar. Vnc. i.
Misc. & f. Clyster.

Enema pituitam purgans. Mynsi.

℞. Rad. Enulæ camp.
Pyrethri ana Vnc. i.
Herb. Calamintha
Marrubii
Pulegii ana Vnc. ß.
Agarici trochisc. & in panniculo ligati
Turbith albi ana Drach ii.
Flor. Chamomillæ
Anthos ana Drach i. ß.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 816 sur 955

Coq. & ℞. Colaturæ Lib.i.
Ol. Rutæ Vnc.iii.
Vini Malvat. unc.ii.
Mellis scillitici uncz.i.
Benedict. laxat.
Diaphœnicon ana unc.ß.
Salis com. Drach.ii.
Misc. & f. Clyster.

Enema humores Melancholicos deturbans. Mynſ.

℞. Rad. Polypodii querc. unc.i.
Petroſelini
Fœniculi
Aſparagi ana Drach.vi.
Herb. Fumariæ
Epithymi
Scolopendrii
Melilоti ana unc.ß.
Flor. Chamomillæ
Borraginis
Bugloſſæ ana Drach.ii.
℞. Sem. Fœniculi.
Aniſi ana Drach.i.
Coq. & ℞. Colaturæ Lib.i.
Ol. Anethi unc.ii.
Mellis Anthoſat. unc.i.
Conf. Hamech.
Diacatholicon ana unc.ß.
Sal. Gemmæ Drach.i.ß.
Ext. Hellebori nigri Scr.ii.
Misc. & f. Clyster.

Enema phlegma & hydropicorum aquas purgans. Mynſ.

℞. Rad. Graminis
Aſparagi
Petroſelini
Pentaphyll. ana unc.ß.
Herb. Braſſicæ marin.
Mercurialis ana Drach.vi.
Flor. Sambuci
Geniſtæ
Stœchados
Anthos ana unc.ß.
Agarici in panno ligat.
Mechaocanna
Bac. Lauri ana Drach.iii.
Sem. Fœniculi
Carui
Cymini ana Drach.ii.
Coq. & ℞. Colaturæ Lib.i.
Succ. Rad. Iridis noſt. exp. unc.iii.
Cort. int. Sambuci exp. unc.ii.
Ol. Rutacei
Anethi ana unc.i.
Benedict. Laxat. Drach.vi.
Salis com. Drach.ii.
Misc. & f. Clyster.

Enema in cephalalgia, Vertigine, Scotomia, Phrenitide, & aliis Capitis affectibus. Mynſ.

℞. Fol. Sennæ Alexand. unc.i.
Rad. Bryoniæ
Agarici ana unc.ß.
Herb. Maioranæ
Chamomill.
Centaur. min.
Salviæ
Origani ana Drach.ii.
Flor. Lilior. convall.
Anthos ana Drach.i.ß.
Pulp. Colocynthid.
Hellebori nigri ana Drach.i.
Misc. & coq. in ſ. q. Aquæ pluvial. ad medietatem &
℞. Colaturæ Lib.i.
Ol. Verbenæ unc.iii.
Mellis Anthoſat. unc.i.ß.
Sal. com. Drach.ii.
Misc. & f. Enema quod iniiciatur.

Aliud Enema cephalicum. Mynſ.

℞. Rad. Aſari rec. exſic. unc.i.
Furfur. tritic. unc.ß.
Herb. Calaminthæ.
Betonicæ
Malvæ
Mercurialis
Chamomill. ana Drach.ii.
Ex quibus fiat Decoctum, de quo ſumatur Lib.j. & adde:
Ol. Flor. Sambuci unc.iii.
Mellis roſat. unc.ii.
El. Diaſenæ unc.i.
Sal. Gemmæ Drach.i.ß.
Misc. pro Enemate.

Aliud Enema fortius. Mynſ.

℞. Rad. Hellebori nigri unc.ß.
Sem. Colocynthid. contuſ. Drach.iii.
Herb. Chamomill. Rom.
Verbenæ
Maioranæ
Origani
Althææ ana Drach.ii.
Sem. Faniculi
Carui
Aniſi ana Drach.i.
Coq. & ℞. Colaturæ Lib.i.
Ol. olivarum unc.iii.
Mellis Anthoſat. unc.i.ß.
Sal. Commun. Drach.iii.
Eſſ. Fol. Sennæ Drach.i.
Misc. & f. Enema.

ANNOTATIO.

De horum Enematum laxativis poteſt ſecundum ſexum, complexionem, ac ætatem deponi vel addi, quod etiam in ceteris omnibus obſervandum.

Enema ſpecificum in Melancholia, Mania, Triſtitia, Congelatione, Quartana, Scabie, Impetigine, Morphæa, Cancro, Elephantiaſi, Scirrho Lienis, & in omnibus malis ex atra bile procreatis. Mynſ.

℞. Rad. Polypodi querc. unc.ii.
Cort. Myrob. Ind. unc.i.
Herb. Fumariæ
Hyperici
Maioranæ
Cuſcutæ
Lupuli
Stœchados ana unc.ß.
Hellebori nigri Drach.ii.

Coq.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 817 sur 955

Coq. & Rx. Colaturæ Lib. j.
Ol. Chamomillæ Vnc. iij.
Tartari Vitriolati
Sal. Gemmæ ana Drach. j ß.
Misc. pro Enemate.

Aliud Enema specificum in Melancholia, &c. Mynſ.

Rx. Cort. Rad. Buglossæ Vnc. ij.
Fol. Sennæ Alexand. Vn. j.
Herb. Ostructi
Chelidon. min.
Anethi
Chamomill. Rom.
Fumariæ
Basilic. ana Vnc. ß.
Coq. & Rx. Colaturæ Lib. j.
Ol. Rosati Vnc. iij.
Conf. Hamech Vnc. j.
Sal. commun. Drach. iij.
Croci orient. Scr. j.
Misc. pro Enemate.

Enema in subeth & stupore. Mynſ.

Rx. Rad. Lilior. conval. Vn. j.
Herb. Centaur. min.
Stœchados
Origani
Calaminth.
Salviæ
Asari ana Vnc. ß.
Sem. Carthami
Gran. Colocynthid.
Agaric. opt.
Coq. & Rx. Colaturæ Lib. j.
Ol. Chamomillæ Vnc. j.
Diasen. Vnc. ß.
Sal. commun. Drach. ij.
Ext. Hellebor. nigri Scr. j.
Misc. pro Enemate, quod administretur plusquam tepide.

Enema forte in epilepsia & suffocationibus. Mynſ.

Rx. Sem. Carthami Vnc. j.
Agarici opt. Vnc. ß.
Pulp. Colocynthidos Drach. iij.
Herb. Centaur. min.
Lavendulæ
Majoranæ
Hyssopi
Betonicæ
Rutæ hort. ana Drach. ij.
Castorei veri
Flor. Lilior. convall.
Anthos ana Drach. j ß.
Coq. & Rx. Colaturæ Lib. j.
Ol. Chamomillæ Vnc. iij.
Mellurosat. Vnc. ij.
Acidi Tartari
Sal. Gemmæ ana Drach. j.
Misc. pro Enemate.

Aliud specificum. Mynſ.

Rx. Rad. Angelicæ
Fœniculi ana Vnc. j.
Agarici optimi
Visci quercin. ana Vnc. ß.
Stercoris Pavonis
Succini citrini ana Drach. iii.
Herb. Lavendulæ
Salviæ
Chamomillæ
Malvæ
Origani
Stœchados ana Drach. ij.
Sem. Fœniculi
Carui
Anethi ana Drach. j.
Coq. & Rx. Colaturæ Lib. j.
Ol. Rutæ Vnc. iii.
Hieræ Pachii Vnc. j.
Sal. Commun. Drach. iii.
Misc. pro Enemate.

Enema in spasmo seu convulsione. Mynſ.

Rx. Rad. Pyrethri
Ebuli ana Vnc. j.
Herb. Betonicæ
Salviæ
Altheæ
Malvæ
Serpilli ana Vnc. ß.
Flor. Malvæ arb.
Hyperici
Verbasci ana Drach. ij.
Coq. & Rx. Colaturæ Lib. j.
Ol. Chamomillæ Vnc. iij.
Diaphanic. Vnc. j.
Ping. Anguillæ Vnc. ß.
Sal. Gemmæ Drach. j ß.
Turbith. alb. & gum. Drach. j. ß.
Misc. & f. Enema quod applicetur.

Enema forte in apoplexia & similibus, &c. Mynſ.

Rx. Agarici opt. Vnc. ß.
Herb. Centaur. min.
Origani
Rorismarini
Stœchados
Chamædr.
Calaminth. ana Drach. ij.
Pulp. Colocynthid. Drach. j ß.
Coq. & Rx. Colaturæ Lib. j.
Ol. Rutacei Vnc. iij.
Benedict. laxat. Vnc. j.
Mellis Anthosati Vnc. ß.
Sal. commun. Drach. j.
Aliquando oleum myrtinum paratur ex *succo foliorum myrti & oleo*, quibus additur *ladanum*. Est tamen usitatius & melius, quod modo à nobis descripto conficitur.

Utrumque refrigerat, densat, astringit, cerebrum, nervos & ventriculum roborat, capillos retinet, eorumque defluvium sistit, gingivis medetur, dentium dolori, laxatos artus firmat, pustulas erumpentes illitu emendat.

Oleum cydoniorum D. Mes.

℞. Carnis cydoniorum integrorum tritorum,
succi eorum an. ℔ *ß.*
olei omphacini ℔ *j. & ℥ iij.*
Vase vitreo, aut saltem vitrato excepta dies quindecim insolentur, dein coquantur in vase duplici ad succi consumptionem. Expresso fortiter oleo, alia caro trita, & succus addantur, insolentur, concoquantur, exprimantur bis aut ter: postremo colatum oleum servetur.

Autumno paratur hoc oleum, *Melinum* Græce dictum, quo tempore mala cotonea magnitudinē perfectam adepta matureſcunt: antequam tamen plane maturuerint, assumenda, nec depellanda, sed à lanugine tantum spolianda, dein raspanda, ut cum aromatariis loquar, seu ferramento segmentis quibusdam exasperato, deradenda. Postea pondus æquum succi colati & carnis tritæ aut derasæ, nec expressæ sumitur, & oleo confuse permixtum ter insolatur, coquitur, exprimitur modo explicato. Narrat Sylvius succum cydoniorum ita crepitare & agitari, dum oleo incoquitur, visu mirabile, ut oleum omne tandem vase excutiat: Ob id, inquit, vase duplici hoc oleum coquendū est simul, ne ab Empyreumate oleo impresso, vires cydoniorum aut deteriores aut imbecilliores evadant.

Oleum id refrigerat, astringit, ventriculi & intestinorum retentricem facultatem roborat, coctionem juvat, vomitum sistit: Ob id choleræ morbo, lienteriæ, dysenteriæ confert, & partem quamvis laxiorem & imbecillam firmat ac roborat.

Myrelæum, seu oleum pigmentatum.

℞. Summitatum botryos herbæ granulis onustarum m. ij.
baccarum botryos fruticis ℥ viij.
vini optimi ℔ *ß.*
olei boni ℔ *j. ß.*
Misce, & septem dies insola: dein in balneo Mar. simultamdiu totum incalescat, ut vinum vanescat. Expressumeleum servandum.

Parari debet circa principium autumni hoc oleum, quod *Myrelæum*, quasi *unguento-leum*, seu *oleum pigmentatum* vocavimus. Utraque enim planta, ex qua conficitur, *pymentum* Gallis, quasi *pigmentum* dicitur, & à nonnullis *Ambrosia*. Halitus enim fragrantia odoratum exhilarat, & lentore quodam aromatico, & velut unguentario quo extrinsecus percipitur admodum glutinosa, contrectantium digitos invisicat.

Naturam utriusque cum accurate perspexisset honorandus vir Dn. Claud. Gonerius, doctrina & morum integritate commendatissimus, cuius in hoc toto opere sæpe, videlicet *cap. 16. sect. 1. lib. 1. de mat. med. cap. 22. sect. 6. eiusdem lib. & cap. 6. lib. 1. Antid.* meminimus;

Is enim

is enim est, qui non modo simplicium varietates, sed & facultates diligenter perquirens, ægre tulit tam eximias stirpes, quas etiam ipsa natura odore, sapore, pinguitudine, multum insignes designat, à Medicis nec celebrari, nec unquam usurpari. Sed hinc forsan harum plantarum contemptus subortus est, quod valde frequentes sint. Nam quæ inter herbacea continetur, in omnibus hortis cultioribus invenitur: Quæ vero fruticum modo assurgit, & ramulos ligneos erigit, in solo Parisiensi, aut longe non dissito, lætè ac sponte provenit; atque circa Septembris initium copiosa Lutetiam devehitur, & ibi fere tantum à mulierculis emitur ob fragrantiam & odoris suavitatem vestibus conciliandam. Cum autem qualitates utriusq; sæpe explorarim, & efficacissimas comperierim, ex eis Oleum paravi juxta descriptionem traditam, quod sane viribus multis Balsamis respondet. Nam paralysi, tremori, & nervorum imbecillitati valde confert, dolores articulorum frigidos aufert, œdematosos tumores digerit, dolores à pituita natos tollit, humores crudos coquit & resolvit, cerebrum & genus nervosum roborat, & cum pauca terebinthina ulcera dysepulotica ad sanitatem perducit.

Oleum Mastichinum D. Mes.

℞. *Mastiches* ℥ ij.
olei rosati ℥ xij.
vini generosi ℥ iiij.
Coque in vase duplici ad vini consumptionem. Eo consumpto, percoletur oleum, & usui reponatur.

Duas tradit Mesue olei mastichini descriptiones, unam ex *mastiche & oleo sesamino* compositam, quæ nullibi parata reperitur; alteram ex *vino mastiche, & oleo rosato*, quæ frequenti est in usu. N. Præpositus tertiam proponit, quæ ab omnibus imitatur. Myrepsius præter priorem à Mesue datam, alias adhuc duas subjungit, vix unquam celebratas. Sola igitur ea est huius olei admittenda descriptio, quam ex Avicenna & Mesue damus: ad cuius confectionem *mastiche* crassiusculè terenda; dein cum oleo rosato & vino rubro in diplomate tamdiu coquenda, & inter coquendum spatula movenda, donec vinum penitus fuerit absumptũ.

Oleum mastichinum cerebrum, nervos, ventriculum, hepar & articulos roborat, duros tumores emollit, & dolores sedat.

Oleum nardinum D. Mes. simplex.

℞. *Nardi Indicæ* ℥ iij.
vini & aquæ an. ℥ ij. ß.
olei sesamini ℔ j. ß.
Coquantur in duplici vase, igne lento, & frequenter movendo, ad humoris aquei dissipationem.

Ad nardini autem simplicis confectionem, olei sesamini defectu, oleum dulce substituitur, nullo aut exiguo errore. Nam Mesue aliquando imperat oleum sesaminum, vel dulce ad libitum assumi. Spica vero minutim incidenda, tres aut quatuor horas in vase fictili, aut vitreo cum vino, aqua & oleo maceranda. Dein omnia vase duplici fervefacienda ad aquæ & vini dissipationem. Sunt, qui nardum in aqua & vino tantum macerant, idque diem integrum. Sic tamen cum illius vires magis dissipentur, præstat breviore temporis spatio, oleo simul, aqua & vino super cineres parum calidos infundere. Olei autem libra dimidia cum parcior videretur ad ℥ iij. nardi, quæ magna mole admodum levis est, ex Fernelio & Medicis Romanis aucta est, & pro ℔ ß. ℔ j. ß. posita.

Oleum nardinum ob insignes virtutes *benedictum* appellatur, calefacit, tenuat, digerit, modice astringit: ob id affectibus omnibus frigidis, flatulentis, cerebri, ventriculi, jecoris, lienis, & uteri plurimum confert, & corporis odorem & colorem commendat.

Oleum nardinum compositum, ejusdem.

℞. *Spicæ Indicæ uncias tres.*
Majoranæ uncias duas.
Ligni Aloes,
Enulæ,
Macis,
Calami Aromatici,
Foliorum Lauri,
Cyperi,
Schœnanthus,
Cardamomi ana unciam unam semis.
Contundantur omnia grosso modo, deinde affunde illis
Vini,
Aquæ fontanæ ana quantum sufficit, id est, utriusque circiter uncias quatuor decim.
Olei Sesamini libras quatuor.
Macerentur per noctem, deinde coquantur in duplici vase secundum artem.

Oleum croci D. Mes.

℞. *Croci,*
calami aromatici an. ℥ j.
myrrhæ ℥ ß.
Macera dies quinque in aceto; sexto die toto infunde.
Cordumeni, i. carui, vel ejus loco cardamomi ℥ ix.
Septimo coquantur simul lento igne ad aceti consumptionem, cum *olei* ℔ j. ß.
Percolatum oleum in idoneo vase reponito, & servato.

Morbus vix datur ullus frequentior Neapolitano, nec medicamentum ad ipsius expugnationem usitatius *emplastro de ranis* à Ioanne Vigonio *cap. 2. lib. 5.* descripto: nullus est enim adeo misellus barbitonsor oppidulanus, qui hoc medicamentum saltem odore, colore, & nomine, si non viribus, non norit, & periculũ simul & lucrum fecerit. Ad illius autem compositionem cum accedat *oleum de croco*, in pharmacopoliis paratum debet asservari, alioquin male & præter authoris intentionem conficitur: ob eum tamen usum à Mesue inventum non arbitror, qui vel luem veneream nõ vidit, ut credibile est, aut subticuit: Sed ad uterum & nervos roborandos, amborum dolores sedandos, duritates emolliendas & discutiendas, & colorem conciliandum. Quid vero sit cordumeni, *lib. de simplicibus* demonstratur.

Oleum de capparibus.

℞. *Cortic. radic. capparis* ℥ j.
cortic. mediæ tamarisci,
foliorum tamarisci,
sem. agni casti,
ceterach.
cyperi, an. ℥ ij.
rutæ ℥ j.
aceti,
vini albi generosi an. ℥ iij.
olei maturi ℔ j.
Coquantur omnia in vase duplici ad aceti & vini deperditionem. Percolatum oleum usui reponendum.

Huius olei inventio recentioribus tribuitur: De eo namque veterũ nullus, q̃ sciã, locutus est; author tamẽ incertus perhibetur: sed quicunque is fuerit, hoc oleum

leum medicatum methodice ac legitime compositũ, & viribus eximium descripsit: quod ideo fere ubiq; locorum paratur juxta descriptionem à nobis traditam, & ab omnibus probatam, uno Brasavolo dempto, qui rerum novarum cupidus illam immutavit. Sed ex his ipse est, credo, qui malunt videri, quam æstimari.

Ut autem rite paretur id oleum, primo radices cyperi minutim incidendæ; dein simul cum corticibus capparum & tamariſci terendæ. Reliqua quoque simplicia, *tamariſcus*, *ſcolopendrium*, ſeu *ceterach & ruta* ſimul tundenda, ſeorſim vero *ſemen agni caſti ſeu viticis*. Tum omnia ſimul miſcenda, diebus quindecim maceranda vino, aceto, oleo; poſtea in diplomate coquenda ad vini & aceti diſſipationem: tandem percolatum oleum ſervandum.

Affectibus lienis magnopere prodeſt: ejus enim duritiei, ſcirrho, obſtructioni & dolori medetur: meatus & poros cutis aperit, humores reſolvit, & flatus diſcutit.

Oleum ex Styrac.

℞. *Styracis uncias tres*
Olei communis lib. unam
Vini quantum ſufficit.
Coquantur in duplici vaſe, ad vini conſumptionem.

Calefacit vehementer & emollit, ob id confert dolentibus à frigore renibus, veſicæ, utero muſculis, tendinibus, juncturis, eorumque duritiei inſigniter emollit. Ad nervorum injurias & vulnera fotu commodum, Chyrurgis experitum, ad ſcabiem efficax ſcribit Manardus, addita ellebori albi octava portione.

Oleum Coſtinum, *Meſuæ*.

℞. *Coſti amari uncias duas*
Caſiæ ligneæ veræ unciam unam
Summitatum ſampſuchi ſive maioranæ uncias octo, alii duas
Vini quantum ſufficit
Olei ſeſamini lib. tres
Trita macerentur biduo, deinde coquantur in duplici vaſe, ad vini conſumptionem.

Vehementer calefacit, ideoque nervorum ex frigore iniurias propellit, paralyſi confert, nervos roborando, ventriculum, muſculos, tendines, & ligamenta confirmat, obſtructa aperit, præſertim hepatis. Spinæ illitum febrilem rigorem mitigat, capillos tenacius affigit, & mucoſo humore caniciem accelerante conſumpto, eam moratur.

Oleum de piperibus, *Meſuæ*.

℞. *Piperis longi,*
Albi,
Nigri ana drachmas tres.
Mirobal. Chebulorum,
Emblicorum,
Indorum ana drachmas quinque.
Radicum Apii,
Fœniculi ana drachmas tres ſemis.
Sagapeni,
Opopanacis,
Ammoniaci ana drachmas duas ſemis.
Turbith drachmas duas.
Zingiberis drachmas tres.
Surculorum Hyſſopi,
Rutæ viridis ana manipulum unum.
Coquantur ſecundum artem in quantitate aquæ ſufficienti ad tertias. Colaturæ adde
Olei de Cheruæ libras duas. Recoque ad conſumptionem aquæ.

Cerebri & nervorum frigidas noxas propellit, quia calefacit, tenuat, terget, diſcutit, foras educit, obſtructa potenter liberat, calculumque eo nomine diſſipat. Ad Paralyſin, Spaſmum, tremorem, Epilepſiam, uteri, coli, renum ac veſicæ affectus frigidos utiliſſimè adhibetur. Coxariis, nec non articulorum doloribus medicatur. Menſes evocat, & ventriculum imbecillum non temerè firmat.

Coudenbergius addit Thymi viridis manipulum unum ad Herbarum decoctionem.

Oleum ex *Euphorbio* D *Meſ.*

℞. *Euphorbii* ℥ ß.
olei keyrini,
vini odoriferi an. ℥ v.
Coquantur ſimul ad vini conſumptionem.

Ut aqua arte frigidior, vel calidior efficitur, ſic quoque oleum, *teſte Galen. cap. 7. lib. 1. de ſimpl. med. fac.* quod multum refrigerans, ſi *ſedum*, ſeu *ſemperuiva*, aut refrigerans & ſtupefactivum, ſi *mandragora*, in eo maceretur; calidiſſimum, ſi *piper* aut *euphorbium*. Ab his omnibus legitime adhibitis olea nonnunquam per impreſſionem medicata fiunt, medicis uſibus accommodatiſſima. Licet enim *euphorbium* acerrimum & calidiſſimũ ſit, ad multa tamen commendatur à Galeno *cap. ult. lib. 2. comp. med. local.* ſeu permiſtum *ceræ*, ad coxendicum affectus; ſeu *oleo* liquatum ad hemicraniam à cauſa frigida: ex cuius lectione doctior & audacior factus à Meſue, hoc oleum primum ab illo inventum, in ordinem aliorum à ſeipſo deſcriptorum retulit. Aliud adhuc ſubiungit ex Avicenna, cui pauca quædam adiicit. Sed nullius unquam fuit uſus, vel penitus exolevit. Ad *ſuperius* autem deſcripti præparationem, *Euphorbium* ſeligendum album recens, cuius penuria, vetus dupla portione Galeni conſilio ſumendum, ſuperfuſo panco vino, aut *oleo keyrino* ne acriter, ut ſoler, nares & cerebrum feriat. Tritum oleo & vino permiſcendum, & vaſe duplici ſpatula ſubinde movendum; lente, ac tamdiu coquendum, donec vinum exhalarit: Poſtea oleum percolatum uſui reponendum.

Oleum de Euphorbio multum prodeſt frigidis cerebri, & nervorum affectibus, cephalalgiæ, hemicraniæ, lethargo, naribus immiſſum. Valet quoq; ad dolores frigidos junctũrarum, hepatis & lienis.

Oleum *Moſchellinum* ac *Moſchatellinum*.

℞. *Nuces moſchatas* N. ij.
moſchi ℥ ß.
folii,
ſpicæ nard.
coſti,
maſtiches an. ℥ vj.
ſtyracis calamitæ,
xyloaßæ,
myrrhæ,
croci,
caryophyllorum,
carpobalſami, vel cubebarum,
bdellii an. ℥ ij.
olei puri lb. iij.
vini generoſi ℥ iij.
Terenda ex arte trita, atque confuſe miſta bulliant ad vini diſſipationem. Percolatum tandem oleum uſui reponendum.

Diſſi-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 833 sur 955

Diſſidium eſt inter peritos de huius olei authore, deſcriptione, nomine, & ſimplicium doſi. Quotquot n. de eo ſunt locuti, cum aliquid vel addiderint, vel detraxerint, prioré illius originem obſcurarunt, & antiquam ſimul deſcriptionem immutarunt. Eam a. turpiter depravatã Ioubertus caſtigavit, & ad melioré formã redegit, quã hic non tantũ ſub olei moſchellini aut muſcellini, ſed etiam moſcatellini nomine exhibemus. Baſim n. cum duplicem habeat, atq; utramq; eximiã, & voce & virib. conjugatam & affinem, ab alterutra denominari poteſt. Sive nim *muſcellinum*, vel potius *moſchellinum à moſcho*, ſeu *moſchatellinum à nucib. moſchatis*, utraque nomenclatio, ut legitima, ferenda eſt, Inepte vero à quibuſdam oleum Balaninũ, quod ſimplex eſt, inodorum, & ex balano myrepſica, ſeu glande unguentaria, trita & expreſſa elicitur.

Ut aute rite paretur, omnia ſeorſim trita, & ſimul miſta præter *ſtyracem* & *moſchum*, macerentur in oleo & vino ſuper cineres calidos diem integrum, aut biduum, in vaſe obturato; deinde coquantur in duplici vaſe ad vini evaporationẽ. Poſtea oleo percolato, adhucq; calenti addatur *ſtyrax* pulveratus, adhuc parum igne blãdo fervefiat poſtremo *moſchus* miſceatur, mixtura ſervetur; quod divitibus ſi arrideat, & mihi quoq; ipſi; ſed deterioris fortunæ viris non tolerabile duco.

Apud Alexandrinum c. 712. ponitur *oleum pumicum*: Nonnulli interpretantur *parum*; alij *punicum* dicunt, & oleum in Aphrica natum contendunt. Nos cum Ioubertо ponimus oleum dulce & ſyncerum; pro aqua vinum: pro *Neregil*, hoc eſt, *nuce Indica*, ut in quibuſdam codicibus legimus, *nucem moſchatam*: pro *coſto*, ſi defuerit, *radicem angelicæ* pro *xylo caßia*, *cinnamomum* craſſum; pro *ca: pobalſamo*, *cubebas*, aut *ſemen lentiſci*, vel *terebinthi*; cætera ſunt facilia.

Valet oleum moſchellinum ad omnem frigiditatem corporis, præſertim ventriculi, quem roborat, calefacit, & coctionem juvat. Stranguriosis, colicis & nervorum omnibus prope vitiis ſuccurrit.

Oleum lumbricorum.

℞. *Lumbricorum terreſtrium in vino albo lotor um,*
vini rub. generoſi an. ℔. ß.
olei veteris & clari lb. ij.
Coquantur omnia ſimul ad vini iacturam.
Percolatum oleum uſui reponatur.

Medicamentorum deſcriptiones nullius probati viri teſtimonio fulcitæ, vix ad multorum manus perveniunt integræ, cum ſinguli ſingula libere immutent, authore nullo refragante. Hoc tamen oleum ἄδηλον, ſeu incerti authoris abomnibus ſimiliter deſcribitur, nihilq; diſcriminis notatur, niſi forſan in vini & vermiũ doſi, quæ in nonnullis exemplaribus par, in aliis diſpar habetur: in quibuſdam vini exigua eſt quantitas, quæ vermibus coquendis non ſufficiat; in aliis liberalior, quæ diuturniorem coctionem requirat. Nos legitimam & vini ad vermes, & olei ad utrumque proportionem dedimus. Proinde ſic recte parabitur: primũ lumbrici terreſtres aqua ſæpius mutata abluentur; dein vino albo, in quo per horam ſtagnare relinquetur. Peracta lotione & abiecto vino albo, vermes duplici vaſe excipientur, oleum affundetur, & vinum rubrum aut etiam album: tum omnia coquẽtur ad vini evaporationem. Tandem oleum per telam cannabinam traiectum uſui reponetur. Nonnulli coctos lumbricos terunt, & eidem oleo permiſcent in formam unguenti, cuius tamen perquam rarus eſt uſus.

Oleum lumbricorum articulorum doloribus confert, & neruis à cauſa frigida imbecillioribus roborandis, nervoſumque genus omne illitum recreat.

Oleum Ranarum.

Refrigerat, ob id podagram & alias Arthritidis ſpecies calidas mitigat, & incendium febrium ardentium, fronti & temporibus illitum, & ſomnum conciliat, præparandi modus eſt apud Meſuem.

Plura alia & precioſiora reperies in Antidotario Norimbergenſium Med. opera & ſtudio clariſſ. viri D. Ioachimi Camerarii collecta & conſcripta, Anno ſalutis 1592.

Oleum Scorpionum compoſitum, ejuſdem.

℞. *Ariſtolochiæ rotundæ veræ.*
Gentianæ,
Cyperi,
Cort. radicum Capparorum ana unciam unam.
Olei Amygdalarum amararum libram unam ſemis.

Macerentur in Oleo contuſæ Radices ad ſolem fervidum, deinde coquantur aliquantulum in duplici vaſe injectis ad ultimum Scorpionibus numero viginti: poſtea iterum ſerenis diebus triginta ad ſolem macerentur. Poſtremò excolatum Oleum reponatur.

Oleum de ſcorpionibus ſimplex D. Meſ.

℞. *Scorpiones num. xx. aut paulo plures, vel pauciores pro eorum magnitudine olei amygdalar. amararum* lb. ij.
Macerentur in vaſe vitreo, oris anguſti, probe obturati diebus triginta, in Sole æſtivo, percolatum oleum ſervandũ.

Oleum de ſcorpionibus compoſitum D. Meſ.

℞. *Radic. ariſtolochiæ rotundæ,*
gentianæ,
cyperi,
cortic. radic. capparis an. ℥ j.
olei amygdalarum amararum lb j. ß.
Omnia infolentur mixta in vaſe vitreo operculato, diebus xx.
Dein ſcorpiones à decem ad quindecim oleo intice: obtura, inſola menſe integro. Poſtremo colatum oleum ſerva.

Natura hominem, ut proprium filium alit, tuetur, & à morbis liberat, quos vel contrariorum oppoſitione abigit, vel alexiteriorum partim ſimilium, partim diſſimilium uſu curat. Sic *theriaca* inter noſtram naturam & venenum media peſti & morbis contagioſis ac malignis prodeſt. Sic ſcorpiones nobis ſemper infenſi, non ſolum vulnera ab eiſdem inflicta ſanant, ſed aliis morbis venenatis qualitatem malignam foras evocando, medentur. Ex his autem infuſis & expreſſis parat Meſ. oleum quoddam ſimplex, quod ſcorpionibus tantum & amygdalino amaro conſtat; aliud magis cõpoſitum, quod præter dicta *cyperum*, *ariſtolochiam*, *gentianam* & *corticem radicis capparis* admittit. Si quis Manardi cõſilium ſecutus, alia adhuc alexiteria miſcuerit, laboris non pœnitebit; oleum ſiquidem habebit mirandæ virtutis, contra omnia venena, & peſtilentiam. Talis olei compoſitioris & alexipharmaci formulam ſubticui, quod ejuſdẽ medicamenti multiplex deſcriptio nauſeam ſæpe moveat. Deſumpſit a. Meſue hoc oleum compoſitum ex Rhaſi, debetq; potius parari, quam ſimplex, quia medicatius & efficacius, ad cuius confectionem radices primum *cyperi* minutim inciſæ contundendæ, ut & *ariſtolochia*, *gentiana*, & *radix capparis*. Poſtea oleo macerandæ, & infolandæ, atque omnia

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 834 sur 955

omnia peragenda', juxta formulam datam. Per Kiſt. unum olei à Meſue definitum, Sylvius intelligit ſextarium unum. Nos certiorem doſim arbitrati ℔.j.ß. olei ponimus.

Oleum ſcorpionum morbis venenatis illitum prodeſt. Veſicæ & renum calculos atterit, meatus diducit, dolores lenit, & ſaburram expellit, maximè vero id præſtat calculoſo, ſi ab egreſſu balnei liniatur. Utrumque viribus iiſdem præditum eſt, ſed compoſitum calidioribus & præſtantioribus.

Oleum de Caſtorio.

℞. *Teſtium caſtorii à membranis mundatorum* ℥j.
vini albi odoriferi ℥ iij.
olei ℔.j.
Omnia ſimul coquantur ad exhalationem vini. Oleum poſtea uſui reponendum.

Non omnino injuſte Nic. Præpoſitus accuſatur latrocinii, quod multorum medicamentorum deſcriptiones à ſe antiquioribus furatus, eorum nomen ſubticuit, & prioris authoris gloriam ſibi vendicavit. Hoc ſatis ex medicamentorum, quæ tranſcripſit, farragine patet: inter quæ ſi forſan aliquod occurrat à ſeipſo deſcriptum, nec Medici ſolertiam, nec Pharmacopœi dexteritatem ſapit. Huiuſce rei fidem facit olei caſtorei deſcriptio, ad cuius confectionem jubet ℥j. caſtorii in olei ℔.j. decoqui, ad tertiæ partis olei diſſipationem, abſque intermedio vino, aut aqua vel decocto idoneo. Sed quam imprudenter, ipſis tyronibus notius eſt, quam ut pluribus ſit opus demonſtrare. Quis enim non ſcit, oleum diem integrum, poſſe ignē ſuſtinere citra jacturam, aut certe pauculam, niſi cum uritur? propterea quæ oleo coquuntur, non molleſcūt, ſed friguntur, & indurantur. Poteſt quidem hoc oleū ſine alio liquore parari, modo caſtorium oleo tantum maceretur, inſoletur, & ſic relinquatur. Aſſolet enim oleum Caſtorinum non percolatum ſervari. Fernelius *aquæ vitæ* ℥j. adiicit, ſed hæc tantilla portio, vim ignis non patitur, niſi momentaneam. Alia deſcriptio magis compoſita datur à Iacobo de Manliis, quæ paratu difficilior, & multo ſumptuoſior eſt, rariſſimeq; paratur.

Caſtigatam igitur Præpoſiti deſcriptionem ſervabimus, quæ ſatis efficaciter ea præſtat, quæ Manlii deſcriptio pollicetur.

Confert enim tremori, nervorum & articulorum doloribus, convulſioni & paralyſi.

Ad pſoram, impetigines, & alia cutis vitia Meſue parat oleum ex viperis nigris integris, igni lento ad carnium diſſolutionem coctis, in vaſe terreo, vitrato oris anguſti.

Fallopius viperas cuiuſuis coloris duas aſſumit, in fruſta ſecat, oleo immergit, in vaſe orificii ſtricti, circa Canem æſtivo Soli exponit: poſtea exprimi & ſervari, ad ulcera ex Indica lue contracta, quibus ſanandis apprime convenit, præſcribit.

Oleum caſtorei, Iacobi de Manliis.

℞. *Caſtorei,*
Styracis Calamitæ,
Galbani,
Euphorbii,
Caſſiæ ligneæ veræ.
Croci,
Opopanacis,
Carpobalſami, aut Cubebarum.
Spicæ Nardi Indicæ,
Coſti ana drachmas duas.
Cyperi,
Schœnanthus,
Piperis longi,
Nigri,
Sabinæ,
Pyrethri ana drachmas duas ſemis.
Olei libras tres.
Vini odoriferi libras duas.

Confice ſic: Galbanum & Opopanacem in Vino leoriſim diſſolve, deinde reliqua omnia contuſa cum Oleo & Vino coquito in duplici vaſe ad conſumptionem Vini. Poſtea cola, ac diſſolutum & expreſſum Galbanum cum Opopanaco Oleo affunde, & iterum coque ſufficienter, ac repone, ſæpius miſcendo in poſterum, ut Galbanum & Opopanacum in vaſis fundo ſubſidentia Oleo commiſceantur.

Valet ad omnes nervorum & cerebri offenſas frigidas. Tetanum, convulſionem, tremorem, ac Paralyſim ſanat, rigores acerrimos & frigora febrium ſedat, ſpinæ dorſi illitum.

Oleum vulpinum.

℞. *Vulpem adultam non ſtrigoſam, exenteratam, pelle nudatam, & in partes ſectam,*
ſalu communis ℥ iij.
ſummitatum anethi,
thymi,
chamæpiteos an m j.
Coquantur ſimul in æquis partibus, & quantitate ſufficienti aquæ & vini albi, ad artuum & oſſium ſeparationem, Colaturæ ℔.ij. *adde*
olei ℔.iij.
ſalviæ,
roriſmarini an.m.j.
Bulliant rurſus ad aqueæ humiditatis diſſipationem. Tum oleum percolato, & ſervato.

Non ſat eſt, medicamenta ſimplicia optima eſſe, ſed quæ componuntur ex ipſis, optime præparari, ex ratione deſcribi, debite miſceri, & exacte uniri eſt neceſſe, nulla ſingulorum, ſi fieri poſſit, deperdita & rejecta utili portione. Sed quam male olei vulpini communis deſcriptio his legibus fulciatur, ex ejus formula ſatis patet. Meſue enim jubet vulpem integram, cum pelle, pilis, pedibus, ſolumque exenteratam incoqui in aqua fontana, marina & ſale, ad artuum diſſolutionem, additis inter coquendum *hyſſopo & anetho*, & ſuperfuſa aqua, in qua utriuſque ℔.j. ante incoxerit. Sicque ollam videre videor, pilis, oſſibus, carne, & ſtirpibus aliquot ad putrilaginem coctis, cuius expreſſa pinguitudo, oleum vulpinum Meſuei eſt. Paulus ſuadet vulpem vivam ſimul & exenteratam, ad oſſium ſeparationem elixari. Sed quomodo viva & eviſcerata poſſit concoqui, non conjecto. Rondeletius vult cum corio & lactibus coqui, abiectis tantum alui excrementis: ſed inteſtinis remanentibus, foras excerni recrementa in cadavere non video. Illius collega Ioubertus mavult pellem, quam viſcera abiici: interanea vero bene lota ſimul cum carne elixari. Nos pellem, caudam, & interanea, ut inutilia reiicimus: poſtea corporis truncum & artus ſecamus; aqua, vino, & ſale coquimus, cum herbis nervalibus & digerentibus. Colaturæ addimus *oleum, ſalviam, & rorem marinum*, & ſic denuo coquimus ad aqueæ & vinoſæ humiditatis reſolutionem. Hoc autē modo paratū oleū viribus eximium eſt, & ad ea, quæ experit & promittit Meſue, efficaciſſimum. Potenter enim digerit ac reſolvit, ner-

vos

vos roborat, & à frigidis injuriis tuetur, & articulorum morbis opitulatur.

Oleum formicarum.

℞. *Formicarum alatarum* ℥ ij.
olei maturi ℥ viij.
Macera quadraginta dies vase optime clauso, æstivo soli expositò: Postea oleum exprime, & usui repone.

Rarissime paratur hoc oleum, fereque solum expetitur ad genitalia frigidiora calefacienda, & stimulum Veneris excitandum. Cum facile & paruis sumptibus confici possit, & à quibusdam natura frigidis expetatur, eo pharmacopolium minime carere debet, sed parva quantitate parandum.

Oleum amygdalarum dulcium.

℞. *Amygdalarum dulcium, siccarum, non rancidarum, utroque cortice mundatarum, quantum volueris: contunde in mortario lapideo minutissime, tela cannabina, aut sacculo involve, & prælo exprime, dum oleum emanet.*

Amygdalæ vel dulces sunt, vel amaræ: Ex his & illis, modo sine, modo cum cortice membranoso tritis & expressis oleum educitur, nunc ignis adiutu, nunc nullo juvante externo calore. Quod ex depellatis sine igne elicitur, præstantius semper habetur. Proinde multorum pharmacopolarum est improbanda ignavia, qui malunt tyronum & famulorum manus delides videre, quam in simplicibus rite parandis occupari: unde mirum non est, si de amygdalini rancore, acrimonia, & insua vitate ægroti sæpe conquerantur. Ut autem rite paretur, amygdalæ recentes, siccæ, non rancidæ assumantur: à cortice duplici purgentur, ut purius synceriusque sit oleum: in mortario lapideo diutius terantur, ut oleosa intus inclusa humiditas promptius in apertum sese proferat: sacculo aut stamine, vel cilicio, (ut fieri solet) è seta equina contexto excipiantur; dein vel torculari, *Zaynari*, Mesue dicto, vel prælo vulgari, illis simili, quibus bibliopolæ utuntur, dum libros colligatos resecant, excipiantur.

Debet vero paulatim exprimi, ut purius fit; pellucidius & dulcius: nam quod affatim & accelerata violentia trahitur, turbidum & fœculentum esse solet. Promptius autem fluit, si amygdalæ ante expressionẽ igne aut sole incaluerint. Sic enim oleosa humiditas, calore tenuata, liquata, & fluxilior reddita, facilius erumpit foras, & promptius, largiusque exprimitur, atque tanto citius, quanto calor hic est valentior, modo tamen oleum non absumat urendo. Verum quod per os sumitur, absque ignis ope elici solet, & debet.

Duobus autem modis amygdalæ purgantur: primo, in aqua tepida, aut paulo calidiore parum, aut in frigida diutius macerantur, & postea digitis comprimuntur, ut cortex dissiliat: secundo, in sartagine, cum quadam furfuris macri quantitate, igne lento manuagitantur, donec involucrum disrumpatur, quo postea fricando exuuntur facillime: qui posterior modus altero præstantior est. Amygdalæ enim maceratæ, nisi ante tritu ram probe siccentur, magis aqueum fundũt oleum. Ex libra autem una amygdalarum olei solent extrahi unciæ duæ, atque tantundem aliquando ex magmate trito, aqua irrigato, super cineres ad aquæ exhalationem calefacto, & torculari commisso. Hoc tamen postremo emissum fœculentum est, & litibus, unguentis, & aliis medicamentis externis inservit.

Oleum amygdalinum ad multa commendatur. Phthisicis enim ac tabidis multum confert; nam alimentum humidum & lentum, pingue, & aliquantum aereum præstando, macilentum corpus reficit, gutturis asperitatem, bronchiorum pulmonis, & cæterarum partium lenit: Uteri & vesicæ ardores iniectum mitigat: illitum cutem erugat, scabra & aspera ad æqualitatem perducit & complanat, tensa & dura emollit, & siccitatem omnem iuncturarum & aliarum partium emendat.

Oleum amygdalarum amararum.

Oleum extrahitur tantum per expressionem ex amygdalis amaris, ut ex dulcibus: Alexandrinus tamen per infusionem quoque parat: In libris enim quinque olei, ℔ ij. amygdalarum purgatarum tritarum tres dies macerat, ad medias coquit, & exprimit. Neque tamen præparationis modus hic, neque sic præparatum oleũ probatur. Fallitur enim Alexandrinus, oleum coqui ad medias imperando, quod igne potius uritur, quam per exhalationem instar aquæ resolvatur, ut ante monuimus. Præterea oleum sic ex amygdalis infusis tractum, vix nisi forsan media sui parte amygdalinum est, nec ita gratum, nec viribus eximium. Præstat igitur ex illis tantum tritis & expressis oleum trahere, purũ, ac syncerũ, dulce ex dulcibus, de quo *capite superiori*, ex amaris amarũ, quod ad multa quoq; à multis cõmendatur, ut ad obstructiones solvendas, flatus discutiẽdos, ad nervorum dolorem mulcendum, duritiem emolliendam, panum faciei delendum, aurium tinnitus dissipandos.

Calefacit enim, incidit, tenuat, digerit, potenter terget: proinde calculosos, difficulter meientes, asthmaticos, lienososque juvat, vitia cutis multa sanat, lubricos enecat, sumptum & iniectum frigidis uteris prodest, ut & asthmati linctum, & illitum, si à frigida causa oriatur, & duritiei ac dolori nervorũ opitulatur.

Oleum ex nucleis malorum Persicorum simili modo paratur, habetque vires easdem, aut parum dissimiles, propterea rarissime conficitur.

Fit eodem modo oleum ex nucleis Iuglandium, Pistaciorum, Pinearum, Avellanarum Persicorum: Item ex seminibus & granis, ut oleum
Hyoscyami
Papaveris
Lini
De Cherua, id est, Ricino.
Balaninum ex Balano Myrepsicè
Sesaminum
Nucum
De Carthamo
Ex sinapi
Ex granis citri, & similibus.

Oleum avellanarum.

Dolores nervorum & Arthriticos sanat, teste quoque Manardo. Alii ad venena ac morsus serpentum valere contendunt.

Oleum Balaninum.

Terget, expurgat, obstructa liberat, Auri iniectum tinnitui & surditati confert. Strumas, hepatis, & lienis scirrhum emollit ac digerit. Affectibus frigidis nervorum & junctu rarum, Spasmo & Arthritidi medetur. Alphos, lentigines, varos, maculas, cicatrices nigras, & reliqua fœda cutis vitia corrigit. Alvum potu solvit, sed stomacho adversatur.

Oleum seminis lini.

Viribus proximum Chamæmelino & Anethino, Anodynum est, convulsionem curat. Articulorũ, musculorum, nervorum, ac cervicis durities mitigat, ani affectibus mirificè confert, sedis abscessus & hæmorrhoidum

dum dolores ſedans ani fiſſuras & rimas lenit. Manardus Pleuritcis linctu aut potu exhibebat, quod magnoperè probavit Geſnerus, qui in epiſtola quadam ſcribit. Iam quater, aut quinquies fæliciter propinavi, primum bis ante ſeſquiannum in Pleuritide cruda & maligna, iam deſperatis ferè virgini & mulieri, quarum unaquæque mox magna admiratione mea reſtitui cœpit. Poſtea juveni in morbo quodam interiore incognito ferè, nec ſatis jam memini etſi annotavi. Quarto in tuſſi ac Diſpnœa ante paucos dies mulieri guttuloſæ, quæ heri ad me venit & pro hoc conſilio gratias egit. Omnibus paulò poſt ſoluta eſt alvus ſatis copioſè. Tres aut quatuor uncias una vice bibi jubeo. Odoris quidem ejus gravitas pleriſq; adeò moleſta & faſtidioſa eſt, ut ſecundò ſumere nollent, ſed nullum periculum, nullum incommodum ſequitur, & Medicus neceſſitatem in graviſſimis morbis non voluptatem ſumentium ſpectare debet. Si ritè pareque paretur, & Medicus domi haberet, confidentius dari poſſet, etſi Braſſavolus non admodum laudat.

Oleum e granis citri.

Arthritico dolori ac ſuccedenti tumori conducit, calculum veſicæ & renum detrudit. In peſtilenti ſtatu Alexiterium optimum; lumbricos enecat potum, aut illitum.

Oleum nucum.

Quæ tantum vires habent medicamentoſas, nec aliis ullibus, quam morbis præcavendis aut curandis inſerviunt, à ſolis pharmacopolis ſolent & debent tractari. Sed quæ præter has dotes, alias adhuc ob eſum, aut uſum allum commendatitias habent, raro à pharmacopœis, ſed ruſticis quibuſdam expertis, ad rei domeſticæ ſubſidium, magna quantitate parantur. Sic vinum vinitoribus, panificium piſtoribus, ut dictum eſt, committitur. Sic oleum, vel commune, vel caryinum, aut ſeſaminum aliis relinquitur miniſtris exprimendum, qui & molas verſatiles, quibus fructus aut ſemina moluntur, ac teruntur, habent & torcularia idonea, quibus oleum magna copia exprimunt, vel ad lucernarum, vel corporis pabulum, vel ſanitatis cuſtodiam, aut morborum curationem. Ideo que raro contingit, olea dicta in officinis parari: quia tamen turbidum eſt & inſuave, quod è iuglandibus ſeu nucibus regiis à ruſticis extrahi conſuevit, melius eſſet, ſi quod à pharmacopœis uſurpatur, ab iiſdem traheretur. Sic enim limpidius & ſuavius eſſet, atque effectus præſtaret efficaciores.

Ejus autem uſus ad multa requiritur: flatus enim etiam craſſos reſolvit, tumores diſſipat, per habitum digerit, colico dolori vel à flatibus, vel frigidis humoribus nato feliciter medetur: vi digerente & ſiccante ſine morſu, puncturas nervorum & attrita ſanat: Ambuſtis quoq; mira proprietate ſuccurrit, atque vim habet eandem, atque *Balaninum*. Nam tenuitate ſubſtantiæ, vi reſoluttice & calore flatulentam materiam reſolvit. Propterea qui oleum κεφάινον habebit, Balanino facile poterit carere.

Quod ex novellis nucibus & adhuc tenellis extrahitur, plurimum valet ad arcendam lentiginum eruptionem, ſi eo puellorum recens natorum facies illinatur.

Olea quædam raro parari ſolita, & eorum vires.

Ut apud omnes non una vivendi lex & ratio, ſic nec eorundem medicamentorum uſus: nam ut antiquo verſiculo fertur,

Vtitur ingenio patria quaque ſuo.

Alii namque medicamentum quoddam admittũt; alii reſpuunt: alii non niſi veterum, alii non niſi recentiorum inventa probant. At vero ſunt hi, & illi amici, amicior tamen ratio quam vel in ſcribendo, vel in agendo præponimus. In multis Meſuem colo, in nonnullis enim ſuis colendum relinquo, quibus nempe primum ſcripſit, & medicamenta quædam reliquit, quæ nos etiam illis relinquimus, ut ex medicamentorum in hac officina contentorum catalogo patet. Quædam autem olea deſcribit parum uſitata, ſed quia vires habent non negligendas, non omittemus, ſed paucis declarabimus.

Oleum ex nucleis pomorum Armeniacorum ſedis, & hæmorrhoidum dolores mitigat, & tumores cauũ partium & vulnerum digerit. Simili modo paratur. Habentur vero nuclei illi ex quibuſdam pomis, quæ à loco dicuntur *Armeniacæ*, ab aureo colore, *chryſomela*, à celeri maturitate, *præcoca*, quorum ſapida multum ac dulciſſima eſt caro, nuclei vero admodum & acres, & amari, & ingrati.

Oleum Perſicorum vermes enecat, obſtructa liberat, aurium doloribus prodeſt, & tumentibus ac dolentibus hæmorrhoidibus, benefacit. Præterea calefacit, tenuat, reſolvit, atq; eadem commoda præſtat, quę & amygdalinum amarum. Nuclei enim Perſicorum ex quibus paratur, amari ſunt, calefacientes & diaphoretici.

Oleum de Kerua ſeu Riciniuum craſſos flatus diſcutit, pituitam viſcidam tenuat, ventriculo & inteſtinis ab eo ſucco dolentibus prodeſt, atque hydropi, ſeu illitum, ſeu injectum. Alius adhuc recenſet utilitates Avicenna, rariſſime tamen paratur.

Oleum de cnico ſeu carthamo incidit & terget, ob id ictero prodeſt, thoraci & pulmoni, atque ventriculo à frigida materia dolenti. Nec iſtud quoque paratum reperitur.

Oleum piſtaciorum & nucum pinearum gutturis aſperitatem lenit, thoracis dolorem mitigat, tuſſi prodeſt, macilentos & tabidos impinguat, & ſperma auget. Eorum tamen eſus potius, quam olei celebratur.

Oleum de nuce moſchata.

Oleum nucis moſchatæ ſtomachicum eſt, aromaticum & ſuaviſſimum. Imbecillum enim ſtomachum roborat, calorem illius pauperculum fovet, appetitũ excitat, coctionem iuvat, humores frigidos coquit, calidos reſolvit, flatus diſſipat. Paratur ex nucibus tritis, parum calefactis, & prælo commiſſis. ac ita expreſſis, ut oleum emanet, quod paulatim ac lente ſtillat liquidum, dein craſſeſcit, ac cogitur in unguenti ſoliditatem.

Quia vero nuces moſchatæ pretioſæ admodum ſunt, oleumque ex his paratum recens melius eſt antiquato, parua quantitate conficitur, & pro rei exigentia iteratur. Differt vero multũm oleum hoc moſchatum ſimplex expreſſione tractum à moſchellino aut moſchatellino, ex multorum ſimplicium maceratione confecto, quod *moſchum* & *nuces moſchatos* habet pro baſi, de quo *ſupra*.

Oleum ovorum.

Oleum ovorum fit ex eorum vitellis coctione in aqua induratis, qui poſtea manibus friati, aut alio modo commixtuti in ſartagine frigũtur, ſpatula aut cochleari aſſidue movendo, donec rufeſcant, & pinguedinem quandam exudent: dein adhuc calentes tela cannabina, aut

na, aut ſacculo pilis contexto excipiendi, & prælo committendi, ut oleum effluat, uſui reponendum.

Poteſt etiam ex his oleum trahi tantum coctis, tritis & expreſſis ſine frixione præcedente, inſtar amygdalini; tuncque oleum elicitum, purius, dulcius, & minus ruffum habetur, ſed parcius, & ad multa cutis vitia, ad quæ commendatur, inefficacius. Solent vero ſumi ova recentia circiter 20. aut 30. Coquuntur, ut dureſcāt; albumina à vitellis ſeparantur, qui poſtea prælo commiſſi & preſſi oleum fundunt, cuius eæ vires agnoſcuntur.

Cutem expurgando fœditatem ejus tollit, cicatrices delet, aut plurimum minuit, ambuſtis medetur, impetiginem & ſerpiginem ſanat, atque omnibus cutaneis affectib. prodeſt, & pedum, ani, manuum fiſſuris, & malignis ulceribus valde confert.

Oleum laurinum.

Ad conficiendum oleum laurinum, recentes & maturæ baccæ lauri ſeliguntur: in pila teruntur: ex aqua in lebete coquuntur: Poſt, torculari cavo non plano exprimuntur in vas ſubditum, in quo oleum ſupernatans aquæ colligitur. Magma denuo contritum & aqua affuſa madidum, conſilio Meſue exprimitur cavato torculari, & pinguedo oleoſa ſecernitur.

Dioſcorides *cap.* 50. *lib.* 1. paulo aliter conficit. In aqua enim elixat baccas maturas, quæ ex obducto cortice pinguetudinem reddunt, quam manibus ſubactam, concha excipit. Prior autem modus uſitatior eſt, quo tamen pharmacopœi hoc oleum non conficiunt, ſed confectum emunt ab aliis, qui congeſta baccarum magna quantitate, ipſam eliciendi artem exercent. Sunt qui baccas recentes ac maturas terunt, citra aliam miſtionem, & torculari fortiter oleum exprimunt.

Simili arte trahuntur olea ex *baccis lentiſci*, *terebinthi*, *hederæ*, *iunipeti*, & ſimilium baccarum odoratarum.

Vim habet calefactoriam, & emollientem, aperientem, & diſcutientem: ob hæc intemperiem omnem frigidam, & ſimplicem, & cum pituita, vel flatibus ſanat, & ab his colico dolori nato, ſi cum decocto conveniēte iniiciatur in inteſtina, mirifice prodeſt. Itē cerebri, nervorum, articulorum, & lumborum affectibus frigidis præſens eſt auxilium. Laſſitudines quoque tollit, venarum ſpiracula aperit, paralyſi medetur, ſpinę dorſi illitum, & horrori febrili.

De oleo balſami, l. quidambar, & petroleo.

Huic oleorum generi proximum *Balſameleon*, id eſt, *oleum balſami*, & *liquidambar*; utrumque experegrinis arboribus defluens. Primum ob mirandas vires *balſamum* nuncupatur. Elicitur ex arbore pumila, nec elegante, colore ſubcineritio, flore lutei Iaſmini ſimili. Folia ei circa finem autumni decidunt, vere renaſcuntur. In Arabia felici, & Ægypto, atque tractu Babylonico læte fruticat. In frigidioribus plagis non niſi ægre cituratur. Ad ejus ſucci pinguis eductionem aliquando tenuiores ſurculi præſcinduntur, quibus lagenulæ appenduntur cera oblitæ, in quas ſtillatim defluit. Sæpius rami craſſiores vulnerantur, & ex hiatu corticis pretioſa iſta lachrima ſtillat; cuius uſus intus & foris celebratur.

Aliquot enim guttæ ſubinde ieiuno ſtomacho exhibitæ aſthmaticis valde conferunt; iecoris obſtructiones ſoluunt, menſes movent, ſtomachi dolores ſedant, phthiſicos iuvant, appetitum excitant.

Liquidambar.

Liquidambar *reſina quodam oleoſa eſt, ex arbore quadā inciſa defluens prægrandi & venuſta, Occoſolt* Indis dicta, vaſtę magnitudinis, foliis hederaceis, cortice craſſo, cinereo, qui vulneratus, hoc oleū ſtiriatim effundit, *Liquidambar* dictum, ab odoris ſuavitate, quaſi ambarum liquidum, aut oleum de *ambra*, vel *Lambaro*.

Arbores ex quib. ſtillat, adeo fragrātes ſunt, ut è locis, quib. naſcuntur, ſuaviſſimus odor in vicinas regiones deferatur. Plurimus a. eſt huius liquoris uſus in medicina: calefacit enim, roborat, reſolvit, omnē tumorē emollit, obſtructiones expedit, menſes movet, hyſtericis affectibus prodeſt, atq; aliis multis mulierum morbis ſuccurrit.

Petrolæum.

Petrolæum ſolius naturæ munus & opus eſt, non pharmacopœi, qui id tantū colligit, vel collectū emit, ſervat, & ad uſus exhibet: nā in terræ ſinibus id natura cōficit, & è mediis rupib. ac petris eructat, unde nomē.

Ejus autem proventus in his regionib. eſſe ſolet, in quibus bitumen, ad q̄ refertur. Eſt namq; *bitumen*, *Aſphaltus* Græce dictū, vel denſum, vel liquidū. Denſum eſt veluti terræ pinguitudo aquis primū ſupernatans, q̄ dein vento & undis agitata ad littus eiicitur, ibiq; concreſcens denſatur, & tenaciſſima efficitur. Legitimum bitumen *Iudaicum* eſt, quibuſdam *Sodomeum* dictū, q̄ in ripis lac⁹ Sodomei inveniatur. In Europa rariſſimū. Liquidum Græcis dicitur. *Naphta*, quæ ſi Babylonica fuerit, velut bituminis eſt colamen, colore candidū, cui vis ineſt igniū rapax, ut ex ſpatio protinus in eam tranſiliant, inquit Dioſcorid. c 85. *lib.* 1. Quod etiam de bitumine quovis denſo ac vero ſcribitur. Præter naphtā dictā alia eſt fluxilior inſtar olei, quæ è petris & ſaxis ſtillat, qualis eſt illa, quæ in agro Mutinenſi ex monte Gibio, & aliis Inſubriæ locis ſcaturit, vocaturque *Petroleum*, quaſi *de petra oleum*.

Eſt & bitumen quoddam foſſile & terranum: idque duplex; unum minus durum & friatu facile, quod vulgus *lapideum*, ſeu *petreum carbonem* nominat, alterū duriſſimū, & intenſa nigredine nitens, *Gagates* dictum, de quo poſtea *lib. de ſimpl.* Sunt qui *ſuccinum*, bituminis duri genus quoddam eſſe, non præter rationem dicunt.

Bituminis igitur magna eſt latitudo, ad cuius cognationē multi referunt *Piſſaphaltum* & *Mumiam*. Eſt a. Piſſaphaltos *mixtura quadam pice & aſphalto, ſeu bitumine denſo confecta*, quæ in urbes maritimas propicandis navibus advehitur. Dicitur vero *Piſſaphaltos*, Arabibus *Mumia*, quæ lingua vernacula *Balſamum* deſignat, cuius loco, mediocris fortunæ Syri, & Arabes *piſſaphalto* cōdiendis mortuorum corporibus utebantur. Sic pro *balſamo*, *piſſaſphaltum*; pro utroq; *Mumiam* effecerūt, tamen inter ſingula ne quidem ſit nominis aut cognatio vel affinitas. Nam balſamum naturale, *opobalſamum* eſt; Artificiale ex multis aromatis conſtat, condiendis regum corporibus dicatum: Piſſaphaltos *mixtura quadā expice & aſphalto compoſita*: Mumia vero *quid ex utroque, vel alterutro, & corporis putrilagine exurgens*, cuius improbandos uſus plūribus refellere noſtri nunc non eſt inſtituti, ad quod, ut redeam, dico, petrolæum à pharmacopoliis non eſſe ablegandum, cum vires habeat ad multa requiſitas. Calefacit enim, ſiccat, eſſentiæ tenuitatē aperit, penetrat, digerit, materiam omnem excrementitiam reſolvit, morbis cerebri, & nervorum multis prodeſt, ut epilepſiæ, lethargo, & paralyſi.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 838 sur 955

SECTIO. II.

De Oleis destillatione tractis, ac Primum de his, quæ per descensum eliciuntur.

Præter dictos olea conficiendi modos, alios adhuc multos subiungit Mesue, quibus uno verbo per resolutionem illa fieri scribit: Chymistæ per descensum & ascensum; de quibus postrema huius libri sectione, ut aliquid dicamus, liberum Mesue nobis aperuit iter, & occasio se se obtulit opportuna. De his autem pauca quædam tantum subiungam, tum quin ad oleorum his artibus eductionem, operoso labore, diuturno tempore, & magno sumptu opus est, tum quia nunc à quibusdam malæ sortis hominibus, ut plurimum ignaris, sæpe vafris circulatoribus, qui vanis pollicitationibus plebeculam fallunt, atque in arcanis perquirendis & magisteriis conficiendis, ut loquuntur, tempus conterunt, illa ipsa parari videamus. De multis pietate & doctrina probatis viris non loquor, qui rerum abstrusarum studio pellecti, naturæ secretiores thesauros, ac mirandas rerum à se creatarum vires rimantur, medicamenta variis modis parant, diversis formis immutant, ac pro diverso apparatu diversas qualitates vel mistas seiungunt vel mutuli seiuncta, utilem & expetitam retinent, atque ita solerter cogunt, ut parua sub mole vires habeant efficacissimas. Verum Medicis tantum peritis huiusmodi medicamentis fas est, quæ ab Idiotis exhibita periculi plena sunt & multos in discrimen vitæ præcipitant. Licet vero Medicis & Pharmacopœis probatis, qui sunt tanquam illorum manus, olea quædam Mesuen consulto, more Chymicorum parare, ut destillatione, quæ fit vel per descensum, ad quem refertur descensio, per transudationem & per deliquium; vel per ascensum, ad quem refertur destillatio per inclinationem.

Eductio oleum per descensum fit, ubi absque elevatione prolectatus humor deorsum stillat in vas subditum, neque datur illi via sursum ascendendi, sed collique factus forma vaporis intus prodit, dein cogitur, & per inferiora stillat. Eliciuntur autem olea per descensum, non ex omnibus æque mixtu, sed ex quibusdam tantum lignis & resinis, atque ex his, quæ à calore ascensorio destruuntur. Quæ vero sic educuntur, cum sint crassiora, nigriora, sapore & odore magis ingrata, frequentius ad externos affectus usurpantur. Per os etiam aliquando sumuntur, & effectus proferunt eximios. Vnius autem vel duorum exemplo multa poterunt parari: ut;

Oleum Iuniperi.

Baccarum Iuniperi quantitas idonea ponatur in vas figulinum, in fundo pertusum: aliud ei supponatur cujus orificium illius fundo foraminulento optime coniungatur, & lutetur argilla tenaci, aut pasta glutinosa circumposita: atque ita disponantur ambo, ut quod vacuum est, in fovea quadam latitet, terra obrutum; Superius, quod juniperum continet, extra terram promineat, circum quod, dum accenditur ignis, oleosam liquat pinguitudinem, intus latentem, quæ congregata delabitur in ollam defossam.

Ex ligno quoq; *iuniperi* oleum hac arte subducitur, atque etiam *gagatis*, & quarundam resinarum.

Oleum juniperinum ad vitia cutis commendatur, ut Serpiginem, morpheam, & alias affectiones quasdã profundiores. Renum quoq; morbis convenit, utero frigidiori prodest, eumque ad conceptionem reddit magis idoneum.

Porro ut laboriosum, sic superfluum esset alia olea recensere, quæ simili modo educuntur. Nunc igitur pauca quædam subjungamus, quæ velut per transudationem, aut deliquium, ut nonnulli volunt, invido loco eliciuntur.

Oleum Tartari.

Tartarum olla fictili exceptum in fornace, vel furno calcinetur, ut albescat: dein teratur: post in manica Hippocratis, aut simili conceptaculo pyramidali imponatur, & in loco vdo suspendatur: Supponatur vas idoneum ad liquorem, qui sensim destillabit, excipiendum.

Tartarum *fax quædam est vini dolii lateribus adhærescẽs, quæ ex vino quovis vel albo vel rubro, modo generoso semper optima est.* Ex ea oleum, vel potius liquor sulfugineus educitur, si idoneo vase excepta, igne luculento uratur, donec albescat: refrigerata ac trita, sacculo cannabino, aut panno lineo involuatur, & in aere vapido, ut in cella vinaria tres, aut quatuor dies, vel plures, si opus sit, appendatur. Sic enim tabescens liquorem quendam, velut sudorem emittet in subditum excipulum, vocatur sæpe *tartarum, petra vini.*

Nonnulli fæculas vini, seu tartarum acero macerãt, dein calidis sub cineribus coquunt, uruntque, dum nigrescat: Postea denuo terunt, servantq; in vase inclinato dies octo, aut plures in loco vdo, quousq; in oleum aqueum resolvatur. Sed præstat fæculas in olla calcinatas ad albedinem, in sacculo reponere, atque in loco humidiore servare, donec oleum in subditum quoddam vas effluxerit.

Valet hic liquor ad cutem erugandam, scabiem tollendam, & ulcera capitis manantia curanda. Confert etiam ad pustulas Indicæ luis sanandas. Obstructionibus quoq; solvendis, mensibus movendis, & meatibus reserandis prodest, si ex aqua, vel decocto idoneo debite sumatur.

Extrahitur quoq; tartari liquor ascensoria destillatione, de qua mox loquemur.

Oleum myrrhæ.

Aliquot ova recentia coquantur, donec induruerint: per mediam vel longitudinem, vel latitudinem incidantur: vitelli eximantur: cavitates *myrrha* pingui, ac trita impleantur: albuminum partes incisæ jungantur: filo parum constringantur, & craticulæ inter duas paropsides collocandæ superponantur. Tum in loco subterraneo, ut cella vinaria, vel alio humidiore ponãtur. Sic enim myrrhæ liquatus humor sensim in paropsidem inferiorem destillabit.

Solent aliquando bacilli craticulæ loco, super patinã quadam, aut paropside adaptari, & albumina indurata myrrham tritam continentia superponi: Sed quorum acetabula non ita astricte simul jungenda, ut negetur exitus liquori è *myrrha* defluẽti. Nã si enim pateat vel rimula quædam subterlabendi, vix in subditum vas aliquid stilliabit. Bacilli nonnunquam super farragine aut alio vase idoneo collocantur, quibus ova superponuntur *myrrha* gravidata. Dein vas in puteo pedem unum aut alterum super aquam suspenditur, illicque relinquitur diem integrum aut biduum, ut ex *myrrha* transudet liquor in vas subiectum. Oleum de myrrha adhuc educitur arte ascensoria.

Vtroq; modo eductum ad multa commendatur, & maxime ad curandos affectus multos est efficacissimũ. Falluntur, qui alterutrum pro *stacte* usurpant, de cuius natura & viribus postea agemus *lib. de simplicibus.*

De oleis ascensoria destillatione tractis.

Prolectatio liquoris oleosi vel descensoria est, de qua breviter locuti sumus, vel ascensoria, quam paucis quoque perstringere intendimus. Ea autem fit dupliciter, vel per alembicum, vel retortam, seu inclinationem: quæ tamen hoc postremo sit, recte loquẽdo, nec descensoria, nec ascensoria est, sed media, vel utriusque particeps: quæ vero fit per alembicum destillatio, rectam

ctam postulat cucurbitam, aut vesicam, cui rostratus alembicus imponendus est. Aliquando rostri loco alembicus è vertice veluti fistulā quandam promit, incuruā, quæ canali longo, in gyros, more serpentum, à quibus sæpe nomen habet, intorto, committitur. Debet autē collum cucurbitæ esse gracile & longum, si materia destillanda tenuis est; si crassior, & illud brevius & patentius: atque cum illa sæpius immutanda est & renovanda, matula quavis cucurbita aptior erit.

Nonnunquam arena, aut sal, aut aliud quippiam destillandæ materiæ commiscetur, dum facile fervefit, & ad summum perreptat.

Porro vas materiam destillandam continens ita aptari debet, ut subtus calor administretur, sitque via sursum spiritibus, quibus condensatis pateat exitus per rostrum, cui tubus longior inseritur, versus ima propendens, & medium dolium, frigida plenum (refrigeratorium vocant) trajiciens, qui materiam defluentem defert in excipulum illi commissum.

Est vero destillatio vel sicca, vel humida. Illa fit in fornace, nunc solis carbonibus accensis, nunc arenæ, aut cinerum calidorum interventu. Humida fit per balneum Mariæ, & balneum roris. Istius vero balnei & fornacis tot sunt varietates ac diversi destillationis modi, ut vix possint omnes legibus cōprehendi. Quomodo vero hac arte olea usitatiora eliciantur, nunc breviter explicare instituimus.

Oleum de lateribus.

Lateres antiquatos in fristula comminutos, prunis accensis tamdiu urito, donec igniti rubeant: Tū in oleum vetus & clarum inicito & dimittito, donec oleo se impleverint: postea in tenuissimū pulverem terito, & in cucurbitam vitream indito: Alembicum rostratū imponito, & in fornace, ut decet, structa, collocato: Ignem subtus accendito, & oleum, quod emanabit, servato.

Lateres ex terra rubente confecti, ut præstantiores seligendi sunt, & in fristula crassiora, ut ʒ vj. aut ʒ j. cōminuendi: Tum oleo antiquo & claro, vel oleo roris marini, si suppetat, extinguendi & insuccandi: Postea lævissime pulverādi, & in cucurbita vitrea, rite fornaci accommodata, & luto oblita reponēda, atq; igne suppositō ita calefaciendi, ut ex his oleum emanet; Quod diversis nominib. insignitur: A quibusdam enim Medicis recte *oleum de lateribus* nuncupatur, ab aliis, non improprie *petroleum artificiale*, ad differentiam naturalis, quod è saxis sponte naturæ distillat. Nonnulli speciosiore nomenclatura, *oleum sanctum, divinum, & benedictum* appellant. Spagyrici multo arrogantius, *oleum magisterii*, & *oleum philosophorum* nominant: quos ideo irridet Sylvius, quod se philosophos ubique, & quotidiano sermone & scriptis appellent; Et φ mireris, inquit, solos se philosophos affirmant. Sed quod re non consequuntur, id nomine quærunt.

Oleum philosophorum extenuat, in altum penetrat, materiam omnem excrementitiam digerit & absumit: frigidis affectibus lienis, renum, vesicæ, nervorum, uteri & articulorum conducit. Lethargo quoque, paralysi & epilepsiæ prodest. Calidum est in 3. recessū; & quanto antiquius, tanto ad omnia efficacius existit.

Oleum Vitrioli.

Vitrioli lib. x. aut xij. pro arbitrio, in vas vitreum luto obductū coniiciuntur, & igne subtus accenso, phlegma extillatur: Dein exemptū vitriolum contunditur, & extillato phlegmate perfunditur: Idque denuo iteratur, ut ante, usq; dum phlegma nullū amplius emanet, sed spiritus prosiliant: Postea removetur ab igne; & calx rubicunda sumitur; quæ pulverata cucurbitæ vel incuruæ, vel potius rectæ imponitur, & amplo recipiente adaptato, atque commissuris diligentissime obseratis, nocte dieque luculentissimo igne, urgendo oleum destillatur. Ubi omnia refrixerint, totus liquor eximitur, imponiturque in ampulla vitrea, & ex arena calida, primum aqua insipida, dein acida & acris, quam oleum appellant, separaturq; à sedimento. Hoc oleum si sæpius phlegmate perfusum distilletur, dulce redditur: ut etiam circulatione cum vini spiritu. Huius enim & olei prædicti pondus æquum Chimici miscent, digerunt, & ex ampulla singulari evocant, donec alumine à chalchāti sulphure separato, oleū dulce remaneat.

Ex vitriolo multa habentur seorsim elicita remedia, spiritus, oleum acidum & subdulce, sal, colchotar & balsamum quoddam chymiatris dictū. Spiritus vitrioli ab oleo, præparatione, tenuitate, & agendi virtute multum distat: Est n. subtilior chalchanti liquor, seu quinta essentia, ut cum Chymicis de Chymico remedio loquar, quæ fit multis modis, ut ex chalchāto igne vehementi in erecta ampulla novies agitato, adeo ut, quod destillavit, super terram ipsam (colchotar vocāt) pulveratam semper refundatur, tandemque igne vehementissimo per ampullam incuruum propellatur. Sic n. spiritus vitrioli efficacissimus habetur. Nonnulli ex præstantissimo vitriolo aquam, & oleum: seu spiritus crassiores simul extillant, quos dein à fæcibus repurgant, donec in subtiliores spiritus attenuentur. Melius tamen eliciuntur dum ii pelluntur per novum alembicum, effundendo semper extillatitium liquorem super caput mortuum, atque postea ipsum circulando integram hebdomadam.

Vulgare autem oleum vitrioli modo hoc vulgari solet educi. Sumitur primo quantitas quædam idonea vitrioli naturalis & optimi, ut Cypri; In vase cupreo calcinatur ad ipsius rubedinem & phlegmatis dissipationem; Dein teritur & incucurbita luto obducta includitur: aqua vitæ irrigatur, & diem integrum sic relinquitur, ut dicto liquore madeat: Tum in fornace, ut decet, instructa, ut plurimum quadrata collocatur & lutatur: Postea subtus ignis primum moderatus, dein vehementissimus accenditur, quoad totus liquor extillarit, qui postquam refrixerit, cucurbita parva excipitur, capitello superposito coarctatur, & sic in balneo Mariæ igne blando aqueus liquor stillat, remanetque in fundo vasis oleum purum & acidum. Id postea alia cucurbita exceptum, igne circumquaque accenso magis purgatur, atque pro illius efficacia & moderato, aut violento calore, colorem acquirit magis, aut minus rubrum vel album. Ex lib. 1. vitrioli rubificati ʒ iij. olei sæpius eliciuntur.

Oleum vitrioli qualitates habet omnes adeo intensas, ut per se solum non assumatur, sed vel aquis, vel decoctis, vel conservis ante permixtum. Et licet sit calidissimum, ejus tamen aliquot guttæ, multa aqua confusæ, eam reddunt acidulam, & febrientibus ut gratam, sic sæpe utilem. Tenuitate enim partium cito penetrat, aquam ad partes remotas defert, & obstructa liberat, aciditate putredinem arcet, viscera recreat, atque pesti, epilepsiæ, paralysi & urinæ suppressioni plurimum confert. Non tantum decoctum simplex rosarum, sed syrupum violatum, colore purpureo, & eleganti mira vi inficit, & acidulo sapore grassimum utrumque reddit. Illius enim aliquot guttæ in dicti syrupi unciam injectæ, eum ex violaceo rubeum efficiunt.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 840 sur 955

Oleum Sulphuris.

Campanæ ſuſpenſæ ita ſupponatur patina aliquãto latior, ut labra utriuſque circiter duos, aut tres digitos à ſe invicem diſtent. Fundo patinæ admodum elato ſuperponitur vaſculum ſulphuris ignem non experti quantitatem quandam continens, quod ferro ignito accenditur & agitatur. Eo abſumpto, aliud ponitur, & ſimiliter ignitur, ut ex ejus copioſo vapore ſurſum ad campanam rapto, concretus liquor oleoſus deſcendat in ſubditam paropſidem.

Alii ſulphuris & pumicis, vel ſilicis tritorum partes æquas ſumunt: mixturam incurua cucurbita exceptam ad moderatum ignem adhibent, & oleum educunt opimum.

Non tantum his duobus modis, ſed aliis pluribus, oleum è ſulphure educitur. Nonnulli enim *ſpiritum vini* ſulphuri pulverato adiiciunt & accendunt: Abſumpta aqua ſulphur terunt, eique arenam commiſcent, & ampullæ includunt, atque igne lento oleum eliciunt. Quidam addunt *calcem*, alii *tartarum*, nonnulli *ſalem*: verum id melius habetur, quod ex ſolo ſulphure, dein quod ſine his educitur.

Oleum ſulphuris non tantum utiliter adhibetur exterius ad dentes dealbandos cutis fœditates delendas, & ulcera venerea ſananda, ſed etiam interius ſumitur ad eorum morborum expulſionem, qui à flatibus, aut materia frigida craſſa, & putri oriuntur. Peſti quoque non parum confert, epilepſiæ, aſthmati, & multis aliis pulmonum affectibus, ſi ex aqua vel decocto idoneo ſumatur: Odontalgiæ etiam proficit, ſi eo dens affectus, vel leniter attingatur. Inficit quoque præ rubro colore roſarum infuſum, ſi in id illius aliquot guttæ inſtillentur.

Oleum mellis.

Mellis boni quantitas idonea ſumitur, in boccíam amplam cum tertia aut quarta arenæ parte iniicitur, & ſuperpoſito pileo roſtrato, & infernè igne accenſo, aut cineribus, vel arenis calidioribus circumpoſitis oleum elicitur.

Ad huius olei eductionem arena aut ſilices triti cõmiſcentur, quod ignis vi mel facile ferveat, & totum aſcendat, maximè ſi ignis lucullentus, quo opus eſt, accẽdatur. Proinde cucurbita luto quodam incruſtanda eſt, & vas recipiens, una cum pileo roſtrato ſubinde pannis frigida madentibus tegendum. Qui verò poſtea liquor effluit, uniuſmodi non eſt; Primum enim aqua quædam effluit alba, dein magis colorata, ac rubeſcens & oleoſa, quæ ſeorſim aliquando ſervantur ad diſſimiles uſus. Simul verò mixtæ in balneo ſeparantur: Nam aquoſiore parte extillata pinguior remanet & fœtatur.

Oleum mellis valet ad dolorem podagræ ſedandũ, vulnera curanda, capillos renaſcendos, producendos, & ruſſo colore inficiendos.

Oleum Ceræ.

Ceræ virginis & odoratæ quantitas quædam ſumitur, cui liquatæ ſilicum tritorum, aut arenæ à ſordibus purgatæ tertia pars commiſcetur. Ubi mixtura refrixerit, ampullæ erectæ imponitur. Superponitur capitellum cum roſtro; Subſterniturignis primum lentus, dein auctior, ut oleum extillet.

Ex multiplici huius olei trahendi modo, ſelegimus hunc, ut breviorem & faciliorem, per quem oleum eductum ad multa eſt efficaciſſimum. Si quis malit aliò modo parare, nec laboris pœniteat, ceram odoram & liquatam in aquam proiiciat, idque octies, aut decies repetat, manibus ſemper agitando, dein in retortam põnat, & lento igne ſine cineribus oleum educat: quod ſi cui propter ſpiſſitudinem diſpliceat (butyri namque inſtar craſſum eſt) bis, terve deſtillationem iteret, & oleum habebit liquidum, & fluxile.

Ex *gummi Elemi*, oleum modo ſimili, quo ex cera educitur optimum, ad vulnera ſananda accommodatiſſimum. Eodem quoque modo trahitur ex pinguedinibus animalium, additis ſilicibus tritis, vel arena, aut lateribus comminutis.

Oleum Terebinthinæ.

Oleum ex Terebinthina trahitur in cucurbitam rectam, quam incurua, addita arenâ à pulvere, & ſordibus mundata, & ſubſtructo igne; primum blando, dein paulo validiore. Primum oleum clarum & tenue, dein craſſius, & aurei coloris. Unumquodq; ſeorſim reponendum.

Nonnulli *ad terebinthinæ* ℔ *iij. ſalis m. j.* & *aquæ vitæ* parum adiiciunt. Iſta ſic confuſe mixta & matratio incluſa, igne urgent, ut oleum emanet.

Oleum terebinthinæ intro ſumitur ad aſthma, Empyema, anhelitus difficultatem, ad calculum, colicum dolorem, & frigidos flatuoſoſque affectus. Exterius adhibetur ad nervos lauciatos, vel intemperie quadam laborantes, & ad vulnera carne implenda, agglutinanda, & ad cicatricem perducenda.

Plurimum valet ad extinctionem *hydrargyri*, cuius ad luem veneream celebratus uſus.

Oleum Caryophyllorum.

Caryophyllorum quantitas idonea ſumitur, in aqua pluvia horas duodecim, vel diem integrum macerantur, in boccia recta, vel, ut alii malunt, retorta, bene obturata, ut nihil expiret; dein ſuperpoſito capitello, per cineres calidos ita urgetur, ut oleum extillet, ab aqua poſtea ſeiungendum.

Per alembicum quoque cupreum affabre conſtructum, oleum hoc facile educitur, atque etiam per deſcenſum, ut *oleum iuniperi* & *guaiaci*. Nonnulli parum vini ſtillatitii commiſcent.

Ob vires eius inſignes pro *opobalſamo* ſubſtitui ſolet, nam intrinſecus, partes, quæ principatum tenent, & ſpiritus recreat, putredinem arcet, flatus dilcutit, meatus aperit, frigidos humores digerit, melancholicos diſſipat. Externis admorum vulnera tecentia & ulcera antiqua ſanat, cariem oſſium emendat, & dolorem dentium à cauſa frigida ſedat.

Oleum *Macis* ſimili modo extillatur. Calefacit & digerit humores frigidos, ventriculum roborat, cochinem juvat, appetitum excitat, atque aliis commodis multis utentem beat.

Oleum *cinnamomi* operoſius & carius educitur: ex ejus enim ℔ j. vix olei ʒ j. extillatur. Sed ob ejus præſtantiam balſamo naturali comparatur.

Oleum *nucis moſchatæ* ut *macis* deſtillatur, & ad eoſdem uſus exhibetur. Ut etiam illud, quod *ex nucibus moſchatis* exprimitur, de quo *ſupra*.

Oleum Aniſi.

Aniſi ℔ j. aut maior vel minor quantitas ſumi-

tur,

tur, contundatur, in octupla, aut decupla aqua per horas aliquot macereturin vesica cuprea, seu alembico, refrigeratorio quodam comitato ponatur; dein igne primum moderato, postea valentiore destilletur. Tum demum ab aqua oleum separetur.

Cum hoc modo oleum & aqua simul ascendant, & descendant postea in excipulum, hæc ab illo sejungenda est: quod rite fiet instrumento quodam instar infundibuli formato, in quod totum destillatum conijcietur, & ita collocabitur, ut acuminata & angustior infundibuli pars, cera obturata, versus ima propendeat. Tunc namque locum imum aqua, supernum oleum occupabit: ablata cera, & reserato foramine, illa effluet, hoc remanebit & servabitur.

Valet ad colicum dolorem à flatibus & frigore natum, ad Tympaniam, ventriculi inflationem, cruditatem, acidum ructum & intestinorum rugitum.

Eadem arte parantur olea ex seminibus *petroselini, fœniculi, dauci & cumini*, quæ ut ex plantis proveniunt cognatis, sic cognatas habent vires.

Oleum de spica.

Spica maior, seu lavendula latifolia alba sumitur, in vino albo odorato maceratur, & per alembicum destillatur: dein serosus liquor separatur ab oleo usui reponendo.

Vix unquam per se hoc oleum usurpatur, sed aliis ante permixtum medicamentis maxime topicis, ut emplastro Vigonio. Ad alios quoque multos, præter medicos, adhibetur usus.

Thymi oleum eodem artificio trahitur, valet ad effectus quosuis frigidos, si debite tam intra, quam extra usurpetur.

Ex *margaritis tritis succo limonum*, vel *aceto distillato* maceratis, solutis, in calcem redactis, aqua pluvia irroratis, & artificiose destillatis, liquor quidam trahitur, sed cum materia superet opus, opus virium præstantiam, hoc remedio sumptuosiore, pharmacopolam carere posse censemus.

Oleum Margaritarum Geigeri.

℞. Marg. pulv. adde Aceti acerrimi, vel sp. vitriol. vel suc. limon. vel succi berber. vel aq. salis gemm. vel sp. vin alc. ad 3. digit. emin. f. solutio in phiola benè clausa, menstruum in B.M. abstrahe. Materiæ in fundo ulictæ affunde novum menstruum, solv. purif. abstrah. repet. ut solutio purissima fiat, post abstrahe menstr. Magist. lava qua pluv. destill. & aqua per inclin. separetur, idque toties quoties aqua acida fit. ℞. postea huius Magist. aff. spir. vini ad emin. 2. digit. diger. octid. clauso vase in cineribus, & adcrit oleum innatans sp. vini quod separa, novum postea aff. spirit. usque dum omne oleum extractum sit. Dosis gutt. 8. vel 10. in Cordis variis affectibus.

Olea Metallorum.

Non tantum ex vegetantibus & mineralibus, sed etiam metallis Chymiatri multiplici arte, labore, & mixtione olea quædam exhibent, sed quæ non adeo sunt eximiis dotibus insignita, ut ipsi prædicant. Nam *omnia metalla nostræ naturæ vix amica sunt, aurum & argentum si exceperimus*, ex quibus oleum vix unquam prostat eductum. Sed demus *salis nitri*, aut *aceti distillati*, aut *vini spiritus*, aut *aquæ fortis*, vel omnium, vel horum tantum aliquot, vel etiam *succi limonum*, aut blandiorum auxiliorum interventu, tincturam quandam elici, aut liquorem seu eductum seu adquisitum haberi; huic tamen vires eximias tribuere videtur iniquum: *Qualescunq; vero sint; intro sumantur, infelices ut plurimum producunt effectus, ut sæpe ancipites, dum foris adhibentur.* Hoc non tantum videtur innuere Hieronymus Rubeus artis Chymicæ peritissimus, sed illa etiam remedia improbare, dum scribit, *extrinsecus à perito Medico admota posse juvare: sed interius præbere*, inquit, *vix auderem, quod ab acutis aquis, & ignis vi, inimicam visceribus qualitatem & admodum perniciosam adipiscantur.* Quo nomine Paracelsi remedia complura mihi admodum suspecta sunt; & plerique scribunt, *Basileæ ad unum omnes, licet initio præclare adiuti viderentur, tamen intra anni spatium mortuos esse, quicunque Chymica ejus pharmaca, ex metallis confecta in corpus assumpserunt.*

In metallis igitur in calcem reducendis, aceto macerandis, solvendis, sale tartari aut nitri elaborandis, aut alia mixtura, artificioque tractandis, nec res suas frustra, nec tempus conteret prudens pharmacopœus; Cum q̃ in Officinis solent consueto modo parari, ad medicinam recte faciendam, sat esse possunt. Nõ tamẽ improbo quorundam oleorũ per destillationem eductorum usum, his in morbis, qui ordinariis medicaminibus non cedunt. Nam cum *malo nodo malus cuneus* sit *adhibendus*, si consuetum remedium sæpe datũ nõ profuit, ad aliud transire ex arte inventũ & datũ non nefas. Propterea usitatiorum quorundam oleorum & minus violentorũ descriptionẽ dedimus, quibus aliquando Medicus prudens poterit uti. Ut a. multa alia per destillationem educi solita negleximus: sic alia quoque non pauca per expressionem & impressionem elicita omisimus, tanquam superflua, & fere nunquam usitata, ut *oleum Costinum, balaninum, nucis Indicæ, hyoscyami, de ranis, de piperibus, de torpedine*, & alia quædam potius ad ostentationem, quam necessitatem inventa.

OLEAVARIA COMPOSITA.

Oleum otalgicum. *Mynſ.*

℞. *Rad. Hellebori nigri Vnc. ß.*
Pulp. Colocynthid. Drach. iij.
Fol. Senæ elect.
Lauri ana Drach. ij.
Millepedum vivor.
Aliptæ Moschatæ
Caryophyllorum ana Drach. j. ß.
Herb. Rorismarin
Auricul. muris
Maiorana
Sabinæ ana M. S.

Coq. in vino & ℞. Colaturæ Unc. iij.
Ol. Amygdalat. amar. Vnc. ij.
Bac. Iuniperi
Petræ ana Vnc. ß.
Formicarum Drach. j. ß.

Denuo coq. ad consumptionem humiditatis & oleum ad usum reserva.

Vires & Vsus.

Auditus difficultati confert & tinnitum tollit. Manè autem & serò pauculæ guttulæ prudenter auribus instillentur, vel madefiat gossypium imponendum.

Oleum acovisticum ambratum. *Mynſ.*

℞. *Ol. Amygdalar. amar. Vnc. iij.*
Nardini comp.
Lilior. alb. ana Vnc. ij.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 842 sur 955

Suc. Origani
Maioran.
Rutæ
Porri
Raphani
Caparum ana Vnc.j.
Mixta coquantur ad ſuccorum conſumptionem, poſtea oleo colato adde.
Sp. Vini Millepedibus prius impregnati
Aceti vini acerr. ana Vnc.ß.
Ambragriſeæ
Flor. Serpilli
Bac. Sabinæ
Sem. Cimini
Macis ana Drach.j.
Cubebarum
Hellebori alb.
Maſtichis
Ladani
Styrac. calc. ana Drach.ß.
Caſtorei veri
Piperis long.
Croci or.
Nitri prep. ana Scr.j.
Omnia per ſe pulveriſata, & diligenter conquaſſata denuò in B. aquæ magnificè bullientis ad conſumptionem humiditatis coquantur, permittendo refrigerari, poſtea oleo expreſſo & benè colato immiſce.
Ol. Formicarum
Aniſi ana Drach j.
Gallia Moſchat. ſubtiliſſimè
Pulveriſat. Scr.j.
Miſce & ad uſum repone.

Vires & Vſus.

Contra ſurditatem & gravitatem auditus, nec non tinnitum ab humore & vapore, vel etiam à flatu, expertiſſimum eſt: Aurium etiam dolores ſiſtit. Apoſtemata rumpit, & ulcera manantia curat. Uſus eſt, ut aliquot guttæ in aures manè & veſperi ſtillentur, claudendo cottone moſchato; Sic tribus aut quatuor diebus ſæpè auribus medetur.

Oleum Carminativum.

℞. Ol. Sem. Cymini Vnc.ß.
Faniculi
Aniſi
Carui ana Drach.j.
Anethi
Aurant.
Chamomill. ana Drach.ß.
Miſce & ad uſum repone.

Vires, Vſus, Doſis.

Medicamentum vere anodynum eſt: Diſcutit enim flatus, Hyſteralgiam & omnes morbos ex ventoſitate ortos curat. Tum quoque dolores Pectoris, Ventriculi, Lienis, Inteſtinorum, Renũ & Veſicæ lenit atque placat. Melancholiæ flatuoſæ ſeu hypochondriacæ auxilio eſt. Doſis à gutt. iij. ad v. & vj. in vehiculis appropriatis.

Oleum ad Vrinæ difficult. Prævotii.

℞. Fol. lauri
Mentaſtri
Serpill.
Puleg. ana mj.
Camom. mj. ß.
Cort. rad. raph. ℥ ß.
Sem. Cumin. ℥ ij.
Ol. Comm. ℔ j. ß.
Vini albi ℔ j.
f. infuſ. per 24. hor. coq. ad humid. conſumpt.

Oleum nephirticum. Mynſ.

℞. Ol. Succini alb. rect.
Terebinthinæ
Iuniperi ana Vnc. iiij.
Fermenti panis cibar.
Salis Communis
Tartari alb. ana Vnc.j.
Aq. Hederæ ter.
Petroſelini
Ononidis ana Lib. iij.
Miſc. & per alembicum diſtilla; poſtea ſepara oleum, & ad uſum reſerva.

Vires, Vſus, Doſis.

Virtuoſiſſimè & potentiſſimè calculum Renum & Veſicæ frangit, & per urinam expellit: Inſuper Colicos dolores ſedat. Uterum roborat & partum facilem reddit, ſi ex aq. Verbenæ parturienti propinetur. Cum aq. Tiliæ ſumptum, Capitis affectibus, nervorum reſolutionibus, morbo ættonito & Comitiali ſuccurrit; nec non narib us inunctum ab omni veneno & aeri peſtilenti præſervat. Doſis manè gut. v. ad vj. in vehiculis Specificis.

Oleum ſeptem florum. Mynſ.

Paratur ex oleo Olivarum per multas repetitas infuſiones florum Violarum. Sambuci, Roſarum, Chamomillæ, Liliorum alb. Verbaſci, Malvæ arbor rub. Infundantur autem flores in oleo, & quilibet ſuo tempore, dum haberi poteſt recens & ſeorſim, digerantur in ſole, & poſt debitam macerationem quilibet flos ſeorſim quoque, & fortiter exprimatur, & hic labor cũ aliis & recentibus floribus aliquoties repetendus &c. Sic tandem Oleum anodynum & verè Balſamicum accipies, in omnibus tam frigidis quam calidis doloribus appropriatum quod uſui repones.

Vires & Vſus.

Anodynum eſt. Capitis dolores & Cephalalgiam mitigat. Phreneticis & Vigilibus fronti ac temporibus impoſitum, ſomnum conciliat. Hypochondriorum tenſionibus prodeſt. Dolores Thoracis, Ventriculi, Coli, Uteri & nervoſarum partium ſedat. Pleuriticis, Tabidis & Hecticis præſenti eſt remedio. Febrium ardentium æſtus intolerabiles placat. Iecoris & Renum immoderatum calorem ſedat. Omnem Intemperiem calidam exſtinguit. Uteri durities emollit, & multos alios vulvarum caſus componit. Omnes tumores calidos vel reſovit, vel maturat. Laſſitudines diſcutit. Valet etiam ad ambuſta cum album Ovi, vel mucilag. Sem. Cydoneor. mixtum. Per clyſteres denique injectum dolores ventris ſiſtit, alvum irritat, ſeroſaque excrementa per inferna educit.

Oleum ſabinæ crocinum. Mynſ.

℞. Ol. Stil. Sabinæ Vnc. iij.
Croci orient. Drach. iij.
Miſc. & affunde ſp. vini ſuper Artemiſ. Centaur. min. & Cinamom. rectif. Unc. ij. Coq ad ſpiritus conſumptionem; poſtea ſepara oleum & ad uſum reſerva.

Vires, Vſus, Doſis.

Ad ejenda muliebria probatiſſimum. Doſis mane & ve-

& vesperi à gut. v. ad vj. & vij. in aq. Artemisiæ, pulegii &c. Item in vino Malvatico vel alio generoso & forti: In decoctione nostra contra Menses suppressos commodissimè offertur. Tempore autem, quo menstrua fluere consueverunt, exhibendum, ut sic adjuvante natura eò efficacius operari possit.

Oleum Balsami, Petri de ebano.

℞. *Myrrhæ,*
Aloes,
Spicæ Nardi,
Sanguinis Draconis,
Thuris,
Mumiæ,
Opopanacis,
Carpobalsami,
Bdellii,
Ammoniaci,
Sarcocollæ,
Croci,
Mastiches,
Gummi Arabici,
Styracis liquidæ ana drachmas duas.
Labdani,
Castorei ana drachmas duas semis.
Moschi drachmam semis.
Terebinthinæ ad pondus omnium.
Tritis conterendis misceantur, & alembico destillentur.

Balsamum hoc artificiale veri Balsami penuriam substituit, efficacia enim propemodum ad singulares Balsami vires accedit, atq; id potissimùm, quod hoc loco descriptum, ab omnibus ferè Chirurgis vulgo usurpatur. Hoc miscebat Aponensis Theriacæ, Mithridatio, Diacurcumæ, & Aureæ Alexandrinæ, eoque veri Balsami defectum restituebat. Tenuium partium est, calefacit, exiccat, & glutinat, quæ munia Chirurgis in curandis vulneribus magnopere expetuntur. Nervorum vitiis, Paralysi, cæterisq; noxis frigidis spinæ illitum confert. Quod si idem tepefactum inunxeris ante febrium accessionem, rigores mirè sublevat, cordis tremorem, palpitationem, ac Syncopem sanat. Hecticos & emaciatos impinguat addito Rhodostagmate occipiti & renibus illitum. Veteri præfocationes & strangulatus juvat, Comitialibus plurimisque aliis affectibus subvenit. Tristes, Melancholicos, ac animum despondentes reficit, nec non cadaverum putredinem vindicat.

Cinamomum pro Ammoniaco ex aliis exemplaribus addidimus, Fuchsius tamen id usurpat. Multas alias descriptiones reperies apud Fœsium & Fuchsium.

Oleum Balsami. Mynſ.

℞. *Oleor. Olivarum Lib. j.*
Hyperici
Bac. Lauri ana Vnc. j.
Gran. Iuniperi
Petræ ana Vnc. ß.
Lig. Rhodini
Spicæ ana Drach. ij.
Sem. Angelicæ
Anisi ana Drach. j.
Terebinth. Cypriæ in aq. Violar. lotæ Lib. ß.

Misc. & cum s.q. Rad. Auchusæ f. l. a. Oleum seu Balsamum rubicundum.

Vires, Vsus, Dosis.

Calefacit, aperit, discutit, tenuat, atque penetrat. Hinc omnibus affectibus frigidis auxiliatur. Flatus egregiè dissipat. In paralysi, nervorum origini inuncti, multum facit. Surditati, sibilo, & dolori aurium, à frigiditate, medetur. Dolores & rigores Febrium spinæ dorsi illitum tollit, & Febres abigit. Putredini & Pesti resistit. Calculos comminuit atque pellit. Sudores provocat. In spasmo, Colica, Hydrope, Tympanite, contracturis, Suffocatione Matricis, sanguine coagulato, stomacho debilitato &c. internè & externè usurpatum, præstans este remedium. Dosis à Scr. j. ad Drach. j. in vehiculis morbum respicientibus.

Oleum Formicarum. Mynſ.

℞. *Formicarum vivar.*
Sem. Eruca ana q. v.

Misc. & contunde, ut fiat quasi pasta: Hanc vitro inde, & sub dio soli tam diu expone, donec oleum accipias, quod per expressionem separa & ad usum, pro Balsamo nostro Venereo, reserva.

Vires & Vsus.

Si hoc oleo plantæ pedum & regio pubis ac perinei ungantur, mirabiliter torpentes excitat, etiam à maleficio tales.

Oleum lignorum. Mynſ.

℞. *Ras. Lig. Sancti Lib. iij.*
Sassafras
Rhodini ana Vnc. viij.

Mixta destillentur, ut est artis, & accipies Spiritum & Oleum, quæ seorsim aliquoties rectificentur, & ad Usum serventur.

Vires, Vsus, Dosis.

Spiritus habet vim diaphoreticam, & per sudorem expellit, quodcunque in corpore noxium. Dosis à Drach. ß. ad Drach. j. in vehiculis specificis. Oleum vero Experimentum est in Gonorrhæa; Contagioni etiam & putredini maximè resistit: Ea enim ratione morbo Gallico mire subvenit; Cujus ulcera, pustulæ, crustæ, vesiculæ &c. nec non serpigines & scabies ex Oleo hujus illinitione, curantur. Dosis internè à gut. vj. ad gut. viij. in liquore convenienti & appropriato.

Oleum ad Vermes Prævotii.

℞. *Herb. absynt.*
Card. ben.
Scord.
Tabac. ana m. j.
Rad. Cyclam. ℥ ß.
Colocynt. ℥ ij.
Ol. comm. ℔ j.
Aceti ℔ j.
Coq. ad cons. hum. adde
Col. Myrrh. pulveris. ℥ j.
M. & ebull. ad
Cons. Myrrh.

Oleum contra venena Prævotii.

℞. *Ol. ℔ iij.*
Vini albi arom. ℔ j. ß.
Rad. gentian.
Torment.
Imperat.
Vincetox.
Angel. ana ℥ j.
Summat. hyper.
Fol. tabac.
Rut. ana m. j.
Gran. iunip.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 844 sur 955

bacc. laur ana ℥ ß.
Stent per 4. dies, bulliant ad conſ. humid. expr. adde
Herb. Scord. mj.
Myrrh.
Aloes
Croci ana ℥ iij.
Bulliant per 6. horas & expr.

Oleum ad dolorem hæmorrh. Prævotii.

℞. *Rad. Scrophul. ℥ iij.*
Chelid. major. ℥ ij.
Spongiar. roſ. n. iij.
Sem. agni caſti ℥ ij.
Ol. com. lb. ij.
Mac. per octiduum, coq. & repon.

De Balſamis.

Balſamum, ſeu Balſamon Syris dictum, in officinis generali ſignificato lignum, ſuccum & fructum cuiuſdam arbuſculæ peregrinæ notat: ſpecialius ejuſdem tantum ſuccum, Opobalſamum, Græcis nominatum indigitat: Abuſive Chimici Balſamum vocant ſuas tincturas, olea, liquores, quintas eſſentias & extracta. Licentioſe quoque, ſed non improprie Medici quoſdam liquores craſſiuſculos & rubentes, multa arte, mixturaque confectos, & eximiis viribus inſignitos balſama nominant. Cum tamen Antibalſama potius, vel balſameleæ rectius debent appellari. Id vero nominis mutuantur, ob terebinthinæ, quæ velut omnium baſis eſt, reſinarum & aromatum mixturam, quæ corpus, colorem, odorem & vires tribuunt, omnia balſamo naturali analoga. Fiunt autem per deſtillationem, ut plurimum incineratoriam, in retorta, per quam liquor aqueus primum extollitur, deinde ad latus per incuruatum retortæ collum in excipulum delabitur: Qui ſecundus emanat, oleoſus: qui tertius, mellis inſtar craſſius eſt.

Nonnunquam balſama quædam parantur citra deſtillationem, incluſis nempe idoneæ ampullæ, ſimplicibus medicamentis & menſem integrum, aut alterum, in equi ſimo, quem ventrem dicunt, aut alio loco idoneo maceratis, dilutis & putrefactis. Sic ex ea aqua, quæ è foliculis ulmi colligitur, abiectis, qui intus recondantur, vermiculis, terebinthina, oleo hypericonis, & pauco gummi elemi phiala incluſis, diutiſſime concorporatis & inſolatu, vel alius caloris adiutu fotis, balſamum quoddam habetur ad multa commendatiſſimum efficaciſſimumque. Nam ulceribus quantumvis dyſepuloticis & malignis mirifice prodeſt, & quæ nullam cacethiam habent, ut & vulnera, citiſſime perſanat.

Balſamum primum D. Meſ. falſo & Guidoni tributum.

℞. *Myrrhæ electæ,*
aloes hepaticæ,
ſpicæ nardi,
ſanguinis draconis,
thuris,
mumiæ,
opoponacis,
bdellii,
carpobalſami,
ammoniaci,
ſarcocollæ,
croci,
maſtiches,
gummi Arabici,
ſtyracis liquid. an. ℥ ij.
ladani,
caſtorii an. ℥ ij ß.
moſchi ℥ ß.
terebinthinæ ad pondus omnium.

Arida terantur, vino macerentur & percolentur: cui ſimul omnia terebinthinæ commiſceantur. Tota mixtura in alembico ponatur, qua vi ignis ſubſtructi calefacta primum exibit liquor tenuis, deinde craſſus & ex rubro flaveſcens, qui Balſamum optimum eſt.

Huius balſami deſcriptio deſumitur à Meſue, illius authoris *lib. de paſſion. cordis*, qui vires illius pene mirandas recenſet: nam *ſubvenit*, inquit, *ad omnia, quæ oportet, & ſi ungatur corpus mortuum, non putret, & confortat animam & naturam.*

Ejus tamen uſus potiſſimum celebratur ad nervoſum genus roborandum, intemperiem frigidam tollendã, nativũ partis calorem excitandũ & fovendũ, & robur membris conciliandum. Eo dum illinitur dorſi ſpina, mira celeritate paralyſi & ſtupori ſuccurrit. In his affectibus, qui conjunctam habent loquẽdi impotentiam, ſi parum in aures & nares immittatur, aut aliquot guttæ ſub infirmi lingua contineantur, mirifice juvant. Vocatur hoc Balſamum à Petro Apponenſi, *medicamentum omnium medicamentorum*, in celeri cordis roboratione, & virium reſtitutione.

Balſamum 2. D. Hollerii.

℞. *Thuris albiſſ.*
maſtiches an. ℥ ij.
ligni aloes ℥ j.
caryophyllorum,
galangæ,
cinnamomi,
zedoariæ,
nucis moſchatæ,
cubebarum an. ℥ vj.
myrrhæ
aloes,
ladani,
ſarcocollæ,
caſtorii an. ℥ ß.
baccarum lauri,
nucleorum pini an. ℥ vj.
ireos,
ariſtolochiæ rotundæ,
dictamni,
conſolidæ maioris an. ℥ j.
reſinæ elemi,
opopanacis,
benioini an. ℥ ij.
ſucci chamæpitheos,
ſucc. herbæ paralyſis an. ℥ ij.
terebinthinæ ad pondus omnium.

Omnia concorporabis & deſtillabis in alembico. Extillabit primum aqua; deinde veluti oleoſum quid; poſtremo quaſi mel.

Commendatur hoc balſamum ab illius authore Hollerio ad nervorum debilitatem, ſtuporem & reſolutionem. Valet quoq; ad omnem intemperiem frigidam & nativum calorem excitandum.

Balſamum 3. vulnerarium.

℞. *Terebinthinæ Venetæ, &*
abietinæ an. ℥ iij.
reſinæ elemi,
thuris alb. an. ℥ ij.
aloes hepaticæ,
myrrhæ,

maſtiches,

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 845 sur 955

maſtiches,
benzoin.
boli Armenæ,
ſanguinis draconis an. ℥ ß.
aquæ vitæ ℥ iiij.

Ex his confuſe mixtis, & ſimul retorta inclùſis balſamum extilletur.

Nulli medicamento cedit hoc balſamum ad vulnera implenda carne & agglutinanda. Nervos quoque roborat, calorem partis inſitum fovet, cicatricem minime nodoſam facit, & intemperiem emendat.

Balſamum 4. D. Fallopii quod etiam eſt vulnerarium.

℞. *Terebinthinæ claræ* ℔ *ij.*
olei lini ℔ *j.*
reſinæ pini ℥ vj.
thuris,
myrrhæ,
aloes,
maſtiches,
ſarcocollæ an ℥ ij.
macis,
croci,
ligni aloes an. ℥ ij.

Ponantur omnia in retorta, & moderato calore, primum educes aquam claram, dein illo aucto, habebis oleum rubicundum. Utrumque ſeorſim ſervabis, & optima medicamenta vulneraria habebis.

Baſamum 5. Medicor. Florent.

℞. *Terebinthinæ* ℔ *j.*
olei veteris ℥ vj.
olei lauri ℥ iij.
cinnamomi,
ſpicæ nardi an. ℥ ij.
regularum bene coctarum & recentium ℥ viij.

Tritis terendis per alembicum deſtilla.

Urinam movet, calculos atterit, lumbricos enecat, aurium ſibilo, paralyſi, ſpaſmo, arthriditi & omnibus junctura rum doloribus prodeſt, vel potum, vel inunctum: ſed parva ejus portio aquæ affectioni accommodatæ mixta bibatur.

Balſamum 6. De Euonymi, itidem vulnerarium.

℞. *Therebinthinæ ℥ ß.*
olibani ℥ vj.
aloes ſocotorinæ,
maſtiches,
galangæ,
cinnamomi,
croci,
nucis moſchatæ,
caryophyllorum,
cubebarum an. ℥ j.
gummi hederæ ℥ ij.

Pulveriſentur & miſceantur cum terebinthina: Exponantur in alembico vitreo, addanturque

caphuræ,
ambræ griſeæ an ℥ ij.

Deſtillentur lento igne: prima aqua alba eſt & clara, & vinum balſami: ſecunda, flava, & vocatur Oleum: tertia crocea, & eſt balſamum certiſſimum.

Ob virium præſtantiam, ad multos uſus commendatur hoc balſamum: Vulneribus enim præſentiſſimum eſt collecticum, ulceribus cavis ſarcoticum, ſinugulis tutum epuloticum: paralyſi & nervorum imbecillitati ſecurum auxilium.

Balſamum 7. & vulgare.

℞. *Terebinthinæ Venetæ* ℔ *j.*
reſinæ elemi ℥ v.
reſinæ communis ℥ iij.
liquefiant ſimul: dein addito pulver. ariſtolochiæ longæ ℥ ij.
Sanguinis draconis ℥ iij.
repone in vaſe idono, & ſervato

Nulli ſecundum eſt hoc Balſamum ulceribus & antiquis, & recentibus ad ſanitatem perducendis. Maxime vero capitis ægritudinibus externis benefacit. Paratu facillimum eſt.

Balſamum 8. & mirabile.

℞. *Foliorum & florum, vel granorum Androſæmi,*
foliorum & florum, vel ſummitatum hyperici,
ſummitatum botryos utriuſque,
foliorum hederæ terreſtris an. m. ij.
ſalviæ utriuſque,
chamæpitheos an. m. ß.

In vaſe fictili macerentur per duos dies in

vini albi & generoſi ℔ *ii.* Adde
olei veteris ℔ *ij. ß.*

Bulliant lento igne ad vini diſſipationem. In colatura permiſce

Terebinthinæ ℔ *j.*
mannæ thuris ℥ iiij.
myrrhæ ℥ iij.
maſtiches,
ſanguinis draconis an. ℥ ij.
ſtyracis calamitæ ℥ j.

Fervefiant parum ac lento igne; deinde reponantur dies ſeptem in Sole, & ſervantur in vaſe fictili aut vitreo ad uſum.

Non immerito hoc Balſamum mirabile vocavi: multos enim affectus qui aliorum præſidiorum vim neglexerunt, ipſius adiutu, quaſi miraculo fuerunt ſanati. Vulnera quævis, ut & ulcera non inveterata cito percurat; antiquata etiam dyſepulotica ſanat, nervorum debilitati, tremori, & paralyſi efficaciſſime prodeſt, capitis omnibus morbis externis præſertim frigidis confert, calorem nativum reficit, dolores frigidos aufert, & partes roborat.

Poſſem alia multa deſcribere, ſed cum affinia ſint, & vulneraria, plura in officinis habere nihil eſt neceſſe.

Balſamus Heurnii.

℞. *Flor. Lavendulæ*
Maioranæ
Stœchados
Flor. trium cordial.
Spicæ
Fol. Lauri
Meliſſæ } *ana m. ſ.*
Hyperici
Betonicæ
Salviæ
Rutæ
Menthæ
Abſint. Rom.
Scordii ana m. ß.
Dictamni ana m. ß.
Rad. Zedoariæ ana ℥ ß.

Petit-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 846 sur 955

Peucedani ana ℥ß.
Angelicæ ana ℥ß.
Enulæ
Iridis
Pæoniæ
Calami arom.
Valerianæ } ana ℥ß.
Ostrutii
Sem. Citri
Ocymi
Cort. Citri
Cinnamomi
Galangæ
Nuc. Mosch. } ana ℥j.
Macis
Caryophill.
Gentianæ
Rhabarbari } ana ℥ iij.
Cubebarum
Croci ℥ ij.
Styracis ana ℥ iij.
Myrrhæ ana ℥ iij.
Thuris
Mastices } ana ℥ j.
Beniovini
Camphoræ ℥ ij.
Moschi ℥ j.
Olei Therebinth. ℔ ij.
Spiritus Vini ℥ iv.

Digere & destilla per B. Mariæ.

Balsamum aliud Nobilissimum.

Recipe Olei Therebinth. rectif. cum Spiritu Vini ℥ iij.
Flor. Borraginis p. j.
Rosarum
Buglossæ
Stœchados
Spicæ } ana p. j.
Lavendulæ
Rosmarini
Chamomillæ
Sem. Anisi
Fœniculi
Basilicon } ana ℥ ß.
Pæoniæ
Rad. Angelica
Enulæ
Phu
Iridos
Acori veri } ana ℥ j.
Dictamni
Glyzirrhizæ
Rad. Pæoniæ
Spicæ Indicæ
Cort. Citri ana ♃ ij.
Cort. Arantior. ana ♃ ij.
Salviæ
Maiorane
Lavendulæ
Rosmarini } ana p. j.
Hyssopi
Menthæ
Betonicæ
Flor. Lauri

Mista destillentur cum aqua Anisi, vel Caryophyllorum per Bociam Cupream, destillatis, Oleum rectificatum ℥ iij. styracis liquidæ; peracta rectificatione in Bocia sine fœcibus cum aqua quæ transiit simul in rectificatione, recipe Oleum rectificatum, & adde de novo styracis Calamitæ,

Myrrhæ ana ℥ ij.
Luccæ ana ℥ j. ß.
Succini albi ana ℥ j ß.
Mastices
Thuris } ana ℥ j. ß.
Assæ dul.

Quibus pulverisatis affundatur Oleum & aqua, & vicissim destillentur, peracta & hac destillatione adde

Zingiberis
Zedoariæ } ana ℥ j. ß.
Galangæ
Rhabarbari ℥ ß.
Gentianæ ana ℥ j. ß.
Cubebarum ana ℥ j. ß.
Croci ℥ ß.
Cinnamomi ℥ j.
Nucis Mosch.
Macis } ana ℥ vj.
Caryophyll.
Calami odorati ℥ ß.

M. & destilla ut ante, separa deinde Oleum & serva pro Balsamo.

Balsamum aliud.

℞. Rad. Angelicæ
Valerianæ
Chamæleonis albi
Chelidonii } ana ℥ j. ß.
Enulæ
Cichorii
Herb. Chelidonii
Melissæ
Adianthi
Maiorane
Chamædrios
Verbenæ
Rosmarini
Salviæ
Menthæ
Hyssopi
Chamepityos } ana p. j.
Stœchados
Fol. Lauri
Flor. Verbasci
Hyperici
Centaurii min.
Violarum
Betonicæ
Chamomillæ
Nardi celticæ
Flor. Rosar.
Sem. Anisi
Ozymi
Carduibenedict. } ana ℥ j.
Sem. Pæoniæ
Baccar. Iuniperi ana ℥ ß.
Cort. Citri ana ℥ ß.
Olei è Resina abigena ℔ j. ℥ iv.
Aquæ Cinnamom. ℔ iv.

Incisa, macerata, tandem destillentur, ut Oleum è semine anisi: postea

Recipe Styracis liquidæ ℥ iij.
Myrrhæ ana ℥ ij.

Styræ.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 847 sur 955

Styrac. Calam. ana ℥ ij.
Thuris
Maſticis } *ana ℥ j. ß.*
Laſeris

Hæc viciſſim cum ſuperiore deſtillato perfunduntur ac deſtillantur: tum

Recipe *Rhabarbari ℥ j.*
Gentianæ ♃ iv.
Zedoariæ ana ℥ ij.
Galangæ ana ℥ ij.
Cinnamomi ℥ j.
Nuc. Moſchat. ana ℥ vj.
Caryophyllorum ana ℥ vj.
Croci ℥ ß.
Cubebarum ♃ jv.

Hæc viciſſim deſtillando rectifica: Oleum habe pro Balſamo.

Balſamum aliud.

℞. *Styracis Calamitæ*
Ladani
Croci
Thuris
Gummi Arab.
Rubiæ tinct. } *ana ℥ ij.*
Gummi Hederæ
Aloes ſuccocitr.
Maſticis
Caryophyllorum
Galangæ
Cinnamomi
Nuc. Moſchatæ } *ana ℥ ij.*
Cubebarum
Myrrhæ
Gummi Elenii } *ana ℥ j.*
Bdellii
Sagapeni
Ammoniaci } *ana ℥ x.*
Opopanacis
Olei Omphacini lb. ij.

Miſce, deſtilla, ac ſi placet, rectifica.

Balſamus ad Paralyſin.

Recipe *Macis ana ℥ j.*
Styracis ana ℥ j.
Benzoini ℥ ß.
Threbint. lb. ij.
Latertuin antiquorum Oleo Iaſmino Extinct. q. ſ.

Fiat deſtillatio per Alembicum, tres fluunt liquores, tertius optimus eſt.

Balſamus Paralyticus Cloſſæi.

℞. *Blephar. ſ. Taxonem tempore vindem. pingv.*
eviſc. impl.
Galban.
Ammon.
Sagap.
Opopon. ana ℥ j.
Ladan.
Benz.
Styr.
Olibani
Myrrh.
Bdell. ana ℥ ß.
Carann.
Tacam.
Elem. ana ℥ ij.
Gran. iunip.
laur.
hed. arb.
Card. mai. ana ℥ j.
Herb. Camoedr.
Camæp.
Beton.
Salv.
Abſynt.
Maior.
Origan.
Ormin.
Thym.
Spic. nard.
Ment.
Puleg.
Hyſſ.
Flor. Beton.
Camom.
Anet.
Lavend.
Hyper. ana m ß.
Sem. Aniſi
Fœnic.
Dauci
Carui
Ameos
Apii
Bardan. ana ß j.
Ax. urſi
Vulp.
Anat. ana ℥ ij.
Medull. crur. vitul. bubul. ana ℥ ij.
Salis m j.

Irrorentur Spir. vini adde
Tereb. Venet.
Cerænov. ana quart. j.

Aſſetur, adipis poſtea adde duabus partibus unam partem Balſami ſulphuris Rulandi

Balſam. Polychreſt. Mynſ.

℞. *Ol. olivar.* lb. j.
Hyperic.
Lauri ana ℥ j.
Succini albi rectif.
Bac. Iuniperi
Petræ ana Vnc. ß.
Spicæ Drach. ij.
Nuc. Moſchatæ
Aurantiorum
Roriſmarin. ana Drach. j.
Chamomillæ Rom.
Cymini ana Drach. ß.

Mixtis adde: Sp. Vini optimè rect. (in quo prius per octo dies Thus, Maſtix, Bentzoin, ſtyrax cal. Mumia, Gran. tinct. Flor. Centaur. min. & Conſolid. major. Roſæ, Violæ, nec non rad. Anchuſæ infuſa fuerint) Lib. j.

Terebinthinæ Cypriæ in aq. Roſarum diligenter lotæ Lib. ß.
Balſ. Sulphuris aniſat. noſt. Drach. vj.

Ingeniosè denuo miſce, & ſtent in digeſtione retrò fornacem vel, ad ſolem, ſæpius in die agitando per 14. Dies: Poſtea Sp. Vini in B. M. lentiſſimo igne abſtrahatur, tunc in fundo manebit Balſamum rubicundum ad uſum publicum meritò reſervandum.

Vires,

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 848 sur 955

Vires, Vſus, Doſis.

Balſamum hoc nobiliſſimum, tam pro externo illitu, quam pro interno uſu efficaciſſimum, tenuis eſt ſubſtantiæ, propter vim penetrandi, qua omnia membra reficit, calefacit, tenuat, aperit, diſcutit atque exſiccat. Omnibus deſtillationibus & defluxionibus capitis frigidis mire confert. Apoplexiæ, Epilepſiæ, Vertigini, & oblivioni, præcipuè auxiliatur, ſi ſuatura coronalis, extremitates narium, tempora, occiput, vertex &c. frequentius inungantur. In aurium tinnitu, à flatu craſſo, ſibilo & hebetiore ſenſu ex frigiditate contracto tepidum feliciter adhibetur. Cerebri, pectoris, Hepatis, Lienis, Vteri, Nervorum, Articulorum omnium, aliarumque partium nervoſarum puncturis doloribus frigidis mirum in modum medetur. Hypochondriorum tenſionibus valdè utile; nec non duricies ſeu tumores duros & ſcirrhoſos diſſipat, & colorem bonum conciliat. In paralyſi, Spaſmo, Iſchiade, Contracturis &c. ſecretum eſt. Pulmones quoque ab humoribus craſſis & viſcidis purgat. Stomacho & orificio ventriculi inunctum, mirifice eum roborat. Anhelitum cõmendat. Flatus internos potenter diſſipat. Arcanum eſt in Colica, ſi umbilicus eo inungatur, introque ſumatur. Sanguinem coagulatum diſſolvit ex vino, exſpectato ſudore, potum, locoque affecto inunctum. Aquæ petroſelini vel alio convenienti liquori immixtum atque aſſumptum, ſimulq; regioni Renum & Veſicæ illitum, calculos & alias ſuperfluitates meatuum urinalium pellit, Veneriſque tentiginem excitat. Uteri quoq; ſtrangulatui prodeſt, naturalibuſq; illitum fœtum evocat. Quod ſi tepefactum in quartana aliiſque febribus quam plurimis, ante paroxiſmum, ſpinæ dorſi à nucha colli uſque ad nates fortiter juxta ignem ſeu retro fornacem inunxeris, rigores inſigniter ſublevat, mitigat, ſobreſque profligat. Omnia denique conſervat & tuetur à putrefactione, nec non ab omni veneno & aere peſtilenti præſervat. Doſis internè à Scr. j. ad Drach. ß. & Drach. j. In vehiculis appropriatis & ſpecificis.

Balſamus Vitæ, Bilgens.

℞. *Myrrh.*
Aloes epat.
Olib.
Balſ. ind.
Bdell.
Ammon.
Sarcocoll.
Maſtich.
Gummi Arab.
Storac
Ladani
Bacc. lauri
Axung. Caſtor. ana ℥ vj.
Croci ℥ j. ß.
Nuciſt.
Cinnam.
Caryoph.
Gummi anim.
Zedoar.
Galang.
Spic. rom.
Cardam.
Cubeb. ana ℥ ij.

Infund. in ſp. vin. ſ. q. ad emin. 1. digiti, deſtill. oleo adde Ol. anth.

Maior.
Camom.
Puleg.
Hyſſ.
Salv.
Rut.
Spic.
Lavend. ana ℥ j.
Thymi,
Satur.
Cubeb.
Zedoar.
Nuciſt. ana ℥ ß.
Cin.
Caryoph.
Roſar.
Citri
Aur.
Fœnic.
Aniſi
Carui ana ℥ ij. M.
f. Balſamus

Balſamus vitæ alius.

℞. *Serpill. m iij.*
Santal. alb.
Citrini ana ℥ ß.
Fl. ♀ ℥ j.
Benzoi ℥ ij.
Cort. aur.
Citri ana ℥ ß.
Ambr. ℥ ij.
Moſchi ℥ j. ß.
C. C. ℥ vj.
Spiri vini ℔. viij.

Diger. per 14. dies, poſt adde

Opobalſ.
Myrrh.
Aloes epat.
Olibani
Bdellij
Ammon.
Sarcocoll.
Styr. liquid.
Maſt. opt.
Gummi Arab.
Ladani
Tacamah.
Galbani ana ℥ ß.
Bacc. lauri
Ax. Caſtor. ana ℥ j.
Croci ℥ iij.
Nuc. moſch.
Cinnam.
Caryophill.
Gummi anim.
Zedoar.
Galang.
Spic. or.
Cardam.
Cubebar.

Spir. Terebinth. in quo per menſem macer. troch. de viper. ℥ iij. diger. per 8. dies deſtill. ol. adde

Ol. ſtill. iunip.
Succini
Cera. ana ℥ j.
Aniſi
Fœnic.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 849 sur 955

Cumini
Roſmi.
Maior.
Thymi
Satur.
Spic.
Cam. rom.
Cubeb.
Zedoar. ana ℥ ß.
Cin.
Caryoph.
Cort. aur.
Roſar.
Angel.
Puleg.
Salv.
Rut.
Lavend.
Serpill. ana ℥ j. ß.
Camphor. ℥ j.
Iaſmini ℥ ß.

Adde lb. vij. Spir. vini rect. deſtill. ſeparetur Oleum.

Balſamus Catholicus Steinbergii.

℞. *Sulph.* lb. ß.
Inum.
Oliban.
Myrrh.
Maſtich.
G. anim.
Terr. Sigill.
Benzoi
Aloepat.
Succotr. ana. ℥ j.
Croci ℥ j.

M. adde dupl. ponder. boli armen. f. ſublim.

℞. *Hor. flor. ℥ ij. adde.*
Ol. iunip. deſtill. ℥ ij.
Spir. tereb. ℥ iij.
Ol. Aniſi ℥ j.
Carui ℥ j. ß.
Camom. ſaph. ℥ ß.
Caryoph.
Cinam. ana gutt. viij.
Roſar. ℥ ß.

Diger. per 24. horas deſtill. Ol. rubicund. ſepar. Doſis præſerv. ℈ ß. curative ℈ j.

Balſamus Philoſophorum Vniverſalis in omnibus morbis utilis. D. Heilmanni Pariſ.

℞. *Ol. comm. q. v. extingue later. contuſ. & ignit. in vaſe terreo, & deſtill. per arenam ſecundum gradus. Deinde in al. hoc deſtillato extingue aleos lapides ignitos & ſilices ignitos ana, deſtilla iterum per retortam. poſt.*
℞. *Ol. hyper. cort. offic.*
Ol. deſtillati lat. ana lb. ß.
Ol. Gummi Galbani
Ligni junip.
Bacc. junip.
Succini ana ℥ j.
Vini Hiſpan. lb. ß.

Extingue novos lapid. later. & ſilices & deſtill. oleumque ſeparetur.

Lutetiæ in magno pretio hic balſamus eſt, adeo ut unica drachma vendatur ſæpe 5. florenis & ultra. Reſiſtit peſti, febribus, podagræ, calculo, apoplexiæ ſi 5. aut 6. gutt. in vino ſumptis ſudor moveatur. Cõtra caſum, ſanguinem coagulatum, hæmorrhagiam, gangrenam, paralyſin, colicam ſummè commendatur. Vulnera ſtatim conſolitat extrinſecus adhibitus, ſanctequè ſub Harpocratis umbra in Parario Heilmanni latet.

Balſamus vitæ Renotti.

℞. *Myrrh.*
Aloes hep.
Spic. nard.
Sang. dracon.
Thur.
Mum.
Opopan.
Bdell.
Carpobalſ.
Ammon.
Sarcoc.
Croci
Maſt.
Gumm. Arab.
Styr. liquid. ana ℥ ij.
Laud. el.
Succi Caſtor. ana ℥ ij. ß.
Tereb. ad pondus omn. deſtill. l. a.

Balſamum apoplecticum.

℞. *Ol. Nucis Moſchat. Vnc. j.*
Succini alb. rect. Drach. ß.
Roſarum ver.
Cinamomi ana Scr. j.
Lavendulæ
Maioranæ ana Gr. xv.
Aſæ dulcis
Rutæ ana Scr. ß.
Caryophyllorum
Citri ana Gr. iiij.
Diligenter & optimè mixtis adde
Ambræ griſeæ Drach. j. ß.
Zibetæ non falſ. Scr. iiij.
Moſchi laudatiß. Drach. j.

Miſc. fideliter & fiat ſecundum artem juſtæ conſiſtentiæ Balſamum.

Vires & Vſus.

In tota Repub. Medica vix, vix, invenitur Balſamum Apoplecticum, quod fama illuſtrius, virtute nobilius, honore dignius, auxilio promptius, & odore fragrantius, quam hoc præſens: Narium enim extremitatibus ſalté, nec non (exigente tamen neceſſitate) vertici atq; pulſibus modicè inunctum vitales, animales, & naturales ſpiritꝰ miraculosè ſuſcitat atq; ſuaviſſimè recreat.

Balſamus Apoplecticus. Mynſ.

℔. *Olei Nuc. Moſch. Expreſſ. ℥ ij.*
Ambræ griſeæ ℥ j.
Ambræ nigræ ℥ j. ß.
Moſchi ℥ j. ß.
Zibettæ ℥ ij. ß.
Olei lil. convall. ana ℥ ß.
Olei lavendulæ ana ℥ ß.
Olei Cinnamomi ℈ j.
Olei Maioranæ ℥ ß.
Olei Caryophyll. gutt. vj.
Olei Succini ℥ j. ß.

Ex his omnibus l. a. fiat Balſamus.

Balſamum apoplect. Francof.

℞. *Ol. nuciſt. expr. ℥ ij.*
Ambr. nigr. ℥ ij. ß.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 850 sur 955

grif. ʒij.
Moschi ʒj. ß.
Zibeti ʒij. ß.
Ol. cinam. ℈ ß.
Maior.
Lavend. ana ʒ ß.
Caryoph. q. vj.
Succin. ℈ ß.
Cum Balſ. Indico q. ſ. f. Balſ.

Aliter.

℞. Conſ. anac ʒij.
Ol. ſuccin.
Lavend. ana g. iij.
Zibet. ℈ ij.
M.

Balſamum hypnoticum.

℞. Ol. Nucis Moſchat. exp. Drach. v.
Roſar. vulgar.
Violarum
Nymphæa ana Drach. ij.
Sem. Hyoſcyami exp.
Papav. alb. exp.
De Lateribus
Bentzoin ana Drach. j.
Miſc. fideliter, & poſtea adde ſequentia:
Vng. Populeon. Vnc. j.
Medul. Cervinæ Drach. iij.
Opij in Sp. Vini diſſ.
Ext. Croci orient. ana Drach. j. ß.
Ambra & Moſchi
Ol. Roſarum veri ana Scr. j.
Miſce & fiat juxta artem Balſamum.

Vires & Vſus.

Naribus & pulſibus temporum & brachiorum, nec non, ſi opus, auribus & pedum plantis inunctum, ſomnum ſuaviter conciliat, & dolores capitis mitigat.

Balſamum *Memoriæ*.

℞. Ol. Nuc. Moſchat. exp Vnc ß.
De Lateribus
De Caſtoreo ana Drach. iij.
Myrrh. rub.
Thuris ana Drach. j.
Roriſmarini
Lavendulæ
Maiorana
Rutæ ana Scr. j.
Caryophyllorum
Succini albi
Cinamomi
Bentzoini ana Scr. ß.
Miſc. & cum cap. mortuo Ol. Nuc. Moſchat, exp. fiat juſtæ conſiſtentiæ Balſamum, cui adde: Galliæ Moſchat. veræ Scr. ij. Denuò miſce & ad Uſum repone.

Vires & Vſus.

Ad amiſſam memoriam, illamque tam confortandam, quam conſervandam, ſecretum eſt: Sed in mulieribus hyſtericis affectionibus obnoxiis, Gallia Moſchata omittatur, vel ad ſupprimendum odorem pondus ol. Succini alb. augeatur. Uſus eius, ut mane & veſperi occiput hoc Balſamo bene illinatur.

Balſamus ad memoriam.

℔. Cubebarum
Macis
Zingiberis } ana ʒj.
Moſchi ℈ ß.
Piperis longi ʒj.
Croci ʒiij.
Galangæ ʒij.
Nuc. Moſchat.
Garyophyllor.
Gran. Paradyſi } ana ʒi.
Cinnamomi
Aquæ roſ. ℔ j.
Trita, miſta, deſtilla, addendo
Olei veteris ℔ j.
Olei de Been ʒi.
Caſtorei ana ʒiv.
Euphorbii ana ʒiv.
Sinapi ʒvi.
Olei Citri
Olei Seſamni
Hypericonis } ana ʒ ß.
Olei de ſpicæ
Ol. de Zibetto
M. degere & deſtilla.

Balſamus Nobiliſſimus.

℔. Olei Nuc. Moſchat. expreſſi ʒi.
Ambræ griſeæ ℈ i. ß.
Ambræ nigræ ℈ i.
Zibettæ ſinceræ ℈ ß.
Olei Succini ʒi.
Olei lilior. convall. ʒ ß.
Olei Salviæ ana ℈ i.
Roſmarini ana ℈ i.
Fiat longa agitatione Balſamus cephalicus.

Balſamus Cephalicus alius.

℔. Confect. Anacardin. ʒ ii.
Olei ſuccini ana gutt. vi.
Lavendulæ ana gutt. vi.
Zibettæ ℈ ii.
Ambræ griſeæ ʒi.
Olei Nuc. Moſch. expreſſ. ʒ vi.
Moſchi opt. ʒi.
Fiat lege artis Balſamus præſtantiſſimus.

Balſamus *Mnemonicus* Schröderi ex Senuerto.

℞. Succi ſol. meliſſ.
Baſilic.
Fl. myric.
Lilior.
Prim. ver.
Roſmar.
Lavend.
Borag.
Bemiſt. ana ʒii.
Aq. vit.
Nymph.
Roſar.
viol. ana ʒi.
Cubeb.
Cardam.
Gran. parad.
Santal. citr.
Carpobalſ.
Ireos
Croci or.
Satur.
Pæon.
Thym. ana ʒ ß.
Styr. liq.
Calam.
Opopon.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 851 sur 955

Bdell.
Galb.
Gummi hed.
Lad. ana ℥ vj.
Pœon.
Rad. ariſt. long.
Ol. Tereb.
Nard.
Coſt.
Iunip.
Laur.
Maſtich.
Been.
Spic. ana ℥ v.
Deſtill. l. a. Oleum ſeparetur.

Balſ. odontal. Dorner.

℞. *Spec. Diambr.*
Opii ana ℈ iiij.
Camph.
Succ. hyoſc. inſpiſſ. ana ℈ j.
Ol. Caryoph. ℈ j. ß.
ligni hera. ℈ j.
Nuciſt. ℥ j.
F. Balſ.

Balſamum Odontalgicum.

℞. *Ol. Origani Cretici*
Caryophyllorum
Camphoræ ana Drach. ij.
Opii Spagyrice præp.
Flor. Nitri ana Drach. j.
Spec. Diambræ
Santali rub. ana Drach. ß.
Miſc. & cum Cap. mort. Ol. Nuc. Moſchat. exp. vel in huius defectu cum ceræ alb. Unc. ß. fiat l. a. Balſamum.

Vires & Vſus.

Efficax eſt in dolore dentium à quacunq; fere cauſa, præſertim autem frigida; Goſſipio enim exceptum & dentium cavernis impoſitum, ſubitò medetur: Vermiculos inſuper necat, humoreſque affluentes per os copiosè educit.

Balſamum puerorum dentientium.

℞. *Butyri maial. non ſaluti Vnc. iij.*
Ping. Gallinarum
Anatis ana Drach. ij.
Flor. Papav. errat. Drach. j.
Coquantur in ſuc. è Cancris vivis contuſ. & cum aq. Cyani ext. Rad. Althææ ana Unc. ij. Ad ſuccorum Conſumptionem; Poſtea expreſſis adde:
Sacchari candi alb. Vnc. iiij.
Gallia Moſchat. verè Scr. j.
Vitell. Ovorum No. j.
Miſc. & fiat juxta artem Balſamum.

Vires & Vſus.

In dentitione infantium, ob gingivarum denſitatẽ & duritiem ſæpè de vita periclitantium, maximosindè dolores, gingivas rarefaciendo ac emolliendo, ſiſtit, & facilius dentire facit, ſi eo gingivæ frequentius inungantur.

Balſamum paralyticum.

℞. *Ol. Galbani cum Sp. Terebinthinæ diſtillat.*
Succini rectif. ana Vnc. j.
Roriſmarini
Angelicæ ana Drach. j.
Chamomillæ Rom.
Caryophyllorum
Salviæ ana Drach. ß.
Origani Cret.
Lavendulæ ana Scr. j.
Miſc. & cum ol. Nuc. Moſchat. exp. ſ. q. fiat juſtæ conſiſtentiæ Balſamum ſeu linimentum molle, cui, pro ditioribus ſaltem adde: Trochiſc. Galliæ Moſchat. Scr. j.

Vires & Vſus.

Nuchæ & cerebro tanquam origini nervorum, nec non membris paralyticis inunctum, mirabiliter juvat & multum facit in Paralyſi: Quia omnes nervos penetrat ac roborat, quod in hoc morbo maximè requiritur.

Balſamus Nervinus Schrôderi.

℞. *Ol. Terebinth. ℔ j.*
Lauri ℥ ij. M.
adde
Gummi Galb.
Elemi ana ℥ vj.
Heder.
Olibani ana ℥ ij.
Maſtich. ℥ j.
Myrrh.
Aloes epat.
Ladan.
Caſtor. ana ℥ ij.
Stent per octid. adde
Galang.
Caryoph.
Cinnam. ana ℥ ß.
Nucis m.
Zedoar.
Cubeb.
Dipt. albi
Conſ. m. ana ℥ iij.
Spir. vini ℔ j. ß.
Deſtill. l. a.
Calefacit, confortat nervos, paralyſ. & contract. ſanat. extrinſecus illitus

Balſamum ſpaſmaticum.

℞. *Ping. Anguillæ Vnc. j.*
Ol. Galbanicum Sp. Terebinth. Diſtillat. Vnc. ß.
Lumbricor. ter.
Lilior. albor. ana Drach. iij.
Succini alb. rect.
Roriſmarini
Angelicæ ana Drach. j. ß.
Bac. Iuniperi
Chamomillæ
Origani Cret.
Laurini ana Drach. j.
Caryophyllorum
Lavendulæ
Salviæ
Rutæ ana Scr. j.
Miſc. & cum Ol. Nuc. Moſchat. exp. & Ceræ alb. ana ſ. q. f. l. a. Balſamum.

Vires & Vſus.

In convulſione, quæ ab humore frigido nervos replente fieri ſolet, præmiſſis tamen univerſalibus &

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 852 sur 955

Corpus debitè evacuantibus, hoc Balſamum principatum obtinet; Membra enim convulſa & tremore infeſtata, omnes nervos penetrando, curat; nec non convulſivos motus ſiſtit. Fiat autem inunctio non ſolum in loco affecto, verum etiam à collo uſque ad ultimam vertebram bis ſeu ter in die. Æger interim caveat ſibi ab aere frigido, nec membra ſpaſmatica aqua frigida humectet, cibos quoque flatulentos, crapulam, cruditatem, & ninniam Venerem fugiat.

Balſamum ſtomachicum.

℞. *Ol. Nucis Moſchat. exp. Vnc. ij. ß.*
Menta criſp. Vnc. ß.
Aurantiorum
Caryophyllor.
Macis ana Drach. j.
Roriſmarini
Lavendulæ
Abſinthii
Cymini
Anethi ana Drach. ß.

Miſc. & fiat mixtura, cui, ſi placet, ad temperandem caliditatem adde parum Ol. Roſar. rub. vulgar. & cum cera alb. ſ.q. fiat l.a. Balſamum.

Vires & Vſus.

Valet ad frigidum Ventriculum tardius concoquẽte m & flatibus multis obnoxium; Item acidum ructum & nauſeam corrigit. Vomitum phlegmaticum ſiſtit. Flatus inteſtina diſtendentes diſcutit. Unguendus autem Ventriculus eſt quotidie bis, manè ſcilicet & veſperi, finita concoctione.

Oleum Stomachale Cratonis, lib. 2. conſil. 313.

℞. *Olei Abſinthii lib. unam*
Summitatum Abſinthii manip. unum
Caryophyllorum
Santali citrini ana drach. duas
Roſarum rubearum
Macis ana drach. ſemis
Maſtiches drach. duas ſemis
Vini odorati lib. ſemis

Coquantur ſecundum artem, & ponantur in ſole.

Hoc unguentum Crato mirifice prædicat in ventriculi doloribus propterea addere placuit.

Balſumum Aromaticum.

℞. *Ol. Abſinthii vulgar.*
Nardini comp.
Menta criſp.
Maſtichis ana Vnc. ij.
Nuc. Moſchat. exp. Drach. vj.
Ol. Stil. Caryophyllor.
Calami aromat. ana Drach. j.
Roriſmarin.
Lavendulæ
Aurantiorum
Benzoini
Cymini ana Scr. j.

Diligenter & fideliter mixtis adde:
Spec. Diatrion. Piper.
Gum. Tacamahac. ana Drach. ij.
Gallia Moſchat. vera Scr. ß.

Denuo Miſc. & cum ſ.q. Cap. mort. Ol. Nuc. Moſchat. exp. ſ.l.a. Balſamum.

Vires & Vſus.

In ſigniter calefacit frigidum Ventriculum, Concoctionem juvat & ventoſitates diſſipat. Doſis prima vice, nuc. avellan. Quantitas, & poſt in unctionem linteum calidum duplex ſuperponatur.

Balſamum Abſinthiacum.

℞. *Ol. Nuc. Moſchat. expreſſ. Vnc. ij.*
Abſinthij vulgar.
Nardini comp. ana Vnc. j.
Maſtichis Vnc. ß.
Stil. Abſinthii Drach. j.
Mentæ criſpæ
Thymi ana Drach. ß.
Caryophyllorum
Macis ana Drach. j.

Miſc. & ſ.l.a. Balſamum juſtæ conſiſtentiæ.

Vires & Vſus.

Ventriculo inunctum ejus frigiditati, coctrici ac retentricem vim roborando, cibi aviditatem excitando, flatus conceptos diſſipando, mitifice conducit; Nec non ad cæliacos, Stomachicos, Colicos, & Dyſentericos cruciatus valde utile. Cerebri quoque & nervorum frigidis affectibus opitulatur.

Balſamum ſulphuris aniſatum.

℞. *Ol. Aniſi Vnc. vj.*
Flor. Sulphuris Vnc. j.

Miſc. & in vitro digerantur & circulentur tamdiu, donec Ol. Aniſi tincturam Sulphuris perfectiſſimè extraxerit: Poſtea aufer Oleum rubicundiſſimum per inclinationem, filtra & ad Uſum reſerva.

Vires, Vſus, Doſis.

Eſt Balſamum perfectiſſimum, calefaciens, ſiccans, & à putredine conſervans, in quo ſunt omnes virtutes naturalis Balſami, & vis conſervativa maxima. In Catarrhis pectoralibus, tuſſi, Aſthmate, phthiſi, pleuritide, Colica, peſte, Febribus, morbis Epidemicis, Epilepſia, lue venerea; nec non in omnibus Apoſtematibus & putrefactionibus Corporis &c. mirandà præſtat. Doſis à gut. iij. ad v. & vj. in vehiculis appropriatis & ſpecificis.

Balſamum Zibethæ.

℞. *Ol. Nuc. Moſchat. exp. Vnc. j.*
Zibethæ non falſat Vnc. ß.

Invicem prius bene & fideliter mixtis adde:
Ol. Stil. Saponis rect.
Carminativ. noſt.
Cera rectif. ana Drach. j.
Caryophyllorum
Macis ana Drach. ß.
Ambræ & Moſchi ana Scr. j.

Denuo Miſc. & fiat l.a. Balſamum.

Vires & Vſus.

Umbilicus hoc Balſamo inungitur. Intolerabiles cruciatus & dolores Colicos non ſolum ſedat; Sed & diſcutit & reſolvit malignos, crudos, nitroſos atque vitioſos humores. In coitu etiam mulieribus magnum affert ſolatium, ſi penis glans eò inungatur. Item, ſi in ſuffocatione matricis maritus dicto modo ſeſe inungat, & cum uxore coeat, præſentiſſimum eſt remedium. Matrix enim ſubitò deſcendit, Ad nares autem illarum, eo tempore fætida adhibeantur; qualia ſunt Caſtoreum, Aſa fætida &c.

Balſamum terebinthinæ.

℞. *Rubini translucentis ex Ol. Terebinthina per evaporationem fact. q. v.*

Pulveri-

Pulverisa & opt. Sp. vini secundum artem tincturam extrahe, spiritum tinctum per 14. Dies digere; postea in lento balnei calore ad medietatem seu Oleitatem iterum abstrahe, & post filtrationem debitam ad Usum repone.

Vires, Vsus, Dosis.

Renum & Vesicæ calculos expellendi, eorumque dolores sistendi, Gonorrhæam curandi, potentissimâ vim habet. Dosis à gut. v. ad 7. & Scr. ß. in vehiculo convenienti. Externè etiam regionibus dictorum membrorum in unctum cruciatus nephriticos egregiè sopit.

Balsamum Medicamentosum.

℞. *Tinctur. Rosarum cum aq. lap. Medicamentos. extract.*
Mellis Virginei ana Vnc. iiij.
Aluminis usti Vnc. j.
Terræ vitrioli dulc.
Gum. Laccæ ana Drach. iij.
Coq. ad consistentiam Balsami; postea adde:
Corallor. rub. præp.
Sang. Draconis ana Drach. ij.
Sarcocollæ
Myrrhæ rub.
Mastichis ana Drach. j.
Ol. Lig. Rhodini
Nuc. Moschat.
Salviæ ana Scr. j.
Misc. & f. l. a. justæ consistentiæ Balsamum.

Vires & Vsus.

Ad gingivarum putridam, tumidam, superincarnatam & denigratam carnem valet; Illam enim à putredine præservat & curat. Insuper dentes confirmat, illosque nova carne obducit, & cetera oris vitia, utpote, Cancrum, Noli me tangere, Scorbutum, Apostemata, Ulcera, Alcolam, Corrosionem &c. Perfectè & subitò sanat, & quamcunque affectionem gingivarum tollit. Manè autem & serò vel aliquoties in die caro maligna fricetur atque os eluatur aq. Salviæ vel alio appropriato liquore.

Balsamum stipticum,

℞. *Empl. Stipticinost. Vnc iiij.*
Ol. Vitell. Ovorum q. s.
Fiat l. a. Balsamum, cui adde:
Ol. Caryophyllorum
Nuc. Moschat.
Salviæ ana Scr. j.
Misce & ad usum repone.

Vires & Vsus.

Ventriculum firmat & ventrem inferiorem totum, si eo in ungatur, roborat, Concoctionem juvat; ob hæc Vomitum, Choleram morbum, Lienteriam, Diarrhæam & dysenteriam hepaticam curat. Præterea ad firmandum Uterum, Mensium abundantiam cohibendum, Abortum prohibendum, Renesque laxatos stringendum, valet.

Balsamum venereum.

℞. *Rad. Pyrethri*
Euphorbii ana Vnc. j.
Cantharid. Vnc. ß.
Coq. in vini Malvatici Lib. ij. ad consumptionem medietatis & colaturæ adde:
Ol. Olivarum. Vnc. iiij.
Denuo coq. donec absumatur humiditas; Postea huic Oleo adde:
℞. *Ol. Nuc. Moschat. exp. Vnc. j.*

Formicarum nost. Vnc. ß.
De Nuc. Indica
Castorei ana Drach. j. ß.
Moschatellini
Caryophyllorum
Macis
Spicæ ana Drach. j.
Zibethæ non falsat.
Moschi opt. ana Scr. j.
Misc. & cum cap. mort. ol. Nuc. Moschat. exp. vel in huius defectu cum Ceræ alb. s. q. fiat l. a. in justa consistentia Balsamum.

Vires & Vsus.

Si hoc Balsamo veretrum & partes circumstantes videlicet regio inter anum & testes, ubi penis corpora latent, nec non pollex dextri pedis ungantur, egregiè juvant ad coitum: Est enim insigne illectamentum Matricis, atque Venerem stimulando mirabilem erectionem facit & indesinenter ferè operatur, nec quiescet sæpè erectio; quando autem volueris, quod cesset, lavabis loca inuncta.

Bals. Hysteric. extern.

℞. *Empl. Matrical. ℥ ij. Bals. Rutæ ℥ ß. Extr. Castor. ol. Tartar. fæt. an. ℈ j. Ol. still. succin. ℈ ß. Iunip. Chamomill. ana g. vj. anethi, menthæ, carvi, terebinth. ana g. iij. Pingued. castor. parum ol. castor. q. s. f. Bals.*

Balsamum uterinum.

℞. *Butyri majal. insulsi Vnc. j.*
Ol. Iovis Anglici
Succini citrin.
Terebinthin. ana Drach. j. ß.
Gum. Tacamahacæ
Asæ fœtidæ
Galbani
Sabinæ ana Drach. j.
Castorei, veri Drach. ß.
Sevi Hircini q. ß.
Ut fiat s. a. justæ consistentiæ Balsamum.

Vires & Vsus.

Umbilico calidè inunctum, super ponendo corticem juglandis, ascensum seu recursum uteri ad superiora subitò in locum suum reducendo quasi præcipitat & dolores mitigat: sed abstineat ab odoriferis Hysterica, interimque aliquot guttulæ Ol. succini alb. & Castrei narium extremitatibus & pectoris fossulis illinantur.

Balsamum Podagricum.

℞. *Suc. Semper vivi domest.*
Rorismarini
Cucurbitæ
Nicotianæ
Hyoscyami
Chamædryos
Verbenæ ana Vnc. vj.
Vitrioli ad flaved. calc.
Tartari albi
Salis marin. calc. ana Vnc. iij.
Ping. Cati sylvest.
Anseris
Vulpis
Medullæ cervinæ ana Vnc. j. ß.
Ol. Terebinthinæ
Lauerini
Iuniperi
Saponis ana Vnc. j.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 854 sur 955

Mandib. inf equor.
Saturni
Spicæ ana Drach. vj.
Gum. Amoniaci
Opopanac.
Sagapeni
Maſtichis
Olibani
Mumiæ tranſmarin. ana Vnc ß.

Mixta coq. ſecundum artem ad conſumptionem humiditatis, poſteà pinguedinem omnem ad Uſum reſerva.

Vires & Vſus.

Hoc Balſamo partes dolentes calidè oblinantur manè & veſperi linteis deſuper impoſitis, mirum in modum ad Podagram & dolores alios quam plurimos ſedandos valet: Citò enim alterando & penetrando tartareas & tophaceas concretiones reſolvit, ac ſimul ferè omnes podagricos & ſpaſmaticos cruciatus è frigida cauſa ortos tollit.

Oleum Saponis Cloſſæi.

℞. *Sapon.*
Argill. ana q. v. f. glob. deſtill. per retortam, ad ſpir. exp. oleum tepar. & rectific.

Vſus.

Detergit & reſolvit potentiſſimè, dolores junct. compeſcit à cauſa frigida, coacta digerit, contuſa diſſipat, urinam movet, colicam pellit.

Balſamus Saponis.

℞. Saponem Venetum inciſum, affund. ſp. vin. deſtilla aliquoties, & filtra per chartam uſq; dum habeat Balſamum caloris ſpadicei.

Uſus eſt extrinſecus ad dolores podagricos.

Balſamum Saponis.

℞. *Saponis Venet. in ſucco Limonum diſſolut. Lib. ſ.*
Mellis virgin. alb. Vnc. iiij.
Coſmetici Mercurial.
Sacchari candi alb.
Rad. Ireos flor. ana Vnc. ſ.
Sal. Tartari alb.
Spermat. Ceti albiſſ.
Aluminis ſacharini
Borracis Venet. ana Vnc. ß.
Balſami Peruviani oderif. Drach. ij.
Gallia Moſchat. verè Drach. ſ.
Ol. Lig. Rhodini, Cinamomi, Caryophyllor. Lavendulæ ana Scr. ſ.
Miſc. & f. l. a. mixtura ad formam Balſami.

Vires & Vſus.

Utere in lavando fricando que manus; Quia nivis inſtar dealbat, cutimque nitidam atque mollem reddit.

Oleum Myrrhæ compoſitum quod alii Balſamum Sacrum vocant. D.

℞. *Myrrhæ elect. ℥ vij. Maſtich. ℥ ix. Aloes Epat. ℥ xviij. Salis commun. lib. ſ. Contuſa omnia, per retortam vitream igne lento deſtillentur magna diligentia. Exibit primò aqua, dein oleum admirandum cujus unica gutta preciopſſimis etiam gemmis eſt preciosior, ſiquidem infantes à vermibus infeſtatos inunctum liberat à morte.*

Balſamus Arthriticus Schröderi.

℞. *Mum.*
Maſtich.
Thuris
Myrrh. ana ℥ ij.
Ammon.
Bdellij.
Opopon.
Tartari ana ℥ j. ß.
Mellis
Vitrioli rom. ana ℔ ß.
Spir. vini ℔ vj.
Deſtill. l. a.

Balſamus Peſtilent. Schröd.

℞. *Ol. rut. ſtillat.*
citr.
angel. ana ♃ ß.
Succini ♃ v.
Camph. ℥ iij.
Ol. nuciſt. ℥ ß.
Miſce.

FINIS LIBRI VIGESIMI SECVNDI.

LIBER

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 855 sur 955

LIBER VIGESIMUS TERTIUS.

DE VNGVENTIS.

Vnguentum rosatum D. Mes.

℞. *Axungiæ porci novies aquacalentæ, & totiesfrigidalotæ, rosar. rubear. recent. an.* ℔. *iij.*

Misceantur & dimittantur marcescere dies septem: deinde coquantur lento igne & colentur. Rursus tantundem rosarū recent. contusarum totidem dies marcescere dimittantur: tum coquantur & colentur, ut ante; tandem affunde

Succi rosar. rubr. ℔. *j.* ß.
Olei amygdal. dulc. ℔. ß.

Coque igni lento ad succi consumptionem, & repone usui. Si inter coquendum parum *opii* in *aquam rosarum* inficias, erit eximium, & mirum ad vigiliarum levamen.

Ut hoc rite paretur unguentum, axungia suilla debet accurate à membranis repurgari, novies aqua parū calida, dein frigida lavari, ut sit omnis expers odoris: sic enim ad quemlibet odorem excipiendum aptior reddita, facillime rosarum fragrantiam admittit. Debet vero earum maceratio ad majorem efficaciam iterari, & colaturæ media illarum succi pars, & olei amygdalini sexta ad axungiam, ex Mesuei decreto adiungi. Sed pro ℔. iij. adipis porcini ponimus ℔. j. ß. succi rosarū, & ℔ ß. amygdalini. Nonnulli pro *amygdalino, rosaceum* aut *omphacinum*. At sic paratum, cutis meatus minus reserat, nec intro ita prompte permeat. Potest absque oleo prorsus bene parari, cum ex se sit liquidum satis; quo modo tota fere myropolarum familia parat. Præstat tamen liquidiusculum cum *amygdalino*, quam crassiusculum sine ipso confectum habere. Sed ut totam olei quantitatem à Mesueo statutam permiscere, non ex arte, sic omnino nullam, non ex ratione est.

Plerique ad ruborem matorem & coloris elegantiam, cuius studiosissimi sunt aromatarii, *anchusam* inter coquendum permiscent, sed melius est multo, illum colorem roseum ex rosis, quam aliis simplicibus dissociatis mutuari.

Imperat adhuc Mesue, ad somnum præ vigiliis immoderatis interruptum, revocandum, *opium rhodostagmate* dilutum accedere ad cōfecturā. Cuius sententiæ lubens assentior, hortorque pharmacopœos, si non totam, saltem quandam huius unguenti quantitatem cum *opio* compositam in Officinis asservare.

Unguentum rosatum colorem immoderatum extinguendo, phlegmonas omnes, Erysipelata, & herpetas sedat, dolorem capitis à causa calida, & ventriculi renum ac hepatis incendium mitigat: Quod opium admittit, hæc omnia potentius præstat, & præterea somnum conciliando, phreneticis plurimum conducit, & vires reficit.

Eodem modo queunt parari unguenta ex *violis, nymphæa*, & aliis floribus cuiuscunque qualitatis.

Vnguentum album Rhasis.

℞. *Olei rosat.* ℥. *ix.*
Cerussæ bonæ in aqua rosarum lotæ ℥. *iij.*
Ceræ albæ ℥ *ij.*

Ex arte fiat unguentum.

Unguentū hoc & paucis constat, & à paucis eodem modo describitur. Varietate hinc maxime natā cōiicimus, q. Rhasis illi⁹ author simpliciū dosim nō definierit: q̄ ob id quisq; ad arbitriū, auget, minuit, & imutat. Nonnulli magis odoris, quā virtutis gratia *camphuram* adiiciunt, alii *mucaginem tragacanthi*, quidā *litharg yrum*, alii *albumina ovorum*: sicq; nullibi certa manet illius descriptio, nisi Lutetiæ, ubi juxta formulam datā à pharmacopœis conficitur, qui primum *cerussam* ad cribrum setaceum ita fricant, ut trajiciatur: dein pluries abluūt aqua cōmuni, post rosacea: tū siccant; siccatā friando in pōllinem reducunt: tum demū *ceræ oleo rosato* liquatę permiscent, & spatula lignea agitando unguentū tradunt, calore albissimū, cōsistentia e itimū, virib. multis commendatum. Valet n. ad pruritum, scabiem, adustionem, intertrigines, ulcera, postularum eruptiones, acrem serpiginem, intemperiem ulcerum calidam, atque alia multa cutis vitia sananda.

Vnguentum album camphoratum.

℞. *Olei Rosati uncias decem, vel librā unam, ut habet Cordus.*
Ceræ albæ uncias tres.
Cerussæ uncias duodecim.
Albuminum ovorum num sex.
Camphoræ dissolutæ cum aqua Rosarum drachmas duas.

Fiat Unguentum secundum artem.

Ad prædicta valentius est propter Camphoram. Erysipelata reprimit, & ambustis medetur.

Vnguentum Populeon D. N. Myrepsi.

℞. *Oculorum populi nigræ* ℔. *j* ß.
foliorum papaveris nigri, foliorum mandragoræ,
cimarum rubri tenellarum,
foliorum hyoscyami, solani,
lactucarum, vermicularis,
sedi, seu semper vivi majoris,
foliorum violarum.
cotyledonis an. ℥ *iij.*
axungiæ porci recent. & insulsæ ℔. *iij.*
fiat unguentum, ut artis est.

Nicol. Salernitanus ex Myrepso, Præpositus ex Salernitano huius unguenti descriptionem mutuatus est; neuter tamen debitū authori primo reddidit honorē, cum uterq; nomen ipsius subticuerit. Dicitur autem *Populeon* à sua basi, nempe, à tenellis populi nigræ oculis, ut loquitur vulgus, seu germinibus, quæ primo Vere in arboris summitatibus erumpunt, & mense Martio, ante perfectam illorum explicationem colliguntur, quibus pleraque refrigerantia & somniū inducentia adiungūtur, ut *folia mandragoræ, papaveris, hyoscyami, lactucarum & solani*, nec non utriusq; *αἰζοϊ*, seu *sedi*, minoris nempe, quod *herbam vermicularem*, & majoris, quod *sempervivam* myropolæ nominant. Ea vero seligēda vermicularis, quæ flores albos gerit, & nulla linguam acrimonia vellicans. Adduntur & folia cotyledonis, quem rei herbariæ periti modo *cymbalium*, modo *cortalum*, modo *Veneris umbilicum* nuncupant:

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 856 sur 955

cupant. Paratur autem sic; Germina populi recentia contunduntur, axungiæ à membranis repurgatæ permiscentur, & vase figulino excepta operculato, loco modice calido reponũtur, ad mensem usque, dum ceteræ stirpes expetitæ possunt haberi satis adultæ & vegetæ: quæ tum collectæ, & à sordibus purgatæ in pila teruntur, & mixturæ priori asservatæ & fermentatæ concorporantur; atque rursus in loco tepido aut paulo calidiore, integram hebdomadam, vel etiã diutius fermentantur: postea in cacabo ponuntur cum ℔. j. vini, vel aceti, ut nonnullis placet, quod scopo magis conveniat. Nihil tamen obstat, quo minus vinũ hac moderata quantitate frigidis multis permisceatur, cum nonnulli *bardanam* calidiorem adiungant: sunt, qui *solani succum* ponunt, ut colorem nanciscatur viridiorem.

Somnum conciliat, & febricitantibus ac caput dolentibus propter calorem inunctum fronti & tẽporibus, aut plantis pedum, aut manuum carpis prodest.

Vnguentum Nutritum, seu crudum, vel de Lithargyro, & Triapharmacum dictum D. Mes.

℞. *Olei rosati* ℔. *j.*
Lithargyri tenuissime lævigati ℔. ß.
aceti ℥ iiij.

Affunde vicissim ad lithargyrum, modo oleum, modo acetum, & agita in mortario, donec ipse liquorem ebiberit universum, & fiat unguentum consistentiæ legitimæ.

Ex his est hoc unguentum, quæ à singulis artificibus solent depravari, ob simplicium, quibus constat, dosim, ab authorib. indefinite traditam. Nam Mesue ad huius unguenti apparatum imperat tantum, ut modo acetum ad lithargyrum accedat, & jugiter in mortario agitentur; adhucq; multi quotidie, nec olei, nec aceti quantitatem limitant, sed solum, quantum sufficit, imperant: alii utriusque partes æquales, & tantundem *lithargyri*: Alii contra, & melius, *olei* ℔ *j. lithargyri* ℔. ß. *aceti* ℥ iij. Nos debitam singulorum proportionem dedimus, si tamen inter agitandũ, myropola norit, quantulaq; huius, vel illius mensura, præter definitam, opus esse, vel non esse, illi liberum esto, quicquam vel addere, vel detrahere. Continua vero agitatione pistilli debet hoc unguentum nutriri, donec spissitudinem sibi comparet idoneam. Nec initio multum olei & aceti affatim super lithargyrum affundere fas est, aliquin submergetur, nec postea unquam in unguenti consistentiam debitam coibit. Nonnulli in plumbea pila nutriunt cum pistillo plumbeo, ut magis desiccet, sed multis displicet in unguentis, hæc obscurior & nigricans tinctura: alii *lithargyrum* abluunt *aqua rosacea*: quidam addunt *succum solani*, vel *plantaginis* & *cerusam*; sed melius est parare juxta formulam datam, quam sequũtur Parisienses pharmacopœi; non tamen omnes & semper oleum rosatum, sed aliquando commune sumunt, nec peccant. Dicitur a. *unguentum Crudum*, quia absque igne paratur; nonnunquam *Nutritum*, quod nutritione longa unguenti formam acquirat: interdum *Triapharmacum*, à trium simplicium, quibus constat, unione; ex quibus ut decet, coctis, fit emplastrum, in omnibus Officinis servandum, quia usitatissimum.

Vim habet reprimendi, desiccandi, carnẽ in ulceribus cavis generandi, eaq; ad cicatricem perducendi.

Vnguentum defensivum Reines.

℞. *Boli arm* ℥ ij.
Cort. granat.
Sang. dracon. ana ℥ ß.
Camph. ℈ ij.
Farin. lent. ℥ j.
Ol. & aceti ros. ana q. s.

Vilius.

℞. *Ol. rosat.* ℥ j. ß.
Aceti ros. ℥ ß.
Boli arm. q. s. f. unguentum

Vnguentum suppuratorium, Reines.

℞. *Butyri recent.*
Ol. hyperici ana ℥ j. ß.
Balsf. ♃ *Rul.*
Sarcocollæ, mastich. ana ℥ ß.
Myrrhæ, thuris ana ℥ ij.
Vitellor ovor. n. 8.
Terebinth. ℥ ij.
Vngu. Apostol. ℥ 4. *f. unguentum.*

Vnguentum de Bolo.

℞. *Bol. Armenæ* ℔. ß.
Succorum solani, & plantaginis an. ℥ iij.
Aceti ℥ ij.
Olei rosati ℔. *j.*

Sensim agitentur in mortario, donec unguenti spissitudinem acquirant.

Eandem aut parum dissimilem descriptionem tradit Guido Cauliacus c. 5. *doct.* 1. *tract.* 7 quam ex Gal. *lib.* 9. *simplic.* accepisse fatetur: eũ tamen librum evolvens, minime tale quid inveni. A quocunq; vero authore prodeat, ut optimum medicamentum à Chirurgis plurimum expetitur. Eadem est huius atque præcedentis præparatio, & utrumque, cum fiat, absque igne, crudum nominari potest.

Vim habet refrigeratoriam, astringentem & roborantem optimeq; cõuenit initio fluxionum calidarum, proinde incipienti phlegmonæ, Erysipelati, & similibus affectionibus valde prodest.

Vnguentum Stypticum D. Fern.

℞. *Olei rosati sapius in aqua alumino, a loti* ℔. *j.* ß.
ceræ albæ ℥. iiij.
gallarum immaturarum.
nucum cupressi, baccarum myrthi,
balaustiorum, malicorii,
corticum glandium, acaciæ,
rhois, mastiches, an. ℥ j.

Cum succis mespillorum & sorborum immaturorum fiat unguentum.

Vnguentum hoc astringens, quod validissimum sit, ac paratu facile, inquit Plantius vsurpandum erit pro vnguento Comitissæ, & alio quouis astringente. Vt rite paretur, omnia tenuissime pulueranda, & dies circiter quatuor macerãda in *succis sorborum & mespilorũ*, vel horum tantum alterutro; deinde lento igne siccanda: Tum ceræ oleo rosato liquatæ commiscenda, spatula agitanda, & accurate commiscenda.

Inter astringentia primum locũ obtinet: Obid admovetur partibus imbecillis roborandis, ab humoril irruentiũ accursu tuendis & laxioribus constringendis & angustandis. Nã fluxiones omnes intercipit, vulvæ, uteri, sedis, intestiniq; prolapsum cohibet, & profluẽtem sanguinẽ admotum sistit, mammillas pendentes retrahit, minores efficit, & ventris rugas à partu tollit.

Desiccativum rubrum.

℞. *Olei omphacini* ℔. *j. ceræ albæ* ℥ v.
terræ Lemniæ, vel boli Armenæ.
lapidis calaminaris an. ℥ iiij.
lithargyr auri, cerusæ an. ℥ iij.

capitis

caphuræ ℥ j.
fiat unguentum, ut artis est.

Desiccativum sic ab effectu dictum, ut rubeum à colore, omnibus in Officinis prostat, ut opicum usu frequenti & felici probatissimum. Et licet de huius authore non satis constet, juxta tamen formulam à nobis traditam, fere apud omnes describitur, & sic paratur: *Ceruſa, caphura, lithargyrus* primum seorsim terenda & lævigandæ: *Cera* moderato calore oleo liquandæ: his ab igne semotis pulveres permiscendi ita tamen, ut *caphura* postremo loco inijciatur. Omnia sic confuse mixta sedulo spatula lignea agitanda, ut in debitam coeant unguenti spissitudinem.

Poterit quoque cum Silvio parari, igne *lithargyro* prius nutrito, dein pulveris una commixtis. Sed si coadunatum, ut magis desiccat, sic refrigerat minus. Sunt qui cum *terræ Lemniæ* conficiunt; cum *bolo* tamen confectum nihilo est inefficacius.

Refrigerat, roborat, fluxionem sistit, partem affectam tuetur, humiditates excrementitias digerit, absumit, siccat, & ulcera ac vulnera ad cicatricē perducit.

Vnguentum constrictivum. Reines.

℞. *Boli Arm.* ℥ ß. *gallarum immatur. nucum cupressi, nihili grisei, bacc. myrti, cytini Dioscor.*
Rhois obscon. lithargyri, ceruſſæ, ana ℥ iij.
Mastiches ℥ ij. *hæmatitæ* ℥ j. ß.
Succi acatiæ aq. plantag. sol. ℥ j.
Ol. roſar. aquæ propriæ, in qua prius alumen sit solutum, aliquoties loti ℔ ß. & ℥ iij.
ceræ ℥ ij. *f. Vnguentum.*

Vnguentum Diapompholygos D. N. Alex.

℣. *Ol. roſat.* ℥ x.
Succi granorum solani ℥ iij.
Bulliant lento igne ad succi dissipationem: adde
ceræ alb. ℥ v.
Pſimmythii, seu ceruſæ lotæ ℥ iij.
pulveru plumbi,
pompholygis an. ℥ ij.
thuris ℥ j.

Coquantur & cogantur in unguenti formam.

Desumptum est hoc unguentum ex Nic. Alexand. sed immutata simplicium singulorum dosi & ad meliorem formam redacta, juxta Sylvii castigationem *cap.* 1038. *sui antid.* Illius basis *pompholyx* est, à qua nomen habet. Quid autem sit *Pompholyx*, & quid differat à *Tutia*, postea dicetur. Iubet porro Alexandrinus *lib. de simplic.* usti plumbi pulverem assumi & ablui, ego tamen malim idipsum, crudum, & ex arte in pollinem redactum, ut præstantius, assumere; quibus tamen ustum magis arridet, his Dioscorides *ca. 96. lib. 5.* sic iubet urendum. Super quam minutissimas plumbi laminas, inquit, fictili novo inditas sulphur inspargito, additisque rursus aliis laminis, interiecto semper sulphure, usque dum vas expleveris, succendito; flagrante autem plumbo, ferrea rude versato, donec perfecte redigatur in cinerem, nihilque è plumbo ustum hæserit: tum obturatis naribus, ne plumbi halitus noceat, eximito. Elimata quoq; plumbi scobs cum *sulphure* uri facile potest: ut etiam absque eo, si tenuissimæ illius laminæ igni acri imponantur, & rudicula ferrea perpetuo moveantur, dum solvantur in cineres.

Urunt nonnulli sine *sulphure* melius hoc modo. In fictili novo reponunt, & prunis circumcirca accensis liquant, atque ferrea spatula agitant, ignem semper augendo, ut spumam non modo multam eructet, sed ut totum in spumam abeat, quæ velut cinis est, qui denuo igni adhibitus non difficile pulveratur. Ustum autem & pulveratum lavatur ut *cadmia*. Crudum vero facile in pollinem reducitur, si ejus laminæ tenues, minutissime incidantur, *aceto* acerrimo tres dies immergantur, quotidie immutato, si videtur, *aceto*, & postea exemptæ & siccatæ citra ustionem terantur. Ad præparationem coquitur primum *solani succus* in *rosaceo* ad succi deperditionem: Deinde *cera* eodem oleo liquatur: Tum adduntur pulveres tenuissimi, & continua agitatione rudicula lignea moventur, donec tota mixtura refrixerit, in unguentum abitura.

Præstantissimum est ad ulcerum sanationem: Eorum enim calorem mitigat, humiditatem siccat, malignitatem cancerosam domat, dolorem lenit, cavitatem carne implet, & ad cicatricem perducit. Maxime autem tibiarum ulceribus prodest.

Vnguentum contra scabiem Fabritii.

℣. *Corticum radicum frangulæ recent.*
Radicum Lapathi acuti,
Scrophularia majoris,
Enulæ campanæ ana ℥ vj.

Incidantur, & contundantur omnia in mortario. Deinde projectis radicibus in vas vitreum, aut vitreatum, superfunde

Aceti optimi ℔ j.
Axungiæ porcinæ ℔ iij.

Misceantur lento igne, donec axungia sit resoluta. Postea insolentur per mensem integrum: & tandem coquantur in duplici vase, ad consumptionem ferè humiditatum. Colaturæ fortiter factæ admisce Styracis liquidæ ℥ ij. Misceantur, & reservetur colatura in vase vitreato benè clauso. Axungia hoc modo præparata Domino Slotano veluti basis variorum unguentorum in scabie, & externis affectib. erat commodissima; cui postea & alia, prout ipsi necessum esse videbatur, admiscebat.

Vnguentum contra Scabiem. Myſ.

℣. *Rad. Lapath. acuti*
Helenii } *ana* ℥ ij.
Liliorum albor. }
Summitatum Lupuli }
Fumariæ } *ana M* ij.
Absynthii }
Cicerum }
Lentium } *ana M* j.
Hordei }
Camomillæ M. viij.

Decoque in suff. quant. Aquæ, colaturæ

℣. ℥ iv.
Olei Rosarum }
Mastichini } *ana* ℥ xvj.
Laurini }
Butyri ana ℥ xxxij.
Axungiæ suillæ ana ℥ xxxij.

Bulliant ad consumptionem decocti, adde deinde

Thuris }
Lythargitii }
Mastices } *ana* ℥ ij.
Myrrhæ }
Styracis liquidæ }
Therebinthinæ ℥ viij.
Sarcocollæ
Ceruſſæ ana ℥ j.

Argenti

Argenti vivi præpar. ℥ iv.

Vnguentum Prurig. D.D.Reines.

℞. *Rad. oxylap. in aceto ad putr. cort. & trai. per set.*
♀ Succo limon. ter præpar. ana ℥ j. ß.
Adip. porc. lot. aq. scab. ℔ ß.
Vng. popol. enulat. ℥ vj.
M.

Vnguentum ad pruritum Scabiosum.

℞. *Axungiæ suillæ in succo scabiosæ sæpius lotæ ℔ ß.*
radic. oxylapathi in aceto ad putrilaginem coctæ, & per setaceum traiectæ.
sulphuris in succo limonum abluti an. ℥ j. ß.
unguenti populei in succo enulæ nutriti ℥ ß.
omnibus in mortario probe subactis fiat unguentum.

Dum hæc scriberem, venit ad me rusticus quidam opem efflagitans pro quodam amico & affine, qui cũ nocte, dieq; pustuloso pruritu importune stimularetur, à barbitonsore idoneum postulavit remedium. Illeunguine sibi familiari, ex mercurio, sulphure & axũgia suilla parato, partes prurientes semel atq; iterũ oblinivit, & tanto impetu pravam totius corporis colluviem movit, & ad cervicem & collum promovit, ut suborta sputatione violenta, pene misellum suffocarit. Nolo plures alias similes historias recensere, cum ex dicta satis eorum innotescat error, qui ut imperite, sic infeliter ad levem scabiem, & pruritum linimentum ex *hydargyro, adipe, vel butyro & sulphure* confectum, imperant. Ne autem posthac ad vomitum redeant, vel aliis ut ita faciant, medicamentorum optimorum inopia consilium dent, hoc unguentum damus, paratu facillimum, & ad scabiem pruriginosam efficacissimum. Serum enim bilioſum & pituitam acrem, & salsam mitigat, humores quosvis calidos contemperat, & scabiem & pruritum sanat.

Vnguentum Ophthalmicum.

℞. *Bol. armen. in aqua rosar. lotæ ℥ j.*
lapid. calaminaris in aqua euphras. abluti,
tuthiæ præparat. an. ℥ ij.
margaritarum tenuissime lævigatar. ℥ ß.
caphuræ ∋ ß.
opii gr. v.
butyr. recent. aqua plantag. sæpius abluti ℥ v.
Fiat unguentum secundum artem.

Vix dici potest, quot, quantisque morbis & symptomatis obnoxius sit oculus, quibus oppugnãdis omnia quidem medicamentorum genera debentur, sed non omnes eorum formulæ adhibentur: Præter enim collyria & unguenta, quædam oculi non nisi difficillime ferunt. Nam cataplasmata, emplastra, & similia, ut super palpebras, & extra oculorum aliquando prosunt, sic intra admovere, excæcare est. Ad multos autem illorum morbos curandos unguentum quoddam ophthalmicum, ab effectu dictum exhibemus, quod humorum fluxiones arcet, calorem tẽperat, acrimoniam mitigat, lachrymas & sistit, & siccat, dolorem sedat, ruborem aufert, & oculum roborat, si illius tantillum post universalia remedia, purgationem, & sanguinis eductionem ad angulos, & palpebrarum oras adhibeatur.

Vnguentum de Minio, seu unguentum rubrum, caphuratum.

℞. *Minii triti ℥ iij.*
lithargyri ℥ ij.
cerussæ ℥ j. ß.
tuthiæ, ℥ iij.
caphuræ ℥ ij.
olei rosati ℔ j. ß.
ceræ alb. ℥ ij.
fiat unguentum, ut artis est.

Duplex huius ungenti datur descriptio; una simplicior, quæ sine *camphora*, altera magis composita, quæ cum ipsa paratur. Vocatur autem rubeum à calore & de minio, à sua basi. Utilissime datur ad ulcera mala, inveterata, & quæ vix integram curationem admittunt, & ad cicatricem perducuntur.

Vnguentum Resumptivum, D. Præp.

℞. *Butyr. recentis ℔ j.*
ceræ flavæ ℔ ß.
axungiarum anseris,
anatis,
gallinæ,
olei amygdalini,
anethini,
chamæmelini an. ℥ ij.
mucaginum radicis althææ,
sem. lini an. ℥ j. ß.
mucaginis fenugræci,
æspi humidæ an. ℥ ß.
fiat unguentum, ut artis est.

In hoc unguento, in Antidotario Præpositi descripto, cum multa reprehendenda invenisset Rondeletius, quædam detrahendo, nonnulla substituendo, alia prorsus, ut inutilia, nec scopo accommodata, improbando, illius compositionem non parum immutavit: Nam pro *cera alba flavam*; pro *oleo violato*, *amygdalinum* subdidit: Mucilagines vero *tragacanthi, gummi arabici* & *seminis citoniorum* expunxit, quod sua virtute astringentiore digerendis humoribus minime conveniant. Quod si una cum resolventibus in morborum principiis roborantia debeant aliquando usurpari, facile erit, utendi tempore, ungento juxta formam datam cõfecto, parum *oleo citoniorum*, aut *omphacini*, vel similis, quando postulabit, occasio, commiscere. Vt vim digerẽdi maiorẽ habeat, addita est adhuc *fenugræci mucago*, sed quantitate parva, ♀ odoris insuavitate displiceat; Si medulla ossium vituli adiiciatur, virtutem habebit magis emollientem & relaxantem, ut voluit Fernel. Vt ex arte paretur, *cera* trustulatim divisa cum oleis primũ liquanda, dein *butyrum* & *axungiæ*. Liquefactis simul omnibus *æspus* addenda, & spatula agitanda. Ab igne semotis & accurate unitis mucagines in aqua communi, vel, ut aliis placet, in rosacea ad maius robur extractæ, commiscendæ, & lignea spatula movendæ, ut unguenti spissitudinem idoneam acquirant.

Totius thoracis dolores lenit, humores tussim cõmittentes coquit, sputum movet, pleuritidi auxiliatur, & succos inutiles musculis thoracis impactos resolvit, & partes relaxat, lenit, emollit.

Vnguentum de althæa simplex, Nicolai. August.

℞. *Radicum Althææ libras duas*
Sem. Lini,
Fœnugræci ana libram unam.
Olei libras quatuor.
Ceræ libram unam.
Terebinthinæ uncias duas.
Resinæ uncias sex.

Radices & semina contusa macerentur trib. dieb. in aquæ libris octo aut quantũ sufficit: quarta die coquãtur

tur donec remittant craſſam & viſcoſam mucilaginem, eam deinde exprime, Mox

℞. Expreſſæ Mucilaginis lib. duas Coq; cũ Oleo, & cum deinde aquoſum illud in mucilagine conſumptũ fuerit, Ceram addito, & ſecundum artem parato.

Uſu celeberrimum ad emolliendum, calefaciendũ & humectandum. Pectoris dolorem è frigore contractum abolet, laterumq; doloribus fæliciſſimè adhibetur, per ſe, aut etiam cum Butyro illitum. Viſcerum duritiem laxat, Spleneticis & Hepaticis adhibetur, ac ſtomachi inflationes diſcutit. Valet ad nervorũ incontinentiam ac duritiem, eoſq; præciſos glutinat, vulnera claudit, reſolutis nervis & perfrictis partibus, imprimis tamen veſicæ, ad ignem illitum benefacit, Periodicaſq; febres amolitur. Emollit, lenit, concoquit, incidit & digerit.

Vnguentum de Althea, D. Myrepſ.

℞. Rad. althææ,
ſem. lini, &
fenugraci an. ℔ *ß.*
Scillæ ʒ *iij.*
Lota, tritaq; macerentur triduum in
aquæ ℔ *v.*
Dein bulliant, donec inſpiſſentur: His ad ℔ *i.* expreſſis, miſce
olei ℔ *ij.*
Fervefiant denuo ad mucaginum exhalationem. Oleo ſuperſtiti adde
ceræ flavæ ℔ *ß.*
colophoniæ,
reſinæ an. ʒ *iij.*
terebinthinæ,
galbani,
gummi hederæ an. ʒ *j.*

Omnia ſimul in cacabo liqueſcant, agitentur, & ab igne removeantur, ut refrigerata unguenti ſpiſſitudinem idoneam concreſcant.

Fernelius huius unguenti deſcriptionem multo ſimpliciorem exhibet, omiſſis *ſcilla, colophonia, galbano & hederæ gummi*, quòd ſordidum nimis unguentum efficiant, ne his ſit opus, ad digerentem unguenti vim augendam, ex aliis ſimplicibus formula comprehenſis, ſatis efficacem. Ea tamen utilia credo, quæ ſi quis expunxerit, ut medicamenti odorem, ſic virtutem immutabit. Si deſit *gũmi hederæ*, ejus ſuccus ſubſtituendus. Aquæ quantitas nempe lib iij. *ß.* quod minor eſſet, nec mucaginibus eliciendis, & poſtea coquendis ſufficeret, aucta eſt ad lib. v.

Cætera ſunt facilia, ut & conficiendi modus, ex unguenti formula artificioſe deſcripta ſatis notus.

Vnguentum de althea calefacit, emollit, lenit, humectat & digerit: Ob id intemperiem frigidam tollit, nervorum duritiei prodeſt, ſiccitatem nimiam emendat, pleuritidi & aliis affectibus ab humore crudo, muſculis adhærente natis, medetur.

Tetrapharmacum, ſeu Baſilicum minus, D. Meſ.

℞. Ceræ flavæ,
reſinæ,
picis nigræ an. ʒ *ij. ß.*
olei dulc. ℔ *j.*
fiat unguentum ſecundum artem.

Baſilicum maius, D. Meſ.

℞. Ceræ,
reſinæ pini,
ſevi vaccini,
picis navalis,
thuris,
myrrhæ an. ʒ *j.*
olei ℔ *j.*
fiat unguentum.

Unguentum hoc à viribus, quibus pollet maximis, ad humores coquendos, ſeu ſuppurandos, Baſilicum, ſeu Regium dicitur. Conſtat autem vel quatuor tantũ ſimplicibus, ob id *Tetrapharmacum* dictum, ſeu *Baſilicum minus*; vel pluribus, & *Baſilicum maius* appellatur. Utrumque diapyeticum eſt, ſeu pus movens, aut ſuppurativum; Simplex tamen imbecillius eſt magis compoſito, & minus calidum, ac velut temperatum, propterea pepaſmo, ſeu coquendis, & in pus vertendis humoribus magis idoneum; Num verum pepaſticum ſeu maturativum medicamentum temperatum eſt, & calori noſtro nativo cognatum, unde ſua qualitate potius agit, inquit Galenus *cap. 7. libr. 5. de ſimpl. med. fac.* quam quantitate, ut remollientia potius qualitate, quam quantitate, cùm ſunt validiora, non ita tamen ſuperfluum humorem abſumere. Cum ergo Tetrapharmacum ſit quaſi ſymmetrum. optimum ſuppuratorium eſt, & humores coquendo in pus rite convertit, perinde ac vola manus temperatiſſima parti cuipiam pravis humoribus ſcatenti diutiſſime admota *c. 2. lib 5 ſimpl.*

Ad Baſilici confecturam *reſina*, & *pix* nigra, quæ nondum picandis navibus inſervivit, cum oleo primum liquanda, & ubi parum refrixerint, piſtillo agitanda, ut unguenti conſiſtentiam nanciſcantur.

Tetrapharmacum ſeu Baſilicum dolorem mitigat, humorem noxium parti impactum coquit, illius acrimoniam lenit, & carne ulcera implet.

Mundificativum expertum. Renod.

℞. abſynthii,
centaurii minoris,
agrimon.
veronicæ,
hormini,
plantaginis an. m. j.
macerentur in ℔ *ij. aquæ, & coquantur lento igne, donec marceſcant. In* ℔ *ß. colaturæ expreſſæ, iniice*
Mellis communis ℔ *ß. Bulliant rurſus ad aquæ fere diſſipationem. Tum adde*
olei roſat. ℔ *j.*
ceræ in eodem liquatæ ʒ *iij.*
pul. cancrorum uſtorum ʒ *iij.*
farinæ lupinorum,
pul. radic. gentianæ an. ʒ *ij.*
myrrhæ,
aloes an. ʒ *j. ß.*
ireos,
viridis æris an. ʒ *j.*
fiat unguentum, ut ars eſt.

Cum nullum extaret in vulgatis Diſpenſariis mundificativum eximium, de cuius efficacitate Chirurgi ad ulcerum deterſionem poſſent ſibi felices ſatis effectus polliceri, in illorum gratiam hoc rhypticum ſeu medicamentum extergens (*mundificativum* nominant) concinnavimus, his præditum viribus, quas Galenus *cap. 11. lib. 5 ſimpl.* requirit, ratio poſtulat, & probat uſus. Nam cum ejuſmodi medicamentũ tenuitate ſubſtantiæ mediocriter exſiccantis ulcus extergeat, ſeu ſordes à parte, cui adhibetur, ſeparet, & foras amandet, præter eam ſubſtantiæ tenuitatem, & qualitatem exſiccantẽ, & ſæpius nitroſam, ab emplaſtico, & viſcido, quod in parte cohibet, excrementa & ſordes aggerit; longe

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 860 sur 955

longe distare videtur. At vero mundificativa vulgaria, magna sui parte, ex *sarcocolla, thure & mastiche* componuntur: nonnunquam ex *resinis, symphito* toto, & *sempervivo*, quæ tantum abest, ut effectus præstent, quos illa promittunt, cum sæpius ulcera sordidiora reddant. Proin illis relictis, felicius in ægrorum salutem hoc nostrum rhypticum, seu extergens medicamentum in Officinis servabitur.

Cancros autem fluviatiles ustos excipit, quibus vis est ad extergendum, & exsiccandum insignis. Seligendi vero sunt fluviatiles quorum tamen defectu marini poterunt assumi. Urendi vero in patella ignita eousque, dum facile redigi possint in lævorem, qui miscebitur una cum pulveribus reliquorum simplicium seorsum tritorum. Tum omnia incorporata agitabuntur, ut in unguenti crassitiem uniantur idoneam.

Vim habet excrementa serosa ab ulcerbus absumendi, crassiora separandi, & extergendi: Sed quæ sordibus crassissimis, vel cadaverosa carne conspurcantur, validius detergens, & sæpe cathereticum postulant. Insigni autem virtute, eaq; peculiari prodest vulneribus à cane rabido inflictis. Eorum enim virus specifica proprietate extinguit, & humores infectos veneno exterget, siccat, absumit.

Vnguentum Renotti ad vulnus citò sanandum.

℞. *Mellis despum.* ℔ *j.*
Succi parietar. q.s. f. Vnguentum

Vnguentum Hildani in Ichor. serosò vulner.

℞. *Ceræ*
Colophon. ana ℥ *j.*
Gummi Elem.
Terevint. Cypr. ana ℥ ß.
Ol. lumbr.
Amygd. dulc.
Acor.
Rosar. ana ℥ *vj.*

Liquefiant in sartagine & per linteum transcolentur, adde lumbric. terr. pulv. ℥ ij. Croci ℥ j. m. & calide vulneri infunde, superpositio cataplasmate ex far. hord. fab. ana ℥ iij. camom. melil. ros. ana ℥ j. croci ℥ ß. in lacte coq. & add. vitell. ov. num. 2. Præstat hoc Unguentum quam puniceum Würtzij ob doctissimas rationes Drawitii theor. 8. expositas, qui videatur.

Vnguentum contra putredines. Reinesij.

℞. *Scordii Cret. Mj.*
Alliariæ Mij.
Rutæ, absinthii ana M ß.
coq. in aceti ℔ *j. ad dimidias, in colato bulliant*
Mellis ℥ *iij.*
Aluminis, viridis æris,
Gillæ Theophr. seu ☉*is* ☾*i,*
☉*is Armon. ana* ℥ *j. remotis ab* △*e adde*
Theriacæ ℥ *vj.*
Camphoræ ℥ *iij. f. Vnguentum.*

Linimentum salutis. Rein.

℞. *Vngu. Rosati Mes.* ℥ *j.* ß.
Theriacæ ℥ *vj.*
Spec. cordial. temp. ℥ *ij.*
Sandali citr. ℈ *j.*
Croci ℈ ß. *caphuræ* ℥ ß.
Ol. Scorp. q.s.
Balsi. citri, rutæ, Angel.
Salviæ ana ℈ *j.*

Vnguentum Aureum, D. Mes.

℞. *Olei* ℔ *ij.*
ceræ citrinæ ℔ ß.
terebinthinæ claræ ℥ *ij.*
resinæ,
Colophoniæ an. ℥ *j.* ß.
olibani,
mastiches an. ℥ *j.*
croci ℥ *j.*
fiat unguentum, secundum artem.

Vocatur hoc unguentum *Aureum* & Regium utroque nomine colore & virtute deprompto. Nam ut aurum flavum est, ut rege dignum medicamentum, quod vix unquam infeliciter adhibetur. Ejus adeo facilis est apparatus, ut ne qui dem iuniores tyunculos lateat. Perperam faciunt, qui lucri, quam nominis avidiores, absque *croco* & *mastiche* parant: Sic enim immutata illius virtute, & colore negato, nec amplius aureum, nec regium est.

Rite paratum aureum vulnera salubriter agglutinat, ulcera cava & mundata carne implet, dolorem, si quis in his sit, mitigat, & ad cicatricem accelerat.

Eadem aut parum dissimiles vires habet unguentú Fuscum, quod fit ex *olei* ℔ *j.* ß. *cera novæ* ℥ *iiij. picis nigræ, sagapeni an.* ℥ *ij. mastiches, galbani, thuris, terebinthinæ an.* ℥ *j.* Utrumque enim sarcoticum est, seu ulcera implens, & ad perfectam curationem ducit.

Enulatum cum Mercurio.

℞. *Radic. enulæ in aceto coctæ, tritæ & cretæ* ℔ *j.*
axungiæ porci veteris, & salitæ,
olei communis an. ℥ *iij.*
cerænovæ ℥ *j.*
hydrargyri extincti,
terebinthinæ claræ an. ℥ *ij.*
salis vulgaris ℥ ß.
fiat unguentum, legitimæ consistentiæ.

Excerpsit hoc unguentum Præpositus ex Myrepso, apud quem fere simile legitur in fine tertiæ sectionis, sed ut illius videretur primus author, *oleum, ceram, salem, & terebinthinam* addidit, & efficacius reddidit: Ante tamen istud incrementum, ob miras ejus dotes, Mirabile vocavit Myrepsius.

Paratur autem in Pharmacopoliis juxta maiorem descriptionem simplici securiorem, licet utriusque usum averserentur multi propter *hydrargyrum*. Ejus tamen per salivam, aut succum *limonum* extinctio metú omné ex illorum animis excutere debet: Adde, quod *terebinthina*, & *adeps suillus* commiscentur, quæ illius feritatē, si quæ remansit, obscurant. Sunt, qui loco *hydrargyri Sulphur* ponunt, aliis *succum fumariæ*, vel *limonum*. Ad huius unguenti apparatum nonnulli *radicem enulæ* tantum in *aceto* terunt, & per cribrum trajiciunt, sed melius est eas ad putrilaginem coqui, idque in aceti lib. ß. & aquæ lib. j. potius, quam in aceto solo: Nam quæ simplici concoquuntur aceto, acerrimam qualitatem adipiscuntur.

Cera igitur *oleo* liquatæ axungia additur, deinde *enulæ pulpa*, post *argentum vivum & sal*, tandem *terebinthina*. Quæ omnia confuse mixta, probe agitata abeunt in unguentum.

Ad pruritum, scabiem siccam, humidam, & à quacunq; causa ortam, atq; ad alias cutis fœditates mire est efficax.

Vnguen-

Vnguentum ad Vermes.

℞. *Centaurii minoris,*
absynthii,
farinæ lupinorum an. ℥ *j.*
pulpæ colocynthid. tritæ, aceto macerata, & postea siccatæ ℈ *ij.*
olei amygdalarum amararum ℔ *ß.*
ceræ ℥ *j. ß.*
fiat unguentum consistentiæ idoneum.

Vermes in multis corporis partib. generantur, atq; in his potissimum, in quibus materia quædam excrementitia corrumpitur, ut in intestinis, ex quib. tria vermium genera reiiciuntur; Ex superioribus teretes & longi, ex colo lati, ex recto ascarides, seu breves cucurbitini dicti. Omnes enecantur acribus, salsis, acidis amaris, vel interius assumptis, ut *aloe*, *santonico*, *rhabarbaro*; vel exterius adhibitis, ut unguento à nobis descripto, ad cuius præparationem, *Colocynthis* primũ terenda, & *aceto* maceranda, dein insolatu, vel in cineribus calidis exsiccanda: Post *oleo ceræ* liquatæ misceda, una cum reliquis simplicibus in pollinem redactis: Tũ omnia simul agitanda, & accurate uniẽda in unguenti concretionem.

Plurimum valet ad lumbricos interficiendos, si eo umbilici regio linatur, vel totum abdomen, aut ejus portio cum decocto enematis communis per sedem in alvum iniiciatur.

Vnguentum ad Achoras, vulgo tineam, D. Gordion.

℞. *Ellebori albi,*
Ellebori nigri,
Sulphuris vivi,
Auripigmenti,
Lithargyri,
Calcis vivæ,
Aluminis,
Gallarum,
Fuliginis,
Cinerum clavellatarum an ℥ *ß.*
Hydrargyri extincti,
Virid. æris, an. ℥ *ij.*
Fiat omnium pulvis, qui bulliat lento igne in
Succorum boraginis,
Scabiosæ,
Fumariæ,
Oxylapathi, &
Aceti an. ℥ *iij.* ad succorum consumptionem: Adde
Olei veteris ℔ *j.*
Picis liquidæ ℥ *ß. ceræ parum, fiat unguentum.*

Huius unguenti Gordonius perhibetur author primus, licet cuiusdam Ioannes de Concoregio meminerit, qui in *ellebori* utriusq; dosi limitanda ab ipso dissentit: ut etiam Guido Cauliacus, qui de *hydrargyri* & *viridis æris* quantitate non parum detraxit, cuius castigationẽ sequimur. Extinguitur autem *argentum vivũ* multis modis, sed usitatior modus fit per *salivam ieiuni*, aut *succum limonum*, & aliquando *hyosciami*. Cætera, quæ ad apparatum attinent, facilia sunt, eaque medicamenti formula descripta satis indicat.

Istud unguentum, inquit Gordonius, proculdubio tantæ virtutis est, vt in corpore mundificato, seu purgato, omnem infectionẽ per scientiã humanam curabilem curet, sive fuerit tinea, seu scabies, malum mortuum, morphea, aut aliud quodcunque infectionis genus. Quare in honore, ut loquitur bonus vir, & reverentia habeatur.

Vnguentum Apostolorum, D. Auicen.

℞. *Olei communis* ℔ *ij.*
ceræ flavæ,
terebinthinæ,
resinæ,
ammoniaci an. ℥ *xiij.*
lythargyr. auri ℥ *ix.*
aristolochiæ rotundæ,
thuris masculi,
bdellii an. ℥ *vj.*
myrrhæ,
galbani an. ℥ *iij.*
opoponacis,
æruginis an. ℥ *ij.*
fiat unguentum.

Avicennam unguentum hoc inveniſſe, & sic nominasse fertur, qui tamen Apostolorum numerum, nec rescivit unquã, nec similiter Deũ coluit. Qui n. Christi legem sequentes Deum vere agnoscunt, certo sciunt Apostolos non unguentis, sed verbis, imo sola vestiũ umbra ægrotos sanasse; Unde facile credo, interpretes Arabicæ linguæ deceptos, qui unguentum hoc *Alhavarin* Avicennæ dictum, Apostolorum verterunt. A quocunq; tamen fuerit hæc imposita nomenclatio, non improbatur, ut quæ compositionem ex tot simplicibus, quod olim fuerunt apostoli, cohærentem designet. Sic autem paratur.

Gummi primum in aceto duodecim horas macerandum, dein colanda, & igne lento coquenda ad spissitudinem mellis: quibus adhuc calentibus diluenda, uniendaq; *terebinthina*. Interea *lithargyrus* lævigatus in oleo blando igne nutriatur. Tum eodem *cera* liquabitur, ut & *resina*. His ab igne semotis gummi dicto modo apparata commiscebuntur: Dein *aristolochia*, *myrrha* & *thus*: Tandem *æruginis*; Cuius dosim augent imperite multi, ut unguenti colorem efficiant viridiorem; Simul enim cum tinctura acrimoniam acquirit vehementiorem, ulceribus nimis mordacem & noxiam.

Vulnera & ulcera contumacia, itemq; fistulas detergendo expurgat, fungosam, aut mortuam carnem exedit, & absumit, & novæ restitutionem accelerat.

Ei viribus non male convenit unguentum è *Calce*, septies, vel etiam decies in aqua communi, dein in *rosacea*, ut decet, abluta, & olei sufficienti quantitate excepta ad unguenti crassitiem. Ulcera enim efficaciter à sordibus exterget, humiditates absumit, & ad cicatricem perducit. Paratur aliud magis compositum, additis *cerussa*, *pompholyge*, *lithargyro*, *sevo vitulino*, & *unguento rosato*, Sed raro est in usu.

Vnguentum Ægyptiacum.

℞. *Æruginis* ℥ *v.*
mellis ℥ *xiij.*
aceti fortis ℥ *vij.*
Coque super ignem, donec inspissentur in unguenti crassitudinem.

Ægyptios omnes Medicos olim fuisse, antiquo proverbio fertur, ab his q; primas medendi leges, & medicamenta multa, manasse, patrum scripta, & rerum monimenta testantur; Verum Græci gloriæ semper avidissimi, quæ ab illis sunt mutuati, sæpe tam astute immutarunt, ut primi nunc fere authores habeantur. Supersunt tamen adhuc quædam olea, & unguenta ab illis cognominata, ut unguentum hoc vulgare *Ægyptium*, dictum, quod ejus cognitio primum ex Ægypto ad nos delata est, vel quia illic & laudatissimum, & usitatissimum parari consueverit. Ex his enim causis potius,

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 862 sur 955

quam ex Ægyptiorum colore fusco, ac unguento simili probabilius est nomen derivatum. Multi à sua basi, videlicet *melle*, mellcum nominant. Sed cum rationi nonnunquam præponatur usus, cum myropolis *Ægyptiacum* nominabimus, quod sic parabitur. *Mel* cum *aceto*, & *aruginc* pulverata, in figulino vase igne lento coquentur ad aceti dissipationem, æruginis tinctura immutationem, & unguenti consistentiam legitimam. Vocatur à Mesue *magnum*, id est, viribus eximium, non ad differentiam minoris, seu minus compositi.

Ad ulcera antiqua & fistulosa est usitatissimum: Ea enim terget, putredinem aufert, saniem absumit, carnem excrescentem & mortuam exedit, non sine sensu doloris. Si *thus masculum* addatur, ut consentire videtur Mesue, aliquanto mitius erit, & minus sarcoticum.

Vnguentum *Agrippæ*, D. *Myr.*

℞. *Radic. bryoniæ* ℔.ij.
cucumeris asinini ℔.j.
scyllæ ℔.ß.
ireos ℥iij.
filicis,
ebuli,
tribulorum aquaticorum an. ℥ij.
olei veteris ℔.iij.
ceræ citrinæ ℥xv.
fiat unguentum ex arte.

A Myrepso vocatur vnguentum γεῦμα. Latini codices *de Agrippa*, & ratione vix probabili ad regem Agrippam retulerunt. Sic forsitan dicitur, quod fiat ex simplicium agrestium succis per macerationem in oleo relictis, ἄγριπνον, quasi *succus agrestis*, à quo detorta est de Agrippa nomenclatio. Sed de nominum ratione non disserendum, modo res ipsa probe dignoscatur. Huius autem unguenti descriptionem à Myrepso data Salernitan. parum immutavit, pro *radice althææ sylvestris*, *cucumeris asinini* radicem ponendo, scopo convenientiorem, serosis humoribus educendis, & hydropi curando, juxta Myrepsi institutum accommodatiorem. Sic vero illius præparatio suscipitur. Radices recentes primum seligendæ, abluendæ, diligenterque à sordibus purgandæ, & terendæ: Deinde oleo super cineres calidos quinq; aut sex dies, in vase fictili macerandæ; Postea coquendæ, donec contabuerint, & aquea humiditas exhalarit. Tum percolandæ. Percolato liquori denuo ad ignem adhibito, & fervere incipienti, addenda *cera*, & ex arte conficiendum unguentum; quod ventri illitum hydropicis prodest, ut & lienosis, si hypochondrium sinistrum inungatur. Alvum quoq; non raro subducit, licet tantum extrinsecus adhibeatur. Maxime vero pueris & habitu mollioribus. Aliis adhuc multis qualitatibus pollet, quas brevitatis causa prætereo.

Vnguentis Aregon, D. *Myrepsi.*

℞. *Laureolæ* ℥ix.
calamenti ℔.ß.
radicis cucumer. agrest.
ireos recent.
maioranæ
cimarum rorismarini,
serpilli,
rutæ an. ℥iiij.ß.
foliorum lauri,
salviæ,
sabinæ an. ℥iij.
zinziberis,
piperis an. ℥ß.
pyrethri,
euphorbii,
petrolæi, *an.* ℥j.
masticbes,
thuris an. ℥vj.
olei moschatellini ℥ß.
laurini,
adipis ursi an. ℥iij.
butyri ℥iiij.
ceræ puræ ℥xv.
olei communis ℔.v.

Herbis & radicibus vino maceratis, coctis cũ oleo; colatis; & additis pinguibus & pulveribus, fiat unguentum, ut artis est.

Qui ad huius unguenti apparatum Medicorũ commentarios evoluunt, tot varietates, quot authores in descriptione ejus agnoscunt: Nam Salernitanus addidit *radicem bryoniæ*, *iari*, *cucumeris asinini*, & folia utriusq; *Conizæ*: Fernelius additionem illam admittit, omittit *radicem iridis*, & dosim immutat: Alii alia vel detrahunt, vel adiiciunt. Ioubertum authoris mentem fidelius secutum, magis sequimur, & descriptionem quam ipse in meliorem ordinem redegit, exhibemus. Eius autem apparatus sic instituendus. Radices & herbæ tritæ, & à sordibus purgatæ diem integrum macerentur: postridie eximantur & probe terantur; In oleum immergantur, & sic dies septem dimittantur: Tum coquantur & percolentur. Expresso liquori addantur *butyrum*, *adeps & cera*: His liquatis affundantur *olea*: Tum pulveres permiscendi. Omnia sic rite permixta, & subacta unguentum efficiunt consistentiæ legitimæ, quod ab effectu ἀρηγὸν, id est, *auxiliare*, à quibusdam, *Adiutorium*, à Nicolao Præposito inepte *Aragon* dicitur.

Valet ad affectus corporis frigidos, convulsiones, resolutiones, colicum dolorem & articularem. Ante invasionem quartanæ prodest spinam dorsi, & scapulas eo inungi.

Vnguentum *Martiatum*, D. *Myrepsi.*

℞. *Olei antiqui* ℔.ij.
ceræ ℔.j.
rorismarini,
foliorum lauri,
rutæ an. ℥iiij.
maioranæ ℥iij.
ebuli,
Sabinæ,
balsamitæ,
ozymi,
elelisphaci,
polii montani,
calaminthes,
arthemisiæ,
enulæ,
betonicæ,
acanthi,
spargulæ,
herbæ venti,
pimpinellæ,
agrimonii,
absynthii,
herbæparalysis,
costi nostratis hortensis
cymarum sambuci,
vermicularis,
semperyivi maioris,
millefolii,

millefolii,
chamædryos
quinque nerviæ
centauri minoris,
fragariæ,
pentaphylli an. ℥ ij. ℥ ij.
radicis altheæ,
cumini,
myrrhæ an. ℥ j. ß.
fenugraci,
butyri an. ℥ vj.
seminis papaveris albi,
urticæ,
violarum,
mentæ sativæ, &
mentæ agrestis,
rubiæ tinctorum,
oxylapathi,
polytrichi,
cardiobatani,
periclymeni,
herbæ moschatæ,
florum chamæmeli,
scolopendrii,
crispulæ,
herbæ camphoratæ,
styracis calamitæ,
thuris,
medullæ cervi an. ℥ ij.
axungiarum ursi,
Gallinæ,
anseris,
mastiches an. ℥ ß.
olei nardini ℥ j.

Radices & herbæ tritæ vino macerentur, coquantur, oleum affundatur, & rursus coquatur, donec marcescent. Colato liquore & calente cera liquetur, dein butyrum & axungiæ: Tum pulveres addantur, & fiat unguentum.

Putat Salernitanus, hoc unguentum debere vocari *Martianum* à Martiano Manlius. *Martianum* à Martiatone Medico peritissimo illius inventore. Sed is, quicunq; fuerit, unguentum sane ad multa efficacissimũ, & usitatissimum descripsit. Multis autem quod cõstet simplicibus, ad differentiam alterius minoris descriptionis ab Alexandrino *c.* 994. traditi magnum vocatur.

Verum ne quis in ejus dispensatione admittat errorem simplicium aliquot obscurior appellatio sic elucidanda, ut per *acanthum, branca ursina* intelligenda, per *balsamitam mentæ aquaticæ*, per *Eleisphacum, salviæ*, per *spargulam apatine* Græcorum, per *herbam venti*, non *parietariæ*, sic quoq; dicta, sed *anemone sylvestris*; alterutra tamen nullo errore sumi potest, per *herbam paralysis, primulæ veris*, per *costum nostratem, mentæ Græcæ, herbæ sanctæ Mariæ* vulgo dicta, per *semper vivum, sedum*, seu *aizoõ* maius, per *quinque nerviam, plantaginis minor*, per *cardiobotanum, carduus benedictus*, vel potius *cardiaca*, per *periclymenum matrisylvæ* seu *caprifolium*, per *herbam moschatam, primæ geranii speciei*, per *crispulam cotulæ non fœtidæ*, quam *bupthalmum*, seu *oculum bovis* appellant, per *herbam camphoratam, abrotonum mas.* Reliqua facilia sunt.

Pro *tamarisco* autem non *amaracum* cum Iouberto posuimus, sed *maioranam* scopo convenientiorem. Ad præparationẽ radices, & herbæ medio Vere collectæ, abluendæ, purgandæ, tetendæ, vini generosi sufficienti quantitate, in vase idoneo, super cineres calidos macerandæ & coquendæ ad mediæ partis vini dissipationem. Deinde oleum affundendum, atq; omnia rursus coquenda simul ad vini perfectam exhalationem. Post hæc ab igne semoveantur, & sacculo excepta exprimãtur, & rursus igni reddantur. Tum addenda *cera*, liquandaque; Dein *butyrum, axungiæ, medulla*, & reliqua pulverabilia, in tenuem pollinem redacta. Omnia sic dissoluta, probe mixta & agitatione continenti unita, igni subtrahantur, ut coeant in unguenti formam.

Efficacissimum est ad frigidos cerebri, nervorum & articulorum affectum. Tremori, paralysi, convulsioni & arthritidi plurimum confert, & præduris lienis tumoribus, atque omnibus doloribus à crudis humoribus natis.

Vnguentum citrinum D. Myr.

℞. Boracis,
marmoris albi an. ℥ ij.
capharæ ℥ j.
coralli albi ℥ ß.
amianti,
umbilici marini,
antalii,
dentali,
crystalli,
nitri,
tragacanthi,
amyli,
thuris albi an. ℥ iij.
gersæ ℥ j.
ceruſæ ℥ vj.
adipis suilli recentis, nec saliti lb. j. ß.
sevi caprini ℥ j. ß.
adipis gallinæ ℥ j.
malæ citriæ n. ij.

Ea minutim incisa adipibus liquatis misceantur, coquantur & percolentur. Expresso liquori reliqua exarte pulverata commiscebuntur, & fiet unguentum.

Cum hoc unguentum nomen tantum habeat à citro, non colorem (album enim est) rectius citreũ, quã citrinum dici potest: sed effecit vocum affinitas, ut nullo aut exiguo errore, modo hoc, modo illo nomine designetur. Ex his vero est, quæ ad artem cosmeticam, seu exornatoriam potius, quàm morborum curatricem spectant. Constat namq; multis, quæ cutem erugant & detergunt, pravum illius colorẽ emendant, meliorem conciliant, & ad laudabilem statum reducunt. Verum cum multa ex his, barbaris vocibus enũtientur, explicationeque indigeant, ne vocum ambiguitate, ac multiplici acceptione tyrones decipiantur, hanc illis subiungimus interpretationem, ut pro *amiãto*, seu *amento dulci, aluminis scissum*, vulgo *plumeum*, non *gypsum* coctum cum Manlio sumatur; pro *umbilicis marinis* intelligantur *belliculi marini*, figuram umbilici humani referentes, satis noti ac vulgares. Pro *Antalio*, tubus quidam marinus intelligendus est, longitudine digiti minoris, foris striatus & inter buccina numeratus. Pro *Dentalio*, conchula, parua longa, rotunda, candida, intus lævissima, incurua, altera parte acuminata, in qua vermis marinus vivit, & aliquando exit. Et cum *antalia & dentalia* conchilia sint, & velut buccina, non male ipsorum defectu, turbines marini & cochleæ usurpantur.

Per Gersam autem velut *Ceruſa* quædam intelligenda est, ex radice *Drachontea seu Serpentaria*, vel ejus penuria; ex radice *Iairi & aqua rosarum confecta*; cuius præ-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 864 sur 955

præparatio sic se habet. Radices *Drachontea* seu *Serpentaria* majoris vere collectę, abluendæ, à sordib. purgãdæ & siccandę; deinde in mortario lapideo tenuissime pulverandæ; & fictili aut vitreo vase idoneo exceptæ, aqua rosarum insuccandæ: tum linteo tecto ad Solem siccandæ, postea rursus terendæ, *rosacea* irrorandæ, & ut ante insolandæ & exsiccandæ. His omnib. ter, quaterq; iteratis, tandem pulvis vino odoro madefaciendus, & in pastillos cogendus; qui in umbra siccati, usui reponendi sunt, & pro Garsa usurpandi.

Porro huius unguenti sic suscipitur præparatio. Axungiæ primum simul in vase fictili liquantur; quibus duo *mala citria* per taleolas secta noctem integrã macerantur: mane sequenti coquũtur & percolantur. Inter ea *marmor, crystallus, corallium, umbilici, antalia*, & *dentalia* tenuissime pulverabuntur, ut etiam reliqua, sed seorsim, maxime vero *caphura, amylum, thus, amiantum*, & *borax Gersa* autem, quod friabilis sit, leviad cribrum inversum attactu comminui solet. Omnia ut decet lævigata, adipibus liquatis, colatis & adhuc cãlentib. cõmiscebuntur & agitabuntur, ut concrescant in unguẽtum. Minor autem videtur quantitas adipis ad pulveres, qui propterea minuendi, vel ille augendus: Nam pro libra pulveris sæpius requiruntpharmacopœi axũgię, vel adipis ℔.vij. aut viij. fere autem pulvis servatur, & recte, atq; utendi tempore axungiis commiscetur.

Unguentum Citrinum papulas ex bile, aut salsa pituita, in cute, præsertimque faciei erumpentes reprimit, impetigines, livores & lentigines extergit, fœdas cicatrices delet, oculorum rubores aufert, & cutaneos affectus sanat.

Vnguentum splenitícum, Renod.

℞. *Olei de cappar ibus.*
Olei de Iasmino an. ℥ jx.
Butyri æstivi & insulsi ac recentis ℔.ß.
Succorum bryoniæ & cyclaminus an. ℥ vij.
Gummi ammoniaci aceto dissoluti ℥ ij.
Pulverum Cumini ℥ ij.
Corticis tamarisci,
Fraxini,
Ceteracb,
Seminis agni casti an ℥ j.
Cerænovæ & odoratæ q. s.
Fiat unguentum, cui addatur olei de spica ℥ ij.

Multis lien tumet, aliis indurat ur sine incremento insigni; aliis simul insigniter & augescit & indurescit. Omnibus gravitas adest & circumscriptus in hypochondrio, sinistro tumor, spiritus difficultas, pravus color, ad plumbeum vergens, decubitus in sinistrum latus gravis, venæ ad lienem nigricantes & turgidæ, & pedum sæpe in flatio.

Illis post generalium præsidiorum opem cõfert regioni lienis hoc unguentum adhibere, quod vim habet malacticam seu emollientem, resolventem, aperientem, roborantem ac splenit icam, unde nomẽ. Nõ debet igitur omitti, & cum ejus usus sæpe sit utilissimus, in pharmacopoliis omnibus debet haberi.

Ut rite paretur, olea, & *butyrum*, igne lento bulliant cum succis ad eorum dissipationem. Commisceatur *ammoniacum* dilutum: Addantur pulveres: tum demũ *cera*, & fiat unguentum, cui parum *olei de spica* addatur, quod sua tenuitate efficit, vel reliquorum vis melius ad partem deferatur, & suo halitu unguenti odor minus sit ingratus.

Vnguentum deoppilativum. Reinesii.

℞. *Ol. chamæm. irini,*
Absinthii, capparana ℥ ij. ß.
Rosar. ℥ ij. Rutæ ℥ j.
Amygd. dulc. & am. ana ℥ ß.
Ol. lil. alb.
Anethi ana ℥ j. ß.
Succ. opii, malvæ, senecion.
Camom. absynth. chelid.
Fœnic. traxac. petos.
Fragar. menth.
Ireos n acetos. ana ℥ ß.
Aceti Rosat. ℥ ij.
Vini ℥ 4. Coq. ad succ. consum-. adde sub fin.
Ceræ ℥ j. ß.
Vng. dialth. ℥ iij.
Ping Gall.
Anat. ana ℥ j.
Pulv. spic. nid.
Schœnant. ana ℥ ij. M.
Pro Unguent.

Vnguentum Neapolitanum.

℞. *Axungiæ suillæ in succo alviæ lotæ ℔ j.*
argenti vivi extincti ℥ iij.
olei laurini,
chamameli,
lumbricorum an. ℥ ij.
de spica ℥ j. ß.
aquæ vitæ ℥ j.
ceræ flavæ ℥ ij.
terebinthinæ in succo enulæ lotæ ℥ iij.
pulveris chamæpytheos & salviæ an. ℥ ij.
fiat unguentum, ut artis est.

Vellem citra nationis alicuius iniuriam de morbo venereo & ejus curatione Medici loquerentur; sed cũ multi istius luis originem, causam & naturam primo sui adventu ignoraverint, in eos, à quibus vel justæ, vel injuste se læsos putarent, retulerunt: hinc alii Hispanicum, alii Italicum, alii Gallicum, ut Itali nuncupant. Galli vero cum homines sint, nec injuriam illatam facile ferentes, morbum, quem antea Indicum, aut venereum recte vocabant, audito Gallici morbi nomine ab Italis impolito, non modo morbum sed etiam remedium Italicum & sæpe Indicum nominant. Ex India enim primum ab Hispanis delatus est in Italiam, unde Galli post captam Neapolim domum redeuntes hunc fructum Neapolitanum detulerunt. Sed hæc ridendi, quam rodendi gratia, potius dicta sunto: Redeo nunc ad unguentum a nobis ad Indicæ luis curationem descriptum, quod aliorum ejusdem nominis multorum loco erit; quæ velut per manus pharmacopœorum, & chirurgorum tradita, in quibusdam Officinis ex solo *adipe sus & hydrargyro*, aut simul paucis quibusdam aliis simplicibus indebite paratis & unctis conficiuntur. Ob id ægros sæpe ab ipsorum unguentorum litu incidunt in tremorem, stuporem & paralysim. Hoc autem à nobis descriptum multis constat, quæ dictos affectus impediunt, nervosum genus roborant, qualitate maligna humorum peccantium extinguunt, & humores ipsos partim resoluũt partim propellunt, & sputundo per os educunt. Sunt, qui *petroleum* & *Euphorbium* adiiciunt; quæ licet propter partium tenuitatem, & calorem excedentem aliquando frigidioribus naturis prosint, biliosis tamen & temperatis sæpius obsunt. *Mithridatium* & *Theriacam* alii permiscent, nos tamen omisimus, quod non sint huius luis efficax alexiterium:

argentum

argentum autem *vivum*, ut decet, usurpatum, efficacissimum est, ut alibi demonstravimus.

Ad huius autem unguenti apparatum, primum *cera* igni moderato cum oleis liquanda, & addita *aquavitæ* agitanda & calefacienda ad ejus ipsius aquæ exhalationem: dein *adeps* & *terebinthina* una cum *hydrargyro* illis incorporato: Tum demum pulveres: sicq; omnia probe subacta concrescunt in unguentum.

Ut vero rite præparetur *hydrargyrus*, debet primum per laneum pannum trajici, ut tollatur illius plumbago, deinde saliva hominis jejuni ac sani extingui. Sic enim domitus aptior est ad huius unguenti confectionē, quam *succo limonum* aut *hyosciami* extinctus, licet axungiæ & terebinthinæ mixtus multum de sua feritate amittat. Illius malefica vis adhuc optime castigatur *oleo terebinthinæ*, ut decet, parato.

Plurimum valet hoc unguentum ad oris fluorem, ut vocant, seu humoris virulenti per os exputationē, si eo post repurgatum corpus partes bis atque iterum liniantur.

Unguenta porro multa sparsim in Antidotariis vulgatibus descripta negleximus, quod eorum usus vel nō satis probetur, vel improbetur, vel quia vires habent his affines, quæ *in hoc libro* describuntur. Qui enim habebit exempli loco, *Stypticum* Fernelii & *Aregon*, nihil erit ei necesse *unguentum Comitissæ* & de *Arthanita* parare.

Vnguentum defensivum D. Angelbergeri.

℞. Bol. levanici.
litharg. pulveris an. ℥ ß.
terr. sigill. rubr.
cerussæ an. ℥ ij.
caphur. ℥ ß.
opii thebaic.
tragac. an. gr. v.
aq. rosar.
acet. rosac.
succ. semper vivi an. ℥ ß.
ol. ros. ℥ j ß. Mi.
f. unguentum ad rei subtilissimum. *Bolus & terra sigillata simul optime terantur cum tragacantha, deinde opium & caphura cum oleo rosar. parum dissolvantur, postea lithargyrum cerussa & oleum rosatum optime terantur, affundendo semper parum aceti, aqua rosarum & succi fiatq; unguentum*, utile est ad tabem & atrophiam membrorum & omnia symptomata clandestina.

Vnguentum de plumbo, quale fere inter Emplastra reperies.

℞. Plumbi usti cum sulphure
lithargyri an. ℥ ij.
cerussæ.
antimon an. ℥ i.
ol. ros. quant. suffic f. ungu.

Vnguentum rubrum potabile.

℞. Rad anchus. rubeæ ℥ ij.
rubiæ tinctor. ℥ j.
belenii. ℥ ß.
levistic. ℥ ij.
sulphur. vivi ℥ j.
vini rubr. alkants lb. ij.
butyri insulsi lb. s.
coquantur & colentur: in colatura dissolve spermat. ceti ℥ ij.
sanguinis hirci ℥ ß.
pulv. tormentill. ℥ iij.
oculor. cancr.
mumiæ an. ℥ ij.
caryophyllor. ℥ j. Mi.
f. unguentum.

Illius purgans.

℞. Aloes
fellis taurini an. ℥ j.
pulv. arthanit. p. ij. Mi. & cum oleo lilior. aut violar. & cera f. linimentum pro ventre inferiore in ungendo.

Vnguentum de Artanita Maius Mesuæ.

℞. Succi Artenitæ seu cyclamini lib. tres
Cucumeris aggrestis, seu asinini
butyri vaccini ana libram
Olei Irini libras duas
Pulpæ colocynthidis uncias tres habent Norimb. nos quatuor
Polypodii uncias sex
Euphorbii unciam semis
Contundenda terantur, & macerentur succis & oleis diebus octo in vase vitreo. Postea semel ferveface in duplici vase, cola, coluturæ adde
Sagapeni drach. septem semis
Myrrhæ drach. tres
Dissolvantur hæc in aceto, & coquantur in prædicta colatura ad succorum consumptionem, deinde adde
Cera uncias quinque
Fellis Taurini drach. 7. semis. Norimb. drach. sex. scrupul duos
Ferveface simul, donec cera liquescat, tunc inspergepaulatim pulverem subsequentium medicamentorum.
Scammonii
Aloes
Colocynthidos
Mezerei
Turbith ana drach. sex. scrupulos duos, nos septem semis
Salis gemmæ drach. quatuor semis, vel aureos tres
Euphorbii
Piperis longi
Zingiberis
Chamæmeli ana drach. tres, alii duas, scrup. duos
Misce, fiat unguentum.
Illitum stomacho vomitu purgat, hypogastrio autem inunctum, alvum deiicit: ob id hydropicos mire juvat, serosum excrementum large evacuando. Vermes quoque necat & educit. Adhibetur iis qui purgans medicamentum sumere nequeunt. In ponderib. hisce observandis non fuimus usque adeo curiosi, præsertim in unguentis.

Experimentum mirabile Rulandi.

℞. Fol. salviæ,
urticæ,
melissæ an. part. æqual.
contunde in aceto rosaceo in linimentum, applica ad pulsus manuum mane: purgat superne & inferne.

Vnguentum de lapide calaminari cum camphora.

℞. Ceræ alb.
Sevi hircin. an. Vnc. iii.
Ol. ros.
Terebinth. an. Vnc. i. ß.
Lapid. calaminar. Vnc. iii.
Camphor. Vnc. ß.
Ol. commun quant. suffic. Mi.
F. liniment. griseum.

Vnguentum Nicotianæ.

℞. Fol. nicotian. ℔. ij.
Axung. porc. rec. vel diligenter lot. ℥ xij.
Ol. hyperic. ℔. ß. Herba trita maceretur per noctem in vino rubro, mane bulliant igne lento cum axungia ad vini consumptionem; colatura expressa adde succi nicotianæ ℔. ß. terebinth. vel resinæ abietinæ ℥ iiij. coq. denuo ad consumptionem succi, addendo circa finem pulv. rad. aristolochiæ rotundæ ℥ ij. ceræ novæ quant. suffic. f. unguentum. Est Laurentii Ioubertí, qui in alia descriptione oleum hyperici omisit. valet etiam ad puerorum ulcera manantia capitis: potest quoque sumi succus expressus è foliis & radicibus ocimastri Tragi mense Maio.

Vnguentum de alabastro. Aug.

℞. Succi Chamomillæ uncias quatuor.
Succi Rosarum recentium uncias duas.
Succi Rutæ recentis,
Betonicæ ana unciam unam semis.
Succi rad. Althææ uncias duas.
Olei Rosati Omphacini libram unam semis.
Alabastri puri & pulverisati uncias tres.
Infundantur per noctem, & cum Cera alba fiat Vnguentum.

Describitur hoc Vnguentum ab auctore Benedicto Faventino in Empiricis cap. 1. de dolore capitis. Confert autem omni capitis dolori sive is per essentiam, sive per consensum obortus fuerit, cum & citra febrem, omnique morbi tempore, solo excepto principio.

Vnguentum alabastrinum Ioannis Langii.

℞. Ol. ros. omphac. ℔. j.
Vini albi generosi ℔. ß.
Fl. chamomill. rec. ℥ ij.
Rutæ recent. ℥ vj.
Summitat. rubri ℥ iij.
Sem. fœnic. pulveris ℥ j.
Coquantur lento igne ad consumptionem vini, colaturæ adde ceræ albæ quant. suffic.
Pulver. lapid. alabastri ℥ iij.
Album. ovor. nr. iij.
Aq. rosar. ℥ ß. Mi.
F. unguentum.

Vnguentum Ebulinum.

℞. Granor. ebuli maturor. & nigror. ℔. ß.
(alii sumunt succ. fol. ebul. ℔. j.)
Fol. ebul.
Iuæ arthet.
Iuæ moschat.
Rorismar. an. Manip. j. ß.
Lumbric. terrestr. cum vino rubro lotor. & suffocator. ℔. ß.
Terebinth. aq. salviæ lotæ ℥ iiij.
Rad. alth. virid. ℔. ß.
Ol. ℔. ß. j.
Vini rubri ℔. j.
Ceræ quantum sufficit. M. fiat unguentum sec. art.
Discutit & resolvit tumores duriores potissimum è materia frigida ortos, estque anodynum.

Zibethum artificiale.

℞. Ol. nucistæ,
Mell. opt. despumat. an. ℥ ß.
Zibeth. gr. viij.
Pulver. pyrethri,
Piper. nigri,
Cubebar. an. ϑ ß.
Mosch. gr. v. ex omnibus subtilissime pulverisatis & commistis fiat linimentum.

Vnguentum nervinum optimum D. Achillis Gasseri.

℞. Ol. rosat.
Chamomel.
Mastic.
Lini an. ℥ ß.
Terebinth. ℥ j.
Vermium terrestr. ℥ ij.
Sevi vitulini,
Hircini an. ℥ j. ß.
Pingued. vulpis,
Canis. an. ℥ ij.
Ceræ ℥ j. Mi. f. linim.

Aliud ad contractionem nervorum.

℞. Ol. chamomel.
Aneth.
Rosat.
Lilior. albor. an. ℥ j.
Irini
Mastichin.
De spica an. ℥ iij.
Pingued. gallin.
Anatis,
Ol. amygd. dulc. an. ℥ v.
Medull. cruris vituli.
Butyri vaccini rec. an. ℥ iij.
Styrac. liquidæ ℥ ß.
Sevi vitulini ℥ j.
Oesypi ℥ j. ß.
Bulliant omnia simul præter styracem & œsypum usque ad consumptionem mucilaginis, deinde coletur & addantur terebinthinæ clarissimæ ℥ vj. ceræ citrinæ quant. sufficit f. ceratum molle.

Aliud ad spasmum nervorum.

℞. Ol. costin.
De piperib. an. ℥ ij.
de euphorbio,
De laterib. an. ℥ j. ß.
Terebinth. non lotæ ℥ iij.
Ceræ albæ quant. suffic. f. unguentum, quo membrum affectum inungatur præmissa tamen frictione cum ol. mastichino aut ol. absynthii.

Vnguentum ad artus.

℞. Marcasit. ℔. ß.
Rad. chameleont. alb.
Baccar. iunip. an. ℥ iij.
Marcasita tenuissime teratur, radix minutim incidatur

datur,& cum baccis optime contudatur; deinde in vini albi optimi ℔.ij.ad dimidias coquantur.

℞. Huius colaturæ ℔.j.
Medull.crur.bovin.℥ij.
Sevi hircin ℥iij.
Adip.ursin.℥j.
Canini.℥j ß.
Human.℥ß.

Adipes aqua rosacea aliquoties abluantur, abjecta semper veteri aqua & nova affusa, deinde ad succi consumptionem coquantur, fiatque unguentum.

Vnguentum splenèticum.

℞.Ol.de capparib.℥ij.
Rad.cyclam.℥ß.
Sem.geniſt.℥ij.
Succ.bryon.quant ſuffic.

Radices & semina terantur minutissimè, deinde omnia coquantur ad aquosæ humiditatis consumptionem, & vehementissime expressa colentur.

℞. Colatur.℥vj.
Pulv.croci ∋ij.
Ceraparum Mi.f. unguentum.

Aliud.

℞. Ol.de capparib ℥v.
Nuc.moschat.expreſſ.
ſpicæ an.℥ß.
Succ.cyclam.℥j.
Calam.aromat.℥j.ß.
Lacca,
Aloes,
Piper.an.℥j.
Ammoniac.in acet.diſſol.℥iij.
Cera quant.ſuffic. Mi.f.cerat.

Vnguentum & scabiem.

℞. Succ.helenij,
Oxylapath.an.℥ß.
Ol.laurin.℥j.coquantur in diplomate ad aquoſitatis consumptionem, deinde cum ſulphuris vivi ℥j.ß.cera modico f.unguentum.

Vnguentum cordiale.

℞. Spec.diambr.
Pulv.croc.oriental.
Ling.aloes,
Benzoin.an.℥j.
Ol.cynin.
Fœnic.
Cinnam.deſtillator.an.gutt.iij.
Roriſmar.gutt iiij.
Moſchellin.℥vj.
Moſch.
Ambr.an.gr.ij.
Cera albiſſ.in aqu.Cinnam.
Lotæ quant.ſuffic.f.ungu.

Vnguentum cordiale. Reineſij.

℞. Cerati ſandal.℥ij.
Mithrid.℥vij.
Camph.℥j.
Acetoſ.℥ß.
Ol.hyperici ℥iij.m.f. Vnguentum.

Vnguentum ad scabiem manuum.

℞. Extract.ellebor.nigr.
Bryon.an ℥ß.
Vnguent.de ceruſſa ℥j.ß.
Sulphur.vivi ℥ß.
Ol.tartar.℥ij. Mi.diligenter ad ignem f.unguentum.

Herbæ, quibus manus prius fovendæ.

℞. Rad.bryon.
Oxylapath.an.℥j.
Ellebor.nigr.℥ij.
Fol.fumar.M.ij.incisa & contusa coquantur in aqua.

Linimentum cordiale. Myl.

℞. Cort.arant.ana.℥j.
Cort.citri ana ℥j.
Maſticis
Abſynth.Pon. } ana p.ij.
Roſarum.
Nuc.moſch.℥ß.
Olei amygdal.dulc.℥iij.
Vini optimi ℥ij.
Aquæ roſar.℥j.

Fiat decoctio lento igne ad vini consumptionem, expressioni adde

Olei Nuc.moſch.expreſſi ℥ß.
Cera q.ſuff.

Fiat linimentum molle.

Vel:℞. Vnguenti Roſ.Meſ.℥j.
Spec.cordial.temper.℥ij.
Roſar.rub.ana ℥j.
Santal.citrin.ana ℥j.
Camphoræ gr.iv.
Moſchi gr.vj.
Cum oleo Roſarum

Fiat linimentum.

Vnguentum Felicis Platteri ad polypum narium.

℞.Vnguent.ægyptiac.℥ß.
Cortic.granator.
Gallar.an.℥ß.
Ol.vitriol.∋j.Mi.f.Vngu.

Aqua post unguentum usurpanda.

℞. Sublimat.℥j.Coquatur in aqua fabrorum ℥iij. ad consumptionem medietatis, poſtea adde ol. vitriol.∋ß, alum.uſt.℥j.Mi.

Hac aqua polypus tangatur.

Vnguentum in ozæna.

℞.Omphacii
Cort.mali granati } ana ℥iij.
Balauſtiorum
Myrrhæ
Aluminis } ana ℥ij.
Laudani
Cachitis
Aloes } ana ℥i.
Cort.Thuris
Ol.Roſati ana ℥ii.
Myrtini ana ℥ii.
Cera q.ſuff.

Fiat Unguentum.

Vnguentum Iulium, Iulii Cæsaris Arantii, ex succis.

℞.Ol.roſat.ex oleo lini præpar.℔.i.
Fol.plantag.
Scrophular.
Centaur.minor.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 868 sur 955

restæ bovis,
solani minutissime incisor. an. Mi.

Omnia simul decoquantur, donec herbarum vires videantur extractæ, tunc colentur & torculari fortiter exprimantur, expressum denuo ferveat, quousque omnis fere aquæ humiditas absumta fuerit, tunc q. adde & permisce ceræ alb. inovæ ℥ iiij. tandemq; refrigerato ferme insperge camphor. pulveris ℥ ß. agitetur tam diu, donec refrigescat & vase vitreato condatur.

Refrigerat & siccat sine morsu, ideoque valet ad ambusta & ad ulcera cum intemperie calida & acri sensatione; qualia sunt cacoethe, herpes narium, faciei, verrucæ exulceratæ, pudendi & digitorum gangrænosa ulcera, & quæ è pernionibus neglectis fiunt: ii præcipitati pulvis hoc temperetur unguento, corrigit putredinem & malitiam ulcerum in gummatibus gallicis, in ozæna, in ulceratione strumarum, metulæ, in ficubus seu carnis excrescentia abscessuum circa unguium coronam. Si hæc non prorsus hoc remedio curentur, fit tamen præservatio, ne in deterius abeant.

Vnguentum ex Enula D. Bechtholdi Rivii.

℞. Rad. enul. virid. in acet. coct. & contus. ℥ iiij.
Tartar. alb.
Sulphur. vivi,
Vitriol. alb.
Zinzib. an. ℥ j. ß.
Sal. comm.
Ellebor. nigr.
Albi an. ℥ j.
Fol. serpill.
menth.
Salviæ,
Majoran. an. ℥ iij.
Axung. porcin. rec. aq. lapath.
Acuti lotæ ℥ x.
Contundantur contundenda, omniaque secundum artem lento igne ad formam, unguenti coquantur.

Valet plurimum ad scabiem.

Vnguentum Horatii Augenii, ad pterygium oculi.

℞. Alsines, quæ apud Tuscos vocatur centone,
Chelidon. recentium an. M. ß.

Cotundantur valide & misceantur in al. comm. adstringentis facti ex olivis immaturis ℥ vj. tamdiu, donec marcescat, tum bulliant lento igne, adde ceræ novæ liquefact. ℥ j. quo cum leviter ebulliant ad consistentiam unguenti. tunc additio viridis æris ℥ iij. ß. pulv. ossis sepiæ exusti & diligentissime lævigati ℥ ij. mox deponito ab igne & fiat unguentum. Intincta penna in hoc unguento quater in die inunge & pertinge ungulam leviter, & jube, ne patiens eo die sese exponat aeri luminoso.

Est præstans unguentum non ad hunc modo affectum, sed etiam ad omnes maculas oculorum delendas. Cuius (inquit Augenius) meus parens in pterygio refractario addebat interdum *fellu barbelli piscis ℥ ij. ß.*

Vnguentum nobile Eiusdem ad caruncula in ostio vesicæ.

℞. Virid. æris,
Auri pigment.
Vitriol roman.
Alum. rochæ an. ℥ iij.

Infunde omnia in aceto acerrimo horis 12. atque inter duos lapides marmoreos in pollinem tenuissimum redigantur, tum æstivo sole exponantur: siccata rursus aceto imponantur, indeque ut antea marmorum attritu sic commineta, ut digitus subiectum nihil occurrat asperitatis, soli denique exponatur, quousque in pollinem tenuissimum redigantur, omnisque eorundem evanuerit acrimonia, quod fiet octo fere dierum spatio.

Hinc ℞. ol. rosat. omphac ℥ iiij.

Litarg ℥ ij. coque ad ignem, donec coierint in Emplastrum solidæ consistentiæ, ab igne tum semoto adde prædicti pulveris ℥ ij. Misce spatula. Et igni subiectantur, quousque totum in durum medicamentum crescat, adeo ut ipsi candelæ cereæ vel virgæ plumbeæ adhærere possit, sic ne manibus quidem tractata excidant. Valet solum in robustis.

Aliud Eiusdem ad idem.

℞. Litharg. aur præpar.
Cerussæ an. ℥ ß.
Ol. ros.
e myrrh an. ℥ j. ß.
Liquefiant igne remisso: deinde adde thutiæ præpar.
Stibii,
Spong. ustæ omnibus in succo plantag. macerati, deindeque sole resiccatu an. ℥ j.
Aristol. rotund.
Myrrh.
Aloes,
Mastic.
Pulv. tenuissimi plumbi crudi an. Vnc. ß.
Camphor ℥ ij. ß.

Omnia cote marmorea tenuissime teraotur, deinde in mortario plumbeo diu in unguentum subigantur.

Aliud Eiusdem ad idem pro delicatioribus.

℞. Cerussæ venet. optim. Vnc. iiij.
Tutiæ elect. præp. & in aq. ros. lot. Vnc. ß.
Litharg. auri præp. ℥ vj.
Stibii elect. in tenuiss. pulverem redacti & exciti Vnc. ß.
Camph. ℥ ß.
Mastich.
Olibani.

Aloes epatic. an. ℈ ij. Comminuenda marmoreo lapide conterantur adiecto plantaginis succo & ad solem siccentur; deinde rursus exacte trita in mortario cum pistillo plumbeo adiecto ol. ros. quant. suffic. diutissime agitentur & fiat unguentum.

Vnguentum laxatiuum. Pistorii.

℞. Fell taurini ℥ j.
Myrrh. ℥ j. ß.
Scammon. præp. ℥ ß.
Euphorb. ℈ ß. Mi. & cum balsamo ex aloe fiat unguentum.

Vnguentum Cotoneorum.

℞. Malor. cotoneor. in tenuissimas lamminas concisorum quantum vis, coquantur in vino rubro generoso ad duos digitos transversos supereminenti ad vini fere consumptionem.
℞. Vini colati ℔ i.
Ol. mastich.
Rosat. an. ℔ ß.

Bulliant leviter ad totius vini consumptionem & emulsa modico fiat unguentum, addendo pulv. caryophyllor. Vnc. i. ß.

Valet ad quoscunque fluxus ventris.

Vnguen-

Unguentum Stomachale. D.

℞. *Olei moſchelini* ℥iiij.
Maſtichini
Nardini ana ℥iij.
Extract. Abſinth. ℥j.
Aqu. Stomachal. cal. ℥iij.
Coquantur in duplici vaſe ad aquæ conſumptionem: deinde adde
Ol. Nucis moſchat. ſtillat. ℥ß.
Aniſi.
Fœniculi ana ʒj.
Caryophyll. g. vj.
Cinnamomi g. ß.
M. & Fiat cum ſ.q. Ceræ citrinæ ſ. A Unguentum.

Vnguentum ſtomachicum.

℣. *Ceræ citrin.* ℥.iij.
ol. coton.
maſtic.
abſynth.
menth. an. ℥iiß.
pulv. maſtic.
menth.
caryophyllor.
nuc. moſch.
galang.
macer.
abſynth.
cinnam. an. ℥j.
ſpic. indic. ℥ß. Mi.
f. unguentum.

Unguentum nephriticum.

℣. *Vngu. anodyn.* ℥xß.
ol. aneth.
chamom. an ℥iß.
pingued. coturnic.
anſer.
gallin. an. ℥ß.
pulv. fl. chamom.
ſem. aneth. an. ℥vj. Mi.
& cum cera nova f. unguentum.

Vnguentum ad lumbricos.

℣. *Ol. amygd. amar.*
abſynth. an. ℥iij.
ſucc. fol. perſicor. ℥ij.
farin. lupinor.
corn. cerv. uſt.
rad. gentian.
centaur.
menth. an. ℥j.
matricar.
abrotan. an. ℥ß.
aloes ℥vj.
fell. tauri ℥iij.
cera ℥j. ß. Mi. *f. unguentum.*

Vnguentum pediculorum.

℣. *Sem. ſtaphyſagr.* ℥viij.
ellebor. alb.
baccar. lauri,
ſal. nitri an. ℥ij. ß.
argent. vivi ℥viij.
axung. porcinæ ℔iiij. ß. Mi.
f. unguentum.

Vnguentum ad ſtrangulationem uteri.

℣. *Moſch.* ʒj.
gallæ moſch. ℥j.
ol. lil. albor. ℥ij. Mi. *f. linim.* quo inungantur genitalia.

Vnguentum alabaſtrinum Benedicti Victorii Faventini.

℣. *Succ. chamom. rec.* ℥iiij.
roſar. rec. ℥ij.
rutæ rec.
beton. an. ℥j. ß.
rad. alth. ℥ij.
Ol. roſ. omphac. ℔.j. ß.
alabaſtr. optimi & puriſſimi ℥iij.
pulveriſetur alabaſtrum tenuiſſime & per noctem ac diem in ol. omphacino infundatur, deinde cum cera alba optima q.ſ. ex omnibus fiat unguentum.

Aliud Alabaſtrinum
Ludovici de Leonibus, præceptoris patris Augenii & Io. Langij.

℣. *Vini albi adſtringent.* ℔.vij.
aq. roſ ℔.ij.
Euphrag. virid.
fl. cham. an. ℥ viij.
fl. roriſmarin. ℔.j.
alabaſt. ſubtiliſſime pulveriſat. ℔.j. & ℥viij.
cera nova ℥v.
ol. roſ. omphac. ℔.ij. ß.
Contuſis contundendis coquantur invicem ad conſumptionem aquæ & vini, poſtea imponantur album. ovor. nr. j. ß. conquaſſata & cum piſtillo in mortario calido horis octo continuis agitentur, mox, cum panno lineo fortiter exprimantur, in fine addito camphor. ℥ij. ß. *finito refrigerari & colari, ſi quid vini aut humidi liquoris ſuperſit.*

Vnguentum contrà peſtem. Antonii Florentini.

℣. *Theriac. Androm. ſen. vet. opt.* ℥ij.
coquatur in vaſe fictili optime vitreato ad conſumptionem medietatis, adde cum ab igne remota fuerit.
carlinæ.
imperator.
gentianæ,
diptamni albi,
ſandarac.
Croci optime pulveriſat. an. ℥ij. *Miſc.*
f. unguentum quo regio cordis inungatur.

Aliud Leonardi Fioravanti ad peſtem.

℣. *Reſinæ pini alb. & mund. libr.* ij.
benzoin ℥ij.
ſtyrac. calamit ℥j.
terebinth. pellucid. ℥vj.
ciner. lign. olivar. ℥iij.
myrrh. ℥iij.
thur.
maſtic. an. ℥j. ß.
aq. vitæ ℥vj. Mi. *in retorta magna igne lento deſtillentur, & cum oleum nigrum in fine exire videris, muta recipientem, & oleum illud nigrum de aqua & prius egreſſo oleo ſepara illudq; oleum, prius itidem ab aqua elapſum veluti theſaurum maximum reſerva.*

Vnguen-

Vnguentum ad ſuffocationes uteri. Piſtorii.

℞. Ol. myrthin. ℥ j.
maſtich.
cydon. an. ℥ ß.
ambr. gr. iij.
benzoin. ℥ j. ß.
galliæ moſch. ℥ ß. Mi.
cum cera f. ungu. molle, quo pudenda inungantur.

Vnguentum clyſmaticum.

℞. Herb. Maluæ,
Biſmaluæ,
Brancæ Vrſinæ,
Parietariæ,
Mercurialis ana manipulos quatuor.
Radicum Althææ,
Liliorum alborum ana uncias quatuor.
Florum Chamomillæ,
Meliloti ana manipulos tres.

Butyri recentis libras quinque. Piſtentur ſimul, & ſic ſtent per menſem: poſtea coquantur & exprimantur.

Adhibetur in Enemata, vel per ſe liquatum iniicitur. Emollit enim, lenit, digerit, dolores levat, ventrem blandè ſubducit, duras fæces emollit, ac inteſtina reddit lubrica.

Alii ſic parare ſolent.

℞. Parietariæ,
Malvæ,
Mercurialis,
Betæ ana manipulos tres,
Foliorum Althææ,
Violariæ,
Florum Chamomillæ,
Meliloti. omnium recentium ana manipulum unum ſemis.

Coque in ſufficienti quantitate, ſeu libra una ſemis Butyri recentis non ſaliti, donec vireſcat, addendo colaturæ

Olei Amygdalarum dulcium uncias octo. Miſce, fiat Vnguentum.

Vnguentum comitiſſæ, Guilielmi de Varignana.

℞. Cort. med. Glandium,
Caſtanearum,
Quercus arboris,
Baccarum Myrti,
Caudæ equinæ, ſeu Equiſeti,
Gallarum,
Corticum Fabarum,
Acinorum Vuarum,
Calycum Glandium,
Sorborum immaturorum ſiccorum,
Meſpilorum acerborum ſiccatorum,
Foliorum Capparis,
Prunioli ſylveſtris,
Rad. Tormentillæ aut Biſtortæ ana unciam unam ſemis.

Contundantur aliquantulum, & coquantur in aquę Plantaginis libris octo, aut quantum ſufficit, donec media pars conſumpta fuerit. Deinde in colatura laventur ſequentia novem vicibus, ſemper recentem aquam decoctionis affundendo quotieſcunque laveris.

℞. Ceræ novæ uncias octo ſemis.
Olei Myrtilorum,
Maſtichini ana libram unam ſemis.

Poſtea inſperge ſequentium rerum tenuiſſimum pulverem.

℞. Cort. median. Caſtanearum, Glandium,
Quercus arboris ana unciam unam.
Gallarum,
Succi Hypociſtidis,
Cineris oſſium cruris bubuli,
Baccarum Myrti,
Acinorum Vuarum,
Sorborum ſiccorum ana unciam ſemis.
Trochiſcorum de Charabe uncias duas.

Miſce, fiat Unguentum bonæ conſiſtentiæ.

Unguentum hoc à Comitiſſa Vandrenſi nomen ſortitum ad menſtrua ſupprimenda, & abortum prohibendum concinnatum à Varignana lib. 16. de morbis cur. cap. 4. Fœminei fluxus abundantiam compeſcit, locos muliebres firmat, uterum roborat, ac renes laxatos ſtringit, ſi eo inungantur. Hæmorrhoidum ſuperfluum profluvium ſiſtit.

Modus compoſitionis talis eſto, ut Ceræ unciæ octo cum Olei Myrtini libris duabus ſemis diſſolvantur, & laventur novies ex aqua Plantaginis, ſemper aliquid de eo quod eſt colatum, affundendo. Poſtea pulveres tenuiſſimè triti Ceræ & Oleo cum decocto lotis permiſceantur, & addito Oleo Maſtichino non loto q. ſ. fiat Unguentum: quo renes & pecten inungi debent ad firmandum uterum, ac Menſium abundantiam cohibendam.

Vnguentum ad hæmorrhoidas. Auguſt.

℞. Thuris unciam ſemis.
Licii,
Myrrhæ,
Croci. ana drachmas tres.
Opii drachmam unam.

Decoquantur in lactis caprini unciis quatuor ad conſumptionem tertiæ partis; cui adde
Mucilaginis Pſyllii unciam ſemis.
Olei Roſacei uncias tres.
Vitellum ovi unum.

Miſce, fiat Unguentum.

Acerbiſſimos Hæmorrhoidarum dolores placat, earundemque inflammationes retundit.

Norimbergenſes aliud Unguentum ad Hæmorrhoidas ex Amylo, Ceruſſa, Lithargyro, Plumbo uſto, Tragacantha, Opio, Camphora, Albumine ovi, Oleo Roſato & Violato compoſitum habent. Ejus deſcriptionem in Antidotario Medico eorundem require fol. 235.

Vnguentum Jovis.

℞. Fol. Hyoſcyami,
Verbenæ,
Parietariæ,
Sambuci,
Geranii ana manipulos quatuor.
Violarum,
Papaveris albi,
Cicutæ ana manip. ſex.
Sempervivi manip. tres.
Liquiritiæ recentis libras tres.

Omnia ſumantur recęntia, cõcidantur, & cũ ſufficiẽti quantitate Butyri recẽtis probè ſimul cõtuſa impaſtẽtur, at-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 871 sur 955

tur, atque sic diebus quindecim simul unita maneant: postea coquantur & exprimantur.

Vnguentum ad Gibbos Fabrit.

℞. *Aquæ granorum iuniperi sine vino distillati.*
Aquæ Salviæ,
Betonicæ,
Lavendulæ an. ℥ ij.
Pulver. radicum bistortæ,
Tormentillæ,
Rosarum an. ℥ ij.

Misce, fiatque infusio in ampulla magna, per dies octo vel decem.

Dein per inclinationem à pulveribus separata aqua, ad usum reservetur. Post inunctionem sequens Emplastrum, quo ego etiam in fracturis ossium utor, applicui:

℞. *Emplastri Slotani ℥ quinque.*
Ceræ novæ ℥ ij.
Lapidis fabulosi, sive Osteocollæ ℥ j.
Pulveris radic. consolidæ maioris,
Terræ sigillatæ an. ℥ iij.
Pulver. Balaustiorum,
Nucum cupressi,
Rosar. odoriferar. ana ℥ j.

Misceantur lentissimo igne, fiatq; Emplastrum, addendo olei Rosacei aut Masticis, quantum satis.

Unguentum paralyticum. Mynſ.

℞. *Ol. Succini rect.*
Laterini ana Vnc. j. ß.
Iuniperini
Templini
Terebinth. ana Vnc. j.
Laurini
Petræ
Spicæ ana Vnc. ß.
De Castoreo
Depiperib. ana Drach. ij.

Mixtis affunde sp. Paralytic. noſt. Unc. iiij. & coq. ad sp. consumptionem; postea adde:

Aluminis plumoſ. præp. Vnc. j.
Ol. still. Rorismarini
Nuc. Moschat.
Caryophyllor.
Origani Cret.
Absinthij.
Lavendulæ
Angelicæ
Salviæ ana Drach. j.

Miſc. & cum ſ.q. Ceræ citrin. f. l. a. Unguentum.

Vires & Vſus.

Efficaciſſimè membra paraclytica recreat, materiâ peccantem inhærentemque nervis, muſculis atque tendinibus digerendo abſumit: Partes nervoſas calefaciendo confortat, & priſtinæ motioni reſtituit; frigidæque Arthritidi confert. Inſuper in Iſchiatica affectione medicamentum eſt ſtupendum. Fit autem inunctio manè & veſperi in loco calido, Medicamentis tamen univerſalibus præmiſſis.

Vnguentum ad Paralyſin Conerdingii.

℞. *Vng. Mart.*
Arag.
Agripp. ana ℥ ß.
Ol. Caſtor.
Serap. per expr. ana ℥ j..
Iunip. ℥ iij.
Ping. Canis ℥ ij.
Pulv. piper. long. ℥ iij.
Euphorb. ℥ j. ß.
Eruc.
Gentian. ana ℥ ij.

Vini ard. q. ſ. coq. ad vini conſ. f. Vnguentum.

Vnguentum ad deſperatiſſimas Partium convulſiones Penotti.

℞. *Hyoſcyam. herba in pultem ſuapte natura reſolut. ℥ iiij.*
Ol. Cam. deſtill. ℥ iij.
Ol. Terebint. ℥ j. ß.
M.

Vnguentum in Epilepſia.

℞. *Olei Euphorbii*
è Lateribus
è Piperè
è Lumbricis } *ana ℥ j.*
Iuniperi
Caſtorei
è Spica ℥ ß.
Irini
Abſinth.
Nardini } *ana ℥ iij.*
Anethini
Sampſuch.
Roſacei ana ℥ ß.
Camomillæ ana ℥ ß.
Vnguent. Dialthea ana ℥ j. ß.
Aregon ana ℥ j. ß.
Vini aduſti ℥ j. ß.

Coque ad coagulationem: odoris gratiam ſi cupis, adde oleum ſpicæ.

Linimentum ad podagr.

℞. *Terebinth. ℥ ij.*
Sapon. hiſpan. ℥ iiij.
Aceti lb. j.

Liquef. coq. lento igne per horam inſpergendo:

Caſtor. ℥ ij.
Maſtich. ℥ j. ß.
Cretæ ℥ ij.

Coque per 1½. horas.

Linimentum ad Podagr.

℞. *Ol. expreſſ. ſem. ebuli*
hyoſc. ana ℥ ß.
Mumiæ ℥ ij.
Camphor. ℥ j.

In marmor. f. linimentum ad membra dolor. podagr.

Aliud Penotti.

℞. *Limacum m j.*
Salis communis m j. ß.

Sem. ebuli m j. f. ſtratum ſuper ſtratum in manica Hippocr. in cella, deſtillabit liquor pingvis, ſervetur ad ſolem per endies in vaſe plumbeo tecto.

Vnguentum ophthalmicum. Mynſ.

℞. *Butyri maial. non ſalit. & aq. Euphraſ. abluti Vnc. iiij.*
Sang. Draconis veri & ſubtiliſſime pulveriſat. Vnc. ß.
Sacchari candi alb.
Tutiæ præp. ana Drach. ij.
Margaritar. præp.
Sarcocollæ ana Drach. ß.
Camphoræ Scr. ß.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 872 sur 955

Opii Spagyricè præp. Gr. iiij.
Misc. & fiat Unguentum secundum artem.

Vires & Vsus.

Si huius Unguenti tantillum, præmissis prius universalibus, ad angulos & palpebrarum oras adhibeatur, omnes humorum fluxiones, calorem temperando, dolorem sedando, ruborem auferendo, acrimoniam mitigando, lachrymas sistendo & exsiccando, arcet, oculosque mirè roborat.

Vnguentum pectorale. *Mynſ.*

℞. *Ol. de Pistatis exp.*
De Pineis exp.
Amygd. dulc. ana Vnc. j. ß.
Butyri non salit. maial.
Axung. Caponis
Sevi Hircin. ana Vnc. j.

Mixtis affunde Aq. Pectoral. nost. Unc. iij. & coq. ad consumptionem aquæ; postea adde:

Eß. Croci orient. Drach. ij.
Ol stil. Chamomillæ Rom.
Fœniculi
Macis
Anethi
Anisi ana Drach. j.

Misc. & fiat l. a. cum cera alb. Unguentum.

Vires & Vsus.

Valet propriè ad dolorem pectoris; super illud enim inunctum, pituitam in eo resolvit, & sanat omnia loca, calefacit, humectat, mollificat, &c. Fiat autem inunctio manè & vesperi coram lento ignis aut fornacis calore.

Vnguentum pectorale.

℞. *Olei violarum*
Anethi } *ana ℥ iij.*
Ping. galli.
Butyri maialis ℥ j.
Mucilag. Altheæ ℥ j.
Fœnugræci ℥ ij.
Lini ℥ iij.
Fiat l. a. unguentum.

Vnguentum pectorale. *Aug.*

℞. *Olei Amygdalarum dulcium uncias quatuor.*
Chamæmelini,
Violati ana uncias tres.
Butyri recentis uncias sex.
Adipis Gallinæ,
Anatis ana uncias duas.
Iridis drachmas duas.
Croci drachmam semis.
Ceræ albæ uncias tres.

Ceram & adipes in Oleis liquato, deinde sæpius lavato aqua Capillorum Veneris, aut aqua Hordei. His probè lotis adde Iridem & Crocum in tenuissimum pulverem redacta.

Laterum ac pectoris dolores mitigat, tussim sedat, maturat, excreationem & expectoratum juvat, humores crassos digerit & attenuat.

Vnguentum pleuriticum. Mynſ.

℞. *Ping. Muris mont. Vnc. iiij.*
Butyri maial sine sale Vnc. ij.
Ol. Nuc. Iugland.
Amygdal. dulc.
Papav. exp.
Laurini ana Vnc. j.
Suc. Flor. Pap. errat. Vnc. ij.
Misc. & coq. ad succi cõsumptionem; deinde adde:
℞. *Ol. still. Chamomillæ*
Anethi ana Drach. j. ß.
De Laterib.
Cymini ana Drach. j.
Denuo Misce & cum s. q. Ceræ alb. f. Vnguentum.

Vires & Vsus.

Post principium in sedatione doloris pleuritici & resolutione apostematis Unguentum est mirabilis effectus; Quod administretur loco dolenti, & non cessandum ab inunctione, donec dolores desistant: Et scias, quod hoc remedium valet in quolibet alio forti dolore, in toto corpore existente, & tibi honorem, ægroto autem utilitatem maximam conciliabit. Nota: Emplastra & Unguenta in morbis pectoralibus debent poni super pectus antè & retrò supra dorsum; in pleutitide verò magis super latera.

Vnguentum anodynum. *Mynſ.*

℞. *Ol. Anodyni nost. septem Florum Vnc. vj.*
Amygal. dulc.
Hyoscyami exp.
Papav. exp.
Lumbricpr. ter.
Hyperici ana Vnc. j.
Ping. Cati Sylvest.
Anserinæ ana Drach. vj.
Suc. depurat. Nicotianæ
Chamædryos
Verbenæ ana Vnc. iiij.
Misc. & coq. ad succorum consumptionem, postea cum ceræ alb. s. q. fiat l. a. Unguentum.

Vires & Vsus.

Dolores in quacunque corporis parte mitigat, unde nomen quoque traxit: Sed in causa nimis frigida ad Unguenti Unc ij. adde. Ol. Petræ, juniperi, de lateribus ana Scr. j. & misce pro usu.

Vnguendum *Anodyn.* Reinesii.

℞. *Alabastr. ℥ ß.*
Caphur. ℈ ij.
Ol. nymph. ℥ j. ß.
Vng. rosat. mes.
Popol. ana ℥ j. M. cum ceræ mod.

Vnguentum anodynum Aug.

℞. *Olei Liliorum alborum uncias sex.*
Anethini,
Chamæmelini ana uncias duas.
Olei Amygdalarum dulcium unciam unam.
Pinguedinis Anatis,
Gallinæ ana uncias duas.
Ceræ albæparum.

Dolores quacunque corporis parte mitigat, unde nomen quoq; traxit.

Vnguentum spleneticum aliud.

℞. *Oleor. Capparorum*
Irini } *ana ℥ j.*
Liliorum
Medullæ cruris Bubuli
Mucilag. Rad. Altheæ
Fœnugræci } *ana ℥ j.*
Lini
Pingued. Taxi ana ℥ ij.
Gallinæ ana ℥ ij.

Anseris

Anſeris an. ℥ ij.
Cort. Rad. cappar.
Tamariſci
Coſti } an. ℥ j.
Centaurii
Ammõ.
Bdellii } an. ℥ ß.
Galbani

Gummata in aceto diſſolvantur, cum cera fiat Vngventum.

Vngventum Spleniticum. Mynſ.

℞. *Ol. de Capparib. unc. iij.*
Sem. Erucæ exp.
Nigellæ exp.
Canabis exp.
Amygdalar. dulc. an. unc. j.
Iuniperi an. unc. ß.

Mixtis affunde ſuc. Scolop. exp. Vnc. iiij. Et coq. ad ſucci conſumptionem; poſtea adde:

Ol. Stil. Maſtichis
Cymini
Myrrhæ an. ℥ j.
Gum. Ammoniaci
Chamomillæ
Abſinthii an. ℥ ß.
Ext. Croci or. ℈ ij.

Denuò miſc. & cum ceræ alb. ſ. q. fiat Vngventũ.

Vires & Vſus.

Lieni adigne m illitum, eum aperit, confortat & à ſcyrrho præcavet; præterea dolores & inflationes ſedat & diſcutit

Vngventum Spaſmaticum. Mynſ.

℞. *Ol. Limacum per deſcenſ. deſtill.*
Lumbricor. ter.
Seſamini an. ℥ i. ß.
Ping. Arietis caſtrat.
Erinacei
Vulpis an. ℥ j.
Butyri maial. ſ. ſale
Medull. Cervinæ an. ℥ ß.
Sp. Iuniperi ℥ iij.

Miſc. & coq. ad Sp. conſumptionem; poſtea adde:

Ol. Stil. ſuccini alb. ℥ iij.
Chamomillæ
Laurini an. ℥ i. ß.
Rorismarini
Salviæ an. ℥ j.

Miſc. & cum ſ. q. Ceræ alb. f. Vngventum.

Vires & Vſus.

In convulſione, poſt debitam evacuationem, eſt præcipuum: membris enim ſpaſmo correptis applicatum nervorumque origini inunctum, mollificat, reſolvit, nervosque refocillat. Locus autẽ ſpaſmaticus manè & veſperi calidè iungatur & citò videbis allevationem.

Vngentum ad ſpaſmum Prævotii.

℞. *Stellion. n. 5. vel eorum loco lacert. virides.*
Infund. viv. in. ol. camom. ℥ viij. bulliant ad colliquationem carnis. expreſſ. adde tertiam partem liquaminis anſeri aſſat. repleti thure, lardo myrrha, & croco.

Vngventum renale. Mynſ.

℞. *Ol. Anodyni noſt. vel 7. flor. ℥ iv.*
Sem. Papav. alb. exp. ℥ ij.
Vng. Roſati rec.
Populeon. ân. ℥ j.
Ping. Caponis
Medul. Cervin. an. ℥ ß.
Santali rub.
Nitri præp. an. ℥ ij.
Suc. Flor. Malvæ arbor. rub. ℥ vj.

Miſc. & coq. ad ſucci conſumptionem; Poſteà cum cera citrinâ f. Vngventum.

Vires & Vſus.

In refrigerando & humectando præcipuam habet dignitatem: Propterea ubicunque refrigeratione & humectatione opus, eius uſus eſſe poterit. Imprimis autem dorſo, lumbis &c. illitum, Renũ inflammationi, calori & calculo medetur, nec non dolores in quacunque corporis parte à causâ calida proveniente mitigat atque placat.

Vngventum Nephriticum. Mynſ.

℞. *Ol. Scorpionum ſimpl. ℥ ij.*
Flor. Verbaſci
Chamomill.
Populini
Anethini an. ℥ j.
Nucl. Ceraſor. exp.
Amygd. amar. an. ℥ ß.
Ping. Gallinarum
Anſerinæ
Anatis an. ℥ vj.
Butyri rub. è Cancris conf.
Vng. Dialthea an. ℥. ij.
Balſ. Terebinthinæ ℥ iij.
Suc. Parietariæ exp. ℔ j.

Miſc. & coq. ad ſuci conſumptionem; poſtea cum cera fiat l. a. Vngventum.

Vires & Vſus.

Renes, lumbi, deorſum uſque ad pubem hoc ungvento quotidiè aliquoties inungantur: Sic enim inunctum, mirabiliter vias dilatat, ut calculus & arena eò facilius, dolores nephriticos leniendo, ureteres laxando, lapidem & tartaream molem comminuendo, deſcendere poſſit.

Vngventum ad Ambuſta. Mynſ.

℞. *Album. Ovorum p. j.*
Ol. Olivarum. p. j.

Conquaſſando diligenter & exacte miſceantur, ut fiat Vngventum album.

Vires & Vſus.

Hoc præſens preſentiſſimum linimentum; nullius fere authoritatis & pretii eſſe videtur; ſed dico vobis, quod in tota Repub. Medica ſecretius & præſentius experimentum ad omnia ambuſta nondum inventum & excogitatum ſit: Quia adeò perfectè, citò & tutò caloris vim extingvendo, dolorem leniendo & ſiſtendo, omnia aduſtionis ulcera, etiam à quavis materia facta, nullo cicatricis veſtigio remanente, ſanat, ut meritò inter arcana domeſtica referatur ac poſteritati communicetur. Talis autem utendi & applicandi modus requiritur: patiens multoties in die cum pluma gallinæ nigræ (nullis tamen adhibitis linteolis ſeu ligaturis externis) locum affectum ad ſanitatem perfectam donec cruſtæ ſpontè decidãt, continuãdo inungat.

Vngventum de calce viva. Mynſ.

℞. *Calcis viva unc. vi.*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 874 sur 955

Auripigmenti unc. i. ß.
Rad. Ireos flor. unc. j.
Sulphuris citrin.
Nitri an. unc. ß.
Lixiv. ſtip. Fabarum fort. ℔. ij.

Miſc. & coq. in ollâ nova vitreata ad iuſtam conſiſtentiam, quod cognoſces, ſi penna oblinita facilè plumas dimittat: tunc adde: Ol. Spic. unc. s. vel alia odorifera & fiat ungventũ ſeu pulmentum.

Vires & Vſus.

Ex huius Vngventi illinitione crines ſeu pili in quacunque etiam corporis ſunt parte, miro modo & ex tempore decidunt: Locus autem depilat⁹ ungatur Ol. ſec Vng. Roſato.

Vngventum de Rapis. Mynſ.

℥. Axung. porcinæ unc. ij.
Ol. Chamomill.
Roſarum
Violarum an. unc. j.
Tritici exp.
Vrinæ an. unæ ß.
Æſypihuman.
Sevi cervin. an. ʒ iij.
Ciner. cancror. Fluv.
Olibani an. ʒ ij.
Mucilag. Rad. altheæ
Sem. Lini
Fœnugrec. an. ʒ vj.
Suc. Raporum exp. unc. viij.

Mixta bulliant ad ſucci conſumptionem & tum cerâ citrinâ fiat l. a. Vngventum. Cui circa finem immiſce vitell. ovorum Nro. iv.

Vires & Vſus.

Sciſſur s, ulcera, apoſtemata, quæ ſunt aperta, manuum, pedum & aliorum membrorum à frigore corroſivo facta curat. Quotidiè autem bis vel ter locus affectus eſt inungendus.

Vngventum Medicamentoſum. Mynſ.

℥ Ping. Lardi veteris ℔. j.
Terebinth. alb. unc. vj.
Lap. Medicamentoſ.
Ol. Tartari an. unc. i. ß.
Sulphur. vivi & citrin.
Ceruſæ lotæ
Lithargyrii
Minii an. unc. j.
Hellebori utriusq;
Piperis longi
Tutiæ præp.
Nihili albi unc. ß.

Mixtis affunde ſuccor. depurat. Rad. Lapathi acut. & ſcrophulariæ, Herb. Fumar. Scabioſæ, Cort. int. virid. Sambuc. Limonum ana Vnc. iv. Coq. ad ſuccorum conſumptionem; poſtea adde:

Styrac. liquid.
Cinnab. factit. an. unc. i. ß.
Ol. Laurini
Iuniperini
Ovorum an. unc. j.
Mercurii ſublimati ʒ iij.

Miſc. & f. Vngventum pro uſu.

Vires & Vſus.

Scabiem manuum, & totius corpori ſanat. Item Impetiginem, Serpiginem, Tentiginem pravam, Pruritum, Syrones, Elephantiaſin horribilem, Ophiaſin ſive thiriam & Alopeciam curat: Furfures Capitis & pſydracia tollit. Inungantur autem partes extremę omni mane vel de tertio in tertium diem, præſertim in declinatione. Sed cave ne inunctio ante corporis evacuationem fiat; Quoniam ab inunctione cutis poroſitates clauduntur, prohibita verò malorum humorum expiratio⁹ e magis intus putrefiant; unde febres ac apoſtemata ſæpiſſimè inducuntur.

Vngventum de ſevo Hircino. Mynſ.

℥. Sevi Hircini unc. j.
Ol. Vitell. Ovorum
Amygdal. dulc.
Hyoſcyam. exp.
De papav. an. unc. ß.
Adip. Anſeris
Gallinæ
Anatis an. ʒ iij.
Lithargyr. arg. præp.
Ceruſ. lotæ
Tutiæ præp.
Minii an. ʒ j. ß.
Nihili albi
Alumin. uſt.
Sach. cand. alb.
Olibani an. ʒ j.
Croci or. ϑ j.
Camphoræ
Opii præp. an. ϑ ß.

Miſc. & cum Ceræ alb. ſ. q. f. l. a. Vngventum.

Vires & Vſus.

Fiſſuras, ſciſſuras, rimas, Rhagades, in manibus, pedibus, podice, papillis, pudendo mulieris, præputio in maſculis, palpebris, naribus, auribus, alibivè à frigore, calore, ſiccitate, humoribusque biliosis, ſalis atque acribus, ſine moleſtiâ ſanat, & omnes inde ortos dolores placat.

Vngventum ad verrucas mammillarum.

℥. Mucilag. pſyllii
Cydoniorum
Tragacanthi } an. unc. ß.
Olei violarum
Olei ovorum
Olei Roſarum } an. unc. i.
Sevi cervini
Caprini } an. ʒ ii.
Ceræ albæ q. ſuff.
Fiat Vngventum.

Vel: ℥. Gummi ceraſorum
Thuris } an. ʒ iii.
Medullæ ex pedibus vitulorum diſſol. & Butyrat. q. v.
Fiat Vngventum.

Vngventum nobile. Mynſ.

℥. Gummi Galbani elect.
Opoponac.
Ammoniac. an. unc. i.

Solvantur in aceto vini, & ſoluta forti cum expreſſione colentur, evpreſſum ab aceto ſeparetur, & ſeparato tandem adde:

Axung. Humanæ
Canis
Cervi
Vrſi an. unc. ß.

Mixta

Mixta inde cucurbitæ ſuper affundendo:

Oleor. Terebinthinæ
Bac. Lauri an. unc. ß.
Corn. Cervi ℥ ij.
Sulphuris mediante Ol. Iuglandis præp.
Antimonii dulcis ex Pulvere
Emetico per Retortam deſtillat.
Vitrioli per laminas ferri edulcorat.
Saturni an ℥ j.

Iterum miſce; Poſtea ad Solem, vel alio loco calido digerantur per aliquot dies, & quotidie cum ſpatula ligneâ agitētur, & ſic Vngventum pretioſiſſimum tibi comparabis, quò Theophraſtus Paracelſus, tam recentia vulnera, quam inveterata ulcera intra paucos dies conſolidavit.

Vires & Vſus.

Curat omnia inveterata, putrida, & Cacoëtica mala: Item Vulnera Venerea deſperata, Lentigines, Lupum, Cancrum & Podagram. Omnibus amputatis, & conquaſſatis muſculis & membris medetur. Leucophlegmaticâ Capitis laborantib⁹, abraſis prius capillis, & poſtmodum loco affecto impoſitum, benefacit. Hernioſis item & plagâ antiquâ in ingvinibus affectis præſtat auxilium: & ut omnia paucis comprehendam, virtus hui⁹ ungvēti, verbis ſatis exprimi non poteſt. Immittatur cū pluma gallinæ nigræ, vel cum ſtuppis, ſuper impoſito Emplaſtro Stictico vel Diaſulphuris.

Vngventum Carminativum. *Mynſ.*

℣. *Flori Sambuci* ℔ *ij.*
Butyri majalis non ſalit. ℔ *j.*
Suc. Chamomill. cum vino expreſſ. ℔ *ß.*

Ebulliant in B. ad conſumptionem humiditatis, & colaturæ adde:

Ol. Carui ℥ vj.
Cymini ℥ ij.
Faniculi ℥ j.

Miſc. & fiat Vngventum ſeu linimentum.

Vires & Vſus.

In Tympanite & inflatione Ventriculi, ſecretum eſt: totus autem venter inungatur bis in die, manè ſcilicet & veſperi eundo cubitum.

Vngventum Stipticum. *Mynſ.*

℣. *Myrtillorum unc. viij.*
Cydoneorum
Nenuphar. an. unc. iv.
Hyperici
Roſarum an. unc. ij.
Suc. Herb. Plantag.
Burſæ Paſtoris
Milleſolii an. unc. vj.

Miſce & coq. ad ſuccorum conſumptionem; poſtea adde:

Sang. Draconis
Croci Martis an. unc. j.
Boli rub. or. præp.
Terræ vitriol. dulc.
Corallor. rub. præp. an. unc. ß.
Rad. Tormentillæ
Biſtortæ an. ℥ ij.
Antheræ Roſar.
Sem. plantag.
Berber. an. ℥ j.
Aceti parum.

Miſc. & cum Ceræ ſ. q. l. a. fiat Vngventum.

Vires & Vſus.

Stipticum eſt; Ideò Renibus & Ventri, in fluxu uterino inunctum, conducit in ſiſtendis menſibus, & fluxionibus immodicis.

Vngventum contra vermes. *Mynſ.*

℣. *Aloes Epatic. unc. iij.*
Ext. Gentianæ ℥ i. ß.

Solvantur ſimul in ſ. q. ſp. Vini & ſolutis adde:

Ol. Amygdal. amar.
Nucl. Perſicor.
Abſinthii com. an. unc. vj.
Fellis Taurini unc. iv.
Aceti vini unc. i. ß.

Miſc. & coq. ad ſp. V. aceti fellis conſumptionem, & circa finem adde:

Myrrhæ rub. unc. j.
Troch. Alhandel.
Ol. Sabinæ an ℥ iij.

Et cum ſ. q. ceræ fiat l. a. Vngventum.

Vngventum contra vermes. D.

℣. *Aloes Epat. unc. iij.*
Ext. Gentian. unc. j.
Myrrh. elect. ℥ vj.
Ext. Abſinth. ℥ ii.
Coloc. nihil. unc. ß.
Spir. Vini Rhen. unc. iv.
Fellis Bovini unc. vii. ß.
Ol. Abſinth. coct. unc. viii.

Pulverizanda pulverizentur ſubtiliſſimè, M. & coquantur in duplici vaſe ad fellis, & ſpiritus Vini conſumptionem.

Deinde adde Ceræ citrinæ q. ſ. Miſc. & fiat l. a. Vngvētum.

Vermes puerorum enecat, & per alvum educit. Vngendus autem eſt totus infimus venter quotidiè manè & veſperi.

Vngventum Hernioſum. *Mynſ.*

℣. *Vitell. Ovorum rec. ad duritiem coctor. No. xxxv.*
Butyri maial. ſ. ſale. ℔ ß.

Miſc. & igne carbonum lento ſemper agitādo & deſpumando coquantur, & quando olei puri inſtar apparet, prælo fortiter exprimantur, & fæces reiiciantur, poſtea in expreſſo oleo adhuc calido diſſolvantur:

Ol. Balſamici noſt. unc. vi.
Petræ unc. iv.
Empl. Oxycrocei unc. v.

Miſc. & fiat l. a. Vngventum.

Vires & Vſus.

Curat Herniam inteſtinalem: Patiens autem in lecto per octo vel quatuordecim dies ſupinus, ſobrius, cavendo à cibis ventoſis, iaceat, & quotidiè bis manè & veſperi locum affectum inungat, ſimulque debitæ ligaturæ faſciæque convenientes applicentur, & per Dei miſericordiam certiſſimè liberabitur. Interea autem manè & veſperi de decocto noſtro contra Herniam bibat pro vice Cochlear. 2. 3. vel 4. Innumeros hoc remedio reſtitui.

Vngventum ad Herniam Infantum. *Mylii.*

℣. *Fol. Quercus*
Geranii
Milleſolii } *an. p. aq.*

Sanicula } ana p. aq.
Symphiti }

Bulliant in Butyro maiali & parum vino, exprime & pro ſerva uſui.

Vngventum contra Pediculos. Mynſ.

℞. Laurini
Templini an. ℥ iv.
Succ. Rutæ exp. ℥ vj.

Miſc. & coq. ad ſucci conſumptionem; poſteà adde:

Argenti vivi ſalv. à ieiuni extinct. ℥ i. ß.
Sem. Staphid. agr.
Nitri præp.
Aloes Epatic. an. ℥ ß.
Rad. Hellebori alb.
Lapath. acut.
Tabac. Indic. an. ℥ ij.
Camphoræ
Ol. Spicæ an. ℥ j.

Miſc. & cum Ceræ ſ.q. fiat l. a. Vngventum.

Vires & Vſus.

Huius Vngventi celeberrimum uſum ipſa experientia docebit; omne enim pediculorum genus interficit, & caſtris tam martialibus quam venereis longe propellit.

Vngventum ad livorem faciei. Mynſ.

℞. Tragacant. alb. ℥ ß.
Diſſ. aq. roſ. adde
Rad. Sigill. Salom. ℈ iv.
Camph. ℈ ij.
M. f. linimentum.

Sapo Coſmet. Prævot.

℞. Sapon. Venet. ℥ iv.
Succi lim. q.ſ. f. ſolut. adde:
Ol. amygd. dulc.
Tartari an. ℥ ij.

Ponantur ad Solem & quotid. agit. ut f. Vngventi inſtar.

Linimentum ad faciei tubercula, pruritus & maculas Penotti.

℞. Aq. pluvial. ℔ v.
Sem. papav. alb. ℔ ß.
F. Emulſio in ol. vit.

Tunc in vitro magno albumen ovi conquaſſ. & agita cum ℥ j. Mercurii ſublimati ſæpius loti, per horam, adde emulſionis ℥ ß. agita per horam, poſt adde ℥ i. ß. agita per 2. horas, poſt. adde ℥ iij. agita per 3. horas & ſic conſeq. per 24. horas, adde Sach. Boracis an. ℥ j. agita per 2. horas.

Vngventum ad luem Veneream.

℞. Axungiæ ſuis ℥ xij.
Olei Hypericonis ℥ j.
Vngventi Aragon. unc. ij.
Thuris unc. ß.
Cerußæ unc. ij.
Mercurii præcipitati unc. vj.
Miſce ad ignem Fiat Vngventum.

Linimentum in defl. capill. Luis Veneri. Mülleri.

℞. Ladani unc. ß.
Ol. myrt.
Maſtich. an. unc. i. ß. M.

Linimentum ut pili decidant. Mülleri.

℞. Auripigm. unc. j.
Pulv. pyr. unc. ß.
Calc. viv. unc. ij.

Coq. in ℔ ij. lixiv. uſq; dum penna immiſſa plumas amittat.

Linimentum ad barbam augendam. Mülleri.

℞ Cineris talp. unc. ℥ ij.
apum.
Avell. an. ℥ i. ß.
Sterc. muris ℥ ij.
Ladan. ℥ i. ß.
Mellis unc. ß.
Ol. nard. cer. an. q.ſ.
Fit linimentum.

Vngventum Fidum. Reineſ.

℞. Rad. pyrethri, bryon.
Cucum. aſin. enul.
Lumbric. terr. præp.
Bacc. iunip. an. unc. ß.
Caſtorei ℥ ij. macis,
Nucis moſch. an. ℥ j. coq. in
Ol. chamam. ℔ ß.
Vulpini unc. iij.
Vini potentis ℔ j. ad tabeſcentiam & exprime: Expreſſo adde
Vngv. dialthææ unc. iv.
Succi cochlear. naſturt.
Salviæ, raphani ſylv. an. unc. j.

Denuò colliquatis admiſce cer. novellæ q.ſ. ut fiat linimentum molle.

Vngventum ad carbones. Reineſ.

℞. Calcis extinctæ
Saponis Venetæ
Fermenti acris
♀ii vivi an. unc. ß.
Nitri, tutiæ præp.
Scabioſ. an. ℥ ij.
Theriac. ℥ iij.
Opii Thebaici ℈ j.
Ol. lil. alb. q.ſ. Vngvent.

FINIS LIBRI VIGESIMI TERTII.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 877 sur 955

LIBER VIGESIMVS QVARTVS.

DE EMPLASTRIS.

Diachylon album, seu simplex D. Mes.

℞. *Olei veteris* ℔. i.
Lithargyri puri tenuissime triti lib. i. ß.
Mucaginum radic. althea
Sem. lini &
Fœnugraci an. unc. iv.
Fiat emplastrum, consistentia legitimum.

Multiplex est huius emplastri denominatio: à succis enim mucaginei, quib. magna sui parte constat, & virtutem assumit, *diachylon* vocatur, à colore, *album*: à communi eius usu, *commune*, à quinque simplicibus ipsius confectutam ingredientib⁹ *pentapharmacum*, & sæpe *diachylon simplex* ad differentiam compositi. Eius inventorem tota myropolarum familia Mesuem agnoscit, ante eum tamen Serapio & Avicennas illius descriptionem dederunt. Omnes autem iuxta formulam superiorē exhibent, in qua *oleum & lithargyrus* potius materiam & corpus, mucagines efficaciam suppeditant, ex quibus diversa proportione mistis, & præparatione unitis, Paulus *cap. 17. lib. 7.* emplastrum suum de succo conficit. Melius tamen sic, iuxta descriptionem traditam paratur; *Lithargyrus* à scoria, plúbo & sordib⁹ repurgatus tenuissime lævigatur in mortario metallico diutissime, ut duodecim horas, cum oleo agitatur, subigiturque: post igni lento coquitur, semper versando, donec *lithargyrus* crassescat, & consistentiam mellis nanciscatur, atq; fundo pilæ non adhæreſcat. Tum igni eximatur, ut paulatim frigescat: postea seorsim mucilagines in aqua extractæ parum fervefiant, ad aquosioris partis exhalationem; dein earum pars circiter tertia primum *lithargyro* accurate misceatur, atque rursus igni reddatur, ut crassescat: tandem residuum addatur, agitetur, & blando igne ita fervefiat, ut ex omnibus sic unitis & concorporatis fiat emplastrū consistentiæ legitimæ in cuius libris singulis, si pulveris ireos uncia una commisceatur, *diachylon irea-tum* habebitur. Signum emplastri perfecte cocti habetur, cum ipsius portio marmori adhibita non adhæret, aut digitos, dum contrectatur, non inquinat: illius enim compages sequax esse debet, lenta & viscida, ut exformentur magdaliæ, alba papyro involvendæ, & in pharmacopolio servandæ.

Emplastrum diachylon, malacticum optimū est: hepatis enim, lienis, ventriculi, & aliarum partium duros tumores emollit, & humores coquit. Quod *Iridim* admisit; magit attrahit, incidit, & resolvit.

Diachylon cum Gummis Vigonis. Aug.

℞. *Rad. Althea* ℔. ß.
Sem. Lini
Fœnugræc. an. ℥ j.
Violarum
Sem. Malvæ
Althea
Cydoniorum an. ℥ ß.
Psyllii ℥ ij.
Rad. Ireos ℥ ij.
Ol. Chamæmelini
Anethini, Liliorum
Lini, Irini an. ℥ iij.
Pingved. Gallinæ,
Anatis, Anseris an. ℥ iij.
Olei Amygdalarum dulcium
Oesypi humidæ
Succi Glycyrrhizæ an. ℥ x.
Terebinthinæ an. ℥ i. ß.
Sevi vitulini ℔. ß.
Lithargyri Auri ℥ x.
Bulliant omnia simul baculo agitando, usq; ad consumptionem mucilaginis. Deinde cum cera albá quantum sufficit, fiat Ceratum molle, addendo
Sagapeni
Opopanacis
Bdellii mollis
Galbani an. ℥ iij.
Ammoniaci ℥ v.
Dissolutis in aceto fiat Emplastrum secundum artem.

Diachylon magnum, D. Mes.

℞. *Lithargyri auri tenuissime pulverati* ℔. j.
Oleor. irini
Anethini
Chamæmelini an. ℥ viij.
Mucaginis radic. althea
Caricarum
Sem. lini & fœnugraci
Ichthyocollæ
Succorum ireos
Scyllæ
Oesypi an. ℥ xij. ß.
Terebinthinæ ℥ iij.
Resinæ pini
Ceræ flavæ an. ℥ ij.
Fiat Emplastrum ut artis est.

Dirchylon magnum cum gummis.

℞. *Bdellii*
Sagapeni
Ammoniaci
Vino dissolvantur, colentur & coquantur ad mellis crassitudinem, addantur massæ diachyli magni fiat emplastrum.

Vt diachylon simplex & ireatum, sic magnum & gemmatum coniunguntur, atque omnia eadem serie describuntur, quod inter se viribus & nomine plurimum conveniant. In magni descriptione

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 878 sur 955

& apparatu Paul. Ægin. multum à Mesue dissentit, Oribasius à Paulo, ab utroque vulgaris usus, Mesuei doctrinæ accommodatus quem hoc in emplastro sequimur, neglectis tamen *uvis passis*, in quarum locum ex Guidone *radicem althææ* substituimus. Sic autem paratur: *Lythargyrus* purgatus, & subtilissime tritus, in mortario cupreo diutissime cum oleo agitandus & nutriendus: deinde igni lento coquendus, assidue movendo & versando, donec crassescat: tum mucilagines adduntur, atque lente coquuntur ad seri evaporationē. Postea *alkanach*, seu *ichthyocolla* ponitur succis *irios & scillæ* diutius, coquiturque ad succorum absumptionem. *Alkanach* loco *alkam* seu viscum illud, quo capiuntur aves, poni potest; quod huic emplastro non minus, imo magis convenit. His omnib. adhuc igni stratis *cera* liquanda, ut etiam *resina*, igni subtractis, *terebinthina* diluenda, nec non *æsipus* assidue movendo, ut tota mixtura in emplastri coëat massam idoneam. Nonnulli industriosa sedulitate, parvam quādam mucaginum portionem in principio una cum oleis & *lithargyro* commiscent: coquunt & agitant, & postea reliquam earundem partem: sic enim *lithargyrum* impediunt, ne ad vasis fundum decidat, & ab eius emplastrum efficiunt. Quid sit autem *ichthycolla lib. 3. de matèr. medic.* dictum est *cap.* 17.

Eadem præstat hoc emplastrum, quæ superius, sed efficacius: magis enim duritiem quamlibet mollit, coquit, & digerit. Gummatim potenter attrahit, emollit & resolvit.

Emplastrum de mucaginibus, seu diachylon compositum.

℞. Mucaginum sem. althææ
Lini
Fœnugræci
Corticū mediani ulni an. unc. iv.
Ol. Chamæmeli
Liliorum
Anethi an. unc. j.
Ammoniaci
Galbani
Opoponacis
Sagapeni an. unc. ß.
Ceræ novæ unc. xx.
Terebinthinæ unc. ij.
Croci ℥ ij.
Fiat emplastrum arte iam præscripta.

Licet emplastri huius author non satis constet, fere tamen ab omnib. pharmacopolis paratur iuxta descriptionem hanc, quam ex Fernelio eius transscriptore exhibemus: ad cuius apparatum primo mucagines in aqua extrahuntur: extractæ cum oleis lento igne coquuntur ad aqueæ humiditatis resolutionem. His *cera* frustulatim secta liquatur, & spatha agitatur. Postea gummi dicta, *aceto* diluta, colata & cocta ad aceti dissipationem adduntur & rudicula agitantur. Omnibus ab igne semotis terebinthina commiscetur. Tandem crocus, atque sic accurate versando massa idonea conficitur, ex qua formantur magdaleones pondere unciæ dimidiæ, & aliquando interdum.

Emplastrum de mucilaginibus partim emollit, partim coquit, ac maturat: ob id tumoribus præter naturam duris, utroque dicto modo sanandis, confert. Enumeratur enim inter emollientia & suppurantia, eiusque frequens est usus.

Emplastrum de Melito, D. Mes.

℞. Meliloti unc. vj.
Flor. chamæmeli
Comarum absynthii
Samsuchi, Fœnugræci
Baccarum lauri
Rad. Althææ an. ℥ iij.
Sem. apii, Ameos
Cordumeni
Ireos, Cyperi
Spicæ, Cassiæ lig. an. ℥ j. ß.
Ammoniaci ℥ x.
Styracis calamit.
Bdellii an. ℥ v.
Terebinthinæ unc. i. ß.
Ficus pingues n. xii.
Sevi caprini
Resinæ an. unc. ii. ß.
Ceræ unc. vj.
Olei sampsuchini
Ol. de spica an. ℥ vj. vel singulorum unc. j.
Aquæ decoctionis meliloti, chamæmeli & fœnugræci q. s. fiat emplastrum.

Multis constat hoc emplastrum, quæ seorsim & artificiose debent præparari, antequam accedāt ad illius confecturam: ac primo quidem loco radices terendæ; secundo, semina; tertio herbæ & flores: tum *cinnamomum & styrax*, sed seorsim utrumque: deinde miscentur omnia. Inter ea macerantur *bdellium & ammoniacum in aceto* potius, quam in *decocto meliloti, chamæmeli, & fœnugræci*, ut nonnulli volunt, in quo non nisi ægre dissolvuntur. In ea tamen mucagines, radicis *althææ & fœnugræci* optime possunt & debent extrahi, quibus colatis adiiciuntur *ficus tusæ* eodem decocto maceratæ & per cribrum traiectæ. Ex his autem sic apparatis conficitur emplastrum hoc modo: *Cera, resina, & sevum hircinum* simul liquanda: his igni subtractis addendis gummi macerata, colata, & ad mellis crassitiem cocta: tum *terebinthina*, deinde ulveres simul uniti. Quibus omnibus probe subactis adduntur *olei sampsuchini & spica an. ℥ vj. vel unc.* j. ad summum. Qui enim singulorum unc. vj. ex Bauderonio addiderit, ungventum quam emplastrum potius effecerit. Si *ficus* ficciores sint, poterūt teri, & cum reliquis pulverari, ut etiam *bdellium*: præstat tamen ea macerari & percolari. Pro *cordumeni carui semen* ponendum est, non *cardamomum* ut multi faciunt, vocum affinitate decepti: cætera facilia sunt.

Emplastrum è melito inveteratas duritiesiecoris, lienis, ventriculi, & reliquarum partium emollit, coquit, & resolvit, hypochondriorum tensionem laxat, & flatus discutit.

In emollientium & resolventium classe describitur à Iouberto emplastrum, triapharmacum, cuius ut simplex est compositio, sic qualitas imbecillior, propterea rarus admodum usus. Illius materia est eadem prorsus atque ungventi *crudi* sive de *lithargyro*: Constat enim *oleo, lithargyro & aceto* coctis ad emplastri consistentiam.

Emplastrum de crusta panis, Montagnanæ Augustæ.

℞ Mastiches, Menthæ, Spodii
Coralliī rubri, Albi an. ℥ j.

Crustæ

Cruſtæ panis toſtæ & macerata in aceto per horam mediam ℥ ij.
Olei de Maſtiche
Cydoniorum an. ℥ j.
Farin. Hordei quantum ſufficit.
Fiat emplaſtrum.

Confert ad Vomitum puerorum, ac iis, qui cibum retinere nequeunt, prodeſt.

Emplaſtrum Griſeum de lapide calaminari. Aug.

℞. *Lapidis Calaminaris præp.* ℥ j.
Litharg. ri ℥ ij.
Ceruſſæ ℥ ß.
Tutiæ ℥ j.
Terebinthinæ ℥ vj.
Ceræ alb. ℥ i. ß.
Sevi cervini ℥ ij.
Thuris electi ℥ v.
Maſtiches ℥ iij.
Myrrhæ ℥ ij.
Camphoræ an. ℥ i. ß.
Confice ſecundùm artem.

Vlcera explet, ſiccat, & cicatrice claudit.

Emplaſtrum ad Hydropem Aug.

℞. *Stercoris columbini acuto macerati* ℔. j.
Sulphuris vivi ℥ j.
Nitri ℥ ß.
Pulv. rad. Enulæ
Baccarum Lauri
Anethi
Flor. Chamomillæ ℥ vj.
Sem. Naſturtii ℥ ij.
Decoquantur omnia in Vino ad ſpiſſitudinem. Adde
Mellis unc. ij.
Terebinth. unc. j. ß.
Succi ebuli unc. ij.
Iridis unc. j.
Farinæ Fabarum unc. i. ß.
Fiat Emplaſtrum.

Eo quondam crebrò uſi ſunt celebertimi Medici Patavini, Ioannes Baptiſta Montanus & Aloiſius Bellacattus, tanquam experto ac valdè probato ad Hydropem remedio.

Emplaſtrum Pepaſticum & Epiſpaſticum. Rein.

℞. *Cort. median. ſamb.*
Sem. ſinapi
Taleolar. raphan.
Rad. ſymph. maj. an. unc. i. ß.
Cepas No. vj.
Coq. in Ol. lil. alb. ad tabeſc.
Tum exprime. Expreſſi ℔. ß. *Adde*
Pulv. ſterc. columb. unc. ij. ♁*i unc. j.*
Croci ℥ ij *Euphorb. unc. ß.*
Alliorum unc. i. ß.
Theriacæ, Galbani, Sagap.
Ammon. depurator. an. unc. ij.
Empl. de melil. unc. iv.
Ceræ q. ſ. f. Emplaſtrum.

Emplaſtrum de Minio, Vigonis. Aug.

℞. *Olei Roſati* ℔. i. ß.
Olei Myrtini
Vnguenti Populeonis an. unc. iv.
Pingvedinis Gallinæ unc. ij.
Sevi Caſtrati
Vaccini an. ℔. ß.
Pingvedinis porcinæ unc. vij.
Litharg yri auri
Argenti unc. iii. ß.
Ceruſſæ unc. iv.
Minii unc. iij.
Terebinthinæ unc. x.
Ceræ quantum ſufficit.
Fiat Emplaſtrum ſecundùm artem.

Vulnera & ulcera antiqua & maligna potenter curat. Aliud deſcribitur à Nicolao Maſsâ Conſiliorum parte 2. fol. 69.

Emplaſtrum de Minio. Reineſ.

℞. *Ceruſſæ, litharg. an. unc. ij.*
Succi cochlear. naſturt. apii,
Olei olivar. an. unc. iij.
Coq. igne lento ad conſiſtentiam fluidiorem emplaſticam: tum adde
Sevi cerv. unc. iv. Ceræ unc. i. ß.
Minii unc. iij. Maſtich. Myrrhæ,
Tutiæ præp. Thuris. Cyperi,
Sacch. Saturni an. ℥ j.
Santali rubri, caphuræ an. ℥ ij.
Alum. uſti, roſar. rub. an. ℥ i. ß.
F. l. a. Emplaſtrum.

Emplaſtrum Oxycroceum, D. Myr.

℞. *Croci*
Picis navalis
Colophoniæ
Ceræ an. unc. iij.
Terebinthinæ
Galbani
Ammoniaci
Myrrhæ
Thuris
Maſtiches an. unc. j. ℥ iij.
Fiat Emplaſtrum, ut artis eſt.

Ad duritiei quoque emolliendas, digerendaſque emplaſtrum hoc fuit inſtitutum, inventumq; à Myrepſio, qui nomen illi dedit ab *aceto*, in quo gummi macerantur & diſſolvuntur, & *à croco*, cuius colore tota mixtura inficitur, adhûc autem modum componitur: *Ammoniacum & galbanum* parum contuſa macerantur noctem integram in *aceto*, ut diluantur; deinde coquuntur ad *aceti* deperditionẽ. Inter ea, *cera* in vaſe idoneo liquanda; liquatæ addenda *zopiſſa*, ſeu pix navalis; tum *colophonia*. His admiſcentur gummi dicto apparatu liquata: quibus ab igne ſemotis *terebinthina* commiſcenda: deinde *myrrha, thus, crocus & maſtiche* ſeorſim trita & unita, ſemper agitando, ut fiat maſſa idoneâ quæ in marmor *oleo maſtichino* inunctum, & pulvere *croci* conſperſum inicitur, & formentur magdaliæ ſolitæ magnitudinis. Nonnulli *croci* quantitatem minuunt, nullo aut exiguo virium diſpendio, quibus aſſentiunt.

Emplaſtrum hoc virtutem habet emolliendi, digerendi, articulorum & nervoſarum partium dolores ſedandi, & oſſa fracta iuvandi.

Ceroneum parare non recusabitur, qui *oxycroceum* habebit, propter multam virtutis, quæ inter utrumque eſt, affinitatem.

Emplaſtrum de janua. D. Pe.

℞. *Succorum betonicæ, Plantaginis.*
Apii ℔. j. *Ceræ flavæ*

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 880 sur 955

Resinæ
Terebinthinæ
Picis an. lb. ß.
Ex arte fiat Emplastrum.

Duo sunt emplastra de *betonica*, unum minoris descriptionis quod in officinis vulgo, *Emplastrum de ianua* nominatur; alterum maioris compositionis, *de betonica* nuncupatum, quod propter virium præstantiam à multis nunc paratur, hucusque Andernacus author perhibetur; illius vero N. Præpositus, ex cuius descriptione sic debet confici. In *succis betonicæ plantaginis & apii* colatis nec depuratis liquida *cera*, *pix & resina*, & cum *terebinthina* portione coquenda, semper movendo, ad succorum resolutionem; deinde reliqua *terebinthina* addenda, & adhuc parumper fervefacienda, ut cuncta uniantur in idoneam emplastri consistentiã, ex qua formẽtur magdaliæ digiti crassitudine & longitudine, in pharmacopolio ad usus futuros asservandæ.

Emplastrum de ianua vim habet maturandi & digerendi: oculiari autem dote caput roborat, eiusque vulneribus ulceribusque prodest.

Emplastrum de Betonica, D. Andernac.

℞. *Betonicæ viridis*
Pimpinellæ
Agrimon.
Salviæ
Pulegii
Millefolii
Consolidæ maioris
Callitrichi an. unc. vj.
Thuris
Mastiches an. ʒij.
Cerææ albæ
Terebinth. an. unc. viij.
Gummi oleæ Æthiopicæ unc. j.
Resinæ pini unc. vj.
Ol. abietini
Vini alb. an. q. s.
Fiat emplastrum secundam artem.

Cum morbi captis quamplurimi sint, qui præter chyrurgorum manus topica medicamenta desiderant, eorum tamen paucis quibusdam tantum, cum emplastrum *de ianua* auxilietur, recte ab Andernaco maius hoc & efficacius *emplastrum de betonica* descriptum est, ut quod pluribus præter naturam effectibus capitis optime & salubriter medeatur. Paratur vero sic: Herbæ in mortario probe contusæ hebdomadam integram in *vino albo* macerantur, agitantur & coquantur. Vino expresso colatoque, & lento igne cocto ad tertiæ partis consumptionem *oleum abietinum* adiicitur; dein *cera* liquata; mox *resina & gummi*: postea *terebinthina*. His paulatim refrigeratis reliqua trita, & cerea addunturs, & manibus assidue subiguntur, dum totus humor exhalet. Postremo *lac caprinum*, aut aliud, ut *vaccinum*, additur ad magdaleones formandos.

Commendatur plurimum ad fracturas uniendas, ossaque carne contegenda, squamas ossium detrahendas, & ad ea, quæ in alto latent, foras evocanda efficax existit; carnes amissas durasque restituit, valde abstergit, digerit & siccat.

Emplastrum de Baccis lauri. D. Mes.

℞. *Baccarum lauri unc. ij.*
Thuris
Masticches, Myrrhæ an. unc. ß.
Cyperi, Costi an. unc. ß.
Mellis despumati q. s. fiat ex arte emplastrum.

Huic emplastro conficiendo præter aliorum conditionem, neque ceram, neque oleum aut axungiã adit Mesue, sed solum *mel* ad excipienda reliqua, cuius dosim non definit, sed artificis reliquit arbitrio. Illius vero unc. j. s. aut unc. ij. tantum pulveribus comprehendendis facis esse creduntur, ad idoneum corpus emplastro impertiẽdum, quod efficacissimum & mirabile ad hydropẽ Mesue scribit, si *cyperi* quantitas triplicetur, & addat *sebum capræ aut vaccæ* siccum ad pondus omnium; sed præstat simplicius habere aut *cyperum* tantum triplicare, & usus tempore alterius animalis dicti sebum permiscere.

Ad præparationem omnia præter *mel* separatim pulverantur, & melli despumato, nec cocto, sed adhuc calenti *cyperus & costus* adiiciuntur: Refrigerato *thus, masticche & myrrha* permiscentur, & magdaleones formantur, qui quod citius indurescant, nonnulli malunt totam massam in vase fictili recondere, & servare; sic enim reposita non facile exsiccatur, & diutissime custoditur, nulla exigua virium iactura.

Dolorem ventriculi, intestinorum, hepatis, renum, uteri & vesicæ à flatibus, vel à causa frigida ortum sedat, & materiam tenuiorem, & flatulentam discutiendo hydropi sicco confert.

Emplastrum Tonsoris D. Actii.

℞. *Picis siccæ* lb. *ij.*
Cerææ lb, j.
Resin. pini lb. *j.*
Farinæ fœnugraci
Pollinis radicis chamæleonis nigri an unc. iv.
Cumini tenuissime triti unc. ii. Fiat emplastrũ.

Medici quotidie multa in rem præsentem medicamenta præscribunt his præstantiora, quæ in vulgarib. dispensariis continentur; illorumque effectus ut pharmacopœi observarunt, descriptiones quoque servant, & postea singulis audacter exhibent. Sic mulierculæ quasdam receptas, ut ominant magnifaciunt sæpissime, & in gynæceis custodiunt, à quibus levamen aliquod senserunt: Sic Tonsor quidam ev Bithynia à Medicis sibi coætaneis emplastrum habuit, quo solo cum sæpe & feliciter uteretur, *emplastrum Tonsoris* vocatum est: Sic si adhuc Textor quidam Parisinus à viginti annis, ungventum quoddam nigricans basiliconi vulgari simile habuit, ad omnesque plagas exhibuit: Eo mortuo, filius eius similiter parat & dat, vixq; semestre quispiam Lutetiæ degit, qui non viderit, aut expertus fuerit *Vngventum Textoris*.

Licet autem Medici sæpius improbent, quæ ab ignaris probantur, attamen Aetius plurimi ducit hoc emplastrum Tonsoris ad splenicos, & hydropicos, & ischiadicos: multos enim, inquit, à coxẽdicum dolore liberavit: nam humores serosos, & flatus attrahit, digerit & resolvit. Hæc autem facilius præstat, si cum *oleo irino*, aut axungia quadã conficiatur. Vix enim sine pingvib⁹ confici potest, proinde olei dicti libram dimidiam adiiciendam censeo.

Si *radix chamæleontis* desit, pondus æquum *radicis bryoniæ* vulgaris, quam *vitem albam* nominant, poterit assumi; præsertim cum hydropicis & spleniticis mederi consilium erit. Ischiadicis vero pro-

proderit magis, ut & aliis dolori' us arthritidis, si substituatur radix alterius *bryoniæ sylvestris*, quæ officinis *sigillum B. Mariæ* vocatur, Dioscoridi *cyssophilos & cyclaminos altera*, Mauritanis *Bothormarien*, id est, *tuber terræ*, quibusdam *rapum terræ* aliis *Thamus*, Plinio *cissanthemos*, Democrito *malacocissos*.

Est enim velut quædam mollis hedera, in arundinis uxta aqua nascens, quarum est adeo amans, ut earum scaturigines perpetuo quæritet, atque ibi aquam subesse, ubi reperitur, botanici experientia multa fulti contendunt.

Ab Arnaldo Villanovano *sigillum cœleste* vocatur, plurimumque valere arthriticis doloribus sanandis sic scribit; *Cœleste sigillum dolores pedum sanat in æternum.*

Emplastrum Palmeum, seu Diachalciteos.

℞. *Olei veteris*
Litharg yri auri an. ℔. *iij.*
Axungiæ suillæ, veteris & insulsæ ℔. *ij.*
Vitrioli alb. unc. iv.

Coque igne lento, assidue movendo spatula palmea, & fac emplastrum.

Vsu magis, quam ratione hoc emplastrum à tota Myropalanorum & chirurgorum turba vocatur *Palmeum*, & vulgo *Diapalma*, ut quod palmea tantum spatha inter coquendum agitetur, versetur, subigatur. Nonnulli à sua basi nomen mutuati, rectius emplastrũ *Diachalcitheos* nuncuparunt: sed qui discrimen inter *vitriolum* & *chalcitim* constituunt, ex hac emplastrum *Diachalciteos*, ex illo *Palmeum* fieri dicunt; in reliquis utrumque simile est, unde alterum alterius nomine sine discrimine donatur. Multi tamen ambo non similiter parant; nam ad confectionem *Diachalciteos*, sumunt *Chalcitim ustã*, eiusque tantum unc. iij. sumunt, & inter coquendum tenellos ramulos palmæ minutim incisos, cõsilio Galeni, iniiciunt; *Palmeum* vero iuxta formulam præscriptam conficiunt spatha palmea assidue movendo: Ac primum quidem *litharg yrum* tenuissime lævigatum, lento igne, cum oleo & axungia diutissime coquunt ac nutriunt semper agitando rudicula, seu ramo palmæ, ut dictum est, vel alius arboris astringentis, ut *quercus vel mespilli*, qui recenter sit incisus: atq; ut spatulæ vis medicamẽtosa melius emplastro communicetur, eius extremitatem subinde præscindunt, & superficiem abradunt, ad humiditatem usque nativam. Mixturæ sic coctione & agitatione incrassatæ, & igni substractæ *vitriolum Romanum, seu album, chalcitidis* veræ penuria, pulveratum iniiciunt & subigunt: sicq; massam habet consistentia laudabilem, ex qua magdaleones formant. Multi ratione optima vitriolum simul cum reliquis emplastri compositionem ingredientibus coquunt, ut partem acrimoniæ deponat.

Valet ad cruenta vulnera, tumores pestilentes, & exituras. Ad ulcera quoque, & contusas, divulsasque partes & ecchymomata.

Emplastrum album coctum. *Augustan.*

℞. *Olei* ℔. *ij.*
Cerussæ ℔. *i. ß.*
Ceræ alb. unc. iv.
Coquantur secundum artem, & fiat Emplastrum.

Dicitur & Emplastrum de cerussâ & sola coctione ab Vngvento albo differt, ut & Vngventum Triapharmacum & Tetrapharmacum coctura modo in Emplastra transeunt. Intertriginibus quacunque ex causa succurrit, ac leves cutis exulcerationes sanat.

Aliud Emplastrum quod ferè sola coctura ab hoc differt, Vlmense dictum, sic parari solet:

℞. *Cerussæ subtilissimè tritæ,*
Ceræ Citrinæ
Olei Olivarum ana partes æquales.

Immitatur primo Cerussa in cacabum æneũ addendo lentè Oleum, quæ bulliant simul lento igne super prunas perpetuò agitãdo cochleari ferreo satis longo ob str epitũ cerussæ usque dum desideant: quo factò etiam indatur successive Cera minutissimè concisa cum cautela effervescentiæ, donec probè liquata sit; omnia deindè coquantur pari ignis gradu lege artis, usque dum nigricantẽ aliquantum colorem acquirant iustæ consistentiæ.

Emplastrum Apostolicon, Nicolai Alexandrini. *Aug.*

℞. *Litharg yri* ℥ *vj.*
Ceræ Citrin.
Colophoniæ an. unc. ij.
Propoleos
Visci quercini glutinis an. uns. j.
Ammoniaci gutt æ
Lapidis calaminaris
Thuris an. ℥ *vj.*
Mastiches,
Mumiæ an. unc. i. ß.
Terebinthinæ
Galbani
Bdellii
Myrrhæ
Æris usti
Sarcocollæ
Squammæ æris
Dictamni Cretici
Aristolochiæ
Viridis æris unc. i.
Olei veteris quantum sufficit.

Epispasticum potiùs dicendum erat, nam calamos, furculos & spicula corporis altùm infixa & omnia venenata extrahit. Ad strumas recentes, frigidos ac diuturnos absc essus, viscerum tumores præcisos & punctos nervos perutile; ad recentia quoque vulnera, Phygetla, carcinomata, & cervicis ex frigida causa dolores facit. Strumas aperit, absc essus rupit, purgat & glutinat, ac cicatrices extenuat. Splenis duritiem emendat, articulorum ac genuum ex influxu dolores sedat. Ad mammarum collectiones, Erysipelata & fistulas iniectũ efficax, impositum etiam morsib⁹ venenatis aut rabidorum animalium medetur. Vsurpatur insuper ad vetusta & diuturna ulcera, putredines, sinus, hæmorrhoidas, sedis vitia, condylomata, rimas ani, carbunculos, impetigines, intestinorum ramices, pudendorum depascentia ulcera, cum Rosacco iniectum, cum quo etiam muliebribus malis pessо supposítum confert.

Emplastrum Basilicon maius, Mes. *Aug.*

℞. *Cretæ albæ, Resinæ Pineæ, Sevi Vaccini, Picis Græcæ, Nigræ. Terebinthinæ,*

Thu-

Thuris
Myrrhæ an. ℥j.
Olei communis quantum ſuff.
Fiat Emplaſtrum.

Vulneribus recentibus remedio eſt, eaq; probè glutinat.

Emplaſtrum Baſilicon minus. Meſ. Auguſt.

℞. Ceræ flavæ
Reſinæ Pineæ
Picis Græc. an. ℔. j.
Ol. communis quantum ſuff.
Fiat emplaſtrum.

Vlcera phlegmones expertia partium maximè nervoſarum tergit, ac carne implet.

Alii Terebinthinam addunt: alii verò Terebinthinam Picis loco ponunt.

Emplaſtrum è lapide calaminari, Vulgò Zeltenpflaſter. Aug.

℞. Lap. Calaminaris
Tutiæ præp. an. ℥ij.
Terebinth. an. ℥ß.
Ceræ Citrin.
Reſinæ an. ℥j.
Lithargyri ℥ß.
Olibani
Maſtiches
Tragacanthi an. ℥j.
Olei Roſati
Myrtini an. ℥ij.
Fiat Emplaſtrum.

Vlcera manantia deſiccat, & cicatrice claudit, atque idem ferè præſtat quod Griſeum.

Emplaſtrum Ceroneum, Nicolai. Auguſt.

℞. Picis navalis benè colatæ
Ceræ an. ℥ij. ℥.iij.
Sagapeni ℥ij.
Ammoniaci
Therebinth.
Colophon.
Croci an. ℥j. ℥iij.
Aloës
Thuris
Myrrhæ an. unc. j.
Opopanacis
Styracis Calamitæ
Galbani
Maſtiches
Alaminis
Fœnugraci an. ℥vj.
Confitæ, ſeu facis Styracis liquidæ
Bdellii an. ℥ iii.
Lithargyri ℥i. ß.
Confice ſic:

Sagapenum, Galbanum, Opopanacum, Gummi aliquantulum tuſa cum vino temperentur, deindè ad mediæ partis vini conſumptionem bulliant & vaſe ſtanneo poſito ſuper ignem cum inceperit bullire, Pix navalis benè colata addatur, ac cum ſpatula benè agitetur, donec liqueſiat. Liquefacta Pice addatur Cera & ea liqueſacta ponatur Colophonia, tum Styrax cum piſtillo calido trita fruſtatim imponatur. Poſtea Maſtiche & Olibanum, deindè Myrrha cum Bdellio, & intervallo facto ponatur Terebinthina, ac conſequenter Alumen & Lithargyrum, ad ultimum Fœnugræcum. Et cum decoctum fuerit, fundatur ſuper aquam frigidam, & ab ea extractũ manibus exprimatur, donec tota aqua indè exeat: deinde pulvis Aloës ſuper marmor inunctum Oleo Laurino malaxetur. Poſtremum Croco pulveriſato, ac inunctis manibus cum eodem Oleo Laurino Magdaleones formentur.

Valet ad dolorem ſcapularum & thoracis à frigore ortum ducentem. Lienis duritiem emollit, aquam intercutem à frigida iecoris intemperie natam ſanat, ac veteri vitiis ex eadem cauſa procreatis prodeſt. Lumborum, pudendorum, veſicæ, ac renum frigus vi ſua calefaciente diſſipat. Oſſium fracturis & luxatis commodat. Repellit, concoquit, mollit, carnesque procreat.

Emplaſtrum Citrinum, Vulgare. Aug.

℞. Reſinæ ℔. i.
Ceræ Citrin. ℔. ß.
Sevi cervini unc. iv.
Terebinthinæ unc. ij.
Fiat Emplaſtrum.

Vulneribus recentibus medetur, ac ea cicatrice claudit. Quod ſi id ulceribus repurgandis magis idoneum reddere volueris, in ſingulas libras Emplaſtri adiicito Æruginis mundatæ drachmas duas, atq; ſic Emplaſtrum viride effeceris, id quod communi uſu à plebeis expetitur

Emplaſtrum de gratia Dei.

℞ Reſinæ ℔. j.
Terebinthinæ ℔. ß.
Ceræ albæ unc. iv.
Maſtich. unc. j.
Verbenæ
Betonicæ
Pimpinellæ an. m. j.

Tuſis & coctis ex vino albo plantis & reliquis ſimplicibus in illarum decocto colato, & adipſius abſumptionem coctis; fiat emplaſtrum.

Ex his eſt hoc emplaſtrum, quæ ad oſtentationem ſpecioſo nomine deſignantur, cuiuſmodi eſt *Iſotheos Antidotus* apud Aetium *cap. 55. tet. 2. ſect. 4. Emplaſtrum Iſis* apud Paulum *cap. 17. lib. 7.* & aliud emplaſtrum *Homo* appellatum, ex *ſandice & oleo* paratũ, cuius meminit Aetius. Audita enim eiuſmodi nomenclatione, non modo ruſtici, ſed qui inter orbanos ſeſe putant ſapientiores, ad emendum medicamentum allicitur. Vocemus ergo cum tota aromatariorũ familia hoc emplaſtrum, *de gratia Dei*, & ſic conficiendum imperemus. Herbæ recens collectæ, ac virides minutim incidantur, in pila lapidea comminuantur, in vini albi generoſi ſufficienti quantitate per diem macerentur, deinde coquãtur ad mediæ partis vini abſumptionem: Expreſſis herbis, abiectiſque, in colato liquore *cera* minutim fracta, vel ſecta liquanda coquendaque aſſidue ſpatha movendo, ad liquoris exhalationem: tum *reſina* trita permiſcenda & liquanda: his ab igne ſemotis *terebinthina* unienda: refrigerans *maſtiche* concorporanda in legitimam conſiſtentiam emplaſtri. Sic namque melius conficitur, quam methodo à Præpoſito propoſita.

Laudatur ad vulnera, ulceraque repurganda & coaleſcenda, & ad partes, quibus adhibetur, roborandas. Efficacius tamen hæc cuncta præſtaret, ſi ex *vino rubro* pararetur.

Empla-

Emplastrum divinum.

℞. *Lapidis Heraclii, id est, magnetis* ℥iv.
Ammoniaci ℥iij. & ℥ij.
Bdellii ℥ij.
Galbani
Myrrhæ an. ℥i. ℥ij.
Olibani ℥ j. ℥ß.
Opoponacis
Mastiches
Aristoloch. long.
Viridis æris an. ℥ j.
Litharg yri auri
Olei communis an. ℔. ß.
Ceræ novæ ℥viij.
Misce omnia, ut decet & fac emplastrum.

Dum speciosa hæc medicamentorum nomina vel lego, vel audio, in mentem simul, & rursum veniunt bellissima chymicorum remedia, qui cum viderint, suum *Elixir vitæ* iam nunc nimis tritum, potiones quasdam modo *liquores cæleſtes*, modo *potiones angelicas* nominant. Sed tolerabile nomen est, cui medicamenti vires utcunque respondent, quæ cum in hoc emplastro efficaci limæ fiunt, licet non divinæ, idipsum cum authore, divinum nominabimus.

Sic autem paratur: *Litharg yrus* subtilissime tritus horas duodecim cum oleo ducentus, agitandus, & nutriendus, ac lento igne semper movendo coquendus ad *mellis* crassitudinem, deinde *cerâ* in frustula divisa, miscenda & liquanda. Interea gummi in *aceto*, vel *vino* tenui macerandi, diluendi, colanda, & ad humiditatis aquosæ discussionem, & evaporationem coquenda: tum *terebinthinâ* commiscenda. Post hæc omnia in *litharg yrum* cum oleo nutritum, & *ceræ* naitum coniicienda & incorporanda. His omnibus pulveres *myrrhæ, mastiches, thuris, aristolochiæ, amyentis*, hoc est, *magnetis*, seorsim tritorum commiscendi, tam demum *erugo trita*, nec cocta diutius emplastrum faciat rubrum. Ex omnium sic probe mixtorum unione fit legitimæ spissitudinis emplastrum. Pro pulvere *amyentis*, ut cum vulgo loquar, quidam *Amenti dulcis*, id est, *Sagiminis vitri* pulverem sumunt, melius tamen cum *magnete* ubiq; paratur. Emplastrum divinum vim habet, partes, quibus adhibetur, emoliendi dolorē sedādi, humores attrahendi, digerēdi, ac resolvēdi.

Emplastrum pro stomacho.

℞. *Absynthii*
Menthæ
Maioranæ
Rosarum
Balaustiorum
Nucum cupressi an. ℥iij.
Zinziberis
Nucis moschat.
Caryophyllorum
Sem. anethi
Dauci an. ℥ij.
Benjoin
Styracis calamit. ℥ ß.
Oleorum mastiches
Citoniorum an. unc. iij
Ceræ flavæ ℔. ß. *Fiat emplastrum.*

Quecunque pharmaca forinsecus stomacho imponuntur, sive astringendo condensent, sive indurent, improprie & licentiose nimis aselepiades, & Andromachus *malagmata* vocarunt. Rectius illa Galenus *cap. 5. lib. 8. comp. med. loc. stomachica*, quod stomachum; ut *splenica*, quod splenem roborent, nuncupavit. Apte siquidem à partibus, quib⁹ maxime congruunt, nomen mutuātur, licet aliis quoque prodesse comperiantur. Vnde emplastra *stomachica* optime dicuntur quæ stomachum roborare, & vires ipsius imbecilliores resarcire valent. Cuiusmodi sunt medicamēta multa simplicia, quæ & primis qualitatibus ipsum calefaciendo recreāt, & affinitate quadam respiciendo iuvant, ex quibus pauca quædam selegimus, ad nostrum hoc emplastrum concinnandum. Vix namque farraginem immensam simplicium inutilium probo, ex quibus emplastra stomachica vulgaria, parata video, quæ pharmacopœo tantum sunt sumptui, labori, oneri. Paucioribus itaque, sed præstantiorib⁹ eustomachicis, emplastrum hoc constabit, ad cuius apparatum *cera* primum cum oleis liquanda & versanda: deir *styrax & benioin* trita cōmiscenda, tum & reliqua tenuissime lævigata: atque omnia movenda, subigendaque, ut in legitimam abeant emplastri crassitudinem.

Emplastrum de mastiche.

℞. *Mastiches unc. iij.*
Boli armen. in vino nigro lotæ unc. i. ß.
Rosarum ℥vj.
Scobis eboris
Coralli rub. an. unc. ß.
Terebinthinæ unc. ij.
Ceræ flavæ ℔. ß.
Olei myrtillor. unc. iij. aut q. s. fiat emplastrū.

Stomachicum quoque est hoc emplastrum, sed non perinde calidum, ac *superius* descriptum: Nam cum stomachi omnis imbecillitas à frigida causa non semper proficiscatur, ut neque subversio, quę sæpius ab intemperie frigida ortum ducit; aut supinitas, quæ iuxta intemperiem quamcunque, etiam citra vitiatos humores contingit, ait Galenus *cap. 3. lib. 8. comp. med. loc.* non est æquum, illi roborando, medicamentum perpetuo calidissimum adhibere, sed pro causæ affectionem committentis varietate idipsum variare, & immutare ratio suadet. *Impossibile enim est, pharmacum invenire ad multas affectiones optimum*, & quod uni efficaciter, alteri imbecille prodest: Sæpeq; accidit, ut emplastrum calidum stomacho adhibitum, fervido hepati plurimum officiat. Hinc proverbium: *Stomachicum iuvat, & occidit hepaticum.* Calidiori igitur, & imbecillo ventriculo tutissime hoc imperabitur emplastrū. Adcuius præparationem omnia pulveranda separatim erunt terenda. Deinde *cera* in oleo liquanda, liquatæ & igni subtractæ *terebinthina* unienda: tum *bolus, rosa, ebur, & corallium* tenuissime lævigata permiscenda, tandem *mastiche* accurate subigēda in emplastri crassitiem legitimam.

Cōmendatur illius virtus ad robur toto ventriculo conciliandū, fervorem illius contēperandum, supinitatē ac subversionē cohibendam, vomitum compescendum, & imbecillitatem firmandam.

Emplastrum pro matrice. D. Præpos.

℞. *Radicis bistortæ* ℔. ß.
Ligni aloes, Santali moschatellini
Nucis moschatæ, Berberis, Anthos æ an. ℥ß.
Cinnamomi, Caryophyllorum

Echæ-

Schœnanthi
Florum chamæmeli an. ℥ ij.
Thuris
Maſtiches
Alipta Moſchata
Galliæ moſchat.
Styracis rub. an. ℥ß.
Moſchi gr. xv.
Ceræ citrin. unc. ix.
Terebinthinæ unc. iij.
Ladani ℔. ij.
Picis navalis ℔. i. ß.
Ol. moſchatellini unc. ij.
Fiat emplaſtrum ſecundum artem.

Matrix ſeu uterus morbis quã plurimis non tantũ ſcatet, ſed & *morborũ muliebriũ pars maxima vel ab utero, vel in utero eſt. Eo enim male affecto, totum pene dixerim, afficitur corpus, recreato, totum & recreatur ipſum.* Ob id medicamenta multa in illius ſolamen à Medicis imperantur, ut priapiſcota, fotus, inceſſus, litus, ungventa & emplaſtra, quibus aromata & ſuaveolentia permiſcentur, quorum vel interius immiſſorum, vel exterius adhibitorum fragrantia, & odoris iucunditate plurimum delectatur, licet non ſub odoris ſpecie, ut in noſtris inſtitutionibus annotavimus. Vſitatius autem Topicum illi dicatum eſt *emplaſtrum* ab illiuſmet nomine: *pro matrice*, nuncupatum; ad cuius confectionem, *cera & laudanum* in fruſtula ſecta, cum oleo liquanda, ſimul agitanda; mox *pix navalis*: Sic promiſcue liquatis, & ab igne ſemotis, adhuc tamen calentibus *terebinthinã* addẽda, nec non *ſtyrax calamita*. Omnibus ita unitis & refrigeratis, reliqui pulveres permiſcendi, ſpatha diligenter agitandi, verſandi, ſubigendi, ut ex omnium concurſu fiat emplaſtrum, ut decet ſpiſſum & odoratum. Præpoſitus nec adipes, nec olea ponit. Recte tamen parari nequit abſque horum alterutro. Ob id *oleum moſcatellinum* adiunximus, ut ſcopo & parti convenientiſſimum. Hinc colligitur, Nicolaum Præpoſitum non modo ineptũ ſcriptorem eſſe, ut qui ſæpius barbare loquatur, ſed imperitũ pharmacopœum, ut qui compoſitionem medicamentorum non ſciat legitimam, nec parandi modum, nec conſiſtentiam idoneam: mirorque, poſteriotis huius ætatis primates authoris adeo ſtolidi nomen patienter tuliſſe, aut eius paginas tã præcipitanter evoluiſſe, ut eius ineptias non adverterint. Verum hæc obiter dicta ſunto: Nolo enim ſævire in mortuum. *Acerbius tamen ſæviunt in vivos, qui medicamina periculi plena recipiunt.* Ad rem vero ut redeam, putant quidam *oleum gagatis*, aut aliud fœtidum debere permiſceri, ut ſtrangulationi ab utero magis conveniat, improba tamen eſt illorum ratiocinatio, ut qui autument per matricis ſuffocationem fœtida ipſius regioni imponenda; quæ ſi in hoc effectu proſint, ut certe proſeſſe comperiuntur, naribus adhibenda ſunt. Demus autem graveolentia ad regionem uteri conducere, ea tamen minime ſunt commiſcenda *moſcho, ſantalo citrino, Alipta & Galliæ moſchatũ*. Non omittendum eſt, hic per *Anteram*, quæ ad huius emplaſtri confectionem accedit *partem roſarum inferiorem capillamentũ, granuliſque comitatam* intelligi: non *antheram*, id eſt, *floridam*, quę medicamẽtum erat compoſitum hoc nomine, ab antiquis, ad oris vitia deſcriptum, quod plane exolevit. Vt legitur apud Actuar. *cap. 7. lib. 6. meth.* Aet. *cap. 32. tet. 2. ſer. 4.* Cor. Celſ. *cap. 11. lib. 6.* & alios.

Emplaſtrum pro matrice vires habet eximias ad ipſius procidentiam, aberrationem, perverſionem. Illius enim depravatum motum cohibet, ſymptomata hyſterica reſtingvit, & pluribus aliis præter naturam affectionibus medetur.

Emplaſtrum contra rupturam, vulgo Herniam D. N. Præp.

℞. *Picis navalis*
Aloes an. unc. iij.
Litharyri
Ceræ albæ
Colophoniæ
Galbani
Ammoniaci an. unc. ij.
Viſci querni unc. vj.
Ariſtolochiæ longæ
Ariſtoloch. rot.
Gypſi an. unc. iv.
Myrrhæ
Thuris an. unc. vj.
Terebinth. unc. ij.
Tſculorum, hoc eſt vermium terræ gallarum.
Symphiti maioris
Symphiti minoris
Boli armen. an. unc. iv.
Sangvinis humani ℔. j.
Ol. maſtiches & citrinorum an. ℔. ß.
Iuris pellis arietinæ q. ſ. fiat emplaſtrum.

Facile eſt medicamenta à Nic. Præpoſito inventa, ab his, quæ tranſcripſit, agnoſcere. Quę n. adinvenit ipſe, in multis vel deficiunt vel excedunt, vel in ſimplicium doſi, & parãdi modo peccant, vel inepta deſcriptione proſtant, ut præter cætera, hoc emplaſtrum fidem facit, quod vix iuxta *authoris* mentem paratur, aut paratum paſtæ cuiuſdam durioris, quam emplaſtri potius conſiſtentiam refert: Brevi enim exſiccatur, induratur, & facile pulveratur. Propterea quædam olea ſuperaddẽda putavi, ſcopo accommodata, & pulveribus colligandis conveniẽtia ſimul cum ſimplicib⁹ reliquis.

Vt autem rite paretur, pellis arietis iunioris recenter detracta in fruſta ſecta, cum pilis duodecim horas, aut etiam diem integrum, ſi ſit opus, coquitur ad eius diſſolutionem: dein exprimitur decoctum, & abiicitur lana: In libra una liquoris colati *baccæ viſci querni*, aut alterius arboris, cognatæ qualitatis coquuntur, donec tabeſcant, & aquea exhalet humiditas: tum percolantur. Inter *tſculi ſeu lumbrici terreſtres vino* abluuntur: Colaturæ olea permiſcentur, & igni denuo redduntur, ad ſeri totius diſcuſſionem. Poſtea duæ hæ colaturæ commiſcentur: his liquantur *cera, colophonia & pix*, exacte verſando, ne urantur. Liquori coctura pene conſumpto: *galbanum & ammoniacum in vino rubro* dilutæ, colatæ, & ad *mellis* ſpiſſitudinem cocta commiſcenda. Omnib⁹ igni ſubſtractis *terebinthina* ponendaq; demum pulvere ex arte lævigati & creti, ex omnibus ſic debite præparatis, mixtis, unitis, & accurate ſubactis, fit emplaſtrum conſiſtentiæ legitimæ.

Baccarum viſci querni penuria (deſunt enim ſæpiſſime) conſentit Ioubertus *taurocollam* ſubrogari. Alia adhuc multa aſtringentia ſuperaddit, ut vis inſit emplaſtro magis agglutinatoria. Arnaldus inepte *ſangvinem hominis ruffi* poſtulat: melior ſiquidẽ eſt;

est,qui ex alio,modo sano & polyhemo habetur : Æque aptus & fuillus. Prepositus *ceram rubram* exigit,id est,recentem,quæ ita flavescit,ut subrubra appareat,sed *albæ* est accommodatior. Vult quoque marmor,in quod massa iniicitur,*oleo violato* madere, nos *mastichinum* præferimus.

Efficacissimum est ad laxiores partes constringendas & roborandas,ad fluxiones cohibendas, ad dilatationem productionis peritonei,per quam intestinum delabitur,coarctandam. Ob id ad ramicem,seu enterocelem , vulgo herniam,valde confert,unde *emplastrum ad herniam* à Pharmacopolis dicitur,à quibusdam *de pelle aretini* , à Manlio *emplastrum pro Crepatis.*

Emplastrum catagmaticum,seu ad fracturas ossium.

℞. *Radicum althææ.*
symphiti majoris.
visci querni ana ℥ij.
plantaginis.
chamæpytheos.
hypericonis ana mj

Fiat decoctio in æquis partibus vini nigri , & aquæ fabrorum ad medias. Colaturę adde

mucaginis seminis citoniorum in decocto omazorum extractæ.
olei mastich.
ol. rosar. ana ℥iv.
cerę virginis ℔j.
litharg. auri ℥ij.
terebinthinæ ℥iij.
balaustiorum.
rosarum.
myrtillor.
acaciæ ana ℥ß.
mumiæ.
granorum androsami.
colophoniæ.
mastiches.
succini ana ℥vj.
picis navalis ℥j.ß.
bol. armenæ.
farinæ volatilis.
thuris ana ℥j.ß.
sanguinis draconis ℥ij.

Ex arte fiat Emplastrum.

Vt partes corporis inter se forma,temperie,& actione sunt dissimiles , sic dissimilibus opus habent medicamentis , quibus vel conservantur,vel curantur;alia enim oculus,alia pulmo,alia uterus,alia ossa male affecta postulant ; & sæpe diversis medicamentis eadem pars eget,pro affectionis,qua lacessitur, diversitate ; nam quæ ossium cariei , seu teredini conducunt , raro aut nunquam in ipsorum fracturis usurpantur ; quibus sanandis chirurgorum maxima pars astringentia sola perperam adhibet : quidam *oxycroceum* ; alij *emplastrum de pelle aristina* , seu *contra rupturam* : alij vulgare *ceroneum* ; à quo forsan detorta est illius emplastri nomenclatura, quod Lutetię tanti nominis est , & singulis opem efflagitantibus , absque dubio sine discrimine datur,& promiscue morbis omnibus & partibus adhibetur : unde ab occlusis meatibus & retentis humoribus excrementitijs sępe dolores ingravescunt,nonnunquam pruritus ingens oritur,sed sæpius ulcera nascuntur , ut in multis observavi.

Peculiare igitur debet in pharmacopolijs catagmaticum optimum haberi,quod non solum vim habeat adstringendi & roborandi , sed partis temperiem conservandi,pori sarcoidis,*Alrosboth* Arabes vocant, generationem & incrementum accelerandi: Cuiusmodi est,quod nunc exhibemus , cujus præparatio, licet ex formula descriptionis satis pateat, in tyrunculorum tamen subsidium apertius declarabitur. Primum igitur radices mundatæ,& in frustula sectę, & herbæ minutim incisæ in pari portione *viminigrioris*, & *aquæ chalybeatæ*, vel *fabrorum* coquentur ad mediæ partis dissipationem. In percolatum liquorem mucilagines injicientur , elixabunturque , donec aquosa exhalet humiditas : tum olea miscebuntur ; mox *cera* ; post *litharg yrus*. Igni sublatis & sufficienti coctura,& agitatione unitis *terebinthina* adjungetur: deinde pulveres : omniaq; simul probe miscebuntur,agitabuuntur,subigentur , ut coeant in emplastrum consistentia legitimum.

Si *Androsamum* non suppetat , in ejus locum *hypericonis semen*,aut *summitates* substituentur. Per *ceram virginem* flava,seu citrina & recens à melle secreta intelligenda est , quę nervis roborandis aptior est & utilior.

Emplastrum catagmaticum vires habet insignes ad fracturas ossium sanandas:Eorum enim coalitum juvat,& accelerat,callum,quo simul agglutinantur, auget,calorem partis nativum fovet , & humorum fluxiones sistit.

Chirurgos hortor , emplastrum hoc parare,nec ignaros,quosdam tam libere pati , qui unico ceroneo,ut vocant , seu emplastro,forsan sine ratione concinnato,omnes plagas , ut vulgo fertur,sanare promittunt.

Emplastrum Vigonium,seu de ranis.

℞. *Oleorum chamæmeli.*
anethi.
de spica.
de lilio ana ℥ij.
laurini ℥j.ß.
de croco ℥j.
pinguedinis vituli ℔ß.
euphorbii ℥v.
thuris ℥x.
adipis viperæ ℥ij ß.
ranarum viventium n. vj.
lumbricorum lotorum in vino ℥iij.ß.
succorum radic. ebuli.
enulæ ana ℥ij.
schœnanthi.
stœchados.
matricariæ ana mj.
vini odoriferi. ℔ij.

Bulliant omnia simul ad consumptionem vini. Colaturæ adde

hydrargyrii ℔j.
terebinthinæ claræ ℥ij.
cerę albæ,vel potius flavæ q. s.
styracis liquidæ ℥j.ß.

Post hæc ab igne depone , & ubi refrixerit, misce *argenti vivi salivæ hominis jejune extincti* ℥iv.

Misce diu pistillo,& fac Emplastrum.

Vt India naturæ statuto luem veneream simul & remedium protulit : Sic Italia,in quam primum advecta est , hoc morbi genere totam Europam infecit , & optimo medicamento refecit. Ioannes

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 886 sur 955

quippe de Vigo Italus, ut ſuis, vel etiam *ſibi*, forſan conſuleret, emplaſtrum hoc eximiæ virtutis compoſuit, ad Italici morbi, quem inepte *Gallicum* appellat, curationem: cujus licet probetur deſcriptio, improbatur tamen modus parandi, quem ipſe præſcribit. Vult n. ſimul ac confuſe omnia concoqui ad *lythargyrum* uſque; ſed recentiores paulo aliter, & melius multo ſic apparant.

Lumbricos terreſtres vino ablutos, & ranas viventes majuſculas, & aquaticas in pinguedinib. porci & vituli ſimul cum vino coquunt, ad tertiæ partis vini conſumptionem; deinde *matricariam* addunt, *ſtœchadem* & *ſchœnanthum*, & rurſus elixant ad vini deperditionem: tum ſuccos ponunt & olea: paulo poſt *axungiã vipera*, aut ejus defectu *colubri*. Adhucq; coquunt ad humoris aquei excuſſionem, & poſtea fortiter exprimunt. In percolato jure *lythargyrum* lævigatum agitant, nutriunt, & jugiter verſando coquunt ad formam unguenti; tuncque *ceram* adiiciunt; deinceps *terebinthinam* & *ſtyracem*. Omnibus ordine dicto mixtis verſatis, unitis & refrigeratis, *argentum vivum* per pannum denſum trajectum, & ſaliva hominis jejuni extinctum exacte permiſcent, terunt, ſubigunt, & in formam emplaſtri idoneam reducunt, ex quo magdaleones formant, & uſui reponunt.

Optima eſt hoc emplaſtrum parandi ratio, quam peritiores Pharmacopœi ſequuntur, inter quos nonnulli pondus *hydrargyri* duplicant, alij triplicant, ut vires nanciſcatur efficaciores ad Italici morbi expugnationem. Quidam illius extinctionem cum ſaliva jejuni damnant, maluntq; cum *terebinthina & axungia porci* aliqua portione extinguere; nec quidem male iſtis omnibus modis caſtigatur: Mallem tamen *ſalivam* aſſumere illius enim ſucco caſtigatus *hydrargyrus* nervis minus obeſt.

Quærunt multi, quodnam oleum ſumendum ſit pro *oleo de ſpica*, cujus multæ perhibentur varietates? quibus, ut paucis reſpondeam, dico Vigonem illud oleum intelligere, quod per deſtillationem trahitur, ex *lavandula* majore latifolia, quam vulgus *Aſpicam* nominat: non vero aliud, quod per infuſionem educitur ex *ſpica Indica*, quod idem author cum Meſue ſemper vocat *oleum Nardinum*, *ut lib. 8. Antidotar. cap. 4.* Olei vero de ſpica alibi meminit, nempe *lib. 4. capit. de auxiliis ad dolorem dorſi.*

De *ranis* quoque non convenit inter omnes, alij ſylvaticas, ſeu rubetas venantur, ſed paluſtres, ſeu aquaticas rubetis ſæpe venenatis prætulerim: verum aliæ aliarum defectum ſine magno diſcrimine facile ſupplebunt; atque has vel illas quiſque ſeligat pro animi arbitrio, cum æque fere huic externo medicamento conveniant.

Vires autem hujus Emplaſtri, quod forma cerati, vel unguenti multi parant, non modo Medicis, Pharmacopœis, & Chirurgis notiſſimæ ſunt, ſed omnibus, qui Veneris calcitratu fuerunt oblæſi.

Tela Galteri, vulgo Sparadrap.

℞. *Olei roſati* ℔ß.
ſeui arietini ℥iv.
ceræ ℥x.
lithargyri.
reſinæ pini.
thuris.
maſtiches ana ℥ij.
bol. armen.
farinæ volatil. ana ℥j.

Ex arte fiat emplaſtrum, in quod adhuc liquatum, & calidum immergatur tela parum attrita.

Ad emplaſtrorum catervam refertur quædam tela utring; emplaſtica, quam recentiores modo *Sparadrapum*, modo *telam Galteri* nominant, cujus multæ varietates dantur, à varietate emplaſtrorum, quibus inficitur tela, ſumptæ: alia enim vulneraria, alia catagmatica dicitur: Illa vulneribus magis, hæc oſſibus agglutinandis dicatur, utraq; tamen utriq; affectioni proficua. Sed nullis in morbis Sparadrapi frequentior eſt uſus, quam in ulceribus antiquatis, & in ipſis fonticulis à pyrotico relictis. Ad hæc autem omnia valet, quod hic exhibemus, ad cujus confectionem *ſeuum* & *cera* primum liquanda cum oleo: liquatis *lithargyrus* ſubtiliſſime tritus, commiſcendus, ducendus, nutriendus, & ſpatha aſſidue movendus, coquendus. Poſt hæc reliqui pulveres addendi, & ita verſandi, permiſcendi, & nutriendi, ut in legitimum abeant emplaſtrum, in quod adhuc calidum & liquidum tela quodam modo vetuſtate jam attrita demergenda, & ſæpe inculcanda, quouſque infecta plane, & undiquaq; inquinata, & quaſi incruſtata fuerit. Tuncq; extrahenda, & exponenda aeri, ut refrigerata obdureſcat, & ad futuros uſus ſervetur.

Tela hæc partim ſarcotica eſt, partim collectica & epulotica, hoc eſt, vim habet novam carnem generandi, vulnera glutinandi, & eadem, ut & ulcera, exiccandi, & ad cicatricem ducendi. Fluxiones quoque ſiſtit, & partes, quibus adhibetur, roborat.

Qui alias Sparadarporum deſcriptiones deſiderarit, legat *caput ult. ſectionis 2. libr. 3. noſtrarum Inſtitutionum.*

Porro ex alijs emplaſtris liquatis tot ſparadrap, quot illa ſunt, poſſunt hac arte parari.

Alia quædam emplaſtra pauca tamen omiſimus, quorum uſus vel improbatur, vel non ſatis probatur, vel affinis ſit eorum qualitati, quæ *ſuperius* à nobis deſcribuntur. Exolevit enim emplaſtra utriuſq; *Barbari & Diaphœnici* uſus: *Apoſtolicum* vero rariſſime paratur, eoq; facile carere poteris, qui Divinum habebit, ut Ceroneo, qui *oxycroceum*. Præſtantiora autem, uſitatioraq; dedimus non modo emplaſtra, ſed alia medicamenta, tam quæ exterius adhibentur, quam intro ſumuntur; quæ omnia ſi parare voluerit Pharmacopœus, & in officina ſervare, nihil illi deerit morbis omnibus expugnandis.

Emplaſtrum ſtomachale.

℞. *Abſinth.*
maſtic.
cyperi. zinzib.
coſti ana ℥ß.
calam. aromat.
aloes ana ℥iij.
caryophyllor.
nuciſtæ.
junci odorat.
fl. nard.
macer. ana ℥j. ß.
gall. moſchat. ℥. ß. *Mi.*

Omnia ſucco cytoniorum excipiantur in maſſam, fiat Emplaſtrum extenſum ſuper alutam ad formam ſcuti duplicatum ſyndone cum ligamentis ut decet pro ſtomacho.

Emplaſtrum contra flatus.

℞. *Ol. anethi.*

chamæ

chamomel.ana ℥vj.
petrol.flavi ℥j.ß.
baccar.lauri.
fem.cymin.
carui ana ℥ij.
aneth.℥j.ß.
cinnam.
piper.long.
galang.ana ℥j.
tacamahac.℥.ß.
ceræ.
terebinth ana quant.ſuffic.
Mi.f.ceratum tenax.

Emplaſtrum contra fluxum ventris.

℞. Ol.myrthin.℥j.
nardini ℥ij.
nuciſt.expreſſ.℥j.
bol.armen.
hæmatit.
ſangu.dracon.
nuc.cupreſſ.ana ℥j.
croc.mart.
hypocyſt.
acaciæ ana ℥.ß.
Ceræ & terebinth.ana quant.ſuffic.
Mi.f.Emplaſtrum.

Emplaſtrum Spleneticum. D. Zachariæ Neucrantz. Phyſ. Stralſund.

℞. Cort.capp.in aceto macer.℥j.ß.
Ammoniac.in aceto diſſol.℥j.
Pul.ceterach.℥.ß.
Empl.de Melil.Reſin.ana ℥ij.ß.
Ol.de cappar.℥vj.
Ol.lilior.alb.℥ij.
F.Empl.

Emplaſtrum ſpleneticum. Piſtorij.

℞. Sulphur.vivi ℥ij.
ſtyrac.calamit.℥j.ß.
thuris ℥j.
myrrh.℥ij.
piper.long.℈iij.ß.
croci ℥ij.
ammoniaci.
galbani ana ℥j,
balſami ex aloe ℥ij.
Mi.

Cum ol.de capparib & cera f.Emplaſtrum, quod corio & ſerico obductum tranſverſim conſuatur, appenſis funiculis, ut alligari poſſit.

Aliud.

℞. Ol.de capparib.℥vj.
nardini.
cheirini ana ℥iij.
ſucc.bryon.
cyclam.
gentian.ana ℥.ß.
medull.cervin.℥.ß.
pulv.myrrh.
cinnam.
macis.
piper.long.
croci ana ℈j.
Ammoniac.in aceto diſſol.
& colati ℥vj.
ol.ſpicæ ℈.ß.
Mi.& cum cera ac terebinthina f.ceratum.

Empl. hepaticum.

℞. Cerat.ſantal.℥ij.
ſantal.citrin.℥.ß.
pulv.lign.aloes.
myrrh.
croci ana ℈j.
Mi. & cum pauco oleo myrthino cum ſerico & impaſſatione formetur Emplaſtrum.

Ceratum Epaticum Valleriol.

℞. Vng.Roſat.Meſuei cerat.ſantalin. cujuſq; ℥iij.
Roſarum.
Sem.Endiviæ & oxalid.ana ℥j.
Spic.nard.
ſcœnanth.abſinth. ficci, Styrac.
calam.ana ℥j.
M.cum pauco oleo Maſticis & de abſinth. fiat linimentum pro hepate. Vall.lib.2.obſ.5.

Emplaſtrum pectorale. Piſtorij.

℞. Farin.ſem.lini.
fœnugr.ana ℥vj.
rad.irid.florent.℥ß.
helenii ℥ij.
ſem.cartham.℥iij.
fœnic.℥ij.ß.
croci ℥j.
caſſiæ extract.℥ij.ß.
butyr.popul.℥ij.
ceræ ℥j.ß.
terebinth.℥.j.
ol.viol.℥iij.ß. Mi.f.Empl.

Emplaſtrum ad lumbricos.

℞. Balſami ex aloe.
Extract.rad.gentian ana ℥j.ß.
Cum pulvere myrrh.q.& pauco ſpiritu vini f.Empl. quod duobus pannis ventriculo & umbilico applicetur.

Emplaſtrum ad dorſum.

℞. Mumiæ ℈j.
nuc.cupreſſ.
bol.armen.
ſangu.dracon.
maſtic.
thur.ana ℈ij.
ol myrthin.
cydon.ana ℥.ß.
Ceræ quant.ſuffic. Mi.f.Empl.

Emplaſtrum ad podagram. Piſtorij.

℞. Emplaſtr.diachylon.magn.℥ij.
oxycroc.℥v.
medull.cervin.
pingued urſinæ ana ℥iij.
ol.vulpin.℥j.
tacamahac.℥.ß.
Mi.
Fiat Empl.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 888 sur 955

Emplastrum ad dolores oculorum.

℞. Bol.armen.ʒij.
mastic.
thur.ana ʒj.
lapid.hemat.
tragac.ana ʒ.ß.
ol myrth.
rosac.ana ʒ.ß.
Cera & terebinth. ana quant.suffic.
Mi.f.Empl.

Emplastrum D.Bechtholdi Rivij ad dolores ischiadicos.

℞. Sem.sinap.
urtic.
sulphur.
bdellii in destill.alexic. dissolui.
spum.mar.ana ʒ.ß.
ammoniac. similiter dissol.
rad.aristol.rotund.
ol.antiq.
cera ana ʒj.

Emplastrum contra ruptu-ram.

℞. Thur.alb.
myrrh.rubr.
lapid hemat.
gumm.serapini.
opopan.
bdellii.
terebinth.
sevi hircin.
exang.ursin.
tragac.alb.ana ʒj.ß.
sangu.draconis ʒxij.

Sicca in pulverem redigantur & gummi in aceto dissolvantur ac reliqua commisceantur.

Emplastrum mastichinum.

℞. Fol.lentisc.
myrtill.ana ʒ.ß.
sumach.
berber.
hypocystid.
ros.rubr.
acac.
sandarac.
corall.rubr.
terr.sigill.
bol.armen.ana ʒij.
menth.
galang.
cyperi.
coriandr.
lign.aloes.
cinnam.ana ʒj.ß.
cumin.in acet.prap.
absinth.ana ʒiij.
gallis moschat.
sampsuch.
anthos.ana ʒ.ß.
mastich.ʒj.
thur.
laudani ana ʒv.
cerae.
resin.ana ʒiv.
terebinth.ʒj.ʒvj.
pic.naval.ʒj.
ol.mastich.
nardini ana ʒj.
Mi.

Emplastrum ad calculum vesicæ post balneum applicandum.

℞. Ol.de spica.
chamom.
aneth.ana ʒvj.
scorpion.ʒ.ß.
ammoniac.
bdellij.
picis in aceto dissolutor.ana ʒ.ß.
oliban.ʒiij.
Euphorb.ʒj.
Mi.f.Empl.

Quod calidum super pubem ponatur.

Emplastrum ad carunculam colli vesicæ. Horatij Augenij.

℞. Aloes optim.ʒij.
aristolog.
myrrh.ana ʒj.ß.
thuriæ prap. ʒ.ß.

M.F.omnium pulvis, ex quo cum styrace liquida formetur Empl.

Emplastrum Herculis Saxoniæ ad hydropem.

℞. Puleg.
calamenth.
origan.
chamædr.exiccator. Et pulverisat.
ana ʒij.
cinnam.
calam.aromat.
myrrh.
aloes ana ʒj.
squinanth ʒ.ß.
sem.ruta ʒij.

Excipiantur omnia melle aut felle bovino & f.Empl. ventri applicandum.

Emplastrum Ejusdem ad Ischuriam cum febre.

℞. Farin.sem.lini ʒiv.
rad.alth.coct.
Et per cribrum transmissæ ʒiv.
caricar.ping.coctar.& contusar.ʒj.
ol.ex sem.lini.
pingued.anat.
gallin.ana ʒij.
decoct.alth.
sem.lini.
caricar.
passular.quant.
suffic. Mi.f. Empl.

Empla-

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 889 sur 955

Emplaſtrum Ejuſdem ad immoderatum fluxum menſtruorum.

℞. *Fuligin. camin.*
farin. volatil molendin.
ana ℥ij.
bol. armen.
ſang. dracon.
thuris ana ʒ.ß.
album. ovor. nr. ij.
ſuc portulac vel plantag. aceti an. quant. ſuffic.
f. Empl.

Quod applicetur partim dorſo, partim ipſi utero.

Emplaſtrum ſeu ceratum Leonardi Fioravanti ad peſtem.

℞. *Reſin. pini rec.*
ſandarac.
cerae rec.
ſevi caſtrati.
fell. bovini ana ℥iv.
bulliant in ℥xviij. ol. ſem. lini uſque dum fumum fœtentem ediderit, poſtea ab igne amoveantur, per linteum traiiciantur, addatur de noſtro cerato magiſtrali a i pondus omnium, iterum coquantur; traiiciantur & cum ſequenti pulvere commiſceantur.
℞. *thur.*
maſtic.
myrrh.
ſarcocoll.
ſang dracon.
ammoniac.
virid. aeris ana ʒ.ß.

Cerato prædicto, dum adhuc calet, commiſceantur & ad uſum reſervetur.

Emplaſtrum è cancris ad calculum.

℞. *Cancror. Nr. x.*
Coquantur parum in lacte & contundantur, rurſum bulliant, in colatura ponantur panis alb. ℥ij.
vitell. ovor Nr. iij.
piſtentur ſimul in mortario:
adde ol. chamomel.
butyri ana ℥j.
croci ℈.ß.

Rediguntur in formam Emplaſtri, quod renibus applicetur.

Emplaſtrum conſolidativum D. Angelbergeri.

℞. *Ol. commun. ℥ij.*
ſevi cervin. ℥iv.
ceruſſ.
litharg. ana ℥ij.

Coquantur ſimul ad ſpiſſitudinem Emplaſtri, cui adde cerae ℥iv.
terebinth. ℥j.
reſinae ʒ. ß.
ultimo adde maſtic.
oliban.
myrrh. ana ʒ.ß. f. Emplaſtrum.

Emplaſtrum de ſapone D. Angelbergeri.

℞. *Sapon. venet. ℥v.*
lixivii fortis ℥iij.
terebinth. ℥ij.
ung apoſtol. ʒ. ß.
lapid. hæmatit.
aloes ana ʒij. ß.
ariſtol. longæ ʒj. ß.
cerae citrin.
axung urſin.
picis naval ana quant. ſuffic. Mi.

Primum ſapo in lixivio diſſolvatur & coquatur ad conſumptionem lixivij, poſtea addatur cera una cum pice axungia & terebinthina, iterum ad formam Emplaſtri coquatur, & ultimo pulveres admiſceantur.

Emplaſtrum de ſtercore columbino.

℞. *Gumm. ammoniac. ℥j. ß.*
ſandarac. ℥vj.
ſtercor. columbar. ſylveſtr.
ſubtiliſſime pulveriſat. ℥iij.
maſtic. ʒj.

Incorporentur omnia ſimul in mortario cum piſtillo calido in aceto intincto & f. Emplaſtrum, quod in catarrhis diuturnis capiti imponitur ad materiam retinendam.

Emplaſtrum maturans, reſolvens, malam carnem putrificans, bonam diſſipando creſcere non permittens, doloreſque mirabiliter ſedans.

℞. *Ol. laterini rectificati ℥vij.*
opopanac.
galban.
bdellii ana ℥ij.
reductis ad formam liquidam adde
farin. fabarum ℥iij.
ficuum Nr. iv.
caphur. tritae ʒj.

Mi in Emplaſtrum, quod calide applicetur quantum æger ferre poteſt.

Emplaſtrum arthriticum, Medicorum Francofurtenſium.

℞. *Empl. diachylon. magn. ℥vj.*
oxycroc.
diapalm. ana ℥ij.
medull. cervin.
axung. urſin. ana ℥j ß.
tacamahac. in vino diſſolut. ℥ij.

Mi. f. ſec. art. Emplaſtrum, quod oleo vulpino malaxetur.

Emplaſtrum de galbano Caſpari Peuceri ad ſuffocationem uteri.

℞. *Sagapen.*
opopan.

galban ana ʒiv.
pulv.caſtor.
aſæfœtid. ana ʒij.
pulver matric. ʒiij.
cera ʒxij.
(Vel ol.abſinth.q.ſ.)

Fiat ſec. art. Emplaſtrum gummis in aceto diſſolutis. Extendatur ſuper alutam & coopertum ſyndone in longitudine ſeſquipalmæ & latitudine trium digitorum.

Emplaſtrum è caſſia officinæ Phorcenſis magni uſus ad pleuritides.

℞. Fl. verbaſc.
borrag.
violar.
malv. ana Mß.
papav. rubr. Mj.
chamomill. p.j.
ſem. fœn. gr.
lini.
anis.
ruta ana ʒ.ß.
ol. amygd. dulc.
violar.
aneth. ana ʒx.
vnget pectoral. ʒij.
caſſ. extract. ʒiij.
cera ʒj.ß.

Flores & ſemina ſubtiliter pulveriſentur, fiat q. Emplaſtrum.

in junioribus ſi uſurpatur, augeri poteſt
oleum amygd. dulc.

Emplaſtrum Penotti ad diuturna ulcera, fiſtulas, &c.

℞. Picis liquid. vulg. ℔ij.
Butyri non ſalsi ℔j.
Mellis opt. ʒvj.
Terebinth. ʒiij.
Axung. ovill. ʒiv.
Reſin. ʒij.ß.
Liquefactis inſperge.
Aloes ʒiij.
Sulph. ʒij.ß.
Thuris ʒij.
Maſtich. ʒj.ß.
Saliſtraſi ʒj.
Alum ʒij.ß.
Vitrioli albi ʒij.
Calcis viv. ʒj.ß.
F.l.a. Empl.

Cerotum ad prohibendum abortum. Mylij.

℞. Maſticis electi ʒj.
Laudani ʒvj.
Cera ʒ.ß.
Biſtortæ.
Nuc. cupreſſi.
Hypociſtidis.
Acaciæ.
Roſar. rub.
Corallor. rub.
Bol. Armeni.
Menthæ ſiccæ. } ana ʒij.
Sem. Coriandri præpar.
Terræ ſigillatæ. } ana ʒß.
Olei ol. varum ℔ij.
Vel cydoniorum.
Vel Myrtillorum.

Fiat Emplaſtrum. Si non fiat tenax adde Terebinth. q.ſ. imponatur ventri & Renibus.

Ceratum de Laudano. Craton.

℞. Laudan. puriſſ. ʒj.
Cera ʒij.
Ol. nuc. moſchat. expr. ſſ. ʒß.
Ol. Stomach. crat. q.ſ. f. Cerat.

Vires.

Meo atque aliorum exemplo didici nihil eſſe conuenientius nihil concoctioni accommodatius quam geſtare ceratum ex una parte Laudani puriſſ. & duabus ceræ compoſitum: Suaviſſimè enim fovet calorem innatum & ad flatus diſſolvendos, atq; concoctionem plurimum facit; Initio nonnihil moleſtum videtur, ſed temporis progreſſu plurimum juvat. Ego præpotenti Deo, qui mihi Medicamentum hoc oſtendit gratias ago: certè flatulenta Melancholia laborantibus nihil eò utilius: hæc *Cratonum Imperatorum Medicus.* Conſil. 299. pag. m. 877.

Empl. ſtrum in Nauſea vomitus.

℞. Roſar. rub.
Menthæ.
Fungorum Radic.
Roſ. can. adnaſcent.
Rad. Conſolid. major.
Boli armeni.
Gummi Arabici.
Lapid. Hæmat.
Cinnamomi. } ana ʒv.
Quinq; nervia.
Succi verbenæ.
Succi menthæ.
Succi fol. conſol. maior. } ana ʒj.

Panis torrefacti & in aceto infuſi q. ſuff. teran-tur omnia ſimul, fiat Emplaſtrum, ſtomacho calidè applicandum.

Emplaſtrum Egregium Aliud.

℞. Olei Maſtichini.
Cydoniorum. } ana ʒ.ß.
Cruſtæ panis aſſi & in aceto acri per 12. horas infuſi ʒij.
Spodii.
Maſticis.
Menthæ.
Corall. rub.
Santali albi.
Santali rubei. } ana ʒj.
Farinæ Hordei q ſuff.

Fiat Emplaſtrum.

Vel: ℞. Lentium M. ij.
Bulliant in lacte ad formam pultis adde
Ficuum Num. vij.
Cumini prætenſis.
Menthæ. } ana Mj.

Con-

Contundantur in mortario ad formam pulueris, affunde aquæ Rosaceę quantum opus, massam hanc circa duo lintea fac, fiat instar sacculi; impone super tegulam sive laterem ferventem, usq; incalefiat, postea stomacho applica.

Emplastrum Vesicat. Prævotij.

℞. *Canthar.* ℥iij.
Sinap. scr. iv.
Sem. ameos ℥j.
fermenti ℥j. ß.
Aceti q. s. f.
Emplastrum.

Vesicatorium in Dolore Capitis & dentium, occipiti post aures applicandum. Mynſ.

℞. *Theriacæ Venet. Scr. ij.*
Cantharid. demptis alis & capitibus.
Ping. Leporis ana Dr. ß.
Rad. Pyrethri.
Nuc. Moschat. an. Scr. j.
Misce & cum s. q. Fermenti fiat l. a. Vesicatorium in parte ubi dolores.

Vesicatorium aliud in Cephalæa, &c. Mynſ.

℞. *Cantharid. in aceto macerat.*
Drach n. j.
zingib. alb.
Piperis long. ana Dr. ß.
Majoranæ Scr. j.
Misce & cum Fermenti s. q. fiat optima incorporatio; postea cum dimidia nucis cortice superpone, donec vesica exitata fuerit; quæ postea rumpitur, illæque superimponitur folium brassicæ, & aperta detinetur.

Vesicatorium in omni mentis alienatione, phrenesi, Melancholia, Mania, &c. probatum. Mynſ.

℞. *Cantharid. abiectis alis & capitibus*
Scr. iv.
Ping. Leporin. Dr. j.
Succini alb. præp.
Cubebarum ana Scr. j.
Ficuum ping. N. ij.
Aceti parum.
Misce & cum s. q. Fermenti & aliquot guttulis Sp. Vini, sine igne redigantur in formam Emplastri, & vertici à capillis nudo apponatur.

Vesicatorium in Angina Expertum. Mynſ.

℞. *Fermenti unc. ß.*
Rad. Althææ.
Irecos flor. ana Dr. ij.
Cantharid. præp. Dr. j ß.
Pul. Succ. Glycyrrh.
Croci orient. ana Scr. j.
Ficuum ping. N. ij.
Misce & incorporentur pro Emplastro, ponaturque super pectus: Optime enim divertit materiam ad pectus, & est experimentum nobilissimum.

Emplastrum Causticum. Rein.

℞. *Urticæ cum semin. Miij.*
rutæ, scabiosæ, absinthii an. Mj.
rad. pyrethri, enulæ, allii an. ℥j.
ficuum aridar.
nucum rancid. an. ℥j.
Coq. in ol. veteris & vini ana q. s. ad tabesc. tum fortiter exprime. Expressi ℥ij. adde
℞i *calcin.*
calcis vivæ an. ℥iij.
cantharidum.
Euphorb. an. ℥ij.
terebinth. q. s. F. Emplastr.

Emplastrum Antapopl. A. Benedicti.

℞. *Gummi hed.*
Ceræ.
Terebinth. ana ℥iij.
Resin. purg. ℥ß.
Succi corymb. hed.
℥iv.
Ammoniac. ℥ij.
Ol. ros. ℥ij. ß.
farin. fabar. q. s.
F. Ceratum.
In Apoplexia à casu maximè prodest præmissis universs. teste Heer pag. 191. si capiti raso apponatur.

Emplastrum Epilepticum. Mynſ.

℞. *Ol. de Castoreo.*
Rutacei.
Irini ana unc. j.
Rad. & sem. Pæoniæ.
Pyrethri ana Dr. j.
Visci quercini.
Squillæ præp.
Cornu Alcis.
Cran. human. ana spagyricè calcinator.
Scr. ij.
Thuris elect.
Mastichis.
Ladani.
Galbani.
Opopanac. ana Dr. ß.
Fl. Lavendulæ.
Stœch. Arab.
Spicæ Indic.
Ol. Stil. Rorismarini.
Hyssopi.
Nuc. Moschat. exp. ana Scr. j.
Vt fiat Emplastrum, ut est artis.

Vires & Vsus.

In Epilepsia & alijs periculosis capitis affectibus, Saturæ coronali applicatum, præclarum præstat auxilium & specifica vi contra illam virtuosissimè pugnat.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 892 sur 955

Emplastrum Hypnoticum. Mynſ.

℞. *Vng. Populeon.*
Cera citrin. ana Dr. iij.
Opij ſpagyricè prap.
Ol. Nuc. Moſch. exp. ana
℥j. ß.
Tacamahac.
Maſtichis.
Sandaracæ ana Dr. j.
Styrac. calamit.
Olibani elect.
Reſinæ ana Dr. ß.
Galliæ Moſch. vera.
Ext. Croci or. ana Scr. j.
Ol. Stil. Roſar. veri Sc. ß.

Miſce & f. Emplaſtrum, ut eſt artis, ad juſtam conſiſtentiam.

Vires & Vſus.

Temporibus, fronti & pulſibus impoſitum ſomnum jucundiſſimum producit, præſertim ſi veſperi ante ingreſſum lecti illud uſurpetur. Inſurper ad fluxiones capitis ſiſtendas, omneſque dolores ſedandos, præſtantiſſimum & accuratiſſimum eſt. Sed pro hyſtericis Gallia Moſchata omittenda.

Emplaſtrum Stomachicum. Mynſ.

℞. *Gum. Tacamahacæ ℥iv.*
Ladani puri.
Bentzoin. ana unc. ij.
Colophoniæ.
Cera citrin. ana unc. j.
Balſ. Abſinthiaci noſtri
Peruviani odorif. ana unc. ß.
Ol. Stil. Origani Cretici.
Serpilli.
zedoariæ.
Roriſmarin. ana Scr. j.
Terebinth. alb. q. ſ.

Et fiat l. a. Emplaſtrum juſtę conſiſtentiæ.

Vires & Vſus.

Ventriculum à nimia cruditate & flatibus liberat, ejuſq; imbecillitati & diſtentioni opitulatur: Quia calefacit, & concoctionem mire juvat; nec non nauſeam & Vomitum reprimit; ſi ſtomacho impoſitum geſtetur.

Emplaſtrum Spleneticum. Mynſ.

℞. *Ol. Capparum.*
Chamamel. ana unc. iv.
Succor. Scolopendriæ.
Abſinth.
Roriſmarin.
Agrimoniæ ana unc. iij.

Coq. in diplomate ad ſuccorum conſumptionem; poſteà adde:

Gum. Galbani in aceto diſſ.
Ammoniac.
Bdellii ana unc. j.
Empl. de Meliloto.
Diachylon. ſimpl. ana Dr. vi.
Ol. Stil. Iuniperi.
Succ. inſpiſſ. rad. Filicis utriuſq; ana unc. ß.
Sem. Agni caſti.
Ruta hort.
Geniſtæ an. Dr. iß.
Reſinæ & Cera an. q. ſ.

Miſce & fiat ſ. artem juſtæ conſiſtentiæ Emplaſtrum.

Vires & Vſus.

Hujus Emplaſtri portio extendatur ſuper alutam rubeam, & obducatur ſyndone rub. ſ. a. cui inſpergatur Ol. Roriſmarini q. ſ. & regioni ſplenis applicetur; Cujus duriciem & tumorem emollit, reſolvit, ſplenemq; aperit atq, confortat.

Emplaſtrum Marciale. Mynſ.

℞. *Gum. Galbani in aceto diſſ.*
Tacamahac. ana unc. j.
Tereb. alb.
Cera citrin. ana Dr. vj.
Aſa fœtida.
Myrrha rub.
Caſtorei veri ana Dr. iij.
Mag. Iovis Anglici.
Ol. ſuccini citrin. an. Dr. jß.

Miſce & fiat Emplaſtrum, ut eſt artis.

Vires & Vſus.

Valde prodeſt in Matricis elevatione vel aſcenſu; Vmbilico enim impoſitum uterum mirè reficit & quam ocyſſimè in propriam ſedem reducit; Immò, in hoc atrociſſimo affectu, ſuprà omnia alia Emplaſtra Vterina excellens, celebre & Probatum eſt.

Emplaſtrum Carminativum. Mynſ.

℞. *Ol. Bac. Iuniperi.*
Laurini ana unc. iv.
Suc. inſpiſſ. ſambuci.
Rutæ hort.
Ebuli ana unc. iij.
Sterc. Columbar. & Capr.
in aceto macerat. ar.
Picis navalis ana unc. ij.
Flor. Chamamel. unc. jß.
Myrrha rub.
Sandaracæ.
Maſtichis.
Olibani ana unc. j.
Rad. Angelicæ hort.
Enulæ camp.
Coſti dulc.
Cyperi rot.
Zedoariæ ana unc. ß.

Terebinth. alb. quantum ad cogendum ſatis eſt, circa finem adde:

Ol. Stil. Cymini.
Carui an. Dr. vj.

Et fiat ſecundum artem Emplaſtrum.

Vires & Vſus.

Ad Hydropem & inflationes diſcutiendas efficaciſſimè adhibetur: præterea Ventriculi, inteſtinorum, Hepatis, Renum, Veſicæ, Vteri & partium aliarum à flatibus, aut intemperie frigida ortum dolorem placat. In Hydrope extendatur ſuper petiam lineam craſſam, & toto ventri calidum applicetur, vitata tamen regione Epatis.

Emplaſtrum Stipticum. Mynſ.

℞. *Colophoniæ.*

Ter-

Terebinth.
Cera citrin. ana unc. vj.
Crustæ panis tost. & in aceto macerat. unc. iv.
Ol. Nuc. Mosch. exp. unc. iij.
Mastichis.
Sandarac.
Olibani ana unc. ij.
Terræ Sigillatæ,
Bol. Armen. rub.
Mentæ crispæ.
Absinthii ana unc. j.
Calami aromat.
Caryoph. ana unc. ß.
Balaustiar.
Rosar. rub.
Nuc. Cupress.
Cort. Granator.
Gallar. Turc.
Sang. Draconis ana Dr. ij.

Misce & cum s.q. Ol. cydoneor. confice s.a. Emplastrum.

Vires & Vsus.

In Dysenteria, Lienteria, Diarrhœa, morbo Cholera, vomitu puerorum, & qui cibum retinere non possunt, experimentum est egregium: ponitur super ventrem inferiorem in fluxibus ejus; sed in Stomachi subversionibus, ipsi Ventriculo equaliter super corium clypei instar deductum, & pannis lineis vel syndone rubra coopertum, decenter applicetur.

Emplastrum Stictícum seu Puncturale. Mynſ.

℞. *Terebinthinæ Cypriæ ℥ iv.*
Gum. Elami unc. ij.
Ceræ citrinæ.
Colophoniæ ana unc. j.
Minii tenuiss. triti.
Sang. Draconis an. Dr. vj.
Styrac. calamit.
Magnetis ana unc. ß.
Rad. Aristoloch. rot.
Mumiæ transmarin. an. ℥ ij.
Aloes Epatic.
Aluminis ust. an. Dr. j.

Misce & cum Bals. Vulnerario s. Emplastrum ut est artis.

Vires & Vsus.

Valdè efficax est ad puncturas & Vulnera recentia, ubicunq; sunt in Corpore humano, etiam in capite, quę omnia siccat, mundificat, consolidat, sanat, malæq; carnis corruptionem & excrescentiam impedit. Insuper ferrum, plumbum, calamos, furculos & spicula corporis alto infixa; nec non alia quęque de vulneribus extrahit, dolores mitigat, & venenosorum animalium morsus ictusque curat.

Emplastrum Diaphoreticum. Mynſ.

℞. *Ceræ flavæ unc. xj.*
Colophoniæ.
Bdellii ana unc. iv.
Succini citrin. unc. iij.
Gum. Ammoniac. in aceto diss.
Terebinth. alb. ana unc. ij.
Galbani in aceto diss.
Sandaracæ ana unc. j.
Mastichis.
Thuris Elect. ana unc. ß.

Misce & fiat l. a. Emplastrum.

Vires & Vsus.

Pituitam ac serosam humiditatem absumit, discutit & extrahit, sicut post ejus usum sæpè guttulæ appareant aqueæ in Emplastro & loco affecto: Hinc prodest specifice in Ischiatico dolore, intumescentia pedum, parotidibus & tumoribus Gallicis pituitosis, ubi suppurationi incumbere nolumus. In duricie crurum & nervorum scorbutica, ossium fracturis, junctura rum doloribus, luxatione, casu, & contusione, humiditates ad partem affectam tendentes consumit, doloremq; legitimè tollit. Alij ingeniosissimi & felicissimi practici sequente utuntur, magnarumq; est virium, & cujus idem est usus.

℞. *Ceræ citrinæ unc. xvj.*
Bdellii pulv. unc. v.
Colophoniæ.
Picis naval. ana unc. iv.
Succini citrin. unc. iij.
Gum. Ammoniaci unc. ij.

Misce & f. Emplastrum, quod malaxetur Ol. ovorum.

Emplastrum de Pice, ejusdem fere operationis, pro tenuioris fortunæ hominibus. Mynſ.

℞. *Picis navalis Lib. j.*
Ceræ citrin. unc. iv.
Terebinth. alb. unc. ij.
Succini flavi unc. ßß.
Thuris elect. unc. j.
Mellis despumati.
Vernicis liquid. ana Cochl. ij.

Misce & fiat Emplastrum.

Emplastrum de Galbano Crocatum. Mynſ.

℞. *Gum. Galbani in aceto diss. unc. vj.*
Empl. de Meliloto.
Dia. hyl. Simpl. ana unc. iij.
Cerę citrinæ unc. ij.
Terebinth. alb. unc. j.
Croci orient. Dr. vj.

Misce & fiat l. a. justę consistentiæ Emplastrum.

Vires & Vsus.

Expertissimum usuq; celeberrimum est, ad emolliendos & resolvendos tumores duros & scirrhosos; nec non ad sedandos & mitigandos vehementes & lethales partium dolores, pectoris, Scapularum, Laterum, Ventriculi, Hepatis, Lienis, Renum ac Uteri, &c. sive à crudis humoribus, vel à flatu crasso, aut alia intemperie membrorum frigida excitatos. Insuper omnes strumas tam recentes quam inveteratas emollit, lenit, concoquit, digerit, incidit atq; dissolvit. Præterea in convulsione & singultu felicissimè utimur.

Emplastrum de Galbano. Mynſ.

℞. *Galbani in aceto diss. unc. j.*
Picis navalis unc. ß.
Empl. Diachyl. simpl. Dr. ij.

Pharmacopoeia Galeno-chemica, catholica post Renodaeum, Quercetanum, aliosque ... - page 894 sur 955

Sal. Armoniac. Scr. j.
Misce & fiat Emplastrum.

Vires & Vsus.

Cum panno super verrucas & clavos in pedibus dolorem & impedimentum in incessu adferentes (Germanicè Elster oder Kreyen Augen) ponatur tertio aut quarto die semper mutato, & est expertum.

Emplastrum Mitigativum, Emolliens, Sedans. Mynſ.

℞. *Empl. Oxycrocei unc. ij.*
Diachyl. Simpl. Compoſ.
De Meliloto ana Vnc. j.
Misce & cum Ol. Chamomill. f. Emplastrum.

Vires & Vsus.

In Hypochondriis, pectore, Ventriculo, Jecinore, Liene, & alijs partibus, omnem duriciem, & scirrhosos tumores emollit, resolvit, discutit, extrahit, maturat, & dolores varios mitigat vehementesque sedat.

Minium Coctum. Mynſ.

℞. *Ol. Olivarum unc. xj.*
Cerusæ pulveriſat. unc. ij.
Coquantur ad mediocrem consistentiam Emplastri; postea adde:
Minii tenuiſſimè triti unc. iv.
Sevi Hircini Lib. ß.
Santali rub. Dr. vj.
Ceræ citrinæ.
Aluminis uſti anc Dr. iij.
Pulv. Roſar. rub. Dr. j.
Misceantur & f. Emplastrum ut est artis.

Vires & Vsus.

Refrigerat & siccat; Ideoque ignibus sacris magna fidecia & feliciſſime adhibetur. Vulnera & Vlcera antiqua, maligna, & exedentia, quæ humorum acrimonia serpunt & sunt difficilis consolidationis, potenter curat, omnesq; cutis exulcerationes, calores, ustiones & excorationes, ex quacunque causa, sanat.

Galbanum Coctum. Mynſ.

℞. *Gum. Galbani in aceto diſſ.*
Ceræ citrinæ ana unc. vj.
Terebinth. alb. unc. iiij.
Misce & fiat juste consistentiæ Emplastrum.

Vires & Vsus.

Magnarum in emolliendo & resolvendo est virium; Quia Articulorum & membrorum principalium tophos, nodos, scrofulas, ac tumores duros, digerit, emollit, resolvit, corumq; dolores ex influxu frigido sedat. Verrucas etiam & clavos in pedibus pedetentim tollit. Hemicraniam, loco affecto applicatum, emendat. Nervos ac Vterum roborat. Morsibus ac ictibus rabidorum animalculorum venenatis, Scorpionum nempe, criceterorum, mustelarum &c. impositum medetur.

Emplastrum Saturni. Mynſ.

℞. *Saturni uſti & loti unc. ij.*
Sevi Hircini.
Ceræ albæ ana unc. ijß.
Terebinthinæ Dr. vj.
Lap. Calaminaris præp.
Cerusſæ lotæ ana unc. ß.
Pompholygis.
Tutiæ præp. an. Dr. ij.
Myrrhæ rub.
Maſtichis.
Olibani ana Dr. j.
Aloes epat.
Camphoræ.
Nitri præp. ana Dr. ß.
Misce & f. Emplastrum justæ consistentiæ.

Vires & Vsus.

Nobile hoc de Saturno Emplastrum, auxilium quasi divinum & nuperrimè à me inventum, valet secundum meam experientiam contra omnis generis Ambusta, Inflammationes, Tumores, Ignem persicum &c. Nec non ad vulnera & ulcera quævis maligna, fætida, insanabiliaac corrodentia, nimirum: Fistulas, Lupum, Cancrum, Polypum, Noli me tangere, &c. & similia Saturnina, etiam deploratissima, intra paucos dies carne implenda. Et hæc nostra est vera & sincera Emplastri Saturnini descriptio; ceteræ verò, quæ passim circum feruntur, omnes falsæ sunt.

Emplastrum Arthriticum. Mynſ.

℞. *Ol. Olivarum recent. ℔ j.*
Minii tenuiſſ. triti unc. ij.
Coquantur mixta ad consistentiam mediocrem Emplastri; postea adde:
Ceræ citrinæ ℔ j.
Sem. Hyoſcyami ſubt. pulv.
Colophoniæ.
Terebinth. alb. ana unc. iv.
Misce & fiat justæ consistentiæ Emplastrum.

Vires & Vsus.

Anodynum est; propterea, præmissis prius universalibus, Arthriticis, Podagricis; nec non alijs cruciatibus quovis tempore utiliſſimum: Quia omnes ferè dolorum injurias mirè sedat atq; placat.

Cerotum podagricum.

℞. *Farinæ fabar. Orobi. Lentium.* } *ana ℥ ß.*
Piſorum ℥ ß.
Anthos ℥ ß.
Salviæ. Ivæ arthriticæ. Hypericons. Fl. Camomillæ. } *ana ℥ ij.*
Stœchad. Arab. ℥ ß.
Vermium terreſt. ℥ j. ß.
Hermodactylor. tantundem.
Carui. Cymini. } *ana ʒ iv.*
Ceræ. Reſinæ. } *ana ℥ iv.*
Fiat l. a. Cerotum.

Ceratum Antipodagr. D. D. Egermaceri.

℞. *Ol. ſperm. ranar.*
Ceruſſ. alb. ana ℔ ß.

Cui

Mucilag. Sem. Hyosciami, Psyllii,
Cydoneor. Lini.
Mediani Cort. Tiliæ.
Rad. Althææ cum aq. Solani ext.
unc. iv.

Lithargyrum subtilissimè pulverisat. & præparat. cum oleo anodyno subigatur; postea lento igne coquatur, semper agitando, usquedum probè mixta sint. Ab igne deposita paulatim frigescat, & tunc mucilagines affundantur, invicem bene misceantur & ad justam consistentiam redigantur.

Vires & Usus.

Emollit. Dolores sistit. Abscessus dissolvit. Duras inflammationes & tumores calidos digerit atque maturat: Immò omnia, quæ inflammantur, curat. Insuper podagricis auxiliatur; nec non ad intemperiem calidam mulcendam, præstantissimum est.

Emplastrum de Sperm. Ceti ad man. Mynsicht.

℞. Cera alb. ℥iv.
Sperm. Ceti ℥ij.
Gummi Galb. aceto solut. ℥j.
M. f. Emplastr.

Emplastrum Nervinum, Vigonis. August.

℞. Olei Chamomillæ.
Rosarum ana unc. duas.
Olei Mastichini.
Terebinthina.
Lini ana unciam unam semis.
Terebinthinæ claræ uncias quatuor.
Sevi vituli castrati.
Hircini ana uncias duas semis.
Herbarum Rorismarini.
Betonicæ.
Caudæ equinæ.
Centaureæ ana manipulum unum.
Vermium terrestrium lotorum & purgatorum in vino uncias tres.
Coque simul in vino.
Radicum Rubiæ tinctorum dr. decem.
Hyperici non fol. & sem. eius ana manipulum unum.
Mastiches pulverisatæ.
Gummi Elemi ana dr. decem.
Picis navalis.
Resinæ ana unciam unam semis.
Sagapeni.
Galbani.
Ammoniaci ana dr. tres.

Dissolutis Gummi in aceto, cum cyatho uno vini odoriferi aliquantulum contundantur, postea decoquantur & exprimantur: cui expressioni addantur
Lithargyri Auri.
Argenti ana unciæ duæ semis.
Minii unciæ duæ.

Iterum bulliant imprimis lento igne, baculo agitando, ignem deinde vigorando; bulliant donec acquirat colorem subnigrum. Quo facto cum cera nova sufficiente fiat Emplastrum in bona forma.

Modus componendi talis esse debet, ut in sufficienti quantitate vini odoriferi conquantur Herbæ deindè exprimantur: coquatur expressum cũ Oleis ad Vini consumptionem. Deindè adiiciantur Terebinthina, Sevum Mastiche, & Gummi diluti aceto: tum coquantur, addendo Ceram, & sub finem decoctionis Lithargyrum & Minium.

Emollit, digerit, resolvit, neruosarum partium malis cumprimis utile.

Modus compositionis est, ut Herbæ, Radices Rubiæ, & Vermes terrestres coquantur in sufficienti quantitate Vini odoriferi & Oleorum ad Vini consumptionem. Expresso adiiciantur Terebinthina, Sevum, Mastiche per se trita, & Gummi diluti aceto: tum coquantur ad justam consistentiam, addendo Ceram sufficientem, & sub finem decoctionis addenda Lithargyrus & Minium.

Emplastrum Nigrum, vulgo Stichpflaster. Aug.

℞. Olei Rosarum uncias septem.
Colophoniæ.
Resinæ.
Picis navalis ana uncias octo.
Cera albæ.
Vitrioli Romani.
Ceruſſæ.
Olibani.
Myrrhæ ana uncias octo.
Mastiches unciam unam.
Olei Ovorum uncias duas.
Olei de Spica unciam unam.
Olei Iuniperi ex granis uncias tres.
Mumiæ uncias duas.
Terræ Sigillatæ.
Sanguinis Draconis ana unciam unam.
Vitrioli albi.
Coralli rubri ana unc. duas.
Axungiæ Ardeæ unciam unam.
Thymalli uncias tres.
Lapidis Magnetis præparati unciæ duas.
Lumbricorum præparatorum.
Camphoræ ana unciam unam.
Fiat Emplastrum secundum artem.

Perquam efficax ad recentia vulnera & puncturas, undè denominationem etiam habet.

Emplastrum Diaphœnicon calidum, Mesuæ. Aug.

℞. Cera uncias duas.
Olei Rosati.
Nardini ana uncias quatuor.
Simul liquentur, deindè
℞. Dactylorum siccorum numero quadraginta.
Panis bis cocti dr. octo.
Macerentur in vino odorato biduum, postea
℞. Carnis Cydoniorum in vino coctæ unciam unam.
Contundatur, & permisceatur superioribus; & adde subsequentia in mortario bene contusa.
℞. Mastiches.
Thuris.
Absinthii Romani ana dr. ij. ß.

Ligni

Ligni Aloes.
Macis.
Myrrhæ.
Aloes lotæ.
Spicæ Nardi.
Acatiæ.
Galliæ Moschatæ.
Trochiscorum Ramich.
Calami Aromatici ana drachmam unam.
Labdani dr. duas.
Misce, fiat Emplastrum.

Ventriculum & hepar firmat, ob id Lienteriam & Dysenteriam hepaticam juvat. Id verò quod frigidum dicitur ventrem totum inferiorem, ne aliarum partium recrementa suscipiat, roborat, coctionem adjuvat, ob hæc vomitum, Choleram morbum Lienteriam ac fluxum hepaticum, prout & sequens coërcet.

Emplastrum Diaphœnicon Frigidum, Ejusdem. Aug.

℞. *Dactylorum maturitati proximorum in Vino austero coctorum uncias quinque.*
Panis bis cocti unciam unam.
Carnis Cydoniorum in vino austero cocta unc. unam semis.
Styracis Calamitæ.
Mastiches.
Labdani.
Acaciæ.
Omphacii.
Florum Labruscæ.
Rosarum rubearum.
Santali Citrini.
Trochiscorum Ramich.
Myrrhæ.
Ligni Aloes ana Drachmas quatuor.
Olei Rosacei uncias quindecim.
Vini austeri quantum sufficit
Fiat Emplastrum.

Emplastrum de Rhabarbaro, Ioannis Manardi. August.

℞. *Rhabarbari electi unciam semis.*
Aloes hepaticæ unciam unam.
Lixivii fortis libram unam.
Saponis Veneti libram semis.
Ceræ uncias duas.

Decoquantur ad duritiem justam.

Commendatur ad duros tumores & tophos præsertim in morbo Gallico.

Emplastrum Tetrapharmacon, Galeni. August.

℞. *Picis nigræ.*
Resinæ.
Ceræ.
Adipis vaccini ana unc. duas.
Fiat Unguentum.

Dicitur Mesuæ Basilicon minus, & à Galeni Compositione non differt, nisi quod Oleum pro adipe vaccino Mesuæ substituit. Solemne ad pus movendum, inflammationem leniendam, molliendum, tergendum, & glutinandum, ob id recentibus capitis & neruosarum partium vulneribus ac ulceribus est aptissimum.

Emplastrum Triapharmacon, Mesuæ.

℞. *Lithargyri.*
Aceti fortis ana uncias tres.
Olei communis uncias tres.

Lithargyrum levissimè tritum moveatur continuò ad ignem, paulatim affusis Oleo vicissim & aceto.

